# F. LUCII FERRARIS

PROMPTA

# BIBLIOTHECA

CANONICA, JURIDICA, MORALIS, THEOLOGICA.

Digitized by Google

Digitized by Google

# F. LUCII FERRARIS

SOLER-ALEXANDRINI, (*) ORDINIS MINORUM REGULARIS OBSERVANTIÆ SANCTI FRANCISCI, LECTORIS JUBILATI, EXPROVINCIALIS EXAMINATORIS SYNODALIS AC SUI ORDINIS CONSULTORIS,

## PROMPTA

# BIBLIOTHECA

CANONICA, JURIDICA, MORALIS, THEOLOGICA,

NEC NON

**ASCETICA, POLEMICA, RUBRICISTICA, HISTORICA.**

EDITIO NOVISSIMA, MENDIS EXPURGATA,

NOVIS AD SINGULAS FERE VOCES ADDITAMENTIS NOVISQUE ARTICULIS LOCUPLETATA, PECULIARIBUS SUMMARIIS INSTRUCTA

ADJECTA AD CALCEM CUJUSCUNQUE VOLUMINIS ABSOLUTISSIMA APPENDICE EX OMNIUM SS. CONGREGATIONUM DECRETIS QUÆ VEL IN ANTEACTIS EDITIONIBUS DESIDERANTUR, VEL DEINCEPS USQUE AD PRÆSENS LATA SUNT, JUXTA VOCUM HUJUSCE BIBLIOTHECÆ SERIEM DIGESTIS;

## OPERA ET STUDIO MONACHORUM ORDINIS SANCTI BENEDICTI

ABBATIÆ MONTIS CASINI,

PATRONO ET AUSPICE VIRO EMINENTISSIMO

**ALOISIO S. E. R. CARDINALI LAMBRUSCHINI**

EPISCOPO SABINORUM,

## SANCTISSIMI D. N. GREGORII XVI P. M.

A PUBLICIS NEGOTIIS ET A BREVIBUS, ETC., ETC.;

ACCURANTE RURSUM ET INNUMERIS NOTIS NECNON ET SEXTUPLICI GENERALI MATERIARUM, AUCTORUM, CONSTITUTIONUM SUMMORUM PONTIFICUM, DECRETORUM CONCILIORUM ET SACRARUM CONGREGATIONUM TUM RITUUM TUM CONCILII I

**LOCUPLETANTE J.-P. MIGNE,**

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE

## TOMUS OCTAVUS.

VENEUNT 8 VOLUMINA 60 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

—

1857

(*) Solero est urbs exigua, prope Alexandriam, in Pedemontio, ubi natus est Ferraris.

Digitized by Google

Rec. July 25, 1901.

Ex typis MIGNE, au Petit-Montrouge.

Digitized by Google

# INDEX GENERALIS

## RERUM OMNIUM PRÆCIPUARUM,

Quæ in tota adm. R. P. F. Lucii Ferraris prompta Bibliotheca continentur.

(Numeri inter parentheses positi tomum et columnam indicant.)

—

## A


### ABAMITA.

Abamita quæ sit, vide *verb.* Affinitas, *art.* 1, *sub num.* 15.

### ABAVUS.

Abavus et Abavia, qui sint, vide *verb.* Affinitas, *artic.* 1, *sub num.* 15.

### ABBAS (I, 31).

Abbatis nomen quid signet, ac in quotuplici differentia exstent abbates, vide *verb.* Abbas, *a n.* 1 *ad* 12 *et* 108.

Tres sunt species abbatum, quarum singularum qualitates vide *ibid. num.* 48.

Abbates semel benedicti cum usu birreti, si transferantur ad aliam abbatiam cum usu mitræ, non indigent alia benedictione, *ibid. n.* 13.

Ista benedictio non est de essentia nec simpliciter necessaria, ad hoc ut abbates ea quæ sunt ordinis et sui officii exercere possint; est nunc attendendum decretum Alexandri VII, et constitutio Benedicti XIII, *ibid. a n.* 14 *ad* 19. Attamen nisi ter humiliter benedictionem postulaverint, vel apostolico fulciantur privilegio, præfata munia exercere nequeunt. Vide *notam ad n.* 19.

Num dari possint abbates exempti nativa exemptione, *ibid. num.* 49.

Abbates ecclesiæ sæcularis, et ab ordinario exemptæ ac sedi apostolicæ immediate subjectæ, usum mitræ habentes, dum in sua abbatiali ecclesia divinis solemniter intersunt, possunt, absente episcopo, suos canonicos assumere ad sibi assistendum, et eamdem in eos jurisdictionem exercere, quam episcopus exercet in suos, *ibid. n.* 20.

Quænam facultates competant, et quæ sit potestas abbatibus tertiæ speciei, *ibid. num.* 68 *et seq.*

Abbates, et alii quicunque, quantumvis exempti, intra fines alicujus diœcesis exsistentes, etiamsi nullius diœcesis, vel exempti esse dicantur, non possunt sibi non subditis tonsuram et minores ordines conferre, *ibid. n.* 21, 22, 23.

Quando autem possint suis non subditis tonsuram minoresque ordines conferre, et quando irrita sit talis collatio facta sibi non subditis, vide *ibid. ad n.* 21, *et ad n.* 23.

Abbates licet in parochos et parochianos jurisdictionem habeant quasi episcopalem privative ad episcopum, nequeunt suis subditis sæcularibus litteras dimissorias ad ordines suscipiendos concedere, *ib. n.* 24, et *verb.* Ordo, *art.* 3, *n.* 49 et 50, ac *ibid. n.* 51, constat nec ipsis abbatibus ab ordinariis dimissorias posse dirigi.

Imo neque episcopus, cui commendatum est monasterium exemptum, potest sibi sæculares subditos ratione dicti monasterii ordinare, nec tanquam abbas, nec alius prælatus loci potest subditis sæcularibus nullius diœcesis concedere litteras dimissorias, sed episcopus vicinior, *ibid. n.* 26 et *verb.* Ordo, *loc. cit.*

Abbates, et alii prælati habentes jura quasi episcopalia, si non habeant jus congregandi synodum, et in ea examinatores eligendi, non possunt indicere concursum pro parochialibus Ecclesiis vacantibus, bene vero, si tali jure fruantur, *ibid. n.* 27, 28, ac *verb.* Concursus, *art.* 1, *n.* 7, 8.

An abbates, et alii prælati jura episcopalia habentes, gaudeant facultate dispensandi et absolvendi concessa episcopis a Tridentino, vide *verb.* Irregularitas quoad ejus dissolutionem et dispensationem, *art.* 3, *n.* 13 *et seq.*

Abbates, et alii prælati jurisdictionem quasi episcopalem habentes, quoad usum pontificalium et quoad benedictiones, indulgentias, et alia, tenentur servare formam præscriptam in decreto generali Sacr. Cong. Rit. ab Alexandro VII approbato, et affertur cum suis declarationibus, *ibid. n.* 30, 31.

Abbas exemptus non potest ab episcopo excommunicari ex ejus ordinaria auctoritate; et abbati regulari non habenti jurisdictionem quasi episcopalem nec territorium separatum, concedi non solet indultum consecrandi ecclesias noviter ædificatas, *ibid. n.* 32, 33.

Dantur abbates tertiæ speciei per fictionem, quibus non est territorium cum clero et populo, *ibid. num.* 73.

In abbate exempto pro amissione exemptionis centenariam concurrere opus est, *ibid. n.* 74.

Abbas, et abbatia sanctæ Eliæ terræ Carbonis non est *Nullius*, nec habet territorium separatum, et jurisdictionem quasi episcopalem, *ibid. n.* 34.

Abbatibus etiam benedictis præcedunt canonici capitulariter et processionaliter procedentes. Vide *verb.* Canonicus, *art.* 7, *n.* 19.

Abbati non conceditur benedicere per vias; imo abbates neque possunt per ecclesiam incedentes benedicere populis, quamvis pleno jure subjectis. Vide *verb.* Benedictio, *art.* 3, *n.* 9, 10.

Abbates abusive vocantur simplices clerici; et in Urbe lepide distinguuntur in duas species, quæ explicantur. Vide *verb.* Vestis, *n.* 21.

Abbates et alii exempti, quibus usus pontificalium est a sede apostolica concessus, in provincialibus conciliis et episcopalibus synodis quibusnam mitris uti possint, *ibid. n.* 35.

Itemque abbates et prælati non exempti, sed qui usum pontificalium habent, *ibid. n.* 36.

Varia stabilita circa præcedentiam abbatum inter monachos Ruthen. S. Ordinis S. Basilii, et protoarchimandritas, *ibid. num.* 37.

Abbates habentes jus mitræ et baculi, etiamsi titulares et commendatarii sint sive sæculares sive regulares præcedunt in synodo, canonicis etiam cathedralis capitulariter non intervenientibus, *ibid. num.* 38.




Digitized by Google

Inter abbates vero præcedit qui dignitatem prior sit assecutus. Vide *verb.* Abbas, *num.* 38.

Abbates, qui habent jurisdictionem quasi episcopalem, habent suffragium in concilio provinciali ac subscribunt, et jus quoque habent interveniendi conciliis generalibus. *ibid. n.* 39.

Nullum episcopi exercere possunt jurisdictionis actum in parochos et parochianos in quos abbates et alii superiores regulares jurisdictionem spiritualem et temporalem habeant, nisi tamen episcopi alia de causa ac titulo sint in quasi possessione majoris juris, *ibid. num.* 40.

Componitur ac terminatur controversia jurisdictionis, quæ erat inter abbatem commendatarium Cryptæ Ferratæ et episcopum Tusculanum, *ibid. num.* 41.

Restringitur jurisdictio abbatis Farfensis, et quomodo, *ibid. num.* 42.

Quomodo, quando, et quales abbates teneantur visitare limina Sanctorum Apostolorum, *ibid. num.* 43.

Quomodo, et coram quibus jurare abbates hujusmodi debent se Apostolorum limina visitasse, *ibid. num.* 44.

Abbati generali monachorum Sancti Hieronymi Benedictus XIV indultum concessit interveniendi capellis pontificiis, *ibid. num.* 45.

Abbatia Fuldensis erecta est in episcopatum ab eodem pontifice, *ibid. num.* 46.

Abbates alii tertiæ speciei, eorumque origo, *ibid. n.* 48.

Quæ possint abbates et prælati, quocunque nomine nuncupentur, qui habent territorium nullius diœcesis, plenamque in eo jurisdictionem quasi episcopalem, presbyteri sint ordinati, vel non, *ibid. num.* 80 *ad* 92.

Præter potestatem in monasterio, alia competunt abbatibus, seu dispositione juris ecclesiastici, seu consuetudine immemoriali, *ibid. num.* 92 *ad* 102.

Quibus prærogativis abbates gaudeant in regimine politico apud Germanos, *ibid. num.* 102 *et seq.*

Abbates an habeant potestatem dispensandi cum suis subditis quoad ordines, et suos novitios ordinandi? *ibid. num.* 111 *et* 112.

Abbas in aliquibus casibus ab episcopo potest denuntiari, *ibid. num.* 113.

De tempore quo abbates usum pontificalium obtinuerint, *ibid. num.* 114; et quomodo pontificalibus ornamentis decorari cœperint, *num.* 91.

Abbatis Casinensis jurisdictio et privilegia, et litteræ pontificum quibus confirmantur, *ibid. num.* 118 *et seq.*

Abbatiæ in Germania sæcularibus addictæ, *num.* 106; et quædam principibus vel doctoribus etiam protestantibus collatæ vel commendatæ, *ibid. num.* 107.

## ABBATISSA (I, 67).

Nulla monialis potest eligi in abbatissam seu priorissam, quæ non habeat annos quadraginta completos ætatis, et annos octo saltem professionis Regularis. Vide *verb.* Abbatissa, *num.* 1, 2, 71, 72.

Varia tamen fuit Ecclesiæ disciplina circa ætatem, quæ in abbatissa concurrere debet. Vide *ibid. num.* 71.

Si non reperiretur in monasterio monialis quadragenaria, quænam eligi posset, *ibid. num.* 3 *ad* 5, et 73.

Si in monasterio reperiretur una sola habens ætatem requisitam a concilio, ipsa deberet eligi, nisi esset penitus inhabilis ex alio capite; nec potest eligi alia, quæ deficiat a dicta ætate, aut tempore per solum mensem, licet sit habilior illa quæ habet requisitam ætatem et tempus, *ibid. n.* 6, 7 *et* 74.

Item non potest in abbatissam eligi illegitima, corrupta, publice pœnitentiata, vidua, cæca, surda, nec tertia soror viventibus aliis duabus sororibus, *ibid. n.* 8 *ad* 14.

Ex dispositione concilii Tridentini necesse est ut ea quæ in abbatissam eligenda est, octo post professionem annos in eodem monasterio vixerit, *ibid. num.* 71.

Num electio abbatissæ, quæ justam ætatem vel legitimum vitæ tempus in eodem monasterio non expleverit, irrita ipso jure sit, an rescindenda. *ibid. num.* 72.

Soror potest eligi in abbatissam immediate post aliam sororem. Si vero alicubi per statutum contrarium prohiberetur, tale statutum esset observandum, *ib. num.* 15, 16.

Plura specialia sancita sunt in electione abbatissæ, *ibid. num.* 77.

Abbatissæ electio debet fieri per vota secreta; et, si vota non sint secreta, electio est nulla, etiamsi ex ignorantia vota non exhibeantur secreta, *ib. num.* 17, 18 *et* 19.

Abbatissæ electio remanet canonica per vota secreta, licet præses electionis accipiat vota oretenus exhibita, præsentibus duobus, vel tribus probatis viris, qui vota audiant, et notent, *ibid. num.* 20 *et* 21.

In electione abbatissæ de jure communi habent vocem activam omnes moniales chorales professæ ejusdem monasterii; in aliquibus tamen religionibus et monasteriis de jure speciali suarum constitutionum vocem non habent, nisi post aliquot annos professionis, *ibid. num.* 22 *et* 23.

Si reperitur aliqua monialis infirma, quæ nollet renuntiare juri suo, quid agendum. Vide *ibid. num.* 24.

Si in aliquibus monasteriis vigeret consuetudo, quod etiam conversæ in tali electione votarent, essent manutenendæ, *ibid. num.* 25.

Abbatissæ electio si fiat per schedulas, et in aperitione scrutinii reperiantur plures schedulæ, quam sint vocales, adhuc electio erit valida, si demptis superfluis, remanet adhuc major pars, *ibid. n.* 26, et *verb.* Electio, *art.* 4, *num.* 27.

Valida et canonica est electio, quoties major pars capituli monialium concurrit in unam, at pro abbatissis ord. Cassinen. duæ ex tribus partibus requiruntur, *ibid. num.* 27 *et* 28, *et num.* 78.

Nec episcopus, nec alius superior potest ferre suffragium in electione abbatissæ, quamvis vota monialium essent paria, et moniales in electione non concordarent. Et tunc quid agendum, *ibid. n.* 29 *et* 30.

Prælati regulares tenentur significare ordinario diem electionis abbatissarum sibi subjectarum, ut per se, vel per alium possit intervenire, si velit, et ipsum exspectare, si expresse declaraverit, velle per se vel per alium intervenire; aliter posset superior regularis valide ad electionem procedere, *ibid. num.* 31 *et* 32.

Assignantur quæ episcopus, seu vicarius ad rem non potest et subjungitur nullatenus posse se ingerere in confirmationibus, *ibid. num.* 37 *et* 38.

Electio abbatissæ debet publicari statim ac secuta est, significandi quot suffragia habuerit ipsa, et quot aliæ moniales. Quo præstito, si statim opponant se elegisse aliam, quid agendum, *ibid. num.* 39 *et* 40.

Moniales non possunt electionem abbatissæ compromittere in episcopum, vel alium prælatum. Vide *ibid. num.* 41, et *verb.* Electio, *art.* 4, *num.* 29.

Nec potest monialis concurrens cum alia ad abbatissatum cedere votum suum superiori præsidenti electioni, ut illud eimetipsi redonet ad superandam æmulam in votis, *ibid. num.* 42.

Electio, ut sit valida, requirit, ut in ipsam concurrat saltem major pars capituli; sufficit autem

Digitized by Google

quicunque excessus ultra medietatem, quamvis esset solum unius medii voti, Vide *verb.* Abbatissa, *num.* 43 *et* 44.

Electio, ut sit valida, nedum debet esse facta a majori parte capituli, sed etiam a saniori; et quæ etiam sit major. *ibid. num.* 45, 46 *et* 47.

Dummodo major pars non elegerit scienter indignam, et hæc quæ sit, *ibid. num.* 48 *et* 49, et *verb.* Electio, *art.* 4.

Electio facta a minori parte capituli, non solum invalida est, sed insuper per subsequentem consensum aliarum ratificari non potest; ac datur quæ sit capituli pars sanior, et quæ talis in dubio præsumenda sit, *ibid. num.* 50 *ad* 52.

Num in electione abbatissæ perpetuæ locum habeat forma, cap. *Quia propter*, de Elect., *ib. num.* 76.

Constitutio Gregorii XIII, *Exposcit debitum*, non habet locum in electione abbatissarum extra Italiam neque in collegiis Oblatarum, *ibid. num.* 79.

Abbatissæ non possunt durare in officio abbatissatus ultra triennium, et eo elapso, debent vacare per integrum triennium a die finiti regiminis inchoandum; et inde ad rem plura, quæ exhibentur, *ib. num.* 53 *ad* 57.

Abbatissa propter juramentum fidelitatis præstandum Domino sæculari causa feudi sui monasterii poterat licite exire, si id per procuratorem præstare nequiret, sed nunc secus, *ib. num.* 58 *et* 59.

De potestate ordinaria abbatissæ, *ib. num.* 80.

Abbatissa, quamvis non habeat facultatem commutandi ac dispensandi in votis suarum monialium, habet tamen facultatem ea irritandi, et præcipiendi in virtute sanctæ obedientiæ, et in conscientia obligare, *ib. num.* 60, 61, et in *verb.* Votum, *art.* 2, *num.* 41.

Abbatissa potest instituere beneficia, et capellanias conferre, nominare, et instituere parochum, quem ordinarius approbaverit idoneum, *ib. num.* 62 *et* 63.

Potest etiam abbatissa cum legitima causa privare clericos sibi subjectos beneficiis jam illis collatis, non tamen proprie suspendere, ut nec interdicere, aut excommunicare, nec proprie dispensare, benedicere, vel prædicare, *ib. num.* 64 *ad* 69.

Abbatissa consumens vel expendens dotem supranumerariam sine licentia Sacr. Congr. suspenditur ab officio; et si non sit amplius in officio, punitur aliis pœnis. Vide *verb.* Moniales, *art.* 2, *num.* 44.

Abbatissæ benedicendæ quæ requisita habere teneantur. Vide *verb.* Benedictio, *art.* 3, *num.* 9 *et* 10.

Quoad electionem abbatissarum observanda sunt novissima decreta edita a sacr. congreg. Concil. Vide *verb.* Electio, *art.* 4, *num.* 100.

Num abbatissa capax sit exemptionis tertiæ speciei, *ib. num.* 83.

Si abbatissa secundæ et tertiæ speciei jus habeat conferendi beneficia, minime jus habet destituendi et multandi clericos et beneficiatos, *ib. num.* 83.

Abbatissarum nomen donantur priorissæ ord. Præd. *ib. num.* 70.

Abbatissæ monasterii Cisterciensis de las Huelgas in Hispania jurisdictio et privilegia, *ib. num.* 84 *ad* 87.

Abbatissæ nonnullæ jurisdictione spirituali gaudentes, *ib. num.* 88.

Abbatissæ nominis antiquitas, *num.* 91, 94.

Abbatissa debet esse virgo saltem existimata, *num.* 95. — An possit velum novitiæ imponere, ejus professionem recipere, et monialibus præcipere aliquid, eas obligando in conscientia, *ib. num.* 97, 98.

De protestantium abbatissis, *ib. num.* 93.

ABBREVIATORES (I, 83).

Abbreviatores unde dicti, ac quid recipere possint, vid. *verb.* Abbreviatores, *num.* 1 *et* 2.

De abbreviatorum institutione, *ib. num.* 10.

Abbreviatores alii sunt de majori, alii de minori parco, *ib. num.* 11.

Officium abbreviatorum de parco majori, *ib. num.* 11 *et* 12.

Abbreviatoribus de parco majori conceditur usus redimiculi galeri, vulgo *coraone*, coloris violacei, etiam dimisso officio, *ib. num.* 9.

Abbreviatores admittuntur per gradus a majori ad majorem parcum; eorum officia sunt compatibilia cum aliis curiæ officiis et resignabilia, *ib. num.* 3.

In collegio abbreviatorum de parco majori septem antiquiores majora percipiunt emolumenta, *ibid. num.* 14.

Antianitas in collegio abbreviatorum de parco majori non ab exercitio, sed ab admissione desumitur, *ibid. num.* 15.

Abbreviatores quibus fruantur privilegiis, *ibid. num.* 4 *ad* 8.

ABEL.

Abel, ubi genitus, et quo mundi anno, vide *verb.* Mundus, *num.* 48.

ABIGEATUS (I, 87).

Abigeatus, quid sit, vide *verb.* Furtum, *num.* 14 et 15, et *verb.* Abigeatus, *num.* 1, 2, 7.

Abigeatus ex numero subtracti pecoris, et ex loco æstimatur, *ibid.* 3.

Abigeatus pœna quæ sit, vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *n.* 29, et *verb.* Abigeatus, *num.* 6.

Hodie pœna abigeatus est arbitraria, et circumstantiæ pensantur, neque raro reducitur ad pœnam extraordinariam, *ib. num.* 8.

Quomodo legenda sit *lex ult. ff. de Abigeis*, *num.* 8 *et* 9.

ABJURANTES (I, 89).

Sacerdotes sæculares abjurantes de levi non impediuntur exercere ordines, et sacramenta ministrare, ac fidelium confessiones audire, secus in abjurante de vehementi. Vide *verb.* Abjurantes, *n.* 1 *et* 2.

Regulares abjurantes etiam de levi inhabiles ad omnes religionis suæ gradus et officia redduntur, *ib. n.* 3.

Abjurantes de vehementi hæresim, de qua fuerant accusati, vel vehementer suspecti, si postea cadant in eam realiter, et plene probetur, tractantur quadam juris fictione ut relapsi, *ib. n.* 4 *et* 14.

Abjurantes hæresim formaliter, si postea receptent hæreticos, donent eis munera vel impendant favores, si non possint excusari quod id fecerint ob alium motivum, tractantur ut relapsi, *ib. n.* 5.

Abjurare *verbum* quoque judiciare est, *ibid. num.* 10 *et* 13.

Abjurationem facere omnes hæretici tenentur, *ibid. num.* 6.

De differentiis et requisitis abjurationis, *ib. num.* 7.

Quinam fuerit antiquus abjurationis mos, *ib. n.* 8.

Nonnulli ex Novatianis ultra abjurationem chrisma recipiebant, *ib. num.* 8.

Abjurationis variæ species, *ibid. num.* 11.

Quinam hæretici post abjurationem, baptismi et confirmationis sacramenta recipere debent, *num.* 12.

Apostatæ a fide redeuntes ad pœnitentiam, non tenentur publice coram infidelibus abjurare, sed curare ut, de cursu temporis, infideles eorum abjurationem agnoscant, *num.* 15 *et* 16.

ABLUTIO (I, 91).

Ablutio manuum et pedum in veteri lege de præ-

Digitized by Google

cepto altaris ministerio erat præmittenda. Vid. *verb.* Ablutio, *num.* 1.

Hujus ablutionis usus, antiquitas et significatio in Ecclesia, *ibid. num.* 2 *ad* 5.

In ablutione psalmus *Lavabo* recitandus, *num.* 6.

Sacerdos manus abluit antequam paramenta induat, missa jam finita, et in communione fidelium pixide in tabernaculo recondita, sed ante benedictionem, *num.* 20 *et* 21.

Post ablutionem immittatur aqua in sacrarium, *num.* 22.

Ablutio post calicis sumptionem vino et aqua, non aqua tantum facienda, *num.* 7 *et* 8; — cur fiat in missa, *num.* 9; — an in locum mundum conjicienda, vel a sacerdote sumenda sit, *num.* 10 *et* 11; —ubi sit facienda, exposito etiam sacramento, *num.* 12 *et* 13.

In missis de nativitate Domini, et quando pluries missa celebratur, quomodo sit peragenda, *num.* 16, 17.

In tali casu quo in vase facienda, *num.* 18; et quid de hac ablutione fiat, *num.* 14 *et* 15.

Ablutio sacrorum linteaminum proprie ad diaconos spectat, *num.* 23; — hodie licite ad subdiaconos, *num.* 28; — nec laicis, nec clericis in minoribus constitutis permittitur, *num.* 26; — quodnam sit eorum peccatum, *num.* 27.

Secundam tantum ablutionem, et etiam feminæ, peragere possunt, *num.* 24.

Quæ sint in hac ablutione servanda, *num.* 29 *et* 30.

## ABNEPOS.

Abnepos quis sit, et quæ abneptis, vide *verb.* Affinitas, *art.* 1, *sub numer.* 11.

## ABORTUS (I, 97).

Quid sit abortus, a quonam dicatur, unde differat ab aborsu, et quando evenire et committi judicetur, vid. *verb.* Abortus, *n.* 13.

Abortum dolo malo factum gravissime punitum videmus apud plerasque gentes, *ib. n.* 14.

Apud Romanos abortus dolo malo factus non ita severe puniebatur, et ratio, *ib. n.* 15 *et seqq.*

Contra procurantes, consulentes, et quomodocunque concurrentes ad abortum, nedum fetus animati, sed etiam inanimati, edita est rigidissima constitutio a Sixto V, quæ affertur cum Gregorii XIII modificatione, *ibid. n.* 1 *ad* 4.

Omnes pœnæ a Sixto V statutæ una cum pœnis ab utroque jure contra homicidas voluntarios inflictis remanent in suo robore, et adhuc hodie incurruntur a procurantibus abortum fetus jam animati, et ab iis, excommunicatione excepta, nemo dispensare et absolvere potest, nisi summus pontifex, *ib. n.* 5 *et* 6.

Approbantes seu ratum habentes abortum suo nomine factum, omnes supra recensitas pœnas incurrunt, si ratum habeant et approbent ante factum, minime vero si post, *ib. n.* 7 *et* 8.

Procurantes abortum fetus evadunt irregulares, etiam in dubio an fetus sit animatus : et est irregularitas reservata pontifici; non gaudent immunitate Ecclesiæ et hac in re damnatæ propositiones afferuntur, *ib. n.* 9 *ad* 12, *et* 40.

Quænam sit Sixti V constitutio circa abortus dolo malo commissos, et partuum abactiones, *ib. n.* 23.

Gregorius XIII modum dedit Sixti V constitutioni circa abortus arte paratos, *ib. n.* 24.

Non una est doctorum sententia, quanam pœna sit puniendus ille, qui abortionis poculum dedit, abortu non secuto, *ib. n.* 25

Variæ a jure communi statutæ pœnæ contra dantes abortus, *num.* 26 *et* 45.

Utrum mulieri morbo aliquo cum vitæ periculo laboranti medicus præbere possit abortus poculum, ut salva sit, *ibid. num.* 28 *et seqq.*

Mulier quæ in seipsa abortum procurat, non incurrit censuras, sed mortaliter peccat, pariter qui præbet occasionem abortus, *ibid. num.* 33 *et* 47.

Monialis gravida, quæ seipsam pugnis percutiret, ut abortiat, incidit in excommunicationem canonis *Si quis, suadente*, *num.* 34.

Genitor irregularis ob procurationem abortus sui fetus tenetur hanc circumstantiam exponere, in dispensatione petenda, *num.* 35.

Qui possint absolvere casus abortus, *num.* 32, 37 *et seqq.*

Non potest episcopus dispensare in irregularitate, licet abortus esset occultus, *num.* 41.

Sententia condemnatoria vel saltem declaratoria requiritur ad privationem beneficiorum, *num.* 42.

Inhabilitas incurritur ante omnem sententiam, sed ab ea potest dispensare episcopus, *num.* 43, 44.

Omnis fetus hodie probabilissime censetur anima informari in ipso conceptionis instanti, *num.* 36.

## ABSENS (I, 113).

### ABSENS QUOAD ELECTIONEM.

Absens vocari debet ad electionem, vel per nuntium, vel per epistolam, ubi locus est certus; ubi vero est incertus debet vocari per edictum, vide *verb.* Absens, *art.* 1, *n.* 1 *et* 2.

Absens non potest suffragium suum dare per litteras, et legitime impeditus de jure comm. potest idem dare per procuratorem, et circa hunc quædam superadduntur, *ib. num.* 3 *ad* 7.

De jure particulari, maxime penes regulares, attendendæ et observandæ sunt speciales consuetudines, et propriæ constitutiones cujuslibet religionis capituli seu conventus, *ib. n.* 8 *et* 9, et alia. Vide *verb.* Electio.

Quæ differentia sit inter absentes quoad electionem prælati, ex cujus obitu viduata sit Ecclesia, et electionem dignitatum ecclesiarum cathedralium et collegiatarum, *ibid.*, *n.* 10.

Ad electionem, in qua servari debet forma *cap.* Quia propter, *de Elect.*, vocandi sunt absentes, qui in eo morantur loco, unde intra statutum electionis tempus commode venire possunt, *ib. num.* 11.

Quinam censeri debeat locus ille, unde quis commode venire valeat, *ib. n.* 11.

Quando possit is, qui abfuturus est, statuere aliquem de capitulo, qui suffragium suo nomine ferat contingente prælaturæ vacatione, *ib. n.* 12.

Absens quis dicatur, et quotuplex sit absentia, *ibid. num.* 14 *et* 15.

Absentes possint compelli ad interessendum, si Ecclesiæ necessitas vel utilitas postulet, *ibid. num.* 16.

Non sunt citandi absentes ex propria culpa, *ibid. num.* 18.

Absens, qui diem electionis cognoscit, non est necessario vocandus, *ibid. num.* 17.

### ABSENS QUOAD CHORUM.

Absens beneficiatus, ut fructus et distributiones lucretur, duo requiruntur, scilicet justa causa absentiæ, et licentia ordinarii, non autem capituli. Vide *verb.* Absens, *art.* 2, *n.* 1.

Causa justæ absentiæ est quælibet vera infirmitas pro qua venit etiam cæcitas, non vero surditas, et alia, *ib. n.* 2 *ad* 8.

Distributiones a canonicis absentibus amissæ debentur canonicis interessentibus, et etiam canonicis jubilatis vigore indulti, etiamsi choro non intersint, quatenus eis non obstet statutum vel consuetudo contraria Ecclesiæ, etiamsi distributiones essent auctæ post obtentam jubilationem, *ib. n.* 9 *ad* 11.

Digitized by Google

Et istæ fallentiæ canonicorum absentium debentur etiam canonicis, qui papæ, vel cardinalibus inserviunt cum indulto percipiendi distributiones pro diebus et horis, quibus actualiter in tali servitute occupantur. Vide. *verb.* Absens, *art.* 2, *num.* 12.

Episcopus semper abesse censetur a choro ex legitima causa, *ib. n.* 14.

Episcopus canonicus nunquam propter absentiam amittit fructus et distributiones, *ib. n.* 14.

Absentes a clero ratione servitii quod præstant episcopo, habentur pro præsentibus, *ib. n.* 15.

Quodnam servitium præstari debeat episcopo, ut canonicus absens habeatur pro præsente in choro, *ib. n.* 17.

Quænam personæ de choro assumi possint ab episcopo pro suo servitio, ut absentes habeantur pro præsentibus, *ib. n.* 18 *et seqq.*

Qui præstant servitium episcopo, habentur pro præsentibus in choro quoad fructus præbendæ, etsi revera absint, *ib. n.* 24.

Diversæ sententiæ circa participationem distributionum pro his, qui servitio episcopi addicti, licet absentes, habentur pro præsentibus, recensentur, *ib. n.* 25 *et seqq.*

Quid requiratur, ut episcopus possit assumendo aliquem ad suum servitium, facere, ut in choro pro præsente habeatur, *ib. num.* 28.

Alia vide *verb.* Beneficiatus, *verb.* Canonicus, *verb.* Distributiones, *verb.* Residentia.

Canonicus, sine causa, notabiliter absens a choro, animo amittendi distributiones, peccat mortaliter, *ibid. num.* 29.

Absentes, causa infirmitatis, distributiones lucrantur, *ibid. num.* 30.

Absens ob prosecutionem litis in beneficio episcopi, licentia non indiget, *ibid. num.* 31.

ABSENS QUOAD JUDICIA.

Absens nemo potest judicari nec condemnari, nisi sit contumax, et tunc potest judicari, et condemnari. Vide *verb.* Absens, *art.* 3, *n.* 1 *et* 2.

Absente parte contumaci, etiam lite non contestata, potest causa terminari, *ib. n.* 3.

Quando absentes criminum rei condemnari de jure civili nequiverint, *ib. n.* 4.

Quando absentes citandi edictis fuerint, et bona eorum adnotanda, *ibid. n.* 4.

Quando ob contumacem absentiam bona cedant, quando non, *ib. n.* 4.

In criminibus, quibus constituta est pœna mere pecuniaria, absens potest per procuratorem defendi, *ibid. num.* 5.

Absentes hodie recte accusantur et condemnantur, *ibid. num.* 6 *et* 7.

De absentia et reis absentibus, *ibid. num.* 8 *ad* 10.

ABSENS QUOAD ABSOLUTIONEM A PECCATIS ET CENSURIS.

Absens non potest confiteri per nuntium, vel per litteras, nec per litteras absolvi. Vide *verb.* Absens, *art.* 4, *n.* 1 *et* 2.

Valida est confessio, si per litteras pœnitens mittat peccata confessario absenti, qui ea legat, et huic factus præsens dicat: *Accuso me de peccatis illis, quæ scripsi et peto absolvi*; sicuti etiam si præsens peccata scripta det confessario legenda, et postea dicat, etc. Non est tamen hoc faciendum sine rationabili causa, imo multi volunt hoc extra casum necessitatis esse illicitum, *ibid. num.* 3 *et* 4.

Reprehenditur auctor a novo correctore, *ibid. num.* 7. Responsio auctoris, *num.* 8.

Absens etiam invitus extra confessionem sacramentalem potest absolvi a censuris, et ab irregularitate dispensari, *ibid. num.* 5.

## ABSIDA (I, 129).

Quid sit absida, illius etymologia et nomina varia, vid. *verb.* Absida, *num.* 1 *et* 2.

Cui structuræ nomen absidæ conveniat, et quid significet, *ibid. num.* 4 *ad* 8.

Absidæ ornabantur pic      , et musivo opere distinguebantur, *ibid. num.*

## ABSOLVERE (I, 131).

ABSOLUTIO A QUIBUS, ET DE QUIBUS DARI POSSIT, VEL NON.

Episcopi non possunt absolvere a casibus et censuris publicis reservatis summo pontifici, possunt tamen absolvere a casibus occultis reservatis summo pontifici. Vide *verb.* Absolutio, *art.* 1, *num.* 1 *ad* 5.

Impeditos personaliter adire pontificem, vel in perpetuum, vel ad longum tempus possunt episcopi directe absolvere pro utroque foro, etiam ab omnibus casibus publicis reservatis papæ a jure, aut ab homine, etiam hæresis, etc., cum ea tamen advertentia, quæ hic datur, *ibid. num.* 6, 7, 65.

Assignantur, qui in jure censeantur legitime impediti adire pontificem, ac ad id dantur quatuor versiculi, qui enucleantur, *ibid. num.* 8 *ad* 25.

Impediti personaliter adire pontificem, non tenentur mittere procuratorem, vel scribere ad S. Pœnitentiariam pro obtinenda absolutione a casibus et censuris papæ reservatis, *ibid. num.* 26.

Si impediti adire pontificem sint etiam impediti adire episcopum, probabilius non possunt a casibus publicis reservatis papæ absolvi in foro conscientiæ a parocho, aut alio confessario. Sicuti etiam impediti adire episcopum pro casibus diœcesanis sibi reservatis publicis, non possunt absolvi ab inferiori extra casum necessitatis, *ibid. num.* 27, 28, 68, 69.

Prælati regulares, uti generales et provinciales, possunt absolvere suos subditos ab omnibus casibus, a quibus possunt episcopi absolvere suos diœcesanos. Imo possunt absolvere suos subditos etiam ab omnibus casibus in bulla *Cœnæ* contentis, quinque solum exceptis, qui assignantur; quinimo duntaxat excepto homicidio voluntario injusto, et mutilatione commissa post ingressum in religionem, et hæresi occulta, *ibid. num.* 29 *ad* 40, *et n.* 70, et *verb.* Irregularitas, *art.* 3, *a num.* 17 *ad* 20, et *verb.* Prælatus regul., *num.* 30.

Confessarii regulares possunt in foro conscientiæ absolvere sæculares ab omnibus casibus et censuris reservatis papæ, exceptis contentis in bulla *Cœnæ*, et casibus reservatis episcopis in suis respective diœcesibus; et exceptis intra Italiam, et extra Urbem aliis sex, dictis Clementinis, *ibid. num.* 41 ad 47.

In articulo et periculo mortis quilibet simplex sacerdos non approbatus, quamvis sit excommunicatus, degradatus, irregularis, apostata, etc., si non adsit alius confessarius, potest quoslibet fideles a quibusvis casibus et censuris, etiam quomodocunque reservatis absolvere, *ibid. num.* 48, 49, 50, et *verb.* Moribundus, *a num.* 32 *ad* 35. Contraria tamen sententia solidis innititur fundamentis, *ibid. in not. ad num.* 48.

Si in periculo, et articulo mortis adsit confessarius approbatus promptus ad confessionem excipiendam, probabilius non potest simplex sacerdos absolvere, *ibid. num.* 51 et 52, *et verb* Jurisdictio, *numer.* 28.

Absoluti in articulo mortis, seu periculo a casibus reservatis, qui habeant annexam censuram, si convalescant, tenentur papæ, vel episcopo respective se præsentare mandata ipsius humiliter suscepturi, et parti læsæ, prout justitia suaserit, satisfacturi, aliter reincidunt in excommunicationem; secus autem, si reservati nullam habeant annexam censuram, *ibid. num.* 53 *ad* 56.

Absoluti in tali periculo a casibus reservatis habentibus annexam censuram, licet non indigeant nova absolutione, possunt tamen adhuc urgeri a

Digitized by Google

superiore, qui potest contra eos procedere, donec etiam pro foro externo absolutionem obtineant. Vide verb. Absolutio, *art.* 1, *num.* 57, *et verb.* Excommunicatio, *art.* 8, *num.* 4.

Absolutio non potest dari extra articulum mortis a sacerdote non approbato, et non habente jurisdictionem, et nunquam a laico, *ibid. num.* 58, 59.

Absolvendi facultas delegata non potest subdelegari, *ibid. num.* 60.

Absolutio non potest dari a simplici sacerdote non approbato, neque pro solis peccatis mortalibus dubiis; nec pro solis venialibus, *ibid. num.* 61, 62.

Quid importent absolutiones generales, quas prælati regulares in fine visitationis, et in quibusdam anni solemnitatibus dare consueverunt suis subditis religiosis, et quid absolutiones in articulo mortis dari solitæ moribundis, ac quid absolutiones quæ dantur a prælatis, seu præsidibus ante electiones capitulares, *ibid. num.* 63. Vide *verb.* Prælatus regularis, *a n.* 67 *ad* 73.

Absolutio a censuris contractis ex causa violatæ immunitatis a quibus dari possit, vel non, vide *verb.* Immunitas, *art.* 3, *a num.* 142 *ad* 152.

Absolutio ab excommunicationibus a quibus dari possit, vel non, vide *verb.* Excommunicatio, *art.* 7, *per tot.*

Absolutio ab excommunicatione canonis, a quibus dari possit, vel non. Vide *verb.* Excommunicatio, *art.* 12, *per tot.*

ABSOLUTIO QUIBUS DARI POSSIT, VEL NON.

Absolutio dari potest moribundo, qui petiit confessarium, licet ipso adveniente jam obmutuerit, et nulla dare possit signa pœnitentiæ, et sub conditione, etiam moribundo, qui nullum pœnitentiæ signum dedit, nec dare potest, si probe et christiane vixerit. Vide *verb.* Absolutio, *art.* 2, *num.* 1 *ad* 7.

Confirmatur hæc auctoris sententia a novo correctore contra P. Concinam. Vide *ibid. in not.*

Absolutio dari potest ei, qui est in occasione proxima involuntaria, nec est in sua potestate eam removere, dummodo tamen vitare conetur periculum formale peccandi per actus proprios; secus autem de eo, qui est in voluntaria, nec vult eam, cum possit, deserere, licet sub prætextu, etc., *ibid. num.* 8 *ad* 13.

Absolutio dari non potest consuetudinario et recidivo, qui semper labitur in iisdem peccatis sine ulla spe emendationis, nec fecit, quantum in se est, pro tali consuetudine peccaminosa deferenda; e contra vero, si cum aliqua emendatione et conatu ad eamdem, *ibid. num.* 14, 15.

Cum recidive peccata fiunt ex sola fragilitate intrinseca, potest pœnitens toties absolvi, quoties confessarius judicat eum serio dolere, et proponere in posterum se emendare, *ibid. num.* 18.

An sint absolvendi necne illi consuetudinarii, seu recidivi, qui in aliqua confessione minora asserunt peccata, et in alia majora, et sic vicissim longo tempore sua peccata continuant, et quomodo cum istis procedendum, *ibid. num.* 19.

Absolutio dari non debet, sed differenda iis, qui propria culpa et negligentia ignorant principalia mysteria fidei, et alia scitu necessaria ad salutem, *ibid. num.* 20.

Absolutio dari nequit a confessario suo complici in peccato carnis; et si detur, est nulla. Et confessarius audens eum absolvere, incurrit excommunicationem papæ reservatam. Vide *verb.* Complex peccati, *a num.* 1 *ad* 3, *ac ibid. num.* 4, etiam de complici in quocunque alio peccato mortali non carnali.

Confessarius potest absolvere et dispensare pœnitentem, quamvis ante exsecutionem dispensationis obtentæ iterum copulam illicitam habuerit cum eadem sorore feminæ, quam ducere intendit; secus autem si post dispensationem nondum exsecutam iterum copulam haberet, non cum eadem dicta sorore, sed cum alia persona intra secundum gradum conjuncta feminæ, quam ducere intendit. Vide *verb.* Instructio parochorum, *num.* 33, 34.

ABSOLUTIO QUOMODO, ET SUB QUA FORMA DARI POSSIT, ET DEBEAT, VEL NON.

Absolutionis sacramentalis verba necessaria, et sufficientia assignantur, ac quid tutius in praxi tenendum digeritur. Vide *verb.* Absolutio, *art.* 3, *num.* 1 *ad* 4.

Absolutio est valida, sed illicita, si detur aliis verbis, quæ tamen non mutent sensum formæ ordinariæ, nec actum judicii, et afferuntur variæ similes formæ, *ibid. num.* 5, 6, 7.

Absolutio autem data his verbis: *Ego te mundo a peccatis tuis*, vel consimiliter, a pluribus censetur insufficiens. Et peccaretur mortaliter, ut etiam extra casum necessitatis voluntarie relinquendo *Ego, et in nomine Patris*, etc., at nequidem veniale est aliarum precum rationabilis omissio, *ibid. num.* 8, 9.

Assignatur digna praxis servanda in usuali administratione sacramenti pœnitentiæ, uti quoque in urgente gravi necessitate, *ibid. num.* 10, 11.

Absolutionis verba non præcise, et unde indicant, et declarant pœnitentem esse a Deo absolutum, sed vere, et per modum sententiæ judicialis important absolutionem pœnitentis a peccatis loco Dei a confessario velut a judice pronuntiatam; aliter invalida est, *ibid. num.* 22, 23.

Reprehenditur facilitas auctoris hac in re definienda, *ibid. in nota num.* 21, 22.

Absolutio nequit dari absenti per nuntium, nec per litteras, at ab uno potest dari pluribus simul, et absolutio esset virtualiter multiplex, etc., *ibid. num.* 14, 15, 16.

Similiter potest dari absolutio uni a pluribus simul, sed illicite, exceptis quibusdam casibus, *ibid. num.* 17, 19.

Formula absolutionis dandæ in articulo mortis omnibus personis utriusque sexus trium ordinum S. P. N. Francisci, et benedictionis papalis dandæ prædictis quatuor in anno diebus, quibus maluerint. Vide *verb.* Indulgentia, *art.* 5, *num.* 65, 66

Formula absolutionis generalis dandæ omnibus supradictis personis in solemnitatibus, seu festis Domini Sabaoth, beatæ Mariæ Virginis, Omniumque Sanctorum, et apostolorum Petri et Pauli, sancti Patris Francisci, sanctæ Claræ, per totam majorem Hebdomadam, et in festo sanctæ Catharinæ virginis et martyris, *ibid. num.* 68.

Alia quoad absolutionem. Vide *verb.* Confessarius, *art.* 1 *in add. auctor.*

## ABSTINENTIA (I, 167).

Abstinentia a carnibus est præcepta pro omnibus diebus Veneris et Sabbati, pro Quadragesima, pro Quatuor anni temporibus, et variis vigiliis. Vide *verb.* Abstinentia, *num.* 1, 2, 3, 4.

Si vigiliæ incidant in die Dominica, non fit in ipsis abstinentia, sed anticipatur in Sabbato ut etiam anticipari debet feria IV, vigilia sancti Joan. Baptistæ si cadat in die Corporis Christi; e contra autem, si vigilia sancti Matthiæ occurrat ultima die Bacchanalium, *ibid. num.* 5, 6, 7.

Si Nativitas Domini Nostri Jesu Christi accidat in die Veneris dispensantur omnes ab abstinentia carnis, exceptis iis qui tenentur voto vel regulari observantia, *ibid. num.* 8.

Tempore Quadragesimæ adest præceptum abstinendi, nedum a carnibus, sed etiam ab ovis et lacticiniis, *ibid. num.* 9.

Abstinentia nimia a cibo, vel potu, vel somno impediens aliquem, ne postea suis possit fungi officiis, est mala et peccaminosa, *ibid. num.* 10.

Abstinentia ab omni cibo et potu ultra terminum

Digitized by Google

naturalem septem, aut novem, aut ad summum undecim dierum in iis, qui vitæ sanctimonia excellunt, constituta facti veritate, censenda est supernaturalis et miraculosa, at dari potest etiam naturaliter. Vide *verb*. Abstinentia, *num*. 11 *ad* 14.

Abstinentia virtus est, et dupliciter accipi potest, *ibid. num*. 16. — Distinguitur a jejunio cujus est pars. *ibid. num*. 17; — non omnes indiscriminatim ad abstinentiam tenentur, et qui sint dispensati, *ibid. num*. 18 *et* 19.

ABUSUS (I, 173).

Abusus præsupponit usum, et abuti quid sit, ac quid abutens sibi mereatur, vide *verb*. Abusus, *num*. 1, 2.

Abusus est facere processionem cum sanctissimo sacramento de nocte feria quinta et sexta majoris hebdomadæ, *ibid. num*. 3, et *verb*. Processiones *num*. 63.

Abusus est, ut superior monasterii, licet habeat jurisdictionem spiritualem et temporalem, faciat ante se deferri crucem more archiepiscoporum, *ibid. num*. 4.

Abusus est, ut canonicus clericus, vel subdiaconus antiquior præferatur canonico presbytero moderniori, *ibid. num*. 5, et *verb*. Canonicus, *art*. 7, *num*. 25 et 31.

Abusus antiqui qualiter eliminandi, *ibid. num*. 6, et *verb*. Resolutiones Sacrar. Congreg. *num*. 52. Necnon sæcularium ac claustralium abusus enumerantur, *ibid. num*. 7, 8.

Abusus in baptismo, confessione, eucharistia, matrimonio, ordine, et sacra Scriptura pœna, quæ sit, vide *verb*. Pœna, *art*. 2, *num*. 31 *ad* 49.

Abusus definitio et significationes, *ibid. num*. 10.

Quinam sint abusus omnino eliminandi, et quænam servare oporteat in eorum exstirpatione, *ibid. num*. 11 *et* 12.

ACCEPTILATIO.

Acceptilatio quid sit et quando valeat. Vide *verb*. Solutio, *a num*. 41 *ad* 45.

ACCEPTIO PERSONARUM (I, 175).

Acceptio personarum quid sit. Vide *verb*. Acceptio personarum, *num*. 1 *et* 4.

Qui in judiciis, concursibus, etc., anteponit unum alteri, et alii confert quod isti ex merito justitiæ debetur, committit grave peccatum acceptionis personarum, *ibid. num*. 2.

Ad peccatum acceptionis personarum necessarium est, quod res uni potius quam alteri debeatur qualicunque justitiæ debito, *ibid. num*. 3.

Querelæ Bracharensis archiepiscopi coram Patribus Tridentinis contra acceptiones personarum in beneficiis ecclesiasticis conferendis, *ibid. num*. 5.

Peccant contra justitiam distributivam qui omisso digniore eligunt dignum per acceptionem personæ, *ibid. num*. 6.

Patroni etiam laici omissa acceptione personæ eligere tenentur digniorem, *ibid. num*. 7.

In foro tamen externo ad evitandas lites præsentatio patroni per acceptionem personæ de digno omisso digniore irritari nequit, *ibid. num*. 7.

Unde desumenda sit major capacitas, et quomodo de ea inquirendum ad vitandam personarum acceptionem, ut beneficium digniori conferatur, *ibid. num*. 8.

Quam grave delictum sit acceptio personarum in collatione beneficiorum, *ibid. num*. 8.

Acceptio personarum est jure divino prohibita, et grave peccatum, *ibid. num*. 9 *et* 11.

Quis putandus indignus, vel dignior, *ibid. num*. 12.

An, cui et quando ad restitutionem teneatur, qui acceptionis crimen commisit, *ibid. num*. 13.

Præferre amicum æqualibus meritis, non est personarum acceptio, *ibid. num*. 14.

A tali vitio in sacramentorum administratione summopere abhorrendum est, *ibid. num*. 15.

Quoad personarum acceptionem propositio damnata, *ibid. num*. 10.

ACCESSIO (I, 179).

Accessio, seu adjunctio quando dicatur pro acquirendo rerum dominio. Vide *verb*. Dominium, *art*. 3, *num*. 23 *ad* 69.

Si annulo accedat, seu conjungatur gemma, si vesti intexantur purpurea, gemma et purpura spectabunt ad dominum illius, cujus erat annullus, et vestis, cum obligatione tamen reddendi alteri æstimationem rei suæ, *ibid. num*. 53.

Alia quoad jus accessionis. Vide *ibid. a num*. 16 *ad* 19.

ACCESSORIUM (I, 180).

Accessorium naturam sequi congruit principalis, ac idem utriusque judicium. Vide *verb*. Accessorium, *num*. 1 *et* 2.

Quomodo accessorium a principali in diversis casibus et circumstantiis distinguatur, *ibid. num*. 7 *ad* 12.

Accessorium non alterat principalem dispositionem, sed illi omnino famulatur, ac videtur concessum, cui est concessum principale, *ibid. num*. 3 *et* 4.

Accessorium non tenet, si non tenet principale, ad quod sequitur, et corruit principali deficiente, *ibid. num*. 5 *et* 6. Ea enim omnia, quæ accessionis locum obtinent, omnino exstinguuntur, ubi principalis causa vel ab initio, vel ex post facto non subsistit, *ibid. num*. 13 *ad* 18.

Regula juris *accessorium*, etc., unde desumpta, et illius verus sensus, *ibid. num*. 19 *et* 20

Causæ quibus aliquid accessorium, quod per se non subsistit, esse potest, *ibid. num*. 21.

Casus quibus accessorium principalis naturam non sequitur, *ibid. num*. 22.

ACCESSUS (I, 181).

Accessus ad beneficium quid sit, et quomodo differat a regressu, vide *verb*. Accessus, *num*. 1 *et* 2.

Accessus et regressus amittuntur per contractum matrimonii, nec, eo dissoluto, reviviscunt, *num*. 3.

Prohibiti sunt, sed pontifex, justa causa, eos potest concedere, *num*. 4 *et* 5.

Quomodo permittatur accessus in electione pontificis, et in cæteris electionibus, *num*. 6 *et* 7.

De accessu ad moniales, *num*. 8. Vid. *verb*. Moniales, *art*. 4.

ACCUSARE (I, 183).

ACCUSARE QUI POSSIT, VEL NON.

Exceptis quibusdam infra assignandis, omnes accusare possunt criminaliter in causis propriis, in defendendis injuriis sibi illatis et morte suorum propinquorum, in crimine hæresis, sacrilegii, veneficii, seu magiæ, assassinii, et grassationis per vias publicas falsæ monetæ, simoniæ, læsæ majestatis, similibusque aliis criminibus atrocissimis. Vide *verb*. Accusare, *a num*. 1 *ad* 9.

Non possunt tamen neque in supradictis accusare, 1. Mente capti et furiosi. 2. Excommunicati. 3. Capitales inimici. 4. Clerici et religiosi, præsertim si esset infligenda pœna sanguinis, *ibid. num*. 10 *ad* 13.

Clerici tamen, si pro arcenda sua et suorum injuria, vel pro utilitate et defensione suæ Ecclesiæ esset necessaria accusatio, deberent expresse se protestari contra pœnam sanguinis ad vadendam irregularitatem, *ibid. num*. 14.

In aliis causis et criminibus accusare non possunt : 1. Excommunicati. 2. Infantes, viles et criminosi. 3. Pagani, hæretici, et Judæi non possunt Christianos accusare. 4. Inimici capitales et graves. Item cohabitantes, et frequenter versantes cum

Digitized by Google

inimicis accusati. 5. Omnes illi, qui subornati alias falsum testimonium dixerunt, vel pecuniam ad accusandum, vel non accusandum acceperunt, sicuti etiam pauperes non notæ bonæ famæ. 6. Jam accusati de aliquo delicto, nisi prius se innocentes probaverint. 7. Liberi accusare non possunt parentes, nec e contra. Nec fratres, nec sorores adinvicem, nec liberti patronum, aut ejus hæredem. 8. Clerici et religiosi, qui tamen possunt accusare suum prælatum. 9. Furiosi et mente capti. 10. Impuberes seu pupilli, et mulieres. 11. Milites et magistratus. 12. Laici non admittuntur ad accusandos clericos, nisi tamen laicus injuriam sibi, et suis a clericis illatam prosequatur, Vide *verb.* Accusare, *n.* 15 *ad* 29.

Inter eos qui accusare non possunt, sunt infames juris, *ibid. num.* 33.

Pauperes accusare non possunt, et si bonis moribus sint præditi, *ibid. num.* 34.

Filium familias accusare posse, dummodo pater consentiat, nonnulli sentiunt, *ibid. num.* 35 *et seqq.*

Servi de iis tantum criminibus, accusare possunt, de quibus permissum est omnibus accusare, *ibid. num.* 38.

Num servo permissum quoque sit accusare dominum de suis criminibus, de quibus permissum est omnibus accusare, *ibid. num.* 39.

Num familiares et domestici, adeoque et uxor accusare possint patremfamilias et maritum, *ibid. num.* 43 *et seqq.*

Cujusnam ætatis esse debeat accusator, *ibid. num.* 40 *et seqq.*

Parochiani et patronus ecclesiæ de crimine civiliter agere possunt contra rectorem parochiæ vel beneficii, ut amoveatur a beneficio, *ibid. num.* 30.

Singulares qualitates requiruntur in illo qui episcopum accusare intendit, *ibid. num.* 45.

Casus varii in quibus qui accusare omittunt, graviter peccant, *num.* 46 *ad* 50.

Discrimen inter accusationem et denuntiationem, *num.* 51 *et* 54.

Nemo tenetur complices sui delicti denuntiare, *num.* 52.

Omnes possunt accusare in causis propriis, sed non per alium, *num.* 55 *et* 57.

Quisque potest accusare matrimonium contrahendum, exsistente impedimento, *num.* 58 *et seq.*

Nemo, præter conjuges, potest accusare defectum impotentiæ, *num.* 62.

Omnes tenentur accusare crimen contra religionem vel rempublicam, *num.* 63.

## ACCUSARI (I, 189.)

### ACCUSARI QUI POSSINT, VEL NON.

Accusari non possunt, primo infantes, furiosi, et mente capti. Et quid de minoribus doli capacibus. Vide *verb.* Accusari, *num.* 1, 2.

Secundo accusari non possunt nec illi, qui ante plures annos delictum commiserunt, et illud jam præscripserunt, exceptis tamen quibusdam, *ibid. numer.* 3 *ad* 6.

Tertio semel accusati et jam absoluti iterum accusari non possunt de eodem crimine; adjicitur tamen habenda advertentia, *ibid. num.* 7, 8.

Quarto absentes non possunt accusari et sententiari, possunt tamen accusari, ut a judice legitime citentur, *ibid. num.* 9.

Quinto accusari non possunt magistratus temporales, vel præsides, aut legati provinciarum durante eorum officio, nisi delinquant circa officium, vel crimen notorium fit, *ibid. num.* 10.

Sexto accusari non possunt Christiani ab infidelibus, hæreticis et Judæis; nec denique accusari possunt, qui superiorem se non agnoscunt; et accusatio contra prælatos seu superiores non de facili admittenda, *ibid. num.* 11, 12, 13.

Si crimen pluribus legibus vindicetur, accusatus ex una lege, accusari et reus fieri non potest ex alia ob idem crimen admissum, *ibid. num.* 15.

Servi accusati de delicto non sunt immunes ab extraordinaria pœna, si crimini sit annexa pœna, quæ solos cives et liberos afficere potest, *ibid. num.* 16.

Non possunt accusari mortui, neque summus pontifex, nec sontes crimine sodomiæ, *num.* 17 *ad* 19.

## ACCUSATIO.

Accusationis definitio et etymon. Vide *verb.* Accusare, *num.* 32.

## ACCUSATOR (I, 193).

Accusator tenetur se subscribere ad pœnam talionis, et tenetur probare crimen, quoad objicit, ac subire pœnam talionis. Vide *verb.* Accusator, *num.* 1, 2, 3.

Istis tamen nostris temporibus videtur hanc pœnam talionis abiisse in desuetudinem; si quis tamen esset convictus, quod innocentem vere et malitiose accusasset, deberet adhuc puniri pœna talionis. Vide *ibid. num.* 4.

Accusator nedum in scriptis tenetur dare accusationem, sed præter scripta debet in persona se conferre ad judicem, nec libello jam oblato potest amplius desistere ab accusatione; bene vero ante, *ibid. num.* 5, 6, 7.

Accusator tenetur ad expensas, si accusatus se purget, et ob pecuniam puniendus est exsilio, vel durius, et tenetur restituere, nec unquam potest esse judex aut testis, *ibid. num.* 8, 9.

Accusans clericum, si non probat per tres vel saltem duos testes, excommunicatur, *ibid. num.* 10.

Tria, et quænam erant, quæ olim ab accusatore de jure Romanorum præstari debebant, vide *ibid. num.* 11.

Onus incumbit accusanti probandi delictum, et quomodo illud probetur, *ibid. num.* 12.

Quænam pœna esset ex Sen. C. Turpilliano iis qui oblato jam libello, accusationem deserebant, *ibid. num.* 17 *et seqq.*

A Sen. C. Turpilliano exceptæ feminæ minores; *ibid. num.* 21.

Deprehendens se errasse accusando, tenetur in foro interno desistere, in externo tamen incurrit pœnas, *num.* 22 *et* 23.

Calumniator præsumitur, si probare non potest delictum de quo accusat, pœnæ quas incurrit, et causæ eum eximentes, *num.* 24 *ad* 28.

Accusator illegitimus a judice repellendus est, et casum Papæ reservatum incurrit, *num.* 29 *et* 30.

Quando accusator teneatur detegere falsam accusationem, etiam cum vitæ discrimine, *num.* 31.

## ACCUSATUS (I, 197).

Accusatus fatigandus non est, si accusator non sit legitimus, nec debet puniri, nisi convincatur. Vide *verb.* Accusatus, *num.* 1 *et* 2.

Accusatus non potest alium accusare nisi prius se purget a crimine, et pendente accusatione non potest esse testis, nec tenetur respondere, nisi vocetur, *ibid. num.* 3, 4, 5.

Accusato danda sunt omnia capitula, in quibus accusatur, nomina, et dicta testium, ut possit se defendere, excepto casu hæresis, *ibid. num.* 6.

Accusatus, etiamsi non sit convictus, vel accusator deficiat, adhuc tenetur se purgare canonice, et tunc, si deficiat, habetur ut reus, *ibid. num.* 7, 8.

Bona fama accusati, non solum facit præsumptionem innocentiæ, sed abstergit præsumptionen contrariam, *ibid. num.* 9.

Accusatus non tenetur veritatem fateri judici, etiamsi interrogetur sub juramento, quando non servato juris ordine hic dato interrogat, et traditur, qualiter in occultanda ei veritate perjurium evitari valeat, *ibid. num.* 10, 11.

Accusatus tenetur fateri crimen judici legitimo, et servato juris ordine interroganti, et præcipienti sub

Digitized by Google

juramento de dicenda veritate, maxime in delictis non inferentibus pœnam capitalem, etc. Vide *verb.* Accusatus, *num.* 12 *ad* 16. Quinimo etsi de inferentibus pœnam capitalem sit causa, *ibid. num.* 18 *ad* 24.

Accusatus, seu reus, qui crimen semel negavit injuste, et cum juramento, an teneatur illud confiteri post latam sententiam, vel saltem ante, aut in articulo mortis, *ibid. num.* 24 *ad* 28. Illum teneri probabilius est, *ibid. in not. ad num.* 28.

Accusatus, seu reus, qui metu vel vi tormentorum mentitus sibi falsum crimen imposuit, ob quod sit morte plectendus, tenetur se retractare, si hoc prodesse queat; secus autem si e converso, et quid ei consulendum, *ibid. num.* 29, 30.

Accusatus ex præsumptione falsa, a judice interrogatus non tenetur confiteri propositionem veram, ubi ista confessa, condemnandus esset in foro externo de crimine, aut debito, ad quod revera in foro conscientiæ non tenetur, *ibid. num* 31 *ad* 42.

Accusatus, seu reus interrogatus a judice, ut sub juramento dicat, quantum mercis v. g. apud se retineat, excusatur a perjurio, etiamsi cum juramento neget partem mercis, ne solvat gabellam evidenter injustam, supposito quod in iis circumstantiis non interrogetur legitime, *ibid. num.* 43.

Judex non potest ab accusatis, seu reis criminaliter inquisitis exigere juramentum, dum judicialiter uti principales examinantur. Vide *verb.* Juramentum, *art.* 1, *num.* 56; *verb.* Judex, *num.* 65, et *verb.* Reus, *num.* 26.

In pluribus erravit auctor in hac materia, quæ a correctore, refellendo contraria, reprehenduntur, *ibid. in nota, verb.* Accusatus, *et num.* 56.

Accusatus de crimine publico ex jure civili prohibetur accusare non modo accusantem, sed etiam illius filium, patrem, vel matrem, *ibid. num.* 44.

Quando aliquis de uno crimine accusatus et absolutus iterum de eodem accusari valeat, necne, *ibid. num.* 45.

Accusatus et absolutus in ecclesiastico foro potest iterum in foro laicali accusari, quoties delictum sit misti fori, *ibid. num.* 48.

Intra quantum tempus accusatus et absolutus ab observatione judicii iterum accusari possit novis detectis argumentis, *ibid. num.* 50.

Ab accusato facienda est super delicto transactio cum omnibus habentibus jus accusandi, ut ita vitetur periculum novæ accusationis, *ibid. num.* 51.

Accusatus morte, vel alia corporali pœna plecti non potest, si transactio rite sit inita inter accusatum et accusatorem lite pendente ante sententiam, vel saltem pendente appellatione, *ibid. num.* 52.

### ACEDIA (I, 213).

Acedia ut sic tripliciter sumi potest, et assignatur, et solum tertio modo sumpta est peccatum. Vide *verb.* Acedia, *num.* 1, 2.

Acedia tertio modo capta quid sit, et quotupliciter accipiatur, *ibid. num.* 3 *ad* 6.

Acedia generaliter sumpta potest esse peccatum mortale vel veniale, et assignatur quando unum, et quando alterum, et specialiter accepta est ex genere suo mortale, si plene voluntaria; potest tamen quandoque esse solum veniale, *ibid. num.* 7 *ad* 9.

Acediæ filiæ sunt malitia, rancor, pusillanimitas, desperatio, torpor et evagatio; ac omnium quidditas, et peccati qualitas aperitur, *ibid. num.* 10 *ad* 16.

Remedia adversus acediam, *ibid. num.* 17.

### ACOLYTHATUS.

Acolythatus quid sit, quæ ejus materia et forma; quando institutus, et quæ ætas id ipsum, vide *verb.* Ordo, *art.* 1, *a num.* 37 *ad* 39.

### ACOLYTHUS (I, 215).

Acolythus idem ac ceroferarius; ejusque assignatur officium. Vide *verb.* Acolythus, *num.* 1, 2, 3.

Acolythi unde dicti, *ibid. num.* 7, 8.

Quodnam olim fuerit officium et munus acolythorum, *ibid. num.* 8.

De antiquitate acolythorum, *num.* 9.

Acolythi, sive alii clerici in minoribus non sunt assumendi ad cantandam epistolam, vel evangelium, etiamsi sit penuria diaconorum et subdiaconorum, et contra facientes debent puniri, *ibid num.* 4 *et* 5.

Acolythus, seu alius clericus, qui solemniter cantat epistolam cum tunicella, et reliquis sacris vestibus, sed absque manipulo, debet petere dispensationem irregularitatis ad cautelam, et idem est de non diacono, qui cantat evangelium sine stola, *ibid. num.* 6.

De acolythorum nomine et officio contra Binghamum, *num.* 12 *et* 20.

Varia variis in locis eorum munera, *num.* 13.

Quis primus acolythos inter clericos retulerit, *num.* 14.

De acolythis regionariis, titularibus, palatinis, stationariis, *num.* 15.

Consuetudo Ecclesiæ Latinæ et Græcæ circa eorum ætatem, *num.* 16 *et* 17.

Decretum Benedicti XIV de clero Græco ad majores ordines ascensuro, *num.* 18.

Quis fuerit antiquitus archiacolythus, *num.* 19.

Acolythatus ab apostolis fuit institutus, *num.* 21.

### ACTIO.

Actio commodati, et actio contraria commodati quid sint, et quibus competant, vide *verb.* Commodatum, *a num.* 29 *ad* 35.

Actio empti et venditi quid sit, et quibus competat, vide *verb.* Emptio, *art.* 1, *a num.* 1 *ad* 6.

Actio redhibitoria, et actio æstimatoria quid sint, ad quæ dentur, et quibus competant. Vide *ibid. art.* 5, *a num.* 16 *ad* 22.

Actio locati et conducti quid sit, ad quæ detur, et quibus competat, vide *verb.* Locatio, *a num.* 82 *ad* 84.

### ACTOR (I, 221).

Actor dicitur is, qui petit, et ad judicium provocat, eique incumbit onus probandi; et eo non probante, reus absolvitur. Vide *verb.* Actor, *num.* 1, 2, 3.

Actor petens rem ex certa causa, si causam non probet, succumbit, non tenetur tamen jurare, si plene probet, *ib. num.* 4, 5.

Actor tenetur sequi forum rei, et non potest mitti in possessionem, absente reo, nisi causa custodiæ, si lite non contestata, reus est contumax, *ib. num.* 6 *ad* 8.

Actor non obtinens possessionem coram judice non tenetur coram eo respondere de proprietate, si sit alterius fori, *ibid. num.* 9.

Actore et reo ejusdem civitatis exsistentibus neuter conveniatur extra eam, *ib. num.* 10.

Actor non admittitur ad litigandum, nisi det libellum in scriptis, et citatus non comparens in termino, tenetur ad expensas eousque factas a reo, *ibid. num.* 11, 12.

Actor non potest exigere a reo scripturas contra reum; et ei non licet, quod nec reo licet, *ib. num.* 13 *et* 14.

Actor excommunicatus non potest agere; imo a judice est repellendus ex officio, etiamsi reus non opponat. Potest tamen in judicio conveniri, et debet per alium in judicio respondere, *ib. num.* 15 *et* 16.

Favorabiliores in jure sunt rei quam actores, et in quibus præsertim rebus, *num.* 19, 20.

Digitized by Google

Actoris conditio in causa melior fieri potest post litis contestationem, nequaquam deterior. Vide *verb.* Actor, *num.* 19.

Actor nequit a judicio incepto pro libitu desistere, *ibid. num.* 20.

In judicio in vim *Legis diffamari*, is, qui primo provocat, est reus, *ib. num.* 21.

Actor in libello debet obligationis causam deducere, et illum judici offerre, et reo, sive parti intimare, *ibid. num.* 22.

Si actor instantiam deserat, non est audiendus nisi reo expensas obtulerit, *ib. num.* 23.

Quando, et quomodo, si novum judicium instituere velit actor, teneatur expensas reo reficere, *ib. num.* 23.

De nomine actoris, et quæ in eo requirantur, *num.* 24 *et* 25.

Affinis est procuratori, sed non tenetur in causis civilibus comparere, *num.* 26 *et* 27.

In judicio semper intervenit actor, vere vel ficte, et quoad reconventionem non potest se tueri exceptione fori incompetentis, *num.* 29, 30.

Oblato libello, litem tenetur prosequi, *num.* 28.

Quando censeatur contumax, et quomodo tunc citandus, in hoc casu reo tenetur ad expensas, et amplius non citandus, *num.* 31, 33, 34.

Conditiones servandæ ut actor excommunicatus repelli possit, *num.* 35.

Quinam fuerint actores Ecclesiæ, *num.* 36.

## ACTUS (I, 225).

Quid sit actus humanus, voluntarius, elicitus et imperatus. Vid. *verb.* Actus, *num.* 1 *ad* 4.

Actus humanus est imputabilis, moralis, liber, et habet rationem meriti et demeriti, *num.* 5 *ad* 8.

## ADAM.

Adam si hodie viveret, non posset cum aliqua matrimonium contrahere. Vide *verb.* Matrimonium quoad impedimenta, *art.* 1, *num.* 43.

Adam et Eva quando, quomodo, et ubi formati, et varia alia de ipsis. Vide *verb.* Mundus, *a num.* 24 *ad* 40.

Adam et Eva qua die et hora comederint de fructu vetito, qua item expulsi sint de paradiso, *ib. n.* 43 *ad* 45.

Adam et Eva a paradiso ejecti, quam regionem incoluerint, et ubi tumulati fuerint, *ib. a num.* 52 *ad* 55.

Adam et Eva quot filios genuerint, *ib. num.* 49.

## ADJUNCTI (I, 227).

Pro adjunctis debent initio cujuslibet anni eligi a capitulo duo de gremio capituli, et ad quid, vide *verb.* Adjuncti, *num.* 1.

Electioni adjunctorum tanquam conjudicum utrum assistat, an resistat jus commune, *ibid. num.* 40.

Unum tantum debet esse utriusque votum, et alter potest episcopo accedere; et quid si ambo ab episcopo discordent, *ibid. num.* 2 *ad* 4.

Capitulum ecclesiæ in cathedralem erectæ post Tridentinum, quæ prius non erat exempta, sed in omnibus episcopo subjecta, nequit habere adjunctos, seu conjudices, *ibid. num.* 5.

De mandato concilii Tridentini tenetur capitulum initio cujuslibet anni duos sui ipsius eligere, qui cum episcopo contra capitulares procedere debeant, et electi juramentum præstare tenentur, *ibid. num.* 6, 7, 8.

Si capitulum uti supra non elegerit, potest episcopus procedere per se solum, dummodo prius illud moneat, *ib. num.* 9.

Episcopo nolente, vel non valente contra capitulares delinquentes procedere, non devolvitur jurisdictio ad adjunctos, nec econtra istis volentibus, etc., devolvitur ad episcopum sed ad superiorem, *ibid. num.* 10, 11.

Ut valeant sententiæ, et decreta in casibus hujusmodi, sunt exprimenda et pronuntianda sub nomine simultaneo episcopi, et adjunctorum, *ibid. num.* 12.

Solus autem episcopus sine adjunctis poterit in principio ad informationem summariam, et necessariam detentionem rei procedere in criminalibus ex incontinentia provenientibus, etc., quando de fuga timetur, ac etiam solus potest, si totum capitulum deliquerit, *ib. num.* 13, 14.

Si reperiatur unus in capitulo, qui non deliquerit, iste procedet simul cum episcopo, cum restrictione tamen, quæ assignatur, *ibid. num.* 15, 16.

Potest etiam sine adjunctis visitare corpus ecclesiæ cathedralis, et sacramentum, reliquias, cæteraque ad cultum divinum destinata, *ib. num.* 17.

Potest etiam visitando sine adjunctis peccata, et excessus capitularium corrigere, punire et emendare, *ib. num.* 18.

Potest etiam sine adjunctis procedere in personas capitulares delinquentes in exercitio curæ animarum quam obtinent extra ecclesiam capitularem, *ibid. num* 19.

Potest etiam sine adjunctis procedere ad privationem canonicorum ex causa, quod ordines suis præbendis annexos non susceperint. Vide *ib. num.* 20.

Potest sine adjunctis exigere rationem administrationis operum piorum ad curam capituli spectantium, dummodo non procedat ad privationem, vel alias criminaliter in forma judicii, *ibid. num.* 21.

Episcopus potest sine adjunctis procedere contra capitulares ob non residentiam, dummodo non procedat ad privationem; necnon alia sine illis potest, quæ referuntur, *ib. num.* 22 *ad* 26.

Nequit episcopus sine adjunctis procedere contra coadjutores canonicorum cathedralis, si ex forma coadjutoriæ colligatur ipsi coadjutori concessa fuisse omnia privilegia, quæ habent canonici, et alia, quæ apponuntur, *ibid. num.* 27 *ad* 30.

Episcopus duarum cathedralium conjunctarum potest in qualibet ipsarum maluerit tribunal erigere, ibique procedere in causis capitularium cum suis respective adjunctis non obstante consuetudine immemorabili in contrarium, *ibid. num.* 31.

Episcopus in visitatione, et causis capitularium potest uti suo proprio notario, dummodo non sit suspectus capitulo, et assumere suum proprium fiscalem, vel alium, si hic habeatur suspectus, *ib. num.* 32, 33.

Adjuncti possunt esse omnes qui sunt de capitulo, etiam dignitates obtinentes in eadem Ecclesia, licet capitulares non sint, *ib num.* 35, 36.

Adverte, quod in adjunctos eligi non possunt, nisi ii, qui vere sunt de capitulo, unde beneficiarii, qui assisi dicuntur, eligi in adjunctos non possunt, *ibid. num.* 42.

Adjuncti, si ea de causa sine fraude tempore divinorum officiorum absint, privandi non sunt quotidianis distributionibus, *ib. num.* 37.

Cum istis duobus adjunctis a concilio præscriptis nedum episcopus, sed etiam ejus vicarius procedere potest contra capitulares, et etiam vicarius capitularis sede vacante, *ibid. num.* 38, 39.

Recusato vicario capitulari, non sunt ei dandi adjuncti, sed recurrendum est ad capitulum, ut eligat arbitros pro cognoscendis causis suspicionum, et alteri non suspecto causam deleget, *ib. num.* 43.

Discordantibus adjunctis episcopo, an tertius debeat esse ex eodem capitulo, *num.* 44.

Episcopus cum adjunctis potest procedere contra capitulares, *num.* 45.

Adjuncti a capitulo electi jurisdictionem habent, tenentur jurare de bene et fideliter se habendo, et

Digitized by Google

juvare episcopum suo consilio, et an episcopus illud teneatur amplecti, vide *verb.* Adjuncti, *num.* 46, 47.

Requiritur ut expressus sit consensus adjunctorum, ipsi vero possunt recusari a parte, *num.* 48, 49.

## ADJURATIO (I, 235).

Adjuratio quid et quotuplex, vid. *verb.* Adjuratio, *num.* 12.

Quando et an liceat adjuratio deprecativa et compulsiva, *num.* 3.

Quænam sint ad licitam adjurationem, *num.* 4.

Deus, sancti, dæmones, etc., adjurari possunt, et quomodo, *num.* 5, 6, 7.

## ADMINISTRATIO, ADMINISTRATOR (I, 235).

Ordinarii locorum possunt exigere juramentum de fidelitate administrandi ab administratoribus locorum, et legatorum piorum, ac rationes, et computa administrationis, etsi testator id inhibuerit. Vide *verb.* Administratio, administrator, *num.* 1 *ad* 5.

Ab ordinariis potest ordinari, quod administratores locorum piorum singulis annis rationem reddere teneantur, etiamsi de iis, qui de juris communis dispositione visitari non possunt, *ib. num.* 6, 7.

Administratores piorum locorum etiam exemptorum nullam rationem reddentes episcopo posthac eam reddere tenentur, et quid si eam aliis reddere consueverunt, *ibid. num.* 8, 9.

Ordinarii possunt compellere syndicos et ministros monasterii monialium regularibus subjecti ad exhibendos libros receptorum, et expensarum dicti monasterii pro redditione rationis administrationis bonorum illius, etiam sine præsentia ministri provincialis, cui subest dictum monasterium, quatenus interpellatus recuset interesse, *ibid. a num.* 10 *ad num.* 11.

Redditio rationis administrationis danda est ordinariis etiam a locis, quæ sunt sub immediata regum protectione, et ad hoc ut sint immunia a visitatione ordinariorum, debent esse talia a primæva sua fundatione, *ibid. a num.* 12 *ad* 18, et *verb.* Confraternitates, *art.* 3, *num.* 6 *ad* 8 *et* 11 *ad* 13.

Ordinarii possunt cogere quoscunque administratores piorum locorum, et ecclesiarum; imo etiam canonicos cathedralis ad exhibendos libros, et qualiter, *ib. num.* 19, 20, *verb.* Confrat. *art.* 3, *num.* 9.

Et ad finem reddendi fideliter quotannis suos computos, et rationes tenentur omnes administratores conficere librum rationum, qui contineat data et accepta, etc., *ib. num.* 21, 22, 23.

Nec possunt ipsi administratores exhibitionem librorum, et redditionem rationum faciendam episcopo effugere, prætextu quod soliti fuerint ipsas computos et rationes reddere aliis, et qualiter procedi possit, si male se gesserint, *ibid. num.* 24, 25.

Pro labore autem revisionis, etc., nequeunt episcopi aliquam mercedem, seu propinam exigere, non obstante quacunque contraria consuetudine, *ibid. num.* 26.

Regulares non debent, nec possunt esse administratores bonorum temporalium monasteriorum monialium etiam sibi subjectarum, *ibid. a num.* 27 *ad num.* 30.

Episcopus per se exigere potest, imo debet rationem administrationis a vicario capitulari, et ab omnibus officialibus seu administratoribus, sede vacante, a capitulo deputatis, ac illos in aliquo delicto repertos punire, et juxta multos scienter et negligenter omittens non est immunis a gravi culpa, *ib. num.* 31, 32, 33.

Designato a sancta sede minore viginti et quinque annis in futurum ecclesiæ præsulem, eidem administrator tam in spiritualibus quam in temporalibus deputatur, *ibid. num.* 34 *et seqq.*

Quænam sint facultates hujus administratoris, *ibid. num.* 37 *et seq.*

Administratio bonorum sacrorum laicis interdicitur, *num.* 42.

Quid administratio diœcesana in regno Neopolitano, et in ecclesiis cathedralibus, *num.* 43, 44.

In abbatiis montis Casini, Cavæ, etc., abbates administrationi præsunt, *num.* 45.

Administratores a sede apostolica, conferre possunt beneficia, *num.* 47.

Episcopus administrator potest pro suffraganeo supplicare, et ejus supplicatio præferenda, *num.* 48, 49.

Quomodo se gerat sedes apostolica si administrator non sit episcopus, et suffraganeatus vacet, *num.* 50.

De clericis administratoribus rerum laicorum, vid. *verb.* Irregularitas, *art.* 1, *num.* 12, circa finem.

## ADMISTIO.

Admistio, seu commistio pro acquirendo rerum dominio, quid sit, et qualiter differat a confusione, vide *verb.* Dominium, *art.* 3, *num.* 72, 73.

Assignatur prima regula ad dignoscendum, ad quem spectet rerum dominium in admistione, *ib. num.* 76, et alia ad rem. *ibid. num.* 77 *ad* 84.

## ADOPTIO.

Adoptio quid, et quotuplex sit, vide *verb.* Matrimonium quoad impedimenta, *art.* 1, *a num.* 74, et *verb.* Patria potestas, *a num.* 19 *ad* 33, ubi multa ad rem.

## ADORATIO (I, 245)

Adoratio, seu cultus quid sit, vide *verb.* Cultus sanctorum, *num.* 34.

Adoratio, seu cultus, alia est mere civilis, seu politica et alia sacra, seu religiosa, et quæ utraque sit, *ibid. num.* 35.

Adorationis sacræ, seu religiosæ tres sunt species, nempe latriæ, hyperduliæ et duliæ, et quæ singulæ sint. Item alia absoluta, et alia respectiva, *ibid. num.* 26 *ad* 40.

## ADULTERIUM (I, 245).

### ADULTERIUM QUOAD EJUS ESSE, ET DIVISIONEM.

Adulterium quid sit, et quotuplex. Vide *verb.* Adulterium, *art.* 1, *num.* 1 *et* 2.

Item quid, et unde dictum adulterium, *ib. num* 8.

Quisnam adulter et stuprator jure Romanorum, *ibid. num.* 9.

Ecclesiæ Patres a marito quoque adulterium in innuptam committi constituerunt, *ibid. num.* 10.

Distinctio adulterii in duplex et simplex in foro fori nullam vim habet, *ibid. num.* 11 *et* 12.

Adulterium dividitur etiam in verum et præsumptum, *ibid. num.* 13.

Adulterium si sit duplex, est necessario in confessione aperiendum, et qui concumbit cum conjugata, etiam consentiente marito, committit adulterium, ut etiam qui accedit ad suam uxorem putans se accedere ad alienam, *ibid. num.* 3, 4, 5.

Conjux in actu conjugali cum sua se morose delectans in alia velut præsente, addit speciem adulterii in confessione explicandam, et adulterium etiam concupiscentia committitur, *ibid. num.* 6, 7.

Quomodo a lege Julia de adulteriis puniebatur ille, qui sive suæ, sive alienæ ancillæ jungebatur, *ibid. num.* 14.

Cum liberis jure Rom. adulterium committitur, *ibid. num.* 16.

De adulterio cum vili femina, *ibid. num.* 17.

Digitized by Google

Cum uxore injusta an adulterium committatur, et quænam sit apud Romanos injusta uxor, vide *verb*. Adulterium, *num*. 20.

Cum aliena concubina adulterium non est, *ibid. num*. 21.

An cum sponsa adulterium committatur, *ibid. num*. 22.

Si quis se junxerit cum ea, quam bona fide putabat solutam esse, cum vere nupta esset, stupri, non adulterii reus est, et contra, *ibid. num*. 23 *et* 24.

Si quis duas simul uxores duxerit, num stupri, vel adulterii species dicatur, *ibid. num*. 26.

Multi licet adulteri non sint, puniuntur tamen adulterii pœna, *ibid. num*. 27.

Quænam, præter fornicationem, peccata adulterium complectatur, *num*. 28.

Adulterii peccato inquinatur conjux male cum uxore concumbens, *num*. 29.

An fornicatio cum uxore alterius ante matrimonii consummationem sit adulterium, *num*. 30.

Propositio negans copulam cum conjugata, consentiente marito, esse adulterium, ab Innocentio XI damnatur, *num*. 31.

ADULTERRIUM QUOAD EJUS POENAS.

Adulterium semper fuit punitum gravissimis pœnis, quæ assignantur. Vide *verb*. Adulterium, *art*. 2, *a num*. 1 *ad num*. 6.

De variis apud varias gentes adulterii pœnis, et præsertim apud Romanos, *ibid. num*. 1 *et seqq*.

Quibus pœnis afficerentur adulteri medio ævo, *ibid. num*. 24.

Hodie pro adulterio pœnæ plerumque leviores, *ibid. num*. 25.

Clericus adulter non modo deponitur, sed etiam in monasterium detruditur, *ibid. num*. 23.

Jure canonico aufertur adultero jus exigendi debitum conjugale, et conceditur, quod innocens possit facere divortium quoad torum et habitationem; dummodo fiat auctoritate judicis ecclesiastici, *ibid. num*. 7, 8.

Propter adulterium adhuc uxor privatur dote, et maritus adulter donatione propter nuptias, sive dotalitio, *ibid. num*. 9.

Per jus canonicum correctum est jus civile; hinc non licet patri aut marito occidere adulterum deprehensum in flagranti cum filia, aut uxore adultera, *ibid. num*. 10 *ad* 13.

Maritus occidens propria auctoritate uxorem adulteram, neque excusatur totaliter a delicto etiam a jure civili, sed pœna adhuc afficitur aliqua, *ibid. num*. 14.

De jactura rei familiaris uxoris, vel mariti in adulterio deprehensi, *ibid. num*. 26 *et seqq*.

Recensentur causæ, propter quas mulier adultera non amittit dotem, *ibid. num*. 32.

Adulterii accusatio quando perimatur, *ibid. num*. 40 *et* 41.

Si mulier commisso adulterio defuncta sit, et hæredes ejus dotem repetant, maritus contradictionis modo objicere adulterium potest, atque ita dotis lucrum sibi tueri, *ibid. num*. 42.

An marito mulieris in adulterio deprehensæ prædefuncto ante institutam actionem illius hæredes repellere possint adulteram dotem repetentem, *ibid. num*. 43.

An exponenti querelam criminalem adulterii a principio, competat civilis actio pro lucro dotis, *ibid. num*. 45.

De potestate patris vel mariti occidendi adulterio deprehensum, vel deprehensam, *ib. num*. 46.

De accusatione adulterii et effectu sententiæ, *ibid. num*. 49.

De separatione personali ob adulterium in codice Neapolitano permissa, *num*. 47.

Divortium ob quæ crimina fieri possit, *num*. 48 *ad* 51.

Vir ob adulterium uxoris non tenetur ad divortium, quando teneatur, pariter et uxor, *num*. 52 *ad* 55.

An, facto divortio, vir innocens jus amittat compellendi uxorem ut ad se redeat, *num*. 56.

Pœnæ adulteris inflictæ, et adulteros occidenti vel vulneranti legibus Neapolitanis, *num*. 57 *ad* 60.

Ante sententiam judicis remissio conjugis innocentis alteri suffragatur, et effectus damnationis possunt a parte læsa averti, *num*. 61, 62.

ADULTERIUM QUOAD CASUS, IN QUIBUS PROPTER IPSUM NEQUIT FIERI DIVORTIUM.

1. Nequit fieri divortium propter commissum adulterium, si uterque conjugum illud commiserit. 2. Si ipse maritus prostituat uxorem, vel uxor cum consensu mariti adulterium committat. 3. Si mulier nupsit alteri, ex quo vere credidit maritum suum fuisse mortuum. 4. Si uxor ex errore concubuit cum altero viro latenter in ejus lectum ingresso putans esse suum verum maritum, et econtra. 5. Nequit fieri divortium propter adulterium commissum a muliere vi oppressa, et omnino involuntarie. 6. Si post adulterium vir sibi reconciliavit uxorem, vel uxor virum petendo, et reddendo debitum. Vide *verb*. Adulterium, *art*. 3, *a num*. 1 *ad* 8.

An in casu, quo maritus male et injuste tractet uxorem, negando ei alimenta et debitum conjugale, eamque e domo expellendo, et tunc ipsa adulterium committat, possit ipse maritus divortium facere, *ibid. num*. 9 *et* 10.

De variis causis propter quas ab Ecclesia dissolutio matrimonii permittitur quoad torum, *num*. 11 *ad* 17.

Divortium judicis auctoritate fieri debet, et cujus est providere ut publicum scandalum vitetur, *num*. 18 *ad* 20.

ADULTERIUM QUOAD VARIA RESPECTU ADULTERI ET ADULTERÆ.

Adulter accusatus de adulterio, lite pendente, non est privandus possessione, si tamen lite non contestata est contumax, potest excommunicari. Vide *verb*. Adulter., *art*. 4, *num*. 1 *et* 2.

Adulter tenens concubinam pulsa uxore, vel ea retenta si maritus eam non pellat, sed adhuc cum ea adultere vivat, debet excommunicari, *ibid. num*. 3.

Adulter, qui ut suam libidinem libere et sine obice expleat, procurat carcerari maritum alicujus, vel consanguineos mulieris, est ultimo supplicio puniendus et adulterans cum Judæa vel gentili excommunicatur, *ibid. num*. 4, 5.

Adulter emendatus potest negare debitum et dimittere uxorem, quæ perseverat in adulterio, et non vult se emendare, imo tunc tenetur eam dimittere, *ibid. num*. 6. 7.

Adultera nec etiam mortuo marito potest matrimonium contrahere cum suo adultero, potest tamen post pœnitentiam, dummodo non fuerit causa mortis sui viri, *ibid. num*. 8, 9.

Olim de civili et canonico jure absolute prohibitæ erant nuptiæ inter adulterum et adulteram, *ibid. num*. 11 *ad* 13.

Postea restringi cœpit prohibitio ad duos casus, et quinam sint, *ibid. num*. 19, 20.

Adultera post pœnitentiam a viro recipienda est, et separata a viro propter adulterium perdit dotem et dotalium, et si impudice vivit, est punienda pœna mortis, *ibid. num*. 10, 11, 12. Explicatur auctor, *ibid. num*. 20 *et seqq*.

Adultera occidens fetum animatum, seu natum infantem, excommunicatur, et punitur, ut homicida, et quid, si conjuges sint ambo adulteri, sed unus publice, et alter occulte, *ibid. num*. 13, 14.

Digitized by Google

ADULTERIUM QUOAD OBLIGATIONEM GENITORUM RATIONE PROLIS ADULTERINÆ.

Genitores adulteri tenentur præstare alimenta proli adulterinæ, si ipsa non habeat unde aliunde sustentetur, quamvis per jus civile fuerit id vetitum. Vide *verb.* Adulter., *art.* 5, *num.* 1 *ad* 4.

Mater tenetur alere prolem primo triennio, et posthoc triennium tenetur eam alere pater, donec sua industria se possit juvare, *ibid. num.* 5.

Adulter sciens prolem esse suam, si adultera sit impotens ad restitutionem, tenetur ipse restituere impensa in alenda prole adulterina, et filia dotanda, et compensanda damna quæ filii legitimi in divisione hæreditatis patiuntur, et quid in dubio, *ibid. num.* 6, 7, 8.

Adultera non tenetur cum periculo vitæ et magnæ infamiæ manifestare prolem spuriam ad reparanda damna legitimorum, nec proles spuria tenetur credere matri asserenti non esse legitimam, *ib. num.* 9, 10, 11.

Adultera quando teneatur manifestare prolem spuriam ad reparanda damna legitimorum filiorum, *ib. n.* 20, 22, 23.

Lepida cautela a matre adultera adhibita, ne individuam prolem ex adulterio habitam indigitare compelleretur, *num.* 21.

Adultera tamen tenetur quantum in se procurare omni meliori modo, ut illatum damnum legitimis compensetur; et si nullo alio modo tale damnum compensari possit, tenetur proli spuriæ persuadere, ut statum ecclesiasticum, vel religiosum amplectatur, vel vitam cælibem ducat, *ib. num.* 12, 13. Parentes qui sine debitis modis, et cautionibus liberos suos exponunt clam ad hospitalia, etc., graviter peccant, si possint aliter eis providere. Excusantur tamen a culpa qui cum debitis cautionibus clam noctu exponunt ad hospitalia ad vitandam infamiam, seu quia nequeunt eos alere aliter, *ib. num.* 14 et 15.

Sed si divites sint, tenentur restituere hospitali, seu loco pio, vel cuicunque alteri expensas in prolem suam factas, *ib. num.* 16, 17.

An facta tori separatione propter uxoris adulterium teneatur maritus uxori inopi alimenta præstare, *ib. num.* 19.

Regula sequenda circa obligationem adulteræ seipsam prodendi, *num.* 24, 25.

Quando filius teneatur matri credere asserenti ejus illegitimitatem, *num.* 26.

Adulter ab omni restitutione excusatur, quando dubium est an proles sit sua vel mariti, non secus ac quando dubium est inter plures adulteros, si certus sit de prole, ad restitutionem tenetur, *num.* 27 *ad* 29.

Tenetur etiam si vim aut dolum aut metum intulerit, eo tamen deficiente, tenetur adultera, *num.* 30.

ADULTUS.

Adulti quas dispositiones habere debeant ad recipiendum baptismum valide et fructuose. Vide *verb.* Baptismus, *art.* 5 *a num.* 25 *ad* 34.

ADVENA).

Advenæ, quibus legibus obligentur, vid. *verb.* Lex, *art.* 3, *a num.* 28 *ad* 48.

ADVENTUS (I, 275).

Adventus dicitur, tempus Natale Domini præcedens, et quare, vid. *verb.* Adventus, *num.* 1 et 2.

Quot Dominicis antiquitus constabat, *num.* 3.

De veteri disciplina jejunandi tempore Adventus, et quid nunc de isto jejunio, *num.* 4 *ad* 8.

Toto Adventus tempore nuptiæ prohibentur; contra facientes lethaliter peccant, sed non dirimitur matrimonium, *num.* 9, 10.

Adventus est tempus luctus simul et gaudii, et quomodo id Ecclesia sacris ritibus significet, *num.* 11.

Plura circa subdiaconi et diaconi officia in cæremoniis tempore Adventus, *num.* 12 *ad* 15.

De missa in Sabbatis Adventus, *num.* 16.

De festis et commemorationibus tempore Adventus, *num.* 17, 18.

De Dominicis Adventus, et antiphonis majoribus *O*, *num.* 20 *ad* 22.

ADVOCATUS (I, 281).

ADVOCATI OFFICIUM QUIBUS SIT A LEGE PROHIBITUM.

Advocati officium exercere prohibentur pagani, hæretici, et excommunicati, minores septemdecim annis, etc. Vide *verb.* Advocatus, *art.* 1 *num.* 1, 2, 18 *et* 19.

Item judices, vel assessores non possunt in eadem causa esse advocati, necnon clerici in sacris constituti, aut beneficium ecclesiasticum habentes nequeunt in foro sæculari advocatum agere, nisi in causis quæ assignantur, *ibid. num.* 3, 4.

Item monachi et religiosi omnes, etiam canonici regulares, nisi pro utilitate sui monasterii, accedente simul mandato proprii prælati regularis, *ibid. num.* 5. Alii præterea sunt, qui advocati munus exercere nequeunt, quos vide *ib. num.* 8 *et seqq.*

Advocati, qui postulare prohibentur ob bonum publicum, ne litigatorum quidem consensu postulare possunt, *ib. num.* 9.

Is, cui uno in loco judicis decreto advocatum esse interdictum sit, alio in loco et coram alio judice non prohibetur postulare, nisi concurrat infamiæ nota, *ib. num.* 10.

In foro autem ecclesiastico possunt advocatum agere clerici in sacris, et beneficiati etiam pro laicis, nunquam tamen pro extraneis contra Ecclesiam, a qua est beneficium, *ib. num.* 6, 7.

De clerico, qui advocati munus contra Ecclesiam exercet, *ib. num.* 12 *et seqq.*

Casus quibus clerici coram sæculari judice postulare possint, *num.* 21, 22.

Pro quibus personis in foro civili advocare queant, non tamen in causis sanguinis vel mutilationis, *num.* 23, 24.

Mendicantibus etiam in causis proprii monasterii advocare interdicitur, *num.* 25.

Clericus in una ecclesia prælatus potest adversus aliam, in qua beneficium obtinet, postulare, *num.* 26.

Advocati nominis origo et varietas, *num.* 14, 15.

ADVOCATUS QUID IN EXERCITIO SUI OFFICII LICITE POSSIT, VEL NON.

Quid licitum vetitumque sit advocatis, vide *verb.* Advocatus, *art.* 2, *num.* 1.

Advocatus non potest suscipere patrocinium causæ, quam cognoscit esse injustam, alias graviter peccat, et tenetur ad restitutionem, etc., *ib. n.* 2.

Et si causa clientis a principio videbatur advocato justa, vel saltem probabilis, aut dubia, et in progressu cognoscat esse injustam, tenetur statim eam deserere, et clientem suum inducere, ut a lite desistat, aut cum parte adversa componat, absque tamen ejus damno, *ibid. num.* 3 et 4.

Advocatus, qui propter negligentiam suam, ignorantiam, vel imprudentiam, causam a se susceptam male defendit, tenetur etiam ad restitutionem, et mortaliter peccat, si, cum non sit idoneus, officium advocati exerceat, *ibid. num.* 5 et 6.

Sicuti etiam mortaliter peccat, et ad restitutionem tenetur, si causam sui clientis pro viribus non defendat, et omittat negligenter, aut malitiose adducere jura, et fundamenta ad causam facientia, et necessaria, *ibid. num.* 7.

Advocatus, qui contra debitam fidelitatem detegit adversario secreta, et fundamenta causæ sui clientis, peccat mortaliter, et tenetur ad restitutionem,

Digitized by Google

si propter hoc cliens perdidit causam, quam fuisset victurus. Vide *verb.* Advocatus *num.* 8.

Imo advocatus aperiens adversario secretas scripturas, et alia secreta sui clientis dicitur falsarius; et graviter peccat utrique parti simul et semel inserviens, aut si in eadem causa velit esse advocatus et judex, *ibid. num.* 9 *ad* 12.

Item peccat graviter advocatus adducens scienter falsas leges, vel abrogatas, vel bonas malitiose in falsos sensus detorquens, falsas scripturas, aut falsos testes producens, imo scienter utens falsis pro veris, falsi crimen incurrit, *ib. num.* 13.

Item peccat advocatus plures causas accipiens, quam juxta vires expedire possit, nisi clientes de hoc moniti, attenta eximia advocati peritia, sint contenti, *ibid. num.* 14.

Advocatus graviter peccat, et ad restitutionem tenetur si cum præjudicio clientum causarum expeditiones notabiliter ipsis invitis disserat, vel falsis cavillationibus innixus quærat superfluas, et non necessarias dilationes in gravamen partis, *ibid. num.* 15.

Imo in causa matrimoniali advocatus procurans, ut causa malitiose differatur, vel ut matrimonium non sortiatur effectum excommunicatur, *ibid. num.* 16.

Advocato non licet pacisci cum suo cliente de quota litis, id est de dimidia, tertia, vel quarta parte ejus sibi attribuenda, si causam reportaverit, *ibid. n.* 17.

Nec ipsi licet pacisci cum cliente de pretio post inchoatam litem, sed vel ante cœptam, vel post finitam, nec potest cum cliente aliquem contractum inire, alienas lites redimere, et causas litigiosas emere, aut conviliis, et probris advocatum partis adversæ onerare, *ibid. num.* 18 *ad* 22.

Item ei non licet pro arbitrio pretium exorbitans a cliente exigere, sed solum moderatum, prout a lege est taxatum, vel si non est taxatum a lege, juxta praxim fori et regionis, attenta magnitudine, vel parvitate causæ et laboris, *ibid. num.* 23.

Advocatus tenetur egenis in extrema vel gravi necessitate gratis patrocinari, imo ad hoc potest a judice compelli sub pœna pecuniaria, et etiam privationis officii, ubi ad id reperitur deputatus et stipendiatus, *ibid. num.* 24 *ad* 26.

Non tenetur tamen advocatus pauperum patrocinium præstare gratis viduis et pupillis, si sint divites, nec ipse, sicut nec alii, tenetur esse laureatus, *ibid. num.* 27, 28.

Advocatus antequam causam patrocinandam suscipiat ad quid teneatur, vide *ibid. num.* 29.

Advocatus in causis probabilibus et dubiis quoad utramque partem potest suscipere patrocinandam quam maluerit, etiam minus probabilem, dummodo moneat clientem de minori probabilitate, *ibid. n.* 30.

Multa commoda et privilegia sunt advocatis concessa, quæ recensentur, *ibid. num.* 32 *ad* 47.

Multæ item prærogativæ advocatis competunt circa salarium, quæ recensentur, *ibid. num.* 48 *et seqq.*

De delictis, quibus advocati se reddunt privilegiis indignos, *ib. num.* 53.

Advocatus potest in causis probabilibus et dubiis, minus probabilem tueri monens clientem, *num.* 55.

Tenetur a causa recedere ut certo noscit eam semper dubiam mansuram, *num.* 56.

Quomodo puniantur advocati qui suis officiis prævaricantur, *num.* 59 *ad* 62.

## ADVOCATI CONSISTORIALES (I, 295).

Qui sint advocati consistoriales, vid. *verb.* Advocati consistoriales, *num.* 2.

Eorum origo, *num.* 6.

Numerus, præcedentia, munera, privilegia, *num.* 1, 2, 7.

Decanus advocatorum præcedit omnibus de collegio, *num.* 3.

Advocati fisci et cameræ apostolicæ officium est incompatibile cum officio promotoris fidei, *num.* 4.

Idem advocatus nequit patrocinari alterius generis causas, *num.* 5.

Advocati consistoriales possunt missam celebrare ante auroram et post nonam, *num.* 8.

## ADVOCATI ECCLESIARUM (I, 297).

Advocatia quid sit, vid. *verb.* Advocati ecclesiarum, *num.* 1.

Quadruplex est, scilicet defensionis, jurisdictionis, administrationis, et protectionis, *num.* 2 *ad* 19.

Multiplici ratione ac titulo ecclesiarum advocati constituebantur, *num.* 20 *ad* 23.

Advocatorum officia et commoda, *num.* 24 *ad* 32.

Plura ecclesiis illata damna ab advocatis, *num.* 32 *et* 33.

Eorum numerus in dies excrevit, et magnam eorum partem de medio tollere, aut legibus coercere necesse fuit, *num.* 34 *ad* 38.

## ÆDIFICANS.

Ædificans in solo alieno an, et quando acquirat ædificii dominium, vel possit repetere sumptus, aut non, vide. *verb.* Dominium, *art.* 3, *a num.* 56 *ad* 59.

## ÆGYPTII.

Ægyptios seu Zingaros consuentes qualiter, et quando peccent, vide *verb.* Zingari, *num.* 3

## ÆQUATOR.

Æquator quid sit, vide *verb.* Mundus, *num.* 134.

## ÆQUITAS.

Æquitas quid sit, vide *verb.* Lex, *art.* 5, *num.* 34.

## ÆQUIVOCATIO.

Æquivocatione, seu restrictione mentali, aut amphibologia uti quando et quomodo liceat, vel non, vide *verb.* Accusatus, *a num.* 31 *ad* 43, et *verb.* Juramentum, *art.* 1, *a num.* 13 *ad* 26, ac *verb.* Restrictio mentalis, *per tot.*

## ÆRA (I, 309).

Æra quid sit, et quæ vocis hujus origo, vide *verb.* Æra, *num.* 1 *et* 2.

Variæ variorum populorum æræ afferuntur et explanantur, *ibid. num.* 3 *ad* 16.

Æra Januaria quæ sit, *ibid. num.* 17.

## ÆROMANTIA.

Æromantia quid sit, vide *verb.* Superstitio, *num.* 18.

## ÆTAS (I, 313).

Ætas incipit a die nativitatis, non autem a die baptismi. Vide *verb.* Ætas, *num.* 1.

Quomodo probetur dies natalis alicujus, *ibid. num.* 45, 46 *et* 47.

Ætas nominis septuplex distinguitur a juristis, et assignatus, *ibid. num.* 2.

Ætas pro prima tonsura et ordinibus minoribus ac majoribus requisita proponitur, *ib. num.* 3, 4 *et* 5.

Ætas pro episcopatu et cardinalatu habenda, *ib. num.* 6 et 7.

Ætas pro papatu quænam requiratur, *ib. num.* 8 *et* 9.

Ætas requisita ad beneficium simplex obtinendum est ætas quatuordecim annorum, et ex mente fundatoris potest sufficere etiam septem annorum, *ib. num.* 10 et 11.

Quænam ætas requiratur in clerico ad assecutio-

Digitized by Google

num simplicis beneficii fundati ante concilium Tridentinum, vide *verb.* Ætas, *num.* 48 *ad* 50.

Ætas septem annorum sufficiat ad pensionem obtinendam, nec ad eam exigitur ætas quatuordecim annorum, *ibid. num.* 12.

Ætas sufficiens ad obtinendum canonicatum in ecclesia collegiata est quatuordecim annorum, si in fundatione, vel statu, aut consuetudine nullus requiratur ordo sacer, *ib. num.* 13 *et* 14.

Ætas quatuordecim annorum sufficit etiam in collegiata, in qua spectet cura animarum canonicis non uti singulis, sed uti unitis; et etiam ad obtinendam dimidiam pensionem in ecclesia cathedrali, *ib. num.* 15 *et* 16.

Ætas requisita ad dignitates quascunque, quibus subest cura animarum, seu ad beneficia curata, est ætas viginti quinque annorum saltem inceptorum, ut quoque ad dignitatem ecclesiæ cathedralis, cui sit distributio missæ cantatæ per turnum infra hebdomadam, *ibid. num.* 17 *et* 18.

Hæc autem ætas viginti quinque annorum inceptorum non exigitur, nec est necessaria, quando dignitati, vel canonicatui cura animarum non subest principaliter, sed solum accessorie est ipsi unita, *ibid. num.* 19.

Ætas requisita ad dignitates, vel personatus, quibus nulla subest cura animarum, in cathedralibus est ætas viginti duorum annorum completa, *ib. num.* 20 *et* 21.

Ad canonicatus cathedralis, ubi est facta distributio sacrorum ordinum, requiritur illa ætas, quam exigit ordo canonicatus, et ubi non est facta talis distributio, requiritur ætas annorum viginti duorum inceptorum, *ib. num.* 22 *et* 23.

Ætas requisita ad dignitates, et personatus in ecclesiis collegiatis est etiam viginti duorum annorum, sicuti in cathedralibus, at secundam multos alios sufficiat ætas quatuordecim annorum, *ib. num.* 24 *et* 25.

Ætas requisita ad generalatum, provincialatum, abbatiatum, cæterasque similes dignitates jurisdictione quasi episcopali gaudentes, de jure communi est ætas triginta annorum completorum, de jure autem municipali et particulari attendendæ sunt constitutiones cujusque religionis, *ib. num.* 26 *et* 27.

Ætas requisita pro electione in abbatissam, seu priorissam, vide *ib num.* 28 *et* 29, et *verbo* Abbatissa, *num.* 1, 3 *et* 5.

Ætas requisita et sufficiens ad sponsalia est septennium completum, tam in masculis, quam in feminis ad matrimonium est ætas pubertatis, scilicet duodecim annorum in feminis, et quatuordecim in masculis, nisi malitia suppleat ætatem et debet esse completa in utrisque, *ib. num.* 30 *et* 32.

Ætas requisita ad professionem regularium est ætas sexdecim annorum completorium tam virorum, quam mulierum in quacunque religione, *ib. num.* 33.

Ætas quæ requiratur ad receptionem novitiorum et novitiarum, vide *ib. num.* 34 *et* 35, *verb.* Moniales, *art.* 1, *num.* 72.

Ætas sufficiens ad peccatum mortale regulariter est septennium, a quo incipit obligatio confessionis sacramentalis, et quænam ætas ad communionem requiratur, *ib. num.* 36 *et* 37.

Ætas, qua pueri et puellæ obligantur ad audiendam missam, et ad abstinendum a carnibus, regulariter etiam est septennium, ad legem vero jejunii est ætas viginti et unius annorum completorum, *ibid. num.* 38 *et* 39.

Regulares autem licet nondum annum vicesimum primum expleverint, tenentur a die emissæ professionis ad omnia jejunia præcepta in sua religione, licet ad jejunia mere ecclesiastica non obligentur ante vicesimum primum, sicut alii fideles, *ibid. num.* 40 et 41.

Ætas requisita et sufficiens pro patrinis baptismi et confirmationis est ætas usus rationis, seu septennii. Nec refert an patrinus sit minoris ætatis quam baptizatus et confirmatus, *ibid. num.* 42

Ætas requisita, et sufficiens ad votum, seu ad vovendum est ea ætas usus rationis, seu septennii, quæ sufficit ad peccatum mortale perfecto actu humano, et directe in se volitum, *ibid. num.* 43.

Ætas requisita et sufficiens ad incurrendam censuram, licet aliqui credant quod sit ætas duodecim saltem annorum, tamen tenendum est de rigore juris sufficere illam ætatem, in qua pueri sunt doli capaces, etiam ante annos pubertatis, *ibid. num.* 44.

Ætatem non habet requisitam ad ordinem sacrum, qui in mane diei, in cujus vespere complet ætatem, ad ordinem accedit, *num.* 51.

In supputanda ætate, dies anni bissextilis non excluditur, *num.* 53.

Ætas annorum decem ad primam tonsuram in regno Neapolitano requiritur, et a septimo ad quartum decimum annum conferuntur ordines minores, *num.* 52.

Lex ætatis ordinandorum apud Græcos et Latinos eadem viget, *num.* 54.

Ætas probatur parentum testimonio, ex libro parochi, indiciis et conjecturis, *num.* 55 *ad* 57.

AFFECTIO.

Affectio beneficii quid sit, et in quibus differat a reservatione, et quid operetur, vide *verb.* Beneficia, *art.* 8, *per tot.*

AFFILIATIO RELIGIOSORUM (I, 325).

Affiliatio religiosorum quando dicatur fieri, et quæ requirantur, ut sit valida, necnon in quibus quandoque dispensetur. Vide *verb.* Affiliatio, *num.* 1 *ad* 8.

Affiliationes num fieri debeant votantibus etiam illis religiosis veri quidem filiis illius conventus, in quo fiunt, sed in aliis conventibus religionis commorantibus, an a solis religiosis commorantibus de familia in conventu, in quo fiunt, sive sint illius filii, sive non, *ibid. a num.* 9 *ad* 12.

Sacra congr. episcop. et regul. in causis affiliationum solet præ oculis habere bonas qualitates religiosi affiliati, quo casu solet sanare aliquas nullitates, et supplere aliquos solemnitatis defectus, nec solet attendere ad prætensas et objectas violentias, et metum, quibus ab adversariis interdum asseritur procurata affiliatio, *ibid. num.* 13 *et* 14.

Apud Fratres Minores de Observantia, et Reformatos non habentes filiationes conventuales, incorporatio, et transitus ad alienam provinciam quomodo facienda, *ibid. num.* 15.

De facultate generalis et provincialis superioris circa affiliationem religiosorum, *ibid. num.* 21 *ad* 25.

Nullus inferior superioribus generalibus, etiamsi sit visitator in amplissima forma deputatus, potest aliquem incorporare, nisi conformiter ad statuta generalia, *ibid. num.* 16.

Tollitur auctoritas ministri Poloniæ incorporandi fratres unius illarum provinciarum in aliam, ac etiam Albanensium arcetur incorporatio, *ib. num.* 17 *et* 18.

Ab incorporatione recedentium pœnæ, et quid pro aliis non habentibus filiationes conventuales, *ib. num.* 19 *et* 20.

AFFINES.

An affines veniant sub nomine *li suoi parenti e consanguinei*, vide *verb.* Affinitas, *art.* 1, *num.* 21.

Utrum inter affines in linea recta prohibitæ nuptiæ sint de jure positivo, an naturali, vide *ib. art.* 2, *num.* 10 *et* 20.

Digitized by Google

Affinium divisiones, *num.* 23 *ad* 25.

Quinam sint affines ascendentes et descendentes, *num.* 26 *ad* 28.

Collaterales vel transversales, et gradus in quibus dividuntur, *num.* 29 *ad* 31.

Quot genera et quæ causæ affinitatis necnon et quibus modis exstinguatur affinitas et alia, *num.* 32 *ad finem.*

## AFFINITAS (I, 329).

### AFFINITAS QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT EJUS ESSE, CONTRACTIONEM ET GRADUS.

Affinitas quid sit, et quid ad eam contrahendam requiratur, vide *verb.* Affinitas, *art.* 1, *a num.* 1 *ad* 3, *et* 22.

Affinitas etiam contrahitur ex copula perfecta habita cum femina prorsus invita, et renitente, et etiam dormiente, aut ebria, et e contra cum simili viro dormiente, etc., vide *verb.* affinitas, *a num.* 4 *ad* 5.

Affinitas ex illicito commercio ad impedimentum matrimonii tantum porrigitur, *ib. num.* 17 *et seqq.*

Imo ipsa affinitas proveniens ex matrimonio, eo soluto, durat solummodo pro impediendo novo matrimonio, non autem pro aliis effectibus, *ib. num.* 19.

Utrum inserviat pro impediendo novo matrimonio quando nulli sunt ex matrimonio liberi, *ib. num.* 20.

Affinitas jure antiquo dirimebat matrimonium usque ad septimum gradum, at novo ex copula licita dirimit matrimonium solum usque ad quartum gradum; et ex illicita usque ad secundum. Vide *ib. num.* 6 *ad* 9.

Affinitas non parit affinitatem; et inde consequens exhibetur, *ibid. num.* 10 *et* 11.

Licet antiquo jure tria fuerint genera affinitatis, cujus secundum et tertium genus complectebatur supradictos, et consimiles casus; novo tamen unicum tantum est affinitatis genus, scilicet inter virum cognoscentem, et consanguineos feminæ cognitæ, et econtra, *ibid. num.* 12 *et* 13.

Ad dignoscendos gradus affinitatis sufficit cognitio arboris consanguinitatis, cum juxta gradus consanguinitatis computentur etiam gradus affinitatis, *ibid. num.* 14.

Sicuti in consanguinitate alii sunt nobis conjuncti in linea ascendenti, alii in descendenti, alii in transversa, ita et affines, quorum nomina assignantur, *ibid. num.* 15 *et* 16.

### AFFINITAS QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT DISPENSATIONEM IMPEDIMENTIS ORTIS EX EA.

Affinitas orta ex copula illicita in nullo gradu cujuscunque lineæ irritat matrimonium de jure naturæ, adeoque omnino dispensabilis est a summo pontifice. Vide *verb.* Affinitas, *art.* 2, *num.* 1.

In affinitate orta ex copula illicita pluries sancta sedes dispensavit, et solvitur objectio, *ib. a num.* 2 *ad* 4.

Affinitas orta ex copula licita in nullo gradu lineæ transversalis dirimit matrimonium jure naturæ, sed solum jure ecclesiastico, adeoque penitus est dispensabilis a summo pontifice, idque tam præstitum a plurimis, *ib. num.* 5 *et* 6.

Sic in lege veteri Jacob sanctissimus duxit Liam et Rachelem sorores, et Judas dedit eidem mulieri duos fratres in maritos, *ibid. num.* 7.

Affinitas orta ex copula licita probabilius non dirimit matrimonium de jure naturæ, neque in primo gradu lineæ rectæ ascendentium; adeoque etiam ista est dispensabilis a summo pontifice cum gravissimis, et justis causis inter vitricum et privignam, etc., *ibid. a num.* 8 *ad* 11.

Afferuntur, et solvuntur duæ objectiones, *ibid. a num.* 12 *ad* 17.

## AFFLICTIO.

Afflictio non est addenda afflicto. Vide *verb.* Distributiones, *art.* 1, *num.* 20.

## AFRICA

Africa unde sit dicta, vide *verb.* Mundus, *num.* 80.

## AGAPÆ (I, 343).

Agapæ quid fuerint, et quid hæc vox significet, vide *verb.* Agapæ, *num.* 1.

Ab apostolis institutæ diversis fiebant occasionibus, et nominibus variis insignitæ fuerunt, *num.* 2 *et* 3.

Quid agapæ natalitiæ, connubiales et funerum, *num.* 4, 5.

Quibus diebus, quo loco et tempore fiebant, *num.* 6 *ad* 8.

Agapa differt a missa, *num.* 9.

Quanta veneratione fideles agapas celebrarent, *num.* 10 *et* 11.

Agapæ prohibitæ et omnino sublatæ, *num.* 12, 13.

Illarum quædam vestigia, *num.* 14.

Agapæ Anglis ad fidem conversis concessæ, *num.* 15.

Convivia hisce similia penes Hebræos, *num.* 16.

## AGGRESSOR.

Aggressor iniquus quando possit, vel non, licite occidi, vide *verb.* Homicida, Homicidium, *a num.* 25 *ad* 28.

## AGNUS DEI (I, 345).

Agnus Dei unde sit dictus, et quando soleat a papa solemniter benedici, vide *verb.* Agnus Dei, *num.* 1.

Circa agnos Dei Gregorius XIII edidit constitutionem, in qua sub pœna excommunicationis nemini reservatæ, omnes tamen afficientis prohibet, ne inaurentur, aut alio colore pingantur, ac nullo modo venales fiant, *ibid. num.* 2.

Non videtur tamen per hanc constitutionem prohibitum tales agnos Dei thecis aureis, argenteis, etc., in girum circumornare aut coronare, *ib. num.* 3.

Nec videtur prohibitum, si jam antecedenter depicti sint, eos sic retinere dummodo non retineantur ad vendendum, quod tamen non videtur prohibitum si id fiat ratione solius materiæ, *ib. num.* 4 *et* 5.

Non est licitum cereos agnos Dei liquefacere una cum alia cera, ut possint sic multiplicari, nisi ad hoc habeatur speciale privilegium, *ib. num.* 6.

Agnos Dei tangere seu contrectare licet per se, et absolute non videatur licere, nisi clericis in sacris constitutis; aliter tamen usus obtinuit; adducitur novissima dispositio, necnon agnorum Dei virtus, *ib. num.* 7 *ad* 11.

Antiquitas et virtus agnorum Dei, *num.* 13 *et* 15.

Monachi tantum sanctæ Mariæ Fuliensis possunt eos renovare, *num.* 14.

Formula Benedicti XIV de ritu et usu cerearum formarum, *num.* 12.

Precatio *Agnus Dei* quandonam instituta, cur ter repetita, et aliquando omissa, *num.* 16 *ad* 18.

Supposititius Trullanæ synodi canon interdicens imagines Agni Dei, *num.* 19.

## ALBA (I, 353).

De variis albæ nominibus in sacris litteris, et quid sit, vide *verb.* Alba, *num.* 1 *et* 2.

Alba penes Hebræos, illius materia et varii colores, *num.* 3 *ad* 6.

Albæ significationes et formæ, *num.* 7 *et* 8

Quomodo illam induat sacerdos, *num.* 9.

Ritus Ambrosianus, *num.* 10.

Alba paschalis quid, et de Dominica *in Albis*, *num.* 11 *et* 12.

## ALCHIMIA, ALCHIMISTÆ (I, 357).

Alchimia quid significet, deque ortu et progressu istius artis, vide *verb.* Alchimia, *num.* 17 *et seqq.*

Alchimia ad faciendum aurum, vel argentum tur-

Digitized by Google

pis lucri gratia pro commerciis contractuum, vel pro mistione monetarum, est illicita, et expresse prohibita sub lethali, *ibid. num.* 1 *et* 2.
Alchimistæ et alchimiam fieri curantes, aut mandantes, et si aurum, vel argentum chimicum vendant, vel dent in solutum, aut expendant ad quid teneantur, et quid si clerici sint, *ibid. num.* 3.
Adducitur ad hæc pontificia constitutio, ejusdemque consectaria in foro conscientiæ ante sententiam judicis obligantia, *ib. a num.* 4 *ad* 7.
Circa allatam constitutionem tres doctorum sententiæ in medium protruduntur, *ib. num.* 8 *ad* 10.
Affertur ratio pro tertia sententia exemplis demonstrans sæpe sæpius diabolicis præstigiis chimicam artem exerceri, *ib. num.* 11.
Ex supradictis concluditur, quod quamvis ars chimica physice defendi possit, moraliter tamen improbatur, *ibid. num.* 12 *et* 13.
Alchimistæ hac arte depauperantur, familiæ necessaria subtrahuntur, quorum defectu ad non paucas superstitiones, et præstigia recurritur, cum semper hac arte decipiantur ipsi, ut alios decipiant, *ibid. num.* 14.
Alicubi adest lex, ne cui sine permissu principis sub pœna capitis liceat alchimiam exercere, *ibid. num.* 15.
Alia vide *verb.* Falsum, Falsarius *num.* 36, *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 51.

ALEATORES.

Aleatores publici sunt infames et irregulares. Vide *verb.* Infames, *sub num.* 11, *et verb.* Irregularitas, *art.* 1, *sub num.* 12, *vers.* Octava.

ALGEBRA.

Algebra quid. Vide *verb.* Mundus, *num.* 199.
Algebra speciosa quid. *Ibid. num.* 199.

ALGORITHMUS.

Algorithmus quid, *ibid. num.* 199.

ALIENATIO (I, 361).

ALIENATIO QUOAD EA QUÆ VENIUNT SUB NOMINE ALIENATIONIS BONORUM ECCLESIASTICORUM, MOBILIUM ET IMMOBILIUM.

Subjectum canonicæ regulæ circa prohibitionem alienationum rerum ecclésiæ. Vide *verb.* Alienatio, *art.* 1, *num.* 13.
Origo, progressus, varia facta, et præsens status prohibitæ alienationis rerum ecclesiasticarum, *ibid. num.* 14.
Alienatio bonorum ecclesiæ sine justa causa et debita solemnitate est prohibita jure divino et canonico; ac quid alienationis nomine veniat exponitur, *verbo* Alienatio, *art.* 1, *num.* 1 *et* 2.
Bona ecclesiæ vel sunt communia, vel mensalia, et quænam illa sint; et de vario jure circa illorum alienationem, *ibid. num.* 15 *et* 16.
Alienari prohibentur immobilia et pretiosa mobilia Deo dicata, quantum ad præsens veniunt etiam nomine immobilium servitus prædiorum, jura piscandi, venandi, et similia; ac census et annui redditus, nec non certa summa pecuniæ deputata ad immobilium emptionem, censuum, etc., *ibid. a num.* 4 *ad* 6.
Nomine mobilium pretiosorum inalienabilium veniunt, quæ sunt de thesauro ecclesiæ, vel quæ propter pretium, artem, raritatem, et antiquitatem conferunt ecclesiæ specialem splendorem, et similia excedentia valorem viginti quinque aureorum, reliquiæ sanctorum, ac ea ex quorum fructibus proveniunt annui redditus, *ibid. a num.* 7 ad 9.
Item nomine mobilium pretiosorum inalienabilium veniunt arbores frugiferæ, seu prædio necessariæ, ut illis sublatis prædium reddatur graviter deterius, *ibid. num.* 10 *et* 11, *et art.* 4, *a num.* 15 *ad* 17.
Sub prohibita alienatione rerum ecclesiæ venire jus percipiendi fructus, nequaquam vero commoditatem fructuum aliqui docent, *ibid. num.* 17.
Regula res ecclesiæ alienari vetans; num. 18.

ALIENATIO QUOAD CAUSAS, ET SOLEMNITATES JURIS AD EAM REQUISITAS.

Causæ justæ, ob quas bona ecclesiæ alienari possunt, sunt quatuor. Prima est evidens ecclesiæ necessitas; 2ª manifesta ecclesiæ utilitas; 3ª pietas; 4ª incommoditas. Vide *verb.* Alienatio, *art.* 2, *a n.* 1 *ad* 4.
Utrum satis sit, ut causæ alienationis rerum ecclesiæ interveniant de tempore initi contractus, an de tempore exsecutionis beneplaciti apostolici, *ibid. num.* 10.
In transactione quando dicatur concurrere ecclesiæ utilitas, res non est adeo expedita, ut in cæteris contractibus, *ibid. num.* 11.
Quid laicus, quid ecclesia facere debet in probanda causa, confirmata vel non confirmata rei ecclesiasticæ alienatione, *ibid. num.* 12 *et* 13.
Solemnitates requisitæ ad alienationem bonorum ecclesiasticorum sunt pariformiter quatuor. Prima, quod præcedat tractatus capitularis; 2ª quod adsit consensus totius capituli, vel saltem majoris, aut sanioris partis; 3ª quod fiat subscriptio a capitularibus; 4ª quod interveniat consensus superioris talis ecclesiæ, et consensus summi pontificis; non autem patroni, *ibid. a num.* 5 *ad* 9.
Necessaria haud est subhastatio in alienatione rei ecclesiasticæ, *ibid. num.* 14.
Solemnitates omnes fere pertinent ad consensum sedis apostolicæ.

ALIENATIO QUOAD EA QUÆ ALIENARI POSSUNT SINE SOLEMNITATIBUS.

Absque talibus solemnitatibus alienari possunt. Primo, terrulæ, aliique fundi steriles, et exigui valoris, minusque utiles ecclesiæ. Vide *verb.* Alienatio, *art.* 3, *num.* 1 *et* 2.
Terrulæ, et res modici valoris sunt, quæ non æstimantur ultra viginti solidos, seu viginti quinque scuta aurea, et valor assignatur scuti aurei, *ibid. num.* 3 *et* 4.
Justa tamen causa interveniat necesse est in alienatione rei exigui valoris, *ibid. n.* 18.
Si fundus aliquis non singulis annis, sed biennio, vel triennio fructus reddat, *locatio* rei ecclesiasticæ fieri potest ad sex vel novem annos, quin incurratur in prohibitionem alienationis rerum ecclesiasticarum, *ibid. num.* 19.
Qua occasione disceptetur an et quando locatio rerum ecclesiæ ad novennium, quæ sapit alienationis speciem, pro toto novennio, vel pro triennio sustineatur, nec ne, *ibid. num.* 19, *in fin.*
Secundo sine talibus solemnitatibus alienari possunt immobilia relicta monasterio, seu ecclesiæ incapaci ea retinendi, *ibid. num.* 5 *et* 6, et *verb.* Syndicus apostolicus, *num.* 29, ubi decernitur modus.
Tertio sine solemnitatibus potest fieri locatio, atque conductio rei ecclesiæ ad triennium fructiferum, *ibid. num.* 7 *et* 8.
Si locatio rei fructificantis singulis annis fiat ad novennium simpliciter, et indivisibiliter, est nulla, et invalida etiam pro primo triennio, secus si divisibiliter fiat; et hoc declaratur, *ibid. num.* 9 *et* 10.
Quarto sine solemnitatibus possunt dari in feudum, vel emphyteusim res immobiles ecclesiæ ab antiquo in feudum, vel emphyteusim dari solitæ, et exponitur *ly dari solitæ*, *ibid. a num.* 11 *ad* 13.
Quinto sine solemnitatibus alienari possunt fructus, et bona ecclesiastica, quæ servando servari non possunt; hoccine explicatur, *ibid. num.* 14 *et* 15.
Sexto sine solemnitatibus alienari possunt res ec-

siasticæ, quando summa alienandi instaret necessitas, et papa de facili adiri non posset, et esset periculum in mora. Vide *verb.* Alienatio, *art.* 3, *num.* 16.

Septimo sine solemnitatibus alienari possunt mancipia ecclesiæ, seu servi fugitivi, et qui de fuga revocati retineri non possunt, *ibid. num.* 17.

ALIENATIO QUOAD EOS CASUS, IN QUIBUS NEQUIT FIERI SINE SOLEMNITATIBUS.

Discutio theoretica, qua docetur quando, nec ne alienatio rei ecclesiasticæ fieri possit sine solemnitatibus. Vide *verb.* Alienatio, *art.* 4, *num.* 45 *et* 46.

Quamvis sine solemnitatibus fieri possit alienatio rei ecclesiasticæ pro solvendis debitis illius, qui bona et hæreditatem reliquit ecclesiæ, cum talia bona nondum sunt Ecclesiæ incorporata, non tamen, si jam incorporata, *ibid. num.* 1 *et* 2.

Secundo, licet sine solemnitatibus, aut beneplacito apostolico, et episcopi facultate possit res ecclesiæ in aliam transmutari; non sic tamen in subrogatione patrimonii clericalis, quod alienari non potest sine licentia episcopi, etiamsi in locum ejus subrogetur beneficium, *ibid. num.* 3 *et* 4.

Tertio, licet sit multum probabile, quod prælatus possit sine solemnitatibus, et beneplacito apostolico repudiare legatum factum ecclesiæ etiam de rebus immobilibus; tamen probabilius est, absque beneplacito apostolico non posse, *ibid. a n.* 5 *ad* 10.

Quarto, sine beneplacito apostolico, aut solemnitatibus nequeunt alienari jura perpetua ecclesiæ, adeoque neque servitus passiva imponi, nec activa alienari potest sine beneplacito apostolico, *ibid. num.* 11.

Quinto, sine beneplacito apostolico nequit fieri ulla transactio, qua cedantur jura super bonis prætensis ab ecclesia, licet illa non possideat, sed aliquid aliud loco bonorum recipiat, *ibid. num.* 12.

Sexto, sine solemnitatibus et beneplacito apostolico nequit fieri alienatio ab una ecclesia in aliam: imo neque inter personas ejusdem ecclesiæ, *ibid. a num.* 13 *ad* 14, et *infra num.* 31.

Septimo, sine solemnitatibus et beneplacito nequit fieri arborum incisio et venditio, quando incisio et venditio est in magna quantitate cum notabili detrimento fundi, et quando arbores sunt fructiferæ: bene vero, si secus. Vide *ibid. num.* 15 *ad* 17.

Octavo, sine beneplacito apostolico non possunt bona ecclesiastica, sive mobilia pretiosa dividi in plura corpora ad hoc ut minuatur valor, et reducantur ad esse terrularum, vel ad æstimationem minorem quadraginta, scutis Romanis, ut sic res fiat auctoritate episcopi alienabilis, *ibid. num.* 18 *et* 19.

Nono, sine beneplacito apostolico sunt nullæ et invalidæ locationes seu concessiones ad longum tempus bonorum ecclesiæ, seu capituli, quamvis fiant inter canonicos et beneficiatos ejusdem ecclesiæ alienantis, *ibid. num.* 20.

Decimo, sine beneplacito apostolico non possunt alienari annui census creati ad formam bullæ Pianæ, imo nec diminui, *ibid. num.* 21 *et* 22.

In casu autem, quo capitale census fuerit restitutum, tunc si pro investitione non inveniatur fundus tot reddens redditus, quod reddebat primus, vel si tot reddens fructus, aut etiam majores, periculosus tamen sit, tunc valide et licite fieri potest investitio pro minore redditu, *ibid. num.* 23 *et* 24.

Undecimo, sine beneplacito apostolico nequeunt alienari loca montium, seu pecunia collocata in montibus, *ibid. num.* 25.

Duodecimo, sine solemnitatibus nequeunt alienari bona ecclesiæ, licet sint ita ecclesiæ relicta, vel donata, ut possint pro libito sine solemnitatibus alienari, secus si relicta sic sint ad determinatum effectum, *ibid. num.* 26 *et* 27, ac *verb.* Bona, *art.* 1, *num.* 3 *et* 4.

Tertio-decimo, regulares, quamvis possent alias alienare bona suarum ecclesiarum, vel monasteriorum nulla petita licentia a sede apostolica vel a loci ordinario ex privilegiis sibi concessis, nunc tamen id haud amplius queunt, *ibid. a num.* 28 *ad* 30.

Quarto decimo, regulares sine beneplacito et solemnitatibus nequeunt transferre bona de uno monasterio divite in aliud monasterium, etiamsi ejusdem provinciæ et religionis, *ibid. num.* 31, et *in eod. art. a num.* 13 *ad* 14.

Potest tamen prælatus regularis de consensu capituli conventualis permutationem facere de aliquibus mobilibus uno monasterio superfluis, cum aliquibus aliis mobilibus alteri monasterio etiam superfluis. Prohibita est autem alienatio immobilium, et mobilium pretiosorum ex uno in aliud monasterium, etiam ejusdem ordinis, *ibid. num.* 32.

Quinto decimo, sine beneplacito apostolico regulares nequeunt alienare mobilia pretiosa neque cum permissione et facultate capituli generalis; imo maxime in conventibus subjectis episcopis de se ipsis neque terrulas et vineolas, *ibid. num.* 33 *et* 34.

Sexto decimo, regulares nequeunt sine beneplacito hypothecare bona specialia monasterii; bene vero generaliter omnia. At tunc si deberet procedi ad subhastationem bonorum, requiretur beneplacitum, *ibid. num.* 35 *et* 36.

Decimo septimo, moniales sine facultate sacræ Congregationis nequeunt alienare dotem choristæ supranumerariæ, sed omnino investiri debet, et quidem in bonis stabilibus, vel iis deficientibus, in censibus securis, *ibid. num.* 37 *et* 38.

Dos autem conversæ licet supranumerariæ potest sine tali facultate expendi in necessitatibus monasterii, ut etiam dotes monialium intra numerum cum sola facultate sui superioris, *ibid. num.* 39 *et* 40.

Decimo octavo, moniales et regulares nequeunt sine beneplacito alienare pecuniam relictam monasterio, vel deputatam ad emendum bonum immobile vel mobile pretiosum. Et neque alienare immobilia pro fabrica monasterii. Possunt tamen sine beneplacito convertere in usus conventuum spolia defunctorum vel defunctarum, *ibid. num.* 41.

Decimo nono, moniales, et regulares nequeunt sine beneplacito pro exstinguendis debitis monasterii alienare bona, vel pecuniam redactam, seu retractam ex redemptione census, unum tamen ex census exstinctione fieri posse absque Sac. Cong. facultate videtur, et assignatur, *ibid. num.* 42 *ad* 44.

Num fieri possit alienatio rei ecclesiasticæ sine solemnitatibus ab una ad aliam ecclesiam, *ibid. num.* 48.

Et si agatur de regularibus exemptis, assensus alienationis rerum exigui valoris nequit præstari ab eorum prælato, sed ab episcopo, *ibid. num.* 49.

Abbas tamen tertiæ speciei exemptionis præstare potest consensum in alienatione rei ecclesiasticæ exigui valoris, *ibid. num.* 49.

Intellige tamen nisi agatur de rebus propriis sui monasterii, *ibid. num.* 49.

ALIENATIO QUOAD MODUM SUCCURRENDI ECCLESIÆ PER IPSAM ENORMITER LÆSÆ, ET QUOAD ACTIONES IPSI ECCLESIÆ COMPETENTES.

Si alienatio facta fuit invalide ob non servatas solemnitates, succurrendum est ecclesiæ per totalem rescissionem contractus; si vero fuit valida, vergens tamen in enormem ecclesiæ læsionem, in integrum restituendum erit; et ad quid tunc teneatur ecclesia. Vide *verb.* Alienatio, *art.* 5, *n.* 1, 2 *et* 3.

Ad succurrendum ecclesiæ potest rem alienatam repetere, non solum successor male alienantis, sed

Digitized by Google

etiam ipse male alienans, quamvis juraverit se non repetiturum. Vide *verb.* Alienatio, *art.* 5. *num.* 4 *et* 5.

Et in defectum male alienantis, et ejus successoris quilibet clericus rem male alienatam repetere potest, *ibid. num.* 6.

Ecclesia læsa per malam alienationem duplicem habet actionem, quæ assignatur. Vide *ibid. a n.* 7 *ad* 9.

Rem Ecclesiæ male alienatam scienter, et mala fide recipiens non facit fructus suos, sed tenetur eos restituere una cum melioramentis, *ibid. num.* 10.

De restitutione fructuum rei ecclesiasticæ nulliter alienatæ, *ibid. num.* 10.

ALIENATIO QUOAD POENAS MALE ALIENANTIUM, ET AD IPSAM COOPERANTIUM.

Prima pœna est, quod talis alienatio facta non servatis requisitis solemnitatibus ipso jure sit nulla, adeoque rescindenda; nullitas tamen pro foro externo intelligenda est. Vide *verb.* Alienatio, *art.* 6, *n.* 1 *et* 2.

Secunda pœna est, quod tam alienantes, quam alienata recipientes, et subscribentes incurrant excommunicationem majorem non reservatam, et perhibentur qui ab ea incurrenda excusentur, *ibid. n.* 3 *ad* 6, et *verb.* Bona, *art.* 1, *num.* 11 *ad* 15.

Tertia pœna est, quod episcopi vel abbates male alienantes subjaceant interdicto ingressus in ecclesiam; et si per sex menses talem pœnam contumaciter sustinuerint, ab administratione beneficii, et dignitatis sint suspensi; inferiores autem prælati, etc., beneficiis sint ipso facto privati, *ib. n.* 7 *et* 8.

Regulares vero, qui immobilia et mobilia pretiosa alienant, locant, vel distrahunt census, et hypothecas speciales constituunt absque facultate sac. Cong. ulterius incurrunt ipso facto pœnam privationis officiorum, inhabilitatis ad illa, vocis activæ et passivæ, *ibid. num.* 9, 10 *et* 11.

Recensitæ autem pœnæ non incurruntur, si ubi adest necessitas, et evidens ecclesiæ utilitas, et pietas, alienantur bona ecclesiæ modici valoris cum facultate episcopi, *ibid. num.* 12.

Et hinc quando, necne, subjaceant regulares pœnis alienationis rerum ecclesiasticarum in arborum incisionibus, *ib. num.* 14.

Indicantur auctores, qui agunt de pœnis alienantium bona ecclesiæ sine solemnitatibus, *ibid. num.* 15.

Quoad hæc attendenda est novissima constitutio Benedicti XIV, incipiens: *Universalis Ecclesiæ*, in qua sub pœna excommunicationis, nullitatis actus, et contractus, et sub omnibus pœnis statutis contra alienantes bona ecclesiæ, varia prohibentur, quæ assignantur, *ib. num.* 13.

ALIMENTA (I, 391).

Alimentorum nomine generaliter veniunt omnia, quæ sunt necessaria ad honestam et congruam vitæ humanæ sustentationem; eaque cuncta assignantur, ac declarantur. Vide *verb.* Alimenta, *a n.* 1 *ad* 13.

Ad dignoscendum quid nomine alimentorum veniat, et quomodo taxanda sint, inspicere oportet, qua ex causa debeantur, *ibid. n.* 119.

Alimentorum recensentur causæ et regulæ aptandi alimenta singulis iisdem casibus, *ibid. num.* 119 *et seq.*

Alimenta in genere conventa præstari debent juxta commodam alimentariorum sustentationem, habito respectu ad gradum familiæ, et consuetudinem loci, *ibid. num.* 119.

Alimenta præstari debent servato ordine, et gradu conjunctionis, ut qui proximior est, et magis conjunctus, ea subministrare teneatur, *ibid. num.* 14.

Hinc in primis tenentur parentes alimenta præstare filiis etiam spuriis; cum hac tamen differentia, quod mater alere filios primo triennio, et post triennium tenetur pater usque ad emancipationem, *ibid. num.* 15, 16 *et* 17.

Nomine alimentorum aliud intelligitur respectu patris, et aliud respectu matris, et assignatur ad quid teneatur mater, et ad quid pater, *ibid. num.* 18.

In defectu patris qui alimenta præstare teneatur; item et in defectu matris, vel etiam mortuis parentibus et avis, *ib. num.* 19, 20 *et* 21.

Clericus tenetur alimenta præstare filiis ex damnato et sacrilego complexu etiam in sacerdotio susceptis, et deficiente patrimonio, potest eos alere ex fructibus beneficii, *ibid. num.* 22.

Parentes aliique supra recensiti non tenentur alimenta præstare filiis et nepotibus, si ipsi aliunde habeant, quo sufficienter se possint alere, vel aliqua arte polleant, qua honeste juxta conditionem proprii status sine dedecore possint sibi victum quærere, *ibid. num.* 23.

Item pater non tenetur alimenta præstare filio, si sine justa causa nolit habitare cum ipso; secus autem si ex justa causa, *ibid. num.* 24 *et* 25

Alimenta sunt per patrem infidelem præstanda filio noviter converso ad fidem, et in ea quantitate, qua tenebatur pater ante conversionem ejusdem filii, *ib. num.* 26, et *verb.* Hebræus, *num.* 21.

Alimenta debent a parentibus præstari filiis secundum decentiam status et conditionis ipsorum, *ib. n.* 27.

In controversia pro taxandis alimentis attendi debet non solum dignitas personarum, et facultatum copia, sed etiam ætas alimentarii, et consuetudo regionis, *ib. num.* 28.

Facta semel taxatione alimentorum, vel per judicem, vel partes inter se, quid si contingat patrimonium patris decrescere vel augeri, *ib. num.* 29.

Pater tenetur juxta decentiam proprii status, non solum alimenta præstare filio, sed etiam ipsius uxori, quamvis eam duxerit sine dote, ipso consentiente, imo etiamsi dissentiente, *ib. num.* 30 *et* 31.

Pater tenetur sic præstare alimenta etiam uxori sui filii illegitimi ac spurii, *ibid. num.* 32.

Pater tenetur alimenta præstare etiam filiis emancipatis, si aliunde non habeant quo se alant; et etiam saltem in subsidium filiæ nuptæ viro pauperi non habenti unde ipsam alat, *ib. num.* 33 *et* 34.

Pater tenetur alimenta præstare etiam filio excommunicato; ei tamen culpabiliter et pertinaciter in excommunicatione perseveranti solum tenetur juxta necessitatem naturæ; sin autem, juxta decentiam status, *ib. num.* 35 *et* 36.

Licet pater teneatur regulariter præstare alimenta juxta necessitatem naturæ filio excommunicato, non ita, si hæreticos alios pervertere nitatur, *ib. n.* 37.

Item pater tenetur præstare alimenta juxta necessitatem naturæ filio bannito, quamvis statuto cautum sit, ne ei præbeantur, *ibid. num.* 38.

Pater tenetur præstare alimenta filio monacho jure ejecto a religione, si ipse aliunde non habeat quo se alat, *ib. num.* 39, et *verb.* Ejecti, *num.* 45.

Ex quibus causis pater filiis alimenta extra paternam domum præstare teneatur, *ib. num.* 126.

An et quando alimenta promissa ab aliquo in sua domo debeantur etiam extra illam, *ib. num.* 126.

An alimenta debeantur ex fideicommisso ascendentali et transversali ulterioribus vocatis ad ipsum, *ib. num.* 127.

Religiosi præclarissimæ Societatis Jesu post vota

Digitized by Google

simplicis ante solemnem professionem a dicta Societate dimissi, nulla ab eadem societate prætendere possunt alimenta, aut congruam sustentationem, licet dum in ea viverent titulo religiosæ paupertatis ad sacros etiam presbyteratus ordines promoti fuerint. Vide *verb.* Alimenta, *num.* 40.

Monachus seu regularis injuste ejectus potest compellere monasterium, seu religionem ad alimenta futura, et etiam præterita, si illa mutuo accepit, et lite pendente, adhuc ex nobis monasterii ali debet, *ib. num.* 41 *et* 42, et *verb.* Ejecti, *n.* 47 *et* 48.

Alimenta non sunt præstanda a primo monasterio regulari aut moniali ad aliud monasterium transeunti, quamvis penes primum remaneat dos, et alia bona, *ib. num.* 43.

Alimenta præstare tenetur monasterium regulari in aliud monasterium incluso pro pœnitentia peragenda, vel in carceribus Sancti Officii detento, dummodo illa religio non sit de iis, quæ in communi non possident, *ib. num.* 44 *et* 45.

Alimenta a novitia solvi non debent monasterio, si eamdem teneatur recipere, et ad habitum, et ad professionem sine dote. Secus autem, si ad solam professionem, *ibid. num.* 46.

Monachus, seu monialis, pendente lite super validitate suæ professionis, si sine licentia debita degat extra monasterium, non potest ab ipso alimenta prætendere, secus autem si sit ex ord. sac. Cong. *ib. num.* 47 *et* 48.

Filii tenentur alimenta præstare parentibus indigentibus, sicuti parentes ipsis, *ibid. num.* 49 *ac subsequent. num.* 50 *ad* 54, plura scitu necessaria de filiis ad rem remissive indicantur.

Frater dives tenetur alimenta præstare fratri pauperi, etiamsi naturali, vel spurio, et licet bona non provenerint a communi patre, *ibid. num.* 55 *ad* 58.

Tenetur etiam frater dives alimenta præstare sorori pauperi etiam solum uterinæ. Vide *ib. n.* 59 *et* 60.

Patruus nepotem, et e converso nepos patruum alere tenetur in subsidium, etiamsi agatur de nepote naturali, et spurio, aut ex fratre naturali, vel spurio, et quamvis bona non procedant a communi stipite, *ib. a num.* 61 *ad* 64.

Et quod dicitur de patruo respectu nepotis, dicitur etiam de nepote respectu patrui, qui, si sit pauper, alendus est a nepote, *ib. num.* 65 *ad* 66.

Conjuncti ratione sanguinis, et naturalis pietatis tenentur inter se præstare vitæ subsidia, *ib. n.* 67.

Maritus tenetur alimenta præstare uxori, etiamsi sine dote eam duxerit, si scienter indotatam accepit, nec dos fuit ei promissa, nec jus aliquod sibi reservavit ad dotem, *ib. n.* 68 *et* 69.

Si autem maritus uxorem duxit sine dote numerata cum dote tamen promissa, et conventa in determinata quantitate, fide data de solutione, et postea eamdem non possit exigere, tunc de rigore juris non tenetur alimenta uxori præstare, sed solum ex æquitate et honestate, *ib. n.* 70 *et* 71.

Si uxor sine necessaria causa recedat, et divertat a marito, maritus non tenetur ei alimenta præstare, quamvis dotem ab ea acceperit, secus vero ob justam, *ib. n.* 72 *et* 73 et *verb.* Uxor, *n.* 24.

Si maritus sit inops, et uxor dives, tenetur hæc alimenta illi præstare, *ib. n.* 74.

Alimenta debentur uxori ab hæredibus mariti, qui dotem detinens pro anno luctus, etiamsi diviti, vel dotis fructus ad alimenta præstanda non sufficiant; nec tenetur in illorum favorem impendere suas operas, sive obsequiales, sive artificiales *ib. n.* 75 *ad* 78.

Potest uxor sine labe usuræ convenire cum hæredibus mariti pro alimentis sibi debitis pro anno luctus, ut certam quantitatem sibi conferant, quamvis valorem excedat fructuum dotis, *ib. n.* 79 *et* 80.

Uxor vidua non solum intra annum luctus potest ab hæredibus mariti detinentibus dotem exigere alimenta, sed etiam post annum luctus, si in mora fuerint restituendi eamdem, *ib. n.* 81.

Hæredes mariti tenentur alere uxorem viduam, si sit indotata, inops, et non habeat aliunde, quo se possit alere, ut etiam hæredes uxoris maritum inopem, *ib. n.* 82 *et* 83.

Exstante controversia inter patrem, et filium super alimenta præterita, probabilius est, quod possint compelli ad compromissum, secus autem quoad futura, *ibid. num.* 84 *et* 85.

Alimenta præterita non præstita a patre filio, qui eadem acquisivit mendicando, vel alio modo non oneroso, non possunt a dicto filio repeti neque quoad eorum æstimationem, si autem contraxerit aliquod debitum per mutuum, tunc pater tenentur, etc., *ib. num.* 86 *et* 87.

Renuente patre alimenta debita præstare filio, cum possit, potest idem filius alimenta repetere a die petitionis, *ibid. num.* 88.

Alimenta debentur filio asserenti se esse filium, quamvis pater neget, si sit in quasi possessione filiationis, et quid si secus. Vide *ib. num.* 89 *et* 90.

Alimenta sunt a patre iterum præstanda filio, quamvis hic culpose consumpserit quantitatem sibi assignatam pro eisdem alimentis, *ib. num.* 91.

De alimentis præstandis a monasterio monacho, vel moniali intra vel extra monasterium, *ib. num.* 130.

An creditores jus habeant super annua præstatione promissa filio titulo alimentorum expresso nomine legitimæ, *ib. num.* 128.

Alimenta quando et quomodo debeantur patrono beneficii a beneficiato, *ib. num.* 92 *et* 129.

Clerici privati beneficiis, ad quorum titulum ordinati fuerunt, nullum jus habent pro alimentis super eorum fructibus, quamvis non habeant aliunde, quo se alere possint, *ib. num.* 93.

Clericus a beneficio suspensus, si aliunde non habeat, debet ex fructibus illius alimenta percipere, *ib. num.* 94.

Parentes, et alii exponentes infantes in publicis hospitalibus, etc., an, et quando teneantur refundere alimenta, seu restituere expensas, *ib. n.* 95.

Si filius in querela inofficiosi testamenti in prima instantia obtinuerit pro se sententiam, sunt ei decernenda alimenta, et litis expensæ usque ad finem ejusdem litis per ultimam sententiam, et quid si in prima instantia nondum fuerit sententiam consecutus, *ib. num.* 96 *et* 97.

Alimenta, et litis expensæ, pendente lite super inofficioso testamento, debentur etiam multis aliis, qui assignantur, *ib. num.* 98.

Alimenta, et sumptus litis debentur cuicunque actori pauperi, quando cum paupertate concurrit etiam præsumptio boni juris, *ib. n.* 99, 100 *et* 101.

Alimenta si sint debita ex sola dispositione juris, non potest alimentarius sine causa ea exigere extra domum hæredis, bene vero ex justa causa, quæ assignatur, *ibid. num.* 102 et 103.

In tali tamen quæstione qualis sit justa causa petendi alimenta extra domum hæredis, remittitur arbitrio judicis a jure regulando, qui, etsi alimenta essent legata in domo, potest cogere hæredem ex justa causa ad ea præstanda extra domum, *ibid. num.* 104 et 105.

Si alimenta sint debita ex sola dispositione hominis, seu testatoris, et testator simpliciter alimenta legaverit absque alia adjectione, tunc legatarius facultatem habet habitandi ubi vult, et hæres te-

Digitized by Google

netur eidem alimenta præstare, vide *verb.* Alimenta, *num.* 106 et 107.

Si autem testator alicui alimenta legaverit in domo, vel sub conditione, vel cum onere morandi, vel habitandi in domo, vel cum hæredibus, vel per aliud æquipollens constet de tali voluntate testatoris, quid, *ib. a num.* 108 *ad* 110.

Si mulier, cui fuerunt legata alimenta, sit copulata matrimonio, non tenetur percipere alimenta ex mensa hæredis, et idem ad quæ alia excludatur fit palam, *ib. num.* 111, 112 *et* 113.

Alimenta a quibus sint prædicatori præstanda, *ib. a num.* 114 *ad* 116. Fratres minores de Observantia Reformati, et Capuccini exempti sunt ab alimentis præstandis iis, qui in carcere inquisitionis detinentur, *ib. num.* 118.

In concursu plurium ad alendum obligatorum cuinam onus alendi imponendum sit, *ibid. num.* 124.

De modis, quibus cessat obligatio præstandi alimenta ex officio pietatis, *ib.* 125 *et seqq.*

Pater jure naturali tenetur alere filios, an etiam adoptivos, *num.* 132 *et* 133.

Quinam tenentur ad alimenta præstanda ex jure sanguinis, ex contractu, vel quasi, *num.* 134, 135.

Cui alimenta debeantur, pendente lite, *num.* 136.

Qualiter petantur, *num.* 137.

Num uxor expetere possit a viro debitis gravato, et in aliis casibus, *num.* 138.

Statuta specialia pro regno Neapolitano, *num.* 139 *et* 140.

Alia ad rem. Vide *verb.* Adulterinum, *art.* 5, *verb.* Filius, *verb.* Juspatronus, *art.* 4, *verb.* Necessitas, *verb.* Parentes.

ALLELUIA (I, 423).

Alleluia quid sit, quid significet, et quis vocis hujus auctor. Vid. *verb.* Alleluia, *num.* 1 *et* 2.

In Apocalypsi cantatur ab angelis, *num.* 3.

Christiani a Judæis acceperunt hunc ritum, *num.* 4.

Constat Ecclesiam non solum in die Resurrectionis cecinisse Alleluia, sed frequentius, et cur Hebraice, *num.* 6 *et* 8.

Tempore Hieronymi cantatur etiam a laicis in durioribus laboribus, *num.* 9.

Antiquitus in ipsis defunctorum funeribus adhibebatur, sed hodie deponitur, pariter et in Septuagesima et in missa feriali de Adventu, *num.* 10, 12 *et* 13.

Quomodo dicenda post Graduale, *num.* 11.

Tempore paschali ubi et cui addatur. *num.* 14.

ALLUVIO (I, 427).

Alluvio est duplex : alia latens, et patens, et quæ sit utraque, necnon cujus sit fundi augmentum per alluvionem, latentem, vel patentem factum, et insula per eamdem de novo nata, ac alveus a fluvio derelictus. Vide *verb.* Dominium, *art.* 3, *num.* 47, 48, 49 *et* 50.

ALMA REDEMPTORIS (I, 427).

Vid. *verb.* Antiphona, *num.* 37 *et seqq.*

ALMUTIUM (I, 427).

De variis almutii nominibus, etymologia, forma et usu vetustissimo in Ecclesia. Vid. *verb.* Almutium, *num.* 1 *ad* 3.

Monachi et sacerdotes omnes almutium deferebant ; item laici, imperatores, reges et ipsæ feminæ, *num.* 4 *ad* 6.

Quinam nunc illud deferant, *num.* 7.

Almutium canonici celebrantis poni non debet super altare, nec deferri cum pluviale vel planeta, *num.* 8.

ALTARE (I, 429).

Altare unde dictum, quid sit, et quotuplex, ac qualiter debeat esse lapideum. Vide *verb.* Altare, *num.* 1 *ad* 6.

Num primi Christiani ad sacra mysteria conficienda, altaria, templaque habuerint, *ib. num.* 62 *et* 63.

Altari portatili, seu viatico nequeunt hodie uti regulares quicunque quantumvis olim privilegiati ; imo neque episcopi et majores prælati, etiamsi essent cardinales, *ib. num.* 7, et *verb.* Missa, *art.* 4, et *verb.* Oratorium, *num.* 70. ubi affertur nova pontificia declaratio.

Num usus altaris portatilis primis Ecclesiæ temporibus invaluerit, *ib. n.* 64.

A nemine, nisi a summo pontifice, altaris portatilis privilegium impertiri potest, nisi urgeat necessitas, *ib. num.* 65.

Episcopis quid competat circa altare portatile, *ib. num.* 66.

Altaris portatilis privilegio gaudent cardinales, *ib. num.* 67.

Altaris consecratio de jure communi non potest fieri nisi per episcopum, nec potest simplex sacerdos altare consecrare, nisi ex privilegio, et commissione summi pontificis : in una sola missa plura consecrare potest episcopus in eadem ecclesia, *ibid. a num.* 8 *ad* 11.

Abbates, qui sunt hoc privilegio suffulti nequeunt hodie consecrare, nisi altaria suarum ecclesiarum, *ib. a num.* 12 *ad* 13 et *verb.* Abbas, *num.* 31.

In altaris consecratione stando in rigore juris non videtur necessaria, et de essentia reposito sacrarum reliquiarum, in praxi tamen non est omittenda, et notatur quid cavendum, quidque solitum, *ibid. a num.* 14 *ad* 19.

Altare fixum, et stabile quando exsecretur, et in dubio ad quem spectet judicium. Exsecrato altari fixo, et immobili non exsecratur ecclesia, nec e contra; at polluta, seu violata ecclesia, polluuntur, seu violantur altaria fixa, *ib. a num.* 20 *ad* 28.

Altare portatile, quando exsecretur. At comparate ad ecclesiam quoad violationem non inducitur, uti supra, *ib. a num.* 29 *ad* 33.

Nullum altare sive fixum, sive portatile exsecratur ex eo, quod in ipso celebraverint excommunicati, interdicti, et degradati, et in ecclesia non consecrata an possit consecrari altare fixum sine summi pontificis auctoritate, *ib. num.* 34 *et* 35.

In ecclesia consecrata nulli licet erigere altare stando in jure communi sine episcopi consensu, in ecclesiis tamen non consecratis potest erigi a presbyteris, *ibid. num.* 36.

Sic autem altare ab episcopo consecratum, aut in ecclesia consecrata erectum nequit destrui sine permissione episcopi, in ecclesiis vero non consecratis quilibet suo jure potest altare non sacratum destruere, *ibid. num.* 37 *et* 38.

Altaris lapis profanatus, seu exsecratus potest vendi, et licite teneri ab emptore; dummodo in loco honesto et decenti, *ib. num.* 39.

In altari non consecrato nemo celebrare potest, et in ipso celebrans peccat mortaliter, et quæ ambigua sunt de consecratione, consecrari debent, *ibid. num.* 40 *ad* 43.

In altari, in quo episcopus missam cantavit, non potest alius sacerdos eadem die celebrare ; quod si alicubi observaretur, esset intelligendum, nisi adesset licentia ejusdem, at nunc id explevit, *ib. num.* 44, 45 *et* 46.

In altari sanctorum apostolorum Petri et Pauli solus papa celebrat, nec aliis permittitur nisi mediante brevi pontificio, *ib. num.* 47.

Altare erectum super sepulcrum non potest consecrari ; assignatur quid prius agendum, quantumve sepulcrum removendum, *ib. a num.* 48 *ad* 50. *et*

Digitized by Google

*verb.* Resolutiones sac. Cong. vide *verb.* Altare, *num.* 25 *et* 46.

Traditur qualiter procedendum cum patronis altaria in regularium ecclesiis habentibus destituta necessariis, vetustate collabentia, etc. Vide *verb.* Almutium, *num.* 51.

Altare majus licet ex veteri consuetudine Orientalem mundi plagam respiciat, sicuti etiam antiqua consuetudine ecclesiæ versus Orientem ædificabantur, id tamen necessarium minime est, *ib. n.* 52 *et* 53.

In altari majori ecclesiarum cathedralium non debet asservari SS. Sacramentum propter functiones pontificales; in eo tamen servari debet ab ecclesiis parochialibus et regularibus, *ib. num.* 54.

Altaria, et capellas in regularium ecclesiis etiam per sæcularium confraternitates constructa visitare non potest episcopus, *ib. num.* 55.

Non debet unum altare discooperiri, ut aliud cooperiatur, *ib. num.* 56.

Altarium numerus in ecclesiis Græcorum augeri potest, *ibid. num.* 57 *et* 58.

Quomodo, et quando crux in altari in quo celebrari debet, sit collocanda, *ibid. num.* 59 *et* 60.

Altare, in quo episcopus celebravit, nequit simplex sacerdos eo die sacrificium offerre, *ibid. num.* 61.

Altare super naves ad celebrandum. Vide *verb.* Missa.

Nulli permissum est in altari elevato in navi missam celebrare, nisi concurrat speciale apostolicum privilegium, *ibid. num.* 69.

Super altari, in quo missæ celebrantur, crux collocari debet, etsi asservetur ibidem SS. Eucharistia; et si expositum sit in ipso altari SS. Sacramentum servari debet consuetudo; *ibid. num.* 59.

Altaria (et idem de capellis) in regularium ecclesiis per sæcularium confraternitates constructa episcopus visitare non potest. Vid. *verb.* Confraternitas, *n.* 2 *et* 4.

Si altare fixum transfertur, non amittit consecrationem; pariter si mensa ita frangitur, ut partes fixæ remaneant, *num.* 71, 72.

Quantum integrum remanere debet de altaris tabula ut non amittat consecrationem, *num.* 73.

Altaris alia etymologia et origo; pariter etymologia et origo aræ, *num.* 74, 75 *et* 83.

Primis Ecclesiæ sæculis lignea erant altaria, et in medio templi collocata, *num.* 76, 77.

Quære nullum debeant habere foramen, *num.* 78.

Quid significent gradus altaris, *num.* 79.

Cur altaria facta sint ex lapide, *num.* 81.

Ara altaris non potest duobus lapidibus adunatis constare, *num.* 82.

Non licet sine altari celebrare, ob etiam metum mortis, *num.* 84.

Altare remanet consecratum, si sacerdos in eo celebret, *num.* 85.

Non exsecratur si aliqui tantum lapides dimoveantur, nec si tota mensa alibi cum lapidibus suis transferatur, *num.* 86 *et* 87

Privilegia regularium quoad altare portatile et quoad domus privatas revocatur, *num.* 88, 89.

In altari in quo Papa vel legatus a latere celebravit, nullus potest ea die celebrare, *num.* 90.

In majoribus altaribus quatuor basilicarum Urbis solus Papa potest celebrare, *num.* 91.

## ALTARE PRIVILEGIATUM (I, 445).

Altare privilegiatum quomodo a summis pontificibus concedi soleat. Vide *verb.* Altare privilegiatum, *num.* 1 *ad* 4.

Sub generali indulgentiarum suspensione, quæ fit anno jubilæi, non comprehenduntur altaria privilegiata, nec aliæ indulgentiæ pro solis defunctis concessæ, *ib. num* 5.

Altaria privilegiata pro defunctis non comprehenduntur sub clausula illa: *Volumus autem, ut si alias Christifidelibus dictam ecclesiam visitantibus aliqua alia indulgentia perpetua, vel ad tempus nondum elapsum duratura concessa fuerit, præsentes litteræ nullæ sint.* Nec sub alia consimili, *ibid. num.* 6 *et* 7.

Missæ celebratæ de festo currenti in altaribus privilegiatis in diebus, in quibus non licet missa de *requiem* celebrare, habent eamdem vim et indulgentias, perinde ac si essent celebratæ missæ de *requiem*, seu defunctorum, et hoc quomodocunque altaria sint privilegiata, nec non per hujusmodi missas satisfit obligationibus, ac si fuissent celebratæ de *requiem; ib. num.* 8 *ad* 10.

Altare privilegiatum quotidianum et perpetuum conceditur patriarchalibus, metropolitanis et cathedralibus totius orbis catholici ecclesiis, *ib. num.* 11.

Translato legitima auctoritate altari privilegiato de loco ad locum, adhuc durat indulgentia, si ipsa sit concessa altari in reverentiam alicujus sancti, vel mysterii, in cujus honorem dedicatum sit, *ib. n.* 12.

Altari a pontifice consecrato plura privilegia adnectuntur, quæ vide *ib. num.* 13 *ad* 15.

Variæ concessiones altarium et quidem privilegiatorum referuntur et recensentur, *ib. num.* 18 *ad* 20 *et num.* 23 *ad* 32.

Altare privilegiatum conceditur omnibus ecclesiis parochialibus, *ib. num.* 33. Et omnibus totius orbis Ecclesiis pro die Defunctorum, *ib. num.* 34.

Missa pro defunctis in altari privilegiato non suffragatur, nec indulto satisfit, nisi sit de *requiem* licet in indulto non exprimatur, *ib. num.* 17.

Explica, *ib. num.* 18.

An privilegium in altari privilegiato perpetuo *ad dies non impeditos* ante declarationem Alexandri VII concessum suffragetur etiam diebus impeditis festo post illam declarationem, *ib. num.* 19.

Sub generali indulgentiarum suspensione, quæ fit anno sancto, non comprehenduntur altaria privilegiata, nec aliæ indulgentiæ pro solis defunctis concessæ, *ibid. num.* 20.

Intuitu altaris privilegiati in aliqua ecclesia non licet exponere tabellam supra januam ecclesiæ *indulgenza per li morti, ib. num.* 21.

Cum in indultis altarium privilegiatorum adjici soleat clausula : *Dummodo in dicta ecclesia tot missæ quotidie celebrentur,* ad conditioni satisfaciendum oportet singulis diebus *tot* missas celebrare, *ib. num.* 22.

Variæ referuntur sacræ Congregationis indulgentiarum resolutiones circa varias quæstiones super altaribus privilegiatis, *ib. num.* 23 *ad* 35.

An inter eas religiones, quæ habent communionem privilegiorum, fiat etiam altarium privilegiatorum communicatio, *ib. num.* 40 *et seqq.*

Non destruitur privilegium altaris, si istud ex parte notabili destruatur, etiamsi consecrationem amitteret, dummodo tamen remaneat secundum majorem sui partem, *ib. num.* 36.

Secus erit, si privilegium fuit concessum altari uti dicato alicui sancto mutata dedicatione, *ib. num.* 37.

Si pontifex in concessione altaris privilegiati, illud non designavit, facta semel designatione unius altaris nequit alterum destinari, *ib. num.* 40.

Num quando testator mandavit celebrari missam in altaribus privilegiatis, possit tum in altaribus privilegiatis tempore dispositionis exsistentibus, tum in altaribus privilegiatis postmodum erectis celebrari, *ib. num.* 41.

De altarium privilegiatorum antiquitate, *num.* 42.

Quot missæ in una ecclesia celebrandæ sicut, ut ea semel, vel bis, vel ter in hebdomada, vel

Digitized by Google

quotidie altari privilegiato frui possit, vide *verb.* Altare privilegiatum, *num.* 43.

Quæ missæ necessario singulis diebus in eadem ecclesia celebrandæ, *num.* 44.

Privilegium ecclesiarum parochialium ad septennium, *num.* 45.

## ALTERNATIVA (I, 460).

ALTERNATIVA QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT BENEFICIA.

Alternativa quoad beneficia quando inceperit, et unde sic dicta. Vide *verb.* Alternativa quoad beneficia, *n.* 1 et 2, et *verb.* Beneficia, *art.* 9, *regul.* 9.

Emendatur auctor circa alternativæ quoad beneficia originem, *ibid. num.* 64.

Ut hanc alternativam obtineant episcopi, quid ab ipsis agendum, et quando jure alternativæ gaudere incipiant, *ib. n.* 3 *ad* 5.

Plura praxis alternativæ episcopum inter et Papam quoad menses distincte referantur, *ib. n.* 6 *ad* 10.

Episcopus habens duas ecclesias potest acceptare alternativam pro una, et non pro alia, et quid si velit ea potiri pro utraque, *ib. n.* 11 *et* 12.

Secuta acceptatione alternativæ, non potest episcopus ab illa recedere sine consensu papæ, nec e contra papa sine consensu episcopi, *ib. n.* 13.

Alternativa autem gratia non est, sed contractus inter papam et episcopum, *ibid. n.* 46.

Si acceptatio alternativæ fiat ab episcopo in aliquo mense apostolico, non incipit usus illius, nisi toto mense elapso. E contra vero si fiat in mense proprio episcopi, tunc incipit usus illius a die acceptationis, adeo ut mensis ordinarius a dicto die fiat apostolicus, et reservetur, *ib. n.* 14.

Alternativa quando incipiat, ac respective desinat, et ut episcopo suffragetur, debet constare de illius acceptatione, ac subsecuta admissione in Dataria ex libro *Alternativarum*, *ib. n.* 15, 16 *et* 17.

Ut episcopus possit uti alternativa, requiritur ejus residentia in sua diœcesi; et hoc late expenditur, *ib. n.* 18 *ad* 29.

Alternativa conceditur solis patriarchis, primatibus, archiepiscopis et episcopis, non autem prælatis et collatoribus inferioribus, nec cathedrali capitulo, *ib. n.* 30.

Et ideo episcopo uti abbati et possessori monasterii non possunt per alternativam conferri beneficia a monasterio dependentia, *ib. n.* 50.

Quando contrarium, *ib. n.* 51.

An beneficio alternativæ gaudere possint prælati habentes territorium separatum cum jurisdictione episcopali, *ib. n.* 53.

Alternativa concessa episcopo residenti comprehendit beneficia tam intra, quam extra diœcesim exsistentia; dummodo collatio ad eum spectet, *ib. n.* 31.

Alternativa habet locum solum in beneficiis, quæ sunt liberæ collationis episcopi, *ib. num.* 32 *et* 33.

Si autem collatio beneficiorum pertinentium ad episcopum una simul cum capitulo vel cum aliis ex concordia partium sit alternis vicibus cuilibet reservata in suo turno, potest episcopus uti alternativa in dictis beneficiis vacantibus in anno, vel turno suo, et in mense alternato, *ib. n.* 34.

Reprehenditur, et modus datur sententiæ auctoris (*ibid. n.* 34 prolatæ), *ib. num.* 56.

Varia referuntur circa alternativam quando concurrit divisio simultaneæ collationis in episcopum et capitulum, *ib. n.* 59, 60.

In alternativæ materia quale sit beneficium liberæ collationis, *ib. num.* 58.

An et quando alternativa suffragetur pro beneficiis unitis sedi episcopali, extra tamen diœcesim exsistentibus, *ib. n.* 52.

Ut alternativa episcopis magis sit proficua, quo mense ab ipsis ea acceptari debeat, *ib. n.* 54.

An episcopus possessor ecclesiæ, in qua cardinalis indulto gaudet conferendi beneficia in octo mensibus reservata, possit vigore alternativæ conferre beneficia in sex mensibus vacantia; *ib. num.* 62.

Episcopus potest uti alternativa, quamvis collatio pro certo genere personarum fuerit restricta, et etiam in parochialibus, licet in ipsarum collatione requiratur examen, et examinatorum approbatio, *ib. n.* 35 *et* 36.

Item potest episcopus uti alternativa, pro beneficiis imposterum vacaturis, non autem pro medio tempore vacatis inter unam et alteram alternativam, *ib. n.* 37.

Alternativa ex simplici facultate optandi canonicis concessa, cæteris deficientibus requisitis, non cessat, bene vero stante statuto per papam confirmato, in quo etiam expresse disponitur optionem habere vim validæ collationis et promissionis, *ib. n.* 38 *et* 39.

Exclusa censetur alternativa ex quasi possessione episcopi libere conferendi beneficia, secus vero si episcopus non sit in hac quasi possessione, etiamsi bonum jus foveat super proprietate, *ib. n.* 40 *et* 41.

Quasi possessio conferendi beneficia sufficit ad excludendam alternativam, quando lis non est inter episcopum et capitulum, sed inter provisos, *ib. n.* 42.

Quando unus est provisus ab episcopo, qui dicitur resedisse, et alter est provisus a papa, quia episcopus negatur resedisse, tunc proviso ab episcopo incumbit probare, quod episcopus vere resederit. Vide *ib. n.* 43.

Quæ et qualis residentia episcopi esse debet, ut suffragetur alternativa, *ib. num.* 63.

Episcopo negligente conferre beneficia in mensibus alternativæ, devolutio immediate fit ad papam, *ib. n.* 61.

Quando actus alternativæ perfectus sit, et episcopus uti eodem possit, *ib. n.* 60 *et seqq.*

Alternativa quando expiret, *ib. n.* 44 *et* 63.

ALTERNATIVA QUOAD ALIQUA MISCELLANEA.

Alternativa, ut verificetur satis est alteram partem esse veram, et regulariter est electionis, non ordinis. Vide *verb.* Alternativa quoad miscellanea, *n.* 1 *et* 2.

Fallit, si alternativa sit posita inter diversas personas, et in primo ex nominatis subsit major ratio, *ib. n.* 3.

In alternativis electio regulariter est debitoris; fallit in debitore moroso et doloso, in legatis alternativis, in pœnis alternative appositis, et quando alternativa est posita in favorem conditoris, *ib. n.* 4 *ad* 8.

In alternativa prohibitione sufficit alterum verificari, et alternative petens non censetur præcise alterum petere; ac obligatus ac duo alternative, potest præstare, quod maluerit, ut liberationem consequatur, *ib. n.* 9 *ad* 11.

Alternativa, seu turnus inter regulares eligendi alternatim modo ex una, modo ex alia natione superiores tum generales, tum provinciales, aliosque officiales, an congruat, et liceat, *ib. n.* 12.

Electio coarctata ad paucos eligibiles est ipso jure nulla, et hic multa ad rem, *ib. n.* 13.

Ubi talis alternativa pro pace, et quiete, et pro servanda justitia distributiva legitime introducta, et concessa est, nisi vere defecerint religiosi capaces, est omnino servanda, *ib. n.* 14.

Ad hoc ut alternativa legitime introducatur, debet concedi a sancta sede, vel fulciri ejus speciali

Digitized by Google

auctoritate, et hic multa ad rem. Vide *verb.* Alternativa quoad miscellanea, *art.* 2, *n.* 15.

An talis alternativa concedi seu demandari possit a capitulis generalibus; et quomodo facienda subrogatio in definitoriis provinciarum minorum habentium alternativam, *ib.* art. 2 *n.* 16 et 17.

Quomodo providendum alternativæ, si moriatur commissarius generalis Ord. Minorum Observantium et Reformatorum, *num.* 18.

## AMBITUS.

Ambitus pœna quæ sit. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *n.* 13.

## AMBO (I, 475).

Ambonis etymologia et diversa nomina. Vid. *verb.* Ambo, *num.* 1.

Ambo quid fuerit, de illius situ, et quare elevatur a terra, *ibid. num.* 2 *et* 3.

Ad illum duplex patebat ascensus, et quatuor erant portæ, *num.* 4 *et* 5.

Bini gradus in ambone pro Epistola et Evangelio, *num.* 6.

In quibusdam ecclesiis erant duo ambones. et quid ex illis populo nuntiabatur, *num.* 7 *et* 8.

## AMEN (I, 477).

Hujus vocis significationes et usus a Judæis derivatus. Vid. *verb. num.* 1 *et* 2.

Subditur in finem orationum, *Gloria Patri*, et *Sed libera nos a malo*, *num.* 3 *ad* 5.

Olim in fine Evangelii, et post sumptionem Eucharistiæ, *num.* 6.

## AMENTES.

Amentes, et furiosi quando possint, et debeant, vel non, baptizari. Vide *verb.* Baptismus, *art.* 5, *n.* 2, 3 *et* 4.

Amentes, et furiosi an, et quando sint capaces sacræ communionis. Vide *verb.* Eucharistia, *n.* 33, et *verb.* Paschalis Communio, *n.* 29.

Amentes, et furiosi quando sint, vel non, irregulares. Vide *verb.* Irregularitas, *art.* 2, *n.* 12.

## AMERICA.

America unde sit dicta. Vide *verb.* Mundus.

## AMICTUS (I, 479).

Amictus quid sit et ejus etymologia et significationes. Vid. *verb.* Amictus, *num.* 1 *et* 2.

Quomodo confectus esset debet et qua qualitate, *num.* 4.

Quomodo et quando induendus, *num.* 3 *et* 5.

Qui absque amictu celebrat, peccat graviter, *num.* 4 *et* 6.

Vetustate attritus, comburendus est, *num.* 7.

## AMITA.

Amita, et amita magna quæ sint. Vide *verb.* Affinitas *sub n.* 15.

## AMITINI

Amitini et amitinæ qui et quæ sint. Vide *ib. n.* 15.

## AMOR.

Amor Dei et proximi quid importet, et ad quid obliget. Vide *verb.* Virtus, *a num.* 34 *ad* 75, et Amor amicitiæ, concupiscentiæ, et initialis quid sint. Vide *verb.* Pœnitentiæ sacram. *art.* 2.

## AMORTIZATIO (I, 479).

Etymologia, et quid *Manus mortuæ* nomine veniat. Vid. *verb.* Amortizatio, *num.* 1 *et* 2.

De jurisperitorum quorumdam haud recta sententia, *num.* 3; et quid catholice sentiendum, *num.* 4.

## AMPHIBOLOGIA (I, 481).

Amphibologia, seu æquivocatione, vel restrictione mentali uti quando, et quomodo liceat, vel non. Vide *verb.* Juramentum, *art.* 1, *a n.* 13 *ad* 26, et *verb.* Restrictio mentalis, *per tot.*

## AMPLEXUS.

Amplexus, quando sint peccaminosi, vel non. Vide *verb.* Luxuria, *a n.* 72 *ad* 77, *et n.* 89 *et* 91, et *verb.* Sponsi, *n.* 7.

## ANCILLÆ.

Ancillæ teneros pueros vestientes, lavantes, eorumque pudenda tangentes, vel aspicientes, quando, et qualiter peccent. Vide *verb.* Luxuria, *n.* 78.

Quomodo a domino conveniebatur ille, qui ancillæ suæ se junxisset. Vide *verb.* Adulterium, *art.* 1, *num.* 15.

Ancillæ ad quid teneantur circa famulatum, quidve eis liceat, vel non. Vide *verb.* Famulæ *per tot.*

## ANGELICA SALUTATIO.

Angelica salutatio. Vid. *verb.* Salutatio angelica.

## ANIMA (I, 481).

Anima rationalis, seu intellectiva per se, est forma hominis immortalis, et non ex substantia Dei, ac contrarium est hæresis. Vide *verb.* Anima, *n.* 1, 2 *et* 3.

Nec simul cum carne nascitur, seu est certum et firmum quod a Deo creatur, *ib. n.* 4 *et* 5.

Animæ hominum non fuerunt omnes creatæ in principio mundi, nec extra corpus, nec duæ in uno, nec una in omnibus, sed anima infunditur, et multiplicatur ad multiplicationem corporum, et contrarium asserens est hæreticus, *ib. n.* 6 *ad* 10.

Animæ mortuorum non vident ea quæ apud nos geruntur, et quæ nobis bona malave accidunt, suopte ingenio minime assequuntur; tribus autem modis ea scire possunt, et assignantur. Vide *ib. n.* 11 *et* 12.

Animabus beatis fiunt notæ nostræ preces, vel ab eas deferentibus angelis, vel in Verbo videntibus, *ib. n.* 13.

Animæ quæ sine peccato post baptismum separantur a corpore, cœlo recipiuntur, sic etiam animæ, quæ pœnas condignas pro peccatis solverunt sive in corpore, sive in purgatorio, *ib. n.* 14 *et* 32.

In purgatorio patiuntur pœnas, quibus debuerant in vita satisfacere, juvantur suffragiis fidelium, post purgatorium in cœlum ascendunt, ibi vident Deum sicuti est, *ib. n.* 15, 16, 17 *et* 36.

Animæ, quæ sunt in purgatorio, sunt securæ de sua salute, non tamen amplius in statu merendi, et quærentes requiem, ac horrentes pœnas non peccant, *ib. n.* 18, 19 *et* 20.

Liberatæ a pœnis per suffragia fidelium, dum in cœlum recipiuntur, non minus beantur, quam si per seipsas satisfecisset pro illis pœnis, *ib. n.* 21.

Animæ in purgatorio exsistentes, an possint pro novis orare, vel aliquid de congruo mereri, vel impetrari, *ib. a n.* 22 *ad* 26.

Animas in gratia decedentium non recipi in beatitudinem, nisi post diem judicii, aliqui docuerunt, et varii dicunt hujus sententiæ fuisse etiam Joannem XXII, qui tamen ostenditur fuisse contrariæ, *ib. a n.* 27 *ad* 30.

Animas justorum ante diem judicii visuras esse intuitive Deum post purgatam pœnam, si cum aliquo reatu ex hac vita decesserint, expresse definivit Benedictus XII, *ib. n.* 31.

Digitized by Google

Errores circa fidei articulum quo credendum est animas justorum, si nihil restat illis luendum, statim Deum videre sicuti est vide *verb*. Anima, *num*. 33.

Eadem de re controversia inter Minoritas et Dominicanos sub Joanne XXII, *num*. 34 *et* 35.

### ANNALES.

Annales, quid sint, et in quo distinguantur ab historia. Vide *verb*. Historia, Historicus, *n*. 8 *et* 9.

### ANNALIS POSSESSIO.

Annalis possessio, quid disponat, et importet. Vide *verb*. Beneficia, *art*. 10, *n*. 109 *ad* 111.

### ANNATÆ (I, 489).

Annatæ quid sint; earum genera et species. Vid. *verb*. Annatæ, *num*. 1 *ad* 3.

Examinatæ, confirmatæ, retentæ, roboratæ, et instauratæ fuerunt variis conciliis et concordatibus Germaniæ, *num*. 4 *ad* 8.

A quibus tamen, quod ad solutionis tempus attinet, pontifices discedere compulsi sunt, *num*. 9.

Gallicis concordatis et concilio Tridentino assertæ, *num*. 10.

A Simonia et aliis calumniis vindicantur, *num*. 11 *ad* 13.

Varii auctores qui de annatis agunt, *num*. 14.

### ANNIVERSARIA (I, 493).

Anniversarium quid sit, et in quo sensu stricte sumatur. Vide *verb*. Anniversaria, *n*. 1 *et* 2.

Anniversarium a quo tempore numerari debet, *ib*. *n*. 27.

Anniversaria, et missæ de *requiem*, quæ ex dispositione testatorum (non ex placito vivorum) cum cantu sunt quotannis celebrandæ, possunt cantari, etiamsi ipsorum obitus dies inciderit in festum duplex majus, *ib*. *n*. 3, 4, 28 *et* 37.

Anniversaria et missæ de *requiem*, quæ ex dispositione testorum cum cantu sunt quotannis celebrandæ, possunt cantari etiamsi ipsorum obitus inciderit in festo duplici majori, *ib*. *n*. 29.

Anniversaria et missæ de *requiem*, quæ certo die dici debent, ut die tertia, septima et tricesima, eo impedito, transferri possunt in sequentem diem, *ib*. *n*. 5, vel anticipari possunt, *ib*. *n*. 6.

Nullimode cani possunt missæ de *requiem* ad solum placitum vivorum in duplicibus, et quandocunque est officium excludens duplicia, *ib*. *n*. 7.

In anniversario occurrente in die festo duplici secundæ classis non potest cantari missa de *requiem*, *ib*. *n*. 30.

Infra octavas privilegiatas non possunt cantari missæ defunctorum in anniversario et officio solemni, *ib*. *n*. 31.

Missæ cantatæ mortuorum infra octavam Corporis Christi non sunt celebrandæ, nisi præsente corpore, *ib*. *n*. 32.

Anniversaria et aliæ missæ pro defunctis certa die dicendæ, ea impedita possunt transferri in diem sequentem, *ib*. *n*. 33 *et* 39.

Exemplificatur cum resolutione sac. Rit. Cong. *ib*. *n*. 35.

Et quid recurrente die tertio, septimo, et tricesimo in parochialibus, in quibus per annum plerumque unus tantum sacerdos celebrat, *ib*. *n*. 36.

Ex privata devotione parochianorum petentium sæpius per annum pro eorum defunctis anniversaria, potest in ruralibus ecclesiis cantari missa solemnis de *requiem* in festo duplici minori, altera missa cantata de festo, ubi absunt plures, vel saltem duo sacerdotes, dummodo sermo sit de die vere anniversaria a die obitus, *ib*. *n*. 34.

Non valentes satisfacere anniversariis defunctorum in diebus ferialibus, possunt in ipsa adimplere in festis duplicibus, non tamen de præcepto, *ib*. *n*. 38.

In die anniversarii et depositionis non potest cantari missa defunctorum loco conventualis, *ib*. *n*. 40, *et vice versa ib*. *n*. 41. Vide plura *ib*. *n*. 42.

Convivia et prandia tolerari possunt in anniversariis defunctorum, ubi est consuetudo, et quatenus, *ib*. *n*. 43.

Habens injunctum onus faciendi celebrari anniversarium quindecim, v. g., vel viginti missarum pro anima fundatoris, non tenentur celebrari facere missam cantatam, tamen nec de mente testatoris missæ privatæ dici queunt de *requiem*, si dies anniversaria incidat in duplici, et quandocunque est officium excludens duplicia, *ib*. *n*. 8 *et* 9.

Anniversarium ordinatum a testatore pro anima sua sine declaratione, an pro una vice, vel an in perpetuum, præsumendum est pro perpetuo, et onera in fundo imposita pro anniversariis transeunt cum eodem fundo, *ib*. *n*. 12, 13 *et* 46.

Anniversarium relictum a testatore, ut celebretur pro anima sua in ecclesia, in qua statuit sepeliri, cessat si testator culpabiliter se ipsum occiderit, aut in puteum se projecerit, secus autem, si pro anima sua, et suorum, *ib*. *n*. 14 *et* 15.

Auctoritas episcopi in anniversariis quænam sit, Vide *ib*. *n*. 44.

Quid juris si quis ecclesiæ, in qua sepulturam elegit, legatum reliquerit pro anniversario, et deinde mutato consilio alibi voluerit sepeliri, legato non revocato, *ibid*. *n*. 47.

Quando et quomodo ab hæredibus fundus, vel pro anniversario tradi vel solvi debeat, *ib*. 48 *et seq*.

Anniversaria non fixa, et alia similia, quæ expressa testatorum et fundatorum voluntate prohibentur dari absentibus ex quacunque causa, et jubentur dari solummodo physice, et corporaliter interessentibus, non participantur ab habentibus indultum a papa, ut etiam in absentia possint participare, etc., nec talia anniversaria possunt reponi in distributionibus quotidianis per episcopum, *ib*. *n*. 16 *ad* 25

Anniversaria autem fixa, et alia similia, in quibus non adsit contraria dispositio testatoris et fundatoris, participantur ad indultariis, ac si personaliter interessent. *ib*. *n*. 26.

De causis absentiæ pro participatione anniversariorum, *ib*. *n*. 51.

De antiquitate anniversarii pro defunctis et de officiis in eo recitatis, *num*. 52, 53.

De anniversario obitus Papæ et de missa in anniversariis dicenda, *num*. 54 *et* 55.

### ANNONA.

Annonæ fraudatæ pœna quæ sit. Vide *verb*. Pœna, *art*. 2, *num*. 54

### ANNULUS (I, 501).

Annuli prius ad signandum sunt adinventi, signatorii, et sigilla promiscue usurpati, dein ad ornamentum et luxuriam mutati. Vid. *verb*. Annulus, *num*. 1, 2 *et* 3.

Annulus Piscatoris quid sit, quare dicatur Piscatoris, et qualiter servetur, ac liniatur, *ibid*. *num*. 4, 5 *et* 6.

Annuli usus in missa prohibetur protonotariis non participantibus et doctoribus quibuscunque, et canonicis cathedralium, *ibid*. *num*. 7.

Possunt tamen canonici missam celebrare cum annulo aureo, et de rigore uti, sed sine gemma, et sine aliqua effigie, *ibid*. *num*. 8. Benedictus tamen XIII novissime in concilio Romano statuit a sacerdotibus, nisi abbates sint benedicti, esse in celebratione deponendum, *ibid*. *num*. 8.

Communionem de manu episcopi capiens antea debet manum episcopi osculari, non autem annulum, *ibid*. *num*. 9.


Digitized by Google

Annulus sacer quare tradatur novo episcopo. Vide *verb.* Episcopus, *art.* 2. *num.* 50. Ejus antiquitas. *verb.* Annulus, *num.* 23. Annulis nuptialibus antiqui utebantur Christiani, *ibid. num.* 19 *et seq.*

Annulus, cæteroquin clericis prohibitus, a quibus clericis ferri possit; et plura de annulis, *ibid. num.* 10.

Annuli significatio mystica, *num.* 21 *et* 22.

Antiqui Christianorum annuli ab hodiernis differebant, *num.* 24.

Annulus episcoporum sacrum ornamentum est, quare illum portant, et quæ est ejus forma, *num.* 25 *et* 26.

De annulo quem papa imponit cardinali, *num.* 27.

Annulus inter regia ornamenta numeratur, *num.* 28.

Imponitur virgini consecratæ, *num.* 29.

An sit sufficiens sponsaliorum signum annuli traditio, *num.* 30.

## ANNUNTIATIO B. M. V. (I, 505).

Si festum Annuntiationis beatæ Mariæ Virginis occurrat feria sexta, in Parasceve, vel in Sabbato sancto, quando, et quomodo transferendum. Vide *verb.* Annuntiatio beatæ Mariæ Virginis, *num.* 1.

Tria circa hujusce festi translationes annotantur, *ibid. a num.* 2 *ad* 4.

Si simul transferenda sint festa sancti Joseph et Annuntiationis, prius reponatur Annuntiatio, deinde sancti Joseph, *ibid. num.* 5.

Annuntiationis festum non licet celebrare in majori hebdomada, nec potest fieri ejus officium in Dominicis Quadragesimæ, nisi in ecclesiis sub Annuntiationis invocatione dedicatis, *ibid. num.* 6 *et* 7.

Annuntiatio beatæ Mariæ Virginis diversis nominibus olim significabatur, *num.* 9.

Hujus festi antiquitas, *num.* 10.

Aliquando ante octavum Dominicæ Nativitatis diem celebratum fuit, *num.* 11.

De hoc festo apud Orientales, *num.* 12.

## ANNUS (I, 507).

Annus unde sit dictus, et qualiter ut recte accipiatur in sacris canonibus, bullis, decretis, statutis, et similibus regulandus, distincte referatur. Vide *verb.* Annus, *num.* 1 *ad* 9.

Anni initium non ubique eodem tempore, sed diverso pro diversis regionibus, et variis stylis calculatur, ac assignatur usus tam antiquus quam modernus, tam in actibus publicis quam privatis, tum in bullis et brevibus pontificiis, tum in sac. Congregationum decretis, *ibid. num.* 10 *ad* 15.

Ne equivocis laboremus, proprius uniuscujusque regionis, ac tribunalis stylus est attendendus, *ib. num.* 16.

Annus unde dictus, quid sit, ejusque divisiones assignantur et explicantur. Vide *verb.* Kalendarium, *a num.* 38 *ad* 50.

Anni ab orbe condito usque ad æram Christi vulgarem quot effluxerint. Vide *verb.* Mundus, *num.* 61.

Annus inceptus quando haberi possit pro completo, *ibid. num.* 18.

Quando in statutis mentio fit de anno, num continuus, an utilis veniat, *ibid. num.* 10.

De actionibus, quæ anno finiuntur, *ibid. num.* 21.

Annus quid sit, et ejus varia distributio, *num.* 23, 24, 26.

A quo tempore annum computent Græci, Romani et Christiani, *num.* 25.

Mutatio a Justiniano inducta, *num.* 27.

De anni computatione, *num.* 28.

Quid est annus bissextus, annus gratiæ, annus secundum Evangelium, *num.* 29 *ad* 31.

Initium anni novi et ejus festum, *num.* 32, 33.

## ANNUS PROBATIONIS, SEU NOVITIATUS (I, 515).

Annus probationis ad quid institutus, et quando incipiat. Vide *verb.* Annus probationis, *num.* 1 *et* 2.

Habitus regularis de essentia et substantia est deferendus a novitiis per annum probationis, et fieri nequit in habitu sæculari, *ibid. num.* 3, 4.

Pro admittendis ad annum probationis, seu novitiatus, licet in jure nulla reperiatur statuta præcisa ætas, tamen ex sac. Cong. requiritur, quod saltem attingant decimum quintum annum, *ibid. num.* 5, 6.

Puella, quæ non complevit annum duodecimum recipi poterit interim pro educanda, sed regulariter novitia vestiri non potest ante decimum quartum annum expletum, et tunc de licentia sac. Cong. si velit esse formaliter novitia ante decimum tertium expletum, *ibid. num.* 7, 8.

Conversi nequeunt recipi ante vicesimum ætatis suæ annum, *ibid. n.* 9.

Annus probationis debet esse continuus, ita ut novitius annum probationis animo religionem deserendi interrumpens, licet per duas solas horas, teneatur suscipere de novo annum novitiatus : secus si duntaxat intra claustrum aliquantisper latitasset, imo non interrumpitur, etiamsi novitius retento habitu perterritus severitate, etc., monasterium abdite exeat causa se celandi, dummodo habeat animum redeundi, idque firmatur exemplo, *ibid. num.* 10 *ad* 13.

Annus novitiatus non interrumpitur, si novitius habitu religionis indutus a monasterio ex sui superioris licentia exeat causa peregrinandi ad stationes, etc., vel etiamsi ob adversam valetudinem maneat extra monasterium, *ibid. num.* 14, 15.

Annus tamen novitiatus interrumpitur a novitia, quæ infirma morbo contumaci remittitur curanda domum, eo pacto, ut reversa reincipiat novitiatum a capite, absque tamen cæremoniis ad evitandas expensas. Sed si ipsum expleverat, potest, cum redit, admitti sine novo novitiatu, *ibid. n.* 16 *ad* 19.

Annus novitiatus non dicitur interrumpi, nec discontinuari a novitiis, qui eo completo propter infirmitatem ante emissam professionem cum licentia superiorum exeunt, imo etiamsi absque licentia, *ibid. num.* 20, 21.

Sic etiam novitius, qui finito anno probationis fuit habitu spoliatus, potest iterum admitti, et profiteri absque novo novitiatu; secus si habitum sponte deposuisset, *ibid. num.* 22, 23.

Et sic etiam non interrumpitur novitiatus a novitio, seu novitia, si intra annum novitiatus a capitulo dimittatur, et habitu religiosis exspolietur, et postea mutata sententia ad habitum restituatur antequam exeat a monasterio, *ibid. num.* 24.

Annus novitiatus debet esse completus de momento in momentum, licet bissextili, adeo ut professio facta, nondum completo anno, etiam per modicum tempus, esset nulla, *ibid. num.* 25 *ad* 28.

Anno probationis completo non potest a superioribus regularibus ultra protrahi tempus probationis, non solum reluctante novitio, sed neque ipso consentiente, *ibid. num.* 29, 30.

Monialibus elapso tempore novitiatus, si habiles sint, præfigendus est terminus quindecim aut triginta dierum ad deliberandum, num velint profiteri, necne; et si renuant profiteri, remittendæ sunt ad patentes aut consanguineos, *ibid. num.* 31.

Aliqua rationabili, aut justa interveniente causa possunt superiores annum probationis et professionem prorogare usque ad sex menses, et non ultra inconsulta sede apostolica, *ibid. num.* 32 *ad* 35.

Annus novitiatus, sicuti et professio sub pœna nullitatis debet necessario fieri in conventibus designatis, et dantur ad hoc decreta, *ibid. num.* 36 *ad* 39.

Non obstant tamen allegata Clementina decreta, quin possit aliquis a superioribus ad habitum recipi in conventu non designato, ut sic ejus filius instituatur dummodo postea transmittatur ad conventum designatum, et ibi integrum novitiatus annum peragat, inspecto effectu dicitur admissus, et re-

Digitized by Google

ceptus in conventu designato, vide *verb.* Annus, *ibid. num.* 40 *ad* 42.

Annus probationis non potest renuntiari, neque a novitio, neque a monasterio, estque necessarius etiam in religione Hierosolymitana, *ibid. num.* 43, 44.

Imo hodie ex concilio Tridentino annus probationis consensu mutuo utriusque partis, novitii nempe, et admittentium illud ad professionem, diminui nullo pacto potest, *ibid. num.* 45.

Equites ordinum militarium annum probationis non habent secluso statuto, *ibid. numer.* 46, 47

Privilegium professionis ante annum probationis pro monialibus Sancti Dominici in articulo mortis constitutis. Vide *ibid. num.* 49 *et seq.*

ANNUS SANCTUS (I, 525).

Annus sanctus unde sumpserit originem et denominationem, quidque penes Catholicos ejus nomine veniat. Vide *verb.* Annus sanctus, *num.* 1 *et* 2.

Variæ circa anni sancti seu magni jubilæi inchoationem et institutionem exstitere opiniones quæ referuntur et assignantur, quare a Bonifacio VIII fuerit indictus pro unoquoque centesimo, *ibid. num.* 3 *ad* 7.

Annus sanctus sic a Bonifacio dispositus, fuit statim a Deo tanquam sibi gratissimus miraculis comprobatus, multitudine ex cunctis universi plagis pene innumera accurrente condecoratus, ad divina Providentia mirabiliter ditatus. *ibid. num.* 8 *ad* 10.

Annus sanctus a Bonifacio VIII, pro unoquoque centesimo determinatus, fuit postea ad quinquagesimum a Clemente VI et ad tricesimum tertium ab Urbano VI, redactus; idque ratum habuerunt, servaruntque Martinus V et Nicolaus V, *ibid., num.* 11, 12 *et* 13.

Exinde Paulus II statuit, ut imposterum jubilæus perageretur quolibet anno 25, idque usque ad præsens servatur, *ibid. num.* 14, 15.

Annus sanctus publicatur die Ascensionis Domini præcedentis anni, incipit a primis Vesperis Nativitatis Domini, et durat usque ad primas Vesperas ejusdem Nativitatis anni sequentis, *ibid. num.* 16, 17.

Porta sancta quare sic dicta, quibus cæremoniis aperiatur, et claudatur, *ibid. num.* 18 *ad* 23.

Pro anni sancti jubilæo lucrando indictæ sunt variæ basilicæ visitandæ. Vide *ibid. num.* 24 *ad* 27.

Tales basilicæ debent visitari per triginta vices a Romanis et incolis Urbis, et per quindecim vices ab exteris, et quandoque aliter indultum, *ibidem num.* 28 *ad fin.*

ANTICHRYSEOS.

Antichryseos pactum quid sit, et an sit illicitum et usurarium, vel non. Vide *verb.* Hypotheca, *numer.* 32.

ANTIPHONA (I, 529).

Quid significet, et quid in officiis ecclesiasticis. Vid. *verb.* Antiphona, *num.* 1 *et* 2.

Quis ejus auctor apud Græcos et apud Latinos, *num.* 3 *et* 4.

Antiphonæ desumuntur ex sacris litteris, quando duplicantur, et quid in missa, *num.* 5 *ad* 8.

Antiquitus repetebantur ad omnes psalmorum versus, *num.* 9.

Quare duplicentur, et quare pauciores tempore paschali, *num.* 10, 11.

Quomodo intonandæ ante psalmos, et quando dicantur, *num.* 12 *et* 13.

De antiphonis propriis, et in primis Vesperis, *num.* 15, 16.

In Adventu antiphonæ de Laudibus Dominicæ repetuntur per hebdomadam, *num.* 17.

Cur sumantur ex utroque Testamento in Dominicis, et de Novo tantum tempore paschali, *num.* 18.

Cur antiphonis tempore Paschali addītu. Alleluia, *num.* 19.

De antiphonis majoribus, et de privilegiatis in Adventu, et propriis et finalibus, *num.* 20 *ad* 30.

Antiphonæ finales quatuor, et quænam, et quando dicendæ vel omittendæ in choro et extra; quando dicendæ flexis genibus, *num.* 31 *ad* 36.

De antiphonis beatæ Mariæ Virginis, *Alma redemptoris; Ave, Regina cœlorum; Regina cœli; Salve, Regina*, *num.* 37 *ad* 50.

ANTIPODES.

Antipodes an exsistant, unde dicti, et qui sint. Vide *verb.* Mundus, *a num.* 108 *ad* 110.

ANTIQUATA.

Antiquata propositio quæ sit. Vide *verb.* Propositiones damnatæ, *num.* 62.

APES.

Apes evolantes quando fiant de dominio capientis, vel non. Vide *verb.* Dominium, *art.* 3, *num.* 15, 16

APOCRYPHA.

Apocryphæ indulgentiæ, revocatæ, et nullæ, variæ sunt. Vide *verb.* Indulgentia, *art.* 4, *per tot.*

Apocrypha propositio quæ sit. Vide *verb.* Propositiones damnatæ, *num.* 61.

APOGEUM.

Apogeum quid. Vide *verb.* Mundus, *num.* 138.

APOSTASIA, APOSTATA (I, 537).

Apostasia ex vi nominis quid significet, et importet, ac quotuplex sit? dein quid sit apostasia, et apostata a fide, et quomodo differat ab hæresi? Vide *verb.* Apostasia, *num.* 1 *ad* 5.

Apostatæ incurrunt omnes pœnas, quas incurrunt hæretici, et alias majores et graviores, *ibid. n.* 6, 7, 8.

Quæ autem pœnæ de jure sint statutæ hæreticis, et consequenter apostatis. Vide *verb.* Hæreticus.

Apostatæ a fide in Turcarum ditionibus exsistentes, si ibi redeant ad pœnitentiam, ad quid teneantur, *ib. num.* 10.

Apostatæ reversi ad fidem in terris infidelium tuta conscientia qualem habitum deferre possint, et an arcendi a sacramentis, *ibid. num.* 11, 12.

Apostatam pœnitentem in articulo mortis constitutum, et in terris infidelium exsistentem quomodo confessarius absolvere debeat, et qualibet se gerere deberet pœnitens, si tunc ad suæ fidei confessionem invitaretur, *ibid. num.* 13 *ad* 16.

Apostasia a fide per chirographum fraude dæmonis facta nullum jus illi tribui, et reconciliandus est apostata absque eo quod cogatur chirographum reddere, *ibid. num.* 17, 18.

Apostasia ab obedientia late, et stricte capta quid sit, ut etiam apostasia, a religione, *ibid. num.* 19, 20, 21.

Qui a religione professa etiam sine legitima facultate ad aliam laxiorem religionem transiret, non esset rigorose et proprie apostata, *ibid. num.* 22 74 *et seq.*

Apostasiam vere incurrit et dicitur apostata, qui a religione temere discedit cum animo non amplius redeundi, etiamsi retineat habitum, *ibid. num.* 23, 24, 76 *et seq.*

Quod si cum animo redeundi quis discedat, non est proprie apostata, sed fugitivus; in praxi tamen communiter accipiuntur et tractantur ut veri apostatæ, qui extra claustra sine superiorum licentia, habitu etiam retento, et cum animo redeundi ad religionem vagantur, *ibid. num.* 25 *ad* 28.

Non est tamen apostata regularis, qui injuste et notabiliter gravatus a superiore, recta via ad generalem, provincialem, aut alios, ad quos de jure, ac-

Digitized by Google

cedit absque licentia superioris; sed dicitur appellare de facto; quamvis antea non appellaverit. Vide *verb.* Apostasia, *num.* 29 *ad* 36.

Debet tamen talis religiosi gravamen esse patens, vel probatu facile; et ad justificandum suum recursum, ac ut nulla pro foro etiam externo sit apostasiæ umbra, et suspicio fugæ, nec contra eum militent sancita a sac. Congreg. Regul. dignus traditur modus, ac salutaris datur instructio, *ibid. num.* 37, 38, 39.

Tenent plurimi, quod in tali casu periculoso posset etiam regularis habitum dimittere absque incursu apostasiæ, et sic directe ad superiorem accedere, dummodo vere, et certo timeat, quod in itinere capiatur, et reducatur per vim ad manus superioris gravantis, *ibid. num.* 40, 41.

Quinimo pericula vitandi causa licet clericis arma deferre et comam, *ibid. num.* 42, 43.

Regularis cum litteris obedientialibus itinerans, et ad liberius divagandum habitu regulari in itinere dimisso, et in veste sæculari incedens non est apostata, nec fugitivus, *ibid. num.* 44, 45.

Ligatur tamen excommunicatione lata in regulares temere habitum dimittentes liberius vagandi causa, eamque etiam incurrit qui habitum defert, sed ita coopertum, ut cognosci non possit, *ib. n.* 46, 47.

Regulariter quantumcunque habitus etiam ex lascivia relinquatur, ac cooperiatur, si non relinquitur animo deliberato illum non reassumendi, non contrahitur apostasia, *ibid. num.* 48.

Pœnæ apostasiæ a religione seu statu religioso de jure communi sunt variæ, quæ assignantur et declarantur, *ibid. a num.* 49 *ad* 54.

Præter pœnas a jure communi statutas sunt etiam aliæ, ut privatio vocis activæ, et passivæ, carceris, flagellationis, etc. juxta peculiares religionum constitutiones, *ibid. num.* 55.

Apostatas, et fugitivos recipientes, et retinentes, vel occultantes, aut eis pro fuga, et apostasia consilium, aut auxilium præstantes peccant mortaliter, et ipso facto excommunicationem incurrunt, *ibid. numer.* 56.

Prælati, seu superiores regulares tenentur fugitivos, seu apostatas requirere et revocare, et eos cogere, ut ad ordinem revertantur, *ibid. a num.* 57 *ad* 60.

Apostatæ a religione debent recipi, salva regulari disciplina, dum pœnitentes recedunt, non obstantibus constitutionibus prohibentibus recipi eos qui ter apostatarunt, *ibid. num.* 61.

Apostasia a sacro ordine et apostata ab illo quis sit, et quæ ejus pœnæ, *ibid. num.* 63 *ad* 67.

Apostatæ et fugitivi regulares quomodo absolvantur a summo pœnitentiario, *ibid. num.* 68 et 69.

Apostatæ nullatenus admittuntur ad allegandam quamcunque causam super nullitate professionis regularis, sed ad monasterium redire coguntur, *ibid. num.* 70.

Apostatæ declarantur illi, qui post unicam sententiam latam pro nullitate professionis, etiam appellatione non interposita habitum abjecerint, *ibid. num.* 71.

Item ii qui post sibi indultam restitutionem in integrum e religionis claustris migrare præsumunt, *ibid. num.* 72.

Constitutio san. mem. Benedicti XIV qua regulares apostatæ ad suos ordines cum pœnarum condonatione revocantur, *ibid. numer.* 73.

## APOSTOLUS (I, 553).

Apostolus idem est ac Latine *missus.* Apostoli omnes fuerunt baptizati baptismo Christi; solus Petrus a Christo; a Petro, Andreas, Jacobus et Joannes; et ab eis cæteri. Vide *verb.* Apostolus, *num.* 1, 2, 3.

Apostoli omnes a Christo ordinati sunt sacerdotes et episcopi, ac etiam immediate ab ipso munus apostolatus acceperunt, *ibid. a num.* 4 *ad num.* 11.

Apostoli singuli posuerunt suum articulum in Symbolo, et verisimilius juxta ordinem traditum a Scoto, *ibid. num.* 12, 13, 14.

Apostolorum canones recipiendi et tenendi sunt omnes, prout recipiuntur a synodo et afferuntur, *ib. num.* 15, 16.

Apostolorum traditiones non possunt in dubium revocari, et ab omnibus sunt observandæ, eorumque litteras contemnens est hæreticus, *ibid. num.* 17, 18.

Apostoli cum Christo habuerunt usum, et dominium aliquorum mobilium, et affirmare contrarium est hæreticum, de multis poterant disponere, ac de pecunia non habenda præceptum non fuit rigorosum, *ibid. num.* 19, 20, 21.

Plura notantur, quæ ad apostolos pertinent, et in quibus vel erravit auctor, vel aliqua præteriit; *ibid. num.* 22 *et seqq., ad finem.*

## APOSTOLI, ID EST LITTERÆ MISSORIÆ (I, 573).

Apostoli unde dicti. Quidque eorum nomine veniat. Vide *verb.* Apostoli, id est Litteræ missoriæ, *num.* 1, 2 *et* 14.

Isti apostoli, qui petuntur in casu appellationis, interdum vocantur epistolæ, et interdum *dimissoriæ,* et cur dimissoriæ, *ibid. num.* 3.

Apostolorum quinque sunt species, quæ assignantur, ac singillatim expenduntur, *ibid. num.* 4 *ad* 9.

Si judex requisitus non tradit apostolos, et appellanti eos denegat, et postea procedit in causa, non valet processus, nisi renuntiatum fuisset appellationi, *ibid. num.* 10.

Si appellans non petat apostolos infra triginta dies, censetur renuntiare appellationi; et si judex eos denegat, vel infra præmissum tempus malitiose, aut negligenter ei tradere, prætermittit, non valet ejus interim confectus processus, *ibid. num.* 11, 12, 13.

Quænam solemnia apostolorum de jure Rom. *ib. num.* 15 *et* 16.

Apostolorum usus in jure ecclesiastico, *ibid. num.* 17 *et seq.*

Apostoli dicti apostilli, *ibid. num.* 19. Vide *verb.* Appellatio, *art.* 7.

## APPELLATIO (I, 577).

### APPELLATIO QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT EJUS ESSE, DIVISIONEM, ET FINEM.

Appellatio quid sit. Estque alia judicialis, et alia extrajudicialis, ac utraque declaratur, Vide *verb.* Appellatio, *art.* 1, *num.* 2 *ad* 5.

Appellatio judicialis et extrajudicialis tripliciter differunt inter se et assignantur, *ibid. num.* 6, 7, 8.

Appellatio de jure canonico extrajudicialis, minime permissa est de jure civili, *ibid. numer.* 16 *et seq.*

Causæ de jure canonico extrajudicialis appellationis recensentur, *ibid. num.* 19 *et seq.*

Appellatio alia est rationalis, seu legitima; alia frustratoria, et alia frivola, seu levis, quæ explicantur, *ibid. num.* 9, 10, 11.

Appellatio propter tres causas potissimum introducta est quæ proponuntur, *ibid. num.* 12, 13, 14.

Fieri potest ut, licet sententia prioris judicis sit formaliter justa, isque recte processerit, ea tamen ab appellationis judice propter novas allegationes rescindi debeat, *ibid. num.* 15.

In appellatione judiciali appellans, ea, quæ in prima instantia non probavit, adhuc probare, et quæ non deduxit, deducere potest, *ibid. num.* 26.

De differentia appellationem inter et relationem,

Digitized by Google

et de forma ac solemnitate relationis; vide *verb.* Appellatio, *art.* 1, *num.* 27.

APPELLARE QUIS POSSIT, VEL NON.

Appellare potest omnis a judice injuste gravatus, etiamsi juraverit stare sententiæ; et etiamsi excommunicatus. Vide *verb.* Appellatio, *art.* 2, *num.* 1, 2, 3.

Imo non solum qui gravatus exsistit, sed etiam alii, quorum interest, appellare possunt : hocce refertur, *ibid. num.* 4 *ad* 10.

Utraque pars litigantium appellare potest ab eadem sententia continente plures articulos, quatenus in aliquibus utrique parti est contraria, *ib. n.* 11.

Si in eadem sententia plures reperiantur gravati, licet unus solus appellet, iste debet audiri, et ejus appellatio pro omnibus prodest, si eadem sit ratio, et causa pro omnibus, *ib. num.* 12.

Plura de communione appellationis. Vide *ib. num.* 19 *et seqq.*

Assignantur omnes, qui appellare non possunt, *ibid. num.* 13 *ad* 18.

APPELLARI A QUO JUDICE. ET AD QUEM POSSIT, VEL NON.

Appellari potest ab omnibus judicibus judicem superiorem cognoscentibus. Vide *verb.* Appellatio, *art.* 3, *num.* 1, 2, 3.

Exornatam quæstionem a quonam judice appellari possit, *num.* 47 *et seqq.*

Appellantes a papa ad futurum concilium generale quicunque sint, excommunicantur, et si universitates, collegia, vel capitula, interdicuntur : insuper sunt schismatici, multasque alias pœnas incurrunt, *ib. num.* 4.

Appellari neque potest a concilio generali legitime congregato, et approbato, nec a sententia totius congregationis cardinalium, nec a supremis tribunalibus, *ib. num.* 4 *ad* 7.

Appellatio regulariter fieri debet gradatim ad proximum et immediatum superiorem ejus, a quo appellatur, non autem omisso medio ad remotum et mediatum, idque jure merito cautum, *ib. n.* 8, 9.

Excipiuntur tamen plures casus, in quibus immediate ad majorem appellari potest, omissis judicibus intermediis, et exhibentur, *ib. n.* 10 *ad* 18.

Quid si utraque pars litigantium appellet a sententia sui judicis, v. g. episcopi, et una appellet ad archiepiscopum, et altera immediate ad papam, *ib. num.* 19, 20.

Appellari non potest regulariter loquendo a judice sæculari ad papam; nisi litigantes sint temporali jurisdictioni papæ subjecti, *ib. num.* 21, 22.

A regularibus etiam, et potissimum, gradatim est facienda appellatio, nullimode tamen possunt ipsi appellare ad judices extraneos, seu ad tribunalia sæcularia, aliter ipsi, et eos admittentes incurrunt excommunicationem latæ sententiæ, *ibid. num.* 24, 25.

Imo nec licet regularibus appellare ad judices ecclesiasticos, quibus non subduntur, alias ipsi et judices eos admittentes incurrunt excommunicationem latæ sententiæ, *ibid. num.* 26, 27.

Ordinariis idcirco est omnino prohibitum, ne se ingerant in cognitionibus causarum regularium tam civilium, quam criminalium, quinimo nuntii apostolici recipere non debent appellationes regularium, sed relinquere gradatim a suis superioribus cognoscendas, *ib. num.* 28, 29.

Nec licet regularibus recurrere extra ordinem ad quascunque personas, tam ecclesiasticas quam sæculares, etiamsi cardinalatus honore, et excellentia ducali, regali et imperiali fulgentes, pro consequendis honoribus, dignitatibus, etc., in ipso ordine, *ib. num.* 30 *ad* 45.

Est hic insimul advertendum, quod non solum est prohibitum regularibus subditis recurrere extra ordinem uti supra, sed insuper sub gravissimis pœnis, et etiam excommunicationis latæ sententiæ est prohibitum superioribus regularibus ad instantiam quarumcunque personarum extra suos ordines officia et dignitates ei concedere, *ib. num.* 46 et *verb.* Recursus, *num.* 18 *et seq.*

Utrum a sententia subdelegati ad subdelegantem, an vero ad subdelegantis superiorem interponenda sit appellatio, *ib. num.* 48 *et seqq.*

Num a sententia judicis ecclesiastici in causa sæculari lata appellari possit ad superiorem laicum, *ib. num.* 50.

Si quis in appellatione erraverit, ut cum ad unum appellare deberet, ad alium appellaverit, num causa remittenda sit ad priorem judicem, *ib. num.* 51 *et seq.*

APPELLATIO A QUIBUS SENTENTIIS, ET CAUSIS FIERI POSSIT, VEL NON.

Duplex est sententia, definitiva una, interlocutoria altera; quæ utraque sit, et cur interlocutoria sic dicta. Vide *verb.* Appellatio, *art.* 1, *num.* 1 *ad* 4.

Sententia interlocutoria subdividitur in mere interlocutoriam, et in interlocutoriam habentem vim definitiva, et quæ sint utraque, *ib. num.* 5 *ad* 7.

De jure canonico appellari potest, et a sententia definitiva, et ab interlocutoria, *ibid. num.* 8.

Dummodo tamen interlocutoria vim habeat definitivæ, *ib. num.* 65.

Et quænam sententia interlocutoria dicatur habere vim definitivæ, et habere damnum irreparabile, ut fiat appellationi locus, *ib. num.* 65 *et seqq.*

Differentia inter appellationem ab interlocutoria sententia, et a definitiva, *ibid. num.* 78 *et seq.*

Si est reformata sententia interlocutoria in instantia appellationis, tota causa ad judicem appellationis devolvitur, neque locus est remissioni, *ibid. num.* 93.

Limita, *ibid. num.* 92.

In appellatione facta in judicio ab interlocutoria decem requiruntur, quorum si unum solum defuerit, non valebit appellatio, et enumerantur per singula, *ib. a num.* 9 *ad* 19.

De jure civili appellari potest solum a sententia definitiva; ab interlocutoria vero, etiamsi prædicta decem concurrant, non potest appellari, nisi in quibusdam casibus, et ad hos dignoscendos duæ præbentur regulæ, *ibid. num.* 20 *et* 23.

Concilium Trid. statuit quod quantum ad hujusmodi appellationes conformiter juri civili procedatur etiam in jure canonico, et inde est, quod universaliter loquendo appellari potest in quatuor casibus tantum, qui adducuntur cum annotatione debita ad primum, *ib. num.* 24 *ad* 30.

Extra recensitos casus ab interlocutoria, vel quovis alio gravamine ante definitivam sententiam hodie in judicio appellare non licet, uti licebat de jure veteri, *ib. num.* 31.

Inhibitio autem ista concilii comprehendit solum appellationes judicialiter factas in judicio, non autem appellationes judicialiter factas extra judicium, *ibid. num.* 32.

Ex supra firmatis universalibus conclusionibus varii inferuntur casus, in quibus appellatio admittitur ab interlocutoria, vel quia vim definitivæ habet, vel quia damnum irreparabile continet iique singillatim referuntur, *ib. a num.* 33 *ad* 47.

Casus, in quibus jura prohibent appellare, recensentur, et brevibus versibus includuntur, et enucleantur, *ib. num.* 48 *ad* 61.

APPELLATIO A CORRECTIONE SUPERIORIS, SIVE REGULARIS SIVE SÆCULARIS ET A CENSURIS, QUANDONAM SIT PROHIBITA, VEL NON.

Appellatio a legitima correctione superioris sive regularis, sive sæcularis, est omnibus subditis prohibita; admittitur tamen si in corrigendo modum excedat. Vide *verb.* Appellatio, *art.* 5, *num.* 1 *et* 2.

Digitized by Google

A correctione morum facta a prælato, seu superiore extrajudicialiter, seu paternaliter, et ad pœnitentiam nullo formato processu judiciario admittitur appellatio subditi solum quoad effectum devolutivum, non autem quoad suspensivum. Vide *verb.* Appellatio, *art.* 5, *num.* 3, 4.

Hinc appellatio quoad effectum suspensivum non admittitur a visitatione ecclesiæ cathedralis, et personarum ipsius ab episcopo facienda, nec a decreto in visitatione facto, *ibid. num.* 5, 6.

Quomodo distinguendum in quæstione, utrum admittatur appellatio quoad effectum suspensivum a decreto lato in visitatione, *ib. num.* 23 *et seq.*

Appellationis cujuscunque prætextu nequaquam potest impediri, seu retardari diœcesanæ synodi celebratio, nec actorum executio, *ib. num.* 7. 8.

A mandato de residendo in visitatione edito non datur appellatio ad effectum suspensivum, sed solum devolutivum; at a correctione morum, judicialiter formato proposito processu, admittitur quoad utrumque, *ib. num.* 9, 10.

Appellatio a censuris absolute ab homine latis admittitur solum quoad effectum devolutivum, a latis sub conditione admittitur quoad utrumque ante conditionis eventum; ut etiam quoad utrumque admittitur a comminatis, *ib. num.* 11 *ad* 17.

Hinc si quis citetur ad adducendam rationem, quare non debeat excommunicari, hic poterit appellare, et ordinarius tenebitur huic appellationi deferre; e contra vero, si quis citetur ad adducendam rationem, quare non debeat declarari incidisse in excommunicationem, *ib. num.* 18, 19.

Ad uberiorem notitiam et solidiorem confirmationem præsentis materiæ adducitur declaratio sac. cong. Episcop. de mandato Clementis VIII edita, aliaque decreta sacr. Cong. *ib. num.* 20, 21.

De appellatione a sententia incursus censurarum plura, *ib. num.* 25 *et seq.*

APPELLATIO QUOAD VIM ET EFFECTUS CLAUSULÆ: *Appellatione remota.*

Causas committere cum clausula *Appellatione remota* potest solus papa in causis ecclesiasticis ubique terrarum, et in causis profanis papa in locis suæ temporalis jurisdictionis, imperator, reges, et omnes principes supremi in suis respectivis ditionibus et non alii, Vide *verb.* Appellatio, *art.* 6, *num.* 1 *ad* 4.

Vi clausulæ *Appellatione remota* censetur prohibita omnis appellatio, quæ a jure expresse concessa non reperitur, *ib. num.* 5.

Per clausulam *Appellatione remota* non solum non prohibentur appellationes a jure expresse concessæ cum adjecto: *Non obstante clausula; Appellatione remota*: sed neque prohibentur appellationes a jure expresse concessæ, et approbatæ, licet tali adjecto: *Non obstante clausula; Appellatione remota, ibid. a n.* 6, 7.

Clausula *Appellatione remota* plures operatur effectus, quorum præcipui recensentur, *ibid. num.* 8 *ad* 13.

Declaratur auctor, *num.* 14.

Clausulæ *Appellatione remota* non præjudicat tertio, qui pro suo interesse appellare intendit, *num.* 15 *et* 16.

De clausula *Omni et quacunque appellatione remota*, *ib. num.* 17.

APPELLATIO QUOAD FATALIA.

Appellationum fatalia quid sint, unde dicantur, et quotuplicia. Vide *verb.* Appellatio, *art.* 7, *num.* 1, 2, 3.

Fatalia, seu tempora interponendæ appellationis de jure antiquo erant duo dies in causa propria, tres in aliena, seu procuratorio nomine actitata; at de jure novo sunt dies 10 a die gravaminis illati, vel latæ sententiæ, et scientiæ numerandi, et currunt statim a momento habitæ notitiæ, etc., de momento in momentum, et continuate, *ib. num.* 4 *ad* 8.

A sententia dubia, eaque ad instantiam partium a judice declarata utrum intra decem dies ab ejus publicatione, an intra decem dies a declaratione ipsius sit appellandum, *ib. num.* 27.

A sententia conditionali quando sit interponenda appellatio, *ib. num.* 28.

A sententia conditionali quando sit appellandum, *ib. num.* 28.

Procuratore exsistente apud acta, eoque non appellante, an post decem dies a lata sententia dominus appellare queat, *ib. num.* 29, 30.

Decennium ad appellandum an, et a quo tempore currat contra tertium, *ibid. num.* 31.

Quando appellatio a gravamine momentaneo vel successivo interponi queat, *ib. num.* 32.

Fatalia, seu tempora petendi apostolos. Vide *verb.* Apostoli, id est Litteræ missoriæ, *et ib. n.* 9.

Fatalia, seu tempora præsentandæ appellationis de jure civili sunt sex menses, de jure vero canonico videtur relictum dispositioni judicis *a quo*, *ib. num.* 10, 11.

In appellatione extrajudiciali an petendi sint apostoli, *ib. num.* 33.

Fatalia, seu tempora finiendæ appellationis de jure sunt duodecim menses, et ex causa necessaria, et evidenti biennium, ita tamen ut judex *a quo* secundum locorum distantiam, et personarum et negotii, seu causæ qualitatem, prout expediens judicaverit, possit brevius tempus præfigere, *ib. num.* 12.

Hoc tempus est numerandum non a die latæ sententiæ sed a die interpositæ appellationis, et qualiter, *ib. num.* 13, 14, 15.

Fatalia, seu tempora unius anni, et ex justa causa biennii ad prosequendam et finiendam appellationem a jure concessa, non currunt legitime impedito, *ib. num.* 16.

Impedimenta legitima, quorum quodlibet sufficit, ut appellans etiam elapso biennio habeat jus ad prosequendam appellationem enumerantur a canonistis communiter, et expenduntur, *ib. num.* 17 *ad* 22.

Ad hoc tamen, ut unumquodque ex dictis impedimentis sufficiat ad prosequendam appellationem post elapsum biennium, debet esse reale et veridicum, et quod tale evidentissima probatione constet, idque evincere incumbit appellanti, *ib. num.* 23, 24.

Imo nedum appellanti incumbit onus probandi, sed insuper probare debet, quod diligentiam adhibuerit ad removendum tale impedimentum, et appellationem prosequendam, *ib. num.* 25, 26.

Si appellans partim negligens, partim impeditus fuerit per anni cursum, an eidem concedendum biennium, *ib. num.* 34.

An judex tempora appellationis arctare, et vice versa prorogare possit, *ibid. num.* 35.

APPELLATIO CORAM QUIBUS, QUOMODO, ET QUOTIES, FIERI DEBEAT, ET POSSIT.

Appellatio regulariter debet fieri coram judice *a quo*, et in ejus copiæ defectu coram judice *ad quem*, et intimari judici *a quo*; et in defectu utriusque appellari potest coram viris honestis, vel saltem coram uno honesto, adhibitis ei testibus. Vide *verb.* Appellatio, *art.* 8, *num.* 1 *ad* 4.

Dato quod aliquis justo metu cadente in constantem virum correptus non auderet appellare coram judice *a quo* tunc sufficeret, quod coram honestis

Digitized by Google

viris intra decem dies protestaretur se velle appellare a sententia contra se injuste lata, sed detineri justo timore judicis *a quo*. Vide *verb.* Appellatio, *art.* 8, *num.* 5 *ad* 7.

Appellatio potest fieri duplici modo qui assignatur, et declaratur, *ib. num.* 8, 9, 10.

Appellatio potest fieri nedum per hæc verba expressa *appello*, vel *provoco*, sed etiam per alia æquipollentia et nedum scriptis, ac verbis; sed etiam facto; dummodo serventur necessaria, quæ nominantur, *ib. num.* 12, 13.

Appellatio generalis super omnibus causis, quæ contra appellantem quovis tempore possint moveri, non potest fieri, et non admittitur, bene vero respectu cujuscunque gravaminis, quod in aliqua determinata causa sibi quis timet esse inferendum, *ibid. num.* 14 *ad* 17.

Appellatio a sententia interlocutoria, ve. a gravamine extrajudiciali debet fieri in scriptis petendo apostolos et expressa in specie causa rationabili appellationis, aliter est invalida, *ib. a num.* 18 *ad* 20.

Appellatio vero a sententia definitiva, si ea fiat statim, ac est lata sententia, et adhuc judice pro tribunali sedente, et nondum ad alia divertente, potest fieri viva voce; si vero fiat ex intervallo, etiam ipsa debet fieri in scriptis, *ib. num.* 21, 22.

In appellatione a definitiva non est necesse exprimere causam appellationis in specie, sed sufficit dicere in genere, *appello, quia gravatus sum*, vel, *quia lata sententia est injusta*, nulla expressa in specie causa, vel gravamine, *ib. num.* 23, 24.

In eadem causa non potest ab eodem tertio appellari a sententia, quæ fuit bis confirmata; potest tamen ab eodem pluries appellari, si pluries gravaretur super diversis articulis, licet in una eademque causa, *ib. num.* 25 *ad* 29.

In eadem causa, et super eodem articulo licet utrique parti collitigantium bis appellare successive, et adhuc quilibet tertius, cujus intersit, potest appellare, non obstante quod utraque pars litigantium jam bis appellarit, *ib. num.* 30, 31, 32.

De variis appellationum formulis, *ib. num.* 33 *et seq.*

APPELLATIO QUOAD EFFECTUM SUSPENSIVUM ET DEVOLUTIVUM.

Appellationis effectus principaliter est duplex, suspensivus scilicet, et devolutivus, et utraque exponitur. Vide *verb.* Appellatio, *art.* 9, *num.* 1, 2, 3.

Appellatio a sententia definitiva regulariter parit effectum suspensivum jurisdictionis judicis *a quo* respectu causæ appellatæ, *ib. num.* 4, 5.

Potest tamen appellans recusare judicem *a quo* tanquam suspectum etiam in aliis causis, si non sint de notoriis et manifestis, *ib. num.* 6, 7.

Appellatio a definitiva in variis casibus non parit effectum suspensivum jurisdictionis judicis *a quo*, et primo in casibus a jure expressis, et supra allegatis *in art.* 4; deinde in aliis casibus qui assignantur et comprobantur, *ib. num.* 8 *ad* 15.

Appellatio a sententia interlocutoria, si sit super aliquo articulo, sive quæstione incidenti, vel gravamine ita connexo cum causa principali ut causa principali non discussa nec possit definiri, et discuti incidens, vel connexum, parit effectum suspensivum jurisdictionis judicis etiam super cognitione ipsius causæ principalis, *ib. num.* 16.

Appellatio ab interlocutoria, etiamsi sit super aliquo articulo, sine quo causa principalis terminari potest, adhuc parit effectum suspensivum jurisdictionis judicis *a quo*, nedum super illo articulo, in quo est appellatum, sed etiam super cognitione ipsius causæ principalis, *ib. num.* 17, 18.

Appellatio legitima ultra effectum suspensivum parit etiam effectum devolutivum, ita ut causæ cognitio devolvatur ad judicem *ad quem* appellatur, et ipse de justitia appellationis cognoscere debeat, et non judex *a quo*. Imo judex ad quem non solum cognoscere potest de justitia appellationis, sed etiam hac probata causam principalem examinare, et sententialiter definire potest, *ib. num.* 19.

Appellatio a sententia definitiva devolvit ad judicem *ad quem*, non solum causam principalem, sed etiam ejus accessoria; nec tunc ipse judex *ad quem* potest causam remittere ad judicem *a quo*, sed tenetur propria sententia eam ultimare et definire, *ib. num.* 20, 21, 22.

Appellatio a sententia interlocutoria, si sit probata legitima, devolvit totam causam ad judicem *ad quem*; sin autem, debet judex *ad quem* remittere causam principalem judici *a quo*; et irrationabiliter ac frivole appellantem in expensis condemnare, *ib. n.* 23, 24.

In casu autem quod judex *a quo* jam ipsi appellationi frivolæ et illegitimæ detulerit, concedendo v. g. apostolos dimissorios, vel reverentiales, tunc judex *ad quem*, non obstante quod appellatio sit frivola et illegitima, adhuc potest in tota causa procedere ipsamque totaliter terminare, nec tenetur, ut prius ipsam ter mittere judici *a quo*, *ib. num.* 25.

De effectu appellationis, in quo tam appellantis, quam appellati, quam judicis *a quo*, et judicis ad quem appellatum, officia continentur, *ib. n.* 26.

APPELLATIO QUOAD ATTENTATA ET REVOCATIONEM EORUM.

Attentata idem sunt ac innovata contra jus, lite, seu appellatione pendente, idque satis elucidatur. Vide *verb.* Appellatio, *art.* 10, *a num.* 1 *ad* 5.

Attentata pendente appellatione a sententia definitiva revocantur ante omnia per remedium *attentati*, ita ut judex *ad quem* ante omnia debeat penitus revocare, nedum ea quæ sunt innovata post appellationem interpositam, sed etiam ea omnia quæ sunt innovata; et mutata medio tempore inter sententiam et appellationem, perinde ac si post eamdem appellationem innovata fuissent; dummodo postea intra decem dies appellatum sit, *ib. num.* 5.

Non solum innovata post appellationem a definitiva sententia interjectam debent semper ante omnia per appellationis judicem penitus revocari, sed etiam ea omnia quæ medio tempore inter sententiam et appellationem, quæ postmodum infra decendium interponitur ab eadem contingit innovari, ac si post appellationem eadem innovata fuissent, *ib. num.* 6, 7.

Attentata autem pendente appellatione a sententia interlocutoria seu a gravamine, non revocantur ante omnia, sed debet prius justificari causa appellationis, *ib. num.* 8 *ad* 10.

APPELLATIO QUOAD ALIQUOS CASUS, IN QUIBUS MORALITER EST ILLICITA VEL LICITA.

Appellatio est illicita, et contra justitiam, cum interponitur cum solo fine, ut causa longius protrahatur, et ne contra se justa sententia proferatur, et sic appellans tenetur de damnis illatis. Vide *verb.* Appellatio, *art.* 11, *num.* 1, 2.

Appellatio est penitus illicita in causa, quam appellans scit esse injustam, et talis appellans tenetur ad integram restitutionem damnorum illatorum, ut etiam illicita est, et peccaminosa, si fiat a judice catholico ad acatholicum, *ib. num.* 3, 4.

Condemnatus a judice non habente sufficientes probationes pro illo condemnando, licet revera sit reus coram Deo; nihilominus potest ab illa sententia licite appellare, *ib. num.* 5, 6, ac *verb.* Accusatus. *n.* 5, 6, 7.

Digitized by Google

Appellationis malæ pœna quæ sit. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 56 *ad* 59.

Circa admissionem, vel non admissionem appellationis plura vide collecta, *ib. num.* 7 *et seqq. ad finem.*

### APPLICATIO MISSÆ (I, 657).

Applicatio missæ quomodo, a quibus, et pro quibus fieri debeat, et possit. Vide *verb.* Missa, *art.* 2, *per tot. et art.* 7, *per tot.*

Applicatio missæ facta a religioso subdito prævalet applicationi factæ a superiore. Vide dict. *art.* 2, *n.* 10.

Vivens probabilius invalide applicat animabus purgatorii omnes missas pro se defuncto applicandas, *ib. num.* 11.

### APPROBATIO (I, 657).

PRO CONFESSIONIBUS EXCIPIENDIS.

Approbatio est authenticum judicium, seu declaratio de idoneitate, et sufficientia sacerdotis ad audiendas confessiones facta ab habente potestatem episcopalem, vel quasi episcopalem ; et differt a collatione jurisdictionis. Vide *verb.* Approbatio, *art.* 1, *a num.* 1 *ad* 5.

Historia quoad facultatem excipiendi sacramentalem confessionem. Vide *ib. num.* 96 *et seqq.*

Nullus presbyter sive sæcularis, sive regularis, potest regularium confessiones excipere nisi ab episcopo approbationem acceperit, *ib. num.* 100 *et seqq.*

Dummodo parochiale beneficium non habeat, *ib. n.* 100.

Approbatio ordinarii prærequiritur ad valide absolvendum sæculares, et etiam ad valide absolvendum a peccatis venialibus, et a mortalibus alias confessis, *ib. a num.* 7 *ad* 9.

Approbatio ad beneplacitum, seu absque temporis limitatione concessa non exspirat per mortem, vel amotionem ab officio ipsius concedentis, *ib. num.* 10, et *verb.* Gratia, ut est gratiosum rescriptum, *num.* 8.

Approbatio ad beneplacitum quibuscunque etiam regularibus concessa quandocunque revocari potest, et ad limitatum tempus reduci, eoque elapso sine alia revocatione exspirat, *ib. num.* 11 *ad* 13.

Ante vero finitum tale tempus non potest sine causa revocari, imo sine gravi causa neque prorogatio debet denegari, *ib. num.* 14.

Approbatio confessariorum pro locis exemptis pertinet ad episcopum, intra cujus diœcesim existunt loca exempta, non autem ad prælatum loci; secus vero si locus sit nullius diœcesis, *ib. num.* 15, 16.

Generaliter loquendo approbatio potest dari ab episcopis etiam non consecratis, si jam electi sint et confirmati, a vicariis capitularibus sede vacante, ab abbatibus, commendatariis, prioribus, et aliis habentibus proprium territorium, et a generalibus et provincialibus regularibus quoad suos subditos, *ib. num.* 17 *ad* 23.

Approbatio nequit dari a parochis pro suis parochianis : imo parochi nequidem possunt sibi in confessarium eligere simplicem sacerdotem non approbatum ab ordinario, *ib. num.* 24, 25.

Approbatio an dari possit a nuntiis et legatis in suis respective provinciis, *ib. a num.* 26 *ad* 38.

Approbatio debet dari ab episcopo illius loci, in quo confessarius confessiones audit, *ib. num.* 39, 40, 41.

Regulares in diœcesi in qua sunt approbati, possunt audire confessiones omnium sæcularium, etiam ex aliis diœcesibus confluentium, et eos item absolvere a casibus ipsis reservatis, nisi eosdem pœnitentes noverint in fraudem reservationis ad alienam diœcesim pro obtinenda absolutione, migrasse, *ib. num.* 42, 43.

Approbatio petita et non obtenta ab ordinario, licet injuste denegetur, non sufficit nec pro confessario sæculari, nec pro regulari, *ib. a num.* 44 *ad* 46.

Approbatio ordinarii pro confessionibus sæcularium est necessaria regularibus, etiamsi sint lectores, et in theologia magistri ; imo possunt examinari etiamsi examinatores synodales, non obstantibus privilegiis, etiam *Cruciatæ, ib. num.* 47, 48.

Regulares prævio examine semel approbati non possunt iterum ab eodem episcopo examinari, neque ab eisdem confessionibus audiendis suspendi, nisi nova superveniente causa, quæ ipsas confessiones concernat, *ib. num.* 49 *ad* 51.

Auctor *num.* 50 corrigitur, *ib. num.* 105 *et seqq.*

Quilibet confessarius quantumvis regularis simpliciter approbatus ab episcopo antecessore potest iterum examinari, et si minus idoneus repertus fuerit reprobari ab episcopo successore, ad iterandum autem examen successores non tenentur, *ibid. num.* 52, 53.

Licet confessarii possint iterum examinari ab episcopo successore, non tamen iterum examinari possunt a vicario capitulari, sede vacante, nec ab ipso revocari potest eorum facultas, et approbatio habita ab episcopo, seu ordinario defuncto, *ib. a num.* 54 *ad* 57.

Auctor, *num.* 54 *et seqq.*, declaratur, *ib. num.* 109 *et seqq.*

Et neque vicarius apostolicus examinare potest approbatos ab episcopo, et multo minus vicarius generalis episcopi, *ib. num.* 58, 59.

Regularis generaliter idonei reperti debent sine limitatione temporis, loci, et personarum approbari, ad differentiam eorum qui non adeo idonei inventi possunt admitti cum limitata facultate ad arbitrium ordinariorum, *ib. num.* 60 *ad* 62.

Regulares sine approbatione ordinarii nequeunt excipere confessiones Tertiariorum qui vivunt in propriis domibus, licet habeant requisita pro Tertiariis : bene vero illorum sæcularium, qui sunt vere de familia in suis monasteriis, et continui commensales ex sola prælati regularis approbatione : et præbetur qui censendi sint vere de familia continui commensales, *ib. a num.* 63 *ad* 68.

Privilegium præfatum non tenet respectu aliorum non talium, nec etiam quoad advenas, qui in monasteriis regularium infirmantur, *ib. num.* 69, 70.

Regulares approbati ad confessiones sæcularium audiendas nequeunt omnes simul unius conventus suspendi a locorum ordinariis, nec ad duos restringi pro qualibet ecclesia, *ib. num.* 71, 72.

Quanam pœna puniendi sint regulares, qui sine licentia episcopi se pro confessariis gerunt, *ib. num.* 111.

Confessarii ubicunque, etiam Romæ approbati licet etiam sint regulares, non possunt hodie audire confessiones extra territorium approbantis absque licentia ordinarii loci, *ib. a num.* 73 *ad* 74.

Confessarii etiam regulares in vim bullæ *Cruciatæ* a pœnitentibus audiendas eorum sacramentales confessiones electi, nullatenus confessiones hujusmodi audire possunt sine approbatione ordinarii loci, in quo ipsi pœnitentes degunt, et confessarios eligunt, et assignatur sub qua pœna, *ib. n.* 76 *ad* 79.

Approbatus in una diœcesi non potest in alia diœcesi, in qua non sit approbatus, excipere confessionem alicujus habentis licentiam, seu privilegium eligendi quemcunque confessarium, *ib. num.* 80, 81, 82.

Pro virtute facultatis datæ in jubilæis, seu in bullis etiam *Cruciatæ* nequeunt pœnitentes eligere sibi confessarios non approbatos ab ordinario loci, in quo confessiones sunt excipiendæ, *ib. num.* 83.

Digitized by Google

Parochus post dimissum beneficium non potest absque nova approbatione audire confessiones, nec etiam tempore jubilæi, nisi forte fuisset prius approbatus sine limitatione temporis independenter à beneficio parochiali, *ib. num.* 84.

Parochus non indiget alia approbatione ad audiendam confessionem sui parochiani extra propriam parochiam, et diœcesim. Varii autem tenent contrarium, *ib. num.* 85, et *verb.* Parochus, *art.* 3, *num.* 26, 27, ubi ad rem affertur resolutio sacræ congr. concilii.

Capellani militum, seu missionarii castrenses in casibus, in quibus non adest breve apostolicum aliter disponens, debent approbari ab ordinario loci, non autem a capellano regio, et innuuntur ad rem necessario advertendam, et observandam, *ib. num.* 86, 87, 88.

Approbatio potest dari ab ordinario etiam extra propriam diœcesim exsistente, *ib. num.* 89, 90.

Regularis approbatus ab alio episcopo dum in ejus diœcesi versatur, sive ut hospes, sive cum domicilio, si postquam transierit ad diversam, ad eamdem redeat, non indiget ibi nova approbatione, sed virtute illius prioris nondum revocatæ potest ibi confessiones audire, etiam tempore episcopi successoris, nisi prædecessoris approbationes revocaverit, *ib. n.* 91, 92.

Ordinarii in approbatione confessariorum tenentur eos obligare ad attente legendas, et accurate observandas constitutiones Gregorii XV, *incip.* Universi Dominici gregis, editam contra confessarios sollicitantes, et constitutionem Benedicti XIV, *incip.* Sacramentum pœnitentiæ, *ib. num.* 93 *et seqq.*

Approbatio extra diœcesim approbantis non prodest, *ib. num.* 95.

An episcopus excommunicatus non toleratus, suspensus ab officio et jurisdictione, approbare possit ad confessiones audiendas, *num.* 112.

De regularium facultate audiendi confessiones, *num.* 113.

Opus non est approbationem in scriptis habere, *num.* 114.

Quid si episcopus externo tantum approbet sacerdotem, *num.* 115.

Approbatus ad ministranda sacramenta in generali, a fortiori approbatus est ad pœnitentiæ sacramentum, *num.* 116.

Quid dicendum de sacerdote, qui non approbatus (sciente episcopo), coram ipso excipit confessiones, *num.* 117.

Approbatus ab episcopo in suum confessarium, non intelligitur etiam respectu aliorum, *num.* 118.

Tridentina synodus duos approbationis modos assignat, *num.* 119.

Parochi jure proprio, alii sacerdotes jure delegato confessiones audiunt, *num.* 120.

Quid de parocho in aliena diœcesi, *num.* 121.

APPROBATIO REGULARIUM PRO CONFESSIONIBUS REGULARIUM HABENDA A SOLIS EORUM PRÆLATIS REGULARIBUS.

Regulares pro confessionibus suorum regularium non indigent approbatione episcopi, sed solum sui prælati regularis, a quo approbati, sine expressa exclusione novitiorum, possunt valide eos absolvere. Vide *verb.* Approbatio, *art.* 2, *num.* 1 *ad* 4.

Novitii absque licentia prælatorum ordinis possunt valide confiteri, et absolvi a peccatis etiam in religione reservatis per quemcunque confessarium ab ordinario pro sæcularibus approbatum, *ib. n.* 5, 6, 7.

Confessarii approbati pro fratribus possunt valide absolvere juvenes professos sub cura magistrorum degentes, nisi prælatus regularis in approbatione expressos excluserit, *ib. num.* 8.

Regulares itinerantes, seu tempore concionum, vel alterius occasionis extra conventum existentes, nec copiam confessarii approbati propriæ religionis habentes, possunt confiteri cuilibet confessario, sive regulari, sive sæculari, et secundum plurimos etiam non approbato, et assignatur quid oneris eis supersit pro reservatis, *ib. num.* 9 *ad* 14.

Quid sentiendum de sententia auctoris, *num.* 10 *et seqq.* posita, *ib. num.* 27.

Regulares quamvis ab episcopis approbati nequeunt virtute privilegiorum audire confessiones regularium alterius ordinis, nisi forte, qui volunt audiri licentiam habeant suorum prælatorum, qua stante poterunt eligere etiam simplicem sacerdotem, sive sæcularem, sive regularem non approbatum ab episcopo, *ib. num.* 16, 17.

Regularis, qui inscio, vel invito prælato sui ordinis, approbatur ab ordinario ad audiendas confessiones in sua diœcesi, licet eas illicite audiat, tamen eas valide excipit, at neque valide si in aliqua religione in contrarium adsit constitutio a sede apostolica approbata, *ib. num.* 18, 19.

Generalis regularium potest suos subditos a se, vel a suis prædecessoribus, vel aliis quibuscunque superioribus ad audiendas confessiones approbatos, eosdem ab iisdem suspendere etiam ex causa occulta et extrajudicialiter, *ib. num.* 20.

Tempore jubilæi possunt omnes regulares confiteri peccata etiam superiori reservata sacerdotibus ab ordinario approbatis, tam sæcularibus, quam cujusvis ordinis regularibus, *ib. num.* 21, 22.

Equites sancti Joannis Hierosolymitani possunt confiteri cum regulari sacerdote a suo superiore tantum approbato, sicuti possunt alii regulares, *ib. num.* 23.

Regulares itinerantes possunt cuicunque idoneo sacerdoti confiteri, *num.* 28.

Episcopi aliique monasteriorum prælati, subjectis sibi monialibus, præter ordinarium, debent adhuc extraordinarium confessarium concedere, *num.* 29.

Cujusnam sit illum approbare, *num.* 30.

APPROBATIO CONFESSARIORUM PRO MONIALIBUS.

Confessarii monialium debent esse approbati ab ordinario loci, quamvis sint regulares pro sibi subjectis, ac etiamsi generalis. Vide *verb.* Approbatio, *art.* 3, *num.* 1 *ad* 4. Licet iidem confessarii sint generaliter approbati ab episcopo ad audiendas confessiones sæcularium, adhuc est eis necessaria specialis approbatio pro monialibus sibi subjectis, nec approbati pro uno monasterio censentur approbati pro alio, *ib. num.* 5. 6.

Etiam confessarii extraordinarii indigent speciali approbatione episcopi, nec semel approbati censentur semper approbati, nec in vim unius approbationis possunt plures monialium etiam ejusdem monasterii confessiones audire, sed toties approbandi quoties deputandi, *ib. num.* 7 *ad* 10.

Confessarii non approbati specialiter ad audiendas confessiones monialium nequeunt earum confessiones audire neque tempore jubilæi, quo etiam approbato pro uno monasterio non censetur approbatus pro alio, *ib. num.* 11, 12.

Confessarius præsentatus ad excipiendas confessiones monialium regularibus subjectarum debet vel absolute rejici, vel per totum triennium approbari, non vero ad tempus brevius, *ib. num.* 13.

Nulla ex monialibus subjectis regularibus sentiens se non gravatam mortali culpa potest de venialibus valide confiteri sacramentaliter cuicunque sacerdoti non approbato ab ordinario, *ib. num.* 14.

Non obstante privilegio ab auctore relato in *Supplemento*, concesso generalibus et provincialibus pro religiosis Hispaniarum audiendi confessiones monialium absque ordinarii approbatione, attamen id alibi non licet, *num.* 15.

An moniales ex lege fundationis, et ex consuetudine possint sibi eligere in confessarium aliquem,

qui ab episcopo approbationem accipiat, *ib. num.* 16 *et seqq.*

## AQUA.

### AQUA BENEDICTA (I, 700).

Aqua benedicta est duplex, et quæ sit? Eamque facere nequit diaconus. Vide *verb.* Aqua benedicta, *num.* 1, 2, 3.

Aquæ lustralis benedictio si fieret a sacerdote excommunicato, vel suspenso, evaderet irregularis, *ib. num.* 4.

Aqua benedicta non est sacramentum, sed quoddam sacramentale; et exhibetur quando aquæ lustralis benedictio facienda, qui, qualiter, et per quem aspergendum, *ib. num.* 5 *ad* 9.

Aqua benedicta, si deficere videatur, et alia benedicta haberi non possit, reparari quit per additionem non benedictæ in minori quantitate, ac idem de oleo benedicto, *ib. num.* 10.

Aquæ benedictæ aspersorium episcopo accedenti ad ecclesiam debet ministrari a prima dignitate, vel digniore canonico, accedenti vero ad ecclesiam collegiatam, seu regularium, porrigendum est a digniore illius ecclesiæ, *ib. num.* 11, 12.

Prælato referendario et gubernatori civitatis accedenti ad ecclesiam, quomodo danda aqua benedicta, ob *ib. num.* 13.

An sacerdos, e sacristia celebraturus procedens, se signare aqua benedicta debeat, *num.* 14 *et* 30.

Antiqui manu tantum ante amictum ter se signabant, *num.* 15.

Aqua benedicta an ex opere operato deleat venialia, et an aspersa super sepulcra prosit defunctis, *num.* 16, 17.

Utrum unica benedictione possint benedici plures fontes intra se distantes, *num.* 18.

An liceat aquam rosaceam miscere aquæ benedictæ ob fragrantiam, *num.* 19.

An peccet qui pro benedicta exponit non benedictam, et quale sit peccatum; item si profanetur, *num.* 20, 22.

Utrum ad consequendos effectus aquæ benedictæ requiratur ejusdem contactus physicus, *num.* 21.

Num illius usus excommunicatis prohibitus sit, *num.* 23.

An tempore interdicti fieri possit aspersio aquæ benedictæ, *num.* 24.

Utrum vendi possit absque labe simoniæ, *num.* 25.

De Judæorum more nonnisi lotis manibus adorare Deum, qui ritus ad ethnicos traductus, *num.* 26, 27.

Unde repetendus usus aquæ benedictæ apud Christianos, *num.* 28, 29.

### AQUA AD BAPTISMUM.

Aqua ad baptismum quæ requiratur. Vide *verb.* Baptismus, art. 2, *per tot.*

### AQUA AD CONSECRATIONEM.

Aqua vino consecrando in sacrificio missæ sub mortali admisceri debet, et minor vino saltem quoad duas partes. Vide *verb.* Missa, *art.* 8, *num.* 1 *et* 2, et *verb.* Vinum *a num.* 23 *ad* 26.

Aqua admiscenda est vino potissimum ob tres rationes, quæ ex Trid. assignantur, *ib. num.* 24.

Præceptum de aqua miscenda vino est tantum ecclesiasticum, et non divinum, *ib. num.* 25.

Aqua mista vino non convertitur immediate, sed solum mediate in sanguinem, *ib. num.* 27.

Aquæ benedictæ aspersio an, et quomodo prosit defunctis. Vide *verbum* Suffragia, *num.* 21.

## ARBITER, ARBITRATOR (I, 710).

Arbiter unde sit dictus, et qualibus donatus sit acceptionibus. Vide *verb.* Arbiter, Arbitrator, *num.* 1 *et* 2.

Arbiter proprie a stricte quis sit ejusque duplex assignatur genus, ac differentia declaratur. Vide *ib. a num.* 3 *ad* 12, *et num.* 88.

Arbitri nomen quamvis in lata et generali acceptione possit etiam convenire arbitratori et amicabili compositori : stricte tamen, et proprie isti inter se differunt; hocce affatim enucleatur, *ib. a num.* 13 *ad* 18.

Quandonam quis electus dicatur in arbitratorem et non arbitrum, *ib. num.* 89.

Etiam inter arbitrum præsertim voluntarium et judicem multæ intercedunt differentiæ, quæ assignantur, *ib. num.* 19.

Arbiter juris non multum differt a judice; tamen proprie non est judex, nec ordinarius, nec delegatus, sed ad similitudinem delegati, *ib. num.* 20 *et* 21.

In arbitros compromittere generaliter loquendo possunt omnes qui habent rerum suarum liberam administrationem · secus autem non *ibid. n.* 22.

In specie loquendo in arbitros compromittere non possunt multi, qui assignantur, *ibid. num.* 23.

Arbitri esse possunt generaliter loquendo omnes qui a jure non prohibentur, et assignantur varii, *ib. a num.* 24 *ad* 27.

In specie loquendo arbitri esse non possunt multi, qui assignantur, *ib. num.* 28.

Explicatur auctor, *ib. num.* 90 *et* 91.

Licet feminæ nequeant esse arbitrices, possunt tamen esse arbitratrices, *ibid. num.* 29.

Imo feminæ possunt etiam esse arbitrices, si habeant jurisdictionem de jure communi, vel secundum consuetudinem regionis, *ib. num.* 30.

Item licet religiosi nequeant esse arbitri, possunt tamen cum consensu superiorum esse arbitratores, *ibid. num.* 31.

Sic etiam licet nemo possit esse arbiter in re propria, potest tamen esse arbitrator, *num.* 32.

Ita pariter licet laicus nequeat in causis spiritualibus esse arbiter, potest tamen esse arbitrator, *ib. num.* 33.

Insuper accedente auctoritate judicis ecclesiastici laicus conjunctim cum clerico potest esse arbiter in causa spirituali, et valet laudum ab ipsis prolatum, *ib. num.* 34.

Laici possunt esse arbitri in causis civilibus clericorum, *ib. num.* 35.

Compromissum tam de jure civili quam de jure canonico potest fieri in judicem, ut in arbitratorem, etiam respectu causæ coram ipso agitatæ, *ib. num.* 36.

An etiam utroque jure possit fieri tale compromissum in judicem ut in arbitrum, *ib. num.* 37.

Confirmatur sententia auctoris, *ib. num.* 92, explicaturque *Lex* 9, § 2, *ff. De recept. arbitr.*, *ib. num.* 93.

Compromissum potest fieri in unum, duos, vel plures arbitros pari, vel impari numero; consultius tamen est, ut impari numero assumantur, hisque non concordantibus stari debet arbitrio majoris partis concordantis, *ib. num.* 38, 39 *et* 40.

Quid si ipsi omnes discordent in taxanda aliqua quantitate, *ib. num.* 41.

Si duo eligantur arbitri ea conditione, ut si inter se discordent, eligant tamen tertium innominatum, tunc tale compromissum, et secutum inde laudum non valet, *ib. num.* 42.

Imo tale compromissum, secutum inde laudum erit invalidum, etiamsi duo illi arbitri concorditer eligant dictum tertium innominatum, *ib. n.* 43.

Si autem eligantur duo arbitri ea conditione, ut

Digitized by Google

si inter se discordent, sibi associent tertium nominatum et determinatum, tunc tale compromissum, et inde secutum laudum erit validum, *ib. n.* 44.

Arbiter de iis tantum ferre potest arbitrium, de quibus in ipsum factum est compromissum, *ibid. num.* 45.

Potest tamen arbiter cognoscere, et arbitrari de illis, quæ ita sunt cohærentia, et connexa cum causa principali, ut hæc sine illis commode expediri non possunt, licet ipsa non sint in compromisso expressa, *ib. num.* 46.

Item potest arbiter arbitrari super fructibus perceptis ex re, de qua in se factum est compromissum, *ib. num.* 47.

Item potest arbiter statuere, seu assignare diem solutionis faciendæ, *ib. num.* 48.

Quamvis arbiter compromissarius non possit punire partem contumacem in parendo, nisi in compromisso sit specialiter cautum, potest tamen eam condemnare ad solvendas expensas ob dictam suam contumaciam ab altera parte factas, *ib. num.* 49.

Coram arbitro compromissario non potest fieri reconventio, nec etiam coram arbitro juris electo, non ad totam causam, bene vero si ad totam causam, *ibid. num.* 50 *ad* 52.

Arbiter tenetur per se ipsum laudum, seu sententiam ferre, *ib. num.* 53.

Arbiter laudum pronuntiare debet in præsentia partium compromittentium, nisi aliter in compromisso sit cautum, *ib. num.* 54.

In arbitros potest fieri compromissum super qualibet causa, seu re, de qua in jure non sit expresse prohibitum, *ib. num.* 55.

In jure prohibentur committi in arbitros causæ illæ quæ ob sui gravitatem, et præjudicii periculum a majoribus judicibus sunt expediendæ, et recensentur, *ib. num.* 56 *ad* 63.

Quando compromissum simpliciter factum est, et laudum necdum receptum, aut homologatum, datur ex eo actio ad interesse, *ib. num.* 64.

Quando laudum est receptum, vel homologatum datur ex eo exceptio, et actio in factum, *ib. num.* 65.

Si in compromisso apposita sit pœna, tunc sub ea standum est laudo per arbitros pronuntiato, *ib. num.* 66.

Pœna tamen soluta, non compellitur pars nolens stare laudo, *ib. num.* 67

Excipe tamen, nisi dicto compromisso pœnali adjecta sit clausula : *Rato manente compromisso, et arbitrio, seu laudo super eo lato*, vel adjectum sit juramentum de stando laudo, *ib. num.* 68 *et* 69.

Si nullo interveniente legitimo impedimento solutio non fiat intra tempus ab arbitro præfixum; tunc pœna committitur, quamvis post lapsum dictum tempus solutio offeratur : secus tamen interveniente legitimo impedimento, aut si pars altera post lapsum præfixum tempus solutionem oblatam accipiat, *ib. num.* 70 *ad* 72.

Si pro solutione facienda non fuerit ab arbitro præfixum certum tempus, tunc facienda est post modicum tempus arbitrio boni viri, seu judicis taxandum, *ib. num.* 73.

Contra iniquum laudum, seu injustam sententiam arbitri competunt tria præsertim remedia, quæ assignantur, *ib. num.* 74.

Compromissum, et arbitrorum officium, seu potestas finitur multis modis; et primo finitur per sententiam definitivam, super tota causa compromissa prolatam, quod ubertim declaratur, *ib. a num.* 75 *ad* 78.

Secundo finitur compromissum, et officium, seu potestas arbitrorum per lapsum termini in compromisso præfixi. Tertio recusatione arbitrorum suspectorum. Quarto acceptilatione. Quinto finitur judicio. Sexto finitur pacto. Septimo interitu rei, de qua erat ipsum compromissum, nisi tamen in tali casu aliquid litigantium intersit. Octavo morte utriusque, seu etiam unius tantum compromittentium, nisi secus in compromisso fuerit expressum. Nono morte arbitrorum. Decimo finitur etiam morte unius solius arbitri, si plures sint, nisi secus in compromisso sit expressum, *ib. a num.* 79 *ad* 87.

Sententia ab arbitro lata hoc nomine impugnari non potest, quod is non processit præmissis necessariis probationibus, *ib. num.* 94.

Et a jure canonico correctum jus civile circa præsentiam arbitrorum in prolatione sententiæ, *ib. num.* 95 *et seqq.*

Si tres fuerint electi arbitri, quorum unus postea inhabilis repertus sit, an sententia a duobus prolata valida sit, *ib. n.* 98.

Multa circa munus et officium arbitrorum referuntur, *ib. num.* 99 *et seqq.*

De arbitro feudali, *ib. num.* 101.

Qui arbitri esse possint, *num.* 103.

Mulieres jure civili excluduntur; quando jus canonicum eis arbitrium permittat, *num.* 104.

Compromissum factum a canonicis de certa eligenda persona non valet, *num.* 105.

Quatuor casus in quibus non est obligatio standi laudo, *num.* 106.

## ARBOR.

Arbor cujus fructus comestio fuit prohibita Adamo et Evæ, quæ fuerit. Vide *verb.* Mundus, *n.* 46 *ad* 51.

### ARBOR CONSANGUINITATIS.

Arbor consanguinitatis. Vide *verb.* Matrimonium quoad impedimenta, *art.* 1, *num.* 34 *et* 35.

Arboris consanguinitatis cognitio sufficit etiam ad dignoscendos gradus affinitatis. Vide *verb.* Affinitas, *n.* 14.

## ARCANI DISCIPLINA (I, 734).

Disciplina arcani quid sit, spectabat dogmata, sacramenta et illorum ritus et formas; quæ omnia Judæis, ethnicis, catechumenis et fidelibus ipsis celabantur. Vide *verb.* Arcani disciplina, *num.* 1 *ad* 6.

Causæ quæ fuerint hujus disciplinæ, *num.* 7 *ad* 9.

Patres aliqui eam tantisper remiserunt, *num.* 10.

Ejus origo et desuetudo, *num.* 11 *et* 12.

## ARCHIDIACONUS (I, 735).

Archidiaconus unde dictus, et qualiter primis apostolorum temporibus fuerit archidiaconus. Vide *verbum* Archidiaconus, *num.* 1 *et* 2.

Archidiaconi dignitas in ecclesia antiquissima a quibusnam conferebatur, *ibid. num.* 63 *et seqq.*

Archidiaconi auctoritas ex post sic est adaucta, ut vicarius episcopi in omnibus esset. Imo sic excrevit, ut fuerit etiam episcopi oculus appellatus, ac idcirco antelatus archipresbytero, hicque ei subjectus, *ib. num.* 3 *ad* 8.

Excipitur tamen casus funeralium, in quibus archipresbytero curam animarum exercenti ratione stolæ danda est præcedentia, *ib. num.* 9.

Multa de jure communi pertinent ad officium archidiaconi, quæ cum debitis adnotationibus referuntur, *ib. a num.* 10 *ad* 19.

Ast hodie attendenda est cujusque specialis ecclesiæ consuetudo, quæ multiplex assignatur, *ib. a num.* 20 *ad* 25.

De archidiaconi officio, dignitate, et præeminentiis plurima, sæpe sæpius in dio disposita sunt à

Digitized by Google

sacris congregationibus, quæ pro omnium commodo hic adnectuntur, *ib. num.* 26 *ad* 48.

De archidiacono comparate ad vicarium est advertendum, quod illi inter se tripliciter differunt, et assignatur, *ib. num.* 49, 50 *et* 51.

Munus archidiaconi intra ecclesiam, *ib. num.* 67 *et seqq.*

Archidiaconi officium extra ecclesiam, *ib. num.* 73 *et seqq.*

Quando, et qualis jurisdictio archidiaconis accessit, *ib. num.* 77 *et seqq.*

De præsenti archidiaconorum auctoritate, et vestigiis in ea antiquæ auctoritatis, *ibid. num.* 92 *et seqq.*

Quomodo episcopi ad se revocarunt eam auctoritatem, quam sibi archidiaconi arrogarunt, *ib. num.* 90 *et seqq.*

Archidiaconus quamvis *ex cap.* Ad hæc 7 *et cap.* Ut nostrorum 9 *De offic. archidiac.* deberet examinare ordinandos, illosque episcopo præsentare, tamen hodie non tenetur episcopus ipsum vocare, ut intersit examini ordinandorum, *ib. num.* 52.

Sic etiam non tenetur episcopus eum vocare, ut intersit cum examinatoribus synodalibus, nec ipse debet cum ipsis necessario intervenire examini instituendorum ad parochiales, *ib. num.* 53.

Imo nedum archidiaconus non habet jurisdictionem ad supradicta, quæ sibi a concilio, et sacra congregatione sunt limitata, sed neque habet facultatem et jurisdictionem ad multa alia, quæ sibi a jure ipso sunt specialiter interdicta, quæque assignantur, *ibid. a num.* 54 *ad* 62.

De archidiaconorum electione et jurisdictione, *num.* 95 *et* 96.

## ARCHIEPISCOPUS (I, 747).

### ARCHIEPISCOPUS QUOAD SUUM ESSE, ET JURISDICTIONEM, QUAM HABET IN TOTA SUA PROVINCIA.

Archiepiscopus unde dictus. Vide *verb.* Archiepiscopus, *art.* 1, *num.* 1. Alio nomine appellatur metropolitanus, et quare, *ibid. num.* 2.

Archiepiscopus et metropolitanus in re sunt idem, *ib. num.* 3. Dantur tamen aliqui archiepiscopi, qui proprie non sunt metropolitani, ex quo nullum habeant suffraganeum, *ib. num.* 4.

Quinam episcopi *metropolitarum* proprio nomine veniebant, illorum origo, *ib. n.* 52 *et seqq.*

Episcopi metropolitano subjecti quare appellantur suffraganei, *ib. num.* 5.

Archiepiscopus seu metropolitanus ultra jurisdictionem, quam habet in propria diœcesi, sicuti cæteri episcopi in suis, habet ordinariam jurisdictionem, in omnes suffraganeos, seu episcopos non exemptos suæ provinciæ, *ib. num.* 6.

Archiepiscopus est judex ordinarius et competens omnium episcoporum suæ provinciæ, *ibid. num.* 7.

Archiepiscopus potest libere exercere suam jurisdictionem et auctoritatem in casibus qui assignantur, *ibid. a num.* 8 *ad* 50.

In tota sua provincia benedictionem impertiri potest, *ib. num.* 51.

Duplex apud Græcos archiepiscopi notio, *num.* 64.

Archiepiscopus inferior est synodo provinciali, sed potest eam convocare, *num.* 65 *et* 66.

Si careat suffraganeis, tunc synodus non est habenda provincialis, sed tantum diœcesana, *num.* 67.

Constitutiones archiepiscopales totam obligant provinciam, *num.* 68.

### ARCHIEPISCOPUS QUOAD CASUS, IN QUIBUS NON HABET JURISDICTIONEM

Archiepiscopus non potest hodie visitare diœceses suffraganeorum, nisi causa cognita et probata in concilio provinciali, nec se ingerere quit in causis, quæ agitantur coram eisdem in prima instantia. Vide *verb.* Archiepiscopus, *num.* 1 *et* 2.

Plura alia non potest archiepiscopus, et distincte referuntur cum advertentia, si qua exigitur, *ibid. num.* 3 *ad* 38.

Quænam sit jurisdictio archiepiscopi in episcopos suffraganeos, *ibid. n.* 41 *et seqq.*

Archiepiscoporum in suffraganeos diminuta jurisdictio a concilio Trident., *ib. num.* 54 *et seqq.*

Jurisdictio archiepiscoporum in subditos episcoporum suffraganeorum quænam sit, *ib. num* 63 *et seqq.*

Jurisdictio archiepiscoporum in diœceses episcoporum suffraganeorum, *ib. n.* 70 *et seqq*

Archiepiscopus in provincia tota benedictionem super populum impertiri potest, *ib. n.* 47.

Auctoritas quatuor archiepiscoporum status ecclesiastici circa libertatem commercii, *ib. num.* 39.

### ARCHIEPISCOPUS QUOAD PALLIUM.

Pallium est præcipuum archiepiscoporum insigne, seu ornamentum de corpore beati Petri sumptum, a quo pastoralis officii plenitudo cum archiepiscopalis hominis appellatione ipsis a papa confertur, et dilucidatur. Vide *verb.* Archiepiscopus, *art.* 3, *n.* 1 *ad* 5.

Archiepiscopus quamvis sit consecratus in episcopum, nequit multa exercere ante receptionem pallii, et ponitur qualiter conficitur ac traditur, ejusque origo indicatur, *ib. n.* 6, 7 *et* 8.

Adducitur forma, qua prælatus indigens pallio illud per se ipsum petit, et recipit, et qualiter per procuratorem, *ib. num.* 9 *et* 10.

Qui pallium sunt recepturi, postquam fuit petitum in consistorio, et concessum, componunt primum cum subdiaconis, *ib. num.* 11.

Cui usus pallii competit, debet infra tres menses a die consecrationis, si ante non fuit consecratus, vel a die confirmationis, si jam consecratus, cessante justo impedimento, per se, vel per procuratorem petere pallium, *ib. num.* 12 *et* 13.

Ante receptionem pallii non licet archiepiscopo, quamvis sit consecratus in episcopum, imo etiamsi possessionem acceperit, nec se archiepiscopum nominare, nec eos actus exercere, qui sunt jurisdictionis archiepiscopalis, *ib. num.* 14.

Potest tamen archiepiscopus confirmatus ante receptum pallium ea, quæ sunt ordinis episcopalis, demandare suffraganeis, *ib. num.* 15.

Si vero archiepiscopus jam consecratus in episcopum ante receptum pallium faciat ea, quæ sibi proveniunt ex pallio circa potestatem ordinis, et chrismatis, etc., sunt valida, sed peccat contra canones et jura, *ib. num.* 16.

Papa in omnibus missarum solemniis semper, et ubique locorum utitur pallio, archiepiscopi tamen, primates, etc., quibus pallium concessum est in ecclesia tantum suæ respectivæ diœcesis et provinciæ, et certis duntaxat diebus, possunt illud adhibere etiam in ecclesiis exemptis, *ib. num.* 17, 18 *et* 19.

Dies, quibus ipsi pallio uti possunt, generaliter enumerantur, sed attendendi sunt dies in cujusque privilegiis expressi, *ib. num.* 20 *et* 21.

Archiepiscopi, et alii jus pallii habentes, nequeunt eo uti extra missarum solemnia, nec extra ecclesiam, *ib. num.* 22 *ad* 25.

Secundum Glossam, et alios, archiepiscopus etiam in synodo uti potest pallio, ac probabiliter etiam quoties ex causa solemniter in altare portatili celebret, *ibid. num.* 26, 27 *et* 28.

In hac tamen re spectandum est, quæ sit cujusque ecclesiæ consuetudo; at nequeunt sine speciali privilegio papæ uti pallio in aliena provincia, neque de consensu ejus, ad quem spectat ecclesia, vel

Digitized by Google

provinciis, etiamsi adsit generalis regni consuetudo, ib. num. 29, 30, 31 et 32.

Tria requiruntur, ut archiepiscopus possit uti pallio in aliena diœcesi, et provincia, et assignantur, ib. num. 33.

Archiepiscopus, et alii jus pallii habentes possunt tam in sua quam in aliena diœcesi et provincia privatim celebrare sine pallio, et hujus inhibitus est in Missis defunctorum usus, ibid. num. 34 et 35.

Archiepiscopus nequit alteri archiepiscopo pallium commodare, et translatus ad alium archiepiscopatum non potest uti pallio priore, sed debet obtinere novum, et hoc solum uti, ib. num. 36 ad 39.

Archiepiscopus mortuus vestiri debet pallio posterius accepto pro secunda ecclesia, et alterum acceptum pro prima ecclesia debet supponi ejus capiti, ib. n. 40.

Si archiepiscopus retineat duos archiepiscopatus simul et semel, duo debet habere pallia, unum pro unaquaque ecclesia, et qui renuntiavit archiepiscopatui, non potest amplius pallio uti, quamvis transferatur ad ecclesiam episcopalem : imo archiepiscopus, qui se archiepiscopatu abdicavit, si iterum ad eamdem Ecclesiam eligatur, alio indiget pallio, uti item si ab illo ad alium transferatur, iterumque redeat ad priorem, ib. num. 41 ad 44.

Quid si archiepiscopus perdat pallium a papa acceptum, vel casu igne comburatur, vel fuerit concessum, et non ei traditum, ibid. num. 45 et 46.

Reprehenditur auctor circa pallii originem, et quænam ea sit, recensetur, ib. num. 49 et seqq.

## ARCHIMANDRITA (I, 778).

Archimandrita unde sit dictus, et in quo differat ab abbate. Vide verb. Archimandrita, num. 1 ad 4.

Archimandritarum nomen, et origo pariter, ibid. num. 15 et seqq.

Archimandritæ etiam archiepiscopi dicti, ib. num. 20.

Archimandritæ nomen maxime in usu fuit apud Græcos in Oriente, in Italia vero cœpit in usum devenire anno 1094, ejusque vicissitudo notatur, ibid. num. 5 ad 7.

Archimandritæ a patriarchis promovebantur, ib. num. 23.

Jurisdictio et præeminentia in loca, et subditos Messanensis archimandritatus residet penes commendatarium ex brevi Urbani VIII, ib. num. 8.

Dictus archimandritatus est de jurepatronatus regis, et in maxima veneratione habetur, atque in capella pontificia potitur usu rocheti, et capæ, et sedet primus post episcopos, ib. num. 9 et 10.

Palatium hujus archimandritæ habitantis in civitate Messanensi etiam conductitium non fixum, nec cohærens alieni ecclesiæ, concurrente legitima consuetudine, gaudet immunitate, quemadmodum gaudet palatium episcoporum, ib. num. 11.

Idem archimandrita exercens jurisdictionem in suos subditos potest procedere ad censuras, et alias pœnas juxta sacros canones, et constitutiones apostolicas contra magistratus laicos, etc., jurisdictionem ejus perturbantes, ib. num. 12.

Item familiares dicti archimandritæ etiam ad tempus conducti, durante servitio, gaudent privilegio fori; et ipse non tenetur ad personalem residentiam, ibid. num. 13 et 14.

Pariter idem archimandrita potest indicere concursus ad beneficia curata in sua quasi diœcesi vacantia, ib. num. 28.

Non potest tamen dare dimissorias ad ordines suscipiendos, ib. num. 27.

Neque eidem competit jus convocandi synodum, ib. num. 29.

De archimandrita Sancti Basilii Magni Ruthenorum, et de messanensi et sua diœcesi, num. 30 et 31.

Erecto monasterio Salvatoris in commendam, quænam fuerit archimandritæ jurisdictio, num. 32.

Controversiæ inter archimandritam et priorem Sancti Salvatoris, necnon inter Messanensem et archiepiscopum, num. 33, 34.

Compositio hujusmodi litigiorum, ex quo hodierna archimandritæ jurisdictio quæ sit ostenditur, num. 35 et 36.

## ARCHIPRESBYTER (I, 783).

Archipresbyter etymologice explanatur, ac duplex assignatur. Vide verb. Archipresbyter, num. 1 ad 4.

Archipresbyterorum origo, ibid. num. 40 et seqq.

Officium archipresbyteri Urbani ecclesiæ cathedralis de jure communi quale sit, et qualiter conveniat, et differat ab archidiacono, necnon quænam nunc vigeant, ibid. a num. 5 ad 11, et num. 46 et seqq.

Archipresbyter debet thurificari duplici ductu, sicuti canonici, non obstante constitutione capitulari, cui per cæremoniale derogatum est, at eum sedem paratam habere non convenit, ib. n. 12 et 13.

Archipresbyter, si non poterit, vel noluerit celebrare, non potest missas suo arbitrio alteri delegare, sed dignitates, et canonici per ordinem subintrant in locum archipresbyteri, ib. num. 14 et 15.

Archipresbyteri substitutus non debet cantare missas, quæ ad archipresbyterum pertinent, nec locum, nec honorem incensi, et pacis ipsius recipere, ib. n. 16.

Archipresbyter, licet sit prima dignitas, in choro tamen cedere debet primum et dig̃niorem locum canonico celebranti, nec debet se intromittere in regimine chori, ib. num. 17 et 18.

Archipresbyter vicario episcopi uti canonico in choro, capitulo, processionibus, aliisque actibus publicis præcedere debet, ideoque solemnes missas canere, aliasque functiones, quæ episcopo absente primæ dignitati competunt, peragere potest, ibid. num. 19.

Archipresbytero ratione stolæ in funeralibus, non archidiacono primæ dignitati debetur præcedentia, et manutenendus est in sua quasi possessione celebrandi missas absente episcopo, non obstante contradictione vicarii; atque archipresbytero collegiatæ paratus præcedit canonicis cathedralis, ib. num. 20, 21 et 22.

Olim in arbitrio episcopi fuit ex presbyteris eligere archipresbyterum, ib. num. 48.

Archipresbyterorum ruralium origo, ib. n. 49.

Officium archipresbyteri ruralis seu foranei quale sit, et qualiter subordinetur episcopo, ejusque vicario generali, ib. num. 23 et 24.

Loco archipresbyteri ruralis succedit vicarius foraneus; quare, nisi hoc absente, se ingerere non debet in festorum dispensatione, ib. n. 25 et 26.

Archipresbyter ruralis non debet associari a presbyteris, et clericis, neque convenit, quo eorum dignior in porta ecclesiæ ei porrigat aspersorium, etc., ib. num. 27.

Archipresbyter ruralis non habet dignitatem ecclesiasticam, seu personatum, et quando accedit in cathedralem ad præstandam obedientiam episcopo, vel ut in synodo intersit, non debet sedere in choro simul cum canonicis cathedralis, ib. num. 28 et 29.

Adducuntur exemplariter quidam casus, in quibus archipresbyter N. censuris fuit innodatus, et qualiter absolutus, ib. num. 30 ad 33.

Archipresbyterorum basilicarum Urbis jurisdictio abolita præterquam in iis quæ concernunt servitium ecclesiæ et correctionem morum, ib. num. 34, 35 et seqq.

Quinam sint archipresbyteri basilicarum Urbis,

Digitized by Google

et illorum auctoritas, quantum se extendat. Vide plenius, *ib. num.* 34 *et seqq.*

Archipresbyterum Græci protopresbyterum appellabant, *num.* 53.

Unus olim in unoquoque erat episcopatu, *num.* 54.

Qui hac dignitate perfuncti essent, annos suæ sessionis in illa enumerabant, *num.* 55.

Tenentur indicere cœtus pro examinandis theologiæ moralis quæstionibus; non possunt ab hoc officio etiam titulares; quomodo se gerere debeant; qua pœna afficiuntur violantes, *num.* 56 *ad* 59.

Rurales archipresbyteri quo ordine sedeant in synodo, et quibus vestibus uti debeant, *num.* 61.

An possint jurisdictionem exercere contentiosam, *num.* 60.

Quinam constituebantur apud Latinos et Græcos, *num.* 62.

De eorum potestate et ætate requisita, *num.* 63.

De archipresbytero basilicæ Vaticanæ; quid possit pro ordinatione, *num.* 64 *ad* 66.

### ARCHITECTURA.

Architectura, quid. Vide *verb.* Mundus, *num.* 214.

### ARCHIVIUM (I, 794).

Hujus vocis vis et significatio. Vid. *verb.* Archivium, *num.* 1 *et* 4.

De publicis ecclesiæ et monasteriorum archiviis, *num.* 2, 3 *et* 6.

De Romanæ ecclesiæ tabulario, *num.* 5.

De auctoritate archiviorum, et quid in jure nomine archivii publici venit, *num.* 7 *et* 8.

Scripturæ ex publico archivio desumptæ plene probant; conditiones ad hoc necessariæ, *num.* 9, 10.

Scripturæ privatæ in archivio publico repertæ an fidem faciant intra territorium domini sui, vel etiam extra illud, *num.* 11.

De archivio episcopali, et quid in eo asservandum; et etiam capituli, *num.* 12 *ad* 14.

### ARCTATUS.

Arctatus ratione beneficii recepti vel recipiendi quia dicatur. Et arctatis quando vicarius capitularis possit, vel non dimissorias concedere. Vide *verb.* Ordo, *art.* 3, *num.* 40, 44 *et* 45.

### AREOMETRIA.

Areometria, quid. Vide *verb.* Mundus, *num.* 200.

### ARITHMETICA.

Arithmetica, quid. Vide, *ib. num.* 198 *et* 199.

### ARMA (I, 797).

Arma deferre non possunt clerici sub pœna excommunicationis, et assignatur quomodo puniendi, si in factione arma sumpserint. Vide *verb.* Arma, *n.* 1, 2 *et* 3.

In prohibitione armorum quid hoc nomine veniat. *ib. num.* 35 *et seqq.*

Clericis peculiariter vetita armorum delatio, *ib. num.* 43, 46.

Monachi tenentes arma intra septa monasterii sine licentia superioris ipso facto incurrunt excommunicationem, *ib. num.* 4.

Etiam aliis regularibus prohibitum est arma gestare, seu tenere, sive intra, sive extra monasterium, *ib. num.* 7.

Pro regularibus status Mediolanensis exstat peculiare decretum, et ex hoc quædam observatione digna animadvertuntur, *ib. num.* 6.

Regulares deferentes publice arma possunt de mandato episcopi carcerari, si ita notorie deferant, et delinquant extra claustra, ut populo scandalo sint; et supposito ejusdem edicto, ne clerici sæculares, vel regulares arma deferant, *ibid. num.* 7 *et* 8.

Clerici omnes licite portare possunt arma cum justa et legitima causa, v. g. ad se, et proximum defendendum contra latrones et hostes; imo in itineribus periculosis etiam possunt secum ducere ad uberiorem securitatem familiares armatos; quinimo ex recepta jam consuetudine defensoria feruntur in itinere omni, *ibid. num.* 9, 10 *et* 11.

Extra tamen causam itineris, et sine justa et legitima causa non possunt clerici, et multo minus regulares licite arma deferre, neque causa venationis voluptuosæ, et clamorosæ; ad quam nec episcopi eis arma concedere valent, *ib. num.* 12 *ad* 16.

Clerici cum legitima causa juxta sacros canones dispensati, et ab episcopo licentiam habentes gestandi arma non comprehenduntur sub bannimentis laicalibus; nec molestari possunt etiamsi conjugati a curia sæculari sub excommunicationis pœna, *ib. a num.* 17 *ad* 20.

Nec curia laicalis potest sine licentia episcopi ad carceres perducere clericos cum armis prohibitis repertos, licet postea ipsos curiæ episcopali consignet, *ib. num.* 21.

Hac de re unum assignatur, quod præstare potest episcopus, sed non expedit, et qualiter se gerere debeat, tum circa clericos, tum si curia sæcularis eos carceraverit, *ib. num.* 22 *et* 23.

Arma clerici carcerati consignanda sunt a laicis curiæ episcopali, *ib. num.* 24.

Non licet curiæ sæculari auferre arma etiam prohibita a laicis confugientibus ad ecclesias, et alia loca immunia, ac prædictis sunt restituenda, si ablata, *ib. num.* 25 *ad* 27.

Arma ablata per curiam sæcularem a loco immuni sunt ibidem restituenda, vel episcopus sibi consignari faciat ad effectum disponendi juxta ordines sacræ congregationis, *ib. num.* 28.

Ablatio armorum a confugitis non est permissa absque facultate sanctæ sedis, et assignatur qualiter id concedatur archiepiscopo, *ib. num.* 29.

Contra auferentes arma a confugitis procedendum est ad declarationem censurarum, et procedendum prout juris contra auferentes arma a ministris curiæ ecclesiæ, *ib. num.* 30 *et* 31.

Arma portantes ad infideles sunt excommunicati ipso facto excommunicatione majori, *ib. num.* 32 *et* 33.

Si tamen aliqui fideles captivi facti a Turcis, nequeant aliter redimi, nisi ultra conventam pecuniam, etiam bellica instrumenta, et arma tradantur, iste casus non est comprehensus sub censura, dummodo modica interveniat quantitas, *ib. num.* 34.

Arma prohibita deferentium pœna quæ sit. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 60 *et* 61.

Armorum delatio, seu usus privatis ut plurimum vetitum, *ib. num.* 37 *et seqq.*

Sequioribus temporibus nobiles a plebeiis distincti sunt armorum delatione, *ib. num.* 40.

Summorum pontificum constitutiones clericis ac laicis armorum delationem prohibentes, *num.* 47 *ad* 51.

Quid agendum si arma prohibita sub plurium pedibus inveniantur, et cujusnam sint ignoretur. *num.* 52.

Arma indicium perhibent contra reum, *num* 53.

### ARMA SEU INSIGNIA (I, 808).

Arma, seu insignia, quæ modo in usu sunt, successerunt loco imaginum, et statuarum quibus nobiles olim utebantur, et describitur, ac inde ortus armorum, seu insignium usus nobilium proprius. Vide *verb.* Arma, seu insignia, *num.* 1 *ad* 4.

Et quamvis etiam ab ignobilibus deferantur et eorum delatio non reddat eos nobiles, tamen in nobi-

Digitized by Google

libus necessario requiruntur ad eorum probandam nobilitatem, *ib. num.* 5 *et* 6.

Hinc in nobilissima religione Hierosolymitana adest statutum, ut in receptione ad habitum, et probatione nobilitatis probari debeat familias patris, avi, matris, et aviæ habuisse per centum annorum spatium arma, seu insignia, et quod istis usi fuerint, *ib. num.* 7.

Quamvis autem, quod proprium est, ab omnibus usurpetur, et sic plebis plebeii quoque insignibus et armis nobilium utantur, non possunt tamen assumere et deferre arma et insignia nobilium, et eo minus alterius singularis dignitatis sub pœna punitionis proportionatæ, *ib. num.* 8 *et* 9.

Insignia et arma sunt distinctiva generis personarum, et familiarum, et per hoc dicitur emanatum esse usum cimeriorum, seu coronarum in armis, et cum diversitate, *ib. num.* 10 *et* 11.

Arma et insignia solent apponi in operibus publicis ad acquirendum et demonstrandum jus in illis, idque de facto eadem præstare comprobatur, *ib. n.* 12, 13 *et* 14.

Similiter sepulcrum habens insculpta arma, et insignia probant illius concessionem, et licentiam obtentam, *ib. num.* 15.

Et hic mos apponendi insignia et arma in templis, capellis et sepulcris viguit etiam priscis temporibus; et eo magis hisce nostris servatur etiam in scamnis, etc., *ib. num.* 16, 17 *et* 18.

Arma in ecclesia imprimi non possunt, nisi de voluntate prælati, et stante penes universali usu, et consuetudine insignia, arma, etc., ponendi in altaribus, etc.; dicimus licitum esse, maxime si qui id facit, legitimo jure, et justo fine agat, *ib. num.* 19 *et* 20.

In ecclesia tamen insignia ponere nonnisi is potest qui vel patronus est, vel benefactor, *ib. num.* 34, 35.

Insignium et armorum materia varia complectitur, quæ per summa capita recensentur, *ib. num.*33.

Episcopus non debet amovere arma et monumenta seu memorias suorum prædecessorum ab ecclesia, vel palatio episcopali, et ad id reponitur factum, *ib. num.* 21 *et* 22.

Item arma fundatorum ecclesiæ vel monasterii amovere non potest, et si amota, restitui debent, *ib. num.* 23 *et* 24.

Arma ejus qui capellam ornavit, non debent amoveri, sed ejus, qui nihil contulit, vel cui fuit erogata pecunia restituta, debent amoveri, maxime, si sit laicus at manutenendi patroni, *ib. num.* 25 *et* 26.

Potest hæres gravari, ut teneatur arma testatoris pingi facere in ejus rebus, et cognomen, et ejus insignia semper deferat, idque censetur inductum intuitu conservandæ agnationis, et nec ab hæredibus queunt abradi, *ib. num.* 27 *ad* 30.

Tam jure communi, quam particularibus multorum locorum legibus decretum est, quod corrumpentes ac delentes alicujus familiæ insignia in ecclesiis, etc., severe puniantur, et adducitur Patavinum peculiare statutum, *ib. num.* 31 *et* 32.

Ecclesiæ matrici an competat jus apponendi insignia in ecclesia filiali, *ibid. num.* 36.

Præpositus ad constructionem alicujus operis publici, quod fit expensis civitatis, vel regis, nequit sua insignia in eo apponere, *ib. num.* 37.

Quilibet dominus alicujus loci potest in eo sua insignia apponere, *ibid. num.* 38.

Aliqua de transmissione juris insignium, *ib. num.* 40 *ad* 43.

## AROMATARIA, AROMATARII (I, 813).

Regulares non possunt aromatariam tenere nisi pro se ipsis; quo casu visitari non potest a protomedico. Vide *verb.* Aromataria, Aromatarii, *num.* 1.

Permitti tamen potest regularibus et monialibus præsertim pauperibus vendere medicinalia suæ aromatariæ renovandi gratia, maxime pretiis moderatis, *ibid. num.* 2 *et* 3.

Pro solo tamen fine lucri et negotiationis nequeunt regulares aromatariam tenere, neque clerici id exercere sine licentia papæ, vel sacræ congreg. *ibid. n.* 4 *et* 5.

Aromataria quibus conditionibus permittatur regularibus, *ibid. num.* 26.

Aromatariæ artis exercitium pro sæcularibus, et venditio pharmacorum prohibetur in Urbe omnibus regularibus, exceptis Hospitalariis Sancti Joannis de Deo, *ibid. num.* 24.

Item excipe, ut est, *ib. num.* 25.

Aromatarii non possunt societatem contrahere cum physicis et chirurgis, privilegium tamen præferentiæ habent contra quoscunque alios privilegiatos in quibusdam, quæ assignantur, *ib. num.* 6 *ad* 9.

Aromatariorum libris plena fides est adhibenda, si eos tenent secundum usum suæ artis, sed solum per quinquennium et debitores eorum usque ad quinquennium tantum intelliguntur obligati, si in eorum libris inveniantur descripti, *ib. num.* 10.

Aromatariorum causæ a nullo judice possunt cognosci, nisi a consulibus artis, nec a ullo reassumi, *ib. n.* 11.

Aromatariæ defalcationes in computis ex generali consuetudine fiunt in tertia parte, et defalcum dicitur probatum in consueta remissione alias observata : ac qualiter præsumatur taxa remissionis negata, *ib. n.* 12 ad 14.

Ostenditur quando et qualiter aromatarii seu pharmacopolæ in sui muneris exercitio peccent, *ib. a num.* 15 *ad* 22.

Aromatarii seu pharmacopolæ rite et fideliter suam exercentes professionem non sunt irregulares. Vide *verb.* Irregularitas, *art.* 1, *num.* 14.

Aromatariorum officinæ in Urbe redactæ sunt ad sexaginta, *ibid. num.* 23.

## ARRHA (I, 816).

Arrhæ notio generatim ac specialiter delineatur, ac differentia ejusdem a sponsalitia largitate assignatur. Vide *verb.* Arrha, *num.* 1, 2 *et* 3.

Arrha cur dicta, *ib. num.* 28 *et seqq.*

Quomodo intervenit arrha in sponsalibus, *ib. num.* 39 *et seqq.*

Si aliquid detur post sponsalia, et expresse exprimatur, quod detur veluti in pignus, et assecurationem futuri matrimonii, tunc non erit arrha, sed sponsalitia largitas, *ib. num.* 4.

Quando autem datur ante sponsalia, non est arrha nec sponsalitia largitas, sed est donum, et quamvis donataria vicissim redonet aliquid donatori per hoc non spondet matrimonium, *ib. num.* 5 *et* 6.

Datio tamen arrhæ, si fiat inter sponsum et sponsam, præsumitur pro matrimonio, nisi probetur contrarium, vel esset contraria consuetudo, vel ætas repugnaret; si vero hoc fiat a parentibus, sola sponsalia contrahuntur, vel præsumuntur, eo tamen modo, quo a parentibus sponsalia contrahi possunt, *ib. num.* 7 *et* 8.

Arrhæ licite et valide dari et accipi possunt in contractu sponsalitio, de jure communi possunt tradi, et constitui in quavis quantitate, etiam in rebus immobilibus, etiam reciproce : de jure vero municipali regni Castellæ solummodo quoad decimam partem bonorum constituentis, *ib. num.* 10 *ad* 12.

Sive de jure communi, sive de jure Hispano, si arrhæ consistant in immobilibus, seu mobilibus pretiosis, quæ servando servari possunt, non possunt constitui per pupillos et minores, inconsultis tutoribus et curatoribus, et absque judicis decreto, *ib. num.* 13.

Si vero arrhæ consistant in mobilibus, quæ servando servari non possunt, possunt licite tribui

Digitized by Google

per pupillos et minores sine decreto judicis, non tamen sine tutoris et curatoris auctoritate, *ib. num.* 14 *ad* 16.

Injuste resiliens a sponsalibus perdit arrhas, quas dedit in contractu sponsalitio, quas, si matrimonium compleat, denuo acquirit, *ib. num.* 17 *et* 18.

Si tamen non qui dedit, sed solum qui recipit arrhas injuste resiliat a sponsalibus, tunc si sit major viginti quinque annis debet restituere arrhas in duplum, si autem sit minoris ætatis, tenetur restituere solum id quod accepit, et si uterque contrahentium arrhas dedit, et accepit, tunc injuste resiliens debet perdere quas dedit, et restituere quas accepit, *ib. num*, 19 *ad* 21.

De patre, vel matre, sive avo, vel proavo, si arrhas pro filia, nepote, seu pronepote receperint vel pro filio, nepte, seu pronepte, quid sentiendum, *ibid. num.* 22 *ad* 24.

Patri, vel matri, sive avo, vel proavo restituendæ sunt arrhæ, quas dederunt promittentes filiæ, neptis vel proneptis matrimonium, si ista nolit adimplere, facientibus ipsis quidquid in se est, ut vere matrimonium sequatur, *ib. num.* 25.

Arrhæ sponsaliorum nomine datæ non acquiruntur de jure communi, si interea sponsus, vel sponsa decesserit; nisi causam, ut nuptiæ non celebrarentur defuncta persona jam præbuerit, *ib. a num.* 26 *et* 27.

Arrha quomodo, et quando datur in contractu emptionis, *ibid. num.* 31 *et seqq.*

Veteres arrham dixerunt sæpe arrhabonem, *num.* 43.

Arrhæ datio est actus quo res aliqua in evidentiorem negotii gesti probationem datur; antiquissima est, *num.* 44, 46.

Arrhæ divisio in nostro jure non invenitur, sed distinguitur ratione subjecti, et quomodo, *num.* 45.

Quæ sit causa arrharum efficiens, et quæ potestas in paciscentibus requiratur, *num.* 47 *et* 48.

Prodigus et minor sine curatore arrham dare non possunt, aliter tamen in sponsalibus, *num.* 49, 50.

De arrharum subjecto, effectibus, et quæ res arrhæ nomine dari possint, *num.* 51 *ad* 53.

Arrha data quando recedi potest a contractu; quando restituenda, *num.* 54, 56.

Ad quid tenetur qui justa ex causa a sponsalibus resilit, et quæ sit in Germania consuetudo, *num.* 55 *et* 57.

## ARS MILITARIS.

Ars militaris, quid. Vide *verb.* Mundus, *n.* 216.

## ARS NOTORIA.

Ars notoria, quid sit. Vide *verb.* Superstitio, *n.* 48.

## ARTICULUS MORTIS.

Articulus mortis. Vide *verb.* Absolutio, *art.* 1, *num.* 48 *ad* 59, et *verb.* Jurisdictio, *num.* 72.

## ARTIFICIUM.

Artificium est licitum clericis et monachis ad victum quærendum, ad otium tollendum, ad concupiscentiam refrenandam, et ad eleemosynas faciendas. Vide *verb.* Clericus, *art.* 3, *a num.* 51 *ad* 58.

## ARUSPICES, ARUSPICIUM.

Aruspices, Aruspicium. Vide *verb.* Astrologia, *num.* 15, et *verb.* Superstitio, *num.* 31

## ASIA.

Asia unde sic dicta. Vide *verb.* Mundus, *num.* 99.

## ASPECTUS.

Aspectus obsceni qualiter, et quando sint peccaminosi. Vide *verb.* Luxuria, *a num.* 58 *ad* 61, et *Verb.* Sponsi, *num.* 7.

## ASPERSORIUM (I, 825).

Aspersorium cum aqua benedicta episcopo accedenti ad ecclesiam ministrari debet a prima dignitate vel digniore canonico cum osculo manus. Vide *verb.* Aspersorium, *num.* 1 *et* 2, et *verb.* Aqua benedicta, *num.* 11.

Episcopo accedenti ad ecclesiam collegiatam porrigendum est aspersorium a priore ejusdem ecclesiæ, et accedenti ad aliam quamcunque a digniore illius, *ib. num.* 3.

Episcopo accedenti ad ecclesiam, dum in choro a canonicis recitantur horæ canonicæ, saltem duo ex canonicis tenentur obviam ire, porrigentes aspersorium, *ibid. num.* 5.

Si suffraganeus de licentia episcopi deferat cappam, quid circa aspersorium, *ibid. num.* 6.

Aspersorium non est porrigendum archipresbytero, a digniore presbytero, *ib. num.* 7.

Aspersio aquæ benedictæ fieri debet singillatim quibuscunque dignitatibus et canonicis non vero unico ictu in circulum, *ib. num.* 8.

Aspersio aquæ benedictæ fieri debet in Dominicis diebus per ipsum celebrantem, *ibid.* num. 9.

Ad solum parochum defuncti, etiam interveniente capitulo cathedralis, vel collegiatæ, spectat aspergere aqua benedicta cadaver, antequam levetur de domo, et intonare antiphonam *Si iniquitates*, *ib. num.* 10 *et* 11.

Aspersiones domorum in Sabbato sancto spectant ad parochos privative quoad alios, *ibid. num.* 12.

Prælato referendario et gubernatori civitatis accedenti ad ecclesiam quomodo danda aqua benedicta per aspersorium, *ib. num.* 13.

Aspersio aquæ benedictæ an et quomodo prosit defunctis. Vide *verb.* Suffragia, *num.* 21.

Multa ad materiam aspersorii vide indicata, *ib. num.* 14.

## ASSASSINIUM, ASSASSINUS (I, 828).

Assassinium de jure civili incognitum; jus autem canonicum de eo primum mentionem habuit. Vide *verb.* Assassinium, Assassinus, *num.* 40.

De assassinii origine, et antiqua ratione, *ib. num.* 41.

Ut assassinium committatur, tria requiruntur. *ib. num.* 42 *et seqq.*

Assassinii criminis atrocitas, et quædam illius singularitates recensentur, *ib. num.* 49 *et seqq.*

Assassinium proprie dictum quale sit, et qui assassini, *ib. num.* 1 *et* 2.

Mandans et mandatarius quando adhuc immunitate gaudeant, *ib. num.* 3, 4, 5 *et* 54.

Assassini sunt et privantur immunitate ecclesiæ, qui receptant, defendunt, vel occultant assassinium dummodo sint vere causa mortis illatæ per assassinum, et cognoscant assassinum esse, cui auxilium præstant, et quatenus tale auxilium præstent, *ibid. n.* 6 *ad* 12.

Assassini sunt testes, qui pro pecunia accepta perhibent falsum testimonium, ob quod innocens morte punitur; et qui pecunia, ac pretio corrupti, innocentes ad mortem damnant, *ib. num.* 13 *et* 14.

Sic etiam dicuntur assassini, et immunitate carent pro pecunia occidentes, seu mandantes occidi quemlibet infidelem, v. g. Judæum, vel paganum in ditionibus Christianorum toleratum, *ib. num.* 15.

Assassinus tamen non dicitur, qui adversarium, cum quo inimicitias gerebat, socius pecunia conductis occidit, sicut neque occidens communem inimicum, item ex pecunia, *ib. num.* 16 *et* 17.

Nec etiam dicitur assassinus, qui sine pretii præmio, et sine promissione aliquem interficit, ut alteri rem gratam faciat, vel solam ob spem obtinendi præmium, aut ob solas preces, aut alios respectus : aut spe succedendi in bonis occisi, vel vincendæ litis, *ib. num.* 18 *ad* 20.

De primo ad ultimum, ad hoc, ut possit de facili cognosci, an quis dicatur, et sit vere assassinus,

Digitized by Google

se privetur immunitate ecclesiæ, sciendum est, quod quatuor principaliter requiruntur et assignantur, *ib. num.* 21 *ad* 25.

Clerici diffidati assassini excluduntur a privilegio canonis contra percutientes eos, et sunt spoliati omni privilegio clericali sine alia degradatione, et possunt absque pœna occidi, etc., *ib. num.* 26.

Cognitio tamen assassinii commissi a clericis non spectat ad curiam laicalem, nec judex laicus in eos aliquid potest sub prætextu hujus criminis ante sententiam declaratoriam ab ecclesiastico judice faciendam, ad quem etiam cognitio assassini confugitorum spectat, *ib. num.* 26 *ad* 29.

Assassini veri varias incurrunt pœnas, et primo excommunicationem ipso facto, etiam morte non secuta, at non reservatam, *ib. num.* 30 *ad* 32.

Secundo incurrunt pœnam perduellionis, seu diffidationis perpetuæ a toto populo Christiano ipso facto in personam, et bona sua, ut tanquam publici hostes habeantur, ita ut possint impune occidi, nedum per judicem, sed etiam per quemcunque privatum, supposita asssasinii declaratoria, *ib. num.* 33 *et* 34.

Tertio incurrunt pœnam depositionis, seu privationis omnis dignitatis, honoris, et officii, ac beneficii ipso facto sive clerici sive laici; imo tam mandans quam mandatarius, et omnis cooperans effectu secuto incurrunt irregularitatem, *ibid. n.* 35 *ad* 37.

Quarto tam mandans, quam mandatarius, et cooperantes eo ipso immunitate ecclesiastica privantur effectu tamen secuto, sed aliæ pœnæ incurruntur etiam effectu non secuto, *ib. num.* 38 *et* 39.

Assassinium non Latina, sed barbara vox est, et unde derivata, *num.* 56, 57.

Dividitur in verum et fictum, *num.* 58.

Quæ sit assassinii causa efficiens, impulsiva; quid requiratur ut commissum dicatur, et ejus finis, *num.* 59 *ad* 62.

Assassinatór dicitur qui mandat cum oblatione præmii, assassinus vero qui suscipit pacta mercede, *num.* 63, 64.

Quid circa hoc crimen de infantibus, impuberibus, furiosis, mente captis, et prodigis, *num.* 65 *ad* 68.

Non solum masculi sed etiam feminæ rei hujus sceleris esse possunt, *num.* 69.

Non refert an præmium sit magni vel parvi pretii, numeratum aut promissum, *num.* 71, 72.

Assassinus non dicitur qui aliquem interficit spe successionis, non data vel promissa pecunia, *num.* 73.

Pœna hujus criminis in jure civili et canonico, *num.* 74, 75.

An sit licitum inimici assassinium, *num.* 76.

## ASSECURATIO, ASSECURATOR (I, 840).

Assecurationis nomini variæ sunt adnexæ notiones, et in quo sensu acceperit auctor. Vide *verb.* Assecuratio, Assecurator, *num.* 24.

In definitione assecurationis non conveniunt inter se doctores, *ibid. num.* 28 *et seqq.*

Assecuratio est contractus, quo suscipitur in se periculum alicujus rei alienæ pro pretio, vel interesse accepto; et exponitur, ut etiam quomodo licitus, et quæ ad id exoptandæ conditiones, *ib. num.* 1 *ad* 8.

Resolvitur hic primo, quod si is, qui assecurationem petit, sciat merces jam periisse, vel esse in eo statu, in quo certissime perire debeant, non potest pretio promisso securitatem ab alio exigere: secus si talis notitia præhaberi non potuit, *ibid. num.* 9 *et* 10.

Secundo resolvitur, quod si quis non habeat merces in mari, sed fingat eas habere, non est valida assecuratio, et assecurans, qui per fraudem et dolum adductus est a mercatore ad præstandam assecurationem, potest sibi retinere pretium acceptum a mercatore, *ibid. num.* 11.

Tertio resolvitur, quod assecurans, qui fingit se habere bona, quæ revera non habet; agit contractum invalidum assecurationis, et tenetur restituere acceptum pro assecuratione: imo damna mercatori inde provenientia, *ib. n.* 12.

Quarto resolvitur, quod si assecurans sciat, vel per litteras amicorum, vel alio modo merces jam esse in tuto, vel pervenisse navim ad portum, licet hoc ab aliis communiter ignoretur, non potest pretium sibi pro assecuratione pacisci, et tenetur ad ea quæ *num.* 12, sed si solum sciat pericula magna ex parte cessasse, tunc potest aliquid accipere, et retinere pro quantitate decrementi vel incrementi periculorum secundum prudentis judicium, *ib. n.* 13 *et* 14.

Quid si assecurator ex astrologia, aut alio capite cognoscat non futuram in mari tempestatem, aut ex litteris amicorum sciat mare esse securum, et liberum a latronibus et piratis, *ib. num.* 15.

Utrum assecuratio contractus sit nominatus, an vero innominatus, et hujus quæstionis effectus, *ibid. num.* 33 *et seqq.*

Quid nomine periculi veniat in contractu assecurationis, *ibid. num.* 38 *et seqq.*

Assecuratio facta a periculo maris non extenditur ad alia pericula; si vero exceptio facta sit de uno tantum casu, cæteri comprehenduntur, *ibid. num.* 16 *et* 17.

Periculum in contractu assecurationis utrum duret de portu in portum, an de littore ad littus, *ibid. num.* 46 *et seqq.*

Si mercium assecuratio facta fuerit super una, et certa determinata navi, et postea sive nova conventione merces deferantur super diversam, si fuerint depredatæ, vel naufragio deperditæ, contra assecurantem agi non potest, *ibid. num.* 18.

Assecurans merces, vel pecunias per loca periculosa vehendas intelligitur in se suscipere periculum solius fortunæ, non autem culpæ vehentis aut alterius, *ibid. num.* 19.

Assecurans navim, vel merces de uno loco ad alium, mercibus deperditis vel deterioratis, qualiter teneatur resarcire damnum, *ibid. num.* 20.

Assecuratio navium, si sit facta in forma amplissima se obligando ad omne risicum et periculum, per quod possit impediri transportatio ad locum conventum, videtur nulli excusationi locus, *ibid. num.* 21.

Præmium assecurationis dependet a brevi vel longa navigatione minus vel magis periculis obnoxia; *ibid. num.* 48.

Assecurator non potest consequi integrum pretium assecurationis, si naves totum iter non fecerint, ejusque integrale periculum non subierint, assecurationis causa retangitur, et quid pro modico periculo debeatur, proponitur, *ibid. num.* 22 *et* 23.

In computando damno in contractu assecurationis quænam æstimatio inspicienda est, et cujusnam loci ac temporis, *ibid. num.* 50 *et seqq.*

Formula contractus assecurationis, *ibid. num.* 53.

De actione directa et contraria assecurationis, *ibid. num.* 54 *et seqq.*

Ex quibusdam legibus judicandum sit de assecurationis contractu, *ibid. num.* 56 *et seq.*

Definitur assecuratio, et quotuplex sit, *num.* 59, 60.

Romanis fuit incognita, et primo in Italia invaluit, *num.* 61, 62.

Num sit contractus nominatus an innominatus, et effectus hujus differentiæ, *num.* 63.

Si contractus hic incertæ rei existentiæ innititur, quid juris hoc in casu, *num.* 66.

Digitized by Google

Pretium periculi crescit in assecuratione et decrescit in nautico fœnore, *num.* 65.

An merces assecuratoris detrimento pereant, si ex una navi in aliam fuerint translatæ, *num.* 67.

Ab assecuratore indemnitas præstanda est earum quæ periculi avertendi causa amittuntur; res exemplis illustratur, *num.* 68 *et* 69.

## ASSISTENTIA, ASSISTERE (I, 851).

Assistentia episcopo facienda est juxta cæremoniale, et assignatur a quo ei celebranti cum pluviali præstanda, hicque habetur pro tunc ut in choro præsens. Vide *verb.* Assistentia, *num.* 1 *ad* 4.

Assistentia duorum canonicorum semper convenit episcopo ordinario, sive celebret, sive divinis officiis assistat, et qui, *ibid. num.* 5, 6, *et verb.* Canonici, *art.* 6, *num.* 39, 40.

Assistentia quæ fit ad missam, et vesperas, facienda est cum pluviali, et qualiter servandus præferentiæ ordo inter assistentes et alios, *ibid. num.* 8 *ad* 13, et *verb.* Archidiaconus, *num.* 28.

Assistentes dignitates, et canonici, vel aliquo modo episcopo solemniter celebranti inservientes nullo modo tenentur genuflectere, *ibid. num.* 14.

Canonici duo assistentes episcopo debent eligi ex numero diaconorum, quando præbendæ sunt distinctæ, *ibid. num.* 15 et dict. *verb.* Canonici, *art.* 6, *num.* 40.

Assistens presbyter, sive dignitas sit, sive canonicus, et non diaconus Evangelii, debet episcopum thurificare, *ib. n.* 16.

Non convenit, ut episcopus in vesperis decantandis per aliquam ex dignitatibus cathedralis, stante penuria sacerdotum, admittat pro assistentibus cum pluvialibus clericos in minoribus constitutos, etiam in solemnioribus festivitatibus, *ib. n.* 17.

Assistere tenentur episcopo celebranti archidiaconus, seu prima dignitas, et duæ aliæ dignitates vel canonici præter diaconum et subdiaconum, *ibid. n.* 18, et dict. *verb.* Canonici, *n.* 32.

Canonici tenentur episcopo assistere non modo in cathedrali, verum etiam in quibuscunque civitatis ecclesiis, ad quas ob publicas vel solemnes episcopales functiones exercendas eum ire contigerit, dummodo sufficientes canonici pro chori servitio in cathedrali maneant, *ib. n.* 19 *et* 20.

Quid circa assistentiam, si episcopus ad privato celebrandum ad alias ecclesias accesserit, *ib. n.* 21, 22 *et* 23.

Ad dignitates et canonicos cathedralis, si adsint, pertinet assistere episcopo pontificaliter celebranti, etiam in ecclesia collegiata, vel parochiali, vel exempta; non autem ad canonicos collegiatæ, vel presbyteros parochialium, etiamsi numerus alioquin sufficiens sit presbyterorum. Id tamen videtur intelligendum solum quando canonici cathedralis interveniunt capitulariter, non autem quando uti singuli, *ibid. n.* 24, 25.

Canonici, qui assistunt episcopo cum cappa, non tenentur ei ponere, et deponere birretum, sicuti ei tenentur ponere, et deponere mitram, *ib. num.* 26.

Canonici duo diaconi assistentes, et non presbyter assistens, debent elevare fimbrias pluvialis hinc inde dum episcopus progreditur et thurificat altare, *ibid. n.* 27.

Canonici assistere debent episcopo quando facit ordinationes, tam si faciat cum missa solemni quam si faciat cum missa privata, *ib. n.* 28.

Diaconi assistentes non tenentur, imo non debent inservire archiepiscopo de bugia, seu candela, sed ea administranda est per capellanum: possunt tamen cogi canonici ad ei inserviendum in missis privatis præter consuetudinem, *ibid. n.* 29 *et* 30.

Canonici tenentur assistere suffraganeo, quando nomine proprii episcopi functiones episcopales exercet, *ib. n.* 31 *et* 32.

Canonicorum duorum assistentiam habere non debet episcopus suffraganeus ultra diaconum et subdiaconum, qui sunt cantaturi evangelium, et epistolam, sicut haberet proprius episcopus: nisi id antiqua consuetudo permitteret, *ibid. num.* 33 *et* 34.

Canonici et dignitates omnes non debent assistere parati, quando suffraganeus solemniter celebrat, sed in habitu ordinario, sicut et quando facit ordinationes, etc., *ib. num.* 35.

De primo ad ultimum circa assistentiam faciendam episcopo a dignitatibus et canonicis servandum est Cæremoniale Romanum, prout etiam circa alia omnia, *ibid. num.* 36 *et* 37.

Qui assistit in choro missæ conventuali non potest portare pileolum per totum canonem; in aliis vero divinis officiis uti potest, *ib. n.* 38.

Quænam assistentia facienda sit a canonicis episcopo contiones habenti. Vide dict. *verb.* Canonicus, *art.* 6, *n.* 62.

Primæ dignitati post pontificalem in solemnitatibus majoribus celebranti assistentiam præstare debent duo canonici, *ib. n.* 42.

Id locum non habet in collegiatis insignibus, *ib. n.* 43.

Quid si consuetudo contraria inoleverit in collegiatis istis, *ib. n.* 44.

Assistentia matrimonii non temere deleganda sacerdotibus extraneis, qui non sint contrahentium parochi, *ib. n.* 39.

Assistentiam matrimonii delegandi facultas adempta est nuntio apostolico in Polonia, *ibid. num.* 40.

Assistentia matrimonii non inducit cognationem spiritualem, *ibid. num.* 41.

## ASTROLOGIA, ASTROLOGUS (I, 856).

Astrologia quotuplex sit, quid, et circa quæ occupata? ac inter artes liberales reponitur. Vide *verb.* Astrologiæ, Astrologus, *num.* 1 *ad* 5.

Astrologia naturalis non est prohibita, magna ex parte incerta, et parum utilis excepta ea parte, quæ sumitur ex ortu, occasu, aspectu, et colore solis ac lunæ, *ibid. num.* 6, 7.

Joannes Picus jurejurando affirmat ex 130 prædictionibus nobilissimi cujusdam mathematici de mutatione cœli, et aeris se adhibita accurata observatione tantum 7 veras deprehendisse, *ibid. num.* 8.

Et similes prædictiones tanto magis erunt incertæ, si de temperamento, inclinationibus, propensionibus, ac moribus hominum fiant ex astris, et hora nativitatis eorum, *ibid. num.* 9.

Amentia dicitur, ex aspectu siderum, qui tempore nativitatis viget, velle de temperamento, vel inclinationibus prolis judicare, licet tamen hoc judicium, si ulterius non procedat, permittatur, *ibid. num.* 10.

Astrologia judiciaria prædicens eventus pendentes ex libera hominum voluntate, aut casus fortuitos, est superstitiosa, et omni jure prohibita, ac proinde usus illius est peccatum mortale, *ibid. num.* 11 *ad* 15.

Astrologiam judiciariam damnant, ac lethalis culpæ obnoxiam faciunt doctores communiter, *ibid. num.* 16.

Utentes hac divinatione subjiciunt se disciplinæ diaboli, ex cujus traditione per homines curiosos ab ipso deceptos regulæ hujus artis processerunt, *ibid. num.* 17.

Notabile dictum Pauli Rubei de hac astrologia, ac laudabile ejusdem monitum ad similes astrologos, quorum pauca vera, *ibid. num.* 18, 19, 20.

De variis hujus damnatæ artis cultorum nomini-

Digitized by Google

bus, necnon proprie loquendo qui sint, indicatur, *ibid. num.* 21, 22.

Tales astrologi judiciarii prædicentes absolute aliquid in particulari, quamvis non certo, sed tantum probabiliter eventura prænuntient, peccant mortaliter, *ibid. num.* 23.

Si aliquando vera fuerint ab eis prænuntiata, ideo est, vel quia casu ita accidit, vel quia intercedit pactum, et invocatio dæmonis suggerentis sibi nota ad homines decipiendos, *ibid. num.* 24.

Si vero astrologi solum in genere prænuntient, ita ut probabili ratio reddi possit ex ætate, dispositione corporis, temperamento, consuetudine vitæ, aut aeris affectione, quæ ex siderum concursu, vel astrorum aspectu proveniat, non sunt condemnandi, *ibid. num.* 25.

Inquirentes occulta furta, vel alia delicta ab astrologis judiciariis, sicuti et per quamvis divinationem, peccant mortaliter, *ibid. num.* 26.

Sic etiam peccant mortaliter consulentes astrologos ad inveniendos thesauros occultos, et consulentes eos, qui affirmant se videre venas metallorum et thesauros in terræ visceribus latentes, et recurrentes ad eos pro difficili curatione morborum, *ibid. num.* 27.

Contra astrologos judiciarios variæ sunt statutæ pœnæ, et in primis eadem pœna, quæ est statuta contra necromanticos, et alios magos cum pœna excommunicationis ipso facto, *ibid. num.* 28 et *verb.* Superstitio, *a num.* 40.

Item pœna ultimi supplicii, et confiscatione omnium bonorum, si præsumant prædicere, et sua falsa judicia formare de statu reipublicæ christianæ, vel sedis apostolicæ, sive de vita, aut morte papæ, et eorum consanguineorum usque ad tertium gradum, *ibid. num.* 29 *et* 30.

Easdem pœnas incurrunt astrologi talia judicia sive a se, sive ab aliis facta scienter retinentes, vel dantes, seu ostendentes aliis, aut de iis quovis modo tractantes, *ibid. num.* 31.

Si ecclesiastici sint, tam sæculares quam regulares, incurrunt ultra prædictas pœnas etiam privationem omnium beneficiorum, et officiorum, et perpetuam inhabilitatem, et prævia degradatione tradendi sunt curiæ sæculari pro condigna punitione, *ibid. num.* 32.

Si sint episcopi, aut etiam majores prælati, ipso facto privantur omnibus gradibus, dignitatibus, beneficiis, et incurrunt ultra excommunicationem, sicut alii, privationem regiminis, et perpetuam inhabilitatem, *ibid. num.* 33.

Easdem pœnas incurrunt etiam omnes ad id consulentes tales astrologos, ariolos, mathematicos, aruspices, vaticinatores, et alios hujus generis, vel eorum prædictiones recipientes, retinentes, et adhibentes, *ibid. num.* 34, 35.

Hujusmodi astrologi judiciarii a quibus sint judicandi, et condemnandi, et libros retinentes, ac legentes ab inquisitoribus contra hæreticam pravitatem puniri possunt, *ibid. num.* 36, 37.

Quæ auctor dixit de astrologia, de judiciaria tantum sunt intelligenda, *ibid. num.* 42 *et* 43.

Quonam tempore contra eam profitentes a principibus magis sævitum fuerit, *ibid. num.* 44.

Quid Justinianus Imperator in astrologiam judiciariam profitentes senserit, *ibid. num.* 45.

Ægyptianæ, vel Ægyptiani, vulgo Zingari, vel Zingaræ, qui se jactant divinare bonam vel malam fortunam, et in dies ab idiotis præsertim, et plebeiis passim de sua sorte consuluntur, possunt ab inquisitoribus puniri, *ibid. num.* 38.

Tam Ægyptianæ et Ægyptiani id facientes, quam omnes alii ipsos vel ipsas consulentes peccant mortaliter, si fiat cum firma fide vel scandalo, venialiter autem si ob curiositatem et risum, *ibid. num.* 39 *et* 40.

Affertur celebre dictum sancti Augustini de astrologis, *ibid. num.* 41.

ASTROLOGIA.

Astrologia, seu Astronomia quid? Vide *verb.* Mundus, *num.* 203.

ASTRUM.

Astrum quid sit. Vide *verb.* Mundus, *num.* 172.

Astra alia sunt fixa, et alia errantia: fixa vocantur *stellæ*, et errantia appellantur *planetæ*, et quare, *ibid. num.* 173 *et* 174.

ASYLUM.

Asylum. Vide *verb.* Immunitas, *art.* 3 *per tot.*

ATAVUS, ATAVIA.

Atavus, Atavia. Vide *verb.* Affinitas, *art.* 1, *sub num.* 15.

ATHEA.

Athea propositio quæ sit. Vide *verb.* Propositiones damnatæ, *num.* 47.

ATHEI (I, 866).

Quid de atheis quærendum; qui sint; duplex eorum genus. Vide *verb.* Athei, *num.* 1 *ad* 3.

Num gentes aliquæ existent omnino atheæ, *num.* 4 *ad* 8.

Nullum in republica tolerandum atheum, *num.* 9 *et* 10.

ATTENTATA.

Vide *verb.* Appellatio, *art.* 10, *n. num.*

ATTENTIO (I, 870).

Attentio quid, ac quotuplex sit, et per quid differat ab intentione. Vide *verb.* Attentio, *num.* 1 *ad* 4.

Attentio interna circa orationem est triplex, et assignatur, *ibid. num.* 5 *ad* 8.

Quælibet ex his tribus attentionibus adhuc est triplex, et assignatur, *ibid. num.* 9 *ad* 12.

Ad satisfaciendum præcepto de recitando divino officio, et de audienda vel celebranda missa requiritur sub culpa mortali nedum attentio externa, sed etiam interna, *ibid. num.* 13 *ad* 23.

Ad peccatum mortale incurrendum ob defectum debitæ attentionis internæ non est necesse, ut mentis evagatio sit deliberata, directeque volita, sed sufficit si sit volita indirecte, *ibid. num.* 24.

Si vero distractio non sit plene voluntaria, vel inadvertenter aliud cogitet, aut faciat, quousque advertat se distrahi, semper reputatur sufficienter attentus et per consequens satisfacit, etc., *ibid. num.* 25.

Clerici beneficiati, qui cum voluntariis distractionibus recitant divinum officium, licet mortaliter peccent, non tenentur tamen ad ullam fructuum restitutionem, dummodo integre, et cum intentione orandi et Deum colendi recitent, *ibid. num.* 26 *ad* 28. Contrarium tamen evincitur a theologo censore, *ibid. in not. et num.* 38.

Ad satisfaciendum præcepto recitandi divinum officium, vel audiendi, seu celebrandi missam sufficit attentio tacita vel implicita, *ib. num.* 22.

Qui officium incipit recitare, vel missam audire cum intentione recitandi vel audiendi debite, quoties dedita opera mentem non divertit, licet per totum officium vel missam distractus, non peccat mortaliter, saltem si scrupulosus, *ib. n.* 30 *et* 31.

Qui accedit ad ecclesiam de more ibi officium recitaturus, etc., sufficientem habet attentionem, ac proinde satisfacit, quamvis postea recitet, audiat, vel celebret involuntarie distractus, *ib. n.* 32.

Dummodo quis adhibeat mediocrem diligentiam pro repellendis distractionibus sese vexantibus, et

Digitized by Google

non supina, et crassa negligentia se evagari sinat, satisfacit præcepto cum sufficienti attentione, imo est absque culpa brevis evagatio mentis ad sublevamen, *ib. n.* 33 *et* 34.

Quandiu scrupuloso evidenter non constat quod mutaverit propositum recitandi attente, licet advertens, sciens, volens inhæserit cogitationibus plane alienis inter recitandum officium vel audiendum sacrum, credere potest se satisfecisse suæ obligationi, *ib. n.* 35.

An attentio ministri sit necessaria in conficiendo sacramento, num peccet si voluntarie se distrahat, *num.* 36 *et* 37.

## ATTRITIO.

Attritio. Vide *verb.* Pœnitentiæ sacramentum, *art.* 2.

## AUDITOR, AUDITORES (I, 876).

Auditores ut sic qui sint, et qualiter causam definire queant. Vide *verb.* Auditor, Auditores, *n.* 1 *et* 2.

Auditorum genera licet sint multiplicia, hic tamen nonnisi de auditore cameræ et auditoribus rotæ, *ib. n.* 3.

Auditor Cameræ habet jurisdictionem ordinariam, quæ per obitum papæ non exspirat, estque judex ordinarius appellationum a sententiis per ordinarios latis etiam extra statum ecclesiasticum, *ib. n.* 4 *et* 5.

Auditor cameræ generalem habet facultatem procedendi contra episcopos in quibuscunque causis etiam gravioribus, eosque puniendi absque speciali commissione, et signatura papæ; dummodo tamen monitoria contra episcopos ad comparendum personaliter nonnisi prævia commissione manu papæ signata decernat, *ib. n.* 6 *ad* 13.

Auditor cameræ de facto processit in variis causis contra episcopos ac archiepiscopos, et ei non est necessaria specialis commissio in scriptis ad procedendum contra episcopos, nisi in casu transmissionis monitorii ad personaliter comparendum, *ib. n.* 14 *ad* 18.

Auditor cameræ non potest cognoscere de causis ecclesiasticorum in prima instantia, nec monitoria decernere ad extrahendas partes a suis domiciliis; nec in beneficialibus etiam quoad judicium manutentionis inter beneficiatos, nec absolvere a censuris ex causa violatæ immunitatis eccles., *ib. n.* 19 *ad* 24.

Notarius auditoris cameræ, qui absque facultate sacræ congregationis per sua acta expedierat absolutionem cum reincidentia in causa violatæ immunitatis suspenditur ab exercitio sui muneris arbitrio eminentiss. præfecti, *ib. n.* 25.

Auditor cameræ in causis pendentibus in suo tribunali debet supersedere, si partes recurrant ad sacram congr. immunit. pro alicujus dubii declaratione, et illam exsequi, imo debet etiam supersedere in cognitione causæ, donec ab episcopo sit confectus processus, an confugitus gaudeat, necne, *ib. n.* 26 *et* 27.

Auditor cameræ est legitimus judex obligationum cameralium; unde potest judicare causas omnium prælatorum, cardinalium, regum, et imperatorum in proventibus, et aliis juribus ecclesiarum, pluribusque causis, quæ signantur, *ib. n.* 28 *ad* 30.

Est executor omnium litterarum, ubi quidem nullus alius est deputatus, solus ac privative; ubi vero deputati sunt alii cumulative, *ib. n.* 31.

Remissorias ac compulsorias dat, monitoria ad partes decernit, censuras promulgat, ac solus cognoscit de causis et litibus ortis vigore obligationis cameralis, et vigore suarum facultatum est executor obligationum cameralium privative quoad omnes : non potest tamen avocare causas obligationis cameralis introductas, sed solum motas in eadem Urbe, *ib. n.* 32, 33 *et* 34.

Auditor cameræ potest etiam in pluribus casibus procedere in causis regularium, quæ enumerantur cum respective advertendis, *ib. n.* 35 *ad* 45

Non potest autem auditor cameræ procedere, aut se ingerere in causis regularium, in quibus agitur de disciplina et morum correctione, nec in prima instantia nec in gradu appellationis, ut neque nuntii apostolici; sed regulares remitti debent suis superioribus, *ib. n.* 46 *ad* 50.

In casibus, in quibus auditor cameræ potest appellationes recipere a sententiis, et gravaminibus prælatorum regularium, inhibitiones minime decernit, nec præfectus signaturæ justitiæ dat commissiones, nisi prius citato procuratore ordinis, *ibid. numer.* 51.

Facultates auditoris cameræ circa commissiones causarum criminalium, *ibid. num.* 91 *et seqq.* et *verb.* Executor, *num.* 52.

Auditores rotæ duodecim esse debent, ad istum numerum sic redacti a Sixto IV et ex quibus nationibus esse debeant; *ibid. num.* 52 *et* 53.

Inter auditores sacræ rotæ Romanæ quidam ascrit olim fuisse Neapolitanum, *ibid. n.* 107 *et* 108.

Auditores rotæ in eorum origine erant capellani summi pontificis; exercentibus deinde causis decidendi, majoribus pressi summi pontifices unum tribunal ipsorum capellanorum erexerunt pro decisione talium causarum, et sacri palatii auditores sunt appellati, et unde postea auditores rotæ nuncupati, *ibid. num.* 54, 55 *et* 56.

Horum auditorum, seu rotæ Romanæ decisiones sunt tantæ existimationis, quod prævaleant communi opinioni, ac eorum jurisdictio, auctoritas, officium, et obligatio late statuta est a pluribus Romanis pontificibus, qui assignantur, *ibid. num.* 57 *et* 58.

Eorum locum tenentes non possunt manifestare vota sua sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, possunt vero significare difficultates, motiva, et rationes, ob quas dilata est resolutio in aliqua causa, reticito tamen nomine eorum, qui illas adducunt, *ibid. num.* 59 *et* 60.

Auditorum rotæ adjutores, manuenses, et alii, qui sciunt tractatus, et causas, sub eadem censura tenentur celare, et nulli patefacere, *ibid. num.* 61.

Auditores rotæ accipientes aliquod munus a notariis ratione officii incurrunt excommunicationem, et tenentur ad restitutionem in duplo erogandam pauperibus, imo nihil recipere possunt, neque per se, neque per alium a partibus litigantibus, exceptis quibusdam solitis pro festis natalitiis, et Augusti Kalendis, *ibid. num.* 62, 63 *et* 64.

Auditores rotæ nequeunt votum proferre in causis propriis suorum consanguineorum usque ad secundum gradum consanguinitatis, dominorum, familiarium, et ecclesiarum sui beneficii, et tunc debent exire; imo dictæ causæ modo prohibentur exagitari in rota, *ibid. num.* 65 *et* 66.

Auditores rotæ prohibentur dare consilium, sive publicum, sive privatum in causis pendentibus, sive introducendis in rota, et si dederint, debent repelli a voto ferendo, ut etiam in causis, quas ut advocati patrocinati sunt antequam auditores eligerentur, *ibid. num.* 67 *et* 68.

Auditores rotæ permultis gaudent privilegiis, quorum varia recensentur, ne loca, ubi alia spectari possunt, innuuntur, *ibid. num.* 69 *ad* 83.

Auditores rotæ ubi olim congregarentur, et ubi congregentur nunc, qua hora, et pro quo tempore, *ib. num.* 84 *et* 85.

Auditores rotæ missam semper audiant collegialiter in rota, antequam ad causarum discussionem procedant, *ibid. num.* 86.

Antequam novus auditor in hanc congregationem, seu collegium admittatur, ultra publicum examen.

Digitized by Google

debet etiam sustinere examen privatum coram eminentissimo vicecancellario, *ibid. num.* 87.

Rotæ jurisdictio quoad singulos quando cesset, et quomodo regulari debeat circa personas, loca, festa, causas, et alia omnia, *ibid. num.* 88 *ad* 90.

Auditoribus rotæ conceditur delatio rochetti per Urbem, et habitum consistorialium advocatorum assumere non possunt sine licentia collegii; *ibid. num.* 95 *et seq.*

Ab auditoribus rotæ assumi consuevit regens cancellariæ, *ibid. num.* 97.

Quonam in ordine auditores rotæ ministrent summo pontifici, et quodnam illi, eorumdemque decanus habeant officium circa pallia, *ibid. num.* 98 *et* 99.

Quænam causæ pertineant ad rotæ auditores, et quomodo, et quonam ordine cognoscendæ, *ibid. num.* 100 *et seqq.*

Auditor papæ exsecutioni legum a pontifice statutarum pro tribunali viarum peculiariter invigilare jubetur, *ibid. num.* 94.

Auditor papæ tanquam secretarius congregationis œconomice examinare et approbare debet causas mittendi commissiones criminales ex officio a tribunalibus card. vicarii, et A. C. *ibid. num.* 94.

AUGURIUM.

Augurium quid sit. Vide *verb.* Superstitio, *num.* 20.

AUGUSTANA CONFESSIO (I, 902).

Unde sic dicta et quis eam cudit. Vide *verb.* Augustana confessio, *num.* 1 *et* 2.

Variæ ejus editiones inter se discrepantes, *num.* 3 *ad* 5.

A Jeremia Constantinopolitano patriarcha, cui missa fuerat, gravi censura notatur, *n.* 6 *et* 7.

Ejus confessionis summa, et auctores catholici qui eam refellerunt, *num.* 8 *ad* 11.

Alii Lutheranorum symbolici libri, *num.* 12.

AUREA.

Aurea pro solvenda pensione quomodo intelligenda? Vide *verb.* Pensio, *a num.* 115 *ad* 118.

AUREOLÆ.

Aureolæ beatorum quid, et quod sint, et cur sic dictæ : Vide *verb.* Dos, Dotare, *art.* 1, *num.* 5.

AUREUS NUMERUS.

Aureus numerus quid sit, et cur sic appelletur; Vide *verb.* Kalendarium, *num.* 64 *ad* 66.

AURORA.

Aurora unde dicta, qualiter pro diversitate mensium diverso tempore præcedat solem, et quomodo sumenda pro licita missarum celebratione. Vide *verb.* Aurora, *num.* 1, 2 et 3.

AUSPICIUM.

Auspicium. Vid. *verb.* Superstitio, *num.* 29.

AUTONOMIA (I, 908).

Autonomia quid sit; eam plures docti viri, gravissimis ducti momentis, oppugnarunt. Vid. *verb.* Autonomia, *num.* 1 *ad* 9.

Frustra protestantes zizaniorum parabolam urgent, et allegant florentem reipublicæ statum, ubi autonomia recepta, et multa alia, *num.* 10 *ad* 12.

Quomodo factum est ut primum in *Pace religiosa*, deinde *Westphalica* religionis electio protestantibus libera dimitteretur, *num.* 13.

AVARITIA (I, 910).

Avaritia quid sit, et in quibus consistat. Vide *verb.* Avaritia, *n.* 1 *et* 2.

Avaritia in avaro potest considerari circa Deum, circa proximum, et circa se ipsum, idque totum plene reseratur, *ib. n.* 3 *ad* 6.

Avaritia semper est lethalis, ubi opponitur justitiæ in re gravi, et aliquoties est etiam lethalis, licet ei non opponatur, at ubi opponitur soli liberalitati, est peccatum ex genere suo veniale, *ib. n.* 7, 8 *et* 9.

Avaritia opponitur duplici virtuti, scilicet justitiæ, et liberalitati, et describuntur justitia, liberalitas, et prodigalitas, *ib. n.* 10 *ad* 13.

Prodigalitas licet ex genere suo sit tantum peccatum veniale, potest tamen ab extrinseco fieri mortale, *ib. n.* 14.

Avaritia septem habet filias, quæ enumerantur, et pro ea fugienda adducuntur varii sacræ Scripturæ textus, necnon notabile sancti Hieronymi dictum de avaris, *ib. n.* 15, 16 *et* 17.

Inter peccata capitalia numeratur, et quare, *num.* 18.

Vitam et honestatem clericorum maxime maculat, et quam ab ea Ecclesia abhorreat, *num.* 19 *et* 20.

AVE REGINA.

Vid. *verb.* Antiphona, *num.* 41 *et seq.*

AVIA.

Avia, Avus, Avus paternus et maternus, qui. Vide *verb.* Affinitas, *art.* 1, *num.* 15.

AXIS MUNDI.

Axis mundi quid sit. Vide *verb.* Mundus, *num.* 128.

AZYMI PANES.

Azymos panes tradere Christianis prohibitum est sub gravibus pœnis Hebræis, et eorum comestio ritu judaico prohibita est Christianis. Vide *verb.* Eucharistia, *in appendice seu nov. art. num.* 8.

# B

BACCHANALIA (I, 914).

Duo abusus præcipue ab ecclesia in bacchanalibus reprobantur, scilicet ea producere ultima nocte usque ad diem Cinerum, et incedere personatum diebus festis. Vide Bacchanalia *n.* 1.

Hujusmodi abusus a Benedicto XIV prohibentur in ecclesiastica ditione, *ibid. a num.* 2 *ad num.* 5.

Monet laudatus pontifex se cætera Bacchanalia luda minime probare, adducitque exempla sanctorum virorum, suorumque prædecessorum, opponitque bacchanalibus pravitatibus specialia pietatis exercitia, *ibid. num.* 6 *ad* 11.

Unde Bacchanalia nomen et originem trahant; quis eorum fuit progressus; quid in iis vulgo agitur, et an conforme sit juri, honestati, pietati et fidei Christianorum, *ibid. num.* 12 *ad* 18.

BACULUS (I, 917).

Baculus est duplex, alius communis, alius pastoralis, unum ex insignibus episcopalibus, et cur sit acutus in fine, rectus in medio, et retortus in summo. Vide *verb.* Baculus, *num.* 1 *et* 2.

Baculo communi possunt uti omnes, etiamsi aureus vel argenteus sit, excepto sacerdote, qui eo uti non potest in altari missam dicens, neque ad altare cum eo accedere, *ibid. a num.* 3 *et* 4.

Baculo pastorali varia indita fuerunt nomina, *ib. num.* 14.

Baculi pastoralis et regum sceptri origo, *ibid. num.* 15 *et seq.*

Baculo pastorali non possunt uti nisi episcopi, et alii privilegiati, *ibid. num.* 5.

Papa non utitur baculo pastorali, nisi in diœcesi Trevirensi, et affertur historia, quare ipse non utatur alibi, et cur ibi, *ibid. num.* 6 *ad* 10.

Qui utitur baculo pastorali, potest uti et mitra; *ibid. num.* 11.

Baculo pastorali non semper utitur episcopus suffraganeus, *ibid. num.* 12.

Digitized by Google

Quare baculus pastoralis competat abbatibus; *ib. num.* 17 *et seqq.*

Baculo et mitra in processionibus extra suum monasterium non potest uti abbas, nec ante se deferri facere facultatem habet, *ibid. num.* 13, et *verb.* Abbas, *sub num.* 31.

Baculus pastoralis quare tradatur in manibus novi consecrati episcopi. Vide *verb.* Episcopus, *art.* 2, *n.* 52.

An episcopus celebrans extra propriam diœcesim uti possit baculo pastorali, *ibid. num.* 20.

Baculi antiquitas, origo, forma, materia et qui eo uti possint, *ibid. num.* 21 *ad* 26.

De baculo abbatum et pœnitentium, *num.* 27 *et* 28.

BALDACHINUM (I, 924).

Baldachini usus est concessus nedum episcopis, sed etiam pluribus abbatibus, aliisque privilegiatis, tamen sine auro et gemma, ac tribus tantum anni festivitatibus. Vide *verb.* Baldachinum, *num.* 1, 2.

Abbates, aliique privilegiati episcopis inferiores nequeunt tenere baldachinum, et sedem abbatialem fixam, et permanentem prope altare, ut sedes episcopalis retineri solet, *ibid. num.* 3, 16 *et* 17.

Baldachino uti principaliter nequeunt abbates in officio, et missis defunctorum, nec etiam cum solemni ritu in suis ecclesiis celebrant exsequias nobilium virorum et principum; *ibid. a num.* 4 *ad* 5.

Regulares tenentur in propriis ecclesiis erigere baldachinum episcopo volenti ibi pontificales functiones exercere; moniales tamen iis subjectæ non tenentur erigere baldachinum episcopo clausuram visitare volenti, *ibid. num.* 6 *et* 7.

Baldachinum a propriis personis, quibus de jure, consuetudine, vel privilegio competit, non autem ab eorum substitutis deferendum est, ac ejusdem hastæ deferendæ, ut in cæremoniali episcoporum, nec est parandum pro benedictione sponsi et sponsæ, *ibid. num.* 8, 9 *et* 10.

Baldachinum non potest erigi a vicario episcopi, episcopo absente, in ecclesiis monasteriorum Cassinensium invitis monachis, *ibid. num.* 11.

Baldachinum in ecclesia loci dominus, seu marchio, comes, vel baro erigere non potest, et si erecta, omnino removenda sunt, ac contra renuentes possunt episcopi procedere juris remediis usque ad censuras, ac pro iis, et similibus affertur decretum generale, *ibid. num.* 12 *ad* 15, et *verb.* Ecclesia, *art.* 5, *num.* 30.

Imaginem beatissimæ Virginis cum baldachino, et intortitiis in processione deferri non est prohibendum, et idem dicendum de imaginibus, seu statuis sanctorum. Vide *verb.* Processiones, *num.* 37, 38.

Quale baldachinum competat episcopo pontificalia exercenti, *ibid. num.* 18.

Referendarii utriusque signaturæ in processionibus pontificiis deferre debent baldachinum, *ibid. num.* 24.

Si referendarii deficiant, quinam deferre debeant baldachinum, *ibid. num.* 25.

Principi supremo debitum est baldachinum in ecclesia, et ubi, *ibid. num.* 20 *et* 21.

Num etiam debitum sit baldachinum principi, qui aliquam habet subjectionem, polle vero principalioribus juribus imperii, *ibid. num.* 22.

BANNITUS, BANNUM (I, 927).

Bannitus unde dicatur, ejusque proscriptio quid sit, ac quotuplex bannitorum genus. Vide *verb.* Bannitus, bannum, *num.* 1 *ad* 4.

Banniti Latine sacri et proscripti, sed improprie, *ibid. num.* 60, 61 *et seqq.*

Banniti olim communi jure incogniti, *ib. n.* 67.

Capitaliter banniti possunt licite etiam in foro conscientiæ occidi a quacunque etiam privata persona, quæ non sit ecclesiastica, quatuor intervenientibus conditionibus, quæ assignantur, *ibid. num.* 5 *ad* 10.

Talibus conditionibus intervenientibus, possunt banniti etiam proditorie per insidias, aut veneno occidi, imo inter se ipsos possunt eodem modo se ad invicem interficere, *ibid. num.* 11 *et* 12.

Laudatur a pluribus doctoribus usus quorumdam principum, qui proponunt præmia bannitos occidentibus, id tamen non nisi ob gravissimas causas concedendum, maxime ne in culpa mortali exsistentes, sicut plurimum accidit, occidantur, *ibid. num.* 13 *et* 14.

Assignatur ratio, cur a republica flat potestas occidendi bannitos sine culpa, et cur peccet maritus occidendo adulteram, vel uxorem, *ib. num.* 15.

Ecclesiastici licet occidendo bannitos essent immunes a pœna temporali, graviter tamen peccarent, *ibid. num.* 16.

An qui occidit bannitum immunis a pœna esse debeat, si bannum fuerit ipso jure nullum, *ibid. num.* 68 *et seqq.*

Bannitum juste damnatum ad mortem posse occidere aggressorem tenent aliqui, at reliqui communissime merito hoc negant, *ibid. num.* 17 *ad* 20.

Regulares prohibentur receptare et retinere in conventibus bannitos, fallitos, ære alieno gravatos, *ibid. num.* 21, 22.

Banniti non possunt receptari, et retineri in statu ecclesiæ, neque a baronibus, neque ab aliis, sed fugari debent sub gravissimis pœnis, et eos non revelantes intra tres dies similes pœnas incurrunt, *ibid. num.* 23 *et* 24.

Bannitos receptans in statu ecclesiæ, vel faciens cum eis treguam, præter excommunicationem incurrit crimen læsæ majestatis, uti etiam occultantes, etc.; vel impedientes alios, ne, etc.; fiunt rei læsæ majestatis, et privantur omni ecclesiastico beneficio, honore et dignitate, *ibid. num.* 25 *et* 26.

Banniti in statu ecclesiæ a solo papa aggratiari queunt, vel componi, *ibid. num.* 27 *et* 28.

Banniti, vel alii exsules urbis Romæ minantes partibus offensis, nisi pacem habeant cum eis, crimen læsæ majestatis incurrunt, uti etiam deferentes litteras, vel ambasciatas de hac re ad partes offensas, *ibid. num.* 29 *et* 30.

Bannitus occidens alium hominem ad consequendam gratiam non potest aggratiari, nisi se ipsum præsentet, *ibid. num.* 31.

Conceditur facultas episcopo carcerandi in propriis carceribus bannitos abutentes ecclesia, ad quam confugerant, et ordinariis extrahendi ab ea bannitos obsidentes vias publicas, et itinera frequentata, *ibid. num.* 32 *et* 33.

Conceditur facultas ejiciendi e locis immunibus infra triduum bannitos committentes ibi atrocia et publica furta, et episcopo consignandi bannitos captos in feudo mensæ episcopalis, ac eminentiss. Urbis vicario absolvendi, sive per se, sive per alium cooperatores extractioni ab ecclesia aliquorum delinquentium, qui fuerunt jugulati, *ibid. num.* 34, 35 *et* 36.

Bannitus capitalis ab aliis bannitis violenter extractus a scalis ecclesiæ gaudet immunitate, ut quoque violenter a laicis ab ecclesia extractus, et in carceres laicales conjectus, non obstante, quod post ejus fugam e carceribus, fuerit elapsis sex mensibus captus in loco non immuni, *ibid. num.* 37 *et* 38.

Contra dominos laicos, personas ecclesiasticas bannientes, relegantes, etc., est indicta pœna excommunicationis ipso facto, et eorum oppida, et communitates supponuntur interdicto, et aliæ adsunt pœnæ per leges tum canonicas, tum imperiales, *ibid. num.* 39 *ad* 41.

Bannum a communitate publicatum, ne quis accedat ad molendum in molendino pertinente ad

Digitized by Google

mensam archiepiscopalem, est invalidum, ut etiam alia plura laicalia, quæ inferuntur, et omne id genus revocandum ea forma, qua publicatum, *ibid. num.* 45 *ad* 57.

Bannitus propter homicidium præmeditatum, sive sit clericus, sive laicus, non gaudet immunitate ecclesiastica in foro ecclesiæ, et Lucensi, *ibid. num.* 58 *et* 59.

Banniti an occidi possint extra territorium, et sepeliri in territorio in quo fuerunt banniti, *num.* 71, 76.

An gaudeant immunitate ecclesiastica, et capaces sint successionis, *num.* 73, 74.

An incurrat fautorum pœnas qui eos sepelit, *num.* 77.

Variæ hujus vocis significationes, *num.* 72.

## BAPTISMUS (I, 938).

### BAPTISMUS QUOAD EJUS INSTITUTIONEM, DIVISIONEM, ET NECESSITATEM.

Baptismus fuit a Christo institutus ante suam passionem et mortem. Vide *verb.* Baptismus, *art.* 2, *num.* 1 *ad* 5 *et num.* 21.

Baptismus est triplex et assignatur, nec sequitur, quod tria sint baptismi sacramenta; ast solus baptismus fluminis est hujusmodi, *ibid. num.* 6 *ad* 12.

In defectu autem baptismi fluminis sufficit ad salutem baptismus flaminis, vel sanguinis, *ibid. num.* 13 *ad* 15.

Baptismus extra casum necessitatis est omnibus ad salutem necessarius necessitate medii, parvulis in re, adultis vero in re, vel in voto, *ibid. num.* 16, 17 *et* 18.

Baptismi fides non est simpliciter necessaria pro contrahendo matrimonio, *ibid. num.* 19.

Baptismum non esse validum, nisi simul chrisma et eucharistia conferatur, damnavit Bened. XII, *ibid. num.* 20.

De tempore quo cœpit obligare baptismus, *ibid. num.* 22.

### BAPTISMUS QUOAD EJUS MATERIAM.

Materia baptismi quotuplex, et quotupliciter fiat ablutio. Vide *verb.* Baptismus, *art.* 2, *num.* 1, 2 *et* 3.

Quænam sit materia baptismi valida, quæ invalida, et quæ dubia, *ibid. num.* 4 *ad* 12.

Peccat mortaliter qui in solemni baptismo absque necessitate adhibet aquam aliam, quam benedictam in sacro fonte, non sic in privato, *ibid. num.* 13 *et* 14.

Peccat mortaliter, qui cum possit habere materiam validam, adhibet pro suo libito aliam, vel impuram, et turbidam absque gravi necessitate, *ibid. num.* 15 *et* 16.

Baptismus extra casum necessitatis conferri non debet aqua communi, vel ea, quæ pro lustratione benedicitur. Vide *ibid. art.* 6, *num.* 20.

In necessitate, quando non potest haberi materia certo valida, non solum licite potest, sed etiam sub mortali tenetur quis adhibere aquam dubiam; et quando ablutio fieri non potest in capite, vel alia parte principali, in quacunque minima parte corporis est facienda, dumque dubitatur vel de materia, vel de parte, baptismus conferendus est sub conditione, et assignatur praxis in his, ac similibus adhibenda, *ibid. num.* 17 *ad* 21.

An minima quantitas aquæ ad baptismum sufficiat, *num.* 22.

Variæ sententiæ circa baptismi validitatem quoad concurrentiam materiæ et formæ, *num.* 23, 24.

An valeat baptismus per aspersionem aut effusionem, *num.* 25.

Trinam immersionem Patres commemorant, *num.* 26.

Quo tempore effusionem adhibere cœperint Latini, *num.* 27.

### BAPTISMUS QUOAD EJUS FORMAM

Assignatur vera forma baptismi pro ecclesia Latina, et pro Græca una cum motivo, et ratione diversitatis. Vide *verb.* Baptismus, *art.* 3, *num.* 1 *ad* 5.

Ad essentiam formæ baptismi quatuor necessario requiruntur et referuntur, *ibid. num.* 6 *ad* 11.

De aliis particulis in dict. forma baptismi usitatis, scilicet *Ego*, *In*, *Amen*, varii varia sentiunt, et assignantur in specie variæ formæ validæ, variæ invalidæ et variæ dubiæ, *ibid. num.* 12 *ad* 51.

An valida sit forma Chaldæorum, *num.* 52.

An sit necessaria invocatio SS. Trinitatis, *num.* 53.

An collatus fuerit baptismus in solo nomine Jesu aut Christi, *num.* 54.

### BAPTISMUS QUOAD EJUS MINISTRUM.

Baptismi minister ordinarius ex officio, et solemnis cum solitis ecclesiæ cæremoniis est papa in toto orbe, episcopus in sua diœcesi, et parochus in sua parochia, vel alius sacerdos ab ipso delegatus. Vide *verb.* Baptismus, *art.* 4, *num.* 1 *et* 2.

Diaconi, subdiaconi, et alii clerici inferiores non possunt ex vi sui muneris, et ordinationis baptismum solemniter cum solitis ecclesiæ cæremoniis administrare; quod si audeant, irregularitatem incurrunt; possunt tamen ex commissione episcopi in defectu sacerdotum, *ibid. num.* 3 *ad* 6.

Diaconus factus parochus potest solemniter baptizare, antequam sit sacerdos secundum aliquos; at verius non potest secundum alios, *ibid. num.* 7 *ad* 10.

In casu necessitatis validus, et licitus minister baptismi est quilibet homo usum rationis habens cum debita intentione, *ibid. num.* 11 *et* 44.

Baptismus a bigamo administrari non debet etiam in necessitatis casu, si alius adsit magis idoneus, *ibid. num.* 45.

Quinimo etiam extra casum necessitatis validus est baptismus collatus ab hæretico et pagano, *ibid. num.* 12 *et* 13.

Infideles ad fidem conversi in locis, ubi non adsunt episcopi, nec parochi, possunt licite baptizari etiam solemniter, et extra casum necessitatis a missionariis secus si adsint, *ibid. num.* 14 *et* 15.

Et a fortiori non licet eis, nec aliis baptizare infideles ad fidem conversos in locis Christianorum, cum hoc spectet ad episcopum, et ipso impedito, vel nolente, ad parochum domicilii ipsius infidelis baptizandi, quod in præjudicium parochi domicilii nec prætendi potest a parocho cathedralis, *ibid. num.* 16 *et* 17.

Sacerdotes, sive parochi alienæ parochiæ baptizantes alienum subditum sine licentia proprii parochi, vel episcopi extra casum necessitatis peccant mortaliter, et possunt severe puniri, *ibid. num.* 18 *et* 46.

Quamvis episcopus alteri sacerdoti, etiam parocho invito, facultatem baptizandi, aliaque sacramenta ministrandi delegare possit, id tamen raro, et non nisi urgenti de causa facere debet, *ibid. num.* 19.

Sacerdotes, sive parochi alienum subditum sine licentia baptizantes non incurrunt aliquam censuram et irregularitatem, quam tamen ultra mortale incurrunt diaconi baptizantes solemniter sine debita licentia etiamsi in casu necessitatis, *ibid. num.* 20 *ad* 22.

Subdiaconi, et alii clerici inferiores, et a fortiori laici solemniter baptizantes etiam in casu necessitatis contrahunt irregularitatem, etiamsi baptizarent ex commissione episcopi, *ibid. num.* 23 *ad* 27.

Clerici inferiores, et laici, et etiam sacerdotes censura irretiti baptizantes extra casum necessitatis etiam privatim graviter peccant, *ibid. num.* 28.

Qui in casu necessitatis conferendi baptismum non servant debitum ordinem, ut videlicet inferior

Digitized by Google

in baptizando cedat superiori, seu digniori, præsenti, peccant juxta gravitatem, vel levitatem injuriæ majori præsenti irrogatæ, nisi justa causa id suadeat, *ibid. num.* 29, 30 *et* 31.

Unus solus minister potest in casu necessitatis plures simul per aspersionem baptizare, quod extra necessitatem lethale est : atque in præmisso casu plura formaliter forent baptismata, *ibid. num.* 32 *ad* 34.

Plures ministri simul valide baptizant, si quilibet abluat, et formam proferat independenter ab intentione alterius; secus si unus aquam effundat, et alter verba proferat, *ibid. num.* 35 *et* 36.

Si plures simul concurrant ad eumdem baptizandum sub hac forma : *Nos te baptizamus, in nomine Patris*, etc., nullum faciunt baptismum, *ibid. num.* 37.

Baptizatus a Christo, vel ab angelo est valide baptizatus, *ibid. a num.* 38 *ad* 40.

In casu necessitatis, si nullus alius exsistat, potest baptizare pater, vel mater pueri sine solutione conjugii, seu absque debiti matrimonialis præjudicio, nunquam tamen quis se ipsum baptizare valet, *ibid. num.* 41 *et* 42.

Baptismus quando conferendus necne sub conditione, *ibid. a num.* 47 *ad* 51.

Monachi et regulares, nedum in casu necessitatis, sicuti omnes alii, possunt valide et licite baptizare, sed etiam extra de licentia ordinarii, vel parochi possunt licite baptizare, *ibid. num.* 43. Vide etiam *verb.* Regulares, *art.* 1, *num.* 116.

An puerum alias sine baptismo moriturum projicere liceat in flumen, vel puteum. Vide *verb.* Minister sacramentorum, *num.* 55 *et* 56.

BAPTISMUS QUOAD EJUS SUBJECTUM, ET DISPOSITIONES IN SUBJECTO REQUISITAS.

Subjectum capax baptismi est omnis, et solus homo viator etiam vix natus. Vide *verb.* Baptismus, *art.* 5, *num.* 1.

Item capaces sunt, et baptizari debent furiosi, et amentes a nativitate, qui nullis gaudent lucidis intervallis, et qui ex sana mente in furorem et amentiam inciderunt, si pro tempore sanæ mentis baptismum petierint, vel voluntatem illius recipiendi sensibiliter exhibuerint, *ibid. num.* 2, 3 *et* 4.

Pariter baptizari debent monstra ex viro et muliere genita; et si constet ex geminatis partibus principalibus corporis duas habere animas, bis sunt baptizanda : si vero dubitetur an duas habeant animas, bis baptismus conferri debet, unus absolute in illa parte, in qua perfectius apparet caput, et alius in alia sub conditione, *ib. num.* 5 *et* 6.

Monstrum genitum ex muliere et bruto baptizari non debet, bene vero, si sit ex viro, et bruto femella, in dubio autem an sit ex bruto masculo, vel ex viro, baptizari debet sub hac conditione : *Si homo es*, etc., *ib. num.* 7, 8 *et* 9.

Si daretur casus, quod infans non via ordinaria, et per seminalem generationem, sed miraculose formatus ex humana carne prodigiose nasceretur, an esset baptizandus, *ib. num.* 10.

Filii parvuli quorumcunque infidelium, sive nunquam baptizatorum, sive jam baptizatorum possunt valide baptizari invitis parentibus, *ib. num.* 11 *et* 12.

Filii parvuli infidelium baptizatorum, id est hæreticorum, seu apostatarum a fide, nedum valide, sed etiam licite possunt baptizari invitis parentibus, si ita velint legitimi superiores, *ib. num.* 13.

Filii infidelium nunquam baptizatorum ordinarie loquendo non possunt licite baptizari invitis parentibus etiam degentibus in ditionibus principum Christianorum, idque expresse prohibetur, et qui id faceret, ultra grave peccatum, esset severe puniendus, *ib. n.* 14 *ad* 16.

Prohibitum est *ordinarie loquendo*, quia dantur aliqui casus, in quibus parentibus invitis, possunt eorum filii licite baptizari, et selecti proponuntur, *ibid. num.* 17 *ad* 23.

Multa docte ac sapienter stabilita fuerunt a Benedicto XIV circa baptismum Hebræis collatum reluctantibus parentibus, *ib. art.* 7 *num.* 47 *et seq.*

Pariterque docte definit quandonam Hebræus sit evocandus, et Christianis tradendus, si nuntio haud dubio delatus sit desiderare baptismum, *ib. num.* 90 *et seq.*

Ac tandem docte definit circa baptismum sponsarum et conjugum Hebræarum ab earum viris oblatarum fidei Christianæ, *ibid. n°* 51 *et seq.*

Quomodo et quando conferri debeat baptismus filiis mulierum Christianarum ex contubernio Turcarum genitis, *ib. n.* 36 *et seqq.*

In infantibus ante usum rationis, et in perpetuo amentibus nulla requiritur moralis dispositio, tam ad valide quam ad fructuose recipiendum baptisma ; in adultis vero ad recipiendum valide et fructuose tres dispositiones requiruntur, et assignantur, *ib. num.* 24 *ad* 27.

Eædem dispositiones ex Tridentino afferuntur, *ib. num.* 27.

Non requiritur tamen in ipsis adultis baptizandis exterior peccatorum confessio; imo ad recipiendum baptismum valide in adultis ratione utentibus requiritur solum prima dispositio ex assignatis, et sufficit quilibet consensus voluntarius licet cum involuntario mistus, et aliæ duæ dispositiones requiruntur solum ad eum fructuose recipiendum, *ib. num.* 28 *ad* 32.

Recedente fictione, id est posito actu fidei, et doloris de peccatis, tunc recipitur etiam fructuose absque reiteratione ex vi præteriti baptismi recepti sine fide et dolore, *ib. num.* 33.

Et idem de hæreticis, qui baptizati in hæresi recipiunt valide baptismum, et recedente fictione, id est abnegata hæresi, recipiunt statim gratiam, *ib. num.* 34.

Filii expositi quando, et quomodo debeant baptizari. Vide *verb.* Expositi filii.

Catechumeni non ante, sed post baptismum veste candida sunt induendi. Vide *verb.* Vestis, *num.* 18.

Baptismus adulto conferri non debet nisi antea instructus fuerit in mysteriis fidei, quæ sunt necessaria necessitate medii, *ib. num.* 53 *et seqq.*

Quid sentiendum, et quomodo practicandum sit circa baptismum violenter, atque animo plane contrario susceptum, *ib. num.* 56 *et seqq.*

Baptismus ab adulto susceptus, animo suspiciendi lavacrum tanquam Ecclesiæ Christianæ proprium est validus, *ib. num.* 61.

Emendatur auctoris opinio circa monstra, et circa baptismum infantium Hebræorum et infidelium, *ib. num.* 68 *ad* 90.

De adultorum baptismate variæ circumstantiæ, *ib. num.* 91 *ad* 115.

De sponsis et conjugibus Hebræis, ab earum viris fidei Christianæ oblatis, *ib. num.* 116 *ad* 126.

De moribundo baptizando, *ib. num.* 127 *ad* 129.

Si adultus post petitionem baptismi eum nolle dicat, tamen sub conditione baptizandus, si dubitetur an renuat ex phrenesis læsione ; item si de veritate testis, *ibid. num.* 130, 131.

Quomodo agendum circa surdos, cæcos ac mutos adultos non baptizatos, *num.* 132.

Quædam in praxi observanda quoad baptismum monstris conferendum, abortis necnon et fœtibus in sinu matris adhuc inclusis, *ib. num.* 133 *ad* 140.

Digitized by Google

BAPTISMUS QUOAD TEMPUS, LOCUM ET CÆREMONIAS.

Baptismus est ab omnibus suscipiendus quamprimum, nec amplius pro parvulis differendus ad Pascha, vel Pentecosten, sed iis præstari potest statim ac nati, imo ex concilio Mediolanensi sub pœna excommunicationis non ultra tres dies protrahendus. Vide *verb.* Baptismus, *art.* 6, *num.* 1 *ad* 4.

Aliquis tamen solemnior baptismus apud principes cum gravi causa, potest differri usque ad sesquimensem, *ib. num.* 5.

Adulti mortaliter peccant, si absque justa causa diu differant suscipere baptismum, *ibid. num.* 6.

Baptismus valide in febris ardore, insania, somno, vel furore confertur iis qui ante præmissa illum expostularunt, *ib. art.* 5, *num.* 60.

Baptismus extra casum necessitatis est omnibus ministrandus in ecclesiis, ubi sunt fontes, exceptis filiis regum et principum, ac qui eorum nomine veniant, declaratur, *ibid. num.* 7 *ad* 12.

Illæ cæremoniæ sunt adhibendæ in baptismo, quibus utitur Ecclesia Romana, *ib. num.* 13.

Per filios principum intelliguntur etiam nepotes et pronepotes, *ib. num.* 12.

Quisque parochus habens fontem baptismalem infantes in sua parochia natos baptismate privative quoad alium purgare debet, *ib. art.* 1, *num.* 46.

Quomodo et quando baptizandus, vel non sit infans in utero matris, *ib. art.* 5, *num.* 65 *et seq.*

Baptismus infantibus protrahi non debet ultra præfixum tempus ab Ecclesia, *ib. num.* 25.

Baptismi conferendi ritus et cæremoniæ in Rituali præscriptæ sine gravi causa omitti haud debent, vel cito debent suppleri, *ib. num.* 19.

Baptismi cæremoniæ, quibus nunc utitur Ecclesia, fuerunt ex tempore apostolorum, nec mutari, aut omitti possunt a privatis personis, nec ab episcopis, et omissæ in privato, supplendæ in Ecclesia, *ib. num.* 14, 15 *et* 16.

Cæremonias omnes, aut etiam unam principaliorem omittere, et negligere extra casum necessitatis est peccatum mortale, *ib. num.* 17.

In baptismo conferendo omitti non debent sacramentalia, et signanter saliva, sal, et insufflatio, *ib. num.* 21.

Quid circa hæc statuerit Clemens XII, pro missionariis regnorum Maduren. Mayssur. et Carnaten. Vide *ib. num.* 22 *et* 23.

Baptismus conferendus est a propriis respective parochis in propria parochiali ecclesia, non obstante contraria consuetudine, *ib. num.* 18.

A baptismo excludi debent ii qui de sacramentalibus cæremoniis ab Ecclesia præscriptis perperam sentiunt, *ib. num.* 26.

Iis qui baptismo lavantur, non sunt imponenda nomina idolorum, aut falsæ religionis, sed sanctorum in Martyrologio Rom. descriptorum, *ib. num.* 24.

Quonam ritu baptizari debent nati ex patre, et matre Græca, vel patre tantum, aut matre Græca, matre, vel patre Latino, *ib. art.* 5, *num.* 39 *et seqq.*

Quomodo probetur baptismi collatio, *ib. art.* 5, *num.* 62 *et seqq.*

BAPTISMUS QUOAD EJUS EFFECTUS ET PATRINOS.

Baptismi effectus quot exstant præcipui, indicantur. Vide *verb.* Baptismus, *art.* 7, *num.* 1 *ad* 3.

Ad rem adducuntur verba sancti Joannis Chrysostomi, *ib. in not. ad num.* 3.

Patrinus saltem unus requiritur sub peccato mortali in baptismo solemni, ex antiquissima Ecclesiæ consuetudine; non peccatur autem, si absque patrino baptismus privatim administretur, *ib. num.* 4 *ad* 8 *exclusive.*

Patrinus baptismi unus, vel una esse debet, vel ad summum duo, unus masculus, et alia femina; nec episcopus potest dispensare, ut duo viri vel duæ feminæ simul suscipiant, *ib. num.* 8, 9 *et* 10.

Qui plures patrinos vel matrinas adhiberet, peccaret mortaliter: si tamen plures designati suscíperent, omnes cognationem spiritualem contraherent, *ib. num.* 11 *et* 12.

Patrinos designare spectat ad parentes, non autem ad parochum, unde si alii a parocho, et alii a parentibus sint designati, contrahunt cognationem solum designati a parentibus; at si nullum designaverint, veri patrini erunt, quos parochus nominaverit, *ib. num.* 13 *et* 14.

Si autem nullus specialiter esset designatus patrinus ex negligentia, aut oblivione parentum, seu parochi, et multi simul tenendo tangerent baptizatum aut de fonte æque susciperent, omnes contraherent cognationem spiritualem, *ib. num.* 15.

Si incertum sit, quis ex pluribus qui tetigerunt, fuerit designatus, aut quis primus tetigerit, omnes contraxisse decisum est, *ibid. num.* 16.

Levans de fonte infantem tanquam procurator nomine alterius non contrahit cognationem sed ipsam contrahit mittens, seu mandans, *ib. num.* 17.

Ex duobus patrinis designatis, quorum unus tangit infantem in baptismo, et alter assistit, sed non tangit, contrahit cognationem solum is qui tangit, *ib. num.* 18.

Licet ad munus patrini non possint admitti duo ejusdem sexus, possunt tamen admitti, si unus teneat proprio nomine, et alter ut procurator alterius personæ diversi sexus, *ib. num.* 19.

Licet suscipientes puerum in baptismo privatim administrato non contrahant cognationem, eam tamen contrahit baptizans, *ibid. num.* 20.

Si vero maritus in extrema necessitate baptizaret proprium filium, non impediretur debitum petere, *ib. num.* 21, et eod. *verb.* Baptismus, *art.* 4, *num.* 41.

Tenentes infantem, dum in ecclesia supplentur solemnes cæremoniæ omissæ in baptismo ei privatim collato, non contrahunt cognationem, nec eam contrahit commater suscipiens puerum de manibus compatris, *ib. num.* 22 *et* 23.

Patrinus et matrina non contrahunt inter se cognationem, nec maritus et uxor peccant, si simul suscipiant, vel teneant alienum puerum in baptismo, nec prohibentur sibi debitum reddere, *ib. n.* 24 *ad* 26.

Suscipientes et baptizantes filium infidelium non contrahunt cognationem spiritualem cum ejus parentibus infidelibus, paganis v. g. et Judæis, sic uti hæc cognatio spiritualis non contrahitur inter infidelem baptizantem seu suscipientem, et fidelem baptizatum seu susceptum, et parentes ejus, *ib. num.* 27 *et* 28.

Secundum multos si contingat Judæum vel infidelem converti, deinde et baptizari, nihilominus ex tali actu gesto in infidelitate non incipiet habere locum cognatio spiritualis, *ib. num.* 29 *et* 30.

Dato tamen casu, quod tales infideles ex post conversi et baptizati vellent contrahere cum a se susceptis vel baptizatis, vel cum istorum parentibus pro tutiori esset recurrendum ad sanctam sedem, *ib. num.* 31.

Patrinus potest esse omnis fidelis ad usum perfectæ rationis perventus, etiamsi esset junior filiastro adulto; et licet adhuc impubes contraheret cognationem spritualem, *ib. num.* 32 *et* 33.

Requiritur ex aliquibus conciliis, ut saltem quatuordecim annorum ætate sit constitutus, *ib. in not. ad num.* 32.

Non potest autem esse patrinus infidelis, et qui



Digitized by Google

non est baptizatus, sicuti non potest esse patrinus in confirmatione qui non est confirmatus. Vide *verb.* Baptismus, *art.* 7, *num.* 34.

Hæretici saltem licite, patrini esse non possunt; urgente tamen causa, vel necessitate etiam hæretici pro patrinis admitti possunt, *ib. num.* 35 *et* 36.

Imo urgenti gravi causa, vel metu, posset etiam Catholicus esse patrinus infantis hæretici a prædicante baptizandi, *ib. num.* 37.

Patrini licite esse non possunt excommunicati nec facinorosi, aut criminosi, aut moribus infames, nec muti, *ib. num.* 38 *et* 39.

Nec possunt esse proprii parentes infantis baptizandi. Si tamen admitterentur, non contraherent inter se cognationem spiritualem, *ib. num.* 40.

Monachi et regulares utriusque sexus nequeunt licite esse patrini, *ib. num.* 41 *et* 42.

Imo a conciliis provincialibus et synodis diœcesanis, nedum hoc munus solet interdici regularibus omnibus, sed etiam aliis ecclesiasticis sæcularibus, *ib. num.* 43 *ad* 47.

### BAPTISTERIUM (I, 1003).

Ubi primis Ecclesiæ temporibus baptismus collatus fuerit. Vid. *verbum* Baptisterium, *num.* 1 *et* 2.

Origo baptisteriorum sub Constantino; eorum varia nomina, forma, figura et materia, *num.* 3, 4 *et* 10 *ad* 14.

Fuerunt erecta primum extra ecclesiam, deinde intra, sed ad lævam; in cathedralibus tantum, postea in parochialibus et in quibusdam regularium ecclesiis, *num.* 5 *ad* 9.

Altaria in iis erecta, et sanctorum reliquiæ reconditæ, *num.* 15 *et* 16.

Mortui non sepeliebantur in baptisteriis, *num.* 17.

Locus distinctus in iis erat assignatus viris et mulieribus, *num.* 14.

Vox baptisterium usurpatur etiam pro libro, in quo ritus baptismi describuntur, *ib. num.* 18.

### BARBITONSORES.

Barbitonsores, quid licite facere possint diebus festis. Vide *verb.* Festa, *num.* 122.

### BASILICÆ.

Basilicæ, quæ dicantur. Vide *verb.* Ecclesia, *art.* 3, *a num* 2 *ad* 4.

### BEATIFICATIO, BEATUS.

Vide *verb.* Cultus sanctorum.

### BELLUM (I, 1007).

#### BELLUM QUOAD EJUS ESSE DIVISIONEM ET JUSTITIAM.

Bellum differt a seditione, rixa et duello, et definiuntur. Vide *verb.* Bellum, *art.* 1, *num.* 1 *ad* 4.

Bellum aliud est justum, aliud injustum, et quale sit utrumque, *ib. num.* 5 *ad* 7.

Bellum justum aliud est defensivum, et aliud offensivum, atque referantur; *ib. num.* 8 *ad* 10.

Bellum offensivum, ut sit justum, tres potissimum conditiones requirit, quæ referuntur, *ib. num.* 11 *ad* 13.

Priusquam bellum instituatur, debet proponi et indicari causa parti adversæ, quæ si offerat convenienter satisfactionem, debet acceptari, nec potest juste bellum inferri, nisi negata satisfactione, *ib. num.* 14 *ad* 17.

Assignantur præcipuæ justæ causæ in particulari, propter quas potest bellum indici, *ib. num.* 18 *ad* 28.

Bellum non potest esse ex utraque parte justum materialiter, et a parte rei, bene vero formaliter, *ib. num.* 29 *et* 30.

Nunquam licere bellum inire cum opinione probabili pro ejus justitia evidenter ostenditur, *ib. in not. ad num.* 30.

Licet sufficiat opinio probabilis pro justitia belli, si tamen justitia maneat æqualiter dubia, et alter sit in possessione, non licet ei bellum indicere, *ib. num.* 31.

Subditi in dubio pro justitia belli pro rege ad bellum eos vocante, possunt ei parere, et militare, dummodo certo non constet causam esse injustam, *ib. n.* 32.

Quid sit bellum publicum, *num.* 33.

Quinam negaverint jus belli gentibus competere; et quomodo probari possit illud ex jure gentium naturali derivari, *num.* 34 *et* 35.

De non justis belli causis, armorum genere et modis nocendi, *num.* 36, 37.

De jure hostium in res hostiles, *num.* 38.

Quomodo differant socii belli ab auxiliatoribus, et quid sit neutralitas, *num.* 39 *et* 40.

#### BELLUM CIRCA EA QUÆ DEBENT, ET JUSTE POSSUNT, VEL NON, REGES ET PRINCIPES.

Primo debent reges, antequam bellum incipiant, se certificare cum consiliariis, canonistis, et theologis de ejus justitia, et gravi causa. Vide *verb.* Bellum, *art.* 2, *num.* 1.

Secundo, intellecta ab ipsis belli justitia, et a se coram Deo examinata, et pro tali cognita, debent reges illam præponere parti adversæ, quæ si offerat competentem satisfactionem pro injuria, non possunt bellum instituere, *ib. num.* 2.

Tertio, reges ad muniendum civitatem vel fortalitium ædificantes in fundo alicujus particularis, tenentur huic compensare pro rata, *ib. num.* 3.

Quarto et quinto, tenentur reges injustum bellum moventes restituere universa quæ subripiunt et absolvere a juramento eos quos fecerunt jurare, *ib. num.* 4 *et* 5.

Sexto, tenentur reges datam publicam fidem servare, *ib. num.* 6.

Possunt reges primo licite repræsalia concedere cum quibusdam conditionibus, quæ narrantur, *ib. num.* 7 *ad* 11.

Secundo, possunt reges in bello justo fœdera inire cum infidelibus et hæreticis, dummodo sint in summa necessitate, et absit scandalum et periculum fidei, *ib. num.* 12.

Tertio, possunt in bello justo civitates incendere, si aliter capi non possint, quamvis multi innocentes cum nocentibus occidantur, *ib. num.* 13.

Quarto, possunt reges in bello justo repetere expensas pro recuperatione factas, et hostibus victis possunt licite tributa imponere in compensationem, et pœnam, *ib. num.* 14.

Quinto, possunt bellum instituere pro recuperatione bonorum et rerum ecclesiæ, *ib. num.* 15.

Primo tamen et secundo, non possunt reges instituere bellum sine gravi necessitate, ex nocendi cupiditate, vel ulciscendi crudelitate, vel dominandi libidine, *ibid. num.* 16 *et* 17.

Tertio, non possunt reges in bello ab aliis juste moto, et a se etiam pro justo cognito se armis defendere, *ib. num.* 18.

Quarto, non possunt reges militibus justa stipendia et necessaria denegare, seu culpabiliter retinere sub pœna restitutionis, si proin rapinæ sequantur, *ib. num.* 19 *et* 20.

#### BELLUM QUOAD EA QUÆ LICITE POSSUNT, VEL NON, DUCES, SEU OFFICIALES, ET MILITES.

Primo, possunt duces militum in bello justo licite uti insidiis. Vide. *verb.* Bellum, *art.* 3, *num.* 1.

Secundo, possunt licite belli duces in bello justo ferro et igne vastare terras, hostiles, oppida, agros, etc.

Digitized by Google

et etiam totam urbem deprædandam militibus tradere, servando tamen modum justitiæ vindicativæ ut pœnæ non excedant quantitatem injuriæ. Vide *verb.* Bellum, *art.* 3, *num.* 2 *et* 3.

Tertio, quamvis innocentes per se et directe occidere nunquam liceat, id tamen indirecte fieri potest et alia quædam prout enucleantur, *ib. num.* 4 *ad* 8.

Quarto, possunt belli duces juste bellantes sine peccato devastare agros, vineas etc., tributa imponere, et subripere pecunias subditis regis hostilis, quo casu rex, qui fuit causa damni, ad omnium compensationem astringitur, *ib. num.* 9 *et* 10.

Quinto, licet per se non possint diripi, nec occupari bona ecclesiastica, possunt tamen subripi ibi ab hostibus deposita, et alia quædam per accidens fieri, *ib. num.* 11 *et* 12.

Primo, non possunt belli duces, aliique officiales sine peccato ratione stipendii sibi dimidiati, aut male antehac persoluti, postea in lustratione militum ficta nomina conscribere, ut suppleatur stipendium nec compensari cum fallacia, et hæc multo minus si integrum recipiant stipendium, *ib. num.* 13 *ad* 15.

Secundo, non possunt officiales sibi erogare, et retinere stipendium debitum militibus defunctis, sicuti nec principes sibi retinere stipendia debita officialibus defunctis, *ibidem num.* 16.

Tertio, peccant mortaliter belli duces, si disciplinam militarem servare intermittant, milites an injustis rapinis, prædis, stupris, aliisque flagitiis condignis pœnis non coerceant, *ib. num.* 17.

Quarto, peccant belli duces, et tenentur ad restitutionem, si dissimulent, qua via velint exercitum ducere, et sic a diversis oppidis transitum redimentibus pecunias accipiant, *ib. num.* 18.

Quinto, similiter peccant commissarii, aliique ministri, et tenentur ad restitutionem, si aliqua oppida militibus, victuariis, aliisque oneribus plus æquo onerent; ut ab aliis, qui se redimunt, pecunias accipiant. Vel si a privatis dominis, aut dominibus pecunias consimiliter accipiant ob consimilia, quæ exponuntur, *ib. num.* 19.

Sexto et septimo, peccant belli duces, et ad restitutionem tenentur, si partem stipendii militibus debiti sibi retineant, et exinde prædationes militibus permittant, necnon qui commeatum, vel victualia non administrant, aut fraudem in id committunt, *ib. n.* 20 *et* 21.

Octavo, peccant commissarii, qui capitaneis rogantibus adnotant plures milites, quam habeant, et tenentur ipsi ad restitutionem, si capitanei deficiant, *ib. num.* 22.

Quidnam circa hoc sentiendum. Vide *ib. in Nota.*

Nono, non possunt belli duces molestare presbyteros, monachos, conversos, peregrinos, mercatores, rusticos euntes, et redeuntes, et in agricultura existentes, et animalia quibus arant, etc., *ib. n.* 23.

Milites in bello justo possunt primo auctoritate principis vel ducis belli licite facere ea omnia, quæ sunt necessaria ad consequendum finem justi belli; et inde licita consectaria aperiuntur, *ib. num.* 24.

Secundo, milites, subditi et alii ante bellum jam conducti præcipiente principe possunt licite militare, et ad supradicta omnia procedere, etiamsi dubii sint de justitia belli, dummodo eis certo non constet causam esse injustam; at non sic probabilius de liberis, et extraneis, *ib. num.* 25 *et* 26.

Tertio, milites possunt licite uti pabulatione in terra hostili, non autem in amica, si pabula sufficientia advehantur aut possint emi; aliter pabula fiunt communia ratione necessitatis, imo volunt varii, quod ex communi consuetudine licita si talis pabulatio, alii tamen nonnisi ratione necessitatis extremæ cum onere compensationis, *ib. num.* 27 *ad* 29.

Quarto, milites capti in bello, etiam ex parte capientium justo, nisi adsit specialis promissio, possunt licite fugere, et si injusto etiam bona hostium auferre. Item, capti in bello justo, si fugiant, non possunt in sequentibus vi resistere; bene vero, si in bello injusto, *ib. num.* 30 *ad* 33.

Quinto possunt milites licite sibi retinere bona mobilia ab hostibus accepta in bello justo, nisi aliter cautum speciali lege, vel consuetudine; occupata vero ad damni compensationem, aut injuriæ satisfactionem spectant ad principem, *ib. num.* 34 *ad* 36.

Primo et secundo, milites non possunt militare sola avaritia atque cupiditate prædæ, et non motivo justitiæ, nec scienter et voluntarie militare in bello patenter injusto, *ib. num.* 37, 38 *et* 39.

Tertio, non possunt milites sine gravi peccato et onere restitutionis gravare insolitis, atque indebitis exactionibus homines innocentes per quorum terras non hostiles transeunt, vel apud quos hospitantur, *ib. num.* 40.

Quarto, non possunt milites a justo bello dencere, et mortaliter peccant, si in pugna non consistant, et si nisi palam desperata victoria fugiant, *ib. n.* 41.

Quinto, non possunt milites sine gravi peccato stationem deserere, sed debent ipsam servare, et arcem sibi commissam defendere etiam cum periculo certo vitæ, quandiu superest, *ib. num.* 42.

Sexto, non possunt milites sine gravi culpa transgredi seria mandata suorum superiorum in iis quæ spectant ad justum bellum, nec sine eorum facultate possunt a castris vel exercitu discedere, *ib. num.* 43.

Faidæ quid essent et quomodo paulatim exstirpatæ, *ibid. num.* 44.

Opinio auctoris in *num.* 23 emissa reprobatur, *num.* 45.

An sit peccatum bellum committere in die festo, *num.* 46.

BELLUM QUOAD CLERICOS OMNES, SIVE SÆCULARES, SIVE REGULARES.

Clericis omnibus, sive sæcularibus, sive regularibus, est jure ecclesiastico prohibitum propria manu pugnare; possunt tamen de facultate pontificis maxime contra infideles absque irregularitatis incursu, et exponuntur verba illa *jure ecclesiastico et propria manu.* Vide *verb.* Bellum, *art.* 4, *num.* 1 *ad* 4.

Clerici possunt aliis justum bellum suadere, principes sæculares in subsidium ad bellandum contra infideles et hæreticos in defensionem Ecclesiæ invocare, atque insuper quoties jurisdictione temporali polleant bellum legitima cum auctoritate indicere, exercitum conscribere, et arma ad pugnandum militibus præbere; non tamen personaliter præfecti aut ductores exercitus fieri debent, *ib. num.* 6 *ad* 8.

Clerici et religiosi, qui non pugnandi, sed spiritualiter adjuvandi causa bello justo intersunt, spolia hostium, non minus quam alii milites accipere et retinere possunt, nisi de contraria principis aut supremi ducis voluntate constet, *ib. num.* 9.

Clerici omnes et religiosi, urgente magna necessitate defendendi urbem, licet non possint propria manu pugnare, possunt tamen mœnia et portas urbis custodire, imo ad id in repentino bello tenentur, *ib. num.* 10 *et* 11.

Digitized by Google

BELLUM QUOAD IRREGULARITATEM, QUÆ INCURRITUR VEL NON.

In bello etiam defensivo, et etiam contra infideles et hæreticos pro patria aliquem occidentes, vel mutilantes, sive sint clerici, sive laici, incurrunt irregularitatem. Vide *verb.* Bellum, *art.* 5, *n.* 1 *ad* 4.

Et tanto magis evadunt irregulares clerici et laici aliquem occidentes, seu mutilantes, in bello aggressivo quantumvis justo, *ib. num.* 5 *ad* 7.

In bello manifeste injusto, sive offensivo, sive defensivo, licet pauci mutilentur seu occidantur, vel etiam unus solus, evadunt irregulares omnes militantes, licet non omnes suis manibus mutilent, seu occidant; in offensivo autem, et defensivo certe justis evadunt irregulares solum occidentes, vel mutilantes propriis manibus, *ib. num.* 8 *ad* 10.

Clerici sive laici pugnantes in bello justo, et occidentes, vel mutilantes inimicos, fiunt irregulares, non ex delicto, sicuti pugnantes in bello injusto, sed solum ex defectu lenitatis, quam incurrunt etiam equites Hierosolymitani, et alii omnes approbati a sede apostolica, si in bello etiam contra infideles aliquem necaverint, vel mutilaverint, *ib. num.* 11, 12 *et* 13.

Irregularitas an et quando contrahatur in bello sive justo sive injusto, tum a laicis, tum a clericis, *ib. num.* 14 *et seq.*

Liceatne Christiano homini militiæ nomen dare, *ibid. num.* 16 *et seq.*

## BENEDICTIO (I, 1035).

BENEDICTIO QUOAD EJUS ESSE, DIVISIONEM ET MINISTRUM.

Benedicere potest contingere tripliciter, et assignatur. Vide *verb.* Benedictio, *art.* 1, *n.* 1 *ad* 4.

Benedictio imperative, de qua erit hic sermo, est duplex : una scilicet, quæ datur a puro homine propter meritum sanctitatis; et alia, quæ datur a sacerdote propter meritum Christi. Et hæc secunda adhuc est duplex : una scilicet personarum, et alia rerum, et patefiunt respectiva dilucidatione debita, atque subdivisione cum dignis observationibus, *ib. num.* 5 *ad* 13.

Benedictionum, quæ fiunt cum sale et exorcismo ad benedicendas res et loca, et ad homines aspergendos ac fugandos dæmones, atque venialia delicta abluenda, solus sacerdos est adæquatus minister, *ib. num.* 14 *et* 15.

Datur autem alia aquæ benedictio, quæ fit a solo episcopo cum vino, et cinere ad reconciliandam consecratam ecclesiam, *ib. num.* 16.

Paramenta ecclesiastica et ornamenta omnia, tam ministrorum, quam altaris, sunt per episcopum benedicenda, *ib. num.* 17.

Hæc facultas benedicendi paramenta et ecclesiastica ornamenta, et vasa, in quibus non adhibetur sacra unctio, fuit concessa diversis archidiaconis, decanis, archipresbyteris, aliisque personis ecclesiasticis, *ib. num.* 18.

Talem facultatem habent omnes prælati regulares, scilicet generales, abbates, provinciales, priores, guardiani, aliique omnes superiores locales quocunque nomine nuncupati pro usu suarum ecclesiarum, *ib. num.* 19 *et* 20.

Similiter etiam abbates, aliique prælati habentes privilegium benedicendi calices, patenas, campanas, et similia, in quibus adhibetur sacra unctio, possunt solum pro usu suarum ecclesiarum, *ib. num.* 21, *verb.* Campana, *num.* 10, *verb.* Calix, *num.* 5.

Alia ad rem. Vide *verb.* Vasa sacra.

Benedictio antiquitus accipi solebat pro ordinatione, *ib. num.* 23.

Res benedicta, et specialim campana an pro usu profano inservire possit, *ibid. num.* 24.

Benedictiones præter eas quæ in ecclesia receptæ sunt a sacris ritibus non admittuntur, *ib. art.* 5, *num.* 32.

Jure divino sacerdotibus benedicendi munus competit, *ib. num.* 25.

Quomodo in V. T. benedictio fiebat; et cur in Ecclesia signo crucis, *num.* 26 *et* 27.

Liturgia vetus et nova de benedictione in missa impertienda, et quomodo benedicat sacerdos præsente pontifice, vel legato cardinali, vel episcopo, *num.* 28, 29.

BENEDICTIO EPISCOPALIS IN VIA QUOAD EOS QUI POSSUNT, VEL NON, IMPERTIRI ILLAM

Benedictionem in via, seu itinerando, dare potest episcopus in sua diœcesi, archiepiscopus, primas, seu patriarcha in tota sua provincia etiam extra visitationem, legatus, et nuntius apostolicæ sedis in locis suæ legationis, et Romanus pontifex ubique terrarum. Vide *verb.* Benedictio, *art.* 2, *num.* 1.

Ex præfatis minor in præsentia majoris et superioris nequit benedicere, nisi de licentia superioris, *ib. num.* 2.

Archiepiscopus, primas, seu patriarcha potest etiam populo benedicere in locis exemptis intra ejus provinciam exsistentibus, etiam extra visitationem, *ib. num.* 3, *verb.* Archiepiscopus, *art.* 1, *num.* 47.

Sic etiam potest episcopus populo benedicere in locis exemptis intra suam diœcesim exsistentibus, et de ipsius licentia coadjutor per civitatem incedens, *ib. num.* 4 *et* 5.

Archiepiscopus, primas, seu patriarcha, nuntius et legatus extra suam provinciam, ac episcopus extra diœcesim sine speciali privilegio, neque solemniter, neque privatim per viam et itinerando, possunt populo benedicere, *ib. num.* 6 *et* 7.

Legato præsente in civitate, episcopus non potest benedicere populo, sed intra ecclesiam eo absente vel annuente, potest benedicere, *ib. num.* 8.

Benedicere per vias, aut per ecclesiam abbati conceditur, *ib. num.* 9 *et* 10.

Confirmatur sententia auctoris, *ib. num.* 13.

A quonam tempore abbates impetraverint facultatem impertiendi solemnem benedictionem populo, *ib. num.* 12.

Nonnisi episcopus potest benedicere populo extra actum celebrationis, *ib. num.* 11.

Abbates præsente episcopo benedictionem populo impertiri non possunt in ecclesiis *pleno jure* sibi subjectis, *ib. num.* 14.

BENEDICTIO EPISCOPI RESPECTU ABBATUM, ABBATISSARUM ET MONIALIUM.

Episcopus benedicit abbates, abbatissas et moniales. Vide *verb.* Benedictio, *art.* 3, *num.* 1 *et* 2.

Benedictio abbatissæ solet dici ordinatio, et consecratio, *ib. num.* 13.

Abbates semel benedicti cum usu birreti, si transferantur ad aliam abbatiam cum usu mitræ, non indigent alia benedictione, quæ tamen dari debet diebus quibus ordines minores conferri possunt, et sine aliquo examine, *ibid. num.* 3 *ad* 5.

Ista autem benedictio non est de essentia, nec simpliciter necessaria ad hoc ut abbates ea quæ sunt ordinis et sui officii, exercere possint, sed potius videtur esse de solemnitate, *ib. num.* 6 *et verb.* Abbas, *num.* 14 *et* 19, ubi affertur ad id novissima constitutio Benedicti XIII necessario videnda.

Abbatissæ, quæ in monasteriis, ubi est consue-

Digitized by Google

tudo, ab episcopo benedicuntur, minores annis quadraginta completis, et quæ per octo ante professæ non fuerint eligi, et benedici in abbatissas prohibentur. Vide *verb.* Benedictio, *art.* 3, *num.* 7 *et* 8.

Abbatissæ temporales, quæ nonnisi ad triennium eliguntur, non sunt jure benedicendæ, *ib. num.* 9.

Consuetudo benedicendi et consecrandi virgines seu moniales non amplius est in usu. At si alicubi vigeat, est servanda. Et Benedictus XIII concessit indulgentiam plenariam quibuscunque monialibus velum sacrum, benedictionem, et consecrationem recipientibus, *ib. num.* 10.

Secundum canones non sunt benedicendæ, seu consecrandæ nisi attingant vicesimum quintum annum, nec pro ipsarum benedictione, seu consecratione potest episcopus ingredi clausuram monialium, *ib. n.* 11 *et* 12.

Abbates perpetui benedicuntur omnes, *num.* 14.

Concessio particularis Honorii III monachis Hemmerodiensibus, *num.* 15.

Ritus hujus benedictionis ante usum pontificalium a monachis obtentum, *num.* 16.

Juramentum abbatum et abbatissarum in actu benedictionis, *num.* 17.

De installatione seu positione eorumdem, *num.* 18.

BENEDICTIO QUOAD SPONSOS.

Sponsus et sponsa, cum nubunt temporibus pro solemnitate nuptiarum non vetitis, sunt in ecclesia benedicendi. Vide *verb.* Benedictio, *art.* 4, *num.* 1.

Benedictionis nuptialis origo, ritus, cæteraque, *ib. num.* 22.

Tales sponsorum benedictiones, sicuti et prohibitionem solemnitatis nuptiarum certis anni temporibus damnantes, anathematizantur, *ib. num.* 2.

Talis benedictionis omissio, licet, cum sit sine scandalo et contemptu, non sit peccatum mortale, est tamen saltem peccatum veniale, *ib. num.* 3.

Talem benedictionem debent sponsi recipere ante consummationem matrimonii, sublato tamen scandalo et contemptu, non est mortale consummare matrimonium ante talem benedictionem, imo nec veniale, si ex rationabili causa, *ib. num.* 4 *ad* 7.

Conjuges non benedicuntur, si ambo vel alter fuerit alias benedictus, *ib. num.* 8 *et* 9.

Si vero virgo contrahat cum viro, qui jam habuerat aliam uxorem, nihilominus nuptiæ benedicuntur, *ib. num.* 10 *et* 11.

Benedicendi sunt conjuges in secundis nuptiis, si neuter ex ipsis fuerit benedictus in primis, *ib. num.* 12 *et* 13.

Benedictio nubentium fieri debet a proprio parocho, non autem ab alio sacerdote, nisi de ipsius parochi vel ordinarii licentia, *ib. num.* 14.

Nuptialis benedictio de jure potest dari a parocho utriuslibet sponsi; consuetudo tamen fere ubique obtinuit, ut detur a parocho sponsæ, et ubi adest, observari debet, *ib. num.* 15 *et* 16.

Si vero sponsus et sponsa statim a parochia, ubi contraxerunt, abirent ad aliam, deberent ab hoc ultimo parocho benedici, sicuti etiam si mulier statim post contractum matrimonium traducatur ad domum viri in alia parochia habitantis, *ib. num.* 17.

Parochi alieni et alii sacerdotes, sive sæculares, sive regulares benedicentes in nuptiis alienos sponsos sine licentia proprii parochi vel ordinarii incurrunt suspensionem ab officio et beneficio, *ib. num.* 18 *et* 19.

Prædicta suspensionis pœna est imposita soli benedicenti, non autem deputanti alium, qui benedicat per se, eamque ad incurrendam requiritur plena scientia, *ib. num.* 20 *et* 21.

BENEDICTIONES VARIÆ A QUIBUS POSSINT, VEL DEBEANT FIERI.

Benedictio, et distributio candelarum, cinerum, palmarum, regulariter potest fieri in omnibus ecclesiis tam collegiatis, quam parochialibus, tam sæcularibus quam regularibus. Vide *verb.* Benedictio, *art.* 5, *n.* 1, *verb.* Candela, *num.* 2.

Benedictio candelarum fieri nequit in oratorio confraternitatis, *ibid. num.* 64.

Fieri tamen potest pro sodalibus, *ib. eod. num.*

Benedictio fontis baptismalis quibusnam diebus, et a quonam fieri debeat, *ib. num.* 65.

De benedictione campanæ, *ib. num.* 66; fulminis et grandinum, *n.* 68.

Benedictio et distributio candelarum, cinerum, palmarum et fontis, absente vel impedito episcopo, debent fieri ab eo, qui cantaturus est missam, *ib. n.* 2.

Et id ecclesiis regularium, in quibus exerceri consuevit cura animarum benedicere cineres, illosque fidelibus distribuere, pertinet ad regulares non ad parochum, *ib. num.* 3.

Ille idem, qui benedicit cineres, candelas, vel palmas, debet etiam cantare missam sequentem, *ib. num.* 4.

Benedicere ecclesiam novam, vel oratorium, et ecclesiam reconciliare non potest simplex sacerdos sine licentia sedis apostolicæ: cœmeterii autem et ecclesiæ non consecratæ potest committi presbytero in dignitate ecclesiastica constituto, *ib. num.* 5 *et* 6.

Regulares superiores, vel alii sacerdotes in capitulis generalibus deputati, possunt benedicere et reconciliare suas ecclesias, cœmeteria et oratoria, etiam suarum monialium, et quæ aqua requiratur et de militaribus dietæ, *ib. num.* 7 *ad* 10.

Jesuitis fuit etiam concessum a Paulo III, ut possint benedicere calices et altaria in locis, in quibus non adesset episcopus, qui posset ea benedicere, *ib. num.* 11, *verb.* Calix, *num.* 8.

Regulares non possunt domos benedicere in hebdomada sancta; et an possint benedicere mulieres post partum, et ad purificationem admittere in propria ecclesia, *ib. a num.* 12 *ad* 16.

Qualiter regulares possint vel non cum solemnitate exponere sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, ac benedicere populum, *ib. num.* 17, 18 *et* 19.

Benedictiones agrorum et frugum fieri non possunt a regularibus cum stola sine parochi licentia, *ib. num.* 20.

Benedictiones animalium in die festo sancti Antonii abbatis dare, et oblationes recipere aliis capellanis, regularibus, et rectoribus aliarum ecclesiarum intra fines parochiæ exsistentium, nec prohibere, nec impedire potest parochus, ut nec etiam ovorum, etc., *ib. num.* 21 *et* 22.

Illustratur auctor, *ib. num.* 69.

Benedictio crucum, altarium, et processionum, potest fieri private a quolibet simplici sacerdote; pyxidum vero, quibus est concessum posse benedicere paramenta, et ornamenta ecclesiastica, *ib. n.* 23 *et* 24.

Ad benedicenda monialium monasteria, et cellas die Sabbati sancti, et quolibet alio tempore, est omnibus prohibitus in clausuram ingressus, *ib. num.* 25.

Benedictio mensæ pertinet ad sacerdotem, et eo præsente, non potest eam benedicere diaconus, nisi sit diaconus cardinalis, *ib. num.* 26.

Mulier benedicere non potest, nisi eo modo, quo potest quilibet bonus Christianus, *ibid. num.* 27.

An clerici peccent non benedicendo mensam ante prandium et cœnam, et non agendo gratias post, *ib. a num.* 28 *ad* 29.

Quædam observanda pro mutatione versuum et Psalmorum in benedictione mensæ, in Vigilia Nativitatis Domini, ac Pentecostes et in feria quarta, quinta, et Sabbato Majoris hebdomadæ, *ib. num.* 30.

Digitized by Google

Benedictio aquæ in Sabbato sancto etiam sine infusione olei sancti fieri non potest in ecclesiis non habentibus fontem baptismalem, quamvis usus sit in hujusmodi ecclesiis talem benedictionem fieri, Vide *verb.* Benedictio, *art.* 5, *num.* 31.

Benedictione aquæ, ignis et cæterarum rerum quare utatur Ecclesia, *ib. num.* 67.

Benedictio super populum est actus solemnis Romano pontifici competens in quacunque orbis terræ parte episcopis in suis diœcesibus, et locis earum exemptis, archiepiscopis in suis provinciis, *ib. n.* 39.

Benedictionem impertiri olim non licebat simplicibus sacerdotibus, nunc autem ipsis permittitur in fine missæ, *ib. n.* 40.

Quomodo sacerdos in fine missæ benedicere debeat si adsit episcopus diœcesis ubi celebrat, *ib. n.* 41.

Quid si adsit alterius diœcesis episcopus, *ib. n.* 42.

Ante benedictionem, quæ datur in fine missæ ab ecclesia discedens, concilii Agathensis judicio habetur ac si missæ non interfuisset, *ibid. n.* 43.

Quonam ritu danda sit a regularibus benedictio auctoritate pontificis cum indulgentia plenaria, *ib. n.* 44 *et seqq.*

Trina benedictio si quidem ab episcopis et archiepiscopis duntaxat dari potest in locis sibi subjectis, *ib. n.* 45.

Benedictionem cum indulgentia plenaria in articulo mortis impertiendi facultas conceditur omnibus episcopis et ordinariis locorum, *ib. n.* 46

Quanam formula utendum sit pro benedictione animalium in festo sancti Antonii abbatis, *ib. n.* 59.

Dari potest benedictio cum sanctissima cruce, sive cum reliquiis sanctorum, et sacris imaginibus, *ib. n.* 33 *et seqq.*

Benedictio post communionem danda est fidelibus postquam sacerdos reposuit pyxidem clausitque in tabernaculo, *ib. n.* 36.

Monialibus non est danda benedictio cum pyxide ex fenestralia, sed dari eis debet benedictio consueta manu tantum dextera, etiamsi sacramentum sit præsens, *ib. n.* 37.

Traditur formula pro benedictione contra mures, locustas, brucos, et vermes noxios, *ib. n.* 61.

## BENEFICIUM (I, 1061).

### BENEFICIUM QUOAD EJUS ESSE ET DIVISIONEM.

Beneficium ut sic seu generice captum quid sit. Vide *verb.* Beneficium, *art.* 1, *n.* 1.

Beneficium generice captum dividitur in beneficium proprie et stricte sumptum, in privilegium, et rescriptum, et quid sint, *ib. n.* 2 *ad* 5.

Beneficium ecclesiasticum, de quo hic per se agendum quid sit, et quæ expostulet requisita, *ib. n.* 6 *ad* 14.

Origo beneficiorum ecclesiasticorum, et definitio secundum theologos, *ib. n.* 43 *et* 65.

Num perpetuitas sit de essentia beneficii, *ib. num.* 50.

Beneficia ecclesiastica dividuntur: Primo, ratione diversi status hominum in regularia, et in sæcularia, et quæ sint, *ibid. num.* 15 *ad* 18 *et* 64.

Secundo, ratione annexæ curæ animarum, administrationis, et aliorum jurium dividuntur in beneficia curata, et non curata, et quæ sint, *ib. num.* 19 *ad* 21 *et num.* 57 *et seqq.*

Beneficia curata sunt duplicis generis, scilicet alia, quæ habent curam animarum in foro externo, seu contentioso, et alia quæ habent curam animarum in foro interno, seu animæ, et quæ sint, *ibid. num.* 22 *et* 23.

Rursus beneficia ecclesiastica alia sunt duplicia, et alia simplicia. Duplicia quæ sint. Inter quæ reponuntur dignitas personatus, et officium, ac quid sint, *ibid. num.* 25 *ad* 28.

Plerumque neque canonicatus veniunt nomine beneficiorum simplicium, et hæc quæ sint, *ibid. n.* 29 *et* 30.

Beneficia ecclesiastica adhuc dividuntur in electiva, in patronata, et in collativa, et quæ sint, *ib. n.* 31 *ad* 34.

Insuper beneficia alia sunt manualia, et alia non manualia, seu titularia, et quæ sint, *ibid. num.* 35 *ad* 37.

Ulterius beneficium aliud vocatur canonicatus, et aliud vicaria perpetua, et quid sint. *ibid. num.* 38 *et* 39.

Denique aliud dicitur commenda, aliud præstimonium, et aliud quandoque pensio, *ibid. num.* 40 *ad* 42.

Beneficia inspecto officio alia sunt majora, alia minora, et quænam ea sint. Vide *ibid. num.* 52 *et* 53.

Dividuntur beneficia inspectis personis conferentium in reservata et affecta, ac in non reservata, *ib. num.* 60 *et* 61.

Beneficiorum divisiones cumulatas. Vide *ibid. num.* 57 *ad* 61.

Quænam *proprie* dicantur beneficia electiva, *ib. num.* 62.

*Improprie* autem quænam sint, *ibid. num.* 63.

Beneficia divisa in regularia et sæcularia quomodo ad utram pertinere classem dignoscantur. Vide *ibid. num.* 64.

Pensiones concessæ ministris Ecclesiæ non sunt beneficia, *ibid. num.* 67

### BENEFICIA QUOMODO ERIGENDA.

Beneficia ecclesiastica debent erigi cum auctoritate expressa episcopi, aliter non sunt beneficia, nec juspatronatus acquiritur. Vide *verb.* Beneficia, *art.* 2, *num.* 1 *et* 2.

Explicatur *num.* 1 auctor., *ibid. num.* 30.

Beneficia ante approbationem episcopi possunt concedi per laicum per modum simplicis deputationis sacerdotis, et absque eadem capellaniæ censentur laicales, neque ad canonicam erectionem beneficii ecclesiastici sufficit auctoritas prælati inferioris, *ibid. num.* 3 *ad* 5.

Beneficia ecclesiastica erigi debent in ecclesia ad certum altare sub invocatione alicujus sancti sub onere præstandi ibi aliquod officium spirituale, et cum congrua dote, de cujus congruentia judicium ad episcopum attinet ratione habita beneficii, etc., *ibid. num.* 6 *ad* 8.

Dotem debet fundator beneficii, ad hoc ut habeat legitimum juspatronatum, assignare de propriis bonis liberis, *ibid. num.* 9 *ad* 11.

Auctor *num.* 11 declaratur, *ibid. n.* 32 *et seqq.*

Beneficii fundator potest in limine fundationis adjicere quascunque qualitates, leges, et conditiones sibi benevisas etiam juri communi contrarias, debentque plene observari, *ibid. num.* 12 *ad* 15.

Si in fundatione beneficii sit cautum, quod possit conferri etiam non habentibus ætatem a jure communi præscriptam, talis dispositio est observanda, *ibid. num.* 16.

Patronus hæres, seu fundatoris successor non potest neque cum consensu episcopi alterare, seu mutare leges, conditiones, seu qualitates in limine fundationis a fundatore appositas, licet juri communi contrarias, *ibid. num.* 17 *et* 18.

Imo neque ipse fundator etiam de consensu episcopi potest mutare leges et conditiones a se in fundatione positas, et ab ordinario acceptatas, si talis mutatio esset in præjudicium ecclesiæ, vel tertii, *ibid. num.* 19.

Episcopus neque de consensu et positiva voluntate hæredis, seu patroni potest in erectione capellaniæ seu beneficii simplicis injungere onus

Digitized by Google

residentiæ, quod testator non injunxit, nec addere, quod beneficiatus, sive capellanus pro tempore per se ipsum missas celebret, aut aliter testatoris voluntatem immutare. Vide *verb.* Beneficia, *art.* 2, *num.* 20 *et* 21.

Item episcopus etiam de consensu patroni non potest reducere, et moderari missas in limine fundationis beneficii impositas, quamvis redditus beneficii ob temporum injuriam sint diminuti, nisi sit ei concessum in ipsa beneficii erectione, *ibid. num.* 22 *et* 23.

Ut sustineantur conditiones juri contrariæ in limine fundationis beneficiorum appositæ, requiritur omnino expressa et specialis ordinarii approbatio, *ibid. num.* 36.

Et quando eædem conditiones dicantur tacite ab ordinario approbatæ, *ibid. num.* 37.

Num fundator adjicere ex intervallo possit conditiones juri contrarias beneficio ecclesiastico erecto, *ibid. num.* 38 *et seqq.*

An possit fundator, vel hæres adjicere ex intervallo conditiones juri non contrarias beneficio erecto, *ibid. num.* 40.

BENEFICIA QUOMODO ET QUANDO CONFERENDA.

Beneficia ecclesiastica tribus potissimum modis qui referuntur, conferuntur, videlicet per electionem, præsentationem et liberam collationem; et ad hos alii, qui assignantur, reducuntur. Vide *verb.* Beneficium, *art.* 3, *num.* 1 *ad* 5, *et num.* 111 *et seqq. et num.* 117.

Tribus etiam potissimum modis summus pontifex beneficia ecclesiastica conferre solet, nimirum jure præventionis, concursus et devolutionis, atque discutiuntur, *ibid. num.* 6 *ad* 12.

Beneficia ecclesiastica debent conferri, seu provideri canonice, scilicet juxta præscriptum sacrorum canonum, et observanda est forma a jure communi, vel legitima consuetudine, statuto vel fundatione præscripta, *ibid. num.* 13 *et* 14.

Sex propterea ad validam beneficiorum collationem seu provisionem requiruntur et assignantur, *ibid. num.* 15 *ad* 20.

Beneficia curata debent necessario conferri ad præscriptum concilii Tridentini et per concursum coram episcopo, vel ejus vicario, et saltem tribus examinatoribus synodalibus habendum. Vide *ibid. num.* 21 *et* 22.

Tales examinatores, qui non possunt esse minores quam tres, debent esse electi in ultima synodo, vel si in aliis electi, saltem in ultima confirmati, et præstito juramento juxta Tridentinum concilium; aliter concursus erit nullus, ut etiam est nullus, si insimul non interveniant examinator synodalis, *ibid. num.* 23 *ad* 25.

Non licet episcopo auctoritate ordinaria sibi assumere examinatores non synodales, qui suppleant etiam in casu non exsistentium examinatorum synodalium numero sufficientium ad concursus faciendos, nec potest in locum demortuorum alios subrogare usque ad novam synodum, *ibid. num.* 26 *et* 27.

Provisi tamen de parochialibus, non servata forma concilii, ex eo quod ob varias difficultates non potuisset agi synodus, nec deputari examinatores synodales, non sunt removendi, *ibid. num.* 28.

Beneficia curata debent conferri per viam concursus, etiamsi cura ecclesiæ, vel episcopo incumbere dicatur, et etiamsi sint jurispatronatus ecclesiastici, ac ad concursum admitti debent tam nominati a patronis, quam alii, *ibid. num.* 29 *ad* 31.

Dispositio concilii Tridentini de habendo concursu procedit, nedum in rectoriis de jurepatronatus ecclesiastico, verum etiam in vicariis perpetuis, quando in vicarium est translata totalis cura; secus vero si solum exercitium; et hæc enucleantur, *ibid. sub num.* 32 *ad* 34.

Etiam beneficium parochiale jurispatronatus laicalis confertur per concursum inter plures præsentatos, si ipsi habeant æquales voces, imo et parochialia jurispatronatus laicorum ad episcopum devoluta, ut etiam theologalis et pœnitentiaria, *ibid. num.* 35 *ad* 37.

Sine concursu conferuntur vicariæ perpetuæ parochialium unitarum, seu incorporatarum aliis ecclesiis, monasteriis, beneficiis, collegiis, vel locis piis, in quibus non proprie parochus, sed vicarius ponendus est, et alia plura, quæ recensentur, itidem absque concursu conferuntur, *ibid. num.* 38 *ad* 54.

Beneficia quæcunque ecclesiastica conferri solum possunt ab inferioribus papa, quando sunt vere vacantia; et si conferantur vel promittantur ante vacationem etiam a patronis, eorum collatio seu promissio est nulla, ac scienter obtinens deponendus est, *ibid. num.* 55 *et* 56.

Licet beneficia solum, quando sunt vacantia, possint conferri ab inferioribus papa, is tamen ratione suæ plenariæ potestatis potest jus tribuere etiam in beneficiis vacaturis, coadjutoriis, et etiam simplicibus exspectativis; hæcque absque speciali et expressa derogatione concilii Tridentini, *ibid. num.* 57 *ad* 60.

Beneficia omnia vacantia etiam in quibuslibet cathedralibus, et aliis ecclesiis ab episcopo, ad quem collatio spectat, sunt conferenda intra sex menses, quibus elapsis, de episcopo ad capitulum, et e converso, et demum ad proximum superiorem collatio devolvitur, *ibid. num.* 61.

Sic etiam parochialium provisio intra sex menses facienda est, quando eorum collatio ad illum spectat, intra quatuor vero, quando ad papam ac menses currere incipiunt a die scientiæ vacationis, *ibid. num.* 62 *ad* 65.

Præfata vacationis notitia præsumenda est in ordinario, ita ut menses incipiant currere ab eo tempore, quo scire potuit, vel debuit, et computari debent juxta Kalendarium, secundum quod occurrunt, et jacent per totum circulum anni, *ibid. num.* 66 *ad* 68.

Præsentatio ad beneficium jurispatronatus laicorum fieri debet intra quatuor menses, quo elapso, patroni auctoritas expirat, *ibid. num.* 69 *et* 70.

Non præjudicat tamen dictum quadrimestre pupillo, quin eidem ob non petitam in tempore dispensationem competat restitutio in integrum, *ibid. num.* 71.

Patronus ecclesiasticus de jure habet semestre ad præsentandum, ut etiam locus pius; si tamen prima die v. g. semestris aliquem præsentet, non potest deinde semestri adhuc durante alium præsentare, et eo minus post, *ibid. num.* 72 *ad* 75.

Si agatur de jurepatronatus mixto laicorum et ecclesiasticorum, tunc præsentatio fieri potest ab omnibus patronis intra semestre, et ita, quod patroni uti laici intra quadrimestre ante episcopi institutionem possint variare, *ibid. num.* 76 *ad* 81.

Tempus ad præsentandum non currit patronis, nisi a die scientiæ vacationis, *ibid. num.* 82 *ad* 85.

Si intra tempus sex, vel quatuor respective mensium beneficia non conferantur, vel præsententur, collatio devolvitur gradatim ad superiorem, et dantur sex menses ad conferendum a tempore scientiæ *ibid. num.* 86 *ad* 88.

Metropolitanus conferre non potest jure devoluto, nisi omnes inferiores collatores ultra sex menses neglexerint; papa autem, lapso primo semestri, *ibid. num.* 89 *et* 90.

Si papa beneficia vacantia in curia non conferat infra mensem a die vacationis, illi, ad quos collatio pertinebat, poterunt illa conferre, ac si nulla nunquam reservatio ea exstitisset, in cæteris autem nullum est papæ præfinitum tempus, *ibid. num.* 91 *et* 92.

In exemptis immediate papæ subjectis, devolutio fit immediate ad papam, vel legatum de latere, *ibid. num.* 93.

Digitized by Google

In beneficiis, quorum collatio jure proprio pertinet ad episcopum, eo negligente, intra tempus debitum potestas conferendi devolvitur ad capitulum cathedrale, hisque negligentibus devolvitur ad metropolit. Vide *verb.* Beneficium, *art.* 3, *num.* 94 *et* 95.

Quod si autem collatio beneficii pertinet ad episcopum jure speciali, *v. g.* ex delegatione, privilegio, aut devolutione, tunc episcopo negligente jus conferendi, non ad capitulum, sed immediate ad metropolitanum devolvitur, et immediate ad papam, si episcopus sit exemptus, *ibid. num.* 96 *et* 97.

Devolutio ad immediate superiorem fit etiam in episcopatibus, archiepiscopatibus et abbatiis, seu prælaturis regularibus, si illi, ad quos spectat electio, negligant eligere intra tres menses; secus autem si per impotentiam juris, vel facti, etiam culpa contingentem, *ibid. num.* 98 *ad* 101.

Justo impedimento cessante omnis electio, seu collatio, quæ fit post lapsum tempus a jure præscriptum, est nulla, nisi de patientia, seu misericordia toleretur, *ibid. num.* 102 *et* 103.

Potest superior elapso tempore maxime in beneficiis patronatis gratiam facere patronis, et tempus ad præsentandum prorogare, non tamen ultra sex menses, *ibid. num.* 104 *et* 105.

In parochialibus ecclesiis de jurepatronatus tenetur episcopus infra duos menses instituere illos, qui ad eas promoti fuerunt, *ibid. num.* 106.

Eveniente vacatione parochialis, potest episcopus intra quatuor, vel sex menses respective a die vacationis apponere edictum pro concursu, at non cum majori termino viginti dierum, *ibid. num.* 107 *et* 108.

Tempus decem vel viginti dierum ad nominandum idoneos clericos coram deputatis examinatoribus præfixum non currit a die habitæ notitiæ vacationis ecclesiæ, sed potest ab episcopo quandocunque assignari, *ibid. num.* 109.

Debet tamen episcopus statim ac occurrerit alicujus parochialis ecclesiæ vacatio deputare, si opus fuerit, pro ejus regimine aliquem idoneum vicarium, œconomum, *ibid. num.* 110.

Sola collatio in forma gratiosa consummat præcedentem vacationem, *ibid. num.* 116.

De bullis *novæ provisionis*, *ibid. num.* 118.

BENEFICIA A QUIBUS CONFERENDA, VEL NON.

Triplici jure conferri possunt beneficia, plenario scilicet, delegato, et ordinario. Vide *verb.* Beneficia, *art.* 4, *num.* 84 *et seqq.*

Summus pontifex habet plenariam potestatem conferendi omnia beneficia ecclesiastica totius mundi, eaque primitus solus conferebat; at dilatata ecclesia dedit episcopis, reservata sibi tamen majori et superiori potestate etiam quoad prævenire, et cum ordinario concurrere. Vide *ibid. num.* 1 *ad* 4 *et num.* 85 *et seqq.*

Imo papa concurrendo cum aliis collatoribus potest conferre beneficia in omnibus mensibus, ejusque provisio in dubio semper est præferenda, ubi non constet de anteriore provisione ordinarii: hocce per plura magis ac magis exponitur, *ibid. num.* 5, *ad* 9.

Quonam modo dignosci possit summum pontificem contulisse beneficium jure præventionis, non vero jure reservationis, *ibid. num.* 89.

Papa retinet potestatem conferendi beneficia jure præventionis in locis etiam ubi vigent concordata, *ibid. num.* 90.

In concursu collationis a papa factæ jure præventionis cum collatione ordinarii, prior in tempore est præferendus, et quomodo judicandum, si eadem die collatio, et præsentatio facta sit, *ibid. num.* 19 *et seq.*

Legatus a latere potest conferre beneficia, quæ in sua provincia vacant tempore suæ legationis, etiam patroni ecclesiastici; et de jure communi concurrit ibi cum quolibet ordinario in collatione beneficiorum, ita ut inter ipsos simul et papam locus sit præventioni, *ibid. num.* 10 *ad* 12

Insuper potest reservare suæ collationi beneficia vacatura, quæ cæteroquin potest conferre vacantia, idque tamen exspirat finita legatione, et una pendente reservatione aliam in eadem ecclesia, vel respectu ejusdem collatoris non faciat, *ibid. num.* 13, 14, *ac art.* 8, *num.* 45.

Quinimo potest etiam conferre beneficia ad sedem apostolicam devoluta, et a fortiori si ad episcopum. Vide *ibid. num.* 15 *et* 16.

Dato quod idem beneficium ut collatum a legato a latere et ab episcopo, et nesciatur quæ collatio prius facta fuerit, si neuter adhuc possideat, erit præferendus provisus a legato, qui et potest conferre beneficia suæ provinciæ, cuique etiam exsistenti extra, *ibid. num.* 17 *et* 18.

Cardinales titulares habent jus conferendi beneficia in Ecclesia sui tituli, *ibid. num.* 19.

Nuntius apostolicus vigore suarum facultatum potest conferre quæcunque beneficia etiam reservata, dummodo non excedant valorem ducatorum viginti quatuor. De jure autem communi etiam cum potestate legati a latere missus non potest conferre beneficia in sua provincia, sicuti possunt legati a latere cardinales, *ibid. num.* 20 *ad* 29.

Inter Ordinarios beneficiorum collatores papa, ejusque legato inferiores prior est episcopus, cujus nomine veniunt archiepiscopi, etc., *ibid. num.* 30.

Episcopus in propria diœcesi confert etiam beneficia ibi fundata ab episcopo alterius diœcesis, et episcopo ædificatori competit solum juspatronatus respectu ecclesiæ a se ædificatæ, *ibid. num.* 31 *ad* 33.

Episcopus potest cuilibet facere collationem de beneficio permutato, quando ad eum spectat collatio ejusdem beneficii, et conferre beneficia vacantia mensibus reservatis tempore vacantis sedis apostolicæ, et etiam vacantia in curia, si papa ipsa non conferat infra mensem a die vacationis, *ibid. num.* 34 *ad* 36.

Capitulum cathedralis, episcopo negligente, potest conferre beneficia ad hujus collationem spectantia, *ibid. num.* 37.

Quando collatio beneficii communiter pertinet ad episcopum, et capitulum, mortuo episcopo, vel effecto inhabili, potest illud conferre capitulum, et e converso, *ibid. num.* 38 *et* 39.

Capitulum, sede episcopali vacante, potest confirmare electiones ad beneficia celebratas, vel eas justa exigente causa infirmare, præsentatos a patronis ad beneficia instituere et resignationes beneficiorum recipere factas ex necessaria causa, *ibid. num.* 40 *ad* 42.

Insuper, sede vacante, potest recipere, atque autorizare resignationes beneficiorum, quando horum collatio spectat ad solum capitulum, vel ad episcopum et capitulum simul, *ibid. num.* 43.

Vicarius generalis, seu officialis episcopi per commissionem officii sibi generaliter factam potest præsentatos a patronis instituere in beneficiis, in generali tamen vicariatus commissione non venit potestas conferendi beneficia, *ibid. num.* 44, 45.

Data vicario generali speciali facultate conferendi beneficia, poterit conferre etiam ea beneficia, quæ jure devoluto ad episcopum pertinent, etiam curata, *ibid. num.* 46 *et* 47.

Beneficia conferre non possunt laici, et collatio ex speciali privilegio concessa imperatori, regibus, etc., reputatur apostolica, *ibid. num.* 48 *ad* 50.

Legati a latere varia beneficia conferre non possunt. Primo et secundo conferre non possunt ecclesias cathedrales, vel regulares, aut collegiatas, et beneficia per papam suæ collationi specialiter vel generaliter reservata, *ibid. num.* 51 *ad* 53.

Tertio et quarto, beneficia, quæ ad episcopi collationem spectant jure speciali seu delegato, et

Digitized by Google

quæ jurispatronatus laicalis; imo de his neque papam libere disponere expedit. Vide *verb.* Beneficia, *art.* 4, *num.* 54 *ad* 58.

Quinto et sexto, legati non possunt conferre beneficia litigiosa, nec admittere resignationem beneficii ad favorem certæ personæ, *ib. n.* 59, 60.

Episcopi conferre non possunt, primo, et secundo beneficia ecclesiarum cathedralium, et collegiatarum electiva, ac idem dicendum de abbatiis et beneficiis jurispatronatus sine patroni consensu, *ibid. num.* 61 *ad* 63.

Tertio et quarto, durante lite inter episcopos et patronos non possunt conferre beneficium, ut nec etiam lite pendente inter patronum et præsentatum, vel inter ipsos præsentatos, *ib. n.* 64 *et* 65.

Quinto et sexto, non possunt episcopi beneficium conferre collitiganti, et vacantia ob non factam publicationem resignationis, *ib. n.* 66, 67.

Septimo et octavo, beneficia, quando collatio est devoluta per lapsum sex mensium, vel reservata sunt sedi apostolicæ, *ib. n.* 68 *et* 69.

Nono et decimo, non possunt soli conferre beneficia, quæ sunt simultaneæ collationis cum capitulo, nec admittere resignationem beneficii ad favorem certæ personæ, *ib. n.* 70 *et* 71.

Capitulum, sede episcopali vacante, primo et secundo, non potest conferre beneficia libera, quorum collatio ad solum episcopum pertinet; nec præsentare ad beneficia, quando jus præsentandi pertinet ad solum episcopum, dum vivit, *ibid. n.* 72 *et* 73.

Tertio non potest capitulum libere ac simpliciter loquendo in favorem resignantis recipere resignationem beneficiorum spectantium ad collationem solius episcopi, *ibid. a num.* 74 *ad* 76.

Vicarius generalis episcopi, primo et secundo, non potest vigore sui officii sibi generaliter concessi conferre beneficia, quorum collatio pertinet ad episcopum: nec sine speciali commissione saltem in litteris vicariatus expressa recipere resignationes beneficiorum, *ib. a num.* 77 *ad* 79.

Beneficia conferri non possunt a schismaticis, excommunicatis non toleratis et suspensis. *ibid. n.* 80 *ad* 83.

Quinam beneficia conferant indultario jure, *ibid. num.* 97 *et* 98.

Quinam conferant jure ordinario, *ibid. num.* 99 *et seqq.*

BENEFICIA ECCLESIASTICA QUIBUS CONFERENDA, VEL NON.

Beneficia ecclesiastica conferenda sunt habentibus qualitates a jure et a Tridentino requisitas, primo, scilicet, ut promovendus ad prælaturas et beneficia ecclesiastica sit ex legitimo matrimonio procreatus. Vide *verb.* Beneficia, *art.* 5, *num.* 1 *et* 2.

Secundo, ut eligendus sit clericus, id est saltem prima tonsura initiatus, ni papa dispensaret, aut electio fiat ex instinctu Spiritus sancti, *ib. n.* 3 *ad* 6, *et num.* 105 *et seqq.*

Tertio et quarto, ut eligendus sit legitimæ ætatis a sacris canonibus præscriptæ, et in statu cælibatus, *ib. num.* 7 *ad* 10.

Quinto, ut eligendus habeat saltem tantam scientiam et peritiam, quanta sufficit pro exsequendo officio, ad quod eligitur, aliæque requisitæ qualitates infra patefient, *ibid. num.* 11 *et* 12.

Antiquitus illegitimi non arcebantur a beneficiis, et quando arceri cœperint, et quales illegitimi, et qua de causa, *ib. num.* 101 *et seqq.*

Possunt hodie quoque illegitimi ordines minores, et beneficia, quibus non imminet cura animarum, habere ex episcopi dispensatione, *ibid. num.* 104.

In beneficio de jurepatronus licet patronis præsentare laicum sub conditione: *dummodo clericatus intra tempus datum ad præsentandum superveniat ibid. num.* 108.

An valida sit collatio beneficii facta cum clausula: *Si quam primum ad clericatum fuerit assumptus, ib. num.* 109 *et seqq.*

Ex quonam tempore certa ætas præfinita in Ecclesia fuerit ad beneficia ecclesiastica assequenda, *ib. num.* 111 *et seqq.*

Beneficia ecclesiastica non nisi dignis et idoneis sunt conferenda sub pœna peccati et restitutionis, tum respectu procurantium, tum conferentium et cooperantium, *ib. num.* 13 *ad* 16.

Imo peccant etiam mortaliter eligentes, seu promoventes ad beneficia ecclesiastica præsertim curata minus dignum, relicto digniore, *ib. n.* 17 *ad* 27.

Conferre personis dignis, omissis dignioribus, beneficia simplicia, et non curata, non est peccatum mortale, *ib. num.* 28 *ad* 30.

Ad beneficia patrimonialia, seu de jurepatronatus possunt eligi illi, qui sunt vocati, dummodo sint idonei, quamvis alii meliores, sed extranei reperiantur, *ibid. num.* 31.

Cum patronus laicus præsentat clericum dignum ad beneficium etiam curatum, tenetur episcopus eum instituere, licet judicet aliquem alium fore digniorem; imo præferendus est præsentatus a pluribus in discordia patronorum, dummodo sit idoneus et dignus, licet alius præsentatus sit dignior, *ib. num.* 32 *et* 33.

Patronus laicus non tenetur præsentare ad parochialem sui jurispatronatus semper digniorem, sed sufficit, quod præsentet dignum, seu idoneum, *ib. num.* 34 *et* 35.

Eligendus non semper debet esse simpliciter melior, sed melior quoad regimen Ecclesiæ, *ibid. a num.* 36 *ad* 39.

Pro beneficiis assequendis quis censeatur indignus, dignus, et dignior, *ibid. num.* 40 *ad* 42.

Adducuntur præcipuæ qualitates, propter quas potest aliquis cæteris paribus censeri dignior, ut alteri præferatur, *ib. num.* 43 *ad* 64 et *num.* 116 *et seqq.*

Fuse declaratur, qui sint inhabiles, et incapaces ad beneficia ecclesiastica, *ibid. num.* 65 *ad* 90, *et num.* 121.

Probata qualitate sororia inter duas ecclesias, illegitimus assequi haud potest beneficium in una ecclesia sororia, si ejus pater beneficium habeat in altera ecclesia sororia, *ibid. num.* 129.

Beneficia regularia regularibus, sæcularia sæcularibus conferenda, *ib. num.* 123.

Beneficia quadragenaria possessione fiunt regularia, et e contra, *num.* 124.

Beneficia sacerdotalia sacerdotibus actu conferenda, *num.* 125.

An valeat beneficii collatio facta ab episcopo putativo, *ibid. num.* 126.

BENEFICIA QUOAD PLURALITATEM ET INCOMPATIBILITATEM

Incompatibilitas beneficiorum triplici ex capite oritur. Vide *verb.* Beneficia, *art.* 6, *n.* 72 *et seqq.*

Quinam de incompatibilitate beneficiorum plene loquatur. Vide *ib. num.* 75 *et* 76.

Pluralitas beneficiorum est prohibita eidem personæ cujusvis dignitatis, etiamsi cardinalatus honore fulgeat: ac ex duplici capite est generatim incompatibilis, *ibid. num.* 1 *ad* 6.

Retinens sine justa dispensatione plura beneficia, quorum unum sufficiat ad sui honestam sustentationem, peccat mortaliter. et est in statu damnationis æternæ, ac variæ excusationes, et prætextus diluuntur, *ibid. num.* 7 *ad* 20.

Quonam beneficium in specie debeat censeri

Digitized by Google

sufficiens pro honesta beneficiati sustentatione. Vide *verb.* Beneficia, *art.* 6, *a num.* 21 *ad* 27.

Hæc sufficientia non est sumenda a familiæ nobilitate, *ibid. in not. ad num.* 26.

In defectu judicis prudenter arbitrantis pro sufficientia ad congruam beneficiati sustentationem relinquitur ipsius beneficiati conscientiæ, non habita tamen ratione bonorum patrimonialium, *ib. n.* 28 *et* 29.

Beneficiatus potest vivere de beneficio, et patrimonium suum, fructusque ejus sibi reservare, et cum justa, rationabili et legitima papæ dispensatione possunt licite retineri simul plura beneficia etiam sub eodem tecto, et de se incompatibilia, *ibid. a n.* 30 *ad* 35.

Ad hoc, ut licite plura beneficia simul incompatibilia cum dispensatione papæ licite retineantur, requiritur justa, rationabilis et legitima causa dispensandi, quæ si non appareat, dicendum importune, obreptitie, aut subreptitie obtentam dispensationem, et inde nullum conscientiæ tutamen, *ib. num.* 36 *ad* 41.

Quando papa non ad instantiam partis, sed motu proprio cum aliquo dispensat, ut simul retinere possit plura beneficia incompatibilia, tunc præsumendum est se moveri ex justa causa ad dispensandum, *ib. a num.* 42 *ad* 44.

Causa justa et legitima dispensandi in pluritate beneficiorum triplex recenseri solet, scilicet necessitas ecclesiæ, ejusdem utilitas, et evidens prærogativa meritorum, *ib. num.* 45 *ad* 48.

Dispensatio apostolica, ut cum justa causa possint simul ab uno plura beneficia licite retineri, requiritur in variis, quæ assignantur, *ib. n.* 49 *ad* 53.

Triennalis possessio minime sufficit ad incompatibilitatis beneficiorum dispensationem præsumendam, *ib. num* 77.

Sufficit tamen possessio decennalis, *ibid. num.* 78.

Num decennalis possessio sufficiat, si officialis Dataria testimonium dicat, dispensationem non reperiri in regestis ipsius Datariæ, *ibid. num.* 79 *et seqq.*

Quænam sint beneficia sub eodem tecto, et quæ uniformia seu similia et difformia, seu dissimilia, *ib. num.* 54 *ad* 57.

Licet sine apostolica dispensatione non possint ab eodem obtineri et retineri simul duo beneficia uniformia sub eodem tecto; bene tamen difformia, quando unum non est sufficiens ad honestam clerici sustentationem, imo secundum plures etiam sine episcopali dispensatione, *ib. num.* 58 *ad* 62.

Episcopus potest dispensare, primo, ut quis obtinere possit duo beneficia simplicia difformia sub eodem tecto, dummodo quodlibet non sit per se sufficiens ad sustentationem provisi, *ib. num.* 63.

Secundo, potest conferre secundum beneficium obtinenti primum de se sufficiens, sed insufficiens ob pensionem; dummodo provisus post collationem sibi factam non consenserit pensioni, *ib. num.* 64.

Tertio, potest dispensare, ut habens beneficium insufficiens sive curatum, sive simplex, possit etiam aliud simplex per se sufficiens obtinere et retinere, dummodo utrumque personalem residentiam non requirat, *ib. num.* 65 *ad* 68.

Non potest episcopus dispensare, ut habens duo beneficia etiam simplicia, et ad honestam clerici sustentationem non sufficientia, possit obtinere, et retinere tertium, etiamsi omnia simul ad beneficiati sustentationem non sufficiant, et licet tertium foret de jurepatronatus, *ib. num.* 69 *ad* 71.

### BENEFICIA QUOAD EORUM VACATIONEM IPSO JURE.

Beneficia ecclesiastica pluribus modis vacare possunt, quorum quælibet, vacatione secuta, alteri conferri libere possunt. Primo et secundo per mortem naturalem beneficiati, vel civilem, ut per professionem. Vide *verb.* Beneficia, *art.* 7, *num.* 1 *ad* 4 *et num.* 46.

Tertio et quarto, per renuntiationem, vel assecutionem pacificam beneficii incompatibilis, *ibid. num.* 5 *et* 6.

Quinto et sexto, per contractum matrimonii per verba de præsenti, etiam non secuta copula, et per militiam sæcularem a clerico minorista assumptam, *ibid. num.* 7 *ad* 11.

Septimo et octavo, per promotionem ad episcopatum ipso jure præhabita beneficia vacant, et per translationem episcopi ad aliam ecclesiam illico vacat prius episcopatus, prout declaratur, *ib. n.* 12 *et* 13.

Nono, decimo et undecimo, vacat beneficium ob invaliditatem electionis, vel collationis, per ejusdem cassationem, et postulationis repulsionem, *ib. n.* 14 *ad* 16.

Ultra præmissos vacandi beneficia modos, adhuc alii novem et viginti supersunt, qui cum præfatis collati numerum constituunt quadragesimum ac per ordinem ad illos referuntur cuncti, *ib. a n.* 17 *ad* 45.

Vacationes beneficiorum *ipso jure*, de quibus agit auctor, ad quinque genera referuntur, et qualia. Vide *ib. num.* 48 *et seqq.*

### BENEFICIA QUOAD RENUNTIATIONEM VEL RESIGNATIONEM.

Vide *verb.* Resignatio.

### BENEFICIA QUOAD EORUM RESERVATIONEM SEU AFFECTIONEM.

Quid sit beneficii reservatio, eaque soli papæ in toto orbe competit. Vide *verb.* Beneficia, *art.* 1, *num.* 1 *et* 2.

De reservationum origine non est una scriptorum sententia, *ib. num.* 85.

Reservationum aliæ sunt clausæ in corpore juris, aliæ non. Quales sunt prioris generis, et quales posterioris, ac de effectu divisionis, *ibid. num.* 86 *et seqq.*

Legatus a latere in sibi demandata provincia potest reservare suæ collationi beneficia vacatura, quæ cæteroquin potest conferre vacantia, finita tamen legatione exspirant reservationes; et simul una pendente aliam in eadem Ecclesia, vel respectu ejusdem collatoris non potest facere, *ib. num.* 3 *ad* 5 *et art.* 4, *num.* 14.

Quid sit beneficii affectio traditur, satisque expenditur, una cum appositione manuum papæ in beneficia, *ib. n.* 6 *ad* 9.

Reservatio et affectio beneficiorum differunt inter se ea differentia, quæ intercedit inter causam, et causatum, inter tacitum et expressum, *ibid. num.* 10 *ad* 12.

Beneficia affecta differunt a reservatis, primo, quia reservatio actum expressum verbalem, seu scriptum respicit: affectio e contra respicit actum realem, et factum aliquod, *ib. num.* 13.

Secundo, quia beneficium reservatum nunquam amplius potest conferri ab inferiore; affectum vero prohibetur solum conferri ab inferiore pro illa vice, qua papa manum apposuit super ejus provisione, *ib. num.* 14.

Tertio, quia affectio beneficiorum, seu appositio manus papæ est majoris efficaciæ ac potentiæ, quam simplex generalis reservatio, *ib. num.* 15.

Beneficia pluribus modis redduntur affecta per appositionem manus papæ, et assignantur, *ibid. n.* 16 *ad* 25.

Assignatur regula generalis pro cognoscendo, an beneficia reddantur et dicantur effecta per appositionem manus papæ, *ib. a n.* 26 *ad* 30.

Beneficia papæ reservata permulta sunt, et nota-

Digitized by Google

biliora referuntur, ac ubi oportet annotatione postillantur. Vide *verb.* Beneficia, *art.* 1, *n.* 51 *ad* 76.

Animadvertendum tamen beneficia vacantia, sede apostolica vacante, non esse reservata, nisi sint primæ dignitatis, *ib. n.* 78, 79 *et* 80, ubi excipiuntur concordata Germaniæ.

Beneficia pariter vacantia in curia sede Romana vacante conferuntur ab episcopo, vel ab aliis, ad quos spectat, nisi ex alio cap. reservata sint papæ, proin ad futurum spectantia, *ib. n.* 81 *et* 82.

Sic etiam beneficia, quæ vacaverunt in curia ante mortem papæ, si non fuerunt provisa, conferuntur ab eis ad quos spectat, imo id etiam vivente papa, si ipse non conferat infra mensem a die vacationis, *ib. num.* 83, 84.

In potestate fundatorum beneficiorum est excludere in limine fundationis reservationes, idque ex sacrorum canonum indulgentia, *ib. n.* 96.

Quando a fundatore exclusæ dici queant reservationes, *ib. num.* 97.

Quando non censeantur exclusæ, *ib. num.* 98.

BENEFICIA QUOAD RESERVATIONES ET DISPOSITIONES IN REGULA CANCELLARIÆ CONTENTAS.

Quid sint regulæ cancellariæ, et quis primo eas condiderit. Vide *verb.* Beneficia, *art.* 9, *num.* 1 *et* 2.

Regulæ cancellariæ successu temporis in pluribus fuerunt mutatæ, atque augmentatæ, vel magis declaratæ, habent vim legis et constitutionis, atque obligare incipiunt statim ac a novo papa reassumuntur, licet nondum fuerint publicatæ, *ibid. num.* 3 *ad* 5.

Regulæ cancellariæ durant tantum vivente papa eas faciente, eoque moriente, exspirant, et durante vacatione sedis apostolicæ dicuntur non esse in rerum natura, *ibid. num.* 6.

Hinc sede papali vacante, potest collator ordinarius conferre beneficia reservata solum per regulas cancellariæ, ut puta vacantia in mensibus pontificis, dummodo id fiat priusquam a novo papa aliæ fiant, vel priores renoventur, *ib. num.* 7, 8.

Licet collator ordinarius, sede apostolica vacante, possit conferre beneficia reservata per regulas cancellariæ, non potest tamen conferre alia beneficia, quæ sunt reservata papæ ex alio capite, se ipsa conferenda sunt a papa futuro, *ibid. num.* 9.

Ad omnium promptius commodum dantur ad litteram ipsæmet cancellariæ regulæ, *ibid. num.* 10.

BENEFICIA QUOAD QUASDAM OBSERVATIONES CIRCA IPSAS CANCELLARIÆ REGULAS.

Regula prima cancellariæ continet reservationes similes illis, quæ habentur *in Extravaganti ad regimen*, et reservat beneficia eorum, qui promoventur ad episcopatum, sive tunc vacantia, sive in futurum vacatura, et tollit dispositionem jur. com. in cap. *Cum in cunctis* 7, *De elect.* Vide *verb.* Beneficia, *art.* 10, *num.* 1 *et* 2.

Secunda reservat omnia monasteria virorum valorem annuum ducentorum florenorum auri communi æstimatione excedentia, et commendari solita, unde non procedit de aliis, nec de beneficiis manualibus, nec de Germania ob concordata, nec de privilegiato in contrarium, *ib. num.* 3 *ad* 7.

Regula tertia, olim secunda, reservat pontifici beneficia vacantia sede episcopali vacante, et vacantia post translationem episcopi usque ad provisionem et possessionem successoris, etiamsi ab immemorabili collatio ad aliquem spectaret, necnon vacantia de tempore obitus abbatis, etc., locum tamen non habet hæc regula in dignitatibus non reservatis, *ibid. num.* 8 *ad* 12, *et art.* 8, *num.* 65.

Quarta, olim tertia, reservat summo pontifici dignitates majores post pontificalem in cathedralibus et dignitates principales excedentes valorem decem florenorum auri, et primam dignitatem post pontificalem in cathedrali solam, vel duas, si sint æque majores; primam dignitatem in collegiata, a cathedrali distincta, etiamsi unicam, et parochialem in dignitatem erectam, nec non si primæ dignitates non possint cadere sub reservatione, reservata est prima subsequens, *ib. num.* 13 *ad* 22.

Quinta, alias quarta, reservat omnia beneficia ecclesiastica quorumcunque collectorum et subcollectorum fructuum, ac proventuum cameræ apostolicæ, *ib. num.* 23.

Sexta reservat beneficia curialium, et habet locum etiam in curialibus ad honorem, sicuti in cubiculariis ad honorem, *ib. num.* 24.

Nona, alias octava, reservat papæ omnia beneficia qualitercunque qualificata in singulis, Januarii, Februarii, Aprilis, Maii, Julii, Augusti, Octobris et Novembris mensibus qualitercunque extra curiam vacantia, computandis a media nocte mensis præcedentis ad mediam noctem sequentis, ex quo si occurrat dubium, an obierit beneficiarius in mense papæ, vel ordinarii, tunc nemine adhuc in possessione exsistente, præsumendum est pro mense episcopali, *ib. num.* 27.

Hæc regula revocat quæcunque privilegia, et indulta concessa quibuscunque personis disponendi de beneficiis vacaturis in dictis mensibus, consuetudines, ei contrarias, et optandi etiam immemorabiliter, et comprehendit etiam beneficia de jurepatronatus ecclesiastici, et ex privilegio, ac etiam beneficia religionis Hierosolymitanæ, *ibid. a num.* 28 *ad* 37.

Hæc nona regula exceptuat expresse: Primo beneficia spectantia ad collationem, præsentationem, electionem et quamcunque aliam dispositionem cardinalium, non tamen cardinalium legatorum, nec intelligitur de capitulo cathedralium, quibus S. R. E. cardinales præsunt, *ib. num.* 38 *ad* 44.

Secundo, tertio et quarto, exceptuat expresse beneficia, et personas, quarum favore adsunt concordata, beneficia vacantia in mensibus, in quibus adest alternativa cum episcopo, et vacationem beneficiorum per resignationem validam in dictis mensibus vacantium, *ib. num.* 45 *ad* 47.

Quinto et sexto, non comprehendit beneficia unita nec manualia, nec vicarias sive temporales, sive perpetuas, nec capellanias, nec beneficia de jurepatronatus *ib. num.* 48 *ad* 53.

Insuper ratione ejusdem regulæ episcopus, vel alius collator inferior non amittit jus conferendi beneficium in suo mense vacans, etiamsi istud eodem mense non contulerit, et sic vacatio ejus duraverit in mensem apostolicum, neque prohibetur beneficium conferre, currente ipsomet mense apostolico, *ib. num.* 44 *et* 55.

Decima nulla indiget speciali observatione, et undecima generaliter ac indefinite comprehendit reservationem omnium, et singulorum beneficiorum reservatorum per prædecessores pontifices, non comprehendit tamen parochiales, *ibid. num.* 56 *et* 57.

Duodecima de se patet, et tertia decima expresse derogat unionibus effectum non sortitis, et comprehendit uniones factas ex causa minus necessaria quod per sequentia patefit, nec non plures, quas eadem regula habet limitationes, proponuntur, *ib. num.* 58 *ad* 70.

Quinta decima, alias quarta decima, revocat facultates conferendi beneficia reservata, seu affecta, et quæcunque indulta huic regulæ contraria de quibuscunque beneficiis concessa, imo revocat non solum privilegia activa eligentium et collatorum, sed etiam passiva eligendorum et providendorum,

Digitized by Google

nisi quando jus passivum competit ex fundatione, Vide *verb.* Beneficia, *art.* 10, *num.* 71 *ad* 76.

Sexta decima, septima decima et octava decima de se patent, et nona decima quæ inscribitur de viginti, seu de infirmis resignantibus, annulat quamcunque resignationem factam ab infirmo qui ex ea infirmitate decedat, vel etiam factam a sano, qui intra viginti dies a die præstiti consensus decedat, *ib. num.* 77 *ad* 80.

Regulæ vicesima, vicesima prima, vicesima secunda, vicesima tertia, vicesima quarta et vicesima quinta de se patent, et vicesima sexta quæ apud antiquiores est vicesima quarta et apud alios vicesima quinta, annulat resignationes beneficiorum factas ab eo, qui est promotus ad prælaturam, post vacationem prælaturæ, *ib. num.* 81 *et* 82.

Regula vicesima septima disponit, quod non judicetur juxta formam supplicationis, sed juxta tenorem litterarum, et per eamdem amittitur facultas ferendi judicium ante expeditionem litterarum apostolicarum ad effectum audientiæ et disputationis, *ibid. num.* 83 *et* 84.

Regula vicesima octava est de se clara, et vicesima nona quæ subrogandis collitigantibus inscribitur, disponit, quod si, dum super beneficio litigent, et alter moriatur, vel alio quovis modo recedat, superstites possint petere per subrogationem gratiosam substitui in jure, vel ad jus, et possessione, quæ adversariis competebant, non tamen ad favorem intrusi, *ib. num.* 85 *ad* 89.

Regula tricesima quæ de verisimili notitia appellatur, annulat concessionem beneficii per mortem beneficiati obtenti, quando inter vacationem, et datam gratiæ tantum temporis non intercesserit, quo verisimiliter pontifex notitiam habere potuerit vacationis, *ib. num a* 90 *ad* 92.

Regula tricesima prima adimit omnem jurisdictionem executori quoad omnia acta litteris non expeditis, ita ut antea nulla jurisdictio data censeatur : non habet tamen locum, ubi fuerint expeditæ litteræ gratiæ principalis, *ib. num.* 93 *ad* 95.

Regula tricesima secunda disponit, quod in collatione beneficiorum familiarum cardinalium reservatorum per regulam quartam præstari debeat consensus per cardinalem patronum, *ibid. a num.* 96 *ad* 100.

Regula tricesima tertia disponit, quod beneficia vacantia per obitum familiarium cardinalium conferantur per cardinalem ordinarium collatorem, non autem per cardinalem patronum; et fuit inducta ad tollendas lites, quæ ex præcedenti regula oriri possent inter cardinalem ordinarium collatorem et cardinalem patronum super provisione beneficiorum vacantium per obitum familiaris cardinalis; non tollit tamen reservationem regulæ quartæ, *ib. num.* 101 *ad* 108.

Regula tricesima quarta de se est clara, et tricesima quinta de annali possessione disponit, quod impetrans beneficium ecclesiasticum ab alio possessum, quod certo modo de jure vacare, et injuste ab alio possideri prætenditur, exprimere debeat qualitates possessoris, et nullitates possessionis, et intra sex menses possessorem in judicium vocare debet, et infra annum sententiam obtinere, alias gratia impetrata corruit, et introducta fuit in odium impetrantium aliena beneficia, et in favorem possidentis, *ibid. num.* 109 *ad* 115.

Regula tricesima sexta appellata de triennali possessore defendit quemcunque possessorem beneficii ex quovis titulo possessi, si per triennium in ejusdem possessione pacifice permanserit, ita ut non possit a quocunque alio molestari : et procedit tam in collatione facta a papa, quam ab ordinario, et adversus quascunque molestias, tam in possessorio, quam in petitorio illatas; ab hac tamen regula excipitur possessor per Simoniam ingressus, et excipiuntur reservationes in corpore juris clausæ, *ibid. num.* 116 *ad* 124.

Triennalis possessio debet esse pacifica, alias non suffragatur, ita ut ad eam excludendam sufficiant etiam controversiæ extrajudiciales, et ut habeat locum, præter pacificam triennalem possessionem, requirit saltem titulum coloratum. Reliquæ satis de se patent, *ib. num.* 125 *ad* 127.

Plura circa regularem cancellariæ originem, vim, extensionem, efficaciam et illarum interpretationem propriamque naturam. Vide *ibid. num.* 128 *et seqq.*

BENEFICIA QUOAD CONCORDATA.

Per concordata quid intelligatur, et adducuntur exemplariter concordata Germaniæ; per quæ tamen non omnes sublatæ sunt reservationes papales. Vide *verb.* Beneficia, *art.* 11, *num.* 1 *ad* 5.

Per concordata Germaniæ remanent adhuc papæ reservata sequentia beneficia. Primo omnia beneficia, quæ collationi papæ sunt reservata per extravagant. *Exsecrabilis.* 2. Prima dignitas post pontificiam in cathedralibus, et principalis in collegiatis. 3. Beneficia vacantia in mensibus Januarii, Martii, Maii, Julii, Septembris et Novembris; regulis tamen cancell. per eadem solum derogatur quoad ea quæ circa reservationem beneficiorum sibi propria continent, seu specialiter disponunt, *ibid. num.* 6 *ad* 10.

Per concordata Germaniæ sublatæ sunt reservationes papales sequentium beneficiorum. Primo in metropolitanis et cathedralibus etiam immediate non subjectis ecclesiis et monasteriis, immediate subjectis sedi apostolicæ, quando extra curiam vacaverint, permittuntur fieri electiones canonicæ *ib. num.* 11 *et* 12.

Secundo concordata Germaniæ tollunt quamcunque reservationem, et gratiam exspectativam a papa factam, vel faciendam super dignitates cæteras, et quæcunque beneficia sæcularia et regularia, quæ vacabunt de mensibus Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris et Decembris, et ea vacantia in alternativa talium mensium, possunt libere disponi per illos, ad quos eorum provisio, præsentatio, electio, seu quævis alia dispositio pertinebat, quædam tamen excipiuntur beneficia, *ib. num.* 13 *et* 14.

Tertio concordata Germaniæ tollunt reservationem beneficiorum vacantium etiam in mensibus pontificiis, quoties de ipsis provideatur per papam intra tres menses a die notæ vacationis in loco beneficii, quibus integre elapsis, poterit ordinarius collator de illis libere disponere, *ibid. num.* 15 *et* 16.

In hac alternativa mensium concordatorum Germaniæ non comprehenduntur omnia beneficia, sed sunt aliqua etiam in titulum concessa, quæ semper et in quocunque mense vacaverint, per collatores ordinarios conferri possunt et assignantur, *ib. num.* 17 *ad* 23.

Beneficia vacantia in mensibus papalibus, sede papali vacante, non possunt conferri ab ordinariis Germaniæ, contrarium tamen defenditur ab aliquibus, *ib. num.* 24 *et* 25.

Quamvis papa possit ob justam et gravem causam derogare concordatis; tamen non solet derogare, nisi in casibus valde necessariis ob causas graves et extraordinarias concernentes commune bonum Ecclesiæ, *ib. a num.* 26 *ad* 34.

Concordata Germaniæ, quia habent vim pacti, sunt ab omnibus observanda, *ibid. num.* 35 *ad* 37.

Si quis obtinuisset beneficium ecclesiæ contra concordata Germaniæ, etiamsi id recepisset bona fide, et ignorantia concordatorum; nihilominus cognito suo errore, teneretur Romam adire pro nova provisione, atque referenda priori collatione, utpote nulliter facta, *ib. num.* 38 *et* 39.

Digitized by Google

Concordata utpote habentia vim pacti religiosissime sunt servanda. Vide *verb.* Beneficia, *art.* 11. *num.* 40.

Ut locum habeant concordata satis est, ut concurrat alterutra qualitas in eis expressa, scilicet vel localitas, vel personalitas, *ib. num.* 41.

Summus pontifex derogare potest concordatis, *ib. num.* 42.

Quodnam derogasse dicatur, *ibid. num.* 43.

Contrarius usus vim habere non potest adversus concordata, *ib. num.* 44.

Diversum esset, si concordata acceptata et observata non essent, *ib. num.* 45.

BENEFICIA QUOAD PRIMAS PRECES IMPERATORIS.

Per primas preces imperatoris quid intelligatur, et quare vocentur primæ preces. Vide *verb.* Beneficia, *art.* 12, *num.* 1 *et* 2.

Privilegium primarum precum imperatoris est antiquissimum, ejusque summa refertur, *ib. a num.* 3 *ad* 7.

Ex hujus privilegii seu indulti tenore colligitur: Primo posse imperatorem primas preces porrigere in ecclesiis infra fines sacri Romani imperii, prout nunc est, exsistentibus, non autem hactenus ab eodem avulsis, *ib. num.* 8.

Et quamvis collator habitet extra fines sacri Romani imperii, si intra istud beneficia saltem quatuor habeat ad sui collationem spectantia, tenetur ad recipiendas primas preces imperatoris ratione dictorum beneficiorum, secus vero si e contra, *ibid. num.* 9 *et* 10.

Colligitur secundo posse imperatorem concedere primas preces ad beneficia vacantia etiam in mensibus ordinariorum, et ita esse in praxi, *ib. num.* 11 *et* 12.

Colligitur tertio posse imperatorem preces primarias concedere ad quævis beneficia sedi apostolicæ reservata, quibusdam tamen exceptis, et assignantur, *ibid. num.* 13 *ad* 17.

Colligitur quarto posse imperatorem per primas preces nominare eamdem personam ad plura beneficia, cum hoc tamen quod quamprimum talis persona de aliquo dictorum beneficiorum provisa fuerit, cesset nominatio ipsius quoad alia beneficia, *ibid. num.* 18 *et* 19.

Colligitur quinto nominatum per preces Cæsareas ad beneficium debere illud intra mensem a tempore vacationis per se, vel per procuratorem acceptare, sicque ante lapsum mensem collatori ordinario videlicet episcopo, vel ejus vicario insinuare rescriptum precum Cæsarearum, *ibid. num.* 20, 21 *et* 22.

Colligitur sexto septimo præcistam post acceptum semel beneficium non posse variare, neque si negligens fuit in acceptando primum beneficium vacans, petere postea secundum vacans nulli adhuc debitum, *ib. num.* 23 *et* 24.

Colligitur octavo nono non posse imperatorem per primas preces nominari ad dignitates pontificales, nec ad dignitates majores post pontificales in cathedralibus nec ad principales in collegiatis, nec ad beneficia jurispatronatus laicalis, bene vero jurispatronatus ecclesiastici, *ib. num.* 25, 26 *et* 27.

Colligitur decimo non posse imperatorem per primas preces gravare eumdem collatorem plusquam semel et explicatur hoc quod est semel gravare, *ib. num.* 28 *et* 29.

Colligitur undecimo non posse imperatorem primas preces porrigere, nisi illis collatoribus, qui habent saltem quatuor beneficia suæ liberæ collationis, *ib. num.* 30 *et* 31.

Colligitur duodecimo quod licet concessio primarum precum pertineat ad gratias exspectativas, non tamen prohibetur a concilio Trid. *sess.* 24, *cap.* 19, *De reformata*, et hoc etiam dato, adhuc subsisteret, et valeret indultum ipsarum, utpote a papa, qui de jure potest supra jus, et concilium dispensare, *ib. n.* 32 *ad* 35.

Imo papa in indulto primarum precum expresse derogat etiam concordatis Germaniæ, et gravissimi auctores volunt ita vigere tale indultum, ut imperator statim ac est electus, possit eo uti ante confirmationem a papa obtentam, *ibid. num.* 36 *et* 37.

Colligitur ultimo, quod ut indultum hoc primariarum precum imperatoris suum omnino sortiatur effectum, concedit papa eidem imperatori exsecutores qui per se, vel per alios, etiam per censuras ecclesiasticas possint compellere ordinarios collatores ad beneficia conferenda præcistis, et assignatur quales esse debeant, *ibid. num.* 38 *et* 39.

Preces primariæ vacante imperio expeditæ nullæ declarantur, *ib. n.* 40.

De origine primariarum precum, *ib. num.* 41 *et* 60.

Quænam beneficia comprehendantur in primariis precibus, *ibid. num.* 42 *ad* 44.

An ii, qui primarias habent preces pollere debeant qualitatibus a statuto vel consuetudine requisitis, *ib. num.* 45 *et* 46.

Primariis precibus fruuntur tantum Germani et indigenæ, *ib. num.* 47.

Quidnam facere debeat præcista, ut effectus primariarum precum consequatur, *ib. num.* 48.

De tempore præfixo ad insinuandas primarias preces collatori ordinario, et unde incipiat, *ib. num.* 49 *et seqq.*

Jus ex primariis precibus alicui quæsitum morte imperatoris non exspirat, *ibid. num.* 52.

Morte præcistæ jus precum exsecutioni nondum datum, cessat. Idem est si præcista vel expresse vel tacite renuntiet, *ib. num.* 53.

Quid si impetratæ fuerint legitimo tempore primariæ preces aliæ ab imperatore, *ib. num.* 56.

Præcista an jus primariarum precum possit in alterum transferre, *ib. num.* 57.

Jus primariarum precum, mortuo imperatore, non transit ad vicarios imperiales, *ibid. num.* 59.

Beneficia ecclesiastica sæcularia conferri nequeunt canonicis regularibus Lateranensibus, aut sanctissimi Salvatoris. Vide *verb.* Beneficia, *ad. art.* 5, *num.* 91.

Beneficia curata, aut residentialia, conferri nequeunt presbyteris, aut clericis congregationis Missionis, *ib. num.* 92.

Beneficia ecclesiastica simplicia de jurepatronato laicorum erigi possunt in commendas Militiæ sanctorum Mauritii et Lazari, *ibid. art.* 2, *num.* 24.

Irritantur beneficiorum resignationes cum reservatione pensionis cum pacto eam cassandi, et irritantur exstinctiones pensionum intra sex menses a capta possessione beneficii obtentæ, *ibid. in art.* 7, *num.* 47.

## BENEFICIATUS (I, 1241).

BENEFICIATUS AD QUID TENEATUR.

Beneficiatus tenetur primo ad recitationem divini officii, etiamsi suum beneficium sit tenue, si scienter illud acceptavit, et quando incipiat obligatio. Vide *verb.* Beneficiatus, *art.* 1, *num.* 1 *ad* 4.

Secundo, tenetur beneficiatus (si post sex menses ab obtento beneficio divinum officium non dixerit sine legitimo impedimento) fructus beneficii tanquam injuste perceptos in fabricam beneficii, vel pauperum eleemosynas erogare; etiam ante sententiam judicis, *ib. num.* 5 *et* 6.

Neque hanc restitutionem compensare potest beneficiatus per eleemosynas ante neglectam recitationem datas ex fructibus beneficii, ob quod tenetur ad horas; at ob neglectas horas satis est post illud tempus, a quo beneficiatus omisit, dare eleemosynam, etiamsi non cogitet de debito, neque intendat dare in exsolutionem suæ obligationis, *ibid. num.* 7 *et* 8.

Tertio, tenetur beneficiatus curatus professionem

Digitized by Google

fidei emittere coram episcopo, vel, eo impedito, coram ejus vicario generali intra duos menses a die adeptæ possessionis beneficii; et promoti ad dignitates, et canonicatus in cathedralibus, non solum coram episcopo, seu ejus vicario generali, sed etiam coram capitulo. Vide *verb.* Beneficiatus *art.* 1, *num.* 9 *et* 10.

Hanc fidei professionem per seipsos, et non per procuratorem tenentur emittere provisi de parochialibus, et de canonicatibus in cathedralibus, *ib. num.* 11.

Et eamdem tenentur denuo emittere illi qui in adeptione alterius beneficii similis eam iam omiserunt, *ib. num.* 12.

Fidei professionem intra duos menses non facientes tenentur restituere fructus perceptos post lapsos ipsos duos menses, nisi ipsa Sacra Congregatio eos remiserit, seu condonaverit, *ib. num.* 13.

Tales autem omittentes fidei professionem, licet non faciant fructus suos, distributiones tamen acquirunt, et faciunt suas; nec privantur aliis effectibus possessionis, *ib. num.* 14 *et* 15.

Cæteri vero beneficiati, licet non teneantur professionem fidei emittere vigore concilii Tridentini, et constitutionis Pii IV, tamen tenentur ipsam emittere vigore legum diœcesanarum, *ib. num.* 16.

Professio fidei emitti potest coram vicario generali, episcopo nedum impedito, verum etiam non impedito de ipsius tamen licentia, *ib. num.* 66.

An professio hæc fidei fieri possit per procuratorem speciale habentem mandatum, *ibid. num.* 67.

An requiratur sententia declaratoria, ut qui fidei professionem non emittunt, fructus amittant, *ib. num.* 68.

An hi qui intra duos menses professionem fidei non emiserunt, fructus perceptos intra ipsos duos menses amittant, *ib. num.* 69.

Distributiones et anniversaria non amittuntur ab his, qui professionem fidei non emittunt. Quando secus, *ib. num.* 70 *et* 71.

Professio fidei facta post lapsum terminum duorum mensium non prodest ad recuperandos fructus præteritos, sed solum ad acquirendos futuros, *ib. num.* 72.

Neque juvat triennalis vel ulterior possessio, *ib. num.* 73.

Quarto, tenetur beneficiatus ad reparationem fabricæ ecclesiæ sui beneficii, ad quam tenentur etiam cardinales, et episcopus potest ob id sequestrare fructus, *ib. num.* 17 *ad* 20.

Quinto, tenetur beneficiatus infra annum recipere ordines requisitos a suo beneficio, aliter justo impedimento cessante caret voce in capitulo, donec illos suscipiat, et perdit dimidiam partem distributionum, *ibid. num.* 21.

Sexto, tenetur beneficiatus a jure communi ad residentiam personalem in loco beneficii, etiam in beneficiis simplicibus; ex generali tamen consuetudine beneficia simplicia residentiam personalem non requirunt, *ibid. a num.* 22 *ad* 25.

Septimo, octavo, nono, decimo, tenetur beneficiatus in prima synodo, quæ fit, recipere decreta illius, et concilii Tridentini, exercere hospitalitatem, habere exempla, scripturas et instrumenta de bonis ac redditibus beneficii duplicata, ita quod unum sit apud eum, et aliud in archivio cathedralis, uti supellectili modesta et frugali mensa, *ibid. num.* 26 *ad* 29.

Undecimo, duodecimo et tertio decimo, tenetur jurare in manu episcopi, quod Simoniam non commisit in adeptione beneficii, et quod a patrono habuit sine dono, pacto promisso, etc., tenetur restaurare ecclesiam, domos, possessiones, et fundos dotales beneficii, et contribuere pro procuratione episcopi visitantis, *ib. num.* 30 *ad* 32.

Quarto decimo, quinto decimo et sexto decimo, tenetur accedere ad processiones, ad quas beneficiatus non accedendo potest cogi sub mortali solvere pensionem impositam beneficio, et redditus beneficii suæ honestæ sustentationi superfluos erogare in causas pias, ita ut expendentes in causas profanas gravissime peccent, non obstante quod dicant se adhærere sententiæ docentium beneficiatos bonorum superfluorum dominos esse, *ib. a num.* 33 *ad* 37.

An autem beneficiati redditus superfluos suorum beneficiorum in pauperes, et causas pias non erogantes, sed in causas profanas expendentes, ultra peccatum mortale, quod committunt, teneantur insuper ad restitutionem, controversia maxima est inter doctores, affirmativam tamen dicimus amplectendam, *ibid. num.* 38 *ad* 64.

BENEFICIATUS QUID DE FRUCTIBUS BENEFICII FACERE POSSIT.

Beneficiatus potest primo vivere de fructibus sui beneficii, licet habeat pingue patrimonium; et patrimonium cum fructibus ejus potest servare, quibus voluerit. Etsi ex bonis patrimonialibus vixit: potest uti compensatione ex redditibus beneficii. Vide *verb.* Beneficiatus, *art.* 2, *a num.* 1 *ad* 9.

Secundo, beneficiatus potest licite distribuere superfluos redditus sui beneficii in eos, qui quamvis habeant necessaria ad victum, non tamen habent sufficientia ad decentiam status, et pro conditione et qualitate personæ, *ib. num.* 10 *ad* 12.

Tertio, beneficiatus potest ex proventibus beneficii alere liberos, non tantum legitimos, sed etiam illegitimos et spurios, et potest etiam dare dotem filiæ etiam spuriæ, sorori, vel alteri consanguineæ, *ib. num.* 13.

Quarto et quinto, beneficiatus, etiamsi bona patrimonialia habeat, potest, ex bonis ecclesiasticis filium suum alere, vel etiam fratrem suum, aut alium consanguineum, etiamsi pater ipsius posset illi sumptus ad studendum subministrare; et nepotem, vel consanguineum indigentem ad doctoratum promovere, *ib. num.* 14 *et* 15.

Sexto, beneficiatus potest ex redditibus beneficii donare consanguineis, non solum quod necesse habent pro tempore præsenti ad sublevandas suas præsentes necessitates, sed quod in futurum deserviat, fundando redditus perpetuos, quibus ipsi et eorum posteri decenter vivere possint; dummodo moderatum sit, et non ob familiæ memoriam principaliter fiat, sed ex pietate ad posterorum indigentiam sublevandam, *ib. num.* 16 *et* 17.

Septimo, beneficiatus, qui ex humili familia ad episcopatum pinguem vel ad cardinalatum assumitur, potest ejus fratres et propinquos, et a fortiori parentes ex fructibus sui beneficii moderate elevare ad altiorem statum, *ib. num.* 18 *ad* 20.

Cavere tamen debent tales beneficiati non esse attendendum affectum carnis et sanguinis, sed Christianam prudentiam et modestiam, atque ad hoc præclara afferuntur exempla, et reprehenduntur aliter facientes, *ib. num.* 21 *ad* 28.

Octavo, beneficiatus potest ex redditibus superfluis aliquando reservare aliquam mediocrem quantitatem ad proprias necessitates probabiliter eventuras, *ib. num.* 29.

Nono, potest de redditibus ecclesiasticis remunerare accepta servitia, quinimo facere etiam quasdam donationes non remuneratorias cum moderatione debita, *ibid. num.* 30 *et* 31.

Decimo, potest de redditibus ecclesiasticis exercere etiam honestam hospitalitatem non solum illam, quæ sit erga pauperes peregrinos, sed etiam hospitalitatem urbanam juxta statum et qualitatem beneficii, imo aliquoties moderata convivia, amicis parare, ipsos ad honestam recreationem invitare, cum debita tamen moderatione; aliter peccaret mortaliter, *ib. num.* 33 *ad* 34.

Undecimo, potest ex redditibus ecclesiasticis solvere debita contracta pro sui sustentatione, vel ob

Digitized by Google

causam piam, licet habeat ex bonis propriis, dummodo tamen debita sint contracta post habitum beneficium, profana vero ex bonis propriis sunt solvenda, et ex ecclesiasticis solum in illorum defectu. Vide *verb.* Beneficiatus, *art.* 2, *num.* 35 *ad* 38.

Duodecimo et tertio decimo, beneficiatus potest distributiones pro sua voluntate disponere, et expendere, et pro suo arbitrio facere, ac etiam testari de his, quæ sibi obveniunt ratione stipendii personalis, *ib. num.* 39 *et* 40.

Reprehenditur auctor, quod limitationibus aliquot *in artic.* 2, propositis multum extenuaverit obligationem beneficiatorum erogandi superflua in pauperes et ecclesias, *ib. in Not.*

BENEFICIATUS QUID DE FRUCTIBUS BENEFICII FACERE NON POSSIT.

Primo beneficiatus non potest de fructibus beneficii, nec ad causam piam, ullum de jure facere testamentum; ad eam tamen in consuetudine introduci potest. Vide *verb.* Beneficiatus, *art.* 3, *n.* 1 *et* 2, *et num.* 19.

Secundo, beneficiatus non potest neque vi consuetudinis testari de bonis ecclesiasticis in notabili quantitate ad causas profanas; idque tamen possunt beneficiati incolæ, et cives urbis Romæ, qui in ea, vel ejus districtu decesserint, tam inter vivos, quam mortis causa, *ibid. num.* 3 *ad* 9.

Tertio, beneficiatus non potest sine peccato ex bonis ecclesiasticis consanguineos familiaresque ditare, vel ad majorem statum exaltare, aut plusquam ad conditionem et decentiam status necessarium habent, eis conferre, *ib. num.* 10 *ad* 13.

Quarto, beneficiatus non potest sine peccato redditus superfluos sui beneficii expendere in excessivis et voluptuosis conviviis, in ludis, theatris, et amplis ac sumptuosis palatiis, *ib. num.* 14.

Num sub prohibita clericis factione testamenti de fructibus beneficiorum veniant distributiones quotidianæ, et ea, quæ ipsi acquirunt ratione alicujus ministerii ecclesiastici *ib. num.* 20 *et seqq.*

## BENEPLACITUM APOSTOLICUM (I, 1275).

Quando bona ecclesiæ relicta possunt sine apostolico beneplacito alienari necne. Vid. *verb.* Beneplacitum apostolicum, *num.* 1 *ad* 3.

Beneplacitum apostolicum reservatum per verba importantia necessitatem non impetratum irritat actum; et quando sic dictum, *num.* 4 *et* 5.

De contrahentibus pactionem, reservato beneplacito apostolico, *num.* 6.

Nullitas actus ex defectu hujus beneplaciti, *num.* 7.

Quando præsumendum sit vel non in alienatione rei Ecclesiæ post lapsum centenarium, *ibid. num.* 8 *ad* 12.

Tres illius beneplaciti species, *ibid. num.* 13.

BENEPLACITUM APOSTOLICUM.

Vide *verb.* Alienatio, *per tot et signanter* art. 4.

## BESTIALITAS.

Vide *verb.* Luxuria, *a n.* 64 *ad* 69.

## BIBLIA SACRA.

Vide *verb.* Scriptura sacra, *per tot.*

## BIBLIOPOLÆ, BIBLIOCETÆ.

Vide *verb.* Libri et *verb.* Libri prohibiti.

## BIGAMIA (I, 1277).

BIGAMIA, QUID, QUOTUPLEX SIT, ET QUANDO INCURRATUR, ET SIT QUIS BIGAMUS, VEL NON.

Bigamia quid sit, et qualiter differat a polygamia olim divinitus quibusdam permissa, nunc a Christo sublata. Vide *verb.* Bigamia, *art.* 1, *num.* 1, 2, 3.

Bigamia est triplex, nimirum vera, interpretativa, et similitudinaria, et unaquæque describitur, *ib. num.* 4 *ad* 8.

Bigamia vera incurritur, seu contrahitur, quando quis vere duas uxores successive legitime duxit, easque carnali copula cognovit, quamvis utramque, vel alteram habuerit ante susceptum baptismum; secus si cum altera sive priore, sive posteriore matrimonium non consummavit, *ib. num.* 9 *ad* 11.

Unde infertur, quod multiplicitas matrimoni rati, et non consummati non inducit bigamiam, sicut nec multiplicitas sponsaliorum, etiamsi subsecuta sit copula, *ib. num.* 14 *et* 15.

Bigamia vera non incurritur ab eo, qui cum meretrice sæpius fornicatus est, vel plures concubinas habuit sive ante matrimonium contractum cum una virgine, sive eo stante, sive post illud; neque tales conjunctiones impediunt quominus tale matrimonium adhuc habeat perfectam significationem *ib. num.* 16 *et* 17.

Fundamentum irregularitatis ex bigamia vera et quonam ponatur; et reprehenditur auctor, *ib. num.* 49 *et seqq.*

Bigamia interpretativa quatuor præcipue modis a doctoribus censetur incurri.

Et primus modus est quando quis ducit viduam, vel ab alio per fornicationem etiamsi per vim corruptam, seu qualitercunque carnaliter cognitam, et cum ea matrimonium consummans fit una caro cum illa, etiamsi id penitus ignoraverit, *ibid. num.* 18 *et* 20.

Hanc tamen bigamiam interpretativam non incurrit ducens virginem, et existimans illam esse incorruptam, nec qui ducit viduam; sed a priore marito incognitam, nec qui ducit mulierem; non ab alio, sed a se ipso solo corruptam, *ib. num.* 21 *ad* 25.

Secundus modus bigamiæ interpretativæ est, quando quis ducit virginem, et postquam adulterata est, illam adhuc carnaliter cognoscit, etiamsi id ignoraverit, et ipsa uxor non volens, sed per vim cognita sit ab adultero, *ib. num.* 26 *et* 27.

Quinimo eam incurrit, etiamsi compellatur ab ecclesia denuo conjungi, et copulari uxori, quæ ipso pro mortuo habito, præcedente judicio ecclesiæ alteri nupserat, et matrimonium consummaverat, *ib. num.* 28 *ad* 30.

Tertius modus bigamiæ interpretativæ est, quando quis init duo matrimonia, unum validum, et alterum invalidum, et utrumque consummat. Et hoc currit respectu cujuscunque clerici etiam in solis minoribus, et laici, *ib. num.* 31 *et* 32.

Hanc bigamiæ interpretativæ irregularitatem incurrit etiam qui bona fide contraxit unum matrimonium illudque consummavit, et postea, cognita nullitate ejusdem, ad aliud transivit, illudque consummavit, nec non, qui dissoluto priori matrimonio legitimo, ignorans impedimentum aliud contraxit, *ib. num.* 33 *et* 34.

Quartus modus bigamiæ interpretativæ est quando quis, etiamsi sit clericus in minoribus vel laicus, init duo matrimonia, sed utraque invalida, et utraque consummat, *ib. num.* 35 *ad* 37.

Hanc bigamiæ interpretativæ irregularitatem incurrit omnis qui unum matrimonium invalidum propter aliquod impedimentum dirimens contraxit, et consummavit cum vidua, vel corrupta, *ib. num.* 38 *ad* 40.

Bigamia similitudinaria incurritur, quando quis in sacris constitutus, vel in aliqua religione professus matrimonium contrahit cum aliqua, eamque carnaliter cognoscit, *ibid. num.* 41 *ad* 44.

Antiquitus incognita fuit bigamia interpretativa. Unde ortum ead. habuerit, *num.* 45 *et seqq.*

Bigamia tam propria, quam similitudinaria prohibetur diaconis Ecclesiæ Orientalis, *ibid. art.* 5, *num.* 32.

Digitized by Google

BIGAMIA QUOAD EJUS EFFECTUS ET POENAS.

Bigamiæ effectus in primis est irregularitatem inducere, ac proinde bigami prohibentur tonsuram et ordines suscipere, et in susceptis ministrare, estque talis irregularitas ex antiquissima traditione apostolica, et ex defectu sacramenti. Vide *verb.* Bigamia, *art.* 2, *num.* 1 *ad* 4.

Insuper bigamiæ effectus est privare bigamos omni privilegio clericali ac eos subjicere jurisdictioni fori sæcularis, ut meros laicos; nec deferre possunt habitum clericalem et tonsuram, fiuntque incapaces ecclesiastici beneficii, imo et pensionum, nisi accedat dispensatio apostolica, et hac stante censentur etiam dispensati ad retinendum privilegium seu exercitium characteris clericatus ad dictum effectum, *ibid. num.* 5 *ad* 11.

Licet bigamus ratione bigamiæ ordinari non debeat, tamen si secus fieret, characterem reciperet, et quamvis amittat exercitium et privilegium clericale, tamen ratione characteris non destituitur clericatu tanquam signo indelebili, *ibid. num.* 12 *et* 13.

Pœna privationis omnis privilegii clericalis una cum prohibitione deserendi tonsuram, et habitum clericalem imposita bigamis habet locum solum in clericis constitutis in solis ordinibus minoribus, *ib. num.* 14 *ad* 17.

Similiter non privantur privilegio clericali bigami professi in aliqua religione approbata, sed adhuc gaudent privilegiis clericorum, et qui tales percuteret, esset excommunicatus, *ibid. num.* 18 *et* 19.

Non solum in sacris canonibus incurrunt pœnam bigami ordinati, ut nequeant in susceptis ordinibus ministrare, et ad altiores ascendere, et sic evadant irregulares; sed etiam specialem pœnam incurrunt episcopi tales bigamos ordinantes, et promoventes, videlicet suspensionem annalem ipso jure a collatione ejusdem ordinis, quem contulit bigamo nec non a celebratione missæ, *ib. num.* 20 *ad* 24.

Sententia tamen tenens episcopi ordinantibus bigamos nullam pœnam impositam esse ipso jure, seu latæ sententiæ, sed solum pœnam sententiæ ferendæ est suffulta solidis fundamentis, et gravissimis doctoribus, *ib. num.* 25 *et* 26.

Ultra quam quod sacra Cong. Conc. censuit episcopum ordinantem bigamos non incurrere aliquam certam pœnam ipso jure, seu latæ sententiæ, et contrarium est jam redactum ad terminos juris communis, *ib. num.* 27 *et* 28.

Principio bigami a solis sacris ordinibus erant exclusi. Deinde concilium Lugdunense sub Greg. X eos extra regulam posuit quoad cæteros ordines, *ibid. num.* 29 *et* 30.

Ratio quare ita fuit institutum, *ib. num.* 32.

Bigamus, id est irregularis, recte censetur ille etiam, qui unam uxorem ante baptismum, et aliam post baptismum habuit, *ib. art.* 3, *num.* 33.

Bigamus abstinere debet ab administrando sacramento baptismi etiam in casu necessitatis, si alius adsit ab hac nota immunis, *ib. art.* 3, *n.* 34.

BIGAMIA QUOAD EJUS DISPENSATIONEM.

Papa dispensare potest in omni bigamia, et quoad omnes ordines, et dignitates. Vide *verb.* Bigamia, *art.* 3, *num.* 1 *ad* 3, *et num.* 34 *et seqq.*

Episcopus dispensare nequit in bigamia vera, et interpretativa notoria non solum quoad ordines sacros, seu majores, sed nequidem quoad ordines minores, aut primam tonsuram vel beneficium simplex, *ib. num.* 4 *ad* 17.

Licet autem episcopus nequeat dispensare in bigamia notoria, potest tamen in bigamia interpretativa occulta, et contracta inde irregularitate, quoties ea provenit ex delicto occulto, *ib. num.* 18 *et* 19.

In bigamia similitudinaria, quæ pure sit talis, nec bigamiam interpretativam admistam habeat, episcopus dispensare potest etiam ad altiores sacros ordines suscipiendos, vel ministrandum in susceptis; dummodo clericus in sacris, vel professus in religione, qui de facto cum una virgine contraxit, et consummare præsumpsit, pœnitentia correptus laudabilem viam duxerit, *ib. num.* 20 *ad* 22.

Prælati regulares quicunque sint, spectato jure communi, et seclusis specialibus privilegiis dispensare non possunt cum suis subditis regularibus nequidem quoad ordines minores, *ib. num.* 23.

Quantum autem ad specialia regularium privilegia plures doctores tenent, religiosos dispensari posse in bigamia præfata, nedum a superioribus, sed etiam a quocunque confessario ordinis, *ib. num.* 24 *ad* 26.

Per solidam vero rationem contrarium sustinent plurimi alii; unde concludendum est, quod cum hoc pertineat ad quæstionem facti, sunt attendenda, et caute consideranda indulta a sancta sede supra id regularibus concessa, *ibid. num.* 27 *ad* 30.

In bigamia similitudinaria possunt prælati regulares cum novitiis, ac professis sibi subditis dispensare in illis casibus, in quibus possunt episcopi, *ib. num.* 31.

## BIRRETUM (I, 1305).

Birretum est tegumentum capitis clericorum proprium. Vide *verb.* Birretum, *num.* 10.

Communicatum birretum fuit magistris artium et doctoribus, *ibid. num.* 11.

Birreti etymologia, origo, antiquitas, formæ, et color, *ibid. num.* 12 *ad* 15.

Birreti, seu birretini aut pileoli usus in missa, etiam extra canonem, concedi non potest ab episcopo, sed solum a papa: nullus etiam episcopus eo uti potest sine sedis apostolicæ licentia, *ibid. num.* 1 *et* 2.

Birretum debet episcopus cum cappa sedens ad sedem suam de per se sibi extrahere, et reponere; nec potest decretum facere, quod sui clerici teneantur semper deferre birretum, *ibid. num.* 3 *et* 4.

Canonici in processionem intra ecclesiam debent incedere capite detecto, et extra eam cum birreto in capite, atque clerici in choro uti debent birreto, et non pileo, *ibid. num.* 5 *et* 6.

Birretum rubeum omnibus cardinalibus, exceptis regularibus, concessum erat, dein extensum ad cardinales ex ordinibus regularibus, habitu tamen religionis, in qua fuerant professi, in cæteris nihil immutato, *ib. num.* 7 *ad* 9.

## BLASPHEMIA (I, 1309).

BLASPHEMIA QUID, QUOTUPLEX, ET QUÆNAM CULPA SIT.

Blasphemia est contumeliosa locutio in Deum, seu contumeliosa de Deo affirmatio, vel negatio, vel immediata, quæ Deum in seipso attingit, vel mediata, quæ profertur in sanctos. Vide *verb.* Blasphemia, *art.* 1, *num.* 1 *et* 2.

Blasphemia quadrupliciter potissimum committi potest. Primo dum de Deo negatur quod ei convenit, vel aliquid de ipso affirmatur, quod ei non convenit, 2° dum quis Deum detestatur; 3° dum quis contumeliosas locutiones profert in beatam Mariam Virginem, vel sanctos, aut sacramenta, vel res Deo sacras; 4° dum quis absque affirmatione, vel negatione, aut detestatione, vel imprecatione per despectum, aut indignationem injuriose aut probrose nominat Dei attributa, sacramenta, Christi sanguinem, etc., *ib. num.* 3 *ad* 6.

Blasphemia præcipue dividitur in hæreticalem et simplicem, ac utraque assignatur, *ibid. num.* 7 *ad* 9.

Ad simplicem, seu non hæreticalem blasphemiam reducuntur primo omnia verba injuriose usurpantia Christi membra, vulnera, sacramenta; 2° verba contumeliosa prolata in sanctos formaliter, quate-

Digitized by Google

nus sancti sunt, sive cum habitudine saltem virtuali ad Deum; 3° signa et facta contumeliosa contra Deum, contra imagines Christi crucifixi, virginis Mariæ, aliorumque sanctorum, licet verba non sint, *ib. num.* 10 *ad* 12.

Blasphemia quælibet deliberate commissa est peccatum mortale, etiamsi sit joco prolata; dummodo deliberate, et advertenter ad inhonorationem Dei, *ibid. num.* 13 *et* 14.

Item est peccatum mortale, licet prolata ex habitu, aut ex indignatione, et ira, si blasphemans ita loquens advertat ad vilipensionem Dei, vel rerum sacrarum, quam verba, seu blasphemiæ præ se ferunt, aliter tamen non peccat graviter, sed sub mortali tenetur serio conari pravum habitum tollere, *ib. num.* 15 *ad* 17. Consulendus hac de re Pater Concina, *ib. in notis, art.* 1 *ad num.* 17.

Blasphemia *enuntiativa* et *imprecativa* quid, *ibid. num.* 18.

Blasphemia in Spiritum sanctum, *num.* 19.

Maledictio creaturarum, *num.* 20.

BLASPHEMIA, QUOAD EJUS PŒNAS, ET EJUSDEM JUDICEM COMPETENTEM.

Blasphemiæ culpa in lege veteri erat mortis pœnæ subjecta; vide *verb.* Blasphemia, *art.* 2, *num.* 1 *et* 2.

Ob blasphemiam Antiochus insanabili et invisibili plaga percussus fuit, Holofernes feminæ manu occisus, Goliath a Davide lapidis ictu e funda emisso peremptus, populus ob blasphemiam Jeremiæ gladio, et fame consumptus est, sic varii alii ob blasphemiam morte puniti fuerunt, *ibid. num.* 3 *ad* 7.

Modo blasphemiæ pœnæ aliæ sunt de jure canonico communi, aliæque a variis pontificibus etiam contra non denuntiantes, et aliæ de jure civili, ac omnes luculenter recensentur, *ibid. num.* 8 *ad* 23.

Ob pœnas contra blasphemos hinc inde aliqualiter relaxatas rectum attendendum fertur monitum, *ibid. num.* 24 *et* 25.

Ad hoc autem ut blasphemi ordinariis pœnis a jure statutis subjaceant, et debent deliberate et plena advertentia blasphemias proferre, *ib. num.* 26 *et* 27.

Iracundia ad hoc ut excuset blasphemantem a rigore pœnæ, a jure statutæ, debet ortum habere ex gravi et justa causa, ut si quis v. g. ab hoste injuste invasus, vel uxorem in adulterio deprehendens occisus blasphemet, *ibid. num.* 28, 29 *et* 30.

Judex competens blasphemiæ hæreticalis, seu habentis conjunctam hæresim est solus ecclesiasticus; non hæreticalis autem seu simplicis potest esse ecclesiasticus, vel sæcularis, et inter hos datur locus præventioni, absque tamen præjudicio proprii respective fori, et ab ecclesiastico compelli potest sæcularis ad puniendos blasphemos, *ib. num,* 31 *ad* 34.

An et quando blasphemi hæreticales denuntiandi, *ibid. num.* 35, 36.

Quoad simplices blasphemos quid antiquitus servatum, *ibid. num.* 37.

BLASPHEMA PROPOSITI QUÆ SIT.

Vide *verb.* Propositiones damnatæ, *num.* 30.

BONA ECCLESIASTICA (I, 1321 ).

BONA ECCLESIASTICA QUOAD ALIENATIONEM, LOCATIONEM, OCCUPATIONEM, SEU USURPATIONEM.

Bona ecclesiastica sine justa causa, debita solemnitate alienari non possunt. Vide *verb.* Bona, *art.* 1, *n.* 1, et *verb.* Alienatio, *art.* 1, ubi et quæ veniant nomine bonorum ecclesiasticorum, et quæ justæ alienandi causæ, ac solemnitates requisitæ.

Bona ecclesiastica jam incorporata alienari non possunt sine requisitis solemnitatibus, quamvis sint ecclesiæ ita relicta, ut possint pro libito sine solemnitatibus alienari; tamen nondum incorporata relicta ecclesiæ sub expressa conditione, ut vendantur ad aliquem determinatum effectum, possunt alienari sine solemnitatibus, *ib. n.* 3. *ad* 5.

Post incorporationem autem exsistente testatoris præcepto solum generaliter, ut bona vendantur, et non specialiter ut certa, et determinata bona vendantur, requiritur beneplacitum apostolicum pro alienatione certorum, et determinatorum bonorum, *ib. num.* 6 *et* 7.

Sine beneplacito apostolico alienari possunt bona immobilia relicta monasterio, seu ecclesiæ incapaci ea retinendi, *ib. n.* 8, et *verb.* Syndicus apostolicus, *num.* 19, ubi decernitur modus.

Bona ecclesiastica sine beneplacito apostolico possunt locari ad triennium fructiferum, *ib. n.* 9 *et* 10.

Locatio autem rei fructificantis singulis annis ad sexennium v. g. aut ad novennium simpliciter et indivisibiliter est nulla et invalida etiam pro primo triennio; secus si divisibiliter, ut exponitur, *ibid. num.* 11 *et* 12.

Bona ecclesiastica occupantes, seu usurpantes, quicumque sint, incurrunt excommunicationem ipso facto papæ reservatam, *ib. num.* 13 *ad* 15.

Excommunicationem latam contra usurpantes bona ecclesiastica incurrunt primo, secundo et tertio omnes jurisdictionem ecclesiasticam sibi tanquam propriam usurpantes, sequestrantes, vel subripientes inique fructus alicujus beneficii, vel distributiones, *ibid. num.* 16 *ad* 18.

Quarto et quinto omnes usurpantes fructus, redditus, vel proventus ecclesiæ, seu beneficii vacantis, et papatus sede vacante, et spectantia ad ecclesiasticas personas ratione ecclesiarum, monasteriorum, vel beneficiorum, *ib. num.* 19 *et* 20.

Sexto et septimo omnes vi, aut clam arbores alieni beneficii cædentes, et usurpantes, aut impedientes quo minus recipiantur ab iis, ad quos pertinent, proventus ecclesiarum, vel piorum locorum, *ibid. num.* 21 *et* 22.

Octavo et nono omnes excommunicationem incurrunt, sive publica, sive privata auctoritate bona seu jura ecclesiastica usurpent, etiamsi ecclesiastici, imo clerici etiam alias pœnas incurrunt, et assignantur, *ib. num.* 23 *ad* 25.

Decimo omnes ecclesiastici consentientes occupationi, vel usurpationi bonorum ecclesiasticorum incidunt in excommunicationem concilii, *ib. n.* 26.

Undecimo omnes supradicti incurrunt excommunicationem latam in concilio Tridentino contra usurpantes bona, seu jura ecclesiastica solummodo quando sciunt prædicta bona usurpata, seu occupata esse ecclesiastica, *ib. num.* 27.

Excommunicationem latam contra usurpantes bona, et jura ecclesiastica non incurrunt primo usurpantes fructus, quos sacerdos percipere solet ex bonis patrimonialibus, ad quorum titulum promotus est ad sacros ordines, *ib. num.* 28.

Secundo hanc excommunicationem non incurrunt ii, qui clerico tantum ex fructibus beneficii subtrahit, quantum respondet suo credito, dummodo summam sui crediti non excedat, *ib. n.* 29.

Tertio probabiliter credentes bona ecclesiæ ad se pertinere, si illa occupent, non incidunt in excommunicationem concilii Tridentini, *ib. num.* 30.

Quarto, fures, milites, et hujusmodi subripientes bona ecclesiæ non incidunt excommunicationem concilii, furtum autem committentes intra ecclesiam sunt ipso jure excommunicati, *ib. num.* 31 *et* 32.

Quinto excommunicationem latam contra usurpantes bona ecclesiastica non incurrunt ipsa alienantes sine solemnitate, *ib. num.* 33.

Ad bona ecclesiastica refertur omne illud, quod est in ecclesiæ patrimonio jure quocunque, et ex quo redditus ecclesiæ augentur, *ib. n.* 43.

Divisio bonorum ecclesiasticorum in communia, et mensalia, et illius usus, *ibid. n.* 44 *et* 45.

Quandonam ecclesia incœperit bona stabilia possidere, *ib. num.* 46.

Modi, quibus ecclesia acquirit varii sunt, et aliquot recensentur, *ibid. num.* 47, *et seqq.*



5

Digitized by Google

Singularia donationis bonorum ecclesiæ factæ; *ib. num.* 50 *et seqq.*

Quid agere debeat episcopus in donatione bonorum ecclesiæ facta ab eo, qui ecclesiam exstruere vult, *ib. num.* 56 *et seqq.*

Bona ecclesiæ, nisi de alio titulo doceatur, titulo dotis acquisita censentur, *ibid. n.* 60.

Variæ quæstiones circa bona ecclesiæ ab hostibus invasa, et catholico rege iterum recuperata, *ib. num.* 61 *ad* 63.

Ecclesia jus habet tum acquirendi, tum possidendi bona temporalia, et ante Constantinum immobilia possidebat, *ibid. num.* 64 *ad* 65.

BONA ECCLESIASTICA QUOAD EORUM IMMUNITATEM.

Bona ecclesiastica, quantum ad præsens spectat, in triplici genere possunt considerari. Et quæ sint bona primi generis, qualiter immunia, et exempta. Vide *verb.* Bona, *art.* 2, *num.* 1 *et* 2.

Bona secundi generis, quæ sint, ac quomodo immunia, et exempta, *ib. n.* 3 *ad* 10.

Bona ecclesiastica tertii generis quæ sint, et qualiter immunia, et exempta, *ibid. num.* 11 *ad* 15.

Omnia supradicta triplicis generis bona ecclesiastica sunt immunia, et exempta ab omnibus oneribus, et exactionibus laicalibus, ne dum de jure civili, et canonico, sed etiam de jure divino; varia ad rem adducuntur cum famosa constitutione Urbani VIII, ejusque intenta summarie referuntur, *ib. n.* 16 *ad* 69.

Quamvis autem ecclesiæ, ecclesiasticæ personæ, ac bona, et res ipsarum quælibet sint immunes, et exemptæ ab omnibus exactionibus, et oneribus etiam tempore necessitatis, tamen sex copulative concurrentibus conditionibus tempore necessitatis ecclesiæ, et ecclesiasticæ personæ ratione suorum bonorum tenentur ad collectas, exactiones, et contributiones extraordinarias, et assignantur dictæ sex conditiones, *ib. num.* 70 *et* 71.

Immunitas bonorum ecclesiasticorum a contributionibus, et collectis legibus etiam civilibus fundatur, *ib. num.* 72 *et seqq.*

Constat etiam bona ecclesiastica olim gavisa fuisse immunitate illa, nullo adhibito discrimine, quod postea inolevisse observa, *ibid. num.* 77 *et* 78.

An bona, quæ priusquam ecclesiæ obvenirent, obnoxia erant tributis, et oneribus, eo ipso quod ecclesiastica fiant, immunia evadant a tributis et gabellis, *ib. num.* 79.

An conductores bonorum ecclesiasticorum gaudeant immunitatis privilegio, *ib. n.* 82.

Item emphyteutæ et coloni partiarii et jure hæreditario, vel coloni perpetui bona ecclesiastica possidentes an eadem immunitate gaudeant, *ib. num.* 83 *et* 84.

An emptore fructuum bonorum ecclesiæ gaudeant immunitate, qua gaudet ipsa ecclesia, *ibid. num.* 85.

Alterum privilegium bonis ecclesiæ competens est, ut sint exempta a sæculari jurisdictione, et subjecta solum ecclesiasticæ, *ib. num.* 86.

BONA ECCLESIASTICA QUOAD PŒNAS VIOLANTIUM EORUM IMMUNITATEM, ET QUOAD ABSOLUTIONEM AB EISDEM.

Ultra gravissimam sacrilegii culpam triplex potissimum pœna incurritur a violantibus immunitatem bonorum ecclesiasticorum, et assignatur. Vide *verb*, Bona, *art.* 3, *num.* 1 *ad* 4.

Excommunicationis pœnam incurrunt omnes et singulari sine expressa speciali licentia Romani pontificis exigentes ab ecclesiis, ecclesiasticisque personis, aut earum bonis collectas, decimas, taleas, præstantias, etc., *ib. num.* 5.

Item qui pedagia, quidagia, taleas, et vectigalia eisdem imponunt, vel ab eis exigunt etiam pro rebus propriis ipsorum ecclesiasticorum, aut sic imposita etiam a sponte dantibus, et concedentibus recipiunt; nec non omnes in prædictis per se, vel per alios, directe, vel indirecte peccantes, *ib. n.* 6 *ad* 8.

Quinimo etiam successores in officio imponentium collectas, vel onera ecclesiasticis excommunicationem incurrunt, nisi intra mensem satisfecerint, seu satisfactionem præstari a communitate, et ab iis, in quorum utilitatem concessum est tributum, seu collecta, curaverint, et in horum defectu, si successores sint etiam hæredes, tenentur ad damna, *ib. n.* 9, 10 *et* 11.

A præfata excommunicatione incurrenda nulla consuetudo etiam immemorabilis, nulla præscriptio, nullusque alius titulus excusat, *ibid. num.* 12 *ad* 15.

A præfata excommunicatione, aliisque pœnis extra articulum mortis, nullus præter Romanum pontificem absolvere potest, et in articulo mortis nullus absolvere potest, nisi violatores prius cautionem præstent de satisfaciendo, etc., *ib. n.* 16 *ad* 18, ubi datur necessaria advertentia.

Quid si aliquis alius quam Romanus pontifex extra mortis articulum, vel in articulo mortis, non servatis præfatis conditionibus, similem violatorem absolveret, et quid, ut absolutio etiam per Romanum pontificem facta violatoribus immunitatis suffragetur, necesse sit. Vide *ib. n.* 19 *et* 20.

BONA LAICALIA, ET PRÆCIPUE BONA CONJUGUM, ET FILIORUMFAMILIAS QUOAD EORUM ESSE, PROPRIETATEM, ET USUMFRUCTUM.

Bona conjugum alia sunt dotalia, alia paraphernalia; alia antiphernalia, alia propria, alia communia; et in primis dotalia sunt ea, quæ ab uxore, vel ab alio nomine ipsius dantur marito ad onera matrimonii sustinenda; eorumque usufructus est mariti, proprietas autem uxoris, et ita ut pro eis hypothecata maneant mariti bona. Vide *verb.* Bona, *art.* 4, *n.* 1 *ad* 5.

Dantur tamen duo præcipui casus, in quibus proprietas, seu dominium dotis pleno transit ad maritum, sed cum obligatione tantumdem soluto matrimonio restituendi, et assignantur; atque in his periculum spectat ad maritum, *ib. num.* 6 *et* 7.

Bona paraphernalia, seu extradotalia sunt omnia alia bona uxoris extra dotem, et hæc plene ad uxorem pertinent; imo, si marito commissa sit administratio, uxor tacitam habet hypothecam in ejusdem bonis, non tamen ita privilegiatam, ut pro dote, *ib. num.* 8 *ad* 11.

Plenissime de bonis paraphernalibus, *ibid. num.* 66 *et seqq.*

Declaratur *n.* 10 auctor, *ib. n.* 80.

Bona antiphernalia, propria, et communia quæ sint, *ib. n.* 12 *ad* 15.

Ex dictis infertur 1°, maritum graviter peccare consumendo, ac dilapidando bona paraphernalia uxoris, aut in Bacchum, etc., expendat, etiamsi eorum administrationem habeat, et ad restitutionem teneri; ut idem quoque dicendum, si invita uxore quid notabile dissipet de bonis communibus in excessivis comessationibus, etc., *ib. num.* 16 *ad* 18.

Infertur 2°, etiam uxorem graviter peccare consumendo, et dilapidando, seu subripiendo summam notabilem ex bonis mariti, eo rationabiliter invito, adeoque ad restitutionem teneri, et idem dicendum in bonis communibus, etiamsi alienet dissipando acquisita sua industria; secus vero si absumat in bonum familiæ *ib. num.* 19 *ad* 22.

Infertur 3°, uxorem in supradictis casibus teneri statim restituere aliquo ex tribus, qui traduntur, modis; excusabitur autem, si etiam maritus sit prodigus, vel dilapidator, aut omnimoda adsit impotentia, *ib. num.* 23 *ad* 27.

Infertur 4°, posse uxorem sine peccato et onere restitutionis de bonis communibus, seu propriis mariti disponere in variis casibus, qui satis adducuntur, ac luculenter edicuntur, *ib. n.* 28, *ad* 37.

Digitized by Google

Bona receptitia uxoris quænam sint, et jus, quod in illis marito competit, *ib. num.* 63 *et* 81.

An amplius dentur uxoris bona receptitia, *ibid. num.* 82.

De jure communi nulla est inter conjuges communio, quæ inducta est tamen a statutis plurium gentium, *ib. num.* 58 *et* 59.

Bona filiorumfamilias alia sunt castrensia, alia quasi castrensia, alia adventitia, et alia profectitia. Castrensia quæ sint, et hæc undequaque, ac plene spectant ad filium, *ib. num.* 38, 59 *et* 40.

Pleniori calamo hæc enucleantur, *ib. num.* 83. *et seqq.*

Reprehenditur Michalor. de fratribus, *part.* 1, *cap.* 2. *num.* 18, *ib. n.* 93.

Quid sit peculium irregulare adventitium, *ib. num.* 122.

Pecunia ludrica quorsum sit referenda. Vide *ib. num.* 136.

Bona quasi castrensia, quæ sint, et ista quoque pleno jure ad filium pertinent, *ibid. num.* 41 *et* 42.

Bona adventitia quæ sint, eorumque dominium directum habet filius, utile vero pater: quandoque etiam utile habet filius, et assignatur; ut etiam proditur, quid si bona adventitia sint usu consumptibilia, ut pecunia, vinum, etc., *ib. num.* 43, *ad* 46.

Bona profectitia, quæ sint, et hæc penitus spectant ad patrem solum, nisi quædam fuissent principaliter ex affectu in filium donata. Vide *ib. num.* 47 *ad* 50.

Quæ ab ipsis parentibus dantur filio in patrimonium, ut suscipiat sacros ordines, vel filiæ in dotem aut filio ad nuptias, ad studia, etc., non sunt profectitia, nisi quoad hunc effectum, quod debeant postea in partitionem hæreditatis cum aliis fratribus afferri, dominium tamen eorum, et fructus percipiendi ad filium, vel filiam pertinent, *ib. num.* 51.

Ex dictis infertur 1°, posse filium de bonis castrensibus, et quasi castrensibus libere ad suum arbitrium independenter a patre disponere, non secus, ac si esset paterfamilias, *ib. num.* 52.

Infertur 2°, filium peccare graviter, et teneri ad restitutionem, si rationabiliter invito patre notabilem quantitatem subripiat de bonis utcunque paternis, *ib. num.* 53.

Infertur 3°, patrem graviter peccare peccato injustitiæ, si filio rationabiliter invito, auferat bona castrensia vel quasi castrensia in notabili quantitate, *ib. n.* 54.

Infertur 4° et 5°, patrem graviter peccare, si bona adventitia filii, quoad proprietatem, auferat, vel enormiter per malam administrationem, aut alio modo lædat, secus autem de profectitiis, *ib. num.* 55 *ad* 57.

Abripitur ab auctore occasio tractandi de legibus observandis in concedendis locationibus bonorum cameræ, *ib. art.* 1, *num,* 34, 35.

Aitque bona cameræ devoluta iterum in feudum vel emphyteusim ab ullo non posse concedi, nisi a solo Romano pontifice, *ib. num.* 36.

Neque ab alio nisi Romano pontifice concedi posse restitutiones in integrum adversus caducitates incursas, aut compositiones super responsionibus non solutis, *ibid. num.* 37.

Si tamen investituræ bonorum cameræ ex lege concessæ sint, ut renoventur post certum tempus, legatos, aut provinciarum præsides posse renovationem concedere, *ib. num.* 38.

Item si possessoribus indultum reperiatur, ut bona cameræ, alienare possint de consensu cameræ iisdem concedi, ut consensum nomine cameræ præstare possint, *ib. num.* 39.

In casibus tamen decisionem Romani pontificis esse exspectandam, *ibid. num.* 40.

Pariterque occasionem abripit docendi, quod bona reorum statim ab initio inquisitionis, si indicia graviora suppetant, describi debent, eaque descriptio inferri debet in processu, et commissario cameræ intimari, *ib. num.* 41.

Quid si id in commissionibus tribunalis vicarii et A. C. neglectum fuerit, *ibid. num.* 42.

### BREVE, BULLA (I, 1377).

QUID SINT : UNDE DICANTUR : IN QUIBUS DIFFERANT, ET CONVENIANT.

Nomine brevis apostolici veniunt illæ litteræ pontificiæ, quæ in membranis subtilibus, et candidis, charactere Latino nitido eleganti, ac intelligibili sunt descriptæ et non sigillo plumbeo, sed cera rubea chordulis lineis inclusa, annulo Piscatoris signatæ, ac manu secretarii subscriptæ, et referatur annulus Piscatoris, secretarius et nomenclatura brevium. Vide *verb.* Breve, Bulla, *num.* 1 *ad* 5.

Nomine bullæ veniunt illæ litteræ pontificiæ, quæ expediuntur sub plumbo, sive sigillo plumbeo pendente ex chordulis conscriptæ in membrana magis nigra, et rudi atque antiquo charactere Gallico, ejusque usus unde ductus assignatur, et bullare idem, ac sigillare comprobatur, *ib. num.* 6, 7 *et* 8.

Indicantur loca, in quibus regulæ inveniuntur, quibus veræ a falsis bullis distinguantur, *ib, num.* 23.

Brevia, et bullæ inter se multipliciter differunt, et præcipuæ referuntur differentiæ, *ibid. num.* 9 *ad* 16.

Non obstantibus autem variis brevia inter et bullas discriminibus, in hoc unum conspirant, quod æqualis sint roboris, crimine falsi ejusque pœnis teneatur tam falsificans brevia, quam bullas, vimque legis habeant, *ib. num.* 17 *ad* 20.

Gratiarum genera assignantur, quæ sub nullitatis pœna expediri omnino debent per secretarium brevium, et quæ promiscue per illum, et datarium expediuntur, *ibid. num.* 21 *et* 22.

Varia brevis nomina, *ibid. num.* 24.

Ante coronationem pontifex in forma brevis litteris, sed non sub plumbo, utitur, *num.* 25.

Breve apostolicum non attenditur, si discrepet a supplicatione vel a minuta, *num.* 26.

De brevi pontificio obtento vel post litem cœptam, vel non facta mentione juris tertii, *num.* 27 *et* 28.

Quid operatur breve continens decretum irritans, *num.* 30.

Quo tempore pontifices suas litteras bulla plumbea obsignare cœperint, pariter et episcopi, *ib. num.* 31, 32.

De capitibus Petri et Pauli in bulla scriptis, *num.* 33, 34.

Bullæ pontificum juris canonici partem efficiunt, earum divisio, *ib. num.* 35, 36.

De bullis in collatione beneficiorum concedi solitis, *num.* 37.

Rationes quare variis in regionibus multæ non obligant, *num.* 38.

### BULLA AUREA (I, 1383).

Sic vocatur sanctio pragmatica Caroli IV; Latine fuit scripta, et gemina exstat versio Germanica. Vid. *verb.* Bulla aurea, *num.* 1 *ad* 3.

Primum et authenticum exempla Francofurti servatur, *ib. num.* 4 *ad* 6.

Promulgata hæc bulla fuit non simul tota, nec eodem in loco, *ibid. num.* 7, 8.

Quorumdam protestantium in eam querelæ, *num.* 9.

Duæ quæstiones ex hac bulla exactæ, *num.* 10 *ad* 12.

An possit immutari, *num.* 13.

### BULLA IN CŒNA DOMINI (I, 1387).

Bullæ hujus origo et antiquitas, cujus mentio fit in Cæremoniali Gregorii papæ jussu edito. Vide *verb.* Bulla in cœna Domini, I. 1387, *per totum.*

### BULLA *Cruciatæ*.

Cruciatæ origo, et quare bulla *Cruciatæ* vocetur. Vide *verb.* Bulla *Cruciatæ*, *num.* 91 *et seq.*

Digitized by Google

Bulla *Cruciatæ* expenditur, ac ubi quis ad eam valide obtinendam consistere habeat, edicitur, *ib. num.* 1 *ad* 4.

Pro bulla *Cruciatæ* obtinenda quid requiratur; ac ad idem proportio, et proprietas eleemosynæ extricatur, *ibid. num.* 5 *ad* 7.

Regulares nihil habentes proprium quomodo possint bullam obtinere, ut etiam quid fandum de pauperibus, *ib. num.* 8 *ad* 10.

Bulla durat per annum integrum a die promulgationis bullæ in quovis respectivo loco, etiamsi intra ipsum moriatur pontifex, vel commissarius bullæ. *ib. num.* 11 *et* 12.

Bulla communis, ut prosit, debet necessario, et recipi, et acceptari, et simul retineri impressa, aut scripta, ac sigillo et nomine commissarii, seu ejus delegati firmata, et consultius etiam cum inscriptione nominis illam accipientis, *ib. a num.* 13.

Ut bulla prosit, non est necesse ut eam quis secum ferat, vel manu tangat, quando vult aliquo ejus privilegio uti, sed satis eam domi retinere, quamvis in alia civitate, imo etiam apud absentem. Non potest tamen relinqui apud distributorem, seu thesaurarium, *ib. num.* 14.

Si bulla amittatur inculpabiliter, potest adhuc amittens ejus privilegiis uti; secus si consulto amittatur, projiciatur, aut laceretur, *ib. num.* 15.

Potest bulla sumi pro Petro a Paulo exsistente in eadem civitate regni, seu provincia bullæ, si Paulus illam ferat ad Petrum, vel Petrum de acceptione moneat, et ipse Petrus acceptet, et si Paulus pro Petro eleemosynam dedit, et Petri nomen in illa inscripsit, et pro Petro servet. Secus autem, si uterque extra provinciam bullæ, *ibid. num.* 16, 17 *et* 18.

Bulla non prodest Petro antequam sit admonitus de acceptione bullæ pro se facta a Paulo, sive in eadem sive in diversa civitate ejusdem regni bullæ Petrus et Paulus exsistant, etiamsi Petrus acceptionem bullæ Paulo commiserit, et ipse Petrus sciat Paulum esse diligentissimum in exsequendis ejus negotiis, seu quolibet anno solitum esse eodem die pro se bullam accipere, *ib. num.* 19.

Bulla communis potest eodem anno bis sumi, data utraque vice eleemosyna taxata, ac secunda quid operetur, assignatur. Et tertio poterit iterum, seu bis accipi eodem anno bulla pro defunctis, *ib. n.* 20.

Per communem bullam *Cruciatæ* varia conceduntur privilegia; et primo conceditur amplissimum privilegium varia complectens circa tempus interdicti; assignantur, simulque elucidantur, *ib. n.* 21.

Secundo, conceditur privilegium vescendi ovis, lacticiniis, et carnibus diebus jejuniorum durante bulla; ad carnes nisi necessitas patienti sit certa, requiritur consilium utriusque medici (cujus nomine quid veniat explicatur; ad ova, et lacticinia sufficit bulla, *ib. num.* 29 *ad* 31.

Ratione bullæ *Cruciatæ* possunt omnes non excepti etiam sine consilio utriusque medici vesci ovis et lacticiniis cunctis diebus jejuniorum etiam quadragesimalium, et assignantur excepti per bullam communem quoad jejunia quadragesimalia, *ibid. num.* 32.

Ex prædictis exceptis per bullam communem varii per aliam bullam vocari solitam bulla lacticiniorum possunt vesci ovis, et lacticiniis etiam in Quadragesima, excepta hebdomada sancta, quæ incipit a Dominica Palmarum inclusive, et assignatur taxa, *ibid. num.* 33 *et* 34.

Regulares utriusque sexus, non possunt uti bulla lacticiniorum quoad jejunia quadragesimalia, exceptis episcopis non assumptis ex ordine Minimorum, *ib. num.* 35.

Cardinales regulares an possint uti dicta bulla lacticiniorum, *ib. num.* 36.

Cardinales sæculares non presbyteri per solam bullam communem *Cruciatæ* vesci possunt ovis, et lacticiniis per totam Quadragesimam, etiam in Majori hebdomada uti cæteri sæculares, *ib. num.* 37.

Sic etiam novitii et novitiæ cujuscunque religionis, religiosi ordinum militarium etiam Sancti Josephi Hierosolymitani, et annus sexagenarius sufficit incœptus, *ibid. num.* 38 *ad* 40.

Tertio, conceditur privilegium quoad varias indulgentias, et participationem bonorum operum, *ib. num.* 41 *et* 42.

Quarto, conceditur privilegium lucrandi indulgentias stationum almæ Urbis, et remissive earum declaratio, *ib. num.* 43 *et* 44.

Regulares utriusque sexus licet sine bulla nequeant lucrari indulgentias ipsius bullæ, possunt tamen lucrari omnes alias sibi aliunde concessas, nec eadem necessaria est ad indulgentias Jubilæi, *ib. num.* 45 *et* 46.

Quinto, conceditur maximum privilegium circa absolutionem a reservatis, et acquisitionem indulgentiæ plenariæ semel in vita, et semel in articulo mortis cum electione confessarii, cujus qualitas, ac facultas exponitur, atque solum foro interno suffragatur, *ib. num.* 47 *ad* 50.

Regulares et moniales non possunt vi bullæ *Cruciatæ* eligere sibi confessarium quoad casus reservatos, nec moniales eligere alios confessarios, quam approbatos ab ordinario ad audiendas earum confessiones, *ib. num.* 51 *et* 52.

Sexto, conceditur privilegium quoad commutationem votorum, quibusdam exceptis, etiam extra confessionem, sed cum impositione eleemosynæ a confessario, et quæ, *ib. num.* 53 *ad* 57.

Septimo, conceditur commissario generali *Cruciatæ* facultas suspendendi indulgentias (exceptis illis concessis regularibus medicantibus, peculiaribusque omnium regularium facultatibus, et Jubilæo) et postea illas revalidat pro sumentibus bullam, necnon pro solemniori promulgatione bullæ suspendit interdictum locale a quocunque judice positum per octo dies ante, et octo post promulgationem, et sic probabiliter per dies septemdecim *ib. a num.* 58 *ad* 64.

Octavo, conceditur commissario generali facultas faciendi compositionem super bonis male habitis, illicite retentis, aut usurpatis, quando eorum dominus omnino ignoratur, et late expenditur, qualiter, et in quibus casibus compositio fieri possit, vel non, *ib. num.* 65 *ad* 75.

Assignatur taxa pro una bulla compositionis solvenda a qualibet persona, sive privata, sive insigni, ac advertitur obtinentem debere exsistere in regno, ubi bulla promulgatur, vel ad illud personaliter declinare, *ib. num.* 76 *et* 77.

In bulla compositionis debet inscribi nomen accipientis, et commissarii cum appositione sigilli ejusdem; non est tamen necesse, ut conservetur, sicut bulla communis, atque prodesse potest etiam defuncto, qui pro exoneranda conscientia injunxit hæredi, aut alteri, ut necessarias ad id bullas pro se acciperet, *ib. num.* 78 *et* 79.

Nono, conceditur etiam bulla pro defunctis, qua elargitur pontifex indulgentiam plenariam per modum suffragii applicandam ab ipso bullam sumente cuicunque animæ sibi benevisæ, et usus invaluit, ut in illa inscribatur nomen defuncti et accipientis, *ib. num.* 80 *ad* 82.

Taxa hujus bullæ est, quod erogentur duo regales a quibusvis personis sive insignibus, sive privatis, et una non potest applicari pro pluribus: possunt tamen pro eadem anima sumi singulis annis duæ bullæ, *ib. num.* 83 *ad* 86.

Qui bullam pro defuncto accipit, et illi applicat non est necesse, quod sit in gratia, nec quod defunctus obierit in loco bullæ, *ib. num.* 87 *et* 88.

Notatur quando liberetur anima per indulgentiam hujus bullæ, et quod semel facta applicatione

Digitized by Google

pro tali anima non potest amplius variari, *ib. num.* 89 *et* 90.

Peculiariter de bulla *Cruciatæ* pro Hispania loquitur, *ibid. num* 96 *et seq.*

Exemplar datur per extensum bullæ *Cruciatæ*, *ib. num.* 102.

Epitome bullæ a Pio VI concessæ pro regno Neapolitano, *ib. num.* 103.

Bulla ejusdem pontificis ad Ferdinandum Siciliæ regem, *ib. num.* 104.

Aliæ litteræ ejusdem ad eumdem quibus bullam ad archiepiscopos, episcopos, etc., extendit, *ibid. num.* 105.

De privilegiis regno utriusque Siciliæ per *Cruciatæ* bullam concessis, *ib. num.* 106 *ad* 109.

De eleemosyna pro bullæ fruitione, *ib. num.* 110.

BULLATIO.

Bullationis, seu stigmatis pœna quæ sit. Vide *verb.* Pœna, *art. num.* 3.

# C

CADAVER (II, 9).

Cadavera nequeunt sepeliri, aut reponi sub altaribus, neque sub gradibus eorum, aut bradellis; et si ibi reperiantur, non debet in illis celebrari, donec alio transferantur. Vide *verb.* Cadaver, *num.* 1 *et* 2.

Cadaverum capsæ, deposita, seu conditoria in ecclesiis super terram exsistentia debent omnino moveri, et cadavera defunctorum in tumbis profundis infra terram collocari; non prohibentur tamen monumenta marmorea muris, seu columnis adhærentia præsertim amotis cadaveribus a locis altis, *ib. num.* 3 *et* 4.

Cadavera pauperum fidelium gratis omnino tumulari et sepulturæ tradi debent, nec ad emendicandam eleemosynam publice possunt exponi, nec prohiberi, ne cadaver sepeliatur occasione juris sepulturæ, *ib. num.* 5, 6, 7 *et* 55.

Cadavera decedentium in parochia, ad cujus ecclesiam capitulum cathedralis ecclesiæ translatum est, non possunt levari per ipsum capitulum, seu canonicos nisi requisito parocho dictæ ecclesiæ, *ib. num.* 8.

Cadavera defunctorum levare de domo propria nullo modo licet regularibus et presbyteris sæcularibus nisi de licentia, et consensu proprii parochi: vocato tamen, et renuente per se, vel per alium intervenire, tunc possunt regulares absque eo deferre cadavera in eorum ecclesiis sepelienda, *ib. num.* 9 *et* 10.

Cadaver illius, qui elegit sepulturam apud regures est restituendum eis simul cur oblationibus, fuerit sepultum in cathedrali, *ib. num.* 11.

De variis competentiis parochorum circa cadavera sepelienda in ecclesiis regularium, et vice versa de variis regularium juribus supra parochum in cadavera sepelienda in propriis ecclesiis juxta resolutiones sacrarum Urbis congregationum, *ibid. num.* 34 *ad* 45.

Cadavera defunctorum deferri possunt ad ecclesiam pro beneplacito suorum, non tamen sepeliri, nisi post competens temporis spatium, nec deferri ad sepulturam curru clausa, *ib. num.* 12 *et* 13.

Cadavera alicubi deposita ad tempus transferri possunt ad proprium sepulcrum absque alia licentia; secus si tradita fuerint perpetuæ sepulturæ, et pro transportatione de uno ad alium locum non solvitur gabella, *ib. num.* 14 *et* 15.

Cadavera exhumari non debent pro capienda informatione absque licentia, et assignatur, qualiter ad id episcopus possit, vel non, *ib. num.* 16 *ad* 18.

Exhumari nequeunt cadavera sine licentia sacræ congregationis pro recognitione facienda a curia sæculari, *ib. num.* 53.

Si cadaver occisi a sæculari fuerit personæ ecclesiasticæ, qualiter sentiat sacra congregatio Immunitatum quoad recognitionem, traditur, *ib. num.* 19.

Solet dari facultas episcopo concedendi licentiam absque violatione immunitatis ecclesiæ transportandi cadavera, et vulneratos a loco immuni pro recognitione corporis delicti pro octo casibus, præmissa ab ordinario solita protestatione, *ib. n.* 20.

Solus episcopus, seu ejus vicarius generalis concedit licentiam exhumandi cadavera laicorum pro recognitione facienda extra ecclesiam, et locum immunem, etiamsi ipsa cadavera fuerint sepulta in ecclesiis regularium, aut essent regularium, *ibid. num.* 21 *et* 22.

Cadaver, quod alicubi positum non est per modum depositi, sed traditum perpetuæ sepulturæ, exhumari non licet, *ib. num.* 52.

Variæ proponuntur regulæ ad dirimendas controversias super exhumatione cadaverum juxta casus circumstantias, *ib. num.* 72 *ad* 74.

Cadavera defunctorum cum ululatibus ad ecclesiam associare non est permittendum, *ibid. num.* 23 *et* 24.

Qualiter procedendum, et quæ praxis circa cadaver excommunicati, *ibid. num.* 25 *ad* 28.

Injungitur vicario, ut prævia absolutione tradat ecclesia sepulturæ cadaver occisoris clerici, qui duobus diebus ante ejus obitum petiit confiteri, et absolvi a simplici confessario existimans se esse in periculo vitæ, *ib. num.* 29.

Quando parochi parati sunt sepelire cadavera occisorum, non competit jus ea sepeliendi confraternitatibus aggregatis archiconfraternitati mortis de Urbe. Vide *verb.* Confraternitas, *art.* 1, *num.* 44.

Cadavera induta habitu regularium possunt deferri ad sepulturam sine alio pallio, vel tegumento superimposito, non obstante quacunque ordinatione, vel prohibitione ordinariorum locorum, etiam sub censuris facta. Vide *verb.* Habitus, *n.* 46.

Cadavera in quacunque hora diei deferri possunt ad ecclesiam, de nocte vero nonnisi de licentia ordinarii, *ib. num.* 30.

Quoad tempus humationis cadaverum servanda est synodus, *ib. num.* 31.

Parochi jurisdictio super cadaver durat quousque transeat in aliorum jurisdictionem; et quando dicatur transire cadaver in aliorum jurisdictionem, *ib. num.* 32.

Cadavera recto tramite ad ecclesiam deferri debent, *ib. num.* 33.

An ad parochum spectet facere officium funebre super cadaveribus sepeliendis in ecclesiis, et oratoriis publicis confraternitatum, *ibid. num.* 45.

Quid spectet ad confraternitatem salutis in humatione cadaverum, *ibid. n.* 46.

Consuetudo benedicendi cadavera ad ecclesiæ portam, et in funeribus servanda est, *ibid. num.* 47.

Domi antequam cadaver efferatur, possunt hæredes super eo officia recitare facere cuicunque libuerit, et iisdem licet pro libito asportare cadaver e propria domo ad quamcunque aliam ecclesiam per modum depositi, usque ad horam illud tumulandi in parœcia, vel ecclesia regularium, *ibid. num.* 48 *et* 49.

Cadavera non sunt sepelienda privatim sine lumine, cruce, et parocho, *ib. num.* 50.

Restituendum est cadaver ecclesiæ, in qua defunctus sepulturam elegerat, una cum emolumentis quarta deducta, *ib. num.* 51.

Defunctorum cadavera non possunt vulgo arrestari, seu sequestari ob debita civilia etiam erga mensam, *ib. num.* 54.

Solis patronis aut fundatoribus competit eligere locum in ecclesia, quo cadavera sepeliantur, *ib. num.* 76.

Ecclesia parochialis et ejus cœmeterium est proprius locus sepulturæ parochianorum, *ib. num.* 77.

Jus sepeliendi juribus parochialibus annumeratur,

Digitized by Google

et quinam parochiani quoad sepulturam, *num.* 78, 79.

Si defunctus habeat sepulcrum *majorum*, ibi sepeliendus; huic tamen et etiam parochiali sepulturæ præfertur sepultura a defuncto electa, *ib. num.* 80 *ad* 82.

Oblationes quæ fiunt in funeribus licitum est recipere parochis, aliisque quibus competunt, *num.* 83.

Ecclesia parochialis non excluditur ab illis oblationibus quæ in altera impenduntur, *num.* 88, 89.

Ob non solutionem jurium funeralium sepultura cadaverum non est differenda, *num.* 84.

Jus inhumationis a jure celebrandi exsequias distinctum est, et utrumque ad ecclesiam parochialem spectat, *num.* 85.

Unde parocho competit de jure, ut cadaver præsentetur, *num.* 86.

Quid circa defunctorum corpora antiquitus a Christianis servatum, *num.* 90.

An liceat personarum ecclesiasticarum cadavera sacris induere vestibus; item de episcopis, *ib. num.* 91 *ad* 94.

An liceat calicem manibus presbyteri defuncti apponere, et Missale super ejusdem feretrum, *ibid. num.* 95.

## CADUCITAS.

Caducitas quando incurratur, vel non, ob non solutum Canonem. Vide *verb.* Emphyteusis, *art.* 3, *a num.* 8 *ad* 12.

## CÆCUS.

Cæcus an, et quando excusetur a recitatione divini officii. Vide *verb.* Officium divinum, *art.* 5, *a num.* 1 *ad* 8.

Cæcus canonicus lucratur distributiones quotidianas. Vide *verb.* Distributiones quotidianæ, *art.* 1, *num.* 15 *et* 16.

## CÆLIBATUS (II, 27).

Cælibatus initio præscriptus fuit, tam in Orientali, quam in Occidentali Ecclesia. Vide *verb.* Cælibatus, *num.* 1 *et* 2.

Græcis ministris suadetur a Benedicto XIV, *ib. num.* 3.

Unde cælibatus obligatio repetenda, *ibid. num.* 4.

Post majores ordines jam susceptos invalidum matrimonium, *num.* 5.

Post initum matrimonium, ex quo bigamia contracta est, nemo ad primam tonsuram promovetur, neque extra casum bigamiæ, nisi uxor consentiat et castitatem profiteatur, *num.* 6 *et* 7.

De antiquitate cœlibatus in Latina et Orientali Ecclesia, et ejus discrimine in utraque, *num.* 8.

De ejus æquitate et de nulla juri divino et naturali repugnantia, *ibid. num.* 9.

## CÆREMONIÆ.

Cæremoniæ unde dictæ. Vid. *verb.* Magister cæremoniarum, *num.* 10.

Cæremonias baptismi et confirmationis concernentia. Vide *verb.* Baptismus, *art.* 6, *a num.* 12, *ad* 17, *et verb.* Confirmatio, *art.* 3, *a num.* 21 *usque in finem.*

## CAIN.

Cain ubi genitus, et quo mundi anno. Vide *verb.* Mundus. *num.* 48.

## CALIX (II, 33).

Calices primis Ecclesiæ temporibus poterant esse etiam lignei, et vitrei, nunc tam ipsi calices quam patenæ debent esse de auro, vel argento, vel saltem stamno ob magnam paupertatem. Vide *verb.* Calix, *num.* 1 *et* 2.

Calices, et patenæ debent consecrari, ac chrismate perungi, quod de jure ordinario spectat ad episcopos, ex privilegio tamen id possunt etiam abbates, aliique prælati usum pontificalium habentes, dummodo id faciant pro solo usu suarum ecclesiarum, aliter contra eos possunt procedere episcopi, et quomodo, *ib. num.* 3 *ad* 6.

Privilegium consecrandi calices, et patenas potest a summo pontifice concedi etiam simplicibus sacerdotibus, idque praxi jam præstitum sat comprobatur, *ibid. num.* 3 *ad* 9.

De vicariorum generalium, ab episcopo vicario apostolico in Indiis constitutorum potestate circa benedictiones calicum, patenarum et altarium portatilium, *ibid. num.* 32.

Probabile est calicem non consecratum remanere consecratum, si in eo bona fide celebretur, probabilius tamen est ulterius requiri consecrationem cæremonialem, *ib. num.* 19 *et* 20.

Calix, patena, et alia ornamenta, quæ immediate attingunt corpus et sanguinem Christi, non possunt tangi a laicis, et multo minus a feminis, *ibid. n.* 21, 22 *et* 23.

Facultas tangendi vasa sacra vacua videtur etiam concessa acolythis in ipso missæ ministerio, et ex privilegio etiam laicis, et clericis nondum in sacris constitutis regularium, ac monialibus sacristanis, *ib. num.* 24, 25, 31.

Non habentes præfatam facultatem, si absque rationabili causa, et sine morali necessitate tangant vasa sacra, peccant saltem venialiter, *ib. num.* 26.

Calices aliaque vasa sacra urgente necessitate possunt vendi, at solum ecclesiasticis personis possunt integra sine fractione vendi, nec potest plus exigi ratione consecrationis, *ibid. num.* 27 *et* 28.

Calix in sacerdotum defunctorum manibus non debet poni, *ibid.* 29; vide *verb.* Sacerdos, *num.* 69.

Quis teneatur præstare calices, et alia ornamenta ecclesiæ parochiali, deficientibus, vel non sufficientibus redditibus fabricæ, *ib. num.* 33.

Calix et patena duobus modis consecrationem amittunt, scilicet per fractionem et per novam inaurationem, *ibid. num.* 10 ad 18.

Calix unde dictus, varia ejus nomina et genera, *ibid. num.* 34 *ad* 36.

## CALVARIUM (II, 43).

Calvarium unde nomen traxerit. Vide *verb.* Calvarium, *in add. Auct.*

## CALUMNIATOR.

Calumniatorum pœna quæ sit. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *a num.* 66 *ad* 69.

## CAMBIUM (II, 43).

### CAMBIUM QUID, ET QUOTUPLEX SIT, ET AN SIT LICITUM.

Cambium unde veniat, quid significet et sit, ac quomodo differat a cæteris contractibus. Vide *verb.* Cambium, *art.* 1, *num.* 1 *ad* 5.

Quis dicatur campsor, et quis campsarius, *ib. num.* 6.

Cambium est duplex, reale, et siccum : atque reale subdividitur in reale minutum, seu manuale, et reale locale, seu per litteras et explicantur, *ibid. num.* 7 *ad* 15.

Cambium siccum quale sit, et quare sic dictum, estque illicitum, *ib. num.* 16 *ad* 18.

Cambiorum usus, seu negotiatio ex duplici fine lucrandi ob publicum reipublicæ bonum, et ob privatam campsorum utilitatem inducta est; estque licita servatis conditionibus, quæ assignantur, *ibid. n.* 19 *ad* 22.

Cambiorum negotiatio potest etiam licite exerceri a qualibet persona privata, et aliquod lucrum, seu utilitatem recipere ex cambiis, quæ ex proprio arbitrio, et libertate exercet, *ibid. num.* 23.

Imo etiamsi personæ privatæ per decretum principis, seu reipublicæ prohibeantur negotiationem

Digitized by Google

cambiorum exercere, contractus suorum cambiorum subsistunt, et servata justitia pretii nulla restituendi obligatio sequitur, nec peccant mortaliter, nisi sua cambia cedant in grave detrimentum reipublicæ, *ibid. num.* 24 *et* 25.

Corrigitur hæc auctoris sententia quantum ad liberationem a gravi culpa, *ibid. in not. ad n.* 25.

Quando cambium simul, et semel, æque prodest tam campsario, quam campsori, is, qui prævenitur ab altero, potest ab illo lucrum cambii recipere, *ibid. num.* 26.

Famulus, qui pecunias aureas accipit a domino, ut ipsas deferat pro solutione ad creditorem ejusdem domini, illasque commutat cum argenteis, acquisito in illa commutatione, seu cambio aliquo lucro, si satisfecit in integrum creditori intra debitum tempus, nec graviter peccat, nec ad ullam restitutionem obligatur suppositis tribus, quæ assignantur, secus autem si aliter expresse dominus intendat, *ibid. num.* 27 *ad* 31.

Cambium cum recambio, seu cum recursu, ab unis vocatum *Vesuntinum*, et ab aliis *Placentinum*, licet a variis velut licitum speculatione defendatur tamen pro praxi est absolute rejiciendum velut purum mutuum, et palliata usura, adeoque cambium siccum duplicatum, *ib. num.* 32.

Cambium Francofurtense, seu cambium ad nundinas fieri potest licite ratione majoris lucri cessantis, quo diutius nundinæ distant, et pecuniæ solutio differtur præsertim apud mercatores, vel ob alium titulum, qui adducitur, *ib. n.* 33 *et* 34.

Quid fit cambium obliquum, et quid de hoc contractu sentiendum, *ib. n.* 35 *et* 36.

Cambium obliquum creari potest ex præexsistentibus creditis, modo absit suffocatio debitoris; et quomodo ex creditis anterioribus creari valeat, *ib. num.* 37 *et seqq. et n.* 44 *et seqq.*

Num cambium obliquum ex fructibus alterius cambii coacervatis creari possit, et quomodo, *ibid. num.* 40 *ad* 42.

An sustineatur cambium obliquum ex credito creatum, si præservata sit anterioritas, et potioritas ipsius crediti, *ib. num.* 51 *et seqq.*

In cambio obliquo a quonam ex contrahentibus debeantur fructus, *ibid. num.* 54.

An cessent fructus cambii obliqui per decoctionem debitoris, qui onus cambiandi assumpsit, et quid si aliter cum debitore in solidum se obligaverit, *ib. num.* 57 *et* 58.

An cessent fructus cambii obliqui elapso tempore præfinito, *ibid. num.* 59.

An et quando prorogatum censeri debeat cambium obliquum ad biennium contractum, et deinde ad beneplacitum, *ib. n.* 60.

Num fructus cambii obliqui convenirí a principio possint in certa quantitate, *ibid. num.* 61.

Num in cambio obliquo dari possit fidejussor, vel recipi queat pignus, *ibid. num.* 62.

CAMBII ORIGO, PROGRESSUS, ABUSUS ET REDUCTIO.

Antiquitas cambii et vetus cambiandi modus. Vide *verb.* Cambium, *art.* 2, *num.* 1.

Ejus divisio in manuale et trajectitium, quæ duo explicantur, *ibid. num.* 2 *ad* 11.

Abusus cambii et pontificiæ constitutiones ad eos tollendos, *ibid. num.* 12 *ad* 15.

Necessaria ad cambii validitatem pecuniæ transmissio; quæ suppressa, cambia remanent sicca; et de hoc variæ opiniones, *ib. num.* 16 *ad* 24.

Alii cambii abusus, et leges a foro inventæ pro validitate cambii obliqui, quibus non concurrentibus corruit, *ibid. num.* 25 *ad* 34.

Doctrina auctoris emissa in *art.* 1, ubi firmatur cambium creari posse etiam fructibus decurrendis, confutatur, *ibid. num.* 35 *ad* 46.

Minores et mulieres læsæ in integrum restituuntur, *ibid. num.* 47.

Filiusfamilias, sciente patre, valide in cambio obligatur, *ibid. num.* 48.

Clericis interdicta sunt cambia activa, et lucrum ab eorum cambiis perceptum cameræ apostolicæ acquiritur, *ib. num.* 49, 50.

Circa cambia passiva non conveniunt doctores, sed probabilius est posse a clericis creari, et de ratione, *ib. num.* 51 *ad* 54.

CAMPANA (II, 63).

De campanarum origine contrariæ sunt scriptorum opiniones. Vide *verb.* Campana, *n.* 33.

Campanarum usus expresse indicatur a Glossa in duobus versiculis, qui referuntur, et inde magis magisque campanarum usus referatur, *ib. n.* 1 *ad* 4.

Campanæ antequàm in campanili collocentur, debent esse benedictæ, et consecratæ ab episcopo, vel ab alio habente facultatem, et hoc de necessitate præcepti, atque episcopus appensas non benedictas deponere, vel ne pulsentur prohibere potest, *ib. n.* 5 *ad* 7.

Benedictio campanarum ab episcopo delegari non potest sibi inferioribus, nisi ex speciali indulto papæ, et qui habet indultum, non potest aliis benedictionem delegare, nisi hoc illi concedatur expresse, *ib. num.* 8 *et* 9.

Privilegio benedicendi campanas gaudent abbates, aliique prælati usum pontificalium habentes; dummodo id faciant pro solo usu suarum ecclesiarum, *ib. num.* 10, *verb.* Abbas, *num.* 31, *verb.* Benedictio *art.* 1, *a n.* 19 *ad* 21.

Campanæ benedictæ pulsari haud possunt, nisi ad usus, quos refert Glossa *Extravag.* Quia cunctos, *De offic. custod.*, *ib. num.* 26.

De consensu episcopi pulsari possunt campanæ benedictæ ad usus profanos, *ibid. num.* 27 *et* 28.

Episcopus prohibere non potest regularibus, ne campanas pro funeribus pulsent sine licentia ipsius episcopi, *ib. num.* 29.

Servanda est consuetudo pulsandi campanam aliquot ictibus tam de sero, quam de mane, quando dicendum est officium defunctorum, *ibid. num.* 30.

Servanda est consuetudo quoad mercedem campanæ, quæ pulsatur occasione funerum, *ibid. num.* 31.

Abusus est quod campana pro solis nobilibus pulsari reservetur, *ibid. num.* 32.

Campanæ in sabbato sancto non possunt in aliqua ecclesia pulsari ante pulsationem in ecclesia cathedrali, vel matrice, et regulares ratione hujusmodi pulsationis in sabbato sancto, possunt conveniri coram loco ordinario; nisi consuetudo in contrarium esset legitima, vel ecclesiæ multum distarent, *ibid. num.* 11 *ad* 15.

Sicubi nec cathedralis ecclesia, neque matrix habeatur, magis digna campanas prior pulsare debet sabbato Majoris hebdomadæ, *ib. n.* 35.

Quid si altera ex duabus ecclesiis in pari gradu positis, quæ inter se alternativam habeant pulsandi campanas in Majoris hebdomadæ sabbato, in collegiatam fuerit erecta, *ib. n.* 36.

Regulares prohiberi non possunt, ne in aliis diebus præter sabbatum sanctum, pulsent campanas in suis ecclesiis, et missas celebrent ante celebrationem missæ, et pulsationem campanæ in ecclesia cathedrali, vel matrice, et priusquam parochi celebrent, *ib. num.* 16 *ad* 21.

Non una est scriptorum opinio de disciplina interdictæ pulsationis campanarum in Majori hebdomada, *ib. num.* 34.

Campanæ non sunt pulsandæ tempore interdicti, quod tamen permittitur in festis quibusdam, quæ referuntur, *ib. num.* 22 *ad* 24.

Regulares, quibus est a sede apostolica concessum, ut quædam proprii ordinis festa solemni ritu tempore interdicti generalis quacunque auctoritate positi celebrent, possunt illis festivitatibus sacra

Digitized by Google

peragere, et divina persolvere, ac si interdictum minime appositum esset, *ib. num.* 25.

Campanarum pulsus an, et quomodo prosit defunctis. Vide *verb.* Suffragia, *num.* 23.

Jam a sæculo sexto constat campanas in usu fuisse, et plures habuisse ecclesiam parochialem, *ib. num.* 38 *ad* 40.

Consuetudine introductum est campanas certis horis dici et noctis pulsandas, et pariter in anniversariis sero et mane ante officium, *ib. num.* 41, 42.

Quis hujus ritus fuerit auctor, et de campana bannali, *ibid. num.* 43.

## CANCELLARIA (II, 71).

Cancellariæ apostolicæ collegium quoad varia lineatur. Vide *verb.* Cancellaria, *n.* 1 *ad* 3.

Cancellariæ apostolicæ regulæ observandæ pro expeditionibus litterarum reformatæ, et præscriptæ sunt a variis summis pontificibus, describuntur, ac earum numerus indicatur, *ib. num.* 4 *ad* 6.

Cancellaria apostolica, an et quomodo possit supplere in litteris apostolicis id quod est omissum in supplicatione, *ib. num.* 33.

In quibusnam cancellaria apostolica possit litteras apostolicas corrigere. Vide *ib. n.* 34.

Cancellariæ episcopalis exercitium non debet vendi, neque locari, sed exerceri per proprios episcopi ministros statuta provisione absque ulla participatione emolumentorum, *ib. n.* 7 *et* 8.

Emolumenta cancellariæ debent sufficere pro solo notario, et sacra congregatio aliquando concessit ordinario uti emolumentis cancellariæ pro solvenda pensione, vel pro suis necessitatibus, *ib. n.* 9 *ad* 11.

In cancellariis episcopalibus servanda est taxa Innocentiana, cujus præcipua quædam innuuntur, *ib. num.* 12 *et* 13.

Cancellarius episcopi nihil accipere potest, nec ratione scripturæ, neque sigilli, neque laboris aut alio titulo quoad quædam, quæ assignantur, *ib. n.* 14.

Quoad alia vero, quæ sequuntur, poterit aliquid percipere, si nullum sibi salarium, vel stipendium constitutum fuerit, tuncque nonnisi, ut adnotatur, *ibid. num.* 15.

Cancellarius episcopi pro mercede copiæ processuum, sive actorum servare debet taxam pluries a sacra congregatione episcoporum approbatam, *ib. n.* 16 *et* 17.

Cancellarius in exigendis emolumentis debet servare taxam Innocentianam in illis, in quibus ipsa taxa disponit; in reliquis vero, vel metropolitanam, vel propriam diœcesis; dummodo non sit rigidior, et contra decreta sacræ congregationis *ibid. num.* 18 *et* 19.

Scripturæ, et instrumenta, quæ conficiuntur, et rogantur a cancellario episcopi tanquam cancellario servari debent in episcopi cancellaria, non autem transferri debent ad archivium communitatis; imo ad id cogi possunt etiam quoad acta ad monasterium monialium spectantia, *ibid., num.* 20 *et* 21.

Cancellarius episcopi, etiamsi laicus, gaudet privilegio, et exemptione ab oneribus personalibus præsertim sordidis, quamvis extra diœcesim delinquat, et dummodo tempore carcerationis actualiter inserviat, *ibid. num.* 22 *ad* 25.

Cancellarius curiæ, et mensæ episcopalis, qui non vivit expensis episcopi, seu non est ejus commensalis, gaudet quidem privilegio fori, et exemptione a personalibus, sed non ab oneribus realibus, et mistis, nisi concurrat legitima consuetudo ad ejus favorem, *ibid. num.* 26.

Cancellarius foraneus archiepiscopi gaudet privilegio fori; et idem decretum fuit de cancellario abbatis, *ib. num.* 27 *et* 28.

Cancellarius foraneus curiæ episcopalis admittendus est ad magistratum sæcularem, ne libertas ecclesiastica præjudicetur, ita tamen, ut quoad pertinentia ad officium magistratus non gaudeat privilegio fori, *ibid. num.* 29.

Cancellarius vicarii foranei gaudet tantum privilegio fori; et cancellarius sancti Officii censuratus ob recognitionem cadaveris factam in loco immuni, ea cassata absolvitur, *ib. num.* 30 *et* 31.

Cancellarius, et alii officiales curiæ laicalis facientes recognitionem corporis cadaveris præcipitati in puteos cortilis contigui habitationi vicarii generalis, non incidunt in excommunicationem, attento, quod vicarius dixerit talem recognitionem non spectare ad ipsum, sed ad curiam laicalem, *ib. num.* 32.

Cancellariæ nomen unde veniat, et quo sensu in jure canonico accipiatur, *ibid. num.* 35 *et* 38.

Cancellarius quis dictus, *num.* 36.

Jampridem in ecclesiis cathedralibus ejus fuit munus; apud veteres pro notario accipiebatur; in novo jure pro dignitate ecclesiastica, *num.* 37 *et* 39.

Quando hoc munus ad eam pervenerit eminentiam, in qua hodie in Romana curia conspicitur, *num.* 40 *ad* 43.

Quando cancellarius dici cœperit vicecancellarius, et habuerit fixum titulum cardinalitium, *num.* 44 *et* 45.

Negotia quæ per manus vicecancellarii transeant, *num.* 46.

Vicecancellarii officiales, *num.* 47 *ad* 52.

De regulis cancellariæ, *ibid. num.* 53 *ad* 61.

## CANDELA (II, 81).

Candelarum benedictio in die Purificationis beatæ Mariæ Virginis et earum dispensatio inter parochiales functiones connumerantur, ac proinde ad proprios parochos spectant; tamen hæc possunt regulariter fieri in omnibus etiam ecclesiis collegiatis tam regularibus quam sæcularibus. Vide *verb.* Candela, *num.* 1 *et* 2, et *verb.* Benedictiones variæ, *art.* 5, *num.* 1.

Candelas benedictas in die Purificationis beatæ Mariæ virginis ad ædes sæcularium parochi transmittere non debent, sed juxta laudabilem, et observatam ab ecclesia universali consuetudinem in ecclesia populus eas recipere tenetur, *ib. num.* 3.

Benedictio et distributio candelarum, cinerum, et palmarum, absente, vel impedito episcopo, pertinet non ad hebdomadarium, sed ad primam dignitatem, *ib. num.* 4.

Episcopus non debet prætermittere dare candelas in die Purificationis beatæ Mariæ virginis et non debent recipi de manu syndicorum, vel aliorum laicorum, sed episcopi, et annotatur qualiter procedendum circa expensas, et quantitatem ceræ, *ibid. num.* 5 *ad* 8.

Candela benedicta debet episcopo ministrari a prima dignitate, et eam ab episcopo accipere debet ante omnes, etiam ante vicarium ille, qui candelam episcopo ministravit, *ib. num.* 9 *et* 10.

Episcopo distribuente candelas, cineres et palmas præferendus est ille, a quo episcopus prædicta recepit, postea dignitates, et canonici sacris vestibus induti, et ante alios vicarius generalis; et ita similiter alio distribuente, *ib. num.* 11 *et* 12.

Candelæ, et palmæ dantur vicario generali ante canonicos, et dignitates, exceptis iis, qui cum paramentis assistunt episcopo in sede pontificali exsistenti, ut etiam tunc sunt prius thurificandi, *ib. num.* 13 *ad* 15.

Nec candelæ quatuor accendi, nec duo capellani assistere debent ad missam vicarii generalis, *ib. num.* 16.

Candelas qui distribuit, detecto capite distribuere debet, *ib. num.* 17.

Candelæ in missa sunt accendendæ nec ante fi-

Digitized by Google

nem missæ exstinguendæ, nec nimis parvæ adhibendæ, *ib. n.* 18.

Parochis ad funus intervenientibus, sive associandis, sive non, ab aliis canonicis ejusdem parochiæ, distribui non debet candela major illa, quæ datur superiori regularium associato ab aliis fratribus; et differentia quantitatis candelarum pendet ab arbitrio hæredum, *ib. num.* 19.

Candela itidem non debetur sacerdotibus aliis, et canonicis major illa, quæ datur regularibus. Vide *verb.* Parochus, *art.* 3, *num.* 7.

Candelæ eædem accensæ in associatione cadaveris, deservire possunt stante consuetudine, etiam circa feretrum in ejus tumulatione, *ib. num.* 20.

Candelarum, cereorum, et intortitiorum ardentium usus an, et quomodo prosit defunctis. Vide *verb.* Suffragia, *num.* 26.

Residua candelarum, quæ aliqua confraternitas vel locus plus impendit de suo in sepeliendis pauperibus gratis, nec a parocho, nec a quocunque alio prætendi possunt, nisi subsit fraus aliqua, *ib. num.* 21.

De candelis in associatione cadaverum, de candelis, quæ mittuntur ad ecclesiam parochialem in die Commemorationis defunctorum, plura, *ib. num.* 22, 24 *et* 25.

Servanda est consuetudo circa candelas, quas prætendit abbas, dum impeditus mittit ad funera crucem ecclesiæ suæ, *ib. num.* 23.

Candelarum usus in baptismi collatione, *ib. num.* 26 *ad* 30.

De usu antiquo candelarum, *ib. num.* 31.

In sacrificio missæ quomodo et quæ adhibendæ, *ib. num.* 32.

Candelæ benedictæ ad quos usus inservire debeant, *ib. num.* 33.

Cereorum usus in funeribus, in dedicatione ecclesiæ, in extrema unctione, in matutinis tenebrarum, *ib. num.* 34 *ad* 37.

De cereo paschali, *ib. num.* 38.

## CANDELABRUM (II, 91).

Candelabrum septimum non adhibetur in vesperis, neque in missis defunctorum, licet ab episcopo celebrentur, sed solum in missis solemnibus ab episcopo celebrandis. Vide *verb.* Candelabrum, *num.* 1.

Candelabrum septimum non debet poni super altare, quando solemniter celebrat episcopus suffraganeus, *ib. num.* 2, et *verb.* Coadjutoria, Coadjutor, *num.* 77.

Candelabrum septimum interdicitur inferioribus episcopo usum pontificalium habentibus, *ib. num.* 3.

## CANIS (II, 91).

Canes venatici teneri et ali non possunt ab episcopis, presbyteris, diaconis, subdiaconis, ac minoristis, et assignantur pœnæ. Vide *verb.* Canis, *num.* 1 *ad* 3.

Canes in ecclesiam inferri non possunt; et in monasteriis monialium neque masculi neque feminæ retineri *ib. num.* 4 *et* 5.

## CANON MISSÆ (II, 93).

Quis fuerit canonis auctor. Vide *verb.* Canon Missæ, II, 93, *num.* 1 *ad* 5 *et* 8.

Varia canonis nomina, *ib. num.* 7.

Quonam sensu accipiatur, *num.* 1.

Apostoli, antequam canonem instituissent, ad Dominicam orationem consecrarunt, *ib. num.* 6.

Judicantur quæ pertinent ad apostolicam traditionem, et quæ ad pontificum institutionem, *ibid. num.* 9.

Mentio pontificis et episcopi, *ib. num.* 10 *et* 11.

An abbates, et ordinarii non episcopi nominari possint, et quid dicendum de abbate Montis Casini, *ib. num.* 12.

De nominum recitatione, *ibid. num.* 13.

An possit sacerdos pro hæreticis, etc., orare, *ibid. num.* 14.

De cæteris orationibus in canone, et de elevationis ritu, *ibid. num.* 15 *et* 16.

## CANONES (II, 100).

Canones apostolorum. Vide *verb.* Apostolus, *num.* 16.

Canones pœnitentiales utiliter in multis synodis sunt impressi. Vide *verb.* Canones, *num.* 2.

Canonum statuta ab omnibus sunt custodienda, præsertim ab episcopis, *ibid. num.* 1.

Canon quid sit et de ejus vocabulo, *ibid. num.* 3 *et* 13.

Canones ex temporum, locorum et personarum circumstantiis expendendi, ne a vero eorum sensu aberretur, *ibid. num.* 4 *ad* 6.

Quid Patres in illis condendis sibi proposuerint, *ibid. num.* 7.

Nulli sacerdotum licet ignorare canones, *ibid. num.* 8.

Canones potius sunt juris naturalis et divini interpretatio, quam juris positivi constitutio, proinde nulla consuetudo in totum abrogare potest, *ibid. num.* 9 *et* 10.

Canonum relaxatio quibus de causis facta, et qua cautione, *ibid. num.* 11.

Quænam attendenda in perscrutandis, et unde necessitas illos vulgandi, *ibid. num.* 12 *et* 14.

De variis methodis in eorum collectionibus; quare collecti, et variæ eorum collectiones apud Græcos et Latinos, *ibid. num.* 15 *ad* 27.

## CANONICATUS (II, 115).

### QUID SINT CANONICA, SEU CANONICATUS, ET CANONICUS, ET UNDE DICANTUR.

Canonia, vulgo canonicatus est jus spirituale, quod provenit ex electione, seu receptione alicujus in fratrem seu canonicum, et elucidatur quid tale jus inferat, ac præferat, qualiterque canonicum constituat. Vide *verb.* Canonicatus, *art.* 1, *num.* 1 *ad* 5.

Canonici nomen idem est, ac regularis a voce Græca *canon*, quæ regulam significat, et canonicorum prima origo fuit in monastica disciplina, eorumque profectus per Sanctum Augustinum, ac ad ejus exemplum, per plurimos episcopos declaratur, nec non unde primum canonicorum, et præbendarum origo nomen, et usus, *ibid. num.* 6 *ad* 10, et *num.* 29 *et* 35.

Canonici unde dicti, et de varia canonicorum tum sæcularium, tum regularium origine. Vide *ibid. num.* 11 *et seqq. ad num.* 28.

Canonicorum cathedralium dignitas. Vide *verb.* Beneficium, *art.* 1, *num.* 26.

Canonia in quo differat a præbenda, *ibid. num.* 30 *ad* 34.

De ratione canonicorum institutionis, *ibid. num.* 36 *et* 37.

De eorum collegiis, et de capituli nominis origine, *ibid. num.* 38 *ad* 42.

Unde sæculares dicti, *ibid. num* 43 *et* 44.

### CANONICATUS QUOAD COLLATIONEM, ET POSSESSIONEM.

De jure collatio canonicatuum in ecclesiis cathedralibus simultanee spectare præsumitur ad episcopum, et capitulum, consuetudo tamen in contrarium attendi debet, tum quoad episcopum, tum quoad capitulum. Vide *verb.* Canonicus, *art.* 2, *num.* 1 *et* 2.

Consuetudo canonicatus, et dignitates conferendi a capitulo irrequisito episcopo probatur ex collationibus factis tantum ab eodem capitulo, et præscribitur spatio quadraginta annorum, *ibid. num.* 3 *et* 4.

Digitized by Google

Nedum in ecclesiis cathedralibus, sed etiam in collegiatis sæcularibus collatio, seu provisio canonicatuum spectat simultanee ad episcopum, et capitulum, nisi consuetudine aut pacto ad solum episcopum devoluta sit, et tunc excludit reservationem in vim alternativæ, *ibid. num.* 5 *ad* 8.

Quando canonicatus sunt simultaneæ collationis, indultum concessum ordinario suffragatur etiam capitulo, imo tunc si ordinarius reperiatur exemptus a regula sanctæ cancellariæ, exemptio prodest etiam capitulo. *ibid. num.* 9 *et* 10.

In collationibus simultaneis episcopi, et capituli tantum potestatem habet episcopus solus per se, quantam totum capitulum, et contra, ac disseritur quid stante discordia inducatur, *ibid. num.* 11, 12 *et* 13.

Sede episcopali vacante, vel episcopo a beneficiorum collatione suspenso, stante simultanea, collatio spectat ad capitulum jure proprio, sicut e contra, effecto inhabili capitulo, *ibid. num.* 14.

Possessio canonicatus, sive dignitatis, quæ sit de capitulo, capitulariter capi debet, aliter est nulla, nec est manutenibilis, quamvis fuisset capta de mandato exsecutoris litterarum apostolicarum, *ib. num.* 15, 16 *et* 17.

Ut possessio dicatur capitulariter capta, debet convocari capitulum ad sonum campanæ sub nullitatis rigore, nec de soni attestatione statur notario sine testibus, *ibid. num.* 18 *et* 19.

Possessio, ut dicatur capta, debet canonicus sedere in sede propria canonicatus, de quo agitur, et non in alia, et capta hora missarum cum assignatione stalli in choro, et loci in capitulo, est sufficiens, *ibid. num.* 20 *et* 21.

Habetur possessio pro capitulariter capta, si capitulum sine justa causa eam tradere recusavit, et eam allegans, eam probare debet, *ibid. num.* 22 *et* 23.

Habetur etiam pro capitulariter capta, si prima dignitas demandabit convocari capitulum, et vocati noluerint intervenire, nisi duo vel tres canonici, vel etiam unicus aliis injuste reluctantibus, *ibid. num.* 24 *et* 25.

Aliquo impedimento exsistente, propter quod possessio capitulariter capi non possit, sufficit, si aliter capiatur, et quod sit legitime capta, justificatur ex actibus canonicalibus per canonicum gestis cum præsentia, et patientia capituli, nunquam tamen in præjudicium tertii, *ibid. num.* 26 *ad* 29.

An canonicus, qui facto alterius injuste impeditus fuit, quominus possessionem canonicatus apprehenderet, pro possessore a principio habendus sit tum contra ipsum impedientem, tum contra tertium, cui jus interim fuit quæsitum, *ibid. num.* 46 *et seqq.*

Canonicatum injuste possidens, superveniente sibi novo titulo valido, potest continuare possessionem ipsam de facto, mutato solum primo jure et titulo possessionis, quæ mutatio ipso jure statim facta, intelligitur data notitia secundi tituli, etiam absque alia declaratione, *ibid. num.* 30.

Imo si canonicus falsus diu stetit in possessione, et deinde a papa obtinuit provisionem, non est necessaria nova apprehensio, et installatio, *ibid. num.* 31.

Pro admissione ad possessionem canonicatuum, aut præbendarum, et distributionum quotidianarum sunt prohibitæ certæ conditiones, seu deductiones ex fructibus, solutiones, promissiones, etc., *ibid. n.* 32, 33 *et* 34.

Idcirco consuetudo donandi aliquid in ingressu, et admissione alicujus ad canonicatum est sublata per concilium, prout et illa, secundum quam provisi solvunt cæteris prandium, et talis consuetudo est abolenda, et assignatur etiam alia consuetudo per idem concilium abrogata, *ibid. num.* 35 *et* 36.

Nequidem episcopus cum consensu capituli statuere potest, ut aliquid minimum solvatur in ingressu canonicorum, nec ei licet quidquam sibi accipere pro collatione canonicatus, non obstante etiam immemorabili, *ibid. num.* 37 *et* 38.

Non improbantur autem statuta, et consuetudines de serviendo per annum, vel aliquod tempus, et nihil percipiendi interim de massa grossa; vel de inserviendo ante illius participationem per plures annos, missasque celebrandi gratis, *ibid. num.* 39 *et* 40.

Valet etiam, et servanda est consuetudo ecclesiæ Astensis, quod fructus spectent ad capitulum, donec beneficiatus sit sacerdos, ut etiam constitutio facta per episcopum, et capitulum post Tridentinum ad solvendam certam quantitatem ratione novæ possessionis canonicatuum pro fabrica ecclesiæ, *ib. num.* 41 *et* 42.

Consuetudo, ut duobus primis annis, quibus quis fuerit canonicus, fructus sint hæredum antecessoris, non comprehenditur in prohibitione, reprobatur tamen etiam immemorabilis non admittendi ignobilem, et parum scientificum in canonicum cathedralis, *ibid. num.* 43 *et* 44.

Occasione quæstionis, an capitulum pro possessione canonicatus aliquid exigere possit, varia ad canonici juris historiam pertinentia referuntur, *ib. num.* 49 *et seqq.*

Interpretatur concilium Tridentinum, *sess.* 24, *cap.* 15, *De reform. ibid. num.* 54 *et seqq.*

An et quando condi valeat statutum de aliquo exigendo a canonico pro canonicatus possessione, *ibid. num.* 59 *et seqq.*

Episcopi et capituli concurrentiæ in canonicorum electione, *ibid. num.* 64 *ad* 73.

Potestas episcopi in erectione canonicatuum de jurepatronatus, *ibid. num.* 74.

Formula erectionis et collationis hujusmodi canonicatus, *ibid num.* 75. Vide *verb.* Formulæ.

CANONICATUS QUOAD ÆTATEM REQUISITAM IN CANONICIS, ET DIGNITATIBUS, ET QUOAD TEMPUS, INTRA QUOD TENENTUR SUSCIPERE ORDINES ANNEXOS SUIS CANONICATIBUS ET DIGNITATIBUS.

Variam Ecclesiæ disciplinam circa ætatem canonicorum ecclesiarum cathedralium. Vide in *verb.* Canonicatus, *art.* 3 *num.* 34.

Ætas requisita et sufficiens ad obtinendum canonicatum in ecclesia collegiata est ætas quatuordecim annorum, si ex sua fundatione, vel statuto, aut consuetudine nullum requirat sacrum ordinem, idque etiam in collegiata, in qua spectat cura animarum canonicis, non uti singulis, sed uti unitis; si autem e contra requiritur ætas viginti quinque annorum saltem incœptorum, quæ nec est necessaria, quando canonicatui, vel dignitati cura animarum non subest principaliter, sed solum accessorie est ipsi unita, *ibid. num.* 1 *ad* 6 vel *verb.* Ætas, ad quod remittitur circa ætatem requisitam ad dignitates sine cura in collegiatis, *sub num.* 24 *et* 25 *et num.* 36.

Ætas requisita, et sufficiens ad canonicatus cathedralis, ubi est facta distributio sacrorum ordinum, est illa quam exigit ordo canonicatus; at ubi non est facta talis distributio, requiritur ætas annorum viginti duorum incœptorum, *ibid. num.* 7 *et* 8 *num.* 35.

Quandonam dicatur consuetudo vel statutum adnexuisse nec ne ordinem sacrum canonicatibus, *ibid. num.* 37.

Interdum onus susceptionis sacri ordinis afficit canonicos, non item est adnexum canonicatibus, et de hujus propositionis effectibus. Vide *ibid. num.* 38.

Ætas requisita ad dignitates, vel personatus, quibus nulla subest cura animarum, in cathedralibus est viginti duorum annorum, ubi vero subest, requiritur ætas viginti quinque annorum saltem incœptorum, et hæc etiam requiritur ad dignita-

Digitized by Google

tem ecclesiæ cathedralis, cui fit distributio missæ cantatæ per turnum infra hebdomadam, *ibid. num.* 9 *ad* 11.

Canonici supranumerarii possunt recipi in anno quarto decimo, sed adveniente tempore præbendæ, debent esse in ætate integra, *ibid. num.* 12.

Canonici, qui in cathedralibus et collegiatis ecclesiis obtinent canonicatus, dignitates, vel personatus, quibus aliqui ordines sunt adnexi, tenentur eumdem ordinem requisitum intra annum suscipere, et ideo debent in ea ætate constitui esse, ut infra annum possint ad ordinem requisitum promoveri, *ibid. num.* 13 *ad* 15.

Annus statutus ad se promoveri faciendum ad sacros ordines computari debet non a tempore collationis factæ, sed a die habitæ pacificæ possessionis; dummodo per provisum non steterit, *ibid. num.* 16.

Canonici, qui ad sacros ordines suis canonicatibus, dignitatibus, vel personatibus adnexos se intra annum, justo impedimento cessante, promoveri non faciunt, extunc donec promoti fuerint, privantur voce in capitulo, et dimidia parte distributionum, *ibid. num.* 17.

Imo canonici ad requisitos ordines infra annum non promoti possunt aliis pœnis, etiam privationis puniri: et prædicta privationis dimidiæ partis distributionum pœna locum habet, quamvis intersint divinis et officium recitent, nec ad id suffragatur contraria consuetudo, *ibid. num.* 18, 19 *et* 20.

Pœna privationis dimidiæ partis distributionum respectu præfatorum locum habet, quamvis reliqua dimidia pars, quæ superest, non sufficiat ad sustentationem canonici, ea tamen pœna non intelligitur de extraordinariis distributionibus, quæ scilicet dantur pro funeralibus, seu anniversariis, nisi hæc sint unitæ cum horis, *ibid. num.* 21 *ad* 23.

Nullam tamen pœnam incurrunt canonici, si ad ordines requisitos non promoveantur intra annum propter justum impedimentum; ut nec etiam incurrit dispensatus a papa, ut in ætate v. g. sexdecim annorum, vel in alia sufficienti canonicatum in cathedrali obtinere possit, *ibid. num.* 24 *et* 25.

Canonicus dispensatus super ætate ad obtinendum canonicatum, si promoveri non curavit ad ordines, postquam ad legitimam ætatem pervenit juxta formam in dispensatione præscriptam, distributiones non acquirit, quamvis choro inserviat, at non prius cogendus est ad sacros ordines promoveri, quam ad annos pervenerit, *ibid. num.* 26 *et* 27.

Canonicus in sacris non constitutus vocem in capitulo aliquo pacto acquirere, seu præscribere non potest, et non subdiaconus nec vocem consultivam in electionibus, et synodo habet, *ibid. num.* 28 *et* 29.

Præsidens vero in capitulo, etiamsi non sit in sacris, in eo proponere, ac resolutiones accipere potest, atque prælato ecclesiæ collegiatæ, etiamsi sacris ordinibus careat, præsidentia, ac vox in capitulo competit, *ibid. num.* 30 *et* 31.

Canonicus in ecclesia collegiata habens canonicatum, cui neque jure communi, neque ex consuetudine, institutione, aut statuto annexus est aliquis ordo, præsertim sacer, obtinere potest, et percipere distributiones, licet nunquam hujusmodi sacrum ordinem suscipiat, vocem tamen in capitulo habere non potest, *ibid. num.* 32 *et* 33.

CANONICI ET DIGNITATES QUOAD FIDEI PROFESSIONEM, ET PŒNAS EAM OMITTENTIUM.

Canonici et dignitates ecclesiæ cathedralis tenentur a die adeptæ possessionis ad minus intra duos menses fidei professionem facere non solum coram episcopo, vel ejus vicario generali, sed etiam coram capitulo; et hæc magis ac magis declaratur. Vide *verb.* Canonicus, *art.* 4, *num.* 1 *ad* 3.

Sede episcopali vacante non sufficit fidei professionem facere coram solo capitulo, sed debet etiam fieri coram vicario capitulari, et ea fieri debet personaliter, et non sufficit per procuratorem, *ibid. num.* 4 *et* 5.

De sententia sacræ congregationis concilii super professione fidei emittenda a canonicis vel beneficiatis per procuratorem, *ibid. num.* 35.

Dato, quod provisus canonicus præsens in curia non possit statim ad residendum accedere, solet tunc sacra congregatio concilii illum admittere ad professionem fidei coram, et in manibus datarii, vel cardinalis præfecti sacræ congregationis, et etiam coram Urbis vicario, non obstante, quod in litteris provisionis adsit decretum emittendi in manibus episcopi, *ibid. num.* 6.

Fidei professionem tenentur denuo facere etiam illi canonici, qui jam antea eam emiserant in adeptione alterius similis beneficii, et qui denuo adipiscuntur in cathedralibus ecclesiis canonicatum, vel dignitatem, quam antea habuerant, et dimiserant, *ibid. num.* 7 *et* 8.

Hæc fidei professio fieri debet saltem intra duos menses a die adeptæ possessionis dignitatis, vel canonicatus in ecclesia cathedrali; talis tamen terminus non currit proviso, qui non accepit possessionem, quamvis per eum stet, quominus eam accipiat: imo ad effectum ut incipiant currere prædicti duo menses, non sufficit fuisse adeptam possessionem, sed requiritur possessio pacifica, *ibid. num.* 10 *et* 11.

Si intra prædictos duos menses a die adeptæ realiter pacificæ possessionis talis canonicus non emiserit dictam fidei professionem, non per hoc solutus est ab obligatione illam imposterum emittendi, *ibid. num.* 12.

Canonici et dignitates ecclesiæ cathedralis tenentur ultro sese offerre ad faciendam fidei professionem, adeo ut non requiratur ad hoc prævia monitio, et eam omittentes peccant mortaliter, nisi per ignorantiam, inadvertentiam, aut oblivionem ipsam facere omittant, *ibid. num.* 13 *ad* 15.

Canonici et dignitates cathedralis non facientes fidei professionem uti supra, ultra peccatum mortale, incurrunt etiam fructuum amissionem, in hac tamen non includuntur distributiones quotidianæ, nisi omnes redditus canonicatus in iis consistant, *ibid. num.* 16 *ad* 18.

Prædicta pœna amissionis fructuum intelligenda est solum de fructibus decurrendis post lapsum duorum mensium, et professio fidei ex post facta non proficit ad recuperandos fructus amissos post dictos duos menses, sed solum ad acquirendos futuros, *ibid. num.* 19 *et* 20.

Fructus canonicatus et dignitatis ob omissionem professionis fidei non acquisiti debent applicari in usus pauperum, vel in fabricam ecclesiæ beneficii, si indigeat, quoties tamen omittente habeant fructus distinctos, et separatos a mensa capitulari, *ibid. num.* 21 *et* 22.

Episcopus non potest condonare hujusmodi fructus amissos ob non factam fidei professionem, sed solum sancta sedes, vel sacra congregatio, *ibid. num.* 23 *et* 24.

Licet canonicis cathedralis omittentibus fidei professionem possessio canonicatus nihil suffragetur quoad fructuum perceptionem suffragatur tamen quoad titulum, et proprietatem talis canonicatus, et quoad vocem habendam in capitulo, et jus præcedentiæ, et cætera alia jura a die adeptæ possessionis, et inde juvantur regula de triennali ad

Digitized by Google

effectum, ne possint molestari super titulo, *ibid. num.* 25, 26 *et* 27.

Quoad fructus tamen retinendos non suffragatur, nec eis prodest etiam longissima possessio, quandiu professionem fidei non emiserint, unde in conscientia ante sententiam judicis restitui debent fructus amissi ob non factam fidei professionem, *ibid. num.* 28 *et* 29.

Lex emittendi per canonicos professionem fidei non solvitur per consuetudinem etiam constantem, sed solum per expressam exemptionem, *ibid. num.* 36.

Coadjutores dignitatum et canonicorum cathedralium de rigore juris communis, seu concilii Tridentini non tenentur emittere professionem fidei, ut nec etiam portionarii, vicarii temporales, et alii provisi de capellaniis in ecclesia cathedrali, nec canonici et dignitates ecclesiarum collegiatarum, et possidentes beneficia inferiora non curata; hi tamen omnes, et cæteri beneficiati tenentur ipsam emittere vigore diœcesanarum legum, *ibid. num.* 30 *ad* 33.

CANONICI QUOAD RESIDENTIAM, CHORUM ET MISSAM.

Canonici, sive cathedralium, sive collegiatarum tenentur saltem per novem menses, residere in ecclesiis sui canonicatus, ita ut non liceat ipsis ultra tres menses, ab eisdem quolibet anno abesse. Vide *verb.* Canonicus, *art.* 5, *num.* 1.

Varia circa tres menses, quibus canonici quolibet anno abesse possunt, adnotantur, *ibid. num.* 2 *ad* 6.

Residentia canonicorum in ecclesiis cathedralibus et collegiatis; non amplius regulatur a statutis, et consuetudinibus, sed a concilio Tridentino, *sess.* 24, *cap.* 2 *De reform.* Vide *ibid. num.* 129.

Fundationum privilegiis, quibus ultra tres menses canonicis abesse licet, non est derogatum a Tridentino, per quod nec sublata sunt statuta a summo pontifice in idem confirmata, *ibid. num.* 7 *ad* 9.

Ut canonici abesse possint tribus mensibus a concilio permissis, nec episcopi, nec capituli licentia, nec causa requiritur, et possunt canonici tunc abesse etiam ex causa recreationis, non tamen pro eo tempore lucrantur distributiones quotidianas, sed solum fructus grossos, seu præbendam, *ibid. num.* 10 *et* 11.

Potest episcopus ob legitimam causam dare canonicis suis facultatem, ut possint abesse per quatuor menses, *ibid. num.* 12.

Si per specialem aliquarum ecclesiarum constitutionem, aut consuetudinem longius servitii tempus requiratur, non est licitum canonicis per tres menses abesse, secus autem, si totius anni servitium requiratur, *ibid. num.* 13 *et* 14.

Collegiatis non insignibus canonici excusantur a residentia, dummodo sint ecclesiæ illæ rurales prorsus destitutæ, et in quibus supra hominum memoriam solitum non fuit resideri, aut quæ adeo tenues sint redditus, ut canonici aliunde vivere debeant, *ibid. num.* 130.

Canonici non residentes per novem menses, seu per majus tempus sibia sua ecclesia constitutum, incidunt in pœnas concilii Tridentini, et assignantur cum debitis advertentiis, *ibid. num.* 15 *ad* 19.

Pœnarum gradus contra canonicos non residentes a concilio præscripti sunt necessario servandi, antequam deveniatur ad privationem, alias ipsa privatio, seu sententia privationis erit nulla, *ibid. num.* 20 *ad* 24.

An canonici, qui spatio decem et plus annorum non resederunt, puniri debeant privatione canonicatuum, non servato ordine præscripto a concilio Tridentino, de quo supra, *ibid. num.* 131.

Dantur ad id decreta sacræ congregationis Concilii. Vide, *ibid. num.* 25.

Ut possit procedi ad privationem canonicatus contra canonicum non residentem, exspectandum est triennium completum, interim tamen potest episcopus præviis citationibus per censuras contra procedere, *ibid. num.* 26 *et* 27.

Pœnæ canonicorum non residentium possunt infligi etiam contra canonicos coadjutores cum futura successione, et illas non potest episcopus remittere in totum, bene tamen ante sententiam minuere, vel augere, *ibid. num.* 28 *et* 29.

Canonici, si novem mensibus anni absque legitima causa a residentia notabiliter absint, ultra supradictas pœnas incurrunt etiam secundum multos culpam mortalem, et juxta quosdam etiamsi velint quotidianas distributiones amittere, in quo tamen casu varii alii eos cum quibusdam restrictionibus a mortali excusant, *ibid. num.* 30, 31 *et* 32.

Dantur tamen aliquæ legitimæ causæ omnino excusantes a continua residentia, et istæ generatim loquendo sunt quatuor, quæ enumerantur, ac satis reserantur, *ibid. num.* 33 *ad* 37.

Specialim etiam conceditur, ut duo canonici in servitio episcopi occupati pro residentibus habeantur, et ii possunt assumi, sive ex cathedrali, sive ex collegiata, *ibid. num.* 38 *et* 39.

Canonici ex justa causa absentes non tenentur relinquere substitutum, ac per hunc interim deservire, non obstante immemorabili consuetudine, *ibid. num.* 40.

Canonici tenentur recitare officium in choro, nec ipsis potest episcopus concedere, ut officient in sacristia, bene vero quandoque v. g. ob frigus, et etiam ad tres menses frigidiores tolerandum diebus tamen ferialibus, *ibid. num.* 41 *ad* 43.

In choro non est a canonicis inchoandum officium statim signo dato, sed elapsa tertia parte horæ, et tunc non exspectandus vicarius, *ibid. num.* 44 *et* 45.

Canonici sub onere, et obligatione restitutionis fructuum tenentur per seipsos psallere, seu canere in choro cum aliis, et ex decentia debent alta voce cantare, et episcopus potest illos ad hoc hortari, sed non cogere, *ibid. num.* 46 *et* 47.

Canonici dum ecclesia harmoniaca modulatione utitur, satisfaciunt, attente assistendo. Non possunt contra solitum cogi ad matutinum ante ortum solis, tamen licet duo, vel tres tantum, ad officium in choro tenentur, *ibid. num.* 48 *ad* 50.

Canonici qualiter teneantur in choro quoad officium defunctorum, graduales, etc., *ibid. num.* 51 *ad* 56. Vide tamen etiam *verb.* Officium, *art.* 1, *num.* 46, *et art.* 3, *num.* 107.

Canonicos potest cogere episcopus ad præstandum juramentum de fideliter punctando in choro, nec possunt iidem a choro exire, nisi petita venia archidiacono seu præsidenti per salutationem, et ibidem confabulantes sunt punctandi tanquam absentes, nec debent habere stratum, vel tapetum, et divinis interessentes sine habitu canonicali, et superpelliceo debent punctari, et non permittendum, ut laici, dum divina celebrantur, stent, vel sedeant in choro, *ibid. num.* 57 *ad* 62.

Canonicum, vel capellanum qualiter possit ordinarius excusare a choro, et junior supplere vices hebdomadarii, *ib. n.* 63, 64.

De servitio a canonicis choro præstando, de quo agit auctor, consulendus est sanctæ memoriæ Benedictus XIV, in suis institutionibus ecclesiasticis, *ib. n.* 132.

Canonici tenentur quotidie ad canendam missam conventualem sub mortali, etiam diebus quibus cantant aliquam missam votivam, vel pro defunctis, *ib. n.* 65 *ad* 69.

Præterea missa conventualis in Quadragesima,

Digitized by Google

Adventu, Quatuor Temporibus, et similibus, etiamsi occurrat festum duplex, non est omittenda, sed utraque missa nempe de sancto et de feria, est celebranda; *ib. n.* 70 *ad* 72.

In cathedralibus et collegiatis non potest omitti altera ex duabus missis cantandis ob celebrationem capituli canonicorum, *ib. n.* 73.

Missa defunctorum cantari debet a canonicis juxta legem fundationis etiam in illis diebus in quibus ex præscripto Missalis cantatur alia missa pro defunctis, nec ob id missa conventualis omittenda, *ib. n.* 74 *et* 75.

Canonici pro missa conventuali, quam quotidie celebrare, et sacrificium pro benefactoribus, et fundatoribus applicare tenentur, nullatenus possunt aliam eleemosynam recipere, non obstante consuetudine, nec tenuitate redditüum, pro ea tamen debetur canonicis distributio ex missa communi, *ib. n.* 76 *et* 77.

Canonicus, qui missam solemnem celebrat die Dominico, tenetur officium vesperarum facere eodem die post prandium, non obstante contraria consuetudine et qui celebrat eam, in qua chorus tenetur cantare Symbolum, non potest illam prosequi eo tempore, quo a choro cantatur Symbolum prædictum, nec in conventuali facienda thurificatio, si sit absque cantu et ministris, *ib. n.* 78 *ad* 80.

Canonicus missam celebrans in ecclesia, vel ex devotione, vel ex obligatione tempore, quo cantatur una hora in choro qualiter habetur absens, et qualiter sedendum a celebrantibus coram episcopo et per seipsos divina obire, et missas majores canere debent, et quid si sint legitimo detenti impedimento, *ib. n.* 81 *ad* 84.

Missas pontificales celebrare, absente episcopo, pertinet ad primam dignitatem vel ad secundam vel ad antiquiorem canonicum, non autem ad canonicum hebdomadarium, nisi aliter sit consuetudo, *ib. n.* 85 *et* 86.

Canonico solemniter celebranti pro diacono, et subdiacono inservire debent pariter canonici, *ib. n.* 87.

Dignitas prima, si velit functiones episcopales facere, debet etiam missam cantare, alias pertinent ad subsequentes cum eadem conditione, et idem similiter servandum, si absente episcopo velit deferre sanctissimum sacramentum, *ib. n.* 88 *ad* 90.

Canonici non supplent vices protonotariorum, et aliorum inferiorum, sed bene vices dignitatum; etiamsi haberent onus cantandi epistolam, vel evangelium; ac quædam alia adducuntur decisa circa cantum epistolæ et evangelii; atque respectu ministrationis, *ib. n.* 91 *ad* 100.

Canonici et dignitates an possint missas privatas celebrare tempore, quo episcopus solemniter celebrat, vel concionatur, *ib. n.* 101.

Pœnæ quas episcopus infligere potest canonicis non residentibus, *ibid. num.* 102.

Sæpe permittitur cononicis alternatim choro intervenire, non tamen in diebus festivis, *ibid. num.* 103 *ad* 105.

Semper ad psalmodiam tenentur, non tamen ad recitandum officium beatæ Mariæ virginis et defunctorum extra chorum, *ibid. num.* 106, 107, *et* 133.

Non satisfaciunt muneri suo recitando completorium, dum vesperæ cantantur a musicis, *num.* 108.

Tenentur Gregorianum tantum addiscere, *num.* 111.

Possunt satisfacere per alium capitularem; non tamen qui consistunt extra civitatem, et coadjutores canonicorum, *ibid. num.* 112, 113.

Possunt, loco chori, recitare officium in capella, *ibid. num.* 114.

De pœna eorum qui Horis canonicis miscent risus, etc. *num.* 115, 116.

Sacra congregatio concilii improbat consuetudinem non mulctandi canonicos, *ib. num.* 117.

Canonici tenentur ad missam conventualem, *ib. num.* 118.

Non tenentur ad residentiam in collegiatis non insignibus, *ibid. num.* 119.

Absentia a choro per tres menses illis conceditur a concilio Tridentino, *ibid. num.* 120 *ad* 124.

Quando puniendi propter absentiam, *ibid. num.* 125 *ad* 128.

De servitio chori et aliis, *ibid. num.* 132.

CANONICI QUOAD ASSOCIATIONEM, ET ASSISTENTIAM DEBITAM EPISCOPO.

Canonici qualiter, et quando accedere debeant ad domum episcopi pro illius associatione ad ecclesiam, ac ubi ad talem effectum sit conveniendum, quoties longe distet. Vide *verb.* Canonicus, *art.* 6, *n.* 1 *ad* 8.

Ut canonici in debita associatione episcopi deesse non possint, et officia divina non turbentur, debet episcopus certam horam sui adventus tempore congruo statuere, et significare, quo stabilito, si dato ultimo campanæ signo non veniat, potest inchoari officium, eo non exspectato, *ib. n.* 9 *ad* 10.

Si episcopus post inchoatum officium ad ecclesiam descendat, tunc satis erit quatuor, vel quinque canonicos obviam ire, sed saltem duo tenentur, et idem si venit tempore, quo post decantatum evangelium concio inchoatur, *ib. n.* 11 *ad* 13.

Item quoties finita concione velit episcopus domum redire, canonici omnes non debent deserere missam, sed tantum tres, vel quatuor eum usque ad portam comitentur, et statim redeant; omnes tamen debent saltem usque ad portam, si post missam discedat, et si persolutis officiis, usque extra, vel ad primum atrium domus, si contigua, nec excipiuntur dignitates, *ib. n.* 14 *ad* 17.

Canonici et dignitates non tenentur associare, et reassociare episcopum toties quoties accedit ad ecclesiam, et ab illa recedit, sed solum in solemnioribus diebus, quibus cum cappa ad celebrandum, aut ad assistendum divinis officiis, vel ad pontificalia exercenda accedit, aliter non nisi ex arbitrio, et urbanitate, aut ex consuetudine, si exstet, prout adducitur, *ib. n.* 18 *ad* 21.

Canonici omnes non tenentur associare episcopum ab eo altari, in quo missam plenam celebravit, ad sedem episcopalem, si voluerit missæ conventuali assistere; nec ad cameram capitularem, nisi ex urbanitate; et associantes per civitatem eorum episcopum cardinalem, non collegialiter, nec cum habitu canonicali, debent illum anteire, non autem sequi, *ib. n.* 22 *ad* 24.

Assignatur qualiter teneantur canonici respectu suffraganei venientis ad ecclesiam ad celebrandum nomine episcopi proprii, ejusque de licentia cappam deferentis, *ib. n.* 25 *et* 26.

Assistentia a canonicis et dignitatibus debita episcopo facienda est secundum cæremoniale Romanum; excepta tamen laudabili, et immemorabili in contrarium consuetudine, *ib. num.* 27 *ad* 30.

Canonici et dignitates, et portionarii tenentur assistere episcopo solemniter celebranti, aut alia pontificalia exercenti, et in primis prima dignitas cum pluviali, et duæ aliæ dignitates, vel canonici præter diaconum et subdiaconum, *ib. num.* 31 *ad* 34.

Talis prima dignitas licet unica, seu dignior in casu, quo recuset episcopo assistere, cogendus est pœnis, et censuris ecclesiasticis, et assistentia præstanda est in habitu chorali tantum, *ib. n.* 35 *ad* 37.

Consuetudo, ut dignitates et canonici mitram, gremiale, et thuribulum, ac simile ministrent episcopo, servanda est; et sive celebret sive divi-

Digitized by Google

nis assistat si ordinarius sit, debetur assistentia duorum canonicorum ex numero diaconorum, ubi præbendæ distinctæ, iique, et non presbyter assistens, debent elevare fimbrias pluvialis, *ib. n.* 38 *ad* 41.

Canonici iidem assistere debent episcopo, quando facit ordinationes, sive faciat cum missa solemni sive privata; ei tamen non est assistendum, dum accedit ad ecclesiam, nisi quando est paratus cum pluviali et mitra; nec assistentes tenentur ei ponere, et deponere birretum, sicut tenentur ad mitram, *ib. n.* 42 *ad* 44.

Canonici tenentur, et cogi possunt ab episcopo, ut sibi ministrent, et inserviant etiam in quibuscunque civitatis ecclesiis, dum ad publicas, vel solemnes episcopales functiones exercendas eum ire contigerit, non tamen extra civitatem et dummodo cathedralis chorus non destituatur servitio debito, *ib. n.* 45 *et* 46.

Non tamen possunt canonici cogi ad assistendum episcopo, si accesserit ad alias ecclesias ad celebrandum private; imo sic nec etiam tenentur in cathedrali, et si assistant, non gaudent distributionibus excepta tamen legitima consuetudine ad utrumque servanda, *ib. num.* 47 *ad* 50, *et num.* 60, 61.

Canonici cathedralis, si adsint, debent inservire episcopo pontificalia exercenti, et non alii inferiores, etiam in collegiata, et parochiali, et quacunque alia intra diœcesim, *ib. n.* 51 *ad* 53. Vide tamen etiam *verb.* Assistentia, *n.* 25.

Canonici tenentur assistere suffraganeo quando nomine proprii episcopi functiones pontificales exercet, ei tamen duorum canonicorum assistentia ultra diaconum, et subdiaconum non debetur, nisi adsit antiqua ad id consuetudo, *ib. n.* 54 *ad* 57.

Quando episcopus suffraganeus solemniter celebrat, facit ordinationes, consecrationes, vel alias similes functiones pro ordinario, illi tantum debent accipere paramenta, qui sunt necessarii in ministerio, *ib. n.* 56.

Canonici diaconi assistentes non tenentur, imo non debent inservire archiepiscopo de bugia, seu candela, sed ea administranda est per capellanum, et non possunt cogi canonici ad inserviendum archiepiscopo in missis privatis præter consuetudinem, juxta quam inservientes quotidianas distributiones non amittunt, *ib. n.* 59 *ad* 61.

Quænam assistentia facienda sit a canonicis episcopo conciones habenti, *ibid. num.* 62. Varia adducuntur decreta assistentiam episcopo debitam spectantia, *ib. n.* 63.

Fas est episcopo adjungere suo servitio duos canonicos cathedralis, vel collegiatarum, *ib. n.* 64.

Tenentur canonico episcopo inservire in monasterio diaconi, vel subdiaconi, *ib. n.* 65.

Tenentur ei assistere, etiamsi in cathedrali præsens sit divinis officiis in cappa, *ib. n.* 66.

Ministerium, et officium a canonicis præstandum episcopo multifariam determinant variæ resolutiones sacræ Rituum congregationis relatæ, *ib. n.* 67.

CANONICI QUOAD PRÆCEDENTIAM ET PRÆEMINENTIAM.

Canonicus ecclesiæ collegiatæ urbis Romæ dignior est canonico cathedralis alterius civitatis, etiamsi cathedralis capitulum sit exemptum. Vide *verb.* Canonicus, *art.* 7, *n.* 1.

Canonici cathedralis in omnibus, et per omnia sunt præferendi magistratui sæculari, quando non est de perpetuis, et majoribus, et concionator debet ipsos prius salutare, quam magistratum, et ubique prius thurificandi, ubi talis est consuetudo; at extra ecclesiam nulla pollent iurisdictione, et cedere debent, etc, *ib. n.* 2 *ad* 4

Canonici cathedralis omnibus aliis præcedunt, non obstante contraria consuetudine, etiam in sua collegiata, *ib. n.* 5, 6 *et* 7.

Imo canonici cathedralis præcedunt canonicis collegiatæ etiam in associandis funeribus defunctorum propriæ ipsius collegiatæ parochiæ, de quo tamen plenius in art. seq. *ib. n.* 8 *et* 9.

Canonici cathedralis et collegiatæ, et alii clerici sæculares semper præcedere debent regularibus, etiam in ipsorum regularium ecclesiis, *ib. n.* 10.

Canonici et presbyteri ecclesiæ cathedralis debent præcedere omnibus curatis parochialium ecclesiarum in omnibus processionibus, et functionibus, etiam in propriis ipsorum curatorum ecclesiis, *ib. n.* 11 *et* 12.

Limitatur, ac temperatur sententia auctoris, *ib. n.* 60 *seq.*

Canonici cathedralis, si ob intemperiem aeris resideant in alia ecclesia, rector illius debet sedere post canonicos supra mansionarios, et reliquos presbyteros, et si fuerit protonotarius, præcedit canonicis uti singulis, non autem capitulariter, *ib. n.* 13.

Canonicis cathedralis in ecclesia parochiali dignior locus debetur immediate post episcopum, et post canonicos sedere debet rector, *ibid. n.* 14.

Canonici collegiatarum ecclesiarum præcedere debent omnibus rectoribus, curatis, plebanis, ac presbyteris ecclesiarum parochialium in publicis processionibus, et functionibus, etiam synodalibus, *ib. num.* 15 *ad* 17.

Canonici tamen tanquam singuli incidentes, non habent præcedentiam supra curatos, sed capitulariter et processionaliter procedentes præferuntur abbatibus benedictis, et extra ecclesiam canonicis præcedit prælatus utriusque signaturæ referendarius, *ibid. num.* 18, 19 *et* 20.

Canonicus prius factus debet præcedere aliis post ipsum admissis, etiamsi sint doctores; et ubique canonici cathedralis, licet non doctores, præferendi sunt presbyteris non canonicis esto sint doctores, *ibid. num.* 21 *et* 22.

Canonicus presbyter præcedit canonico antiquiori non presbytero; et si omnes presbyteri præcedunt inter se secundum suam receptionem: at ubi præbendarum, *ibid. num.* 23 *ad* 26, *et* 63 *et seq.*

Canonici ordinis diaconalis in minoribus, vel diaconali ordine constituti, ubi præbendæ sunt distinctæ, præcedere debent canonicis ordinis subdiaconalis, quamvis presbyteris, et inde quædam ad rem coadjutore, *ibid. n.* 27 *ad* 30.

Canonicus diaconus, si promoveatur ad sacerdotium, non recuperat præcedentiam, quam prius cesserat canonico presbytero possessione posteriore, *ibid. num.* 31.

In processionibus, quæ fiunt cum interventu capituli cathedralis, præcedentia debetur beneficiatis ejusdem supra parochos, *ibid. n.* 32.

Præcedentia, quæ debetur parochis, et curatis perpetuis, eadem debetur parochis, et curatis amovibilibus ad nutum, *ibid. num.* 33.

Dignitatibus et canonicis cathedralis convenit distinctio, tam quoad qualitatem paramentorum, quam quoad locum se parandi in missis, et in processionibus quoad paramenta iis coæquari non debent canonici collegiatæ, *ibid. num.* 34 *et* 35.

Canonici non possunt in celebratione missæ uti palmatoria, vulgo *bugia*, et digniores debent sedere in sedibus vicinioribus sedi episcopali, *ibid. a num.* 36 *et* 37.

Canonicus celebrans ratione paramentorum, et officii, debet habere primum locum, et primam sedem chori supra dignitates, et canonicos et hebdomadarius supra omnes dignitates et canonicos, *ibid. num.* 38 *et* 39.

Canonicus primus, vel prima dignitas, qui digniorem locum habet in capitulo, præferendus est cæteris in processionibus, et parati præcedunt vicario

Digitized by Google

generali, non obstante consuetudine in contrarium; secus autem si non parati, vel si etiam vicarius sit paratus, *ibid. num.* 40 *ad* 43.

Canonicus, qui est vicarius generalis, si uti vicarius sedeat, præcedit omnibus canonicis et dignitatibus, sed non lucratur distributiones, *ibid. num.* 44 *et* 45.

Canonici et dignitates præcedunt vicario capitulari canonico, si, ut lucretur distributiones, voluerit choro interesse quod si illas lucrari noluerit, tunc debet præcedere omnes, excepta prima dignitate post pontificalem; unde non potest occupare sedem archidiaconi in ecclesia, sed debet sedere in alia portatili, *ib. n.* 46 *ad* 48.

Vicarius foraneus ratione sui vicariatus nullam in quavis functione, et loco habet præcedentiam super alias dignitates et canonicis antiquiores, *ib. n.* 49 *et* 50.

Canonicus, vel dignitas factus episcopus, cum retentione canonicatus, vel dignitatis, debet præcedere omnibus aliis canonicis, et dignitatibus etiam ipso antiquioribus, ut quoque canonicus qui, sit episcopus titularis, *ib. num.* 51 *et* 52.

Canonicus, qui permutavit canonicatum, si permutatio effectum habere non potuit, et redierit ad suum canonicatum absque onere, in pristinum ponendus at qui dimisit, et alium in eadem ecclesia impetravit, locum ultimi acquirit, et prioris deperdit, *ib. n.* 53 *et* 54.

Licet canonicatus sit de jurepatronatus, debet eum obtinens præcedere tanquam verus canonicus omnibus aliis, qui post illum obtinuerunt canonicatum, *ibid. num.* 55.

Canonicis collegiatarum Urbis præsentibus translationi pensionis, haud satisfactum est indulto quoad præsentiam ordinarii, vel canonici metropolitanarum ecclesiarum et cathedralium ecclesiarum, *ibid. num.* 56 *et seqq.*

CANONICI QUOAD PERCEPTIONEM SACRAMENTORUM, ET QUOAD FUNERA ET SEPULTURAM.

Canonicus ecclesiæ cathedralis carentis canonica, sive ædibus canonicalibus, habens domicilium, et actu habitans intra fines alterius parochiæ, tenetur infirmitate recipere sacramenta a parocho domicilii. Vide *verb.* Canonicus, *art.* 8, *num.* 1 *et* 2.

Circa hanc conclusionem varia vide, *ibid. n.* 16 *et seqq. ad* 19.

Canonici ad funera intervenientes, si sint ecclesiæ cathedralis, præcedunt, nedum proprio parocho defuncti, etiamsi stola induto, sed etiam præcedunt canonicis collegiatæ etiam in associandis funeribus defunctorum propriæ ipsius collegiatæ-parochiæ; si autem sint collegiatarum, præcedunt propriis parochis defunctorum, *ibid. num.* 3 *et* 4.

Canonici ecclesiæ cathedralis, vel collegiatæ, non possunt sociare cadavera ex alienis parochiis sine proprio parocho, et ad hunc, non autem ad illos spectat officia peragere super cadavera; nec ea levare licet irrequisito ipso, *ibid. num.* 5 *ad* 9.

Capitulum non vocatum non potest, invitis hæredibus, lucrandi stipendii causa, funeribus interesse, et canonici cathedralis decedentes non electa sibi sepultura, ubi debent sepeliri, *ib. num.* 10 *ad* 13.

Pro sepultura canonicorum cathedralium debetur quarta funeralis parocho domicilii, non vero parocho cathedralis, neque parocho parochiæ, ubi adest sepulcrum suorum majorum, et assignatur quando curatus, et sacrista cathedralis præcedant parocho defuncti, *ibid. num.* 14 *et* 15.

Sententia sacræ congregationis Rituum est, ut canonici etiam habentes domicilium in aliena parochia sepeliendi sint in ecclesia cathedrali, solutis tamen juribus parochialibus parocho domicilii, *ibid. num.* 20 *et* 21.

CANONICUM THEOLOGUM, PŒNITENTIARIUM, PROTONOTARIUM, ET JUBILATUM VARIA CONCERNENTIA.

Canonicus theologus ubi deputandus, et quæ præbenda ei assignanda. Vide *verb.* Canonicus, *art.* 9, *n.* 1.

Canonici theologi deputatio non fit in ecclesiis cathedralibus regularibus, ubi præbendæ non sunt distinctæ, nec ecclesiæ numeratæ; nec ei in vim unionis factæ ab episcopo de præbenda vacatura competit jus adversus canonicatum vacatum per resignationem, *ibid. num.* 2 *et* 3.

Præbenda erecta, et deputata pro theologo a sequenti canonico optari non potest, nec theologus admittendus ad jus optandi, *ibid. num.* 4 *ad* 6.

Canonicus tamen theologalis, qui resignavit in manibus ordinarii præbendam theologalem, potest obtinere mediante optione pinguiorem præbendam cum retentione sui stalli in choro, *ibid. num.* 7.

Canonicus theologus, stante consuetudine, ut per quemlibet canonicum habentem præbendam canonicatui annexam obtineatur una ex dignitatibus in eadem ecclesia solum quamdam præcedentiam habente, eam obtinere potest, *ibid. num.* 8.

Per deputationem præbendæ primo vacaturæ in theologalem qualis comprehendatur, et ad quem spectet electio personæ ad hujusmodi præbendam, *ibid. n.* 9 *ad* 14.

Canonicus theologus, ad quod sat est doctoratus in jure canonico, quadraginta saltem quotannis lectiones publice in ecclesia habere tenetur per se ipsum, vel per alios idoneos, imo compelli potest, ut per se, si non legitime impediatur, muneri suo satisfaciat; et etiam assignatur qualiter ad id teneatur, si diuturnum adsit impedimentum, si senio confectus, aut jubilatus, etc., *ibid. num.* 15 *ad* 20.

Dato, quod canonicus theologus nolit ullo modo legere, potest episcopus illum cogere comminationibus pœnarum, sequestrationibus fructuum, et perseverante contumacia etiam ad privationem devenire, non servato temporum intervallo a Tridentino præscripto, *ibid. num.* 21 *et* 22.

Cum præbenda theologalis vacat, dari debet in commendam canonico idoneo ejusdem capituli, donec titularis provideatur, alias poterit episcopus applicare fructus alicui personæ extra capitulum, quæ suppleat munus legendi, et innuitur, ex quibus eligi debeat, *ibid.* num. 23 *ad* 25.

Canonicus theologus gaudet vacatione a lectione sacræ Scripturæ in diebus et temporibus, quibus gaudent doctores universitatum, et assignantur; at tempus, locus, et materia Scripturæ sacræ remittitur arbitrio ordinarii, *ibid. num.* 26 *ad* 30.

Non potest canonicus theologus se eximere ab explanatione Scripturæ prætextu, quod non habeat auditores, non tenetur, si antecessores nunquam legerint, ex quo non adesset necessitas, *ibid. n.* 31 *et* 32.

Ad lectionem sacræ Scripturæ in cathedrali tenentur accedere canonici, et cæteri presbyteri ipsius ecclesiæ cathedralis, et possunt compelli ab episcopo, ut de facto ad concionem sub privatione distributionum illius diei; *ibid. num.* 33 *et* 34.

Ad interessendum autem lectioni, seu conferentiæ casuum conscientiæ possunt solum compelli canonici, aliique presbyteri, qui sunt parochi, vel

Digitized by Google

confessarii, regulares vero nullatenus ad id cogi possunt, nisi sint parochi, imo tunc ad omnia cogi possunt, ad quæ tenentur curati sæculares, cogi tamen non possunt ad assistendum divinis in cathedrali, *ibid. num.* 35 *ad* 40.

Canonico theologo die, qua legit, licet choro non intersit, debentur distributiones pro tota die, et etiam emolumenta quæcunque personaliter interessentibus dari solita, non censetur tamen præsens matutino, ubi dicitur pro die sequenti in vespere præcedente, *ibib. num.* 41 *ad* 43.

Canonicus theologus petita et obtenta licentia a capitulo potest concionare per alium. Vide *verb.* Prædicator, *num.* 110 *et* 111. Debet sedere in loco sui canonicatus. Vide hic *num.* 44.

Pœnitentiarius canonicus in omnibus ecclesiis cathedralibus, ubi id commode fieri potest, instituendus qui sit magister, aut doctor, seu licentiatus in theologia, vel jure canonico, non nomine, sed re, aliter alius est deputandus, *ibid. num.* 45 *ad* 47.

Quando autem doctores, et licentiati in jure canonico, vel theologia apti non inveniuntur, quid agendum, *ibid. num.* 48 *et* 49.

Canonicus pœnitentiarius debet esse in ætate quadraginta annorum, hujus tamen defectus non obstat, si sit aptus, nec aptior in loco reperiatur, *ibid. num.* 50 *et* 51.

Canonici pœnitentiarii institutio est facienda tantum in cathedralibus, et institutio, ac electio ad solum episcopum absque consensu capituli spectat, quando præbenda non vacat in mense apostolico, vel non adest alia reservatio, seu affectio, *ibid. num.* 52, 53 *et* 54.

Pœnitentiaria vacans sede episcopali vacante, non potest provideri a capitulo, quamvis collatio præbendarum sit communis episcopi, et capituli, vel etiam solius capituli, sed pertinet ad papam, etiam seclusa reservatione, et non est reservanda futuro episcopo, *ibid. num.* 55 *et* 56.

Capitulum non potest se intromittere in electione pœnitentiarii, quamvis episcopus sit absens, sed ipse poterit, ubicunque fuerit, eligere pœnitentiarium, *ibid. num.* 57 *et* 58.

Quamvis electio pœnitentiarii quandocunque facienda spectet ad solum episcopum, vel eo absente, ad suum vicarium ad hoc specialiter delegatum absque consensu capituli, collatio tamen præbendæ unitæ officio pœnitentiarii ab illis fieri debet, ad quos antea spectabat, *ibid. num.* 59.

Præbenda officio pœnitentiarii unienda debet esse integra et canonicalis. Et si fructus omnes in distributionibus quotidianis consisterent, tunc distributiones habebuntur pro præbenda, *ibid. num.* 60 *et* 61.

Non potest episcopus primam præbendam vacantem assignare pro pœnitentiario, quamvis in loco videretur magis necessarius, sed prius debet erigi theologalis, quod si alicubi e contra expediens magis judicetur, adeunda est sedes apostolica, *ib. n.* 62 *et* 63.

Canonicus pœnitentialis non potest optari, nec ipse potest aliam præbendam optare; potest tamen pœnitentiaria resignari etiam in favorem alterius, dummodo habeat requisita, *ibid. num.* 64 *et* 65.

Pœnitentialis præbendæ erectio non habet locum in ea, quæ vigore statui a sequenti canonico optatur, sed illa præbenda, quam dimiserit canonicus, qui novissime optat, huic muneri affecta, et unita remanet, *ibid. num.* 66.

Pœnitentiarius eo ipso, quod est institutus, habet a jure et concilio facultatem audiendi confessiones, et est veluti parochus totius diœcesis, eique quilibet confiteri potest et satisfacere præcepto, *ibid. num.* 67 *et* 68.

Pœnitentiarius institutus pro audiendis confessionibus unius diœcesis, non potest audire in alia etiam habentium bullam, vel licentiam sui parochi, nec potest suam auctoritatem delegare, nec potest in casus expresse ab episcopo sibi reservatos, *ibid. numer.* 69 *ad* 72.

Pœnitentiarius tenetur integras confessiones audire, non autem solos casus reservatos; nec recusare potest confessiones audire, et si renuerit, poterit ab episcopo puniri; imo etiam non vocatus tenetur sedi confessionali ab episcopo assignatæ festis solemnioribus, quæ assignantur, *ibid. n.* 73 *ad* 76.

Non debet tamen pœnitentiarius tenere in manu virgam, seu bacchettam, sicut in Urbe; nec potest cogi ab episcopo ad sedem confessionalem, si non adsint qui sua opera uti velint; nec ad majorem residentiam, quam alii canonici; dummodo tamen non absit tempore, quo frequentius pœnitentes accedunt, et festis solemnioribus, quæ assignantur, *ibid. num.* 77 *et* 78.

Pœnitentiarius quando habendus sit pro præsente in choro, vel non, proponitur, *ibid. n.* 79 *ad* 82.

Canonicus pœnitentiarius non præcedit aliis canonicis, non obstante contraria consuetudine, et is approbatus, an in possessionem immissus a delegato apostolico potest audire confessiones absque ordinario; non potest tamen esse vicarius generalis, nisi sit raræ opinionis, *ib. num.* 83 *ad* 85.

Canonicus pœnitentiarius non admittendus in confessarium monialium, nisi utrique muneri satisfacere queat, *ibid. num.* 86.

Hodie tamen quoad canonicum theologum et pœnitentiarium attendenda est novissima constitutio Benedicti XIII, *incip.* Pastoralis: quæ affertur, et juxta ipsam per concursum eligi debent, *ibid. n.* 87 *ad* 89.

Vide plura ad interpretationem constitutionis sanctæ memoriæ Benedicti XIII, quæ *incipit* Pastoralis: quæque est super electione canonicatuum theologalium, et institutione canonici pœnitentiari, *ibid. num.* 112 *et seqq. ad* 129.

Protonotarius apostolicus non potest in functionibus, et aliis actibus publicis sibi tanquam canonico competentibus uti habitu protonotarii, sed suo habitu canonicali; bene vero non competentibus tanquam canonico, et si cum habitu protonotarii intersit choro, non lucratur fructus, et distributiones sui canonicatus, non obstante consensu, et concordia capituli, et reputatur tanquam extraneus, *ibid. num.* 90 *ad* 95.

Possunt tamen dignitates, et canonici protonotarii in ecclesia uti subtana violacea, dummodo in reliquis gerant habitum similem, et æqualem aliis canonicis, *ibid. num.* 96 *et* 97.

Protonotarius, si sit prima dignitas, potest in choro deferre rocchettum cum mantelletto, si vero non prima dignitas, sedere debet in suo stallo cum suo habitu canonicali, *ibid. num.* 98.

Protonotarius utens habitu protonotarii et prælati, etiamsi non sit prima dignitas, debet præcedere archidiacono primæ dignitati, dummodo tunc non lucretur distributiones quotidianas, at eo uti non potest in processionibus, et in aliis actibus publicis, in quibus cum capitulo intervenit, *ib. n.* 99 *et* 100.

Indultum jubilationis, quod est ecclesiæ odiosum, et ideo parce concedendum non constito de laudabili servitio ecclesiæ per quadraginta annos post clericatum præstito, ac de aliqua commiserationis causa, quæ una cum laudabili servitio concurrere debet, non solet, neque debet concedi, et concedendum non a capitulo, sed a sacra congregatione, *ibid. num.* 101 *ad* 103.

Concesso legitime alicui canonico a sacra con-

Digitized by Google

gregatione indulto jubilationis, talis canonicus jubilatus debet participare de distributionibus instar aliorum, et etiam ea quæ proveniunt ex emolumentis processionum, anniversariorum, et aliorum, dummodo testatorum voluntas non obstet, *ibid. num.* 101 *ad* 107.

Indultum jubilationis quantumcunque amplum non comprehendit anniversaria non fixa, et pro solis vere et corporaliter interessentibus a testatore relicta, nisi in indulto sit expressa voluntas papæ testatoris menti claræ derogantis, et etiam talia anniversaria indultario explicite indulgentis, et alia participantur, etiamsi non intersint, et onera missarum pro rata non adimpleat, *ibid. num.* 108 *et* 109.

Canonici jubilati non tenentur, neque per se ipsos, neque per alios missam conventualem per turnum celebrare, nec potest episcopus statuere, ne eis debeantur distributiones extra ordinariæ, quæ ob absentiam, vel vacationem canonicorum interessentibus accrescunt, *ibid. num.* 110 *et* 111.

De scholis presbyterorum in Ecclesia; et de pœnitentiario, *ibid. num.* 130, 131.

QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT COADJUTORIAS, CANONICOS COADJUTORES, ET COADJUTOS.

Coadjutoriæ cur adinventæ, et etiam contra dispositionem Tridentini permissæ. Vide *verb.* Canonicus, *art.* 10, *num.* 1 *ad* 6.

Ut excludatur votum captandæ mortis, super quo est fundata reprobatio exspectativarum, pro obtinenda coadjutoria exigitur requisitio, et consensus coadjuti adnotandus in libris publicis cameræ, vel cancellariæ, imo requiritur etiam consensus capituli a majori parte datus, et insuper litteræ commendatitiæ episcopi, vel capituli de qualitatibus coadjutoris, et indigentiæ ecclesiæ, *ibid. num.* 7 *ad* 10.

Consensum capituli in gratia coadjutoriæ cum futura successione, non ex aliqua necessitate, sed ex superabundanti papa exquirere solet, *ibid. num.* 71.

Imo necessarius nec est consensus capituli, tametsi jus eligendi, et quidem in omnibus mensibus, spectet ad ipsum capitulum, *ibid. num.* 72 *et* 73.

Num sit necessarius consensus patroni laici pro gratia coadjutoriæ cum futura successione, *ibid. num.* 74.

Litteræ commendatitiæ episcopi non sunt de forma coadjutoriæ cum futura successione, *ibid. num.* 75.

Coadjutor, vivente coadjuto, non est vere canonicus, sed dicitur fictus canonicus et beneficiatus, et post omnes sedere debet, non obstante statuto in contrarium disponente, *ibid. num.* 11 *ad* 15.

Excipiuntur tamen coadjutores dignitatum, qui idem prorsus stallum obtinere debent, quod obtinerent sui coadjuti, si præsentes essent, et præcedunt canonicis et dignitatibus inferioribus, *ibid. n.* 16.

Coadjutor in absentia coadjuti præcedere debet curatis, plebanis et prioribus ecclesiarum parochialium, sicuti præcedunt veri canonici, *ibid. num.* 17.

Coadjutor, vivente coadjuto, stante divisione canonicatuum in ecclesia cathedrali in ordines subdiaconales, *etc.*, si sit coadjutor canonici presbyteri, installandus est ultimo loco in ordine presbyterali, et præcedentiam acquirit super inferiorem ordinem, quamvis coadjutor non sit sacerdos, et etiam eo præsente, et per seipsum inserviente; nec non assignatur plene differentia inter coadjutores dignitatum et coadjutores canonicorum, *ibid. num.* 18 *ad* 21.

Coadjutores ex forma coadjutoriæ extra suam ecclesiam, et sine capitulo nullam habent prærogativam, ac si non essent coadjutores, *ibid. num.* 22 *et* 23.

Coadjutor debet habere locum captæ possessionis post mortem coadjuti, et non locum possessionis captæ eo vivente, quamvis accederet ad viginti annos, *ibid. num.* 24 *ad* 26.

At vero si suscepit possessionem canonicatus, vivente coadjuto, ex tunc pro tempore, quando venerit casus cessationis coadjutoriæ, non indiget nova possessione post mortem coadjuti, si fuit capta capitulariter, *ibid. num.* 27 *et* 28.

Coadjutori debetur præcedentia supra alios canonicos non a die captæ possessionis coadjutoriæ cum futura successione, sed a die apprehensæ possessionis per obitum coadjuti, *ibid. num.* 76.

Quamvis gratia contineat clausulam *ex nunc prout ex tunc* contra ac sentire videtur Auctor, *num.* 27. Vide *ibid. num.* 76.

Quid in gratia coadjutoriæ cum futura successione operetur clausula: *Etiamsi actu nunc, vel modo præmisso, vel alio quovis modo actu vacet, ibid. num.* 77.

Coadjutor gaudet regula de annali et triennali possessione, etiamsi non sit ei data nova possessio post mortem coadjuti, si per annum, etc., post mortem coadjuti continuaverit in possessione, *ibid. n.* 29.

Coadjutor tenetur residere, et divinis inservire, etiam in casu, quo coadjutus propter infirmitatem, vel legitime impeditus non teneretur alioquin residere; potest tamen gaudere de mensibus datis causa recreationis, et traditur servandus modus, *ibid. num.* 30, 31 *et* 32.

Coadjutor tenetur celebrare missas, quas vigore testamenti, et institutionis capellaniæ ipse coadjutus celebrare tenetur, quando coadjutus est legitime impeditus, et inde consectaria adducuntur, *ibid. num.* 33 *ad* 36.

Quamvis coadjutor non sit in sacris constitutus, potest omnia et singula facere et exercere, quæ sine paramentis sacris cum cappa, et cotta facere potest coadjutus, si præsens esset, *ibid. num.* 37.

Coadjutor lucratur distributiones quotidianas, absente coadjuto ad ipsius coadjuti utilitatem, quo infirmo vel impedito adhuc eas lucratur etiamsi horis canonicis non intersit, si ex forma, seu litteris coadjutoriæ ipse coadjutus nunquam teneatur horis canonicis interesse, *ibid. num.* 38.

Tres sunt causæ legitimæ, quarum aliqua interveniente tam coadjutor, quam coadjutus lucrantur distributiones, non obstante absentia, et assignantur, *ibid. num.* 39 *et* 40.

Si vero ex litteris coadjutoriæ appareat coadjutum non eximi totaliter a residentia, quando habilis sit, et quando coadjutor est absens, tunc coadjutus tenetur inservire per se, ut lucretur distributiones; quo infirmo, vel impedito, si coadjutor non resideat, non debentur ei distributiones quotidianæ, et punctatur in ipsius damnum, *ibid. num.* 41 *et* 42.

Coadjutor non potest lucrari distributiones quotidianas, quando coadjutus est præsens, nec lucratur, quæ dantur canonicis, et præbendatis propriæ ecclesiæ, nisi quando celebrat pro ipso coadjuto, *ibid. num.* 43 *et* 44.

Coadjutor datus canonico non ordinato ad formam statuti requirentis certum ordinem in canonicis sub pœna amissionis ejusdem partis fructuum non lucratur hujusmodi fructus pro coadjuto, quamvis ipse coadjutor esset ordinatus ad formam dicti statuti, *ibid. num.* 45.

Coadjutor inserviens non potest lucrari fructus præbendæ pro præbendato coadjuto pro eo tempore, quo dictus coadjutus culpabilis repertus mansit carceratus, et adnotatur ad quid, et qualiter obstet, vel non, si sit excommunicatus, *ib. n.* 46 *ad* 49.



Digitized by Google

Coadjutor potest uti privilegiis concessis veris canonicis optandi beneficia, ad utilitatem tamen, et commoditatem coadjuti, et in processionibus, si simul sit rector, adhuc incedere potest sub cruce canonicorum. Vide *verb.* Canonicus, *art.* 10, *num.* 50 *et* 51.

Coadjutor et coadjutus possunt simul in habitu canonicali interesse in processionibus et missarum solemniis, coadjutus in loco sibi debito, et coadjutor post omnes canonicos, *ibid. num.* 52.

Coadjutor non tenetur ad onera canonicorum juniorum, licet teneatur ad onera sui coadjuti, nec tenetur tempore concessionis coadjutoriæ habere ordinem presbyteralem, licet statuto ecclesiæ id cautum fuerit, sed sufficit habere clericalem et legitimam ætatem ad ordinem requisitam, *ibid. num.* 53 *et* 54.

Coadjutor non potest esse judex apostolicus, seu delegatus papæ, nec designari judex synodalis, non tenetur tamen ad fidei professionem, nisi cum fuerit successionis locus, nec ad officium canonicum recitandum, sed proprietarius, *ibid. num.* 55 *ad* 60.

Coadjutor consequi non potest fructus ex beneficio coadjuti; imo lucratur etiam distributiones quotidianas absente coadjuto ad utilitatem ipsius coadjuti, *ibid. num.* 61 *et* 62.

Coadjutor non potest gaudere privilegiis et indultis de percipiendis fructibus in absentia, puta ratione studii, aut lecturæ in aliqua universitate, quibus coadjutor gaudere potest, in ingressu tamen non tenetur fabricæ solvere, quod est conventum solvi per canonicos de novo ingressis, *ib. n.* 63 *et* 64.

Coadjutor non potest exercere officia ad quæ coadjutus electus est, ei tamen canonici tenentur inservire, et ministrare, prout tenerentur inservire coadjuto in omnibus functionibus canonicalibus, *ib. num.* 65 *et* 66.

Coadjutor non potest ordinari ad titulum coadjutoriæ: nec est comprehensus in statuto, quod ex aliqua causa jubilare facit canonicos; nec etiam coadjuto absente potest capitulis interesse, vel votum dare, nec officium antianitatis exercere, nisi in litteris apostolicis hæc expresse concedantur, *ibid. num.* 67, 68 *et* 69.

*Varia in supplementum de canonicis.*

Non licet novum habitum, sive signum a canonicis cathedralis ecclesiæ absque sedis apostolicæ auctoritate assumi, nec deferri possunt almutiæ nisi incedendo collegialiter una cum capitulo. Vide *verb.* Canonicatus, *art.* 11, *num.* 1 *et* 2.

Canonici cathedralis non sunt in dignitate ecclesiastica constituti, nisi late sumpto vocabulo, sed dicuntur clerici primi ordinis, sunt tamen personæ in dignitate constitutæ ad hoc ut possit coram eis fieri translatio pensionis, *ibid. num.* 3.

Collegiata simplex præcedit omnibus ecclesiis simplicibus, et quæ tantum parochiales sunt et canonici collegiatæ de jure insignis præferuntur canonicis collegiatæ, quæ est insignis per indultum de recenti, *ibid. num.* 4 *ad* 6.

Canonicus collegiatæ, quamvis peritissimus doctor, eligi non potest in judicem synodalem, et canonicus celebrans in collegiata non tenetur facere reverentiam vicario generali præsenti in fine missæ ante benedictionem, *ib. num.* 7 *et* 8.

Canonicorum ad privationem potest procedere episcopus sine adjunctis ex causa, quod ordines suis præbendis annexos non susceperint. Si tamen contra pœnitentiarium non residentem velit ad privationem procedere, servare tenetur præscriptum a Tridentino et canonici ab eo ad palatium vocati, ire tenentur, secus si a vicario, *ibid. num.* 9 *ad* 11.

Canonici cathedralis et collegiatæ debent retinere tabellam horariam, et officia divina persolvere statutis horis, et ad id possunt cogi per episcopum; ut etiam ad dicendum cantum Gregorianum, *ibid. n.* 12 *et* 13.

Canonici abesse volentes extra diœcesim tenentur semper petere licentiam ab episcopo, quæ denegari non potest, si honeste et rationabiliter petatur: et absens de licentia Sacræ Congregationis cum clausula: *Dimissa tertia parte fructuum*, dimittit tertiam, quæ superest, detracta pensione, *ib. num.* 14, 15 *et* 16.

Canonicatum erigere episcopus non potest sine consensu capituli: si tamen irrationabiliter negetur, superior supplet: nec etiam potest episcopus auctoritate ordinaria creare canonicos supranumerarios absque consensu capituli et canonicorum, *ibid. num.* 17 *ad* 19.

Canonicus supranumerarius neque ad futuram præbendam creari potest: et edicitur de supranumerario ex mandato papæ, ac supranumerarii explicantur, *ib. num.* 20 *ad* 22.

Si canonicus supranumerarius fuit admissus per capitulum simpliciter sine præservatione suorum jurium, quotidianas lucratur distributiones; ac innuitur ætas de supranumerariis, ex privilegio apostolico receptis: itemque datur posse permitti, quod canonici deputent in parochum canonicum supranumerarium, *ibid. num.* 23 *ad* 25.

Erectio novi canonicatus est subreptitia, si summo pontifici non fuerit expressum statutum prohibens augeri numerum canonicatuum, *ib. num.* 27 *et* 28.

Canonici novæ erectionis an et quando participent proventus capituli, et an et quomodo teneantur ad onera capituli; et quænam præcedentia debeatur canonicis secundæ erectionis, *ib. n.* 29.

## CANONICI REGULARES (II, 243).

Canonici regulares Lateranenses, et SS. Salvatoris declarantur incapaces obtinendi beneficia sæcularia. Vide *verb.* Canonici Regulares, *num.* 1.

Provisi de beneficiis non possunt a claustris discedere, *ib. num.* 2 *ad* 4.

Alia ad canonicos regulares spectantia. Vide *ib. a num.* 6 *ad num.* 13.

## CANONIZATIO SANCTORUM.

Vide *verb.* Cultus sanctorum, *per tot.*

## CANTOR (II, 245).

Cantorum antiquitas et ordinatio. Vid. *verb.* Cantor, *num.* 1 *et* 2.

Cur instituti, et eorum varia genera, *ibid. num.* 3, 4.

Præcentorum nomina, munus, numerus, *ibid. num.* 5, 6.

Schola cantorum a sancto Gregorio Magno Romæ constituta, ex quibus constabat, quandiuque viguit, *ibid. num.* 7 *ad* 9.

## CANTUS (II, 245).

Cantus Gregorianus a fratribus et monialibus ordinis Minorum sancti Francisci de Paula adhiberi præcipitur. Vide *verb.* Cantus, *num.* 1.

Cantum in divinis laudibus adhibere ritus est vetustissimus, non tamen ubique, neque ab omnibus æque receptus, *ibid. num.* 2 *ad* 4.

Mos Orientalium erat ut hymni et psalmi alternatim canerentur; quæ disciplina viget hodie in Ecclesia, *ibid. num.* 5 *ad* 7.

Distincte caneri quid sit, *ibid. num.* 8.

Cantus alternis choris in Veteri Testamento, *ibid. num.* 9.

A Christo et ab apostolis traditur, *ibid. num.* 10.

Quadruplex canendi ratio apud Christianos quæ hic exponuntur, *ibid. num.* 11 *ad* 14.

Quis auctor alterni cantus in Oriente et in Occidente, *ibid. num.* 15, 16.

Cantus alius simplex, alius melodicus; medius inter utrumque Gregorianus, qui paulatim propagatus apud Occidentis ecclesias et apud monachos, *ibid. num.* 17 *ad* 19.

Digitized by Google

## CANTIONES.

Cantiones obscenæ et inhonestæ quando sint peccata venialia, et quando mortalia. Vide *verb.* Luxuria, *num.* 86 *et* 87.

Cantiones vulgari sermone non sunt canendæ in festo Corporis Christi. Vide *verb.* Processio, *n.* 52.

Ne canatur musica lingua vernacula, quantumvis cantiunculæ, et verba spiritualia sint episcopus prohibere potest, non obstante quacunque in contrarium consuetudine. Vide *verb.* Ecclesia, *art.* 5, *n.* 41.

## CAPELLA (II, 251).

Capella et capellania ad invicem conferuntur, quidque sint, disseritur, ac variæ assignantur acceptiones. Vide *verb.* Capella, *num.* 1 *ad* 15.

Etymologia vocabuli *Capellæ*, et quonam tempore usurpari illud cœperit, *ibid. n.* 76.

Capella constructa pro celebratione missarum debet sufficienter dotari a patrono, aliter non acquirit juspatronatus, et si non sit sufficienter dotata, refertur qualiter procedi valeat, *ib. num.* 16 *et* 17.

Præceptum de augenda, vel constituenda dote sub pœna privationis jurispatronatus, et capellæ, potest quoque fieri a patrono, etiamsi in fundatione fuerit sufficienter assignata, et deinde tractu temporis fuerit diminuta, vel deperdita, si id absque culpa rectoris capellæ, aliter iste, et non ille gravandus, *ib. num.* 18 *ad* 21.

Ad quem spectet manutentio altarium, seu capellarum, quæ sunt de jurepatronatus, ac ornamentorum necessariorum pro eisdem altaribus, seu capellis, *ibid. num.* 22 *ad* 24.

Si nec patronus, nec ecclesia, nec rector, seu beneficiatus possunt necessaria ministrare, et aliter necessitati opportunum remedium præstari nequit, quid peragendum edicitur, *ib. num.* 25, 26 *et* 27.

Capellæ fundationem et jurispatronatus demonstrant inscriptiones, arma, et insignia familiæ insculpta in marmoreis lapidibus, vel pariete capellæ, et inde consectaria dantur, ac de jure attendenda, et a lege statuta ponuntur, *ib. num.* 28 *ad* 36.

Capellæ regiæ, et eorum capellani subsunt locorum ordinariis, non autem capellarum magistris; et quantumcunque gaudeant prærogativa exemptionis, possunt nihilominus visitari ab episcopo loci, *ib. num.* 37 *ad* 40.

De privilegiis capellarum multorum regum agitur, *ib. num.* 77.

Protectio regia ad effectum exemptionis contentæ in textu concilii non acquiritur per simplicem receptionem in protectionem, *ib. num.* 40 *ad* 47.

Capellæ, seu altaria confraternitatum laicorum exsistentium in claustris, seu ecclesiis regularium ab episcopis visitari non possunt, nisi in his, quæ confraternitatum administrationem respiciunt, *ib. n.* 48.

Potest episcopus visitare capellam, quæ est titulus beneficii sæcularis, exsistentem, in ecclesia regulari respectu tantummodo tituli beneficii, ac ejusmodi beneficiati, et non ultra, nec potest visitare capellas campestres regularium; oratoria tamen publica, quæ habent requisita ecclesiæ, visitantur ab episcopo, etiamsi sint de pertinentiis eorum, dummodo sint separata a claustris, et campestria; at capellas, seu oratoria in grangiis, seu domibus ruralibus eorumdem nullatenus visitare potest, nec ab eis procurationem exigere, *ib. num.* 49 *ad* 52.

Sic nec etiam potest episcopus visitare capellas seu oratoria, quæ in privatorum domibus sunt, nec ab eis procurationem exigere, tamen permissum ei est videre saltem per viam denuntiationis, aut inquisitionis, an decenter, et cum debita reverentia sacrificium missæ ibi celebretur, *ibid. num.* 53 *et* 54.

Episcopus dispensare non potest, ut missæ relictæ a testatore in una capella, dicantur, vel remittantur in alia, quando satisfieri possunt in propria, *ibid. num.* 55.

Capellæ privatorum palatiorum non gaudent immunitate, ut nec etiam capella carcerum, vel contigua carceribus, *ibid. num.* 56 *et* 57.

Capella contigua, ut dicitur *al corpo di guardia* erecta ut milites ibi degentes audiant missam maxime diebus festivis permittitur declarari non esse locum immunem, *ibid. num.* 58.

Capella realis, vulgo dicta *una maesta* posita in publica via, nisi probetur fuisse constructam auctoritate ordinarii, non gaudet immunitate, *ibid. num.* 59.

Capella ista in palatio abbatiali habens ingressum ab atrio ejusdem palatii inserviens publicæ utilitati, gaudet immunitate ecclesiastica, quamvis palatium non sit unitum ecclesiæ abbatiali, *ibid. num.* 60.

Capella exsistens in palatio gubernatoris quando immunitate gaudeat, *ibid. num.* 61.

An autem capella vendi et alienari possit. Vide *verb.* Sepultura, *ibid. num.* 159 *ad* 162.

Status capellæ obnoxiæ juripatronatus an mutari possit inscio patrono, *ibid. num.* 78.

De capellis pontificiis *ibid. num.* 63 *et seqq.*

Quæ propria olim fuerit capellarum significatio, et qui dicerentur capellani, *ibid. num.* 79 *ad* 80.

Lapsu temporis fideles laici exstruxerunt oratoria ab ecclesiis separata, vel etiam intra ecclesiam altaria in honorem alicujus sancti, *ibid. num.* 82, 83.

Quæ capellæ non sine consensu episcopi erigi possunt, *ibid. num.* 84.

Quid advertere et observare debeat episcopus in concedendo hujusmodi capellas, *ibid. num.* 85 *ad* 88.

In concessione capellarum quænam festa et personæ excipi solent, *ibid. num.* 89, 90.

Vetus ordinis prædicatorum privilegium Benedictus XIV confirmavit, et hic afferuntur litteræ confirmatoriæ, *ibid. num.* 91, 92.

Capella in quo differat a sacello, *ibid. num.* 93.

An sacramentum pœnitentiæ administrari possit in privatis capellis, *ibid. num.* 94.

De capellis regularium, *ibid. num.* 95

## CAPELLANIA (II, 265).

Capellaniæ aliæ sunt *mercenariæ*, aliæ *collativæ*, et aliæ gentilitiæ, omniumque declaratio menti admovetur. Vide *verb.* Capellania, *num.* 1 *ad* 6.

Episcopus nequit ullimode excludi a collatione, seu institutione capellaniæ gentilitiæ, seu jurispatronatus, etiamsi fundator in ejus fundatione contrarium disposuerit, *ibid. num.* 7, 8 *et* 9.

Ad titulum capellaniæ mercenariæ, et amovibilis nemo potest ordinari; si tamen consentiente patrono et episcopo conferatur alicui in titulum vitalitium, vel hujusmodi capellaniam in capella papæ obtineat, poterit ipse ad sacros ordines promoveri, *ibid. num.* 10, 11 *et* 12.

Explicatur auctor, *num.* 11, *ibid. num.* 58.

Capellania erecta in una ecclesia non potest sine necessitate transferri de jure communi ad aliam ecclesiam, etiamsi sit capellania de jurepatronatus *ibid. num.* 13 *ad* 16.

Videtur tamen esse a sancta sede indulgendum ut capellania jurispatronatus possit transferri de loco ad locum, ut de facto fuit indultum, quod capellania transferretur e castro ad aliud castrum de jurisdictione ejusdem familiæ, *ibid. num.* 17 *et* 18.

Capellaniam obtinens non tenetur sacros ordines suscipere, sed missarum oneri potest per alium sa-

Digitized by Google

tisfacere, nisi in fundatione cautum sit, ut per se ipsum celebret. Vide *verb.* Capellania, *num.* 19.

Capellania, in cujus erectione fundator sic disposuit : *Instituatur capellanus*, *qui missas celebret*, aut ita : *Eligatur capellanus*, *vel sacerdos*, non est sacerdotalis, et potest etiam conferri simplici clerico quatuordecim annorum, *ibid. num.* 20 *et* 21.

Capellania hac conditione erecta : *Ut eligi debeat unus præbendarius, qui singula quoque die teneatur missam celebrare, et divinis officiis interesse*, non est sacerdotalis, et capellanus potest per alium missas celebrari facere, *ib. num.* 22.

Capellania hac lege fundata : *Ut capellanus per se ipsum missas celebrare teneatur*, conferri potest simplici clerico, in ea tamen ætate, ut infra annum possit in sacerdotem ordinari, nisi alia essent verba in fundatione posita, quæ requirerent obtinentem tempore collationis esse actu presbyterum, *ibid. num.* 23.

Referuntur quædam aliæ formulæ, quæ si in capellaniæ fundatione sint appositæ, compatiuntur præsentandum non esse actu sacerdotem, sed sat esse, ut infra annum possit ad sacerdotium promoveri, *ib. num.* 24 *ad* 29.

Capellania, in cujus fundatione sic disponitur : *Eligatur capellanus*, *qui actu sit sacerdos*, *vel non conferatur nisi presbytero*, requirit, necessario, quod præsentandus sit actualiter sacerdos, *ibid. num.* 30.

Ad dignoscendum autem, an ad capellaniam sit præsentandus capellanus, qui sit actu sacerdos vel solum aptitudine, sequenda est theorica Sacræ Rotæ Romanæ, et fuse exhibetur ac roboratur, *ibid. n.* 31 *ad* 42.

Late disseritur circa examen, utrum capellania sit sacerdotalis, nec ne, *ib. num.* 56 *et seqq.*

Capellania fundata cum onere interessendi divinis officiis in cathedrali, vel collegiata, requirit personale servitium, quod non potest adimpleri per substitutum; si vero fundata sit in ecclesia non cathedrali, vel collegiata, seu in alia non habente servitium chori non obstante fundatoris clausula, ut capellanus debeat missas celebrare, et divinis inservire, seu interesse, non tenebitur sacerdotium suscipere, nec ad missas, etc., per seipsum, sed satis erit, ut per alium adimpleat, *ibid. num.* 43 *et* 44.

Explicatur auctor, *num.* 43, 59.

Capellaniæ cathedralis ecclesiæ, quarum redditus in distributionibus quotidianis consistunt personalem residentiam requirunt, *ib. num.* 45.

Capellania sic instituta : *Ut capellanus quotidie missam celebret : et si negligens fuerit, certam pœnam incurrat*, vel : *Ut domus ædificetur capellano, in quo habitet et divinis inserviat, possit amoveri, et de alio provideri*, non requirit personalem residentiam, *ib. n.* 46 *et* 47.

Capellaniæ, quibus incumbit onus celebrandi missas, et choro inserviendi, non sunt compatibiles cum canonicatibus et parochialibus, quamvis per earum constitutiones liceat servire per substitutum, *ibid. num.* 48.

Capellania sic fundata : *Ut eligatur idoneus capellanus sacerdos, qui missam celebret*, est sacerdotalis, sed capellanus non tenetur inservire per se ipsum, et potest celebrare per alium, *ib. num.* 49.

Capellania non potest conferri filiis illegitimis presbyterorum in ecclesiis, in quibus eorum patres fuerunt beneficiati, *ib. num.* 50.

Late disceptatur circa examen, utrum capellania sit ecclesiastica, an laicalis, *ib. num.* 51 *et seqq.*

Capellaniarum origo, *ibid. num.* 60.

In quibus capellania cum beneficio conveniat, et in quibus differat; quidnam habeat commune cum anniversariis et piis relictis, et in quo ab iis distet, *ibid. num.* 61 *ad* 66.

Fundi capellaniæ sine solemnitate alienari non possunt, et si perierint, capellania exstinguitur, *ib. num.* 67, 68.

Bona capellaniæ cum obligationibus cohærentibus manent apud capellanum, *ibid. num.* 69.

## CAPELLANUS (II, 283).

### CAPELLANUS IN COMMUNI.

Capellanus tenetur per se ipsum missas celebrare, si id verbis expressis, aut æquipollentibus cautum fuerit in fundatione capellaniæ, ac in id quædam præbentur formulæ, et quædam ad oppositum. Vide *verb.* Capellanus in communi, *n.* 1 *ad* 4.

Capellanus, qui de mente testatoris quotidie per se ipsum celebrare tenetur, semel in hebdomada per alium poterit celebrare, imo etiam titulo honestatis, vel reverentia sacramenti, aut alia justa causa poterit aliquoties, et etiam semel in hebdomada abstinere a celebratione, absque eo quod faciat tali die celebrare per alium, maxime si obligatio quotidie celebrandi sit mere personalis ad ipsius capellani personam directa, *ib. num.* 5 *ad* 8.

Explicatur auctor, *num.* 6, et excusatur, *ibid. in nota.*

Reprobatur auctor, *num.* 7, *ib. in nota.*

Capellanus, qui tenetur quotidie celebrare, non potest novam eleemosynam accipere, et duabus obligationibus unica missa satisfacere, nisi in fundatione expresse cautum sit, quod non teneatur sacrificium applicare, et capellanus, qui potest per alium celebrare, non tenetur dare stipendium sacerdoti celebranti ad rationem redditunm capellaniæ, *ib. num.* 9 *et* 10.

Capellani amovibiles, qui sunt nominati, vel electi ab hæredibus testatorum ad celebrandas missas cum assignatione certi redditus juxta dispositionem testatorum, possunt assignare certam mercedem juxta morem regionis sacerdoti pro missis celebrandis, et pro se aliam partem retinere. *ib. num.* 11 *et* 12.

Si vero reperiatur injustum, v. g. quod celebrentur singulis annis missæ triginta sancti Gregorii pro defuncto in ecclesia N. per sacerdotem eligendum a N. cui solvantur pro eleemosyna scuta octo vel decem. Capellanus sacerdos, sic electus, tenetur per se ipsum celebrare, *ib. num.* 13.

Capellanus, cui impositum est onus quotidie celebrandi, et si cessaverit celebrare, teneatur v. g. solvere duos paulos pro qualibet missa non celebrata : non potest unquam vacare, nisi suppleat per alium, *ib. num.* 14.

Non tenetur tamen, neque per alium celebrare tempore infirmitatis, non excedentis quindecim dies et ex concilio provinciæ Mediolanensis, etiamsi per integrum mensem ægrotet, *ib. num.* 15 *et* 16.

Reprehenditur, *num.* 16, auctoris opinio, *ibid. n.* 16 *in not.*

Si vero ex fundatione capellanus non teneatur celebrare per se ipsum, cum talis capellanus nunquam possit a celebratione vacare, ipse non teneretur per alium celebrare, solum tempore infirmitatis non excedentis quindecim dies, *ib. num.* 17.

Sacerdos, aut substitutus a capellano ad celebrandum pro fundatore, si omittat celebrare causa infirmitatis per aliquot dies, non acquirit stipem missis omissis correspondentem, sed illa est eroganda alteri sacerdoti, ut celebret, vel est retinenda ab ipso capellano, si per seipsum pro illis diebus celebret, *ib. num.* 18.

De amotione capellani ab officio quamplura colliguntur scitu necessaria, *ibid. num.* 35 *et seqq.*

Ex hac occasione de vario capellanorum genere quoad remotionis actum pertinet, disseritur, *ibid. n.* 41 *et seqq.*

Si in fundatione alicujus capellaniæ dictum sit, quod præsentetur capellanus, qui intra annum possit ascendere ad sacerdotium, initium anni sumitur a die præsentationis, *ib. num.* 44.

Digitized by Google

Capellanus episcopi, qui cum eo recitat officium, debet se illi conformare, et capellanus eligendus ab episcopo pro tempore, non est amovibilis, neque manualis, sed perpetuus, *ib. num.* 19, 20.

Capellani ecclesiæ cathedralis, qui sunt membra ecclesiæ, debent incedere in processionibus, et sedere in choro immediate post canonicos, nec inter eos debent interponi rectores ecclesiarum aliarum, etiam prætextu doctoratus, *ib. num.* 21.

Capellanus presbyter prius ordinatus debet præcedere capellano postea ordinato, licet ultimo ordinatus prius acceperit possessionem capellaniæ, *ib. num.* 22.

Non potest episcopus præcipere capellanis capellarum campestrium regularium, ne missas celebrent antequam celebretur missa ecclesiarum parochialium, *ib. num.* 23, et *verb.* Cambana *a num.* 17 *ad* 21.

Capellanus non potest cogi ab episcopo, ut celebret certa hora, quando in fundatione hoc non reperitur injunctum; potest tamen astringi (non censuris) ad providendum de proprio paramenta, *ibid. num.* 24 *et* 25.

Capellanus semel examinatus, et approbatus quoad scientiam ab ordinario, nulli examini exinde de scientia subjici potest, *ib. num.* 26.

In erectione capellaniæ, seu beneficii simplicis capellano injungi non potest, quod testator non injunxit, nec immutari ejus voluntas, *ib. num.* 27.

Capellanus confraternitatum non potest sine expressa episcopi licentia processiones facere, et si non adsit licentia episcopi, non potest illas facere sine licentia parochorum, per quorum territorium transeundum est, nec potest in processionibus extra propriam ecclesiam deferre stolam, *ib. n.* 28 *ad* 30.

Capellani confraternitatum non debent ab episcopo sine causa amoveri reluctantibus confratribus, *ib. num.* 31, et alia de iisdem. Vide *verb.* Confraternitas.

Capellanus quo tempore, loco, seu ecclesia, vel altari debeat celebrare missam, et pro quo debeat applicare, et quid possit quoad reductionem, satisfactionem, eleemosynam, et alia. Vide *verb.* Missa, ubi late de omnibus.

Capellanus habens obligationem inhabitandi domum a fundatore ad id relictam instructam supellectilibus, etc., tenetur omnimode ibi habitare, *ib. num.* 34.

CAPELLANUS MONIALIUM.

Capellani monialium debent esse maturæ ætatis, et si moniales jus habeant nominandi capellanum, potest illum episcopus ob ejus defectum rejicere, et abbatissa illum non recipere, si ab ipso detur juvenis. Vide *verb.* Capellanus monialium, *n.* 1, 2 *et* 3.

Ubi tamen senes, et provecti de facili non inveniuntur, relinquitur prudentiæ episcopi, ut etiam juvenes bene perpensis omnibus possit admittere, *ib. num.* 4 *et* 5.

Regulares non possunt esse capellani monialium nisi propter penuriam presbyterorum sæcularium, *ib. num.* 6.

Capellani monialium debent esse amovibiles, non autem perpetui, et intitulati; si tamen moniales sint in quasi possessione præsentandi capellanum ad vitam, episcopus non debet innovare, sed suorum jurium monumenta ad Sacram Congregationem mittere, *ibid. num.* 7 *et* 8.

Capellanus in ecclesia monialium regularibus subjectarum approbatur a superiori regulari : at presbyteri sæculares, qui advocantur pro celebratione missarum, possunt ab episcopo prohiberi, ne accedant, quamvis moniales exemptæ sint, aut regularibus subjectæ, *ib. num.* 9 *et* 10.

Capellanus monialium potest missam celebrare de sancto, cujus officium ab ipsis monialibus celebratur in choro, missali tamen romano, in quo si missa particularis de eodem sancto non adest, sumitur de communi; et idem quoad recitationem officii, *ib. num.* 11 *et* 12.

Capellanus monialium non debet alium presbyterum substituere sine licentia episcopi, sive vicarii generalis in casu impedimenti, *ib. num.* 13.

Capellanus sæcularis de licentia confessoris monialium potest eucharistiæ sacramentum ministrare, et episcopus nullum capellanum absque causa amovere debet, *ib. num.* 14, 15 *et* 16.

Capellanus monialium exemptarum excluso parocho omnia sacramenta etiam in articulo mortis ipsis administrat, *ib. num.* 17.

Num idem obtineat quoad moniales non exemptas, *ibid. num.* 18 *et seqq.*

CAPELLANUS MILITUM, SEU MISSIONARIUS EXERCITUS, VEL CASTRENSIS.

Capellani militum, seu missionarii exercitus, vel castrenses in casibus, in quibus non adsit breve apostolicum, aliter disponens, debent approbari ab ordinario loci; imo dato, quod adsit breve apostolicum, est bene, et caute ejus dispositio perpendenda, ac iidem jurisdictionem non habent in clericos. Vide *verb.* Capellanus militum, *num.* 1 *ad* 4.

Regii capellani majores non possunt prætendere, ut omnes capellani, vulgo nuncupati *delli presidi, e fortozze*, sint exempti a jurisdictione episcoporum diœcesanorum, et subjecti suæ jurisdictioni; et præbetur quid iisdem concessum sit per breve Clement. VIII, a rege Philippo obtentum, *ibid. num.* 5 *et* 6.

Adducuntur variæ responsiones Sacræ Congregationis Concilii ad dubia ei proposita occasione cujusdam brevis apostolici concessi archiepiscopo Mechliniensi pro exercitu in Flandria, *ib. num.* 7.

Adducitur resolutio ejusdem Sacræ Congregationis Concilii in responsione ad dubium ei propositum in una Mediolanensi pro matrimonio contracto a milite in statione degente coram capellano sui tertii, *ibid. num.* 8.

Adducitur alia resolutio ejusdem Sacræ Congregationis Concilii in una Derthonensi pro quodam matrimonio celebrato coram capellano militiæ equestris in terra Vogheræ, *ib. num.* 9.

Afferuntur variæ resolutiones Sacræ Congregationis Concilii in dubio jurisdictionis capellanorum exercitus occasione militum a variis Germaniæ partibus in Italiam irrumpentium, *ib. num.* 10.

Afferuntur variæ aliæ resolutiones ejusdem Sacræ Congregationis Concilii in una Casalensi quoad potestatem capellani militum circa assistentiam præstandam matrimoniis contrahendis in eorum regiminibus exsistentium, *ib. num.* 11.

Matrimonia contracta coram capellanis exercitus a militibus degentibus in castris, et stationibus hybernis, vel æstivis, aut in expeditione etiam cum militaribus feminis sine licentia ordinarii loci, vel sine speciali facultate sedis apostolicæ nulla sunt; uti etiam nulla sunt contracta coram acatholico, *ib. num.* 12 *et* 13.

Ad uberiorem notitiam consimilium capellanorum juvat adducere novissimam resolutionem ejusdem Sacræ Congregationis Concilii circa capellanos Triremium summi pontificis, *ib. num.* 34.

Attendenda sunt indulta apostolica pro capellanis militaribus concessa, et illorum exempla afferuntur, *ib. num.* 15 *et* 16.

De variis nominibus magni capellani regum, tum de variis per diversa tempora illius juribus, *ib. num.* 17.

Facultates concessæ capellanis castrensibus penes Cæs. Reg. Austriacam militiam, *ibid. num.* 18.

Privilegia capellani Majoris Regni utriusque Siciliæ concessa a Benedicto XIV, *ibid. num.* 19.

Digitized by Google

## CAPILLITIUM FICTITIUM.

Vide *verb.* Coma fictitia *per tot.*

## CAPITULUM (II, 325).

### CAPITULUM QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT EJUS CONVOCATIONEM, SEU CONGREGATIONEM.

Capituli convocatio qualiter, et per quem facienda. Vide *verb.* Capitulum, *art.* 1, *num.* 1 *ad* 5.

Convocator capituli non tenetur explicare materiam convocationis in ipsa convocatione, et pro convocatione non requiritur licentia episcopi, si solitum sit sine illa congregari, et non potest absque justa causa prohibere, ne convocetur: bene vero ex justa, *ib. num.* 6 *ad* 10.

Non potest tamen episcopus cogere canonicos ad sibi significandum quid tractare velint in capitulo: bene vero ad sibi exhibendam copiam actorum, seu resolutionum capitularium, *ib. num.* 11, 12.

Episcopus potest congregare capitulum pro casibus, in quibus juxta sacros canones tenetur exquirere ejus votum, vel consilium, et in aliis casibus spectantibus ad sui dignitatem; non potest tamen pro spectantibus ad capitulum uti capitulum, *ibid. num.* 13 *et* 14.

Vicarius generalis episcopi, sive præsente, sive absente episcopo, in nullo casu potest convocare capitulum exemptum; bene vero non exemptum, *ib. num.* 15 *et* 16.

Exstante legitima consuetudine, ut episcopus seu vicarius interveniat in omnibus capitulis, etiam quæ fiunt pro re spectante ad capitulum, debet illa servari; non potest tamen nec episcopus, nec vicarius intervenire, seu perseverare, si in capitulo agendum sit de interesse proprio, seu suorum, et exponitur, *ib. num.* 17 *ad* 20.

Ubi autem episcopus, seu vicarius juxta solitum, seu consuetudinem capituli intervenit, non potest ferre suffragium, nisi esset etiam canonicus, *ibid. num.* 21 *et* 22.

Episcopus in casibus, in quibus convocat capitulum, debet in eo præsidere cum omnibus prærogativis. Si tamen solum, ratione consuetudinis adsit in capitulis, et non convocando in actibus concomitantibus capitulum, præeminentia loci, etc., spectat ad caput capituli, ni obstet consuetudo, *ib. num.* 23 *ad* 25.

Episcopus, qui est canonicus, sive in ecclesia suæ diœcesis, sive alibi, non potest uti canonicus convocare capitulum, vota recipere, et similia, sed hæc spectant ad caput capituli; habet tamen præcedentiam, et præeminentiam super omnes canonicos et dignitates, *ib. num.* 26 *et* 27.

Capitulum convocari, seu celebrari debent in ecclesia, et loco ad hoc determinato, nisi justa causa aliter expostulat, *ib. num.* 28 *ad* 31.

Capitula, seu tractatus, et congregationes, actusque capitulares per canonicos cathedralium, et collegiatarum ecclesiarum, fieri non debent eo tempore, quo celebrantur divina officia, *ib. num.* 32.

Definitio, nomen capituli ecclesiæ cathedralis, et origo capitulorum, *ib. num.* 33 *et seqq.*

Referuntur quatuor requisita, ut capitula jure suo expleant negotia, *ib. num.* 36.

Quænam requirantur, ut capitulum legitime convocatum dici possit, *ib. num.* 40 *ad* 42.

Quo modo, quo loco et tempore convocandum, *ib. num.* 43 *ad* 50.

Quinam convocandi, *ib. num.* 51 *ad* 56.

Quomodo negotia capitulariter expediantur, *ibid. num.* 57, 58.

De consensu canonicorum præstando in capitulo, *ib. num.* 59 *ad* 63.

Num ad convocationem capituli extraordinarii debeant canonici ei, qui jus habet convocandi et præsidendi, negotia pandere, propter quæ convocatio desideratur, *ib. num.* 64, 65.

### CAPITULUM QUOAD EA, IN QUIBUS REQUIRITUR EJUS CONSILIUM, VEL CONSENSUS.

Jurium capitularium diminutio. Vide *verb.* Capitulum, *art.* 2, *num.* 32.

Capituli consensus requiritur in multis, et assignantur, *ib. num.* 1 *ad* 11, *et num.* 33 *et seq.*

Advertendum est quod consensus majoris partis sufficit in iis, quæ sunt communia pluribus uti universis, non autem uti singulis; et capituli consensus præstandus est collegialiter, et eo ad id legitime congregato: ac quoties requiritur, facta sine illo etiam per episcopum, sunt nulla, *ibid. num.* 12 *ad* 14.

Reprehenditur auctor, quod non recensuerit omnes casus, in quibus episcopus adhibere debet consensum capituli, *ib. num.* 39.

Capituli consilium requiritur in multis, et referuntur, ac generatim habendum est in arduis Ecclesiæ negotiis, *ib. num.* 15 *ad* 26.

At vero fere ubique habetur in plurimis consuetudo contraria, qua legitima exstante non amplius requiritur ipsius capituli consilium, *ib. num.* 27 *et seqq.*

### CAPITULUM QUOAD EA, QUÆ IPSUM CONCERNUNT, ET SEDE PLENA, ET SEDE VACANTE.

Capitulum sede plena, seu vivente episcopo, potest etiam sine consensu episcopi condere statuta de his, quæ respiciunt particularia ipsius capituli negotia, aut proprios capitulares concernunt circa rectam ordinationem ecclesiæ, etiam sub pœnis; successores tamen non obligant, nisi sint ab episcopo confirmata. Vide *verb.* Capitulum, *art.* 3, *num.* 1 *et* 2, *et num.* 72 *et seqq.*

Capitulum ex causa publicæ utilitatis potest statuta facere contra antiquam ecclesiæ consuetudinem etiam de ea non facta mentione, attentis tamen quibusdam, quæ dantur, *ib. num.* 3 *ad* 5.

Ut autem valeant statuta a capitulo condita, quatuor potissimum requiruntur conditiones, quæ assignantur, *ib. num.* 6.

Capitulum, vivente episcopo, non potest facere statuta, quæ obligent extraneos, sive totam diœcesim; nec non plura alia, quæ exhibentur, *ib. num.* 7 *ad* 12.

Capitulo potest competere jus conferendi beneficia etiam privative ad episcopum; hocce exsistente hæretico, concedere potest dimissorias. Imo ipsas sufficit obtinere ab uno ex canonicis, si reliqui propter hæresim sint dispersi, *ib. num.* 13 *ad* 15.

Capitula cathedralium, etiam vivente episcopo, vocanda sunt, et admittenda, aut eorum nuntii ad concilia provincialia, præsertim ad ea tractanda, quæ capitula ipsa contingere dignoscuntur, ut etiam capitula collegiatarum quasi episcopalem jurisdictionem habentia, *ib. num.* 16 *et* 17.

Capitulum non potest residentiam canonicorum remittere, neque servitium condonare, *ib. num.* 18.

Capitulum, sede vacante, succedit in jurisdictionem episcopi, et potest omnia facere, quæ sunt jurisdictione episcopo delegata etiam ex generali delegatione sedis apostolicæ; nec in ea, quæ ei ex concilio Tridentino competit tanquam sedis apostolicæ delegato; secus autem si competat utroque jure, scilicet ordinario et delegato, *ib. num.* 19 *ad* 22, *et num.* 76 *et seqq.*

Capitulum, sede vacante, non succedit in jurisdictione competente episcopo jure speciali, et inde consectaria præbentur, *ib. num.* 23 *ad* 25.

Capitulum, sede vacante, potest quasdam constitutiones facere obligantes totam diœcesim, etiam in tempus futuri episcopi, donec hic, vel ejus successor easdem revocaverit; et tenetur vicarium capitularem constituere infra octo dies post mortem episcopi, *ib. num.* 26, 27 *et* 28.

Capitulum non potest cogi ad creandum vicarium intra pauciores dies, quam octo, et infra illos

Digitized by Google

dies antequam vicarium constituat, exercitium jurisdictionis spectat ad totum capitulum in solidum, non autem ad primam dignitatem, *ibid. num.* 29 *et* 30.

Capitulum nedum potest eligere vicarium capitularem post mortem episcopi, sed etiam quando ecclesia vacat per translationem episcopi ad aliam ecclesiam, aut efficitur captivus ab hostibus catholicæ fidei, vel ingreditur aliquam religionem, vel renuntiat, vel est depositus, aut relegatus, *ibid. num.* 31 *ad* 35.

Non potest tamen capitulum vicarium constituere in casu, quo episcopus sit, excommunicatus, vel suspensus, vel in casu, quo episcopo in remotis degente vicarius generalis ab ipso relictus moriatur vel a principe sæculari ejiciatur a diœcesi, *ibid. num.* 36.

Capitulum non potest devenire ad electionem vicarii capitularis ante certam notitiam vacationis, nec post habitam notitiam mortis, vel translationis episcopi, quando vicarius episcopi defuncti, vel translati, missus fuerat a sancta sede, vel a Sacra Congregatione episcoporum, *ib. num.* 37 *et* 38.

Electio vicarii capitularis debet fieri a capitulo more solito capitulariter congregato, et per secreta suffragia, *ib. num.* 39.

Capitulum non potest eligere in vicarium capitularem, nisi unum tantum, vel ad summum duos, ut alternis mensibus vicariatus munere fungantur, quoties ad id legitima adsit consuetudo, *ib. num.* 40 *et* 41.

Facta semel per capitulum electione vicarii capitularis, non potest illum ad libitum revocare, et novum constituere; ad quod justa accedente causa obtinenda est a Sacra Congregatione episcoporum licentia, *ib. num.* 42, 43 *et* 44.

Plures sunt causæ, propter quas solet Sacra Congregatio episcoporum facultatem concedere removendi vicarium capitularem ut indignum, et assignantur, *ib. num.* 45.

A capitulo pro electione vicarii capitularis circa vacationem et absentes quid observandum sit affertur, *ib. num.* 40 *ad* 49.

Capitulum debet pro vicario capitulari eligere unum qui sit de gremio capituli, si adsit idoneus, et qui sit doctor in jure canonico ab aliqua universitate, *ibid. num.* 50 *ad* 53.

Habilis tamen non doctor tolerari potest, si doctor haberi non possit, et tunc sibi eligere tenetur consultorem doctorem, *ib. num.* 54 *et* 55.

Si capitulum eligat aliquem in vicarium capitularem non doctorem, quando adest doctor, electio devolvitur ad metropolitanum: si tamen vicarius deputatus per metropolitanum decederet, posset capitulum novum eligere vicarium infra octo dies ut prius, *ib. num.* 56, 57.

Capitulum non potest in electione, seu deputatione vicarii apponere restrictivam, ut vicarius capitularis non possit procedere contra aliquem capitularem absque consensu capituli, nec quædam alia, quæ assignantur, *ib. num.* 58 *ad* 62, *verb.* Ordo, *art.* 3, *num.* 43; *verb.* Vicarius capitularis, *art.* 3, *num.* 48.

Capitulum post electionem vicarii nullam exercere potest jurisdictionem, *ib. num.* 63 *et* 64, *verb.* Ordo, *art.* 3, *num.* 42; *verb.* Vicarius capitularis, *art.* 3, *num.* 39.

Capitularibus vicariis in regno Neapolensi prohibetur concessio litterarum dimissorialium pro prima clericali tonsura, aliisque ordinibus etiamsi annus a die vacationis ecclesiarum elapsus sit, absque speciali facultate Sacræ Congregationis, *ibid. num.* 71.

Capituli exstinctio non inducit suppressionem cathedræ episcopalis, *ib. num.* 70.

Laudabile et approbatum est statutum, per quod plures fratres, aut plures quam duo consanguinei primi, et secundi gradus excluduntur a voce activa in capitulo, *ibid. num.* 65.

Capitulum nequit celebrare missas in ecclesiis regularium, ipsis renuentibus. Vide *verb.* Missa, *art.* 4, *num.* 31.

Capitulum cathedralis non est salutandum a concionatore cum titulo reverendissimi, neque in absentia episcopi, *ib. num.* 66, et *verb.* Titulus, *num.* 28. Alia vide *verb.* Vicarius capitularis, *art.* 1 *et* 2.

Dantur capitula, in quibus deest cathedra episcopalis, et ita sedes vacans concipi nequit, et quænam sint, *ib. num.* 83 *et seqq.*

Quoad ea quæ concernunt capitulum regularium. Vide *verb.* Electio, *art.* 4, *per tot.*

Primis Ecclesiæ sæculis presbyteri et diaconi, animarum curam gerentes unum cum episcopo corpus quasi constituebant, *ibid. num.* 85.

Sæculis subsequentibus episcopi cœperunt e clero quosdam eligere quorum consilio et opere diœcesim suam regerent, *ib. num.* 86.

Tunc omnia negotia tractari et absolvi cum concilio vel consensu capituli cœperunt, *ib. num.* 87.

Hoc jus ad capitula cathedralia devolvi cœpit, *ib. num.* 88.

Quare capitulum cathedrale hac prærogativa gaudeat, *ib. num.* 89.

Capitulum cathedrale, tanquam senatus Ecclesiæ, magistrum civilem præcedit, et sede vacante regit diœceseos auctoritate episcopali, *ib. num.* 90, 91.

Quænam ei competant, sede vacante, *ib. num.* 92 *ad* 95.

A causis matrimonialibus et criminalibus non excluditur capitulum, sede vacante, *ib. num.* 96.

Sed in his quæ speciali qualitate episcopo attribuuntur, non repræsentat episcopum, *ib. num.* 97, 98.

Fungitur vice pastoris, *ib. num.* 99.

Illius potestas circa collationem beneficiorum, sede vacante, *ib. num.* 100 *ad* 103.

Alienatio bonorum Ecclesiæ illi interdicitur, *ib. num.* 104.

Quæ ab ordine episcopali dependent, in capitulum non transeunt, *ib. num.* 105.

Capituli potestas in expediendis litteris dimissorialibus, *ib. num.* 106 *ad* 109.

De jure communi jurisdictione episcopi ad capitulum devoluta, eam per se in communi olim exercere poterat, sed concilium Tridentinum declaravit quod teneatur vicarium infra octo dies constituere, *ib. num.* 111.

Quædam notanda de vicario et ejus jurisdictione, *ib. num.* 112 *ad* 114.

Post nominationem vicarii adhuc capitulo incumbit episcopalis sollicitudo, et si vicarius sit suspectus, providet capitulum, *ib. num.* 115, 116.

Si capitulum reservet sibi aliqua, ea vicarius exercere non potest, et revocatur pro libitu capituli, *ib. num.* 117, 118 *et* 119.

Synodus Mechliniensis decernit: Vicarium a capitulo electum vel confirmatum, sine justa causa removeri non posse; idem declaravit Sancta Congregatio, *ib. num.* 120, 121.

Capitulum, sede vacante, tenetur eligere œconomum, ubi cura fructuum percipiendorum illi incumbit, *ib. num.* 122, 123.

Si episcopatus juri regaliæ sint subjecti, rerum temporalium ad officiarios regios spectat, in Italia vero ad Cameram apostolicam, *ibid. num.* 124 *ad* 126.

Œconomi a capitulo deputati solam custodiam rerum ad episcopatum spectantium habent; et tenentur rationem reddere episcopo promoto, *ibid. num.* 127.

Vicario capituli non diriguntur dispensationes matrimoniales, sed episcopo viciniori, vel ejus vicario in spiritualibus, aliter executio esset nulla.

Digitized by Google

et nullum matrimonium contractum. Vide *verb.* Capitulum, *art.* 3, *ib. num.* 128, 129.

Capitulum quid et unde dictum, *ib. num.* 130.

Capitula librorum, *ib. num.* 131.

Capitula seu capitularia dicuntur etiam canonum ecclesiasticorum, legumque regiarum codices, *ibid. num.* 132.

Capitulum, seu brevis lectio quid, et varia ejus nomina, *ib. num.* 133.

Capitulum, congregatio personarum ecclesiasticarum; et capitulum monachorum, *ib. num.* 134, 135.

## CAPPA (II, 365).

Cappa quid, et ejus antiquitas. Vide *verb.* Cappa, *num.* 1.

In collegiatis insignibus usus cappæ cum rochetto per Sedem apostolicam canonicis concedi solet, *ib. num.* 2 *et* 3.

Hæc insignia concessa fuerunt etiam inferioribus clericis, *ib. num.* 4.

Si ecclesia cathedralis non habeat usum cappæ, non debet concedi ecclesiæ collegiatæ, quod tamen limitatur, *ib. num.* 5, 6.

Quoties cathedralis habeat ex indulto usum cappæ, non potest idem habitus concedi collegiatæ, si sint in eodem loco, aliter tamen si distent, *ibid. num.* 7, 8.

Usus cappæ et rochetti est de regalibus summi Pontificis, *ib. num.* 9.

Cappa et rochettum non denotant jurisdictionem, sed solum perfectionem et ornamentum; et gestari possunt non solum in ecclesia, sed in aliis functionibus ecclesiasticis, *ib. num.* 10 *et* 11.

## CAPSULÆ.

Capsulæ pro eleemosynis ad missas ab ecclesiis auferri debent, si illis satisfieri non possit. Vide *verb.* Missa, *art.* 2, *sub num.* 1, *vers.* Undecimo super quinto, *vers.* Decimo tertio, An pœna, *et vers.* Ad undecimum respondit.

Capsulæ pro elemosynis nullimode retineri possunt a Fratribus Minoribus. Vide *verb.* Votum, *art.* 2, *num.* 99.

## CAPUCCINI.

Varia Capuccinos concernentia. Vide *verb.* Capuccini, *num.* 1 *et seqq.*

Capuccini unde dicti, et a quo cœpta eorum reformatio. Vide *verb.* Capuccini, *num.* 9, 10.

Fratres capuccini ad ordinem Sancti Francisci de Paula transire nequeunt, *ib. num.* 11.

Possunt recipere discalceatos, non vero fratres de Observantia, *ib. num.* 12, 13.

Prohibentur habere possessiones, annuos redditur, armenta et eleemosynas quæ civilem præbent actionem, *ib. num.* 14 *ad* 16.

Alia capuccinos concernentia, *ib. num.* 1 *ad* 8.

## CARCER.

Carceris pœna quid sit. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 4.

## CARDINALES (II, 367).

### QUOAD EORUM ORIGINEM, CREATIONEM, ET NUMERUM.

Cardinalium origo figuraliter, exemplariter, ac nominaliter, unde desumpta. Vide *verb.* Cardinales, *art.* 1, *num.* 1 *ad* 8, *et num.* 67 *et seqq.*

Missis iis, quæ auctor affert, indicatur cardinalium denominatio in antiqua ecclesia, et de illorum origine disseritur, *num.* 51 *et* 53.

Creatio cardinalium diversimode, diversisque ritibus pro diversitate temporum, et pontificum fuit hactenus facta, et nostris temporibus penitus obsolevit, quod in cæremoniali Romano disponitur de promovendis cardinalibus feria quarta Quatuor anni Temporum, etc., et qui in præsentiarum viget usus refertur, *num.* 9 *ad* 19.

Licet ab Eugenio IV fuerit decretum, quod cardinales in secreto consistorio pronuntiati non dicantur cardinales, antequam cardinalatus insignia susceperint, neque vocem in electione summi pontificis habeant, donec sit eis licentia votandi concessa, hodie tamen res e converso se habet, *num.* 20 *ad* 23.

Ad cardinalatum promovendi debent habere ea omnia, et singula requisita et qualitates, quæ pro episcopis præficiendis a sacris canonibus decernuntur; et pro possibili ex cunctis mundi partibus sunt eligendi, ac ex regularibus Mendicantibus quatuor saltem fieri debent cardinales theologi, *num.* 24 *ad* 26.

Illegitimi etiam per sequens matrimonium legitimati ad cardinalitiam dignitatem non sunt promovendi, et multo minus spurii, *num.* 27 *et* 28.

Cardinalis eligendus debet esse prius clericus; et qui filios, vel ex his nepotes habet, cardinalis esse non potest: ut nec etiam frater ex uno parente germano, vel patruelis, consobrinus, aut amitinus alicujus cardinalis viventis, *num.* 29 *ad* 31.

Item patruo, vel avunculo cardinale vivente, ejus ex fratre, vel sorore nepos, vel e converso nequit fieri cardinalis; imo neque ullus potest esse cardinalis, qui primo, aut secundo consanguinitatis gradu alicui cardinali viventi sit conjunctus, *num.* 32 *et* 33.

Bigami ad cardinalatum non solent assumi; nec ad cardinalatum sunt assumendi, nisi lectissimi, præcellentes, et undequaque digni viri, *num.* 34 *et* 35.

Ætas pro cardinalibus presbyteris, et episcopis requisita est triginta annorum, et pro diaconis viginti duorum annorum, *num.* 36 *et* 37.

Numerus cardinalium varius olim fuit pro varietate temporum, et summorum pontificum, qui juxta exigentiam temporum, seu rerum variam emergentiam plures, vel pauciores cardinales creabant, *num.* 38 *et* 39.

A tempore tamen Sixti V, numerus septuagenarius invariatus remansit, prout ipse adinstar illorum septuaginta seniorum, quos Dominus auditores consiliarios Moysi dedit, constituit, sex cardinales episcopi, quinquaginta cardinales presbyteri, et quatuordecim cardinales diaconi, *num.* 40 *et* 41.

Et cuilibet ex omnibus istis septuaginta cardinalibus juxta suum ordinem est assignata sua particularis ecclesia, titulus et diaconia. Affertur constitutio, et assignantur ecclesiæ, etc., *num.* 41, 43 *et* 44.

De vario cardinalium numero expressius agitur, *num.* 53 *et seqq.*

Differentia quæ est inter Romanæ Ecclesiæ et cæterarum ecclesiarum cardinales, *num.* 71.

Cardinalium tituli et diaconiæ, *num.* 74, 75.

Episcopi suburbicarii, *num.* 76.

Collatio titulorum, *num.* 77.

### CARDINALES QUOAD EORUM DIGNITATEM, ET PRÆEMINENTIAM.

Cardinalatus nulla est major dignitas post papatum in Ecclesia Dei. Vide *verb.* Cardinales, *art.* 2, *num.* 1 *ad* 4.

Tantæ dignitatis, præstantiæ et præeminentiæ sunt cardinales, quod ipsis solis est demandata auctoritas eligendi summum pontificem, et innuitur qualiter habita, et exercita, priscis temporibus, et qualiter nunc, et per quos stabilita, *num. ibid.* 5 *ad* 9.

Cardinales soli possunt deferre pileum, seu galerum rubrum, et birretum purpureum, ac vocari cum titulo eminentissimi et Vestræ Eminentiæ, *num.* 10 *ad* 13.

Digitized by Google

Imo cardinales sunt tantæ dignitatis, et præeminentiæ, ut eorum dignitas non parum regiam majestatem æmulare contendat, præcipue collegium repræsentantes, quod est honorabilius membrum in Ecclesia Dei, etc., *num.* 14 *ad* 18.

Adducitur decretum a particulari Congregatione editum, et a Clemente XI approbatum, et servari mandatum circa assecutionem decanatus Sacri Collegii Cardinalium, *num.* 19.

Affertur constitutio Benedicti XIII, qua decanatum Sacri S. R. E. cardinalium Collegii ad episcopum cardinalem antiquiorem, licet a Romana curia absentem, dummodo tempore vacationis ejusdem decanatus apud priorem sibi commissam ecclesiam personaliter resideat, devenire decernitur, pluraque alia quoad Ostiensis, et Veliternensis ecclesiarum optionem, statumque, *num.* 20.

Affertur constitutio Clementis XII, qua prævia confirmatione, et innovatione alterius constitutionis san. mem. Pauli papæ IV, anno 1555, editæ decernitur decanatum Sacri S. R. E. Cardinalium Collegii ipso jure deferendum esse cardinali antiquiori episcopo, qui tempore vacationis ipsius decanatus in Romana curia præsens, vel ex causa publica, ac Romani pontificis destinatione duntaxat, non tamen ratione residentiæ apud aliam ecclesiam sibi commissam a dicta curia absens fuerit, aliaque insuper statuuntur, et ordinantur tam circa ejusmodi decanatum, quam circa sex episcopatus suburbicarios eisdem cardinalibus assignari solitos pro titulo sui cardinalatus, *num.* 21.

Historia præcedentiæ cardinalium super episcopos, archiepiscopos, et patriarchas, *num.* 25 *ad* 30.

Honores quibus prosequendi sunt cardinales, *num.* 22 *et* 23.

Cardinalium dignitas non semper fuit illustris, *num.* 31.

Quando supra episcopos assurgere cœperint, et unde hæc elatio repetenda, *num.* 32 *ad* 34.

Cardinales episcopi principaliorem partem obtinebant in electione pontificis, cujus consecratio privative ad eos spectat, *num.* 35 *ad* 37.

Cardinalium purpura, et usus mittendi pileum, *num.* 38 *et* 39.

CARDINALES QUOAD EORUM RESIDENTIAM, ET JURISDICTIONEM IN SUIS TITULIS, AUT DIACONIIS.

Cardinales tenentur residere in suis titulis; quod si in hac parte deficiant assignantur qualiter jam practicatum, et deinceps procedendum. Vide *verb.* Cardinalis, *art.* 3, *num.* 1 *ad* 8.

Cardinales non possunt a Romana curia abscedere vel extra permanere sine licentia papæ sub variis pœnis, *num.* 9, 10 *et* 11.

Cardinales etiam non episcopi habent in suis titulis, et in ecclesiis sibi subjectis episcopalem jurisdictionem, adducitur et explicatur responsum, ad id datum a Gregorio XIII, necnon plura recensentur exinde, quæ præstare valent, ac tandem concluditur posse cardinales sive per se, sive per suos vicarios in suis titulis reliqua facere, quæ sunt jurisdictionis episcopalis, *n.* 12 *ad* 25.

Reprehenditur auctor, *num.* 23 *et* 24. Vide *ad n.* 20, *in not.*

Et idem cardinalis vicarius Urbis non cognoscit de causis sub titulis cardinalium; atque supradicta procedere etiam in cardinalibus diaconis in suis diaconiis, *n.* 26 *et* 27.

Cardinales episcopi ad legis residentiam tenentur, *n.* 28.

Cardinales episcopi suburbicarii, *n.* 31 *et seqq.*

Jurisdictio cardinalium in ecclesiis suorum titulorum longe minor est ea, quam eis tribuit auctor, *num.* 35 *et seqq.*

Occasio disputationis super jurisdictione cardinalium in ecclesiis suorum titulorum, *n.* 39 *et seqq.*

Archipresbyteri patriarchalium basilicarum quid *num.* 43.

Quando archipresbyter ecclesiæ Lateranensis simul cœperit esse cardinalis, *num.* 44.

De optione ad episcopatus suburbicarios, *num.* 45.

CARDINALES QUOAD EORUM PRIVILEGIA.

Cardinales plurimis potiuntur privilegiis, quibus eorum grandis ornata est dignitas, varia referuntur per viginti tres primos numeros, apposita uti oportet advertentia sub *num.* 5, quoad privilegium altaris portatilis : ac demum remissive quoad alia. Vide *verb.* Cardinales, *art.* 4, *per totum.*

Ex rationibus ab auctore adductis, *num.* 4, concludi non potest cardinalem non episcopum posse sibi eligere confessarium ab ordinario non approbatum, *ib. in not.*

Errat *auct. n.* 18. Vide *ib. in not.*

De numero privilegiorum, quibus cardinales fruuntur, *num.* 25.

De modo testandi cardinalium ad instar militum, et varia adnectuntur ad materiam, *n.* 26 *et seqq.*

Cardinalis professus ex Hierosolymitano testare non potest sine pontificis permissione, *num.* 30.

De cæteris privilegiis cardinalibus concessis, *num.* 31 *ad* 38.

CARDINALES IN CONCLAVI, ET SEDE VACANTE.

Cardinales ingredi debent conclave transactis decem diebus a morte papæ, ibique non possunt habere ultra duos servientes clericos vel laicos sibi benevisos, et confessarium a majori parte cardinalium per secreta suffragia eligendum. Vide *verb.* Cardinales *art.* 5, *n.* 1 *ad* 3, *et not. ad n.* 3.

Cardinales episcopi, audita morte papæ, tenentur ad conclave, et post duos menses ab electione, et coronatione papæ redire ad suum episcopatum sub pœna contra episcopos non residentes, *n.* 4.

Cardinales non intrantes conclave, vel exeuntes sine causa non sunt amplius requirendi, nec admittendi ad electionem faciendam, et exeuntibus infirmis, alii debent prosequi electionem, et convalescentes possunt redire, et qui intra decem dies non se steterunt, si prævenerint re integra, debent admitti ad conclave, *n.* 5 *ad* 7.

Dato casu, quod papa pereat extra civitatem Romanam, vel extra eam in qua erat curia, tunc cardinales tenentur convenire in civitate, in cujus territorio, seu districtu pontifex obit, et ibi in palatio episcopali, vel alio commodiori loco construere conclave, cellis per cortinas divisis, et papam de more eligere, *n.* 8 *et* 9.

Cardinales in conclavi solum vacare debent electioni pontificis, nisi ecclesiæ necessitas urgeat ad alia, nec debent admittere ad se venientes, nec dari facultas cum eis secrete loquendi, imo sub excommunicationis latæ sententiæ pœna inhibetur nuntium, vel scripturam ad cardinales mittere, vel cum aliquo secrete loqui, *num.* 10 *ad* 12.

Innuitur dispositio Gregorii X ad properandam pontificis electionem, ac talis dispositionis ratio, et exsecutio tangitur, *num.* 13, 14 *et* 15.

Cardinales in conclavi excludi non possunt ab electione activa vel passiva ratione excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, et quæ insuper circa conclave nunc vigeant, indicantur, *num.* 16, 17 *et* 18.

Cardinales in conclavi exsistentes possunt in suis titulis jurisdictionem exercere non persona-

Digitized by Google

liter, sed per suos vicarios et ministros. Vide *verb.* Cardinales, *art.* 5, *n.* 19 *ad* 21.

Cardinales non sunt cogendi intrare conclave, nisi in casu, quo nullus velit intrare, vel in casu quo, non electo pontifice, omnes simul, vel successive exire contingeret, *num.* 22.

Sede vacante cardinalium collegium non succedit pontifici in his, quæ ratione excellentiæ, dignitatis, præeminentiæ, ac prærogativæ tantum sunt reservata, et præbentur quæ inde consectari non possint, *num.* 23 *ad* 32.

Cardinales, sede vacante, nec in arduis possunt se immiscere, nisi pro terra ecclesiæ defendenda, et grandi evidenti periculo imminenti, nec potestatem aut jurisdictionem habent gratiam aliquam, aut justitiam faciendi, aut factam per pontificem mortuum exsecutioni demandandi, *num.* 33 *et* 34.

Potest autem collegium cardinalium, sede vacante, mittere unum cardinalem pro terra ecclesiæ defendenda, vel evidenti ingenti periculo necnon mittere tanquam nuntium cardinalem ad papam electum in absentia, et ad illum reducendum ad Urbem; illique expensas necessarias constituere de redditibus Romanæ Ecclesiæ, et legatum a papa defuncto missum, urgente tamen necessitate, revocare, *n.* 35 *ad* 39.]

Duobus de papatu contendentibus, et generale concilium convocare renuentibus, potest fieri convocatio a collegio cardinalium, ac potest et debet intrusum in papatu anathematizare, et extrudere, *n.* 40 *et* 41.

Cardinalium legatorum apostolicorum officium non expirat per obitum papæ, seu sede vacante, ut etiam congregationum cardinalium facultates, quæ nec consueverunt renovari per novum, *num.* 42, 43 *et* 44.

Præfata tamen sede vacante cardinalibus in conclavi manentibus, debent conquiescere quoad negotia et causas, quæ expediuntur per subscriptionem cardinalis præfecti, seu habentis sigillum, non sic quoad ea, quæ in communi forma a solo secretario expediri solent; indeque quid præstari queat ponitur, *num.* 45, 46 *et* 47.

Recensentur constitutiones apostolicæ, quas cardinales initio conclavis jurati servare promittunt, *n.* 48 *et* 49.

#### CARDINALES QUOAD EORUM SEPULTURAM, ET QUARTAM PAROCHIALEM.

Cardinales Romæ decedentes, vel extra electa sepultura, ubi sepeliri debeant. Vide *verb.* Cardinales, *art.* 6, *num.* 1 *et seqq.*

Ampliatur *auctor*, *num.* 1 *et* 11.

Cardinalis regularis potest sibi eligere sepulturam ubilibet sine licentia superioris regularis, alias decedens, non electa sepultura, sepelitur in propria ecclesia sui tituli, *n.* 6 *et* 7.

Nullis autem cardinalibus permittitur sepeliri in basilica Vaticana, et quarta parochialis debetur proprio parocho ex funere cardinalium, qui sedentur extra parochiam, *num.* 8 *et* 9.

#### CARDINALES QUOAD QUASDAM ADDITIONES AUCTORIS.

Cardinales ad Urbem accedentes summo pontifici se sistere debent, nec ab Urbe discedere possunt sine licentia ejusdem. Vide *verb.* Cardinales, *art.* 1, *num.* 46.

Cardinales in Urbe non residentes qualibet ex causa excluduntur a participatione Rotuli, *n.* 47.

Accedentibus autem ad Urbem ex causa legitima tribuitur portio pro tempore moræ, *n.* 48.

Forma et solemnitas in exsequiis sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium servanda *art.* 6 *num.* 10.

Cardinales in causis commissariis judicantes uti debent notario archivii, *art.* 1, *n.* 49.

Cardinalibus tribui potest ecclesia episcopalis in partibus infidelium, *ib. num.* 50.

Cardinalis episcopus residentiæ lege tenetur, *art.* 3, *num.* 28.

Cardinales episcopi per ecclesiasticam ditionem, quibus honoribus prosequendi sint a gubernatoribus, vicelegatis, et præsidentibus, *art.* 2, *num.* 22.

Cardinales tam in Urbe, quam in aliis civitatibus degentes, quando visitari debeant a prælatis, *art.* 2, *num.* 23.

## CARO, CARNES (II, 451).

Carnium esus prohibitus est diebus jejunii. Vide *verb.* Jejunium, *art.* 1, *n.* 8.

Item prohibitus est diebus Veneris et Sabbati. Vide *verb.* Abstinentia, *n.* 1.

Dispensati circa esum carnium, an, et quando censeantur etiam dispensati a jejunio. Vide *verb.* Jejunium, *art.* 1, *n.* 30 *ad* 34.

Si Nativitas Domini nostri Jesu Christi accidat in die Veneris, dispensantur omnes ab abstinentia carnis, exceptis illis, qui tenentur voto, vel regulari observantia. Vide *verb.* Abstinentia, *num.* 8.

Hinc Fratres Minores tenentur ad jejunium tali die. Vide *verb.* Jejunium, *art.* 2, *n.* 27 *et seqq.*

Advenæ, et peregrini an, et quando in locis suæ peregrinationis teneantur abstinere a carnibus. Vide *verb.* Lex, *art.* 3, *a n.* 31 *ad* 35.

Carnibus vesci in monasteriis Chartusiensibus est omnibus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ interdictum. Vid. *verb.* Caro, *num.* 1.

Carnium esus sicuti conceditur tempore jejunii, is servare debet leges præscriptas de unica comestione, de non permiscendis epulis, de hora refectionis, et aliis declarationis a Benedicto XIV, *num.* 2.

Carnes comedi nequeunt in vespertina refectiuncula tempore jejunii, *num.* 3.

Carnium esus die Sabbati prohibetur Latinis in Græcorum famulatu degentibus, *num.* 4.

Carnium esus in die Sabbati per annum permittitur in regnis Castellæ, Legionis, et Indiarum, *n.* 5.

Carnis privium, ita dictum tempus ante Quadragesimam, quia ecclesiastici et religiosi a carnibus abstinere incipiebant, *n.* 6.

Abusum comedendi carnes Dominica prima Quadragesimæ, spectacula, ludosque publicos diebus festis fieri solitos ab ecclesia Mediolanensi exstirpavit sanctus Carolus Borromæus. Et ad rem alia. Vide *n.* 7.

## CASTITAS.

Vide *verb.* Votum, *art.* 2, *a n.* 157 *usque in finem.*

## CASUS FORTUITUS

Casus fortuitus quid sit? Vide *verb.* Commodatum, *n.* 16.

## CASUS RESERVATI.

Vide *verb.* Reservatio casuum.

## CATECHUMENI.

Catechumeni non ante, sed post baptismum veste candida sunt induendi. Vide *verb.* Vestis, *n.* 18.

Catechumeni an sint sepeliendi in ecclesiastica sepultura. Vide *verb.* Sepultura, *n.* 172.

Catechumeni unde dicti; tres eorum gradus, scilicet *Audientes*, *Genuflectentes* et *Competentes*. Vide *verb.* Catechumeni. II. 451. *num.* 1 *ad* 5.

Digitized by Google

Vario apud varias Ecclesias temporis spatio catechumenatus definitus fuit, *num.* 6.
Post longam probationem ad baptismum recipiebantur, sed de tempore probationis nihil erat statutum, *num.* 8 *et* 9.
Missa Catechumenorum quid, *num.* 7.

CATENA.

Catenæ infamis pœna quid sit. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *n.* 5.

CATHEDRATICUM (II, 457).

Cathedraticum quando introductum, et quid sit, cur sic dicatur, et etiam synodaticum. Vid. *verb.* Cathedraticum, *n.* 1, 2 *et* 3.
Cathedratici origo, obligatio, quantitas, et tempus præstationi illius statutum. Vide *ibid. n.* 29 *et seq. ad* 41.
Nomine Solidi quid intelligatur, qualiter pro cathedratico solvendi, quidque ad id attendendum, *n.* 4 *ad* 9.
Cathedraticum est in juribus episcopalibus, et adeo privilegiatum, ut in totum præscribi non possit, nec est a Tridentino sublatum : solvi tamen non debet in visitatione, sed extra, et in synodi celebratione, *num.* 10 *ad* 15.
Ad cathedraticum solvendum tenentur de jure omnes ecclesiæ sæculares, quod exponitur, *num.* 16 *ad* 19.
Regulares vero non tenentur solvere cathedraticum pro monasteriis et eorum ecclesiis regularibus, ubi ipsi resident, et divina peragunt, et quæ monasteriis contigua, seu immediate penes ipsas existunt : pro ecclesiis tamen sæcularibus, etc., quibus præsunt, tenentur, etiamsi monasteriis aut eorum ecclesiis pleno jure sint incorporatæ, *num.* 20 *ad* 22.
Ad cathedratici, et synodatici tamen solutionem non tenentur, neque compelli possunt Fratres Sancti Joannis Hierosolymitani, sive eorum vicarii in parochialibus religioni prædictæ unitis, *num.* 23.
Ad complementum adducitur hic id, quod de cathedratico fuit novissime in concilio Romano celebrato anno 1725, a Benedicto XIII sancitum, *num.* 24.
Quædam colliguntur ab auctore Sacræ Congregationis resolutiones ad cathedraticum pertinentes, *n.* 25 *et seqq.*

CATOPTRICA.

Catoptrica quid. Vide *verb.* Mundus, *n.* 208.

CAUPO, CAUPONA.

Vide *verb.* Taberna, Tabernarii *per tot. et verb.* Clericus, *art* 5, *a n.* 10 *ad* 14.

CAUSA EFFICIENS.

Causa efficiens, seu ministri matrimonii sunt ipsi contrahentes. Vide *verb.* Matrimonium, *art.* 1, *a n.* 27 *ad* 32.

CAUSÆ (II, 461).

Causæ omnes in prima instantia ab ordinariis sunt cognoscendæ, et quæ excipiantur. Vide *verb.* Causæ, *n.* 1 *et seqq.*
Quamplurima referuntur, quæ ad pertinentiam causarum pertinent stabilita in variis suis constitutionibus a Benedicto XIV, *num.* 4 *et seqq. ad n.* 36.
Varia corriguntur ab auctore probata, *ibid. in not.*
Causa quid sit; et in quo differat a lite et a quæstione, *num.* 37.
Causæ dividuntur in civiles, criminales et spirituales, *num.* 38.
Spiritualium cognitio ad quem spectet, *num.* 39
Causæ majores reservantur Sedi apostolicæ, et præcipue enumerantur, *num.* 40, 41.
Gallorum contentiones circa hanc reservationem, *num.* 42.
Causæ cardinalium a Pontifice cognosci debent, *num.* 43.
Causas criminales, nisi specialiter commissas, vicarius expedire nequit, *num.* 44.
Quibus in causis matrimonialibus capitulum, sede vacante, procedere possit, *num.* 45.
Episcopo inferior ex delegatione causarum matrimonialium cognitionem habere potest, *num.* 46.
Causæ ecclesiasticæ, si coram ordinariis infra biennium non terminentur, liberum est partibus judices superiores adire, *num.* 47.
In causa denegatæ, vel protractæ justitiæ archiepiscopus supplet negligentiam episcopi, *num.* 48.
Omnes causæ delegari possunt, *num.* 49.
Causas matrimoniales, quæ spectant ad episcopum jure ordinario, ipse committere potest decidendas doctoribus qui non sunt ejus vicarii, *num.* 50.

CAVENA.

Cavena et feudum de Cavena quid sit. Vide *verb.* Feudum, *art.* 1, *n.* 28 *et* 29.

CENSURA (II, 467).

CENSURA QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT CENSURAS IN GENERE.

Censura unde dicta, et quid sit declaratur. Vide *verb.* Censura, *n.* 1, 2 *et* 3.
Censuræ ecclesiasticæ propriæ dictæ sunt tantum tres, excommunicatio, suspensio, et interdictum, et proponitur quibus eas ferendi potestas competat, *n.* 4 *ad* 8.
Fallitur auctor dum hoc loco ait, posse superiores locales censuram ferre in subditos. Recensentur porro casus, in quibus superiores possint sine consensu capituli generalis vel provincialis censuras ferre, *in nota ad num.* 8.
Erudite declaratur auctor in divisione censurarum, *in eadem nota.*
Censura ferri non potest nisi in delinquentes Christianos, in rationis capaces, et in subjectos jurisdictioni ferentis ipsam, *n.* 9, 10 *et* 11.
Communitas, aut collegium potest quidem ligari suspensione, et interdicto, minime tamen excommunicatione, *n.* 12.
Ex speciali jure non ligantur episcopi sententia generali suspensionis, aut interdicti, nisi de ipsis specialis mentio fiat, et sic etiam cardinales, *n.* 13 *et* 14.
Denique imperatores, et reges ob suæ dignitatis excellentiam censura aliqua ab episcopis ligari non possunt, *n.* 15.
Ad validitatem censuræ requiritur culpa gravis, et in suo genere completa cum contumacia, seu inobedientia delinquentis, et hæc per singula reserantur, *n.* 16 *ad* 20 *et n.* 45 *et seqq.*
Ad incurrendam censuram in foro externo requiritur sententia declaratoria commissi, cui est censura jure ipso alligata, non tamen in foro interno, *n.* 47 *et* 48.
Ad validitatem censuræ ferendæ ab homine requiritur etiam trina monitio, nisi urgens necessitas aliud suadeat, et traditur praxis, at non sic ad validitatem censuræ latæ sententiæ a jure statutæ, *n.* 21 *ad* 25.
Censura interdicti potest infligi etiam ob peccatum alterius, non sic censura excommunicationis majoris, et suspensionis proprie et stricte acceptæ, *n.* 26, 27 *et* 28.
Ab incurrendis censuris tres præcipuæ causæ excusant, et assignantur, *n.* 29 *ad* 31.
Quando appellatio fit post latam excommunicationem, etc., non habet vim suspendendi, sed solum devolvendi, ut superior possit cognoscere de justitia censuræ, *n.* 32.

Digitized by Google

Innocens censuratus, v. g. excommunicatus secundum allegata, et probata in foro externo pro tali habere se debet, quamvis coram Deo ab ea immunis sit, et in secreto contra eam agere possit. Vide *verb.* Censura, *n.* 33 *et* 34.

A censuris a jure. si non sint reservatæ absolvere potest quilibet confessarius pro foro interno conscientiæ, pro foro tamen externo superior censurati, et a censuris ab homine nonnisi, qui eas tulit, vel ejus delegatus, vel plene superior censurantis, at archiepiscopus respectu suffraganeorum tantum in casu appellationis, *n.* 35 *ad* 37, *et n.* 54 *et seqq.*

Ad propositum refertur declaratio Clementis XI, *in nota ad num.* 35.

Nemo tamen absolvi debet a gravibus censuris, sive pro foro externo, sive pro foro interno, nisi prius serio promittat deparendo mandatis Ecclesiæ, vel absolventis, et non committendo impostorum hujusmodi delicta, *n.* 38.

In articulo mortis potest quivis confessarius, et in defectu confessarii quilibet sacerdos a quibusvis censuris absolvere, sub onere tamen, ut elapso periculo pœnitens coram superiore compareat ad exsequendum quod ille præscripserit, *n.* 39.

Potest quis pluribus censuris ligari, et potest absolvi ab una, et non ab aliis ad differentiam peccatorum; et excommunicationis censura ligatus non potest a peccatis absolvi, nisi prius ab ipsa absolvatur, *n.* 40 *et* 41.

Forma absolutionis a censuris non habet præfixa, et determinata verba, sed potest dari verbis exprimentibus absolutionem talis specialis censuræ, a qua fit absolutio. Sed de istis, et aliis, vide *verba* Excommunicatio, Suspensio et Interdictum.

Reo correcto, ejusque contumacia cessante, non cessant censuræ, nisi per absolutionem tollantur, maxime loquendo de censuris absolute latis, *num.* 43.

Absolutio a censuris contractis ex causa violatæ immunitatis a quibus dari possit, vel non. Vide *verb.* Immunitas, *art.* 3, *a n.* 142 *ad* 152.

Quando censuræ sint latæ, vel ferendæ sententiæ, et quando incurrantur, vel non, ante sententiam judicis. Vide *verb.* Lex, *art.* 2, *a num.* 27 *ad* 44.

Privilegium, ne quis inconsulta sancta sede censuris irretiri possit, non afficit ordinariorum sententias, idque nec probat ab eorum jurisdictione exemptionem. Vide *verb.* Censura, *n.* 44.

Num episcopus extra diœcesim ferre censuras possit in subditos suos, *n.* 60.

Mulieri an competere possit potestas ferendi censuras, *n.* 61.

De forma ferendi censuras, *n.* 62.

Alia ad rem, puta ad captum pleniorem censuræ latæ a jure, et latæ ab homine, etc. Vide *verba* Excommunicatio, Interdictum et Suspensio. Et qui operatur aliquid cum conscientia erronea censuræ gravius quidem eum peccare, sed censuram non incurrere. Vide *verb.* Excommunicatio, *art.* 11, *n.* 1. Ac denique ignorantiam censuræ ab eadem excusare. Vide *verb.* Reservatio casuum, *n.* 39.

Ecclesia jus habet infligendi pœnas et censuras; earum distinctio, *n.* 64, 65.

Quot conditiones requirantur, ut quis possit ferre censuras, *n.* 66.

Quando impuberes possint ligari censuris, et communitas excommunicari, *n.* 67, 68.

Prælati regulares ubicunque exsistunt, possunt censuras ferre in subditos; episcopus vero, extra territorium manens, non potest, exceptis quibusdam casibus hic enumeratis, *n.* 69 *ad* 71.

Solemnitates observandæ in prolatione censurarum, *n.* 72.

Quotuplex sit absolutio a censuris *n.* 73.

Confessarius potest absolvere a censuris non reservatis etiam in foro externo, *n.* 4.

Absolutio ad *cautelam* et ad *reincidentiam* quæ sit, *n.* 75, 76.

Censurarum in mortuos relaxatio, *n.* 77.

## CENSUS (II, 483).

### CENSUS QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT EJUS ESSE, ET CONDITIONES.

Hoc nomen census accipitur varie, et exhibentur ac declarantur acceptiones, nec non præbetur quis censuarius, et quis censuista. Vide. *verb.* Census, *art.* 1, *n.* 1 *ad* 5.

Census dividitur in reservativum et consignativum, atque hic in realem, personalem, mistum, perpetuum, et temporalem, ac isti subdividuntur, scilicet perpetuus in redimibilem et irredimibilem, et temporalis in temporalem ad certum tempus, et in temporalem ad incertum tempus, quæ omnia per definitionem explicantur, *n.* 6 *ad* 11.

Ut census sit licitus ac justus jure naturæ, saltem quatuor conditiones requiruntur, et assignantur, ut autem sit licitus, et justus jure canonico, plures aliæ conditiones requiruntur, *n.* 12 *ad* 18.

Quamvis allatam sancti Pii V constitutionem ob solam præsumptionem usuræ esse latam, et consequenter in conscientia non obligare, ubi *contractus censualitius* ab usura alias immunis est, teneant Navarus, et alii : nihilominus omnino tenendum est dict. constitutionem Pianam, ubi usu recepta est, et per legitimam contrariam consuetudinem non est abrogata, absolute obligare, secus autem e contra, *n.* 19, 20 *et* 21, *et n.* 30 *et seqq.*

Census personalis non transit in realem; quamvis detur hypotheca, qua pereunte census non perit, *n.* 30.

Censuum et cambiorum fructus a communitatibus ditionis ecclesiasticæ conventi ad æquitatis rationem fuerunt redacti a Benedicto XIV, *n.* 28.

Census consignativus realis omnis ex parte tam censuarii, quam censuistæ, seu censualistæ, ubi non est in usu Piana constitutio, est licitus de jure naturali; et sic etiam personalis, si super persona fructifera, secus autem de jure canonico, *n.* 22, 23 *et* 24.

Census perpetui creati ad formam bullæ Pianæ connumerantur inter bona immemorabilia, et spectantes ad ecclesias, et loca pia reduci non possunt ad minorem fructum sine beneplacito apostolico, *n.* 25 *et* 26.

Regulares nequeunt censuario nomine recipere pecuniam sine beneplacito apostolico, *n.* 27.

Videndus Aulisius in lib. singular. *De censibus* quot attinet ad ea, quæ pertinent ad censum reservativum et consignativum, *n.* 33.

### CENSUS, QUOAD EJUS EXSTINCTIONEM.

Census non solum a debitore, sed etiam a tertio exstinguitur, et hoc dupliciter. Vide *verb.* Census, *art.* 2, *n.* 1 *et* 2.

Creditor censualis quando dicatur dimissus per modum absolutæ exstinctionis, *n.* 3.

Pactum subingressus in simplici sessione qualitatem fructiferam census non inducit; idem dicendum de clausula : *translativamente non estintivamente*, *n.* 4, 5.

Exstinguitur census, si creditor census irrevocabiliter censiti fundi dominium acquirat, adeo ut a qualibet cesset productione fructuum; nec loco damnorum, et interesse hujusmodi fructus percipi, et percepti retineri possunt, *n.* 6, 7 *et* 8.

## CEREI.

Cereorum ardentium usus an, et quomodo prosit defunctis. Vide *verb.* Suffragia, *n.* 20.

## CESSIONES (II, 495).

Cessio bonorum. Vide *verb.* Restitutio, *art.* 5, *a n.* 49 *ad* 59, *et verb.* Solutio, *a n.* 3 *ad* 6.

Digitized by Google

Bonorum cessio quid sit; ejusdem divisio; et quid cessio voluntaria et judiciaria. Vide *verb*. Cessiones, *n*. 20 *ad* 23.
Quomodo sit peragenda, *n*. 27.
Quinam beneficio cessionis judiciariæ non gaudeant, *n*. 24.
Debitor cessione eximitur a pœna detentionis, *n*. 25.
Si tamen bona satis non sint, tenetur, si alia acquirat, usque in integrum solvere, *n*. 26.

CESSIONES COMMODI.

Quinam possint juri suo cedere, *n*. 4.
Debitor non potest in præjudicium creditorum jus quæsitum cedere, *n*. 5.
Cessio translativa quid, *n*. 6.
Non valent cessiones factæ a majoribus in potentiores, *n*. 7.
Quænam requirantur, ut cedens incidat in pœnam, *n*. 8.
An ecclesia potentior nequeat cessionem habere, *n*. 9.
An possit fieri cessio in clericos ratione mutandi judicii, *n*. 10.
Jura personalia cedi nequeunt; quæ enumerantur, *n*. 11, 12.
Regula generalis de cessione, *n*. 13.
An jura passiva cedi possint, et eorum cessio sit stricti juris, *n*. 14, 15.
Cessio facta sine causa et titulo est nulla, *num*. 17.
Cedens tenetur tradere cessionario instrumentum nominis cessi, *n*. 16.
Periculum nominis cessi, quando illud fuit venditum, vel insolutum datum, tunc cedens ad aliud non tenetur, quam quod nomen cessum sit verum; non quod sit exigibile, *n*. 17.
Cessiones commodi exigendi fructus beneficiorum, prohibentur sub pœna excommunicationis, et annulantur a Benedicto XIV, *n*. 1.
Cessiones commodi exigendi pensiones factæ intra sex menses a die captæ possessionis beneficii annulantur, *n*. 2.

CHARACTER SACRAMENTALIS.

Vide *verb*. Sacramentum, *a n*. 33 *ad* 41.

CHARITAS.

Vide *verb*. Virtus, *a n*. 34 *ad* 87.

CHARITATIVUM SUBSIDIUM.

Vide *verb*. Subsidium charitativum.

CHIROMANTIA.

Chiromantia quid sit. Vide *verb*. Superstitio, *num*. 20.

CHOREÆ (II, 499).

Vide *verb*. Clericus, *art*. 4, *n*. 13, *et verb*. Luxuria, *n*. 88.
Choreæ publicæ festis diebus prohibentur. Vide *verb*. Choreæ, *n*. 1.
Choreæ extrema die bacchanalium usque ad mediam noctem produci vetatur in tota ecclesiastica ditione, *n*. 2.
Choreæ quamvis ex sua natura sint licitæ, vix tamen in actu, quomodo nunc fiunt, permitti possunt, *num*. 3.
Choreas a clericis non sine gravi peccato agi posse plerique theologi affirmant, *num*. 4.

CHOREPISCOPI (II, 499).

Institutionis chorepiscoporum antiquitas; hujus nominis etymologia, et eorum munus. Vide *verb*. Chorepiscopi, *num*. 7 *ad* 9.
Variæ de eorum ordinatione opiniones *num*. 1 *ad* 5.
Discrimen chorepiscopos inter et presbyteros ad jurisdictionem, non ad ordinem referendum, *num*. 10.
Confirmatur sententia chorepiscopos alios fuisse episcopos, alios presbyteros, *num*. 11.
Quoad alia, vide *verb*. Episcopus, *art*. 1, *a num*. 36 *ad* 41.

CHRISMA (II, 501).

Chrisma benedici nequit, nisi ab episcopo. Vide *verb*. Chrisma, *n*. 1.
Chrisma pro ecclesiis Græcis recipi debet ab episcopo catholico, et quidem ab ordinario, *n*. 2.
Quamvis chrismatis consecratio sit unum ex præcipuis muneribus ordinis episcopalis, acceperunt tamen aliqui simplices sacerdotes a summo pontifice facultatem illud consecrandi, *n*. 3.
Verum non ita frequenter fuit data facultas hujusmodi simplicibus sacerdotibus, *num*. 4.
Vetitum est parochis aliud chrisma, quam ab episcopo suo consecratum adhibere, *num*. 5.
Cum novum chrisma benedicitur, vetus comburendum est, *num*. 6.
Licitum est oleo consecrato admiscere aliquid olei non consecrati, sed in minori quantitate, *n*. 7.
Cum fontes die Sabbati Sancti benedicuntur, præstat novo chrismate uti, *n*. 8.
Quibusnam liceat sacra olea deferre, *num*. 9.
Quoad alia, vide *verb*. Confirmatio, et *verb*. Extrema unctio.

CHRISTIANA CHARITAS.

Christiana charitas quando sufficiat pro absentando a resistentia. Vide *verb*. Canonicus, *art*. 5, *n*. 34; *verb*. Episcopus, *art*. 3, *n*. 4, *et verb*. Parochus, *art*. 2, *num*. 39.

CHRISTUS (II, 503).

Miracula quædam a Christo patrata. Vide *verb*. Christus, *num*. 1.
Clavi quibus cruci affixus est, *num*. 2.
Verba ejus ad latrones in cruce prolata, *num*. 3.
Christi divinitas, *num*. 4.

CHRONOLOGIA.

Chonologia quid. Vide *verb*. Mundus, *n*. 211.

CIBORIUM SACRUM.

Ciborii sacri fur quas pœnas incurrat. Vide *verb*. Fur, *a num*. 75 *ad* 80, *et verb*. Pœna, *art*. 2, *n*. 53.

CIRCULI.

Circuli minores sunt ambo *tropici*, et ambo *polares*. Vide *verb*. Mundus, *n*. 149.
Circuli tropici, unde dicti, et cur unus vocetur *Tropicus Cancri*, et alter *Tropicus Capricorni*, *n*. 150.
Circuli polares, unde dicti, et cur unus vocetur *arcticus*, et alter *antarcticus*, *n*. 151.
Quid de habitantibus sub istis polaribus circulis, *n*. 152.
Dicti quatuor circuli minores dividunt mundum in quinque partes, seu zonas, quæ assignantur *n*. 153 *ad* 156.

CIRCUMCISIO (II, 503).

Circumcisio fuit verum, et proprie dictum sacramentum deletivum culpæ originalis, et collativum gratiæ ex opere operato. Vide *verb*. Circumcisio, *n*. 1 *et* 2.
Hoc tamen non est certum, et a viris theologis, ut plurimum negatur, *n*. 22.
Circumcisio non solum fuit sacramentum legis scriptæ, sed etiam legis naturæ; imo circumcisio in lege scripta non fuit aliud sacramentum ab eo, quod erat in lege naturæ, sed idem magis determinatum. Vide *verb*. Circumcisio, *n*. 3 *et* 4.

Digitized by Google

In lege naturæ ante circumcisionem fuit a Deo institutum sacramentum aliquod pro justificatione parvulorum, Vide *verb.* circumcisio, *n.* 5.

Circumcisio data quadringentis circiter annis ante legem scriptam tunc non nisi genus Abrahæ astringebat, *n.* 6.

Pro feminis etiam post institutam circumcisionem remansit, et perseveravit sacramentum legis naturæ. Cur circumcisio pro solis masculis, et in membro genitali, *n.* 7 *ad* 9.

Circumcisio et baptismus in multis differunt, et in multis conveniunt inter se, et differuntur, ac objectiones diluuntur, quibus originalis impetitur deletio respectu circumcisionis, demumque concluditur circumcisionem, et legis naturæ sacramentum characterem impressisse, *n.* 10 *ad* 21.

## CIRCUMSTANTIÆ PECCATORUM.

Vide *verb.* Pœnitentiæ sacramentum, *art.* 2, *n.* 100 *ad* 124.

## CIVES (II, 513).

Civitas multis modis sumitur, et assignantur, necnon adinvicem conferuntur civitas et urbs, una cum quid oppidum, castrum, villa et villicus. Vide *verb.* Civitas *n.* 1 *ad* 15.

Solam illam dici civitatem, quæ habet episcopum, sustinent multi, plurimi autem alii verius, et melius censent ad essentiam civitatis non requiri neque episcopum, neque cathedralem, *n.* 17, 18.

Civitas occidens suum episcopum jam consecratum privatur in pœnam dignitate episcopali, *n.* 19, 20 *et* 21.

Dicta pœna an procedat solum, quando occisio processit ex facto civitatis, vel etiam quando processit ex odio privato aliquorum civium, *n.* 22 *ad* 25.

Cathedralitas ratione occisionis episcopi non amittitur ipso jure, sed sententiam requirit, et si occisio fuit in sui defensionem cum moderamine inculpatæ tutelæ, aut eum non agnoscens, pœna privationis non incurritur episcopalis dignitatis, ut nec etiam si solum vulneravit, *n.* 26 *ad* 31.

Civitas, quæ auxilium, consilium, aut favorem dederit ad occidendum, seu offendendum cardinalem, privatur cathedralitate, et eadem privari etiam potest si conspiret contra sedem apostolicam, vel si tota labatur in hæresim, *n.* 32 *ad* 34.

Civitas condemnata ad aratrum non potest amplius ædificari absque speciali licentia principis, *n.* 35 *et* 36.

Civitas tamen privata cathedralitate propter occisionem proprii episcopi, etc., remanet adhuc civitas quoad privilegia sæcularia; et privata cathedrali propter delictum, non privatur diœcesi, *n.* 37 *et* 38.

An privatio civitatis dignitate episcopali ob occisionem episcopi sit perpetua, vel temporalis; et de privatione ob occisionem præpositi, *n.* 39 *ad* 41.

Differentia est inter jus civitatis, et jus civilitatis, et quænam ea sit, *n.* 108 *et seqq.*

Civilitas triplici modo acquiritur; primo per *nativitatem*, secundo de *jure*, tertio per *privilegium*, et undequaque elucidantur, *n.* 42 *ad* 46.

Licet ad effectum veræ et naturalis civilitatis requiratur nativitas in loco; tamen si occasionaliter extra sequatur, habetur ac si vere et naturaliter quis natus esset in propria patria, *n.* 47 *et* 48.

Originarius, seu oriundus dicitur a nativitate propria seu paterna, et ex jure civili locus originis est, in quo pater natus est, *num.* 49 *et* 50.

Et ideo vulgo dicitur, non matris, sed patris spectandam esse originem, *num.* 113 *et* 114.

Quomodo id tamen intelligatur, *n.* 115 *et seqq.*

Num natus ante cooptionem patris in civium numerum pro cive originario haberi debeat, *num.* 118 *et* 119.

Civilitas acquiritur etiam per spiritualem nativitatem, et civilitas originis non amittitur ob alterius loci incolatum necessarium, vel occasionalem, et hæc acquiritur decennali habitatione cum animo tamen perpetuo permanendi in tali loco, ad domicilium quid sit, et in quo differat ab habitatione, *num.* 51 *ad* 56.

Non contrahitur civilitas domiciliaria per permanentiam in civitate per decem annos, imo nec per triginta in servitio alicujus domini, *num.* 57, 58 *et* 59.

Civilitatem domiciliariam potest quis habere in pluribus locis, et civilitas legitime acquisita cum habitatione, et solutione onerum constituit aliquem verum civem, ita ut possit consequi officia civibus debita; nec amittitur per quamdam necessariam, seu occasionalem absentiam; nec fit præjudicium ex possessione bonorum extra territorium, *num.* 60 *ad* 64.

Quid requiratur ad domicilii constitutionem, ut civilitas domiciliaris comparetur, *num.* 120.

Et ad hunc effectum an novi domicilii ratio habeatur, si in fraudem mutatio fiat, *n.* 121.

Civilitas privilegiativa generaliter quoad omnes effectus non conceditur, nisi a supremo principe, et datur qualiter possint domini inferiores, *n.* 65 *ad* 67.

Civilitas privilegiativa concessa per totam civitatem, seu concilium generale, tolli non potest per magistratum particularem, *num*, 68.

Differentia inter civem per allectionem ex decreto decurionum, et eum, qui habet rescriptum principis, *num.* 122.

Civis naturalis, et originarius alicujus loci secundum aliquos dicitur, qui natus est etiam casu, et per transitum in tali loco, at verius per alios etiam requiritur, quod ejus pater ibi habeat domicilium constitutum, et hinc consectarium quoad legatum præbetur, *num.* 69 *ad* 71.

Civis originarius, ac naturalis paternæ patriæ dicitur quis, etiamsi natus sit extra patriam occasionaliter, et originarius esse non desinet, qui alibi necessarium vel occasionale domicilium habet, *num.* 72 *et* 73.

Civis domiciliarius alicujus loci dicitur, qui ibi, licet aliunde oriundus, jam per decennium habitat cum animo perpetuo ibidem permanendi, et quis talis esse potest plurium locorum, *num.* 74 *ad* 77.

Civis ex privilegio dicitur civis verus et proprius, non minus ac civis originarius, et id transit in filios alibi quoque natos, licet de illis non fuerit facta mentio in concessione, *num.* 78, 79.

Quamvis princeps per suum privilegium possit creare civem exterum, non potest tamen facere, ut sit originarius, et inde sequentia exhibentur, *num.* 80 *ad* 82.

De commodis et oneribus civilitati a jure annexis; *num.* 125.

Civis ex privilegio quamvis non habitet in civitate, adhuc tamen gaudet beneficio civium quoad immunitatem a solutione vectigalium, et quid si creatus cum onere inhabitandi, et non inhabitet, *num.* 83 *ad* 86.

Civium appellatione veniunt etiam nati in suburbiis, præcipue in favorabilibus, et materia utriusque conveniente, *num.* 87 *et* 88.

Civibus ex privilegio nihil suffragatur privilegium ad effectum successionis, ubi excludantur exteri forenses; secus autem si ad beneficium vocantur soli cives civitati, at non si Bononiæ, *num.* 89 *ad* 91.

Generaliter loquendo beneficia civibus potius, quam exteris conferri debent; imo si fundator legem imposuit, ut beneficium conferatur solis originariis, et non alienigenis, non potest conferri exteris, a *num.* 92 *ad* 94.

Digitized by Google

Beneficium erectum, seu legatum fundatum pro solis civibus debetur tantum natis in civitate, suburbiis, vicis, et districtu, et si excludantur expresse cives ex privilegio, isti ad illud non possunt admitti, *num.* 95 *et* 96.

Non censentur tamen exclusi cives nati extra civitatem originariam occasionaliter, vel nati in civitate, et alibi necessarium, aut occasionale domicilium habentes, *num.* 97 *et* 98.

Beneficium, seu legatum, ad quod vocantur cives naturales, et originarii, debetur solum natis in tali loco, non casu, aut per transitum, sed quando pater ibi domicilium habuit, aut est locus, ubi pater natus est, at in istorum defectum deberetur natis ibi casu, aut per transitum, *num.* 99 *et* 100.

Beneficium, seu legatum, ad quod vocantur naturales alicujus loci, potest conferri non solum originariis, seu oriundis; sed etiam per decennium ibidem domicilium habentibus, dummodo cum animo ibi perpetuo commorandi, et si vocantur patricii, potest conferri non solum patriciis originariis, sed etiam patriciis domiciliariis, ac patria duplex observatur, *num.* 101 *ad* 103.

In dictis, et similibus dispositionibus est omnimode investiganda voluntas disponentis, idque perpendum ex verbis ipsius vocantis, et qualitatibus vocatorum, prout exemplariter traditur; et semper præferendi habentes omnes qualitates relictas a testatore habentibus solum aliquas ex ipsis, *num.* 104 *ad* 107.

De modis, quibus amittitur civilitas, *num.* 125.

## CLAUSULÆ (II, 537).

### CLAUSULÆ COMMUNES.

Etymologia nominis, et clausula quid apud jurisconsultos. Vide *verb.* Clausulæ, *art.* 1, *num.* 1, 2.

Clausulas respicientes solemnitates actus notarius potest apponere, *num.* 3.

Clausulæ in instrumentis, testamentis, etc., appositæ, *num.* 4 *ad* 7.

Clausula generalis explicatur per specialem; universalis quidnam operetur, *num.* 8, 9.

Clausulæ accessorie adjunctæ contractui simulato, quomodo judicentur, *num.* 10.

Clausula derogatoria legis in quantum deroget, *num.* 11.

Apposita in prima commissione an pro repetita in aliis habeatur, *num.* 12.

Clausulæ in privilegiis appositæ censentur habere clausulam, *num.* 13.

Clausulæ præservativæ non tribuunt de novo jus, *num.* 14.

Clausulæ respicientes plura, quæ determinabilia sunt, omnia formaliter definire debent, *num.* 15.

An executivæ post perfectum contractum appositæ aliquid innovent in principali determinatione, *num.* 16.

Variæ clausulæ afferuntur et illarum explanantur effectus, *num.* 17 *ad* 23.

### CLAUSULÆ APOSTOLICÆ.

Apostolicæ clausulæ multiplices sunt; usufrequentiores hic afferuntur, et varii illarum expenduntur effectus. Vide *verb.* Clausulæ, *art.* 2, *per totum.*

## CLAUSURA (II, 559).

Quid sanciverit Benedictus XIV circa clausuram monasteriorum quorumque virorum et feminarum regularium. Vide *verb.* Clausura, *num.* 1 *ad* 13.

Clausura monialium vigore concilii Tridentini episcopi curæ subjicitur; hujus clausuræ modus et effectus, *num.* 14, 15.

Causæ ex quibus Pius V egressum e clausura permitti voluit, et aliæ, *num.* 16, 17.

Alter effectus clausuræ est, prohibitus quarumcunque personarum extranearum ad moniales accessus, nisi obtenta in scriptis licentia, *num.* 18, 19.

Hanc licentiam dare debet episcopus in casibus necessariis; et qui sint hi casus necessarii, *num.* 20 *ad* 22, *et num.* 26.

Pleræque synodi statuerunt, ne capellanus, seu alius sacerdos quidem ingrediatur eam ecclesiæ partem, ubi moniales psallant, etiam in professionum solemnitatibus, *num.* 23, 24.

Excipiuntur tamen a prohibitione ingressus personæ necessariæ, cum id necessitas exigat, *n.* 25.

## CLAVI CRUCIFIXIONIS CHRISTI (II, 561).

Clavis tribus an quatuor fuerit Christus affixus cruci. Vide *verb.* Clavi crucifixionis Christi, *num.* 1.

Tribus solummodo clavis Christum fuisse crucifixum, unde invaluit opinio, *num.* 2.

Sententia probabilior tenet quod quatuor et non tribus fuerit Christus cruci affixus, *num.* 3.

Afferuntur hujus opinionis auctoritates, *num.* 4.

## CLAVIS.

Clavis tabernaculi a quibus asservari debeat. Vide *verb.* Tabernaculum, *num.* 1, 2, 4 *et* 5.

Clavis reliquiarum quibus concedi possit. Vide *verb.* Veneratio sanctorum, *num.* 87

## CLERICUS (II, 563).

### CLERICUS QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT EJUS NOMEN, HABITUM, ET TONSURAM.

Clerici nomen, et esse, ac duplex talis nominis adhibitio reseratur. Vide *verb.* Clericus, *art.* 1, *num.* 1 *ad* 4.

Clericorum nomine sequioribus sæculis veniebant illi qui litteris operam dabant, e contra laici dicebantur illitterati. Vide *verb.* Clericus, *in not. ad num.* 1.

Clericorum nomine large, seu generaliter capto in materia favorabili, quinam veniant intelligendi, referuntur singuli, *num.* 5 *ad* 18.

Christianus populus divisus in clericos et laicos, clerici autem in duplex genus divisi, *num.* 71 *et seqq.*

Clericorum nomine stricte seu specialiter in materia odiosa veniunt duntaxat soli inferiores clerici sæculares, non autem canonici, abbates, aliique in dignitate ecclesiastica constituti, nisi secus exprimatur, vel aliunde de opposito constet, *num.* 19 *ad* 22.

Quomodo olim clerici induti, et de clericali veste plura, *num.* 83 *et seqq.*

De tonsura clericorum, ejusque ab ordine facta separatio, *num.* 79 *et seqq.*

Habitum, et tonsuram clericalem deferre tenentur clerici in sacris ordinibus constituti, et etiam clerici inferiores, si beneficium ecclesiasticum habeant, sub gravissimis pœnis, *num.* 23, 24 *et* 25.

Clerici vero in prima tonsura, aut etiam in minoribus ordinibus constituti, et beneficia ecclesiastica, seu jus ad illa nondum habentes non tenentur deferre habitum, et tonsuram clericalem, nisi causative, quatenus velint gaudere privilegiis clericalibus, *num.* 26.

Clerici prima tonsura, aut etiam in minoribus ordinibus constituti non gaudent privilegio fori, nisi habeant aliquam ex tribus conditionibus, quas requirit concilium Tridentinum, quæ hic assignantur, *num.* 27 *et* 28.

Qualitas, et forma habitus clericalis licet in jure communi non reperiatur in omnibus, et per omnia determinata, et stabilita, habentur tamen tum in jure communi tum in conciliis, tum in constitutionibus pontificiis varia præscripta circa habitum clericorum, et proponuntur; ac inde pro hujus puncti coronide salutaria, ac decorosa dantur monita, *num.* 29 *ad* 44.

Tonsura ecclesiastica juxta divum Isidorum ori-

Digitized by Google

ginem sumpsit a Nazaræis; secundum alios ex quodam facto in apostolorum principe, quod refertur. Vide *verb.* Clericus, *art.* 15, *num.* 45 *ad* 47.

Tonsura ecclesiastica fuit in usu usque de tempore apostolorum; reprobatur Calvinus aliter sentiens, *num.* 48 *et* 49.

Tonsura clericalis antiquitus fiebat raso desuper capite in modum sphæræ; et inferius quoque, ita ut patentibus auribus sola capillorum corona circa caput remaneret; et affertur qualiter nunc ab Ecclesia practicetur, *num.* 50 *et* 51.

Corona et tonsura debent esse congruentes cujuslibet statui, et ordini; ac mystica ejusdem significatio declaratur, *num.* 52 *ad* 54.

Clerici in sacris, vel beneficiati, licet in prima tonsura, aut etiam in minoribus ordinibus constituti, si per longum tempus tonsuram, et habitum clericalem non deferant, et comam sine justa causa nutriant, peccant mortaliter, et subjacent gravissimis pœnis, nec non excommunicationi; secus si justa causa excuset, prout per varios casus exponitur, *n.* 55 *ad* 63. De clericorum ordine, vestitu, et distinctione primis Ecclesiæ sæculis, et juxta hodiernam disciplinam, vide *notam ad n.* 76.

CLERICUS QUOAD PRIVILEGIUM FORI, ET CANONIS.

Per privilegium fori, et canonis quid intelligatur. Vide *verb.* Clericus, *art.* 2, *num.* 1 *et* 2.

Clerici, et monachi, seu regulares gaudent privilegio fori, et qui veniant nomine clerici apponitur, *num.* 3 *ad* 5.

Clerici tamen minoristæ non gaudent privilegio fori, nisi habeant aliquam ex tribus conditionibus, quas requirit in ipsis concilium Tridentinum, *num.* 6 *ad* 8.

De tonsurato resignante beneficium, vel habente duntaxat ejus validam collationem, qualiter privilegio fori gaudeat, *num.* 9 *et* 10.

Clericus tonsuratus, vel minorista non habens beneficii possessionem, nec titulum, nec pensionem, ut fori privilegio gaudeat, quid requiratur, *num.* 11 *et* 12.

Clericus minorista in habitu et tonsura deserviens ecclesiæ gaudet privilegio fori, licet non deserviat ex mandato episcopi, vel cui non fuit ascriptus, *num.* 13 *ad* 16.

Clericus, si habitum a se gestari solitum aliqua occasione ad breve tempus deposuerit, non ideo fori privilegium amittit, ut nec beneficiatus si aliquando intermiserit, *num.* 17 *et* 18.

Imo clericus beneficio privatus ex bulla Sixti V, eo quod non detulerit, etc., non amittit, etc., ante latam a judice ecclesiastico declaratoriam, *num.* 19.

Clericus non beneficiatus, solitus tamen ecclesiæ inservire, et in habitu, et tonsura incedere, si noctu vel interdiu in habitu laicali deprehendatur cum armis, gaudet privilegio fori, imo eo gaudet non obstante irregularitate contracta ob homicidium, *num.* 20 *ad* 22.

Clericus, qui post commissum delictum sine ulla fraude clericatum assumpsit, gaudet privilegio fori, tum quoad personam, quam quoad bona: si secus, gaudet quoad personam, at non quoad bona, quoties judex laicus ante promotionem prævenit in causa, et tunc non procedit, nisi postquam judex Ecclesiæ de fraude adjudicaverit, *num.* 23 *ad* 25.

Clericus, qui dimisso habitu, et tonsura deliquit, et postea habitum, et tonsuram sumpsit, et ecclesiæ inservivit gaudet privilegio fori; nisi reassumpserit habitum in fraudem; quod ad judicem ecclesiasticum spectat declarare, et adducitur notabilis decisio, *num.* 27 *ad* 29.

Clericus, qui propria auctoritate habitum clericalem reassumit post delictum, processum, et fidejussionem de se præsentando coram judice laico, qualiter gaudeat, *num.* 30.

Clericus, qui ante carcerationem reassumpserat habitum, vel post prætensum delictum a se commissum, gaudere debet undequaque privilegio fori, *num.* 31 *et* 32.

Clerico licet reassumere habitum absque alia licentia episcopi, nisi renuntiaverit in curia episcopali cum declaratione non reassumendi sine illa; at si id præstitum esset in carcere, non obstaret ad reassumendum absque, etc., *num.* 33 *ad* 35.

Licet clericus per dimissionem habitus, et tonsuræ ante trinam monitionem non perderet privilegium fori, tamen clericus minorum ordinum non beneficiatus, nisi habitum et tonsuram deferat, et ecclesiæ inserviat, vel in seminario, aut in aliqua schola vel universitate de licentia episcopi versetur, illud perdit sine alia monitione, nec si quæ adsit in contrarium consuetudo est attendenda, *num.* 36 *et* 37.

Clericis tamen non habentibus supradicta requisita concilii non adimitur perpetuo privilegium fori, sed suspenditur ad tempus; et si adhuc quis se gerat pro clerico, potest puniri etiam ab episcopo, *num.* 38 *ad* 40.

De clerico reperto a curia sæculari sine habitu clericali; et de eo, qui se immiscet enormitatibus, quoad privilegium clericale, *num.* 41 *et* 42.

Clericus in minoribus constitutus recusans frequentare scholas, et ecclesiam, non potest privilegio fori privari, si adsit probabilis spes profectus; eodem privilegio clerici filius legitimus ante clericatum susceptus gaudet, durante vita patris, eidem verbis renuntiari non potest; at illud perdit tertio monitus, si non reassumat habitum et tonsuram, *num.* 43 *ad* 46.

Licet clerici in prima tonsura constituti, vel minoristæ non habentes a Tridentino requisita, privilegia fori non gaudeant, tamen privilegio canonis non sunt privati, *num.* 47 *et* 48.

Quænam autem personæ gaudeant tali privilegio canonis, et quinam censeatur illud violare. Vide *verb.* Excommunicatio, *art.* 10, *num.* 18, *et art.* 11 *a num.* 14 *ad* 27.

Privilegio fori, et canonis gaudent nedum clerici cælibes, sed etiam clerici conjugati in minoribus exsistentes, si tamen habeant tres conditiones, quæ assignantur, et tunc gaudent privilegio fori undequaque, *num.* 50 *ad* 57.

Clericum conjugatum carcerantes excommunicantur, et eum episcopus tueri debet, ne vexetur a curia laica, *num.* 58 *ad* 60.

Clericus conjugatus indulto apostolico dispensatus ab obligatione incedendi in habitu et tonsura, gaudet privilegio fori, et habens requisita, excepto quod non constat deputatione ad servitium ecclesiæ, ei tamen inserviens in genere eodem gaudet, *n.* 61.

Clericus conjugatus exercens artem merciariam cum mensuris fraudulentis puniendus est ab ordinario, cui, si a triremibus sublatus, et ob nova delicta carceratus, remittendus est, *num.* 62 *et* 63.

Subdiaconus, qui in vim dispensationis apostolicæ cum vidua matrimonium contraxit, et pensiones ecclesiasticas obtinet, de jure gaudet privilegio fori, *num.* 64.

Varia insuper late traduntur de clericis conjugatis quoad onera personalia, realia, etc., *a num.* 65 *ad* 76.

Clerici gaudent privilegio fori de jure divino; canonis autem solum jure ecclesiastico, *num.* 77 *ad* 87.

Clerici omnes, sive in sacris, sive in minoribus, dimittentes habitum clericalem, et tonsuram ex sola vanitate, et negligentia, non perdunt privilegium canonis ante trinam monitionem; illico tamen perdunt, si id ex iniquitate faciant, aut si enormibus se immisceant, *num.* 88 *et* 89.

An in dicto casu quoque statim amittant privilegium fori, et an facilius deperdatur privilegium fori, quam canonis, *num.* 90 *ad* 95.

Plura vero de quæstione, an simplex clericus, qui

privilegium fori amisit eo quia non implevit quod præscribit *Concil. Trid.* amiserit simul alia privilegia concessa, *num.* 96 *ad* 99.

An admittenda sint ab episcopis principum privilegia a summis pontificibus concessa, *num.* 100.

An simplex clericus, qui privilegium fori amisit, eo quia non implevit quod præscribit concilium Tridentinum, amiserit simul alia privilegia clericis concessa, *num.* 101 *ad* 104.

CLERICUS QUOAD NEGOTIA SÆCULARIA.

Negotium sæculare accipitur tripliciter, et assignatur, ac quale clericis prohibitum indicatur. Vide *verb.* Clericus, *art.* 3, *num.* 1 *ad* 5.

Clericis omnibus in sacris constitutis, aut in minoribus congruam sustentationem habentibus, sive ex beneficio ecclesiæ, sive ex bonis patrimonialibus, est prohibitum negotiis sæcularibus sese immiscere cupiditatis et turpis lucri gratia, *num.* 6.

Assignantur causæ prohibitionis, culpa, et pœna transgressionis, *num.* 7 *ad* 12.

Dantur tamen plures casus, in quibus clerici negotiationem exercentes nullam culpam, et pœnam incurrunt, et assignantur, ac una dantur variæ ad rem petitiones factæ Sacræ Congregationi Concilii cum suis responsionibus et declarationibus, *num.* 13 *ad* 46.

Negotiatio clericis prohibita est quæstuaria, quæ in personalem et realem dividitur. Quando eisdem non sit interdicta negotiatio realis; et in quo utraque negotiationis species consistat, *num.* 92 *et seqq.*

Recollectio nivis in propriis puteis, ejusque venditio lucri et compendii causa pertinet ad negotiationem quæstuariam personalem, et vetita est clericis, *num.* 99.

Potest episcopus prohibere clericis minorum ordinum et primæ tonsuræ, nec exerceant mercaturam, nec suscipiant appaltus aquæ vitæ,etc., *n.* 47.

Ex prædictis eruitur posse clericos dare operam negotiationibus illius speciei, quæ dicitur artificium, non autem negotiationi propriæ sumptæ, et hæc enucleantur, *num.* 48 *ad* 50.

Licet negotiatio proprie sumpta sit clericis interdicta tamen artificium, et manualis operatio absque fine turpis lucri non interdicitur clericis, imo ipsis recommendatur ; et admodum utile id comprobatur, *num.* 51 *ad* 58.

Inter negotia, artes, et officia clericis prohibita multa alia reperiuntur, et annumerantur, interjectis annotationibus ubi opus est, et quibusdam quæ iidem possunt, *num.* 59 *ad* 89. Quo sensu clericis rescripta commendatur pro exercendo advocati munere, *in nota ad num.* 61

Quid olim veniebat sub prohibitione clericis *Physicæ* studio, *num.* 101.

Quoad negotia clericis vetita, attendenda est novissima constitutio Benedicti XIV, *incip.* Apostolicæ servitutis, in qua multa statuuntur, quæ assignantur, *num.* 90.

Notandum, quod contractus a clericis initi, qui continent negotiationem quæstuariam personalem; non declarantur invalidi favore debitorum, sed quæsita ex iis spectant ad Cameram apostolicam, *num.* 100.

CLERICUS QUOAD COHABITATIONEM CUM MULIERIBUS, ET QUOAD CHOREAS, LARVAS, COMŒDIAS, ET ALIA SPECTACULA PUBLICA.

Clerici non possunt frequentare domicilia feminarum, nec eas ad sua domicilia admittere, *art.* 4, *num.* 1 *et* 2.

Quotiescunque mulieres, quæ cum clericis cohabitare permittuntur, sunt aliquo modo suspectæ, etsi consanguineæ separandæ sunt, et arcendæ ab illorum domibus, licet sint senilis ætatis, *ibid. num.* 3.

Sinistra autem suspicione cessante licitum est clericis, et a jure concessum in domo sua retinere rei domesticæ gratia, seu ob aliud honestum motivum matrem, avias, etc., imo etiam extraneas, *num.* 4 *et* 5.

Ætas autem provecta, in qua cessat sinistra suspicio, et mulier, seu famula alias bonæ famæ, et honesta præsumitur cohabitare posse cum clerico sine periculo incontinentiæ, est ordinarie ætas quinquaginta annorum ; interdum tamen potest etiam minor ætas extorris non esse suspicionis ; unde remittitur concessio, vel prohibitio episcoporum prudentiæ, num. 6 ad 12.

Recte distinguitur et explicatur quid clericis prohibitum sit *in tit. Decretalium de cohabit. clericor.* etc., *et num.* 47 *ad* 52, *num.* 52 *et seqq.*

Recensetur ordo procedendi in clericos concubinarios præscriptus a concilio Tridentino, *num.* 37 *et seqq.*

Simplex clericus concubinarius quomodo puniatur, *num.* 45.

Quid veniat sub nomine concubinarii clerici, *num.* 46.

Clerici non possunt choreas aut saltationes ducere, nec, ubi ducuntur, publica interesse, nec personati incedere ; ad hæc ab episcopo possunt etiam regularibus vetari, *num.* 13, 14 *et* 15.

Clerici vitare tenentur comœdias, hastiludia, et alia hujusmodi vana spectacula, et sub qua culpa, *num.* 16 *et* 20 *ad* 31.

Nec ullo modo possunt clerici recitare in comœdiis profanis, et episcopi possunt statuere pœnam excommunicationis contra id facientes; nec minus joculatoribus et histrionibus intendere debent; et affertur novissima inhibitio quoad recitationem in comœdiis, *num.* 17 *ad* 19.

CLERICUS QUOAD LUDOS, CAUPONAS, VEL TABERNAS, CRAPULAM ET EBRIETATEM.

Clericis est severissime prohibitus alearum, et taxillorum lusus, et maxime ille lusus, qui magis fortuna quam arte, vel industria ludentium regitur. Vide *verb.* Clericus, *art.* 5, *num.* 1 *et* 2.

Unde doctores dicunt, quod clericus lucri, gratia, et pro notabili quantitate taliter ludens peccet mortaliter, præsertim si frequenter, aut publice cum scandalo aliorum id fiat, secus autem, si econtra, *num.* 3 *ad* 5.

Ludus schaccorum, seu latrunculorum non est prohibitus clericis licet litterario studio deditis sit minus conveniens, sic etiam est clericis permissus omnis ille ludus, qui consistit in ingenio, aut virtute corporis, *num.* 6 *et* 7, sed vid. *num.* 42 *et seqq.*

Assignantur inconvenientiæ, quæ oriuntur ex ludis prohibitis, et pretiosa quæ amittuntur, *num.* 8 *et* 9.

Clerici cauponas, vel tabernas, nisi longioris itineris causa ingredi prohibentur, et eo minus eis tabernas habere licet ; et assignantur qualiter, et sub quibus pœnis id prohibeatur, ac quid per tabernas, et cauponas intelligatur, *num.* 10 *ad* 14.

Crapula et ebrietas sub gravissimis pœnis usque ad suspensionem ab officio, et beneficio est clericis interdicta, et explicantur crapula et ebrietas, ac præcipue damnatur in ecclesiasticis, *num.* 15 *ad* 23.

CLERICUS QUOAD ARMA, ET VENATIONEM

Clerici sine justa et necessaria causa arma deferre non possunt sub pœna excommunicationis ; unde inferunt doctores, quod clerici arma prohibita deferendo peccant mortaliter. Vide *verb.* Clericus, *art.* 6, *num.* 1 *ad* 4, et latius *verb.* Arma, *per tot.*

An clericus deferens arma, quæ statuto sæculari simpliciter, vel certo tempore, aut loco prohibita sunt, spoliari iisdem a ministris curiæ sæcularis possit. Vide *verb.* Clericus, *art.* 6, *num.* 41 *et seqq.*

Venatio frequens, et voluptuosa præcipue cum armis, et clamorosa est clericis interdicta : ac quæ



Digitized by Google

sit cum canibus, et falconibus ex voluptate dicitur clamorosa et illicita, observatu digna præbentur ex SS. Hieronymo, et Ambrosio, *num.* 6 *ad* 9.

Neque episcopis licet arma concedere clericis pro sola voluptuosa venatione; id præstante a culpa non forent immunes, *num.* 10 *ad* 16.

Quamvis non sit licita clericis venatio voluptuosa, tumultuosa, et clamorosa, et moderata, nimis frequenter facta, est tamen eis licita venatio quieta, et moderata raro facta, et non pro sola voluptate venationis, sed vel causa necessitatis, vel causa utilitatis, vel causa honestæ recreationis, *num.* 17 *ad* 21.

Venatio, quæ fit retibus, vel laqueis moderate, et honestæ recreationis gratia, ut piscatio, et hujusmodi, est licita clericis servatis tamen quæ subduntur, *num.* 22 *ad* 26.

Omnis et quæcunque venatio etiam non clamorosa prohibita est quibuscunque clericis, ut melius, *num.* 45 *et seq.*

Licet venatio, et piscatio pro uno eodemque jure ponantur, tamen inter venationem et piscationem adest aliqualis differentia, et jure pœnæ adsunt contra venatores, non contra piscatores assignantur et declarantur, *num.* 27 *ad* 33.

Et ideo laudantur ii ordinarii, qui sub determinatis, et arbitrariis pœnis interdicunt omnibus suis clericis hujusmodi venationem, et delationem armorum; et traditur habendus in his modus, ac qualiter, et quando clerici contrafacientes puniendi, *num.* 34 *ad* 40.

CLERICUS QUOAD IMMUNITATEM, ET EXEMPTIONEM.

Clerici confugientes ad ecclesiam gaudent immunitate ecclesiastica in non exceptis, et quædam specialiter afferuntur pro regulari. Vide *verb.* Clericus, *art.* 7, *num* 1 *ad* 4.

Clerici non tenentur ad onera, nisi ea sint certa, realia et invariabilia; nec ad solutionem onerum impositorum pro physico, etc., *num.* 5 *et* 6.

Clerici gaudent exemptione pro bonis patrimonialibus in totum, et etiam pro acquisitis et donatis ab impositionibus, etc., etiamsi in minoribus, et sine concilii requisitis, etc., *num.* 7 *ad* 12.

Clerici gaudent exemptione pro bonis patrimonialibus in portione sibi tangente, nec tenentur ad gabellas, quando per alios, vel per se ipsos absque officii sui detrimento arti sericæ operam dant cum foliis arborum in propriis bonis exsistentium, *num.* 13 *et* 14.

Clerici in minoribus constituti viventes cum Patribus non tenentur ad collectas et alia onera pro bonis sibi donatis, nisi donationes sint fraudulentæ, et uti tales per judicem ecclesiasticum declaratæ, *num.* 15.

Clerici in minoribus, etiamsi non se promovere faciant ad ordines sacros, gaudent exemptione ab impositionibus; item a gabellis laicalibus etiam pro portione colonica, et pro extractione olei recollecti in suis bonis, *num.* 16 *ad* 18.

Clerici cives Romani possidentes bona in territorio civitatis Malleani non tenentur ad solutionem gabellæ extractionis vigore statuti laicalis debitæ pro fructibus ex eisdem bonis recollectis Romam convehendis pro eorum usu, *num.* 19.

Clericus non tenetur ad impositionem capitationis ex bonis, et redditibus patris cujus impensis vivit; clerici tamen non gaudent privilegiis patrimonii ecclesiastici pro bonis ad suscipiendos ordines sacros eis assignatis, donec non fuerint in sacris, nisi in possessionem eorumdem sine fraude essent translata, *num.* 20 *et* 21.

Clerici et ecclesiastici sunt exempti a tributis impositis causa belli, pestis, etc., nisi concurrant requisita, etc. Item sunt exempti a tributis impositis pro novis muris civitatis ædificandis, et pro refectione aggerum, et aliorum quæ adducuntur, *num.* 22 *ad* 28.

Ut clerici licite solvant collectas, et impositiones laicorum, sex requiruntur, et plene assignantur, *num.* 29 *ad* 39.

Clerici non tenentur custodias facere occasione suspicionis Turcarum, nisi concurrente præcisa necessitate, ad onus unius ligni pro qualibet sarcina ob servitium arcis, nec ligantur bannimentis magistratus sæcularis de petenda licentia accedendi ad proprias vineas tempore vindemiarum, *num.* 40, 41 *et* 42.

Clerici et ecclesiastici non sunt subjecti oneribus, nec ordinariis, nec extraordinariis impositis ad favorem principis. Nec tenentur ad consignationem frumenti et aliorum fructuum faciendam principi laico, et apponitur qualiter agendum in horum contingentia; nec perquisitio frumentorum, in locis immunibus permissa laicis, *num.* 43 *ad* 46.

Non est permittendum ecclesiasticis comprehendi in prohibitione laicorum vendendi, et emendi frumenta, nec quoad taxam, sed urgente necessitate potest ordinarius peculiari suo edicto ecclesiastico prohibere et taxare, etc., *num.* 47 *et* 48.

Episcopus potest in casu necessitatis proprio edicto statuere pretium frumenti ecclesiasticorum, eosque cogere ad venditionem, reservata tamen pro usu, et sustentatione ipsorum æqua et proportionata quantitate, et adducitur modus, episcopo præscriptus, qui etiam potest extractionem prohibere, et qualiter? ponitur que mandatum episcopis et archiepiscopis regni pro venditione, et nuntio Neapolis circa extractiones, *num.* 49 *ad* 53.

Gubernator non potest cogere ecclesiasticos ad asportandum in horrea publica partem suorum frumentorum. Imo ob edicta læsiva libertatis ecclesiasticæ proceditur contra eumdem, nec possunt ecclesiastici cogi ire ad molendinum domini temporalis, seu communitatis, *num.* 54 *ad* 57.

Ecclesiasticorum molendina non comprehenduntur sub bannis gubernatoris, qui debet facere declarationem de non comprehensione eorum; nec sub prohibitione laicali solvendi gabellam, ut dicitur *della Pesa;* ac plura alia ad rem præstantur, *num.* 58 *ad* 66.

Clerici et ecclesiastici sunt omnino exempti ab onere hospitandi milites, etiam in bonis patrimonialibus, et episcopus non potest permittere hospitationem equorum militarium in atriis, et cortilibus monasteriorum monialium, *num.* 67 *ad* 69.

Ministri publici civitatis, qui violenter fecerunt reponi fenum in claustro regularium, incidunt in excommunicationem, et qualiter absoluti, ut etiam officiales ob violentam hospitationem in domo canonicali, *num.* 70 *et* 71.

Clerici et ecclesiastici sunt immunes a gabella chartæ sigillatæ, seu bullatæ, et ab expensis novæ mensurationis bonorum ad instantiam communitatis factæ, et a collectis pro portione bonorum ad eos spectantium, *num.* 72 *et* 73.

Ecclesiastici ementes bona cum pacto solvendi onera, non tenentur ad onera personalia, sed tantum ad onera realia, quæ sint certa, et invariabilia, et ante venditionem imposita; nec tenentur ad solutionem oneris nuncupati *il tasso della Cittadella*, et sunt taliter exempti a gabellis laicalibus, ut nec etiam sponte illas solvere possint sine beneplacito apostolico, ac ita solventes absolvuntur a censuris, *num.* 74 *ad* 78.

Quædam alia ad propositum subduntur non omittenda, *num.* 79 *ad* 86.

Sed non est prætereunda quæstio, an clerici obligentur statutis laicorum, quorum materia clericis æque ac sæcularibus communis est, neque privilegiis ipsorum clericorum repugnat, luculenter examinata, *num.* 87 *ad* 94.

CLERICUS QUOAD ORDINES.

Vide *verb.* Ordo.

Digitized by Google

CLERICUS QUOAD OBEDIENTIAM ET SUBJECTIONEM EPISCOPO.

Clerici non possunt cogi ab episcopo ad præstandum aliquod servitium non expressum in jure. Vide *verb.* Clericus, *art.* 8, *num.* 1 *ad* 3.

Sic etiam simplices sacerdotes non habentes officium neque beneficium in ecclesia cathedrali non possunt per episcopum cogi ad idem, et canonicis inserviendum in functionibus ecclesiasticis, non obstante exiguo numero canonicorum, nisi contraria adesset consuetudo; vel nisi ageretur de clericis pro necessitate, et utilitate cathedralis ad titulum patrimonii ordinatis, *num.* 4 *ad* 7.

Superiora explanantur, *num.* 33 *et seq.*

Ubi etiam explicatur *Concil. Rom., tit.* 6 *cap.* 2, *num.* 35.

Et dato, quod ob parvum numerum canonicorum, et deficientiam mansionariorum servitium ecclesiæ cathedralis detrimentum pateretur, tunc erit recurrendum ad Sacram Congregationem Conc., *num.* 8 *et* 9.

Item simplices sacerdotes non possunt compelli ad interessendum et assistendum functionibus ecclesiasticis in cathedrali; nec clerici, aliive, presbysteri non confessarii ad interessendum conferentiis casuum conscientiæ, *num* 10 *ad* 12.

Episcopus non potest clericis beneficiatis addere nova onera in fundatione beneficiorum a fundatoribus non apposita, aut a sacris canonibus non imposita, nec alio modo testatoris voluntatem immutare, *num.* 13 *ad* 17.

Episcopus non potest a clericis exigere charitativum subsidium, nisi sit pauper, minime tamen a non beneficiatis, *num.* 18 *et* 19.

Episcopus non potest cogere clericos in minoribus constitutos ad suscipiendos ordines majores sub pœna privationis privilegiorum clericalium, et absque eo ingredi possunt religionem, *num.* 20 *et* 21.

Clerici omnes, imo et laici, quantumcunque potentes, tenentur episcopo præstare canonicam obedientiam; et clerici peregrinari non debent nisi de ipsius licentia : ut etiam testimonium judiciale perhibere sæculari, et exibetur praxis ad hoc tenenda, *num.* 22 *ad* 27.

Episcopus in delictis difficilis probationis sibi notis potest extrajudicialiter, et sine processu clericos, et presbyteros a divinis suspendere; et absque judiciali monitione excommunicare clericos, sive laicos, qui se opponunt visitationi, vel solita obsequia ei injuriose denegant, *num.* 28 *ad* 30.

Cætera, quæ ad materiam clericorum spectant, quoad omnes superiores articulos. Vide *num.* 31 *ad finem.*

CLERUS (II, 681).

Clerum tanquam membrum reipublicæ principibus subjici expeditum est. Vide *verb.* Clerus, *num.* 1.

Annua dona principi offerebant sæculares et ecclesiastici, *num.* 2.

Quibus donis clerus suo debito erga principes satisfacere intendebat, *num.* 3.

Quid hac de re synodus secus Theudonis villam habita statuerit; et quid probaverit ecclesia, *num.* 4, 5.

Hæc contributio a clero postulari cœpit occasione expeditionis Hierosolymitanæ et bellorum adversus hæreticos, *num.* 6, 7.

Processu temporis fere ordinaria facta est, et clerus eam annuere non destitit, *num* 8, 9.

Quam contributionem in casu necessitatis principes a prælatis et clero petiere, *num.* 10.

Quomodo exacta fuerit, et quæ sit in annuendis subsidiis tenenda ratio, *num.* 11 *ad* 13.

Verisimile non est principes desiderare ut per subsidia pastoralis competentia minuatur. *num.* 14.

COADJUTOR (II, 684).

Coadjutoria quid sit, et quotuplex, ac qualiter prohibita, vel concessibilis, et a quo. Vide *verb.* Coadjutor, *num.* 1 *ad* 8.

Coadjutor quis, et quid sit, ac unde dicatur, *num.* 9 *et* 10.

Coadjutor ob varias causas dari potest, et solet; ac singulæ percurruntur, *num.* 11 *ad* 17.

Coadjutor debet habere omnes qualitates a jure requisitas ad illud officium, pro quo datur; et hoc declaratur respective ad unumquodque, *num.* 18 *ad* 21.

At in coadjutore ad tempus qualitates necessariæ concurrere debent de tempore gratiæ, sed in coadjutore perpetuo cum futura successione possunt intra annum concurrere, *num.* 85.

Coadjutor fere coincidit cum administratore, et suffraganeo : ac coadjutoria, et suffraganeatus sine successione, et solum temporales exspirant per obitum episcopi, coadjutoria tamen perpetua concessa per sedem apostolicam cum futura successione non exspirat per obitum coadjuti, *num.* 22 *ad* 26.

An perpetuus coadjutor datus episcopo cum futura successione, et cum libera potestate administrandi possit ipso episcopo coadjuto vivente, et contradicente solus administrare, quæ sunt juridictionis spiritualis, seu temporalis, *num.* 27 *ad* 30.

Coadjutor vivere debet, et recipere congruam portionem de proventibus ecclesiæ, seu beneficii, cujus prælato, vel beneficiato datus est, si sunt abundantes, seu saltem sufficiunt pro congrua sustentatione tam coadjutoris, quam coadjuti, sin autem quis præferendus sit, *num.* 31 *ad* 41.

Afferuntur variæ responsiones et declarationes datæ a sacra congregatione Rituum, quoad ea, quæ concernunt coadjutorem perpetuum datum Archiepiscopo, vel episcopo, *num.* 42 *ad* 52.

Coadjutor episcopi non sedet celebrans nisi in faldistorio, neque habet diaconos assistentes, neque canonicos paratos, neque septimum candelabrum, nec utitur baculo nisi in ordinationibus; celebrans tamen præter diaconum et subdiaconum debet habere assistentem canonicum pro libro; et non tenetur visitare Limina Apostolorum, *num.* 53 *ad* 56.

Coadjutor episcopi etiam non adhibitus ad ullam functionem tenetur residere, nec discedere potest absque consensu coadjuti, vel licentia Sacræ Congregationis et tenetur, quoties fuerit requisitus, pontificalia et alias functiones obire, quamvis coadjutus propria impedimenta non probet, et editur, quid insuper debeat, vel non, *num.* 57 *ad* 59 *et verb.* Resolutiones Sacræ Congregationis, *num.* 13, ubi, quod de licentia coadjuti potest benedicere populo, dum per civitatem incedit.

Cum episcopus habens coadjutorem est impeditus, non potest functiones alteri, quam coadjutori delegare, et ei dare debet commoditatem habitationis in palatio episcopali, et necessaria pro exercitio pontificalium, etc., *num.* 60 *et* 61.

Coadjutor separatum tribunal statuere, aut habere non potest; sed in consueto tribunali episcopi jus reddendum est, et episcopus residere tenetur, licet habeat coadjutorem, *num.* 62 *et* 63.

Coadjutor archiepiscopi metropolitani Bononiens. debet præcedere vexillifero ejusdem civitatis; et in synodo provinciali debet sedere inter episcopos provinciales loco suæ promotionis *num.* 64 *et* 65.

Coadjutor parochi in absentia coadjuti in functionibus parochialibus præcedit beneficiatos, et recipit eadem emolumenta, quæ coadjuto debentur, *num.* 66.

Coadjutorem habens in animarum cura, aut in canonicatu tenetur residere in loco parochiæ, et canonicatus, *num.* 81.

Digitized by Google

De coadjutoribus perpetuis canonicorum. Vide *verb*. Canonicus, *art*. 10 *per tot*.

Episcopo titulari suffraganeo qualis honor, et præeminentia debeatur in ecclesia, in qua vice episcopi ordinarii functiones pontificales exercet, *num*. 68 *et* 69.

Episcopus suffraganeus quando nomine proprii episcopi exercet functiones episcopales, debet habere assistentiam dignitatum et canonicorum, non tamen assistentiam duorum canonicorum ultra diaconum et subdiaconum, sed sat est unus paratus cum pluviali ad librum, *num*. 70 *et* 71.

Reliqua episcopum suffraganeum concernentia item accurate exhibentur, ac de eo clauditur sermo apponendo eum non posse visitare clausulam monasteriorum monialium, nisi sit simul vicarius generalis, et ab episcopo, cujus est suffraganeus, facultatem vicarii generalis, vel aliud speciale mandatum habeat, *num*. 72 *ad* 80.

Gratia coadjutoriæ cum futura successione minime valida est, si consensus detur a procuratione post obitum coadjuti, *num*. 83.

Coadjutore effecto impotenti ad servitium Ecclesiæ, cessat gratia coadjutoriæ, ita ut ne successionem quidem in beneficio prætendere valeat ipse coadjutor, *num*. 86.

## CODICILLUS, CODICILLARIS CLAUSULA

Vide *verb*. Testamentum, *per tot*. *art*. 4.

## COELUM.

Cœlum unde dictum, et quid sit. Quot modis usurpetur. Vide *verb*. Mundus, *num*. 165 *ad* 167.

Cœlum quoad suam durationem et immutationem, *num*. 168.

Cœlum est rotundum et sphæricum undique distans æqualiter a terra, *num*. 111.

Cœli quot sint, *num*. 171.

## COEMETERIUM (II, 697).

Cœmeterium quid; unde dictum; varia nomina et eorum significatio. Vide *verb*. *num*. 1 *et* 14.

Per episcopum consecrandum est et hujus consecrationis antiquitas et effectus, *num*. 3 *ad* 5.

Cœmeteriis tanquam locis religiosis specialis veneratio debetur, et in eis prohibentur negotiationes, *num*. 6 *ad* 8.

Ad inhumationem Christianorum unice benedici ex formula benedictionis constat, *num*. 9.

Admissio in cœmeterio ad ecclesiasticam sepulturam videtur esse species quædam communionis; huic sepultura neganda excommunicatis, per quam cœmeterium pollueretur, *num*. 10, 11.

Unde excommunicatorum corpora in cœmeterio tumulata exhumari debent, *num*. 12.

Cœmeteria non secus ac ecclesiæ asylo gaudent, *num*. 13.

Eorum usus apud veteres, *num*. 15.

Cadavera in civitatibus sepeliri per leges vetitum, unde factum est ut intra civitates indiscriminatim concessa sit sepultura, *num*. 16 *et* 17.

Lex, per quam in regno Neapolitano cœmeteria extra civitatem construi jubentur, *num*. 18.

Quoad alia, Vide *verb*. ecclesia, *art*. 4, *num*. 61, et *verb*. Sepultura, *num*. 3 *ad* 5.

## COGNATIO LEGALIS (II, 701).

Unde oriatur, et cur ita vocetur. Vide *verb*. Cognatio legalis, *num*. 1 *et* 2.

De impedimento matrimonii civilis ex hac cognatione provenienti, *num*. 3 *ad* 5.

Hoc impedimentum Ecclesia recepit, nec aliquid mutavit; *num*. 6, 7.

Vide *verb*. Impedimenta matrimonii, *art*. 1, *num*. 61 *ad* 63.

## COGNATIO NATURALIS.

Vid. *verb*. Impedimenta matrimonii, *art*. 1 *num*. 28 *ad* 73.

## COGNATIO SPIRITUALIS (II, 703).

Ad cognationis legalis exemplum comparata est cognatio spiritualis, et impedimentum ex ea profluens,

Vide *verb*. Cognatio spiritualis, *num*. 3.

Hæc cognatio et ex ea impedimentum, est ex jure mere positivo, et nota fuit in Ecclesia Græca sæculo VII, *num*. 4, 5.

Synodus tridentina hoc impedimentum in multis restrinxit; et ex hoc decreto moderna Ecclesiæ disciplina metienda est, *num*. 6 *ad* 9.

Cognatio spiritualis contrahitur inter conjuges, si alter eorum prolem communem suscipiat, vel baptizet, extra casum necessitatis; non ideo tamen sunt separandi, *num*. 10, 11.

Ex synodo Tridentina, cognatio quæ contrahitur ex baptismo, eadem est ex confirmatione, *num*. 12.

Affertur casus, in quo contrahitur cognatio spiritualis, *num*. 2.

An confessarium inter et pœnitentem contrahatur cognatio spiritualis, *num*. 13.

Quoad alia, vid. *verb*. Baptismus, *art*. 7, *per totum*. *Verb*. Confirmatio, *art*. 3; *verb*. Impedimenta matrimonii, *art* 1, *num*. 48 *ad* 59.

## COGNOMEN.

Cognomen non additur in orationibus de sanctis. Vide *verb*. Resolutiones Sac. Cong. *num*. 152.

## COLLATIO.

Collatio beneficiorum quid, et quotuplex sit, quæ ejus differentia ab electione, et quibus fieri possit. Vide *verb*. Electio, art. 1, *num*. 13.

Collatio ordinum a quibus fieri possit, vel non. Vide *verb*. Ordo, art. 3 et 4.

## COLLATIUNCULA

Collatiuncula die jejunii est licita, et qualis. Vide *verb*. Jejunium, *art*. 1, *num*. 14 *et* 41 *ad* 46.

## COLLEGIUM (II, 705).

Collegium, universitas, communitas sunt synonyma, et præbetur unde dicta, et quid sint. Vide *verb*. Collegium, *num*. 1 *ad* 4.

Ad constituendum collegium requiruntur tres; jus autem collegii conservari potest in duobus, imo et in uno, et qualiter *num*. 5 *ad* 8.

Ad constituendam universitatem sufficiunt quinque, ac universitatis nomine censetur synodos, concilium, cœtus, conventus, ejusque jus propter casus supervenientiam conservari potest etiam in uno, *num*. 9, 10 *et* 11.

Ad constituendam congregationem, familiam, parochiam, populum, etc., quot requirantur, *num*. 12 *ad* 17.

Magis luculenter exponitur quomodo probetur ecclesia collegiata, quid commune habeat cum ecclesia communitativa, et in quibus ab ea differat, *num*. 77 *ad* 94.

Collegiata non potest erigi nisi per papam; si tamen contingat collegium deficere ob mortem v. g. canonicorum, vel aliam consimilem causam, in tali casu reductio collegialitatis ad actum poterit fieri ab episcopo, *num*. 18 *ad* 23.

Si agatur de collegiata jam erecta tempore, quo vigebat opinio, ut posset ab ordinario erigi, tunc similiter judicari debet juxta illud tempus, et non secundum opinionem posteriorem contrariam, *num*. 24 *ad* 26.

Status collegialitatis non dissolvitur, nisi tribus modis, qui assignantur, nec suppressio unquam justificata dicitur, nisi de auctoritate superioris

Digitized by Google

supremi facta appareat, ac circa eamdem quædam insuper subduntur, *num.* 27 *ad* 31.

Collegialitas ecclesiæ, quando non constat de primæva legitima erectione, vel subsequenti privilegio apostolico, probatur ex conjecturis indiciis, et enuntiativis, et potissima accurate pronuntiantur, *num.* 32 *ad* 48.

Confirmatur quod auctor dicit *num.* 39, nempe, rigide inquirendum de collegialitate ecclesiæ, si de ea quæstio sit ad omnes effectus, secus si de ipsa disputari contingat ad unum, vel alterum effectum, *num.* 94. Ex allatis conjecturis, seu signis, aliisque sufficientibus ecclesia est existimanda collegiata, licet de fundatione, et privilegio non constet : nec est necesse præsignatas omnes conjecturas simul verificari, sed sufficit aliquas adesse, ex quibus id argui possit, et verisimile credi, *num.* 49 *et* 50.

Collegiata insignis præcedit aliis non insignibus, etiamsi fuerint prius erectæ, et qualis sit ut insignis habenda elucidatur, *num* 51 *ad* 54. et *verb.* Insignis, *num.* 2 *ad* 8, *et num.* 15.

Canonici collegiatarum insignium præferendi sunt in synodo, ac processionibus canonicis collegiatarum non insignium, *num.* 55 *ad* 57.

Pro expensis factis a canonicis pro obtinendo indulto deferendi cappas, et rochetum non possunt ab ipsis alienari bona ecclesiæ, *num.* 58 *et* 59.

Collegiata ecclesia circa ritus, et cæremonias debet servare laudabiles, et antiquas consuetudines aliarum similium ecclesiarum provinciæ; ejusque statuta quærenda a proprio episcopo; ac ipsius edicitur præcedentia, *num.* 60 *ad* 63.

Archipresbyter et canonici collegiatæ, quæ non est parochia, quid circa benedictiones valeant, narratur, ut etiam non teneri inservire episcopo extra eorum ecclesiam, nisi in casu necessitatis, vel contrariæ consuetudinis; nec intervenire processioni sanctissimo Sacramenti, quæ fit in cathedrali qualibet tertia Dominica, *num.* 64, 65 *et* 66.

Collegiata nuper erecta subjecta est ordinario, nec habet præcedentiam super alias; capitulum tamen cathedralis præbere non potest ullam molestiam capitulo collegiatæ, quod teneat clericos ad cantandum in choro, etc. *num.* 67 *et* 68.

Collegiatæ canonici possunt juxta eorum consuetudinem deferre crucem propriam in processionibus, dummodo digniorem, et ultimum locum relinquant clero ecclesiæ cathedralis. Vide *num.* 69.

Collegiata non debet accedere ad ecclesiam parochialem ad faciendam benedictionem et distributionem candelarum et palmarum, non obstante consuetudine; in ea vero possunt divina persolvi citius quam in cathedrali, *num.* 70 *et* 71.

Numerus trium canonicorum congruus est ad collegiatam constituendam ; hisque deficientibus, vel tantum uno remanente quid, *num.* 72 *ad* 74.

Ecclesia parochialis erigi potest in collegiatam, et nihilominus cura animarum remanere penes parochum, prout antea erat, non autem in collegium, vel dignitatem transferri : et collegiata antiquior quæ habet insignitatem a jure, præfertur, habenti insignitatem ex privilegio, *num.* 75 *et* 76.

Collegium tanquam repræsentans unam personam non dicitur aliquid fecisse, nisi major ejus pars consenserit, *num.* 95.

Si vota scindantur in duas partes æquales, non constituunt duo collegia, *num.* 96.

De electionibus a collegio faciendis, et de variis earum modis, *num.* 97 *ad* 104.

Jura collegii remanent etiam in uno, *num.* 105.

Ad exstinguendum collegium quid in actu, et quid in habitu attendatur, *num.* 106.

Destructio collegii per desuetudinem, æquiparatur destructioni de jure, *num.* 107.

Præpositus, ubi adest, indicat se fuisse caput collegii, *num.* 108.

Nomen præpositi per se non adaptatur parocho, *num.* 109.

Acclamatio vocalium post electionem, vim habet collegialis approbationis, *num.* 110.

Ex dispositione juris electio prælati in collegiatæ, pertinet ad collegium, *num.* 111.

### COLLUSIO.

Collusionis seu prævaricationis pœna, quæ sit, et quid sit collusio. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *a num.* 70 *ad* 73.

### COLONUS.

Colonus quando possit, vel non petere remissionem seu minutionem mercedis, aut pensionis, et quando debeat, vel non augere mercedem, seu pensionem. Vide *verb.* Locatio, *num.* 37 *ad* 47.

### COLOR.

Color paramentorum sacrorum quotuplex esse possit, et qualis esse debeat aureus, sive croceus æquivalet omni. Non videtur tamen absolute substituendus pro colore nigro, et violaceo. Vide *verb.* Paramenta sacra, *num.* 25 *et* 28.

Rubrica de coloribus paramentorum non est præceptiva, sed directiva; unde non inducit rigorosam obligationem; potest tamen peccari venialiter, si absque rationabili causa varietur communis Ecclesiæ ritus circa colores; imo etiam mortaliter, si ex circumstantiis timeatur grave scandalum, *num.* 26 *et* 27.

### COLUMBÆ.

Columbæ et alia animalia domestica, seu naturaliter mansueta, sicut et ferina mansuefacta, quandiu redire solent, non sunt primo capientis, etiamsi longe aberraverint, sed sunt domino restituenda. Vide *verb.* Dominium, *art.* 3, *num.* 9 *et seqq.*, ubi alia ad rem.

### COLURI.

Coluri quid sint, unde dicti, quomodo vocentur, et quid operentur, Vide *verb.* Mundus, *a num.* 146 *ad* 148.

### COMA FICTITIA (II, 719).

Coma fictitia seu adscititia vulgo *Perucca* est personis ecclesiasticis prohibita pluries. Vide *verb.* Coma fictitia, *num.* 1, *ad* 13.

Hinc plurimi, ac gravissimi doctores tenent, clericos præsertim in sacris constitutos, vel beneficiatos deferentes comam adscititiam, peccare mortaliter, *num.* 14.

Solet clericis prohiberi in synodis episcoporum usus comarum fictitiarum, nec sine justa causa ab ipsis dispensatur, *num.* 15 *et seqq.*

Quod quidem episcopus facere posse declaravit Benedictus XIV, *num.* 19.

Nullimode possunt episcopi ulli sacerdoti licentiam concedere, ut cum coma fictitia missam celebret, *num.* 20.

De differentia comam fictitiam inter. et circulum capillorum, *num.* 21.

Alia ad rem. Vide *verb.* Missa, *art.* 9, *a num.* 2 *ad* 4 et *verb.* Pileolus, *per tot.*

### COMESSATIONES.

Vide *verb.* Ecclesia. *art.* 5. *num.* 53.

### COMMEMORATIO (II, 723).

In die Commemorationis defunctorum, occurrente festo duplici minori, etiam translato, officium faciendum est de Sancto. missæ vero celebrandæ sunt de *Requiem*. Vide *verb.* Officium defunctorum, *num.* 2 *et seqq.* ubi multa ad rem.

Commemoratio de sanctissimo Sacramento, si expositum sit, potest fieri etiam in missa de Festo

Digitized by Google

duplici, quod non sit primæ, vel secundæ classis *num.* 308.

Quid permittatur atque vetetur episcopis Italo Græcis circa commemorationem in missis. Vide *verb.* Commemoratio, *num.* 1 *et* 2.

In sacris liturgiis schismatici, vel hæretici patriarchæ, sive episcopi ullimode fieri potest commemoratio a Græcis, Armenis, aliisque Orientalibus. At omnino fieri debet in iis locis commemoratio Romani pontificis, *num.* 3 *et seq.*

Historia Commemorationis summi pontificis in liturgiis Græcorum, et quare ab ea recesserint, *num.* 8 *et seq.*

## COMMENDA.

Commenda quid sit. Commendatario, sive ejus procuratori, non defertur liber osculandus in missa. Vide *verb.* Beneficium, *art.* 1, *num.* 40 *et* 109.

## COMMODATUM.

Commodatum unde dictum, et quid sit : quis commodans, et quis commodatarius. Vide *verb.* Commodatum, *num* 1, 2 *et* 3.

Commodari potest quælibet res, sive immobilis, sive mobilis, et commodatum differt a pignore, deposito, precario, etc., nec est licitum uti re commodata ad alium usum præter eum, ad quem est concessa, *num.* 4 *ad* 9.

Culpa aliter sumitur apud theologos, et aliter apud juristas, et assignatur differentia, *num.* 10.

Culpa juridica, seu civilis prout ad præsens, dividitur in latam, levem et levissimam, et explicantur, uti etiam casus fortuitus, et dolus, *num.* 11 *ad* 17.

Cum aliquid commodatur in gratiam commodatarii tantum, tunc commodatarius obligatur etiam ex levissima culpa, etiam in foro conscientiæ ante omnem sententiam judicis ; est negativa quoque probabilis, prior tamen in praxi tenenda, *num.* 18 *ad* 22.

Cum aliquid commodatur in gratiam solius commodantis, tunc commodatarius tenetur solum de dolo, et culpa lata, non autem de culpa levi, et levissima ; at cum in gratiam utriusque, tenetur de culpa lata, et levi, non autem levissima, *num.* 23 *ad* 25.

Qui utitur re commodata ad diversum usum, ab eo, pro quo fuit sibi commodata, tenetur de omni damno causato in tali re propter diversum, et longiorem, seu graviorem usum de ipsa factum, *num.* 26.

Commodatarius, qui equum v. g. sibi commodatum adhibet ac solum moderatum usum, seu iter, pro quo fuit sibi commodatus, abunde interim ei ad vitam necessaria suppeditans, licet ex tali usu, et itinere deterior, et pretio vilior factus sit sine ulla sua culpa, nullum damnum commodatori pro tali deterioratione præstare tenetur; secus autem si econtra, *num.* 27 *et* 28.

Ex commodato duæ oriuntur actiones, una, quæ dicitur actio directa commodati, et altera, quæ dicitur actio contraria commodati; et exponuntur, *num.* 29 *et* 30.

Prima actio contraria commodati competit commodatario, si commodans non patiatur commodatarium uti re pro eo tempore, et usu, pro quo est commodata; et apponitur qualiter limitari debeat rem commodatam non posse repeti ante tempus finitum, vel usum pro quo fuerat concessa, *num.* 31 *et* 32.

Secunda actio contraria commodati competit commodatario, quando commodans scienter ipsi commodavit rem vitiosam, propter quam commodatarius damnum passus est; at secus si inscienter, *num.* 34.

Tertio actio contraria commodati competit commodatario ad recuperandas a commodante impensas majores, et extraordinarias, quas fecit circa rem commodatam, *num.* 35.

Commodatarius non tenetur de casu fortuito, quo res sibi commodata periit; excipiuntur tamen tres casus, imo quatuor, qui afferuntur cum annotationibus, ubi opus est, *num.* 36 *ad* 47.

Commodatarius ad nullum damnum tenetur, licet res commodata culpa nuntii, vel casu fortuito pereat, quando rem commodatam consignavit ipsi nuntio de expresso mandato commodantis; secus autem si econtra, et si nuntius ille communiter pro fideli, ac idoneo non habeatur, *num.* 43 *et* 49.

Commodatarius eligens ipse nuntium, seu famulum per quem remittat commodanti rem commodatam, si res commodata culpa nuntii pereat, vel deterioretur, tenetur de omni damno; etiamsi nuntius, seu famulus a commodatario electus communiter pro fideli, ac idoneo non habeatur, *num.* 50 *et* 51.

Commodatarius in casibus fortuitis, v. g. in incendio naufragio, incursione hostium, qualiter se gerere debeat ad salvandas res commodatas comparate ad proprias, *num.* 52 *ad* 56.

Si pluribus simul res commodata sit, contra singulos in solidum datur actio commodati, quando secus. *num.* 57 *et seqq.*

## COMMUNICATIO.

### COMMUNICATIO CUM EXCOMMUNICATIS, VEL HÆRETICIS QUANDO LICEAT VEL NON.

Vide *verb.* Excomm., *art.* 6, et *verb.* Hæreticus.

### COMMUNICATIO PRIVILEGIORUM.

Vide *verb.* Privilegium, *art.* 1, *a num.* 21 *ad* 30.

## COMMUNIO (II, 741).

Communio quotidiana, an, et quando expediat. Vide *verb.* Eucharistia, *num.* 40, 41 *et* 42.

Communio prærequirit jejunium naturale, aliquando tamen sumi potest ipso fracto : et assignatur quando frangatur, vel non ipsum jejunium naturale. Vide *verb.* Missa, *art.* 11, *a num.* 7 *ad* 43.

Communio an danda in paramentis nigris. Vide *verb.* Missa, *art.* 14, *num.* 22 *et* 23, et *verb.* Eucharistia, *num.* 27 *et* 28, *et per tot*, ubi multa ad rem.

Communio populi intra missam non est de præcepto, et justis de causis prohiberi potest. Vide *verb.* Communio, *num.* 1 *et* 2.

Communio sub utraque specie toleratur pro Græcis, ubi viget consuetudo, quæ alibi introduci prohibetur, *num.* 3 *et* 4.

Communionis Paschalis tempus prorogatur pro incolis Serviæ, *num.* 5.

Ad primam communionem admitti non debent pueri in doctrina Christiana non satis edocti, *num.* 6.

In communione monialium habentium fenestrellam ex parte evangelii sacerdos debet descendere, et reverti per gradus anteriores, et non laterales altaris. Vide *verb.* Benedictio, *art.* 38.

## COMMUTARE, COMMUTATIO.

Commutare legata pia, et ultimas voluntates quis possit, et quando, vel non. Vide *verb.* Legatum, *a num.* 143 *ad* 165; et justæ causæ talium commutationum quænam sint. Vide *a num.* 157 *usque in finem.*

Commutatio operum pro lucrando jubilæo quando, et quomodo fieri possit. Vide *verb.* Jubilæum, *art.* 2, *a num.* 34 *ad* 69.

Commutatio pœnitentiæ sacramentalis. Vide *verb.* Pœnitentiæ sacramentum, *art.* 5, *a num.* 41 *ad* 48.

Commutatio votorum. Vide *verb.* Jubilæum, *art.*

Digitized by Google

2. a n. 33 ad 67, et verb. Votum, art. 3, a n. 115 ad 157.

## COMOEDIA (II, 743).

Ejus origo, et quam christianæ, et a fortiori clericali professioni repugnet; Patres illam impugnarunt, et concilia sub pœnis gravissimis interdixerunt. Vide verb. Comœdia, num. 1 ad 6.

Actores, cooperantes et spectatores gravis culpæ sunt rei, num. 7.

Approbatur censura Benedicti XIV in auctorem, num. 8, 9.

Animadversiones auctoris, num. 10.

Quoad alia. Vide verb. Clericus, art. 4, num. 16, et verb. Luxuria, num. 87.

Comœdi sunt infames et irregulares. Vide verb. Infamis, num. 11, et verb. Irregularitas, art. 1, num. 11, vers. octava.

## COMPENSATIO (II, 749).

Compensatio quid sit, et qualiter licita enuntiatur, conditiones singillatim afferendo requisitas. Vide verb. Compensatio, num. 1 ad 12.

Pro foro externo varia sunt debita a jure excepta, in quibus compensatio non potest fieri, etiamsi adsint conditiones requisitæ ad occultam compensationem, et alia via res obtineri nequeant, et sub visu ducuntur, num. 13 ad 18.

Pro foro tamen interno, seu conscientiæ supradictorum debitorum exceptio locum non habet, sed licite potest fieri compensatio occulta etiam in omnibus dictis casibus, num. 19.

Reprehenditur auctor hoc loco. Nota ad num. 15 et 19.

Famuli, et famulæ domesticæ non possunt occulte heris suis subripere ad compensandam operam suam, absque certa, et evidenti cognitione majorem judicant salario, quod recipiunt, secus vero, si certo et evidenter constet stipendium esse minus justo, num. 20 ad 23.

Declaratur hic auctor, in eadem nota.

Sic etiam licita est occulta compensatio, quando certum est, quod famulus invitus occupatur in aliis ad quæ non est conductus, nec datur ei stipendium quod juxta servitii proportionem ab aliis communiter dari solet, num. 24.

Item licita est, quando herus, vel stipendium promissum integre non solvit, vel cum damno famuli solvit; nec non, si famulus fuerit invitus a domino coactus dolo, minis, etc., ad serviendum pretio minori infimo justo, vel pretio minori eo, quod communiter dari solet aliis talia servitia præstantibus, num. 25 et 26.

Confessarii satis caute procedere debent cum se occulte compensantibus, et firmiter in praxi tenere quod nisi evidenter, certo, et indubitanter constet stipendium, seu salarium esse injustum, nunquam liceat famulis, aliisque mercede conductis occulta compensatio; ac in idem praxes aliæ ab iisdem advertendæ edicuntur, num. 27 ad 33.

Regulæ et ratio compensationis doctius exponitur, num. 34 et seqq.

Ad sistendum cursum usurarum datur etiam compensatio cum credito certo, sed non liquidato in principio, sed ex intervallo, num. 42.

Alius pro alio non compensat, et limitatur, num. 43 et seqq.

An cessionario obstet compensatio, quæ obstabat cedenti num. 46 et seqq.

## COMPETENTIA PASTORALIS (II, 757).

Quid sit, unde ducat originem, et qualis esse debeat. Vide verb. Compensatio pastoralis, num. 1 ad 3.

Determinatio competentiæ arbitrio judicis est facienda, et quænam tunc judex attendere debeat, num. 4, 5.

Hujusmodi assignatio de jure favorabilis dicenda est, unde judex debet potius inclinare ad partem congruam vicariorum, num. 6 et 7.

Hæc assignatio est causa alimentorum; quinam modus in hac causa servandus, et quomodo adjudicetur competentia, si aliqua in ejus assignatione difficultas oriatur, num. 8, 9 et 10.

Competentia an tolli possit conventione; an illa conventio successoribus præjudicet, et an possit elidi compensatione, num. 11 ad 14.

Onus assignandi competentiam decimis inhæret et reale est, num. 15.

Clausula in unionibus ecclesiarum parochialium cum decimis adjecta, et debet esse sufficiens pro presbyteris necessariis, num. 16, 17.

Quando sit sufficiens ex mente synodi Tridentinæ, quando parochus petere possit augmentum, et ad quid teneatur postulans, num. 18 ad 20.

Quomodo providendum ecclesiis parochialibus, si nequeat provideri per beneficiorum simplicium unionem, num. 21 ad 28.

Diœcesanis districte inhibetur, ne præsentatum admittant, nisi congrua de proventibus Ecclesiæ portio coram eis præsentato fuerit assignata, num. 29.

Episcopus omni modo allaborare debet, ut non tantum parocho, sed et aliis sacerdotibus necessariis competentia assignetur; imo ad competentiam agere possunt parochiani, num. 30 et 31.

## COMPLEX PECCATI (II, 761).

Confessarii, sive sæculares, sive regulares nequeunt absolvere suos complices in peccato contra sextum Decalogi præceptum, nisi in articulo mortis, et tunc solum in defectu alterius confessarii; et quid, si contra fiat. Vide verb. Complex peccati, num. 1, 2 et 3.

Vide constitutionem declaratoriam Benedicti XIV super hoc articulo, num. 19.

An confessarii nequeant etiam absolvere suos complices in quocunque alio peccato mortali non carnali, num. 4.

Complex ordinarie confessario manifestari non potest; potest tamen confessarius interrogare necessaria ad confessionem, quamvis per accidens veniret in notitiam complicis, num. 5.

Potest autem pœnitens nominare complicem, si nec apud alium confessarium, nec aliter possit integre confiteri, num. 6.

Confessarius cogere potest pœnitentem ad peccatum complicis, vel cujuscunque alterius manifestandum illi, ad quem spectat scire, et emendare, vel cavere periculum relapsus, alienæ seductionis, etc., num. 7.

Non expedit tamen ordinarie complicem moneri per confessarium; quod si aliter fieri non possit, expedit illum a pœnitente manifestari extra confessionem, num. 8.

Si complex absque necessitate manifestet peccatum complicis confessario, illud probabilius est materia sigilli. Vide num. 9.

Complex an, et quando teneatur, et possit fateri, seu revelare complicem; num. 10 ad 12.

Complices criminis a pœnitentibus revelari non debent, num. 13.

Complicum nomina pœnitentibus exquirere, denegando absolutionem confessarius prohibetur, num. 17.

Alia ad rem. Vide verb. Moniales, art. 1, num. 18, et verb. Pœnitentiæ sacramentum, num. 89 et 90.

## COMPOSITIO.

Compositio super legatis relictis Fratribus minoribus an, et quomodo fieri possit cum Rev. Fabrica Sancti Petri de Urbe. Vide verb. Legatum, a num. 97 ad 100.

Digitized by Google

Compositio debitorum cum creditoribus, an, et quando eos liberet ab onere restitutionis. Vide *verb.* Restitutio, *art.* 5, *a num.* 30 *ad* 35, *et a num.* 49 *ad* 59.

Compositio debitorum facta cum papa, vel episcopo, an et quando eos liberet ab onere restitutionis. Vide *a num.* 41 *ad* 43.

Compositio litis beneficialis media pensione uni parti solvenda, an, qua auctoritate, et quibus de causis fieri possit. Vide *verb.* Pensio, *a num.* 14 *ad* 28, et *verb.* Resignatio beneficiorum, *a num.* 47 *ad* 74, ubi varia ad rem.

## COMPROMISSUM.

### COMPROMISSUM QUOAD ARBITROS.

Vide *verb.* Arbiter *per tot.*

### COMPROMISSUM QUOAD ELECTIONEM.

Vide *verb.* Electio, *art.* 1, *a num.* 24 *ad* 31.

## CONCENTRICI CIRCULI.

Concentrici circuli qui sint. Vide *verb.* Mundus, *num.* 104.

## CONCEPTIO BEATÆ MARIÆ VIRGINIS (II. 769).

Quod sit discrimen originale inter et actuale peccatum. Vide *verb.* Conceptio Beatæ Mariæ Virginis, *num.* 1.

Maria a peccato originali eximenda, *num.* 2.

Conceptio activa quæ sit, et quæ passiva; hic de passiva tantum quæstio, *num.* 3, 4.

Triplex piæ hujus sententiæ expositio, *num.* 5 *ad* 7.

Immaculata conceptio probatur Scripturæ sacræ testimoniis; traditione apostolica; a sanctis Patribus, quorum nomina per sæcula referuntur, *num.* 8 *ad* 12.

Theologi et doctores qui a sæculo XIII illam propugnarunt; testimonia conciliorum et provincialium, *num.* 13 *ad* 17.

Testimonia et constitutiones successorum pontificum, *num.* 18 *ad* 23.

Censuræ circa quæstionem conceptionis, et concessiones a Gregorio XVI factæ *num.* 24 *ad* 26.

Statuta academiæ Parisiensis et aliarum, *num.* 27, 28.

Festum, officium et numisma conceptionis Beatæ Mariæ Virginis, *num.* 29 *et* 30.

## CONCILIUM (II. 793).

### DE HIS QUÆ CONCERNUNT CONCILIUM UT SIC, ET CONCILIUM GENERALE.

Concilium unde sit dictum, et quantum ad nostrum propositum sumitur pro cœtu seu conventu sacerdotum maxime episcoporum pro resolvendis rebus fidei, seu aliis gravioribus Ecclesiæ negotiis a legitimo superiore congregatum. Vide *verb.* Concilium, *art.* 1, *num.* 1, 2 *et* 3.

Concilium sic acceptum est triplex, scilicet generale, provinciale, et episcopale, et referuntur, *num.* 4, 5 *et* 6.

Concilium generale absque auctoritate Romani pontificis celebrari non potest, estque sine ipsa conciliabulum, imo idipsum dicendum, licet fuisset cum ea inchoatum, sed postea per Romanum pontificem dissolutum, *num.* 7, 8 *et* 9.

Hinc tanquam conventicula, et conciliabula fuerunt semper reprobata concilia, quæ vel non a summo Romano pontifice, vel non ejus auctoritate ab imperatoribus indicta sunt, ut hocce pluribus actis reprobationibus patet, ad quas referendas festine proceditur, *num.* 10 *ad* 17.

Ubi legitur imperatores, sive etiam reges concilia indixisse, debet intelligi, quod ipsi hoc fecerint vel mandante, vel consulente, vel exhortante ad id Romano pontifice: quod si aliquod reperiatur aliter convocatum, nunquam poterit œcumenicum appellari, donec ipse Romanus pontifex ratam ex suo beneplacito, et assensu habuerit illius convocationem, *num.* 18 *ad* 21.

In casu schismatis, exsistentibus pluribus dubiis pontificibus, possunt cardinales concilium convocare et præcipere, ut pontifices contendentes pontificatu se abdicent.

Quod ni fecerint, possunt eos sententia lata a pontificatu dejicere, et alium pontificem legitimum eligere; et ad hoc refertur quod contigit, *num.* 22 *ad* 26.

Ad concilia generalia vocandi sunt de jure solum episcopi et majores prælati, scilicet patriarchæ, primates et archiepiscopi, cum hi omnes de jure, et officio jus suffragii decisivi habeant; imo eodem pollent etiam episcopi titulares: idcirco et hi jure vocandi, *num.* 27, 28 *et* 29.

Ex privilegio autem, et consuetudine vocandi sunt ad concilia generalia cum suffragio decisivo cardinales, etiam non episcopi, abbates, et ordinum regularium generales, *num.* 30.

Ad concilia generalia solent vocari etiam aliqui insignes theologi, et sacrorum canonum doctores pro voto consultivo, *num.* 31.

Principes etiam ad concilia generalia solent invitari, ut per se, vel per suos oratores intersint, tum ut concilium defendant, et scandala, seu novitates novatorum compescant, tum ut testes et conscii decretorum concilii postea transgressores, et contumaces pœnis corporalibus puniant, *num.* 32.

Ipsi autem principes, sive imperiali, sive regali sive aliqua quacunque dignitate præfulgeant, et quicunque alii laici quacunque scientia, doctrina, et juris utriusque peritia conspicui in conciliis generalibus suffragium decisivum non habent, *num.* 33, 34 *et* 35.

Et de facto auctoritas decidendi dubia ad religionem, et mores spectantia, et functio regendi Ecclesiam, non laicis, sed solis episcopis est demandata, uti etiam varii imperatores cognoverunt, ac fassi sunt, *num.* 36 *ad* 40.

Hoc non spectare ad laicos, sed ad solos episcopos clare deducitur ex conciliis generalibus huc usque celebratis, in quibus decreta facta esse a solis episcopis patet ex solis eorum subscriptionibus, paucis exceptis, in quibus etiam imperator subscripsit; sed aliter, *num.* 41 *et* 42.

Imo quibusdam etiam, paucissimis exceptis, ut Florentino, Lateranensi, et Tridentino, quibus subscripserunt abbates, et generales ordinum regularium, nulli alii unquam, quamvis optimi et doctissimi, sunt admissi in conciliis legitimis ad suffragium decisivum, et consequenter ad definitivam subscriptionem, *num.* 43 *et* 44.

Soli Romano pontifici competit jus auctoritative præsidendi, vel per se, vel per suos legatos in conciliis generalibus; et ita revera in hucusque celebratis, *num.* 45, 46 *et* 47.

Ad faciliorem intelligentiam notandum est, quod alia est præsidentia *auctoritativa*, et alia est præsidentia *honoraria*. Præsidentia auctoritativa quæ sit; competit Romano pontifici per proprietatem, quam suis legatis communicat, ut eisdem conciliis, ipso absente, præsint, semper tamen cum subordinatione, etc., *num.* 48 *et* 49.

Præsidentia honoraria quæ sit. Hæc præsidentia imperatores nonnullis conciliis generalibus in Oriente celebratis præsederunt, cum ad ipsa nunquam interfuerint summi pontifices per se ipsos, aliter vero, si sic interfuissent, *num.* 50 *et* 51.

Soli etiam Romano pontifici competit jus auctoritative confirmandi concilia generalia, et absque illius confirmatione decreta in illis robur non habent; idcirco Patrum conciliorum praxis est eam semper ab ipso petere; ac ad pleniorem ideam

Digitized by Google

triplex confirmationis species admovetur, *num.* 55 *ad* 65.

Emendatur auctor in aliquibus factis ab ipso ex oscitantia prolatis, *num.* 56.

Definitiones universalis concilii etiam legitime congregati editæ absente Romano pontifice, non sunt infallibiles sine ipsius papæ confirmatione, *num.* 66 *ad* 71.

Concilia generalia a Romano pontifice confirmata sunt infallibilis veritatis, et errare non possunt, nec in fide, nec in moribus, *num.* 72 *et* 73.

Concilia generalia ab ecclesia totaliter approbata sunt 18 et enumerantur, *num.* 74 *et* 75.

Concilium generale non est supra papam, sed papa est supra generale concilium, *num.* 76 *ad* 81, *et num.* 88.

A sententia concilii generalis potest appellari ad papam tanquam ad superiorem, sed non e converso, imo appellantes a Romano pontifice ad futurum concilium, eorumque consiliarii, et fautores variis pœnis innodantur, *num.* 82 *et* 83, *et num.* 89 *et seqq.*

Ex nuper habitis id, quod antea præmissum, fuit tanquam consectarium eruitur; ac Romani pontificis super concilium auctoritas expresse a summis pontificibus definita extraditur, *num.* 85 *et* 86.

Appellantes ad concilium futurum generale damnantur et excommunicantur; *ibid.*, *num.* 87.

Canones concilii œcumenici aliorum conciliorum canonibus prævalent, et eo major est auctoritas, quo magis ad synodum accedunt, *num.* 93, 94.

In rebus fidei debet recipi concilium, licet non ubique recipiantur omnia ejus ad disciplinam spectantia, quæ quidem omnia, ante promulgationem, per provincias examinanda, *num.* 95, 96.

In conciliis episcopi sunt judices, et ex eorum suffragiis conclusio formanda, *n.* 77, 98.

Concilia ad fidem stabiliendam et mores informandos congregantur; in factis non revelatis errare possunt, *num.* 99, 100.

Constitutio lata solemniter in concilio generali an obliget, *num.* 101.

Nolentes ejus sanctionibus acquiescere, semper ut hæretici habiti sunt, *num.* 102.

Concilii nationalis auctoritas, denominationes; quid de eo a Patribus Africanis statutum, *num.* 103 *ad* 108.

An Pontificis prærogativa sit convocandi concilia; et quid requiratur ut œcumenica dici possint, *num.* 109 *ad* 112.

Confirmatio conciliorum per Romanum Pontificem, *num.* 113.

Infallibilitas definitionum synodorum, *num.* 114.

CONCILIUM PROVINCIALE QUOAD EJUS CONCERNENTIA.

Concilium provinciale unde dictum, et quid sit. Vide *verb.* Concilium, *art.* 2, *num.* 1 *et* 2.

Indicere, convocare et celebrare provinciale concilium spectat ad metropolitanum, etiam sine auctoritate primatis et patriarchæ, et per seipsum, non autem per vicarium generalem, *num.* 3, 4 *et* 5.

Metropolitano autem legitime impedito, convocatio concilii spectat ad coepiscopum antiquiorem; et sic etiam ad coepiscopum antiquiorem spectat convocatio concilii, sede metropolitana, vacante et non ad capitulum metropolitanæ, seu ad ipsius metropolitanæ vicarium capitularem, *num.* 6 *ad* 9.

Absente, vel impedito, seu mortuo archiepiscopo, convocare concilium provinciale, spectat ad episcopum antiquiorem ex suffraganeis, non autem ad episcopum exemptum, quamvis antiquiorem, *num.* 10.

Ad concilium provinciale vocandi sunt, et admittendi omnes episcopi suffraganei cum voto decisivo, quamvis nondum quis consecratus; et etiam exempti; qui tamen, si sunt in provincia Romana, non tenentur ad electionem metropolitani, *num.* 11 *ad* 14.

Ad concilium provinciale vocanda sunt de necessitate capitula cathedralia, sede episcopali vacante, et possunt mittere suum vicarium capitularem cum speciali mandato dandi vocem decisivam, *num.* 15.

Vocanda sunt etiam, sua sede vacante, capitula collegiatarum quasi episcopalem jurisdictionem habentia; necnon abbates, et alii prælati habentes proprium territorium, et jurisdictionem quasi episcopalem exercentes intra ambitum ipsius provinciæ, *num.* 16 *et* 17.

Procuratores episcoporum, omniumque supradictorum quasi episcopalem jurisdictionem habentium, si principalibus legitime impeditis, sint cum speciali mandato deputati ad concilium, habent votum decisivum, si concilio placuerit, *num.* 18.

Capitula cathedralium, etiam vivente episcopo, vocanda sunt, et admittenda, aut eorum nuntii ad concilia provincialia, præsertim ad ea tractanda, quæ spectant ad ipsa capitula; imo et ad alia ipsa non concernentia, *num.* 19 *et* 20.

Sic etiam capitula collegiatarum jurisdictionem quasi episcopalem habentia, adhuc vivente suo prælato, vocanda sunt ad concilia provincialia. Ast capitula quæcunque, viventibus suis respective prælatis, non sunt conjudices, nec habent votum decisivum, sed solum consultivum, *num.* 21 *et* 22.

In concilio provinciali omnia gerenda sunt de consilio capitulorum provinciæ, et etiam abbates commendatarii habent votum consultivum, *num.* 23 *et* 24.

Ad concilia provincialia vocari, et intervenire debent generaliter, loquendo omnes, qui de jure vel consuetudine intervenire solent; etiam gravati pro assequenda justitia accedere possunt, nec non laici ad idem permittuntur, vel ad defendendum, *num.* 25 *ad* 27.

Omnes, qui de jure, vel consuetudine interesse tenentur conciliis provincialibus, si vocati non compareant cessante legitimo impedimento, puniuntur atque hoc satis exponitur, *num.* 28 *et* 31.

Concilia provincialia secundum antiquos canones debebant celebrari bis in anno per singulas provincias dein in sexto synodo universali indultum fuit semel in anno fieri; hocce etiam non observato, statutum fuit in concilio Lateranensi sub Leone X, ut de cætero singulis trienniis fierent: et idem ex Tridentino, *num.* 32, 33 *et* 34.

Metropolitani possunt quidem intra triennium etiam plures synodum convocare, si expediens judicetur, sed ultra triennium protrahere non debent sub pœnis hic indicatis, *num.* 35 *ad* 39.

Conciliorum et synodorum celebratio episcopis juxta concilii Tridentini dispositionem efficaciter suadetur a Benedicto XIV, *num.* 56.

Locus eligendus pro congregando concilio debet esse commodus, quantum fieri potest, omnibus, qui intervenire debent; idque ad archiepiscopum spectat, *num.* 40 *et* 41.

Concilium provinciale, postquam in loco indicto est congregatum, solet celebrari per spatium trium, vel quatuor dierum, nec potest ultra hebdomadam protrahi, nisi id exigentibus negotiis imminentibus, *num.* 42.

Quando in concilio provinciali metropolitanus est unius sententiæ, suffraganei autem omnes sunt alterius, debet prævalere sententia suffraganeorum; pronuntianda tamen nomine archiepiscopi de consilio, et consensu suffraganeorum, ad quod eo dissentiente, recurrendum est ad summum pontificem *num.* 43 *ad* 46.

Concilium provinciale nequit dissolvi a solo ar-

Digitized by Google

chiepiscopo sine consilio, et assensu, seu voto suffraganeorum, quo præstito tenentur episcopi infra sex menses publicare in suis diœcesibus conciliaria statuta; sed non inconsulto Romano pontifice, *num.* 47 *ad* 51.

Nec idcirco ipsa obligant extra provinciam, bene autem intra, etiam successorem episcopi, et licet obligent ad pœnam, non vero ad culpam, nisi hoc declaraverit concilium, *n.* 52 *ad* 55.

CONCILIUM EPISCOPALE, SEU SYNODUS DIŒCESANA.

Synodus quid denotet. Vid. *verb.* Concilium, *art.* 3, *num.* 1.

Synodus diœcesana quoties, et quando sit ab episcopo vel archiepiscopo celebranda, et quid si habeat duas civitates unitas in sua diœcesi, *num.* 2 *ad* 8.

Synodus cleri Romani convocari potest ab eminentissimo vicario Urbis, *num.* 9.

Vicarius generalis episcopi, vicarius capitularis aliique prælati episcopo inferiores an possint synodum congregare, *num.* 10, 11, 12.

Episcopus an possit synodum congregare per alium et quid si in diœcesi sit constitutus vicarius apostolicus, *num.* 13 *et* 14.

Synodus an fieri possit ab episcopo ante visitationem diœcesis, et pro ejusdem convocatione an teneatur, exquirere consilium capituli, et quid si capitulum quamvis specialiter invitatum nolit intervenire, *num.* 15 *ad* 25.

Laici an sint ab episcopo ad synodum invitandi, *num.* 26.

Qui teneantur ad synodum accedere, et qui compelli possint ab episcopo ad interessendum, *n.* 27 *ad* 41.

Quid de constitutionibus faciendis in synodo diœcesana, et qui teneantur, vel non ad earum observantiam, *num.* 42 *ad* 53.

Canonici ad synodum accedentes, cujus expensis vivere debeant, *num.* 54.

Quid circa præcedentiam sedendi in synodo, *num.* 55 *ad* 58.

Alia ad rem, *num.* 59 *ad* 69, et *verb.* Concursus, *verb.* Examinatores.

Alia vide *num.* 71 *et seqq. ad finem.*

## CONCIONATOR.

Vide *verb.* Prædicator, *per tot.*

## CONCLAVISTA (II, 855).

Electio, qualitates, privilegia et reservationes beneficiorum conclavistarum. Vid. *verb.* Conclavista, *num.* 1 *ad* 5, *et num.* 8.

Conclavistatus probari debet; et quibus concedatur apostolicus protonotarius, *num.* 6 *et* 7.

Dapiferorum privilegia, et eorum beneficia, *num.* 9 *ad* 12.

Conclavistarum et dapiferorum beneficia quoad regulam XXII, cancellariæ, *num.* 13 *et* 14.

## CONCORDATA (II, 861).

Concordata quid sint, quam vim habeant, et unde duxerint originem. Vid. *verb.* Concordata, *num.* 1 *ad* 4.

Varia afferuntur concordata, scilicet : Bavarium, Neapolitanum, Borussicum et Belgicum, *num.* 5 *ad* 9.

## CONCORDATUM GALLICUM (II, 871)

Pragmaticæ sanctionis origo; illius articuli et vices. Vid. *verb.* Concordatum Gallicanum, *num.* 1 *ad* 3.

Abrogata fuit, substitutis in ejus locum concordatis Bononiensibus, quæ referuntur, *num.* 4, 5.

Variæ in illa querelæ, sed inutiles, *num.* 6.

Hæc concordata usque ad annum 1789 viguerunt, *num.* 7.

Concordatum anni 1801; Conventio dicta Fontis Bellaquei, et concordatum cum Ludovico XVIII, *num.* 8 *ad* 10.

CONCORDATA QUOAD BENEFICIA.

Vid. *verb.* Beneficia, *art.* 11 *per totum.*

## CONCUBINATUS.

Concubinarius nequit absolvi, nisi prius ejecta concubina. Vide *verb.* Absolutio, *art.* 2, *num.* 11.

Concubinatus quid sit. Vide *verb.* Luxuria, *n.* 7.

Concubinatus pœna quæ sit. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 74 *ad* 81

## CONCURSUS (II, 877).

Concursus ut legitime et canonice fiat, servanda est dispositio sacrorum canonum et apostolicarum constitutionum, decretorum, et signanter dispositio concilii Tridentini, Pii V, Clementis XI, et novissime Benedicti XIV, ac unaquæque affertur. Vide *verb.* Concursus, *art.* 1 *num.* 1 *ad* 5.

CONCURSUM EDICERE, ET FACERE AD QUEM SPECTET, ET QUINAM DEBEANT, ET POSSINT AD ILLUM ADMITTI.

Concursum edicere spectat ad episcopum, seu ordinarium; si tamen habeat vicarium generalem sibi Roma missum, etiam iste assistere debet, imo si sit apostolicus, ad hunc præcise pertinet, ut etiam synodus, etc. Vide *verb.* Concursus, *art.* 2, *num.* 1 *ad* 4.

Edicta pro concursu habendo ad parochiales vacantes, quarum collatio pertinet ad inferiores prælatos, qui non habent territorium distinctum, nec jus congregandi synodum, debent publicari ab episcopo, in cujus diœcesi parochia exsistit : vel ab alio, qui est vicinior, si sit nullius, et coram eo concursus fieri, et ad ipsum episcopus ex dignis digniorem eligere, et inferiori prælato pro collatione : seu institutione remittere spectat; e contra vero, si secus, *num.* 5 *ad* 9, et *verb.* Abbas, *num.* 27 *et* 28.

Episcopus manutendus est in sua quasi possessione instituendi concursum, donec prælatus inferior coram judice competente legitime probaverit jus cogendi synodum habere, illamque alias coegisse, in eaque examinatores ad præscriptam concilii formam deputasse, *num.* 10 *et* 11.

Concursus, qui in vacationibus parochialium fieri solet coram episcopo viciniori, si occasione pestis civitas illius sit bannita, et aditus præclusus ad eumdem ordinarium viciniorem, potest prorogari, *num.* 12.

Concursum edicta ordinarii proponere debent in beneficiis curatis reservatis sedi apostolicæ vacantibus per obitum, et instituens concursum ad formam concilii non potest ut suspectus recusari, *num.* 13 *et* 14.

Vicarius generalis episcopi potest, episcopo impedito, proponere edictum pro concursu, et coram se examen indicere, et alia ad propositum respectu vicarii generalis promuntur, *n.* 15 *ad* 18.

Capitulum nullam habet auctoritatem in his examinibus, sed debet constituere officialem, seu vicarium infra octo dies post mortem episcopi, qui exsequatur, quæ obeunda essent ab episcopo, et debet indicere concursum, uti faceret episcopus, etc., *num.* 19 *ad* 22.

Novus semper concursus, et novum examen, novaque approbatio requiritur singulis vicibus pro quacunque parochiali vacante, nec sufficit unus solus concursus pro pluribus parochialibus, *num.* 23.

Examinatores ex pluribus examinatis, non unum solum, sed plures, quod judicaverint idoneos, significabunt vicario, et ex istis solus vicarius eligat,

Digitized by Google

quem cæteris magis idoneum judicaverit, et etiam solus scribet litteras ad sanctissimum dominum nostrum ad quem collatio spectabit, *num.* 24 *ad* 27.

Capitulum, aut decanus cathedralis non potest indicere concursum, nec alia ad id necessaria obire, sed omnia spectant ad vicarium capitularem, *num.* 28 *ad* 32.

Nec ipse vicarius capitularis potest constituere vicarium in parochia eum, quem magis idoneum in concursu judicaverit, sed debet omnino a principio vacationis, et antequam fiat concursus, constituere in ea alium vicarium, qui curam animarum interea gerat, donec parochialis fuerit a sede apostolica magis idoneo collata, *num.* 32.

Ad concursum parochialium, non tantum diœcesani, sed etiam exteri debent admitti (nisi adsit aliquod privilegium, quod beneficia non conferantur exteris) etiamsi aliud habeant concurrentes beneficium curatum, *num.* 33 *et* 34.

Nec episcopus prohibere potest curatis, ne accedant ad concursum aliarum parochialium; originarius tamen, et de gremio ecclesiæ est semper cæteris paribus præferendus extraneo, imo juxta multos etiamsi hic dignior sit, *num.* 35, 36 *et* 37.

An exclusio a concursu operetur nullitatem ipsius concursus independenter a reclamatione exclusi. Vid. *num.* 63 *et seqq.*

Regulares omnes, quamvis sint canonici, sive Præmonstratenses, sive Lateranenses, sive quicunque alii canonici regulares, non sunt admittendi ad concursus parochialium sine dispensatione apostolica, *num.* 38 *ad* 50.

Canonici regulares omnes multo magis absque dispensatione speciali apostolica sunt incapaces ad obtinenda beneficia sæcularia non curata, *num.* 51 *ad* 56.

Possunt tamen regulares assumi in parochos sine dispensatione apostolica in parochiis eorumdem monasteriorum, vel membris omnimode illis subjectis, *num.* 57 *et* 58.

Nec possunt cogi ipsi superiores regulares deputare sacerdotem sæcularem in simili parochia subjective unita ipsorum monasterio; religiosi tamen ad curam deputati non possunt reclamare si a superioribus regularibus removeantur, et quid circa congruam, *num.* 59, 60 *et* 61.

CONCURSUS QUANDO, UBI, ET QUOMODO FACIENDUS.

Eveniente alicujus parochialis ecclesiæ vacatione debet episcopus statim illius vacationis habita notitia, si opus fuerit, idoneum in ea vicarium cum congrua portionis assignatione constituere; et exponuntur particulæ *statim, et si opus fuerit.* Vide *verb.* Concursus, *art.* 3, *num.* 1, 2 *et* 3.

Episcopus potest differre concursum usque ad sex menses, si parochialis in suo mense vacaverit, et usque ad quatuor, si vacaverit in mense sedi apostolicæ reservato, et currere incipiunt non a die vacationis parochiæ, sed a die scientiæ vacationis, *num.* 4, 5 *et* 6.

Tempus sex, vel quatuor respective mensium concessum episcopis ad conferendas medio concursu parochiales vacantes currit ipsis episcopis etiamsi quando accedunt ad concilium provinciale, *num.* 7.

Pendente termino sex, vel quatuor respective mensium debet episcopus proponere edictum concursus intra decem dies, vel aliud tempus a se præeligendum, et fieri potest temporis in edicto præscripti prorogatio usque ad viginti dies, sub pœna tamen nullitatis concursus publicanda, *num.* 8 *ad* 11.

Sed vide, *num.* 61 *et* 62.

Concursus habitus infra terminum decem dierum non est nullus, si nemo post examen comparuit, qui se læsum prætendat, et idem, si aliqui examinati fuerint infra decem dies, alii vero post, *num.* 12 *et* 13.

Tempus, quo debet esse affixum edictum, est arbitrarium episcopo, modo non excedat viginti dies, et dies certa examinis, concurrentium, et propositi edicti debet apponi in litteris citatoriis concursus, *num.* 14 *et* 15.

Si episcopus in edicto pro convocatione nullam habuit mentionem de die, quo concursus convocandus esset, debet omnibus, qui in albo concurrentium se descripserunt, notificare diem hunc, et quidem non per novum edictum, seu per citationem personalem, *num.* 63.

Non debet amplius audiri, qui nullo detentus legitimo impedimento non comparuit tempore concursui præscripto, e contra vero si id fuit ex legitimo impedimento, et de re adhuc integra, *num.* 16 *et* 17.

Ante lapsum terminum edicti nullus est concursus, si post ipsum compareat aliquis, qui se læsum propterea prætendat, et idcirco per episcopum quid attendendum subditur, *num.* 18 *et* 19.

Uno tamen comparante ex pluribus descriptis fieri potest, concursus, nec est opus, ut proponatur secundum edictum, ut etiam si unus tantum se describi facit, *num.* 20 *et* 21.

Quando nullus ad concursum comparuit, aut certe nullus ex comparentibus vult subire examen episcopus assignare debet aliud tempus, sive edictum, et si adhuc nemo comparet, vel alias nemo, idoneus reperitur, tunc conferre potest sine concursu, *num.* 22.

Edictum concursus debet proponi ab ordinario loci, ubi exsistit beneficium curatum vacans, et ibidem examen peragendum; etiamsi beneficium ab ordinario alterius diœcesis sit conferendum, *num.* 23.

Episcopus civitatum unitarum potest concursum facere in civitate, in qua reperitur, modo cum interventu examinatorum diœcesis, in qua sita est parochialis, *num.* 24.

Concursus parochialium vacantium in abbatiis, commendis, aliisque locis subjectis prælatis non habentibus jus congregandi synodum, debet fieri in civitate residentiali viciuoris episcopi, et elucidatur, *num.* 25 *ad* 28.

Examen concurrentium debet fieri ab episcopo, vel ipso impedito ab ejus vicario, et aliis examinatoribus, synodalibus, non paucioribus, quam tribus, *num.* 29 *et* 30.

Examinatores ad minus sex debent eligi quotannis in synodo diœcesana, et ad summum viginti eligi possunt, perdurantque usque ad novam synodum, *num.* 31, 32 *et* 33.

Si examinatores ante celebrationem alterius synodi moriantur, vel in longinqua recedant, sive tot, ut non remaneant sex, quid peragendum, *num.* 34 *et* 35.

Examinatores synodales eligi debent, qui sint magistri, seu doctores, aut licentiati in theologia, vel jure canonico si exstent, alioquin alii clerici sunt eligendi, qui ad id videbuntur magis idonei, *num.* 36 *ad* 38.

Tales electi examinatores debent ad sancta Dei Evangelia jurare se fideliter munus suum executuros, et hoc de necesse: sufficit tamen semel præstitum sive in synodo, sive extra, *num.* 39 *ad* 41.

Concursus est nullus, in quo cum examinatoribus, synodalibus, alius intervenit, qui non erat de synodalibus, isque examinavit, secus autem post examen si interroget tantum honoris causa, nec det votum, nec se subscribat, *num.* 42 *et* 44.

Concursus est nullus, ubi fuerunt adhibiti examinatores deputati in synodis præcedentibus, et non confirmati in synodo posteriori, ut etiam examen factum sine synodalibus examinatoribus in collatione

jurispatronatus, si plures præsentantur, *num.* 45 *et* 46.

Episcopus non habet votum decisivum in concursu, sed tantum accedit, ubi vota sunt paria aut singularia, *num.* 47.

Approbatus autem nemo censetur, si ex tribus examinatoribus quilibet eorum unum approbaverit, licet episcopus uni accedat, et alia ad idem proportionaliter edicuntur, *num.* 48, 49 *et* 50.

Non spectat ad examinatores, sed ad episcopum solum judicare, et eligere quis ex concurrentibus ad parochiam vacantem sit magis idoneus, *num.* 51.

Rejectus in concursu parochialis potest provocare ad novum examen coram judice appellationis etiam antequam doceat de irrationabili judicio episcopi, et hoc fuse comprobatur, *num.* 52 *ad* 55.

Dato quod examen omnium concurrentium una die fieri non possit, poterit in alia continuari. Si vero aliqua suspicio sit, quod examinandi secunda die veniant in cognitionem interrogationum examinis præcedentis, nova tunc poterunt fieri interrogatoria. Nunc tamen servanda est novissima dispositio Clementis XI et Benedicti XIV, *n.* 56.

Canonicatus pœnitentiariæ, et canonicatus theologalis debet nunc conferri per concursum, *num* 57. At quoad parochiales, et beneficia, quæ debent conferri per concursum, vel non. Vide *verb.* Beneficia, *art.* 3, *a num.* 31 *ad* 56.

Consuetudo est, ut clericus ille velut aptior approbetur, qui ex majori examinantium parte magis reputatur idoneus; qui mos inolevit, *num.* 64, 65.

Electio concurrentis, cui deest major examinatorum numerus, in arbitrio episcopi posita est, illi doctrinæ favet jus civile et canonicum, *num.* 66 *ad* 69.

Ab episcopo potest unius tantum opinio eligi, et probari in quocunque eventu, relicta multorum opinione contraria, *num.* 70.

## CONCUSSIO.

Concussionis pœna quæ sit, et quid sit concussio. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *a num.* 81 *ad* 85.

## CONDITIO.

Conditio prout est impedimentum matrimonii. Vide *verb.* Matrimonium quoad Impedimenta, *art.* 1, *a n.* 16 *ad* 22.

Conditiones sibi bene visas potest adjicere fundator beneficii in limine fundationis, etiamsi sint juri communi contrariæ. Vide *verb.* Beneficia, *art.* 2, *n.* 12 *et* 13.

## CONDUCTIO, CONDUCTOR

Vide *verb.* Locatio, *per tot.*

## CONFESSARIUS (II, 913)

CONFESSARIUS QUOD EA, QUÆ REQUIRUNTUR IN IPSO AD VALIDE ET LICITE EJUS OFFICIUM EXERCENDUM.

In confessario, ut valide ejus officium exerceat requiritur intentio, potestas ordinis, ac intentio conditione sine qua non debet esse actualis, vel virtualis. Vide *verb.* Confessarius, *art.* 1, *num.* 1 *ad* 10.

Defectu jurisdictionis simplex sacerdos non approbatus neque valide potest absolvere a peccatis venialibus, aut mortalibus alias confessis; bene vero in articulo aut periculo mortis, etiam a quibusvis casibus, et censuris quoque reservatis, non præsente tamen sacerdote approbato, *n.* 11 *ad* 17. Vide etiam *verb.* Jurisdictio, *num.* 27, 28, 34 *et* 55.

Reprehenditur *num.* 16. *Auctor, in nota.*

Confessarius sacramentum pœnitentiæ sine debita intentione administrans peccat gravissime, et sacrilege, etiamsi sacramentum simularet ex gravi metu, vel alia gravi causa, *num.* 18 *ad* 21.

Potest tamen confessarius, qui reperit pœnitentem absolutione indignum, obmurmurando recitare *Pater noster*, etc., ne prodat apud astantes pœnitentis indignitatem, *num.* 22.

Nemo sine potestate ordinis, etiamsi esset in sacris constitutus, potest in ullo casu confessiones excipere; idque audens qualiter puniatur, *num.* 23 *et* 24.

Nullus sacerdos, sive sæcularis, sive regularis potest confessiones excipere sine potestate jurisdictionis, sive sine approbatione; aliter absolutio esset nulla, et gravissime peccaret, et rigide posset puniri, *num.* 25 *ad* 27.

Potestas jurisdictionis est duplex, ordinaria scilicet, et delegata; quid sit utraque et qualiter differant potestas ordinis et jurisdictionis, *num.* 28 *ad* 32.

Error communis qualis, et in quo sensu dare possit jurisdictionem, *num.* 33 *ad* 42

Emendatur auctor, et ostenditur errorem communem titulo destitutum non sufficere ad validam absolutionem impartiendam, *n.* 42 *in not.*

In confessario ultra tria requisita ad valide absolvendum uti supra *a num.* 1, requiruntur alia tria ad rite, et licite, ac digne absolvendum, scilicet *Probitas*, *Scientia*, et *Prudentia*, *num.* 43.

In confessario ita requiritur probitas, ut si exsistens in peccato mortali scienter administret sacramentum pœnitentiæ peccet mortaliter, ac toties, quamvis, continuate audiat, quoties successive absolvat, probabile tamen etiam est tantum semel peccare, *num.* 44 *ad* 47. *Monetur* lector circa doctrinam traditam, *in not. ad n.* 47.

Ut confessarius licite, et digne audiat confessiones, debet habere saltem scientiam mediocrem, non tenetur tamen ad eminentem, et explicatur scientia mediocris, ac eminens, *n.* 48 *ad* 50.

Scientiam mediocrem tenentur omnes confessarii habere secundum magis, et minus attenta diversitate personarum, et locorum, et ignorans per eam principaliter sciendam, peccat mortaliter se exponendo ministerio confessionis, *num.* 51 *et* 52.

Imo confessarius ignarus ex ignorantia absolvens, quem absolvere non poterat ob reservationem peccati, vel indispositionem pœnitentis, dupliciter peccat mortaliter, et nisi congruam diligentiam sincere proponat, ipsemet confitens absolvi non poterit, *num.* 53 *et* 54.

Monitio ad tales confessarios et ad pœnitentes, qui scienter ad tales confessarios accedunt, *a num.* 55 *ad* 58.

Confirmatur auctoris sententia de scientia in confessariis requisita auctoritate Benedicti XIV, *in not. ad n.* 58.

Prudentia confessarii principaliter consistit, ut pro diversis diversus sit medicus, diversus doctor, diversus judex, et maxima requiritur in exsequendis brevibus sacræ Pœnitentiariæ præsertim in certiorandis conjugibus de nullitate consensus ob impedimentum dirimens, quando alter eorum inscius contraxit, et dantur ad id modi plures, *n.* 59 *ad* 79.

Reprehenditur *auctor. n.* 71 *in nota.*

Prudentia confessarii potissimum requiritur, cum in confessione a pœnitente sponso; vel sponsa ei aperitur aliquod impedimentum dirimens, et jam parata sunt omnia ad nuptias, nec potest ab illis abstinere ad evitandam suspicionem alicujus criminis, vel infamiæ inter sponsos, *num.* 80 *ad* 83.

Prudentia confessarii requiritur pro discernendo, quando debeat, vel non monere pœnitentem ignorantia alicujus gravis mali laborantem, *n.* 84 *ad* 85.

Confutatur *auctor. n.* 86. Vid. *in nota.*

Alia quantum ad absolutionem, *num.* 87 *et seqq.*

Quo jure sacerdos potestatem absolvendi obtineat late disseritur, *num.* 99 *et seqq.*

Digitized by Google

Casus in quibus probabiliter complex sacerdos in mortis articulo valide absolvere potest, *num.* 109.

Error communis sine titulo colorato jurisdictionem certam non confert, *num.* 110.

Si pœnitens sit in bona fide, et desperatur de restitutione, non admonendus, *num.* 111.

Pœnitentes quando et quomodo interrogandi a confessore, *num.* 112.

Quid sentiendum de confessionibus diaconis, abbatissis et etiam laicis, olim factis, *num.* 113.

Origo potestatis in sacramento pœnitentiæ, *num.* 114.

CONFESSARIUS QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT EJUS APPROBATIONEM.

Vide *verb.* Approbatio, *per tot.*

CONFESSARIUS QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT EJUS FACULTATEM QUOAD ABSOLUTIONEM.

Vide *verb.* Absolutio *ubi late per totum*, et *verb.* Complex peccati *a num.* 1 *ad* 4.

DE FACULTATE REGULARIUM ABSOLVENDI SÆCULARES A CENSURIS ET CASIBUS APOSTOLICÆ SEDI RESERVATIS.

Opinio Natalis Alexandri de hac facultate, nullius momenti esse evincitur. Vid. *verb.* Confessarius, *art.* 2, *num.* 1 *ad* 12.

A quibus casibus sedi apostolicæ reservatis religiosi, qui sunt extra Italiam, vel in Urbe, et a quibus qui sunt intra Italiam extra Urbem, pœnitentes sæculares absolvere possint, *num.* 13.

Quid de casibus a Romanis pontificibus post decreta publicata sub Clemente VIII reservatis, *num.* 14.

CONFESSARIUS QUOAD VARIA ALIA.

Confessarius tenetur absolvere pœnitentem alias dispositum juxta sententiam vere probabilem ipsius pœnitentis etiam contra propriam opinionem. Vide *verb.* Confessarius, *art.* 3, *num.* 1.

Confutatur *auctor. num.* 1. Vid. *in præmonitione censoris theologi, num.* 59.

Confessarius nec debet, nec potest absolvere peccatores recidivos et consuetudinarios, qui crebro peccant contra legem Dei, naturæ et Ecclesiæ, si nulla in ipsis appareat spes emendationis, nec eum, qui est in proxima occasione peccandi, quam potest, et non vult dimittere, etc. *num.* 2 *et* 3.

Nec potest absolvere pœnitentes, quos cognoscit culpabiliter ignorare mysteria fidei et præcipue illud sanctissimæ Trinitatis, et Incarnationis Christi Domini; nec in magno pœnitentium concursu ipsos solummodo dimidiate audire et absolvere, *n.* 4 *et* 5.

Religiosi semel simpliciter approbati, possunt in diœcesi episcopi approbantis quovis anni tempore, etiam Paschali, et quorumcunque etiam infirmorum confessiones audire absque ulla parochorum, vel ipsius episcopi licentia; parochum tamen saltem per scripturam apud infirmum relinquendam certiorem reddendo. *num.* 6.

Valde convenit ut confessarii extra casum infirmitatis, aut alterius honestæ causæ, nonnisi in ecclesia audiant confessiones, *num.* 7 *et* 8.

Confessarii sine necessitate audire non debent mulierum confessiones post crepusculum vespertinum, et ante auroram; nec earum, et puerorum extra sedem confessionalem, vel e conspectu, et non interposita crate sub pœna suspensionis ab audiendis confessionibus, *num.* 9 *et* 10.

Confessarii possunt juberi ab episcopo, ut denegent absolutionem parentibus notabiliter contumacibus quoad filiorum educationem in rebus ad animarum salutem spectantibus, *num.* 11.

Confessarius potest absolvere et dispensare pœnitentem, quamvis ante exsecutionem dispensationis obtentæ, iterum copulam illicitam habuerit eum eadem sorore feminæ, quam ducere intendit. Vide *verb.* Instructio parochorum, *num.* 33.

Secus autem esset dicendum, si post obtentam ipsam dispensationem nondum exsecutam dictus pœnitens iterum copulam haberet, non cum eadem, sed cum alia persona intra secundum conjuncta feminæ, quam ducere intendit, *num.* 34.

Alia quoad confessarium sollicitantem et complicem in peccato contra castitatem, *num.* 12 *ad* 21.

Confessariis interdicitur exquirere a pœnitentibus nomina complicum, sive sociorum in crimine, *num.* 22 *et seqq.*

Confessarius ordinarius monialium unicus pro tota communitate deputari debet, *num.* 29.

Quomodo, quoties, et a quibus pro monasteriis deputari debeant confessarii extraordinarii, *num.* 30 *et seqq.*

Quomodo se gerere debeat is, qui olim deputatus fuit confessarius extraordinarius pro monasterio Monialium, *num.* 46 *et seqq.*

CONFESSARIUS MONIALIUM TAM ORDINARIUS QUAM EXTRAORDINARIUS.

Monialium confessarii pro monasteriis exemptis vel non exemptis a quo eligi debeant; et in quibus casibus possit episcopus confessarios regulares amovere a monasteriis exemptis, et alios deputare. Vide *verb.* Confessarius, *art.* 4, *n.* 1 *ad* 8.

Reprehenditur *auct. n.* 1, *n.* 86.

Confessarii regulares pro monasteriis sibi subjectis quomodo, et quando indigeant ordinarii approbatione, *n.* 9 *ad* 14.

Confessarii pro monialibus non approbati nequeunt tempore jubilæi earum confessiones audire, neque approbati pro uno monasterio possunt tempore jubilæi audire confessiones monialium alterius monasterii, *n.* 15 *et* 16.

Confessarius præsentatus ad audiendas monialium confessiones, ad quod tempus approbari debeat, *n.* 17.

Moniales non possunt cuilibet sacerdoti abordinario non approbato de venialibus valide confiteri, *n.* 18.

Confessarii monialium quanto tempore durare possint, *n.* 19 *ad* 23.

Confessarii monialium qui esse possint, vel non, *n.* 24 *ad* 31.

Confessarius extraordinarius quoties in anno concedi, vel offerri debeat monialibus, *n.* 32 *et* 33.

Moniales an possint confessarium recusare, *n.* 34 *et* 35.

Moniales nolentes extraordinario confiteri an teneantur omnes coram ipso saltem comparere, *n.* 36, 37.

Confessarius extraordinarius an, et quando concedi possit moniali particulari, *n.* 38 *ad* 41.

Confessarius extraordinarius quo tempore deputari possit. Et an eo tempore possit ordinarius ad monasterium accedere, *n.* 42 *ad* 45

Circa extraordinarium ad quid teneantur prælati regulares in regnis Hispaniarum, *n.* 46 *et* 47.

Confessarii et capellani monialium possunt celebrare missas sanctorum, de quibus ipsæ recitant officium, *n.* 48.

Confessarii monialium, eorumque socii cujus ætatis esse debeant, *n.* 49 *et* 50.

Confessarius an possit ingredi clausuram ad funeris officium peragendum, *n.* 51, 52 *et* 53.

Confessarius clausuram ingressus ad sacramenta administranda an possit per monasterium divagari, *num.* 54.

Quid quando confessarius monialis infirmæ con-

Digitized by Google

fessionem audit, vel ipsa laborat in extremis, *n.* 55 *et* 56.

Confessarius etiam noctis tempore, in casu necessitatis, potest ingredi clausuram, *num.* 57.

Confessarius non potest ingredi clausuram ad audiendam confessionem illius infirmæ, quæ potest accedere ad sedem confessionalem; neque potest ingredi sub prætexto comitandi operarios, medicos, etc. neque ad conspergendum cellas monialium aqua benedicta; neque ad exorcizandam monialem energumenam; neque ad missam celebrandam, *n.* 58 *ad* 62.

An confessarius ingredi possit clausuram ad sumendam particulam consecratam casu in ecclesiam interiorem elapsam, *n.* 63.

Confessarius quamvis regularis non indiget speciali licentia ad ingrediendam clausuram pro sui officii necessitatibus; an autem ingredi debeat cum socio, necne, *num.* 64 *et* 65.

Confessarius regularis monialium, ejusque socius an possint moniales alloqui, *num.* 66.

Confessarii extraordinarii dum occupantur in audiendi monialium confessionibus excusantur ab oneribus suæ religionis, *n.* 67.

Quid de confessarii habitatione: sedis confessionalis collatione, ejusdem confessarii mercede, ac victu, *n.* 68 *ad* 73.

Confessarii an possint moniales absolvere in foro conscientiæ a censuris occultis, et pœnis papæ reservatis, *n.* 74.

In casu extremæ necessitatis, deficiente proprio confessario, an possit quilibet sacerdos ingredi clausuram ad absolutionem elargiendam, *n.* 75.

Quid si confessarius sollicitet monialem, et monialis sollicitata recuset eum denuntiare, *n.* 76 *ad* 79.

Alia de hac re. Vide *verb.* Sollicitatio.

Adducitur ad rem novissimæ resolutiones Sacræ Congregationis Concilii, *n.* 81. Et *verb.* Complex peccati, ubi ad id assignatur novissima dispositio Benedicti XIV.

An confessarius ordinarius monialium ab episcopo destinatus, et triennio elapso ex indulto Sacræ Congregationis episcoporum et regularium ad alterum triennium immediate sequens confirmatus, hoc pariter elapso possit ab ipso episcopo auctoritate ordinaria destinari ad tertium triennium, *n.* 87 *et seqq.*

Ad episcopum pertinet cognoscere et approbare, an confessarius regularis debeat pernoctare prope ipsa monasteria ex causa distantiæ conventuum, etsi agatur de monasteriis exemptis, et regularibus subjectis, *num.* 91.

Vide alia de confessario præsertim extraordinario, *num.* 92.

## CONFESSARIUS REGULARIUM.

Vide *verb.* Approbatio, *art.* 2.

### CONFESSARIUS QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT SOLLICITATIONEM.

Ad rem adducitur in primis Constitutio Gregorii XV. Vide *verb.* Confessarius, *art.* 5, *n.* 1 *et* 2.

Sollicitatio quid sit, et per personas sollicitantes qui intelligantur, vel non, *n.* 3 *ad* 7.

Feminæ sollicitantes confessarium an sint denuntiandæ, et qui intelligantur per personas sollicitatas, *num.* 8, 9 *et* 10.

Sollicitatio fieri potest pluribus modis, qui assignantur, et explicantur, *n.* 11 *ad* 15.

Sollicitatio fieri etiam potest in pluribus et diversis temporibus, et assignatur quando denuntiandus sit confessarius in dictis temporibus sollicitans, *num.* 16 *ad* 25.

Sollicitatio fieri quoque potest in diversis locis, qui assignantur, et quando confessarius in dictis locis sollicitans sit denuntiandus, vel non, *num.* 26 *ad* 30.

Sollicitantes in administrandis aliis sacramentis, excepta confessione, non sunt denuntiandi, *n.* 31.

Confessarius consentiens mulieri sollicitanti an sit denuntiandus, necne, *num.* 32 *et* 33.

Vide *in nota.*

Confessarium sollicitantem quando et quis teneatur denuntiare, vel non, *num.* 34 *ad* 40.

Denuntiato confessarii sollicitantis quibus facienda sit, *num.* 41.

Episcopi, inquisitores, generales ordinum regularium sollicitantes quibus denuntiandi, *n.* 42 *ad* 45.

Obligati ad denuntiandum, et non denuntiantes in quam censuram incurrent, *num.* 46, 47 *et* 48.

Vide *in nota.*

Qualis sit terminus pro denuntiatione facienda, *num.* 49 *et* 50.

Pœnitens sollicitatus in excommunicationem incursus ob non factam denuntiationem a quo confessario absolvi posset, *num.* 51, 52 *et* 53.

Confessarius sollicitans a quo absolvi possit, *num.* 54.

Confessarii an, et quando absolvere possint pœnitentes sollicitatos ante factam denuntiationem confessarii sollicitantis; et quid si aliquis pœnitens induci nequeat ad personaliter denuntiandum, *n.* 55 *ad* 58.

Pœnitens sollicitatus tenetur ad denuntiandum, quamvis ad id non moneatur a confessario, et quid contra tales confessarios ad id non monentes, *n.* 59, 60 *et* 61.

Confessarii sollicitantes qua pœna puniendi, et quis contra ipsos procedere possit, et quales testes admitti possint ad probandum, *n.* 62 *ad* 65.

Circa sollicitationem attendenda est novissima constitutio Benedicti XIV, *n.* 66.

Vide etiam, *n.* 67.

## CONFESSIO (II, 1017).

Confessiones sacramentales factæ sacerdoti non approbato nullæ sunt, licet de peccatis jam confessis; quæ regula comprehendit eos etiam qui privilegium bullæ *Cruciatæ* obtinuerunt. Vide *verb.* Confessio, *num.* 1 *ad* 3.

Illorum pœnæ qui confessionem audiunt, ad presbyteratum non promoti, *num* 4.

Quid de confessionibus Cappucinorum, *num.* 5

Confessiones simultaneæ virorum et uxorum improbantur apud Græcos, *num.* 6.

Quales circumstantiæ aperiendæ in confessione, *num.* 7, 8.

Per confessionem omni sacerdoti approbatio satisfit canoni *Omnis utriusque sexus*, *num.* 9.

Confessionis annuæ præceptum obligat, etiam non commissa gravi culpa, *num.* 10.

Parochus si prudenter credere non possit parochiano asserenti confessionem peregisse, communionem etiam paschalem illi concedere non debet, *num.* 11.

Episcopi possunt limitatam facultatem audiendi confessiones dare regularibus, *num.* 12.

Quæ scientia in necessitate sufficiat pro approbatione, *num.* 13.

Quid de confessione laico facta, *num.* 14.

Pœnitens interrogatus a confessario de peccato non confesso potestne jurare non commisisse, *num.* 51.

Sacerdos conferens sacramenta non tenetur præmittere confessionem, sed sufficit contritio; hac de re præceptum Tridentini concilii exponitur, *num.* 16, 17.

Quoad alia. Vid. *verb.* Pœnitentiæ sacramentum.

## CONFIRMATIO (II, 1017).

### QUOAD EJUS ESSE, INSTITUTIONEM, MATERIAM, ET FORMAM.

Quid sit confirmatio, quæ est unum ex septem

Digitized by Google

novæ legis sacramentis a baptismo distinctum a Christo in nocte Cœnæ institutum. Vide *verb.* Confirmatio, *art.* 1, *num.* 1 *ad* 4.

Materia remota sacramenti confirmationis est chrisma confectum ex oleo olivarum, et balsamo simul consecrato ab episcopo. Vide *num* 5.

Mistura balsami nunquam omittenda est de necessitate præcepti; at de necessitate sacramenti aliqui negant; sed affirmativa tutior tenenda, *n.* 6 *ad* 10.

Materia proxima confirmationis est unctio cum chrismate facta in modum crucis in fronte confirmandi, *a num.* 11 *ad* 17.

Forma consueta sacramenti confirmationis in Ecclesia Latina est ista: *Signo te signo crucis, et confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, num.* 18.

Præfata verba, vel æquivalentia necessitate præcepti, et sacramenti sunt necessaria, *n.* 19 *ad* 25.

CONFIRMATIO QUOAD EJUS MINISTRUM ET SUBJECTUM.

Minister ordinarius sacramenti confirmationis est solus episcopus, qui etsi excommunicatus, etc., valide confert, et etiamsi non esset ipse confirmatus. Vide *verb.* Confirmatio, *art.* 2, *num.* 1, 2 *et* 3.

Minister extraordinarius confirmationis potest esse simplex sacerdos ex speciali commissione, et delegatione summi pontificis, ut jam præstitum; non solet tamen nisi ex urgentissimis causis, *n.* 4, 5 *et* 6, *et num.* 42 *et* 43.

Confirmationis sacramentum a presbyteris Italo-Græcis conferri nequit, *num.* 44 *et seqq.*

Confirmationis sacramentum conferri potest a P. custode, et guardiano Sancti Sepulcri absentibus episcopis Latini ritus, cum oleo, et chrismate etiam antiquis, si nova haberi non possint a catholico antistite benedictis, *n.* 56 *et seqq.*

Conferri potest confirmationis sacramentum ab abbatibus cryptæ Ferratæ episcopali charactere præditis, semel singulis annis in illius monasteriis ecclesia per se ipsos, *num.* 58.

Episcopus non potest in alterius diœcesi confirmare suos subditos, vel pontificales actus exercere absque licentia episcopi diœcesani sub pœna suspensionis ab exercitio pontificalium, nec in nullius, imo nec archiepisc. in diœcesi suffraganei, *num.* 7, 8 *et* 9.

Quinimo nec in propria diœcesi potest episcopus licite ministrare confirmationis sacramentum personis alterius diœcesis absque consensu episcopi confirmandorum, juxta quosdam sub pœna suspensionis: at per alios verius ab ea excusatur, et culpa, *num.* 10, 11 *et* 12.

Episcopi vero attentiores talem usum confirmandi non subditos sine facultate suorum ordinariorum non admittunt; quod si se inde expresse declarent non intendere eos confirmare, invaliditate afficerentur, *num.* 13 *et* 14.

Ad viciniorem episcopum spectat conferre chrisma, consecrare aras, vel altaria portatilia, sede vacante, et vicarius capitularis procurare debet, ut illi subministretur victus conveniens, et equorum expensæ; ac expenditur vicinior, idemque firmatur quoad loca exempta, et abbatias nullius, *num.* 15, 16 *et* 17.

Episcopus in parochialibus monachorum exemptorum potest administrare sacramentum confirmationis, invitis ipsis regularibus, et contra eos hujusmodi administrationem impedientes, censuris procedere, *num.* 18.

Abbas si tentet conferre sacramentum confirmationis, nihil agit, non obstantibus privilegiis obtentis ante concilium Tridentium potest tamen, qui vere est nullius territorio separato, diœcesique distincto, vocare quemcunque catholicum antistitem, *num.* 19 *et* 20.

Non potest episcopus, nec archiepiscopus, nec patriarcha in locis alienæ diœcesis, ubi aliquas habet ecclesias sibi immediate subjectas, licentiam concedere extraneo episcopo administrandi sacramentum confirmationis et ordinis, nec pontificalia munia exercendi absque licentia illius episcopi, in cujus diœcesi locus est constitutus, *num.* 21.

Si episcopus sit commendatarius abbatiæ nullius, non potest ibi illis subditis ordines conferre, vel synodum, aut concursum facere, sed bene confirmationis sacramentum administrare, altaria et capellas consecrare, aliaque pontificalia exercere, *num.* 22.

Episcopus alienus sacramentum confirmationis administrans debet ab episcopo diœcesano provideri, *num.* 23.

Quando ordinarius vadit per diœcesim extra visitationis occasionem, licet ad consecrandam, vel reconciliandam ecclesiam, vel sacramentum confirmationis administrandum, neminem cogere potest ad subministrandas expensas, neque pro equis, neque pro victualibus, *num.* 24 *ad* 30.

Subjectum capax confirmationis valide recipiendæ, est omnis homo baptizatus, et nondum confirmatus: permittens tamen bis confirmari, et bis confirmans non fiunt irregulares, *num.* 31 *ad* 34.

Confirmationis sacramentum in Ecclesia Occidentali conferri nequit ante usum rationis; quibus tamen ex causis conferri possit, *n.* 48. *ad* 53.

Infantes, quamvis valide possint confirmari ante usum rationis, non tamen licite, sed amentes, et furiosi, licet perpetuo tales, etiam licite, *n.* 35 et 36.

Multi possunt licite confirmari, etiamsi fuerint a nativitate tales, nec non infirmi morti proximi, *num.* 37 *et* 38.

In adultis, et mente sanis, ut valide confirmentur, requiritur intentio saltem habitualis confirmationem recipiendi; et ad licite recipiendum necessarius est gratiæ status; non tamen exigitur esse jejunus, *num.* 39, 40 *et* 41.

Confirmationis sacramentum conferri non debet pueris parum instructis in christiana doctrina, *num.* 54.

CONFIRMATIO QUOAD EJUS NECESSITATEM, EFFECTUM, PATRINUM ET CÆREMONIAS.

Licet sacramentum confirmationis non sit necessarium ad salutem, neque necessitate medii, neque necessitate præcepti, est tamen necessarium, ut non contemnatur. Vide *verb.* Confirmatio, *art.* 3, *n.* 1 *et* 2.

Tenentur tamen hoc sacramentum prius recipere omnes, qui volunt primam tonsuram suscipere, et ad ordines admitti; ac citra contemptum contrafaciendo, non peccaretur graviter nec ab ordinando, nec ab ordinante, observa tamen Sacr. Congregationis Concilii decretum, *num.* 3, 4 *et* 5.

Corrigitur tamen *auctor, in not. ad n.* 5.

Effectus confirmationis est triplex, nempe augmentum gratiæ habitualis, et jus ad gratias actuales roborativas ad fidem fortiter profitendam, character, quo confirmatus signatur, ut miles intra militiam Christi ad fidem cum robore propugnandam, et cognatio spiritualis, *n.* 6, 7 et 8.

Patrinus requiritur in confirmatione sub gravi culpa, et unicus, vel unica, atque distinctus a patrino baptismi, *num.* 9 *ad* 14.

Unus patrinus non potest tenere ultra duos eadem die confirmationis, nisi aliter permittat necessitas, *num.* 15 *et* 16.

Patrinus confirmandi debet esse confirmatus, ac sexus ejusdem cum confirmando, *n.* 17 *ad* 20.

Et quoad regulares non posse esse patrinos jam in *verb.* Baptismus, et Vide etiam in *verb.* Regulares *art.* 1, *a num.* 113 *ad* 118.

Improbatur *num.* 19 *auct. in not. ad finem.*

Confirmatio debet administrari ab episcopo cum

Digitized by Google

pluviali, mitra, stola, baculo pastorali, et in ecclesia quantum commode fieri potest; tamen simpliciter loquendo etiam conferri valet in quovis loco decenti, sed monialibus ad fenestrellam communionis, *num.* 21 *ad* 24.

Episcopus potest confirmationem conferre in die feriali etiam post meridiem, quamvis non jejunus et ipse, et suscipiens, etiam tempore, et loco interdicti, *num.* 25 *et* 26.

Episcopus debet propria manu confirmationem conferre, ac chrismate confirmandum in fronte ungere, *num*, 27 *et* 28.

Inungitur confirmandus in fronte ad indicandam gratiam collatam ad audacter profitendam Christi fidem; et aliquo panno albo circumcingitur, ne recens unctio defluat, aut deleatur: in hoc tamen est servanda cujusque loci consuetudo, *n.* 29 *et* 30.

Alapa datur ab episcopo ut confirmatus intelligat se roborari ad fortiter et invicte tolerandas injurias, et imminentia subeunda pericula propter Christi fidem, et recordetur hujus sacramenti suscepti, *num.* 31.

Omissio colaphi citra contemptum non est peccatum mortale; et pro complemento afferuntur novissimæ instructiones, *num.* 32 *et seqq.*

### CONFIRMATIO ELECTIONIS (II, 1043).

Confirmatio quid sit et quotuplex; varii ejus affectus. Vid. *verb.* Confirmatio electionis, *num.* 30 *ad* 34.

Confirmatio electionis quoad episcopos primis sæculis fuit penes ordinatores; quod jus postea per tredecim sæcula ad Metropolitanum devolutum est; deinde ad sedem apostolicam, et hactenus Romano pontifici reservatum mansit, *num.* 1 *ad* 6.

Ordinatores ad confirmationem præcipitanter prosilire non debent, *num.* 6.

Electi adversarius vel coelectus est audiendus, et edictum proponendum ut oppositores constituto termino veniant; his non observatis, confirmatio est nulla, *num.* 7, 8.

Examen faciendum circa personam electi, et quid inquirendum, *num.* 9 *ad* 11.

Pristinis temporibus episcopus electus a Metropolitanis uno actu et tempore consecrabatur et confirmabatur, neque ante ordinationem dicebatur episcopus nisi cum addito *Electus*, *num.* 12, 13.

Processus inquisitionis ad Romanum Pontificem transmitti debet; si tamen Ecclesiæ sint ad nominationem imperatoris vel regis; tunc ad cardinalem illius regni transmittendus est, *num.* 14, 15.

Relatio de promovendis quomodo facienda, *num.* 16 *ad* 18.

Electus vel nominatus non potest se administrationi ecclesiæ immiscere ante confirmationem expeditam; sic constituit concilium Lugdunense; aliter tamen si sit ultra Italiam, *num.* 19 *ad* 22.

Electus aut nominatus, obtenta confirmatione, verus episcopus reputatur; quæ munera tunc exercere possit; possessionem tamen adipisci non potest, nisi litteris in forma expeditis, quas capitulo et principi exhibere tenetur, *num.* 23 *ad* 27.

Quid exspectare teneantur provisi de ecclesiis cathedralibus quæ juri Regaliæ subjectæ sunt, *num.* 28, 29.

Electus ad quid tenetur post consensum electioni præstitum, *num.* 35, 36.

Confirmanti electum quid incumbat, *num.* 37.

Litteræ confirmationis expediuntur in forma bullæ *Gratiosæ*, *num.* 38.

### CONFISCATIONIS.

Confiscationis bonorum pœna quæ sit. Vide *verb.* Pœna, art. 2, *num.* 6.

### CONFRATERNITAS (II, 1051).

#### QUOAD EJUS ERECTIONEM, ET AGGREGATIONEM.

Ut valide, et legitime erigantur, et aggregentur Confraternitates, debet omnimode observari constitutio Clementis VIII. *incip.* Quæcunque, et adducitur, ac satis dilucidatur; Vide *verb.* Confraternitas, *art.* 1. *num.* 1 *ad* 15.

Assignatur forma utendi in erigendis, seu instituendis, confirmandisque confraternitatibus, ac communicandis indulgentiis et gratiis: nec non formula pro aggregationibus, et constitutio Pauli V, pro indulgentiis, et gratiis ipsis concessis adducitur, *num.* 16 *ad* 21.

Confraternitates Cordigerorum possunt ubique in propriis ecclesiis erigere Patres conventuales privative quoad omnes, ubi exsistunt, et in eorum absentia Fratres Min. de Observ., *num.* 22, 23.

Solummodo prælati ordinis Minorum, inter quos connumerantur guardiani et præsidentes, possunt recipere volentes aggregari hujusmodi confraternitati Cordigerorum privative quoad omnes alios, *num.* 24.

Confraternitates sanctissimi Rosarii erigere possunt, et instituere solum sacri ordinis prædicatorum magistri, vel vicarii generales, et per eos deputari Patres ejusdem ordinis etiam in sæcularibus ecclesiis, *num.* 25 *et* 26.

Sic confraternitates Corrigiatorum Sancti Augustini, scapularis Sanctæ Mariæ de Carmelo, et aliæ aliis regularibus concessæ eriguntur, et instituuntur a suis respective superioribus, seu deputatis religiosis, *num.* 27.

Cum hoc tamen, quod omnes ab omnibus erigantur, et instituantur juxta præscriptum a Clemente VIII, in dict. constit. *incip.* Quæcunque, et circa hanc alia ulterius scitu digna adnotantur, *num.* 28 *ad* 36.

Regulares, qui ex indulto apostolico facultatem habent instituendi confraternitates, seu societates in eorum ecclesiis, non possunt illas erigere, seu instituere cum usu saccorum absque ordinarii loci licentia, *num.* 37. *n.* 51 *et* 54.

Siculi confraternitatibus licet sese transferre de una in alteram ecclesiam, ità et regularibus permissum est ipsas confraternitates dimittere, *num.* 56 *et* 57, *num.* 61 *et* 62.

Num autem id accidere possit confraternitatibus illis, quarum erectio ad superiorem regularium ex privilegio apostolico spectat, *numer.* 58 *et seqq.*

Nova confraternitas in eodem loco prohibetur erigi, si titulum habeat ab antiqua confraternitate diversum, *n.* 62 *et seqq.*

Ex duabus confraternitatibus ejusdem tituli et instituti, si una prius obtinuerit licentiam, et altera etsi postea habuerit licentiam, prius tamen sit erecta, hæc, et non illa remanere debet, *num.* 66 *et* 67.

Confraternitates laicorum erigi, et institui non possunt in ecclesiis monialium; et ab ecclesiis, in quibus reperiuntur, erectæ et institutæ, possunt libere discedere, expelli, etiamsi in ecclesiis regularium, *num.* 38 *et* 39.

Confraternitatum aggregatio propriorum ordinum potest fieri a regularibus in quibuscumque ecclesiis, sive propriis, sive extraneis, *num.* 40.

Confraternitates aggregatæ archiconfraternitatibus Urbis non gaudent privilegiis archiconfraternitatum aggregantium, sed solummodo illarum indulgentiis et gratiis, et gratiis spiritualibus, *n.* 41 *ad* 44. *et n.* 68.

Confraternitates sanctissimi Sacramenti ubique erectæ, vel erigendæ absque nova concessione, communicatione, vel aggregatione participes sunt quorumcunque privilegiorum, concessionum, indulgentiarum, et gratiarum archiconfraternitati de Minerva concessarum et concedendarum, *num.* 45.

Facta erectione et aggregatione archiconfraternitati doctrinæ Christianæ Urbis, cæteræ hujusmodi confraternitates ejusdem diœcesis non indigent se-

Digitized by Google

parata aggregatione, ut gaudeant, indulgentiis, *num.* 46.

Affertur decretum pro taxa expensarum requisitarum pro aggregationibus obtinendis, *n.* 47.

Confraternitatum usus antiquissimus, etiam inter ethnicos; unde nomen sumpserint; illarum origo et diversitas, *num.* 69 *ad* 85.

Flagellantes, ineunte sæculo XIII cœperunt vexillum erigere, ut una ab altera distingueretur societas, *num.* 86.

Antiquior apparet confraternitas dicta *del Confalone, num.* 87.

Confraternitates artificum, et unde vocentur fratres, *num.* 88, 89.

### CONFRATERNITATES QUOAD VARIA, QUÆ CONCERNUNT EARUM CAPELLANOS ET PAROCHOS.

Ad dirimendas controversias, quæ sæpe oriri solent inter confraternitates, earumque capellanos et parochos, non est desumenda regula et norma ab archiconfraternitatibus Urbis, sed sunt observanda decreta a sacris congregationibus pluries edita et signantes a Sacra Congregatione Concilii episcoporum et regularium et Rituum. Vide *verb.* Confraternitas, *art.* 2 *per tot.*

Celebris est resolutio anno 1704, a Sacra Congregatione Rituum capta, quæ finem quodammodo imposuit dissidiis, quæ parochos inter et confraternitates oriebantur, *num.* 12 *et seqq.*

Quomodo eadem Resolutio sit intelligenda, *num.* 15 *et seqq.*

### CONFRATERNITATES QUOAD ILLA, QUÆ RESPECTU IPSARUM EPISCOPUS POTEST FACERE, VEL NON.

Confraternitates laicorum cum usu saccorum etiam in regularium ecclesiis, in quibus reperiuntur erectæ, possunt visitari ab episcopo in his, quæ respiciunt administrationem, et adimplementum onerum. Vide *verb.* Confraternitas, *art.* 3, *num.* 1 *ad* 4 *et num.* 38 *et* 39.

Confraternitates laicorum visitari possunt ab episcopo, etiamsi essent erectæ in ecclesiis, seu oratoriis fundatis et exstructis in solo et territorio Religionis Hierosolymitanæ; quinimo etiam illæ, quæ non a primæva sua fundatione, sed ex post sunt sub immediata regum protectione, *num.* 5 *ad* 8.

Administratores confraternitatum, sicut et aliorum piorum locorum, etiamsi sub immediata regum protectione, possunt compelli ab episcopo ad reddendam rationem administrationis, et ad asportandum libros administrationis etiam ad palatium episcopale, si sint in loco residentiæ, seu alterius stationis et permanentiæ episcopi, *num.* 9 *et* 13.

Confraternitates in Lateranensi excitatæ episcopis minime subsunt. Quando autem vere excitatæ dicantur in solo Lateranensi, vide *num.* 40 *et seq.*

Sixtus V, episcopo in ecclesias, oratoria ac confraternitates positas in solo Lateranensi tribuit idem jus, quod a synodo Tridentina confertur, *num.* 43 *et* 44.

Episcopus manutenendus est in quasi possessione cogendi confraternitates laicorum, quæ utuntur sacco, per edicta pœnalia, exactionem pœnarum, aliaque juris et facti remedia ad conveniendum solitis processionibus, non obstante aggregatione, *num.* 14 *et* 15.

Episcopus potest per se ipsum, vel per suum delegatum intervenire, et assistere congregationibus confraternitatum, et electionibus officialium, modo non faciat novitates, etiamsi sint in ecclesiis et oratoriis regularium, in quibus reperiuntur societates erectæ, *num.* 16 *et* 17.

Pro contributione seminarii episcopus potest taxare confraternitatum bona quatenus sint ecclesiastica; et supposita taxa pro seminario cum solutione continuata ultra triginta annos, tenetur confraternitas ad illius solutionem in futurum, *n.* 18 *et* 19.

Confraternitates tenentur contribuere pro victualibus visitatoris, seu episcopi visitantis, non obstante in contrarium consuetudine, *num.* 20 *et* 21.

Servari debet decretum episcopi, ne in oratoriis confraternitatum celebretur in festis ante parochialem, modo parochus celebret hora competenti, *num.* 22.

Non potest episcopus se ingerere in administratione bonorum confraternitatum laicorum, dum illa non dilapidant, nec prohibere ne faciant expensas extraordinarias excedentes summam scutorum viginti sine sua licentia, *num.* 24 *et* 25.

Episcopus non debet compellere ad unionem confraternitates, et nulliter id ageret, *n.* 26 *et* 27.

Nulla confraternitas impediri debet, ne accedat ad funera, modo sine jurium parochialium præjudicio, et ne confratres societatis mortis incedant cum capite caputio cooperto, *num.* 28 *et* 29.

Episcopus non potest prohibere, vel restringere confraternitatibus, præsertim aggregatis, solita exercitia, puta societati mortis sepelire defunctos post horam vicesimam tertiam vel consuetam disciplinam; secus de insolitis periculosis, *num.* 30, 31 *et* 32.

Confraternitates possunt congregari ubi et quoties magis eis placuerit, etiam absque episcopi licentia, et earum capellani non debent sine causa amoveri, reluctantibus confratribus, *num.* 33 *ad* 36.

Potestas parochi in confraternitates, *num.* 44 *ad* 55.

### CONFRATERNITATES QUOAD IMMUNITATEM A POTESTATE ET JURISDICTIONE LAICALI.

Confraternitates auctoritate apostolica vel ordinaria erectæ subsunt jurisdictioni episcopi, ac etiam ipsi confratres, ubi agitur de interesse spiritualitatis et confraternitatis. Vide *verb.* Confraternitas, *art.* 4, *n.* 1.

Causæ contra confratres, vel confraternitatem, et circa ejusdem bona ad judicem ecclesiasticum spectant, *num.* 2, 3 *et* 4.

Confraternitates ecclesiasticæ gaudent exemptione a gabella pro pane, qui ab eisdem datur custodibus animalium ipsarum confraternitatum pro eorum victu. Domus confraternitatis eidem contigua immunitate gaudet etiam quoad confugientes, nisi sit locata laicis, *num.* 5, 6 *et* 7.

Administratores et procuratores confraternitatum, ecclesiarum, capellarum auctoritate episcopi fundatarum, quarum proventus in opera pia insumuntur, etiamsi sæculares, quoad ea quæ pertinent ad dictam administrationem, conveniri debent ante forum ecclesiasticum, *num.* 8.

Judices sæculares, qui confraternitates, seu confratres, per præcepta compellunt ad se subjiciendum suis judiciis pro rebus ipsarum confraternitatum, etc., tanquam usurpatores jurisdictionis ecclesiasticæ declarandi sunt incurrisse excommunicationem, *num.* 9, 10 *et* 11.

Ad materiam, vide *ib. num.* 13.

### CONFRATERNITATES, ET CONFRATRES QUOAD SEPULTURAS.

Confraternitatibus potest ab episcopo concedi privilegium sepulcri, et quid si confratres non electa sepultura decedant, vide *verb.* Confraternitas, *art.* 5, *num.* 1 *et* 2.

Electio sepulturæ facta a confratribus collective, et collegialiter sustinetur, et valet solum pro illis qui individualiter consenserunt, *num.* 3 *ad* 7.

Hinc confratres confraternitatis etiam erectæ in cathedrali decedentes, non electa sepultura, sepeliendi sunt in parochiali, etiamsi adesset statutum



Digitized by Google

approbatum ab ordinario pro sepulcro confraternitatis, *num.* 8.

Officium super defunctis in ecclesia, vel oratorio confraternitatis exemptæ fit a parocho, et non a capellano confraternitatis; ac circa parochum quoad funera adducuntur, et conciliantur quæ adversa videntur decreta, *num.* 9 *ad* 13.

Conceditur ex gratia confraternitati, ut sepelire possit in sua ecclesia omnes suos confratres, ante infirmitatem, de qua decesserunt, in ea confraternitate descriptos, de consensu hæredum et sine præjudicio emolumentorum, quæ spectarent ad capitulum, vel parochiam, *num.* 14 *ad* 20.

Num, quando ex statuto a sancta Sede confirmato possunt confratres sepeliri in sepultura ecclesiæ suæ confraternitatis, spectet ad parochum, an ad capellanum officium super cadaveribus peragere, *num.* 21 *ad* 25.

Alia ad rem. Vide *verb.* Sepultura, *a n.* 11 *ad* 14.

CONFRATERNITATES QUOAD VARIA ALIA IPSAS CONCERNENTIA.

Confraternitates ecclesiasticæ nequeunt alienare bona sua sine beneplacito apostolico; quod requiritur etiam in cessione bonorum confraternitatis, licet in favorem alterius ecclesiæ. Vide *verb.* Confraternitas, *art.* 6, *num.* 1, 2 et 3.

Confraternitates mere laicales, sicuti et collegia mere laicalia, licet ibi opera pia exerceantur, et proinde dicantur loca pia, possunt alienare res suas absque solemnitatibus; secus vero, si sint auctoritate ecclesiastica erecta, indeque corollaria dantur, *num.* 4 *ad* 7.

Seminaria erecta in vim concilii Tridentini sunt loca ecclesiastica, et eorum bona nequeunt alienari sine solemnitatibus, et beneplacito apostolico; secus autem de collegio puerorum, et alumnorum absque ordinarii auctoritate erectis, *num.* 8, 9.

Collegia artificum, et universitates professorum, cum non sint loca ecclesiastica, non subjacent extravaganti *Ambitiosæ*, at mons Misericordiæ civitatis Neapolis petiit beneplacitum apostolicum pro alienatione domus, *num.* 10 *et* 11.

Confraternitates laicorum approbatæ et earum capellani possunt facere solitas processiones, quando non fiunt in parochiali et in primaria ecclesia, et qualiter, *num.* 12 *et* 13.

In processionibus peragendis extra ambitum ecclesiarum in expositione Eucharistiæ, benedictione solemni super populum, aliisque similibus, quoties interveniat licentia ordinarii, parochus non potest se opponere, ne a capellanis et officialibus confraternitatum fiant, *num.* 14.

Confraternitates laicorum in processionibus procedere et præcedere debent inter se juxta bullam Gregorii XIII, *incip.* Exposcit; et ex ea præcedentiæ ordo apponitur, *num.* 15 *ad* 19.

Confratres ad conveniendum solitis processionibus compellere potest episcopus sub pœnis ejus arbitrio imponendis, stante possessione illos vocandi per edicta, *num.* 20.

Confraternitates episcopo assentiente possunt statuta condere; at ea confirmare nemo potest invito vel inconsulto episcopo, *num.* 21 *et* 22.

Confraternitas legitime ut moris est, intimata et coadunata poterit determinare, et resolutionem capere, etiamsi non interveniant duæ ex tribus partibus aut major pars confratrum, *num.* 23.

Confraternitates erigere possunt, et ampliare suas ecclesias, vel oratoria sine præjudicio jurium parochialium, non tamen mutare titulum, *num.* 24.

Confraternitates possunt eleemosynas quærere secundum suum institutum, sed ad funeralia mortuorum accedere non possunt, nisi specialiter, et expresse vocentur; tamen de intortitiis, seu cereis quartam parochis non debent, *num.* 25, 26 *et* 27.

Habitus mutatio non debet de facili confraternitatibus indulgeri; et si duæ ejusdem loci deferunt eumdem saccum, distingui debent addito aliquo coloris signo, *num.* 28 *et* 29.

Confraternitates quædam, quæ extra Urbem sunt, et dependent a capitulo sancti Joannis Laterani, vel sancti Petri, vel sancti Sebastiani, subduntur ordinariis, ac rectoribus Ecclesiarum, *num.* 30.

Statuta confraternitatum potest episcopus et ordinarius mutare, *num.* 38, 39.

An hæc ipsa facultas ordinario competat quoad statuta condita in vim contractus, *num.* 40.

Vel a sancta Sede confirmata, *num.* 41.

Vide quoad statuta confraternitatum alia, *num.* 34.

Varia adducuntur decreta confraternitates concernentia, *n.* 33.

## CONFUSIO.

Confusio pro acquirendo rerum dominio quid sit et qualiter ab admistione differat, etc., vide *verb.* Dominium, *art.* 3, *num.* 105 *ad* 110.

## CONGENER.

Congener quis sit, vide *verb.* Affinitas, *art.* 1, *sub num.* 16.

## CONGREGATIONES.

CONGREGATIONES ECCLESIASTICÆ ROMANÆ (II, 1111).

Semper ab omnibus ecclesiis particularibus ad Romanum pontificem de rebus gravioribus relatum est. Vide *verb.* Congregationes romanæ ecclesiasticæ, *num.* 1.

Congregationum origo, præstantia, auctoritas, *num.* 2 *ad* 4.

Congregatio consistorialis, bulla institutionis, et ejus munera, *num.* 5 *ad* 7.

Congregatio inquisitionis, *num.* 8.

Congregatio Indicis librorum prohibitorum; ex quibus constat; ejus munera; bulla institutionis; exempla damnationis et index librorum prohibitorum, *num.* 9 *ad* 16.

Congregatio SS. Rituum; bulla institutionis; ejus divisio, *num.* 17 *ad* 22.

Congregatio immunitatis; ejus institutio et officia; ex quibus constat, *num.* 23 *ad* 25.

Congregatio Fabricæ; ejus origo, munia et privilegia, *num.* 26 *ad* 32.

Congregatio concilii; ejus origo, erectio et officia, *num.* 33 *ad* 38.

Congregatio prælatorum adjecta congregationi Concilii; bulla ejus institutionis, *num.* 39 *et* 40.

Congregatio episcoporum et regularium; ex quibus constat, et ejus munia, *num.* 41 *ad* 43.

Congregatio de Disciplina; constitutiones Innocentii XII, et Pii VI, de hac congregatione, *num.* 44 *ad* 46.

Congregatio propagandæ fidei; ejus collegium et munia; ex quibus componitur, *num.* 47 *ad* 50.

Congregatio Indulgentiarum; ejus institutio et jurisdictio, *num.* 51 *ad* 53.

CONGREGATIONES CLERI (II, 1175).

Istarum congregationum utilitas; decreta de ipsis in synodis lata, et variæ sacrarum congregationum resolutiones. Vide *verb.* Congregationes cleri, *num.* 1 *ad* 9.

Quæ pœna constituenda in illos qui ad hos cœtus non conveniunt, et methodus in istis servanda, *num.* 10 *ad* 13.

Institutiones et decretum Benedicti XIV de hisce congregationibus, *num.* 14 *et* 15.

Digitized by Google

## CONGRUA (II, 1187).

CONGRUA QUIBUS DEBETUR, ET IN PRIMIS QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT CONGRUAM EPISCOPORUM, EORUMQUE COADJUTORUM.

Congrua debetur omnibus ecclesiarum rectoribus curam animarum exercentibus, eorumque vicariis, et coadjutoribus. Vide *verb.* Congrua, *art.* 1, *num.* 1.

Congrua pro episcopis taxata est in scutis mille, et pro parochis in scutis centum; et quædam ad rem declarantur, vel indicantur, *num.* 2 *ad* 9.

Episcopo petenti sibi concedentia alimenta denegari non potest congrua, etamsi habeat aliunde, etiamsi acceptaverit episcopatum nimis tenuem, et gravatum pensione, vel consenserit, et se ad eam obligaverit, *num.* 10 *ad* 13.

Et talis congrua debetur ipsi episcopo ex fructibus suæ ecclesiæ, et regulariter illam præstare debet, qui beneficii fructus recepit, *num.* 14 *ad* 20.

Episcopis gravatis pensionibus assignari solent pro congrua mille ducati annui, de quibus securi jam redditi per schedulam mensariam, vel alio modo coguntur relinquere pensionariis administrationem bonorum mensæ, seu alterius beneficii, *num.* 21.

Episcopus in congrua non tenetur imputare redditus sui patrimonii, si reservationi pensionis non consensit, minusque de suo solvere se obligavit. Secus vero, si obligavit et hypothecavit sua bona patrimonialia pro pensione, *num.* 22 *et* 23.

Primo loco, et ante omnia alia opera episcopatus est solvenda congrua episcopo, maxime si in impositione onerum fuit addita clausula: *Demptis pro episcopo scutis mille, num.* 24 *ad* 28.

Episcopi loco congruæ, si indigeant, solent exigere charitativum subsidium, non sic tamen qui habent congruam pinguem, *num.* 29.

Episcopus adjutus debet præstare congruam episcopo coadjutori, seu suffraganeo, *num.* 30, 31 *et* 32.

Si coadjutor vel suffraganeus episcopi est pauper, non potest congruam sibi in litteris apostolicis assignatam remittere, eique præterea adjutus dare debet commoditatem habitationis, et necessaria pro episcopalibus functionibus, *num.* 33 *et* 34.

Utri, pensionarione, an episcopo incumbat onus probandi, quod episcopo remaneant scuta mille pro congrua, *num.* 35 *et seqq.*

CONGRUA QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT CONGRUAM PAROCHORUM, EORUMQUE VICARIORUM.

Congrua debetur parochis et curatis, et generaliter loquendo taxatur in scutis centum, ac ubi aliter non fuerit a papa expressum, intelligitur de moneta loci beneficii. Vide *verb.* Congrua, *art.* 2, *num.* 1, 2 *et* 3.

Congrua non debet ordinarie taxari major scutis centum, nec minor scutis quinquaginta annuis, at generaliter loquendo taxanda est congrua, quæ sit sufficiens ad commodam, et honestam sustentationem personæ, habita ratione de loco, qualitate personæ, etc., *num.* 4 *ad* 10.

Licet in taxatione congruæ pro parochis, seu curatis possint ab episcopo considerari et comprehendi emolumenta incerta, hoc tamen debet intelligi de incertis, quæ habent aliquam certitudinem, ut sunt decimæ frumenti, vini, olei, aliique fructus, et emolumenta incerta solum ratione summæ et quantitatis, *num.* 11, 12 *et* 13.

Congrua debetur loco alimentorum; unde repugnat ipsam congruam dependere ab incerto eventu. Nec in eam sunt imputanda, quæ debentur parocho ratione laboris et servitii. Nec quæ extra ecclesiam, vel extra curam ipsam animarum percipiuntur, neque fructus sui patrimonii, si reservationi pensionis non consensit, secus vero, si in ea sua bona obligationi et hypothecæ supposuit, *num.* 14 *ad* 19.

Congrua debetur parocho sufficiens, etiamsi beneficium tenue acceptarit non sufficiens, et ab episcopo assignata præsumitur sufficiens, nisi probetur diminuta, *num.* 20 *ad* 26.

Unde congrua semel assignata non debet amplius assignari, vel augeri, sicut non potest amplius diminui, nisi ex causa, *num.* 27 *ad* 31.

Si congrua fuerit sufficiens, tempore reservationis pensionis, et quoties ex post diminuatur, augenda est de fructibus ejusdem pensionis, et parochi pro consequendo congruæ credito præferendi sunt, deductis prius expensis culturæ pensionariis, *num.* 32 *et* 33.

Vicariis perpetuis debet assignari congrua portio de redditibus, fructibus, emolumentis et proventibus ecclesiæ incorporatæ monasterio, collegio, estque taxanda arbitrio episcopi, habito respectu ad qualitatem personæ, loci, etc., dummodo non sit minor quinquaginta nec major centum aureis pro quolibet anno, *num.* 34 *et* 35.

Pro congrua assignari possunt solum illa emolumenta incerta, quæ habent quamdam certitudinem, ut sunt decimæ vini, frumenti, etc., non autem emolumenta omnino incerta, ut jam supra, *num.* 36 *et* 37.

Congruam certam debet habere curatus, seu vicarius substitutus, quamvis sit amovibilis, et semel assignata, nisi superveniat notabilis mutatio, vel rationabilis causa, non est augenda, ut nec minuenda neque de consensu curati, *num.* 38 *ad* 41.

Congrua curato, seu vicario non taxata, vel insufficiens assignata, si petatur, debetur in quantitate, prout juris est, a die petitionis, seu motæ litis, *n.* 42.

An parochus, qui vel interitum, vel diminutionem passus est reddituum parochialium, agere vel pro congrua, vel pro ejus supplemento valeat adversus illos, qui decimas, vel alia bona parochiæ possident, *n.* 44 *et seqq.*

Adeoque utrum plures possessores decimarum, vel aliorum bonorum parochiæ teneantur in solidum, an singuli pro rata, *n.* 46 *et seqq.*

Et an libertate eorum, qui decimas, vel bona alia parochiæ possident, sit ea dimittere, ut se liberent ob onere congruæ; et num idipsum obtineat in parocho primitivo, *n.* 50 *et* 51.

Quoad parœciarum congruam in regno Neapolitano, *num.* 52 *ad* 55; ubi referuntur decretum 22 Octobris 1822; 27 Junii, 1823; et alia tam generalia quam communia statuta.

Alia. Vide *verb.* Vicarius parochialis, *a n.* 10 *ad* 14.

## CONJUGES, CONJUGIUM (II, 1203).

Conjuges qui dicantur, et matrimonium cur conjugium, vide *verb.* Conjuges, Conjugium, *num.* 1 *et* 2.

Post contractum, et nondum consummatum matrimonium habet uterque conjux bimestre ad deliberandum an in conjugio manere, vel ad religionem transire velit. Ac intra tale tempus licite petitur, et licite negatur conjugale debitum, *n.* 3 *et* 4, *et verb.* Matrimonium, *art.* 5, *num.* 27.

Si intra dictum bimestre vel ab uxore invita copulam vi obtineat, potest uxor adhuc ingredi religionem saltem in casu, quo ipsa viro vim inferre nitenti excipiendo manifestavit se velle ingredi religionem, aut circa hoc nondum plene deliberasse, *n.* 5.

Si ultra bimestre maneant conjuges sine consummatione matrimonii, potest uterque etiam altero invito semper religionem ingredi; etiamsi illicite sibi debitum negassent, *n.* 6 *et* 7.

Post dictum bimestre tenetur conjux debitum

Digitized by Google

reddere alteri, et ad id compelli potest etiam sub pœna excommunicationis, si religionem non ingrediatur, quam incurret, si intra tempus sibi a judice præfixum non pareat; valeret tamen nihilo secius etiamsi post tale tempus religionem ingrederetur, et profiteretur, ac alter liber maneret, *n*. 8, 9, 10 *et* 11.

A quo tempore parti volenti religionem ingredi currat bimestre, vide *verb*. Matrimonium, *art*. 5, *num*. 28.

An intra hoc bimestre a judice præfixum teneatur ingredi volens profiteri, *num*. 31 *et* 32.

Consummatum autem matrimonium hac in materia habetur per conjugalem copulam subsequentem, non item per copulam antecedentem, *num*. 34, 35.

Utrum professio facta, consummato matrimonio ab uno conjuge altero invito, vel inscio sit irrita, an irritanda, *n*. 36.

Num ingressus non revocatus ab altero possit propria auctoritate egredi, et ad dimissum redire, *n*. 37.

Quid si conjux alter moriatur, an confirmetur professio, *n*. 38, 39.

Quid si uterque conjux ingrediatur sine mutuo consensu, *num*. 40, 41.

An altero conjuge ingresso sine alterius consensu possit et alter ingredi, et profiteri valide sine alterius consensu, *num*. 42.

Post consummatum autem matrimonium nullus conjux potest sine consensu alterius religionem ingredi, et professionem emittere, idque si fieret, nullum esset. Vid. *verb*. Conjuges, *n*. 12 *et* 13.

Mortuo tamen altero conjuge non potest licite propter simplex votum castitatis alium ducere, nec potest petere, licet reddere teneatur; si vero aliud matrimonium contraheret, esset validum, quamvis illicitum, *n*. 14 *et verb*. matrimonium, *art*. 5, *num*. 44, 45.

Potest autem unus conjux cum consensu alterius post consummatum matrimonium ad religionem transire, si requisitæ adimpleantur conditiones, quæ assignantur, *n*. 15 *ad* 20.

Professio emissa a conjuge cum consensu alterius conjugis est valida, quamvis non adhibitæ et observatæ sint tres ultimæ assignatæ conditiones, *n*. 21.

Si conjux in sæculo remanens perpetuam castitatem voverit, conjux de ejus licentia professus, nequit amplius revocari, sive conjux in sæculo remanens sit juvenis sive senex, sive de incontinentia suspectus, vel suspecta, sive non, *n*. 22.

An si unus conjugum de licentia alterius professionem in religione emittat, et alter in sæculo remanens perpetuam castitatem non voveat, professus ad uxorem iterum revocari possit, et debeat, et quid de altero in sæculo remanente, *n*. 23 *et* 24.

Quamvis de jure communi non requiratur licentia episcopi, ut talis ingressus, et professio fiat valide, requiritur tamen, ut fiat licite, *n*. 25.

Quando unus conjugum adulterium committit, potest, eo invito, conjux innocens religionem ingredi, etiam non exspectata judicis sententia, si fuit publicum et notorium, *n*. 26, 27 *et* 28.

Conjux innocens, si post alterius adulterium, voluntarie cohabitet petendo, et reddendo debitum, non potest, eo invito, religionem ingredi, ut nec etiam, si et ipse ex post delinquat, *n*. 29 *et* 30.

Quando conjux innocens religionem non ingreditur, sed in sæculo manens divortium facit a conjuge adultero etiam quoad cohabitationem, non potest conjux adulter sine licentia conjugis innocentis ingredi religionem, nisi hic prius ingressus et professus esset, *n*. 31 *et* 32.

Quotiescunque vir ob adulterium uxoris, ea invita potest religionem ingredi, potest etiam ordines sacros in sæculo quoque manens recipere, *n*. 33 *et* 34.

Propter adulterium spirituale potest alter conjux fidelis, etiam alio invito, religionem ingredi, vel sacros ordines suscipere, etiam postquam ad veram fidem rediit iterum conjux adulterans. Dummodo separatio ob tale adulterium spirituale, auctoritate ecclesiæ, et non propria sit facta, *n*. 35.

Imo innocens etiam propria auctoritate potest licite facere divortium quoad torum et cohabitationem, at tunc si reus hæresis se converterit tenetur iterum ad eum redire; si vero divortium fecit auctoritate. Ecclesiæ, potest religionem ingredi; quod tamen si noluerit, redire compellitur, *n*. 36 *ad* 40.

Secundum multos matrimonia cum hæreticis nedum sunt valida, sed etiam licita in locis ubi hæretici et catholici permisti vivunt, cum quibusdam tamen conditionibus, sed ordinarie sunt illicita sub peccato mortali; nisi papa dispenset, aut rationabilibus causis excusentur, *n*. 41 *et* 42.

Iniquissimum est pactum illud, quod in aliquibus locis dicitur adjici matrimonio Catholici cum hæretica, nempe ut masculi educantur in fide catholica patris, et feminæ in secta hæretica matris, vel contra, *n*. 43 *et* 44.

Si ambo conjuges infideles convertantur ad fidem catholicam, possunt, et debent in matrimonio prius contracto permanere, quamvis cum impedimento ecclesiastico contraxerint; et quid si vir infidelis conversus plures habuit uxores, vel secundum ritum suum primam legitimam repudiaverit, et cum secunda contraxerit, *n*. 45 *ad* 49.

Si ex duobus conjugibus infidelibus unus tantum convertatur, et alter rogatus nolit converti, nec cohabitare sine injuria Creatoris, tunc matrimonium, etiamsi fuerit consummatum, dissolvitur quoad vinculum, non tamen ipso facto, sed tunc primum quando conversus ad alias nuptias actu transierit; unde si conjux infidelis antea convertatur, huic adhærere debebit: uti etiam si velit cohabitare sine injuria Creatoris, *n*. 50, 51 *et* 52.

Si conjuges infideles habeant prolem, et unus eorum convertatur ad fidem, eidem, sive pater, sive mater sit, restitui debet tota proles doli adhuc incapax, cujus si capax, ejus libertati relinquitur, at in dubio parenti converso est restituenda, *n*. 53, 54 *et* 55.

Conjugatus in ecclesia Latina non potest ad sacros ordines promoveri, nisi ab uxore continentiam profitente expressam licentiam obtinuerit, licet matrimonium nondum consummatum, *n*. 56 *et* 57.

Potest autem conjugatus etiam post matrimonium consummatum ad sacros ordines promoveri sine licentia uxoris, etiam ipsa invita, et reclamante, si habeat legitimam divortii causam, et quid extra talem casum, ut ad ordines conjugatus promoveatur, *n*. 58, 59 *et* 60.

Modificatur sententia, *n*. 58, ab auctore proposita, *in nota*.

Conjugatus non potest ordinari episcopus nisi de expressa licentia uxoris, et nisi ipsa uxor prius religionem profiteatur, et idem, ut promoveri possit ad papatum, aut ad cardinalatum, requiritur ingressus uxoris in religionem solum in illo casu, in quo requiritur pro uxore conjugati promovendi ad ordines, *num*. 61, 62 *et* 63.

Conjugatus absque licentia uxoris ad presbyteratum, episcopatum, cardinalatum, et papatum promotus potest ab ipsa ad consortium conjugale revocari, et tunc teneretur ei debitum reddere, non tamen posset petere, nec ea mortua ad alias nuptias transire, *num*. 64 *ad* 67.

An, si conjugatus cum uxoris spontanea licentia ad ordines sacros sit promotus, et ipsa uxor in sæculo manens perpetuam castitatem non voveat, pos-

sit ab ipsa revocari ad consortium conjugale, *num.* 68.

Si conjugatus cum licentia spontanea uxoris sacros ordines suscepit, tunc uxor non potest, eo mortuo, valide aliud matrimonium inire, secus autem, si ea contradicente vel ignoranter, *num.* 69 *et* 70.

Conjugatus sine spontanea uxoris licentia ad ordinem sacrum transiens, fit irregularis, et nequit in suscepto ordine ministrare, nec ad superiores ordines provehi, nec ad aliquod beneficium, aut officium ecclesiasticum promoveri, nisi religionem canonice fuerit ingressus, *num.* 71.

Et si matrimonium nondum fuerit consummatum, talis conjugatus est instanter monendus ad religionem ingrediendam; quod si noluerit, si sponsa ejus institerit, est per ecclesiasticam censuram ad consummandum matrimonium compellendus, *numer.* 72.

De casibus, quibus post matrimonium consummatum liceat ingredi religionem, vid. *verb.* matrimonium, *art.* 5, *n.* 46.

Si unus conjux pro certo cognoscat invaliditatem matrimonii, quamvis in facie Ecclesiæ id probare nequeat, nec petere, nec reddere potest debitum, non obstante quod per sententiam, aut per excommunicationem ad id compellatur, etc., *n.* 73.

Quando conjuges debitum conjugale possint et debeant reddere, vel non, *num.* 74.

Quoad ea quæ concernunt debitum conjugale super impedimento petendi debitum, vide *verb.* Debitum Conjugale, *art.* 2 *per tot.*

Quando, et quomodo possint, vel non, conjuges facere divortium, *num.* 76.

Conjuges opus conjugale exercentes ob solam voluptatem non vacant culpa veniali, at si in alia persona velut præsente quis se morose delectet, peccat mortaliter, et addit novam speciem adulterii in confessione explicandam, *num.* 77 *et* 78.

Delectatio morosa de conjugio inter conjuges præsentes, dummodo absit periculum pollutionis, non est peccatum mortale, neque si de materiali copula altero conjuge absente cogitans, in re cogitata morose quis delectetur, *num.* 79 *et* 80.

Omnes tactus, oscula, amplexus, turpiloquia, aspectus lascivi, et hujusmodi, quæ fiunt inter conjuges sine ordine ad copulam, si fiant cum periculo pollutionis in uno, vel altero, vel pertineant ad sodomiam quamdam inchoatam, sunt peccata mortalia, alias non sunt nisi venialia, *num.* 81.

Conjuges, an, et quas donationes possint sibi invicem facere, vide *verb.* Donatio, *art.* 2, *a num.* 13 *ad* 29.

Quoad ea quæ concernunt bona conjugum, vide *verb.* Bona, *art.* 4, *num.* 1 *ad* 37.

Quibus prius subvenire debeant conjuges in extrema, gravi, et communi necessitate, vide *verb.* Necessitas, *a num.* 25 *ad* 37.

Ad quem conjugum spectet proprietas, et dominium dotis, et quid de ipsa in variis casibus, vide *verb.* Dos, *art.* 1 *et art.* 3 *per tot.*

Alia ad rem, *verb.* Adulterium, *verb.* Bona, *art.* 4, *verb.* Debitum conjugale, *verb.* Delectatio morosa, *verb.* Divortium, *verb.* Donatio, *verb.* Luxuria, *verb.* Maritus, *verb.* Impedimenta matrimonii, *verb.* Matrimonium, *verb.* Necessitas, *verb.* Sepultura, *verb.* Tactus, *verb.* Uxor.

## CONNURUS.

Connurus quæ sit, vide *verb.* Affinitas, *art.* 1, *sub num.* 16.

## CONSANGUINITAS.

Vide *verb.* Impedimenta dirimentia Matrimonium, et *verb.* Cognatio.

## CONSCIENTIA (II, 1221).

Ad articulum conscientiæ adduntur ea, quæ probabilismum apprime confutant et prosternunt ad ea convellenda, quæ auctor spargit in sequentibus de conscientia sententiis. Vide additiones theologi Romani, ad *verb.* Conscientia *per tot*

Conscientia quid sit, et quæ differentia inter eam et synderesim, necnon quoad esse nominis elucidatur, *verb.* Conscientia, *num.* 1 *ad* 6.

Conscientia melius definitur, atque dividitur, *in num.* 127 *et seqq.*

Conscientia partim respicit opera nostra præterita, partim instantia, seu futura, et qualiter, *num.* 7 *et* 8.

Conscientia est intrinseca, et proxima regula, juxta quam homo tenetur dirigere suas actiones, ut lex est extrinseca, et radix unde oritur bonitas vel malitia objecti, *num.* 9 *et* 10.

Regulæ proponuntur, quibus unusquisque potest bene suam formare conscientiam, *in additiones* ad *verb.* Conscientia, *num.* 166.

Potest contingere ut actus sit bonus, et objectum in se malum, et e contra; sed actus intellectus practici, quo judicat aliquid esse bonum, vel malum, aut indifferens in genere moris, et ut tale illud proponit voluntati, vocatur *Conscientia*, *num.* 11 *et* 12.

Conscientia dividitur in rectam, erroneam, dubiam, probabilem et scrupulosam; ac primo quid sit recta, quid erronea, cum hujus subdivisione in vincibilem et invincibilem, *num.* 13 *ad* 17.

Conscientia erronea, sive sit vincibilis, sive invincibilis, obligat negative ad actum dictatum, et invincibilis ad eum obligat etiam positive, *num.* 18 *et* 19.

Conscientia erronea vincibilis, non solum non obligat positive, ut eam sequamur, sed neque licite ipsam sequi possumus, obligat tamen, ut eam deponamus, ita ut sive juxta eam, sive contra eam agamus, semper peccemus, *num.* 20.

Qui peccat ex conscientia erronea, peccat peccato ejusdem speciei, et qualitatis, quam intellectus judicat, *num.* 21.

Conscientia erronea censuræ inducit quidem gravius peccatum, non autem censuram. Vide *verb.* Excommunicatio, *art.* 11 *sub num.* 1.

Conscientia dubia quæ sit, et quæ differentia inter eam, probabilem, cum divisionibus dubii, ac declarationibus variam ejus divisionem indicantibus, *n.* 22 *ad* 30.

Qui operatur cum conscientia speculative dubia juris, vel facti, non peccat, si practica judicet opus illud esse hic et nunc sibi licitum, at cum practice dubia, peccat pro qualitate dubii, et in ea specie peccati, de qua dubitat, *num.* 31, 32 *et* 33.

Confutatur auctor *num.* 32, *in addit.* ad *verb.* Conscientia, *num.* 163.

Practice dubius debet suam actionem suspendere, donec re mature, sed humano more examinata, dubium prudenter deponat, formando judicium determinatum de honestate actionis hic et nunc exercendæ, *num.* 34.

Si re mature examinata adhuc maneat dubius pro utraque parte, et reperiatur in talibus circumstantiis, ut debeat necessario operari, tunc si nequeat dubium deponere, debet eligere id, in quo non est periculum peccandi, aut id, quod est minus malum, *num.* 35.

Si autem utrumque malum appareat ipsi æquale, et repertus in necessitate operandi nequeat discernere, quodnam de duobus malis sit majus, vel minus malum, tunc potest eligere, quod vult, *num.* 36 *et* 37.

Pro regulis generalibus ad rationabiliter deponendum dubium, quando propria materiæ motiva non suppetunt, exponuntur duo usualiora axiomata ex jure communi deprompta, scilicet : *In dubiis*

Digitized by Google

*tutior pars est eligenda : In dubiis melior est conditio possidentis*, et inde corollaria præstantur, ac plura fuse pro praxi referantur, *num.* 38 *ad* 67.

Conscientia probabilis quæ sit, et quotuplex, ac qualiter differat a recta, et dubia, *num.* 68 *ad* 72.

Resolvitur primo, quod potest homo in rebus moralibus, et actionibus humanis licite sese conformare conscientiæ, seu opinioni vere probabili, *num.* 73 *et* 74. Auctoris assertio refellitur *in nota ad num.* 73 *et* 74.

Unus auctor potest facere opinionem vere probabilem, si plures classicos doctores pro ea fideliter citet; imo potest dari casus, ut opinio unius doctoris sit vere probabilis, etiamsi quam plures doctores contrarium sentiant, si auctor ille ita solidas afferat rationes, quæ faciliter aliorum rationes infringant, *num.* 75.

Unus tamen auctor, qui non habeat, nec afferat rationes intrinsecas ita firmas, ut aliorum rationes ab ipsis infringantur, non potest facere opinionem vere probabilem, *num.* 76 *et* 77.

Resolvitur secundo, quod potest homo licite sequi opinionem vere quidem, sed minus probabilem, minusque tutam, relicta probabiliori et tutiori, quando tamen agitur de sola honestate actionis, an licita sit, vel non, *num.* 78 *ad* 82.

Resolvitur tertio, quod non potest homo licite sequi opinionem minus probabilem et minus tutam, relicta probabiliori et tutiori, quando agitur de materia facti, et exinde sequitur certum periculum inferendi damnum proximo, *num.* 83.

Unde sacerdos in administratione sacramentorum adhibens materiam, vel formam dubiam, minusque probabilem et minus tutam, cum possit adhibere certam aut tutiorem, graviter peccat, ut et judex sententias ad favorem partis minus probabile jus habentis, *num.* 84, 85 *et* 86.

Quando litigantes habent pro se opiniones æque probabiles, non potest judex adjudicare causam, cui maluerit, sed debet vel compositionem inter partes suadere, vel rem controversam inter litigantes ex æquo dividere in re, vel in pretio, exceptis tamen quibusdam casibus, qui signantur, *num.* 87 *ad* 91.

Similiter medici et chirurgi, nedum tenentur sub mortali sequi sententias certas et securas, relictis incertis et dubiis, sed etiam certa curatione infirmorum non occurrente, tenentur sequi opiniones probabiliores, relictis minus probabilibus, *num.* 92.

Per accidens tamen poterunt prædicti adhibere remedia minus tuta, si infirmi, vel læsi non possint, aut nolint solvere pretiosa remedia, vel verosimillimum sit infirmum esse moriturum, nisi aliquo remedio juvetur, et nihil aliud occurrat, non licet autem experiri in desperatis, an medicamenta sint utilia, vel noxia, *num*, 93, 94 *et* 95.

Sic etiam consiliarii in dandis consiliis, ubi adest periculum, ne proximo fiat damnum, aut injuria, tenentur sequi sententias certas, vel probabiliores, at in aliis casibus possunt sequi sententias minus probabiles, dummodo vere probabiles, *num.* 96, 97 *et* 98.

Confutatur *num.* 98, auctor, *in addit.* ad *verb.* Conscientia, *num.* 164.

Sic itidem advocati possunt suscipere defendendam causam minus probabilem, sed vere probabilem, licet causa adversaria judicetur ab ipsis probabilior, *num.* 99.

Resolvitur quarto licitum esse sequi opinionem alienam vere probabilem et vere tutam, etiam contra propriam opinionem probabiliorem et tutiorem visam. Imo etiam quandoque eam sequi debere, *num.* 100 *ad* 114.

Conscientia scrupulosa quæ sit, qui scrupulosi, et quæ conscientiæ scrupulosæ signa, causæ, remedia, ac privilegia, *num.* 115 *ad* 123.

Confutantur ea quæ auctor *num.* 111 *et seq.* habet, *in addit.* ad *verb.* Conscientia *num.* 165.

Licitum est operari contra conscientiam scrupulosam manente scrupulo, dummodo judicetur esse scrupulum, et ut talis contemnatur, at qui operatur adhuc perseverante conscientia scrupulosa, si non judicet, et teneat esse scrupulum, peccat sive contra, sive juxta eam operetur, et si qui sit ita scrupulis implicatus, et nullo suffragante remedio, vel consilio adhuc fluctuet anceps, discurrendum est ut de conscientia dubia, *num.* 124, 125 *et* 126.

Alia ad conscientiam pertinentia, *num.* 127 *et seq.*

## CONSECRARE, CONSECRATIO (II, 1259).

Quando et a quo consecrari debet episcopus, vid. *verb.* Consecrare, *num.* 1 *ad* 4. De Ecclesiæ consecratione plura vide, *num.* 5 *ad num.* 11. Vide *verb.* Altare, *verb.* Ecclesia, *verb.* Episcopus, *verb.* Eucharistia.

## CONSERVATORES (II, 1261).

CONSERVATORES, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT EORUM QUALITATEM, ELECTIONEM, ET DURATIONEM.

Conservatores qui sint, et qui eos sibi eligere queant, et qualiter sint eligendi, vide *verb.* Conservatores, *art.* 1, *num.* 1 *ad* 5.

Eligendi in conservatores debent esse in dignitate ecclesiastica constituti, ac inde qui possint esse conservatores, vel non, enumerantur, *num.* 6 *ad* 13.

Quomodo intelligendus sit auctor *num.* 7, ubi dixit posse in conservatores eligi episcopos, etc. *num.* 32 *et seqq.*

Conservatores debent esse judices synodales, dato autem quod non adsint judices synodales, possunt a regularibus eligi non judices, donec sit celebrata synodus, et in ea judices sint designati, *n.* 14, 15 *et* 16.

Conservatores debent eligi a regularibus in unaquaque diœcesi, in qua monasteria, conventus, seu domus regulares habent, et quid si qui eos eligere non curaverint intra tempus a Gregor. XV præfixo in cit. constitutione, *num.* 17, 18 *et* 19.

Electionis conservatoris documentum est relinquendum penes acta curiæ episcopalis, alias regulares sunt conveniendi coram ordinario loci, ac conservatores eligendi sunt ad præscriptum dictæ constitutionis Gregorii XV, non obstantibus quibusvis privilegiis, et assignatur sub quibus pœnis, *num.* 20, 21 *et* 22.

Conservatores regularium possunt eligi, vel a superioribus generalibus, vel provincialibus, vel localibus juxta religionum consuetudinem; at si ex ea, vel ex privilegio ad superiores locales spectet electio, debet intervenire etiam consensus capituli, *n.* 23 *et* 24.

In ordine Minorum de Observantia facultas eligendi conservatores videtur restricta ad provinciales privative quoad guardianos, seu superiores locales, et ubi adest similis constitutio, et probata consuetudo, valida est electio etiam sine consensu capituli, *num.* 25 *et* 26.

Conservatores regularium semel legitime electi ac deputati, nisi ex legitima causa ex supra assignatis a sede apostolica, aut locorum ordinariis, prout eisdem regularibus, et aliis prædictis libuerit approbanda, durante quinquennio a die deputationis amoveri, aut mutari nullatenus possunt, *n.* 27 *et* 28.

Regulares, quinquennio elapso, possunt alium conservatorem libere eligere, et si ad aliam electionem procedere minime curent, aut nolint, electus etiam elapso quinquennio adhuc in officio perseverat, usquequo alius eligatur, nec est necesse ipsum confirmare, vere eligere, *num.* 29.

Conservatoris rite electi officium, et jurisdictio non exspirat, ex eo quod postea desinat esse judex synodalis, *num.* 30.

Digitized by Google

Ad rem adducitur novissima constitutio Clementis XIII, *num.* 31.

Conservator datur a solo Papa, etiam contra laicos, personis miserabilibus; sed non potest dari a cœtu cardinalium, nec a legato a latere, *num.* 35 *ad* 37.

Principes sæculares possunt etiam dare conservatores ecclesiis contra laicos, sed non contra clericos, *num.* 38.

Regulares in una diœcesi non possunt eligere in conservatorem alterius diœcesis episcopum, *num.* 39.

CONSERVATORES, QUOAD EORUM OFFICIUM ET JURISDICTIONEM.

Conservatorum officium est defendere eos, quibus sunt concessi, a manifestis injuriis, molestiis, et violentiis, et in propriarum rerum et jurium possessionem conservare. Vide *verb.* Conservatores, *art.* 2, *num.* 1 *et* 2.

Conservatores regularium nonnisi de manifestis injuriis atque violentiis cognoscere possunt, et enucleantur termini, *num.* 3 *ad* 6.

Conservatores regularium non possunt cognoscere de iis quæ judicialem requirunt indaginem, et indago judicialis exponitur, *num.* 7 *et* 8.

Quid si de aliis quam de manifestis injuriis et violentiis cognoscere præsumpserint, seu ad alia quæ judicialem indaginem exigunt, se extenderint, *num.* 9.

Possunt tamen regularium conservatores in cognitione violentiarum et injuriarum manifestarum adhibere indaginem illam judicialem, quæ in notoriis adhiberi solet, *num.* 10.

Quando reus fatetur injuriam, seu violentiam, et qualitatem ipsius fuisse notoriam, tunc conservator potest statim procedere absque ulla examinatione de notorietate, *num.* 11.

Conservatores possunt regulares suæ curæ commissos defendere, nedum ab injuriis et violentiis illatis, sed etiam a probabiliter inferendis, etiam proferendo generalem excommunicationis sententiam in eos qui illas fecerint, vel commiserint, *n.* 12, 13 *et* 14.

Conservatores regularium possunt per censura ecclesiasticas, aliaque juris remedia, procedere contra episcopos, aliosque judices ipsorum officium impedientes, summa tamen prudentia, modestia, et reverentia, *num.* 15, 16 *et* 17.

In dubiis de jurisdictione inter episcopos et conservatores suspendendus est processus, et non potest ultra procedi in causa, sed eligendi sunt arbitri, qui controversiam decidant, et stante controversia super competentia jurisdictionis, non potest conservator procedere contra episcopum per censuras, *num.* 18 *et* 19.

In necessitate quando partes non conveniunt in arbitrorum electione, vel alias nequit per arbitros concorditer controversia terminari, eligendus est tertius arbiter, et si conservator regularium recusetur ut suspectus, tunc ipse poterit partes compellere ad eligendos arbitros, *num.* 20, 21.

Conservatores regularium non tenentur uti notario curiæ episcopalis, sed possunt assumere quemcunque sibi benevisum, *num.* 22.

Conservatores regularium possunt vices suas aliis committere, et in totum alium subdelegare, et substituere, qualitatibus tamen instructum ad conservatores requisitis, *num.* 23, 24 *et* 25.

Conservatores, qui aliis vices suas subdelegarunt, possunt ab ipsis subdelegatis causam ad se avocare; dummodo tamen jurisdictio revocetur, antequam jurisdictione eadem uti cœperint, *num.* 26.

Officium subdelegati, seu subconservatoris exspirat per mortem naturalem vel civilem conservatoris, *num.* 27 *et* 28.

Per excommunicationem autem, vel suspensionem conservatoris, vel etiam ipsius delegati, vel subconservatoris non exspirat in subdelegato jurisdictio, sed solum suspenditur, donec conservator, vel ipse subconservator absolvatur, *num.* 29.

Notorius debitor regularium coram eorumdem conservatore conveniri potest : et debitum notorium exponitur, *num.* 30, 31 *et* 32.

Quando regulares sunt debitores laicis, vel clericis sæcularibus, non possunt conveniri coram ordinario, sed conveniendi sunt coram suo superiore, vel conservatore, *num.* 33, 34 *et* 35.

Conservatores regularium cognoscere possunt de injuriis factis servis, familiaribus, syndicis et procuratoribus ipsorum in quantum talibus reduplicative, *num.* 36 *et* 37.

Regulares quicunque in casu, quo episcopus præcipiat decreta aliqua concilii Tridentini ab ipsis observari, non possunt eligere conservatores sub prætextu, quod hujusmodi præcepta infringant sua privilegia, *num.* 38.

Nec regulares possunt conservatores judices assignare, quando ordinarius procedit juris ordine servato adversus ipsos regulares in casibus, in quibus per concilium, vel constitutiones apostolicas ipsi subjiciuntur, *num.* 39.

Conservatores, quando sunt presbyteri sæculares, tam in civilibus quam in criminalibus, seu mistis subjiciuntur loci ordinario, *num.* 40.

Pater Petrus Maria Forti, qui tractatum edidit an. 1743, de Conservatoribus, non probatur Benedict. XIV, *num.* 41. Vide novissimam Constitutionem a Clemente XIII hoc anno 1762, editam.

## CONSOBRINI ET CONSOBRINÆ.

Consobrini et Consobrinæ qui et quæ sint, vide *verb.* Affinitas, *art.* 1, *sub num.* 15.

## CONSOCER ET CONSOCRUS.

Consocer et consocrus quis et quæ sit, vide *verb.* Affinitas, *art.* 1, *sub num.* 16.

## CONSORTIUM.

Consortii suspecti pœna in clericis, quæ sit, vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *a num.* 86 *ad* 88.

## CONSPIRANTES.

Conspirantium pœna quæ sit, vide *verb.* Pœna *a n.* 89 *ad* 92.

## CONSTITUTIO UNIGENITUS (II, 1287).

Constitutio *Unigenitus* tantum sibi vindicat obsequium, ut eidem publice refragantibus denegandum sit viaticum. Vide *verb.* Constitutio Unigenitus, *num.* 1.

Quinam sint publice refractarii, *num.* 2.

In re dubia, quam regulam sequi debent sacramentorum ministri, *num.* 3 *et* 4.

Quibus causis edita fuerit hæc constitutio, et quanta maturitate, *num.* 5.

Calumnia qua plurimi eam prosecuti sunt, *num.* 6.

Decretum Concilii Romani de illius observantia, *num.* 7.

Præcipuæ Constitutiones occasione illius Constitutionis editæ, *num.* 8.

## CONSUETUDO (II, 1295).

Consuetudo dicitur a verbo *consuesco*, sive *consuefacio*; estque una facti, altera juris, et explicantur. Vide *verb.* Consuetudo, *num.* 1 *ad* 4.

Consuetudo generatim capta dividitur in consuetudinem præter legem, secundum legem, et contra legem : ac inprimis agitur de prima, quæ sit; et innuitur, ad hoc ut obliget, requiri quod sit introducta a toto populo, aut majori et saniori ejus parte, cum animo saltem interpretativo se obligandi, et quod sit ad decennium præscripta, *num.* 5 *ad* 9.

Digitized by Google

Consuetudo *secundum legem*, *et contra legem* quæ sint, *num.* 10 *et* 11.

Hæc tertia consuetudo non potest introduci, nec dari contra jus divinum et naturale; potest tamen tolli, penitus abrogari lex humana positiva, sive civilis, sive canonica per contrariam consuetudinem, dummodo ea sit rationabilis, ac legitime præscripta, et hoc expenditur, *num.* 12 *ad* 19.

Tempus requisitum et sufficiens, ut consuetudo censeatur legitime præscripta pro abolenda et abroganda lege civili, est decennium : pro lege canonica est spatium quadraginta annorum, *num.* 20 *ad* 22.

Probabile tamen est, quod etiam pro abolenda et abroganda lege canonica sufficiat decennium, sicuti pro abroganda lege civili, *num.* 23 *ad* 25.

Pro abolenda et abroganda lege sive civili sive canonica per contrariam consuetudinem via conniventiæ introducta, probabilius est non requiri rigorosum et determinatum tempus præscriptionis, *num.* 26.

Consuetudo *contra legem* duplici modo potest introduci, et assignatur, *num.* 27 *et* 28.

Ad abrogandam legem per consuetudinem via *Conniventiæ* introductam non requiritur bona fides, bene vero ad eam abrogandam per consuetudinem via *præscriptionis*, *num.* 29 *et* 30.

Licet primi legem transgredientes non possunt ob suam malam fidem præscriptionem, ipsamque consuetudinem inchoare; posteri tamen eorum exempla bona fide sequentes id possunt, *num.* 31.

Consuetudo a lege reprobata, et damnata tanquam irrationabilis, et bonis moribus repugnans, non potest, licet sit immemorabilis, abrogare legem, *n.* 32.

Consuetudo a lege, seu constitutione reprobata tanquam irrationabilis et iniqua, intelligitur nedum de consuetudine præsente, seu exsistente, sed etiam de futura; cessante tamen irrationabilitate ac iniquitate, potest induci valida consuetudo adversus eam legem, non obstante tali reprobatione, *num.* 33 *et* 34.

Per legem universalem, seu clausulam generalem abrogativam consuetudinis, v. g. *non obstante quacunque consuetudine*, aut hujusmodi, non abrogatur consuetudo immemorabilis, nisi de ea fiat specialis mentio, *num.* 35.

Consuetudo in quo principaliter differat a præscriptione, *num.* 36.

An ad inducendam consuetudinem in statu monarchico opus sit scientia, et patientia principis, *num.* 37 *ad* 40.

Negativa magis arridet opinio, *num.* 41 *ad* 43.

Si lex aliqua nominatim prohibeat consuetudinem sibi contrariam, non opus est scientia, et patientia principis ad consuetudinem inducendam, *num.* 44.

Quæ patientia et scientia præsumitur, si consuetudo fuerit immemorabilis, *num.* 51.

Consuetudo contraria bonis moribus, *num.* 48.

Vis et auctoritas consuetudinis, *num.* 49 *ad* 63.

Casus qui occurrere possunt circa consuetudinem, *num.* 64.

Qualia concurrere debeant ut consuetudo vim legis habeat, *num.* 65 *ad* 72.

Cur valeat contra canones, non autem lex inferioris, *num.* 73.

Consuetudo canonica et civilis; generalissima, generalis, specialis, specialissima; judicialis et extrajudicialis quæ sit, *num.* 74, 75.

Consuetudo, per quam rumpitur nervus disciplinæ ecclesiasticæ et impeditur correctio morum, non valet; nec ea quæ est adversus libertatem et immunitatem, *num.* 76 *ad* 79.

## CONTENTIO.

Contentio quid sit, vide *verb.* Virtus, *num.* 85.

## CONTINENS MUNDI.

Continens mundi quid, vide *verb.* Mundus, *num.* 87.

## CONTRACTUS IN GENERE (II, 1309).

Contractus proprie dictus quid sit, et quotuplex cum respectiva omnium enucleatione, vide *verb.* Contractus, *num.* 1 *ad* 18.

Contractus possunt perfici quatuor modis, scilicet, re, verbis, scriptis et consensu, *num.* 19.

Ad contractus validitatem multæ requiruntur conditiones. Prima, mutuus utriusque contrahentis consensus, *num.* 20.

Secunda, ut contractus fiat a personis potentibus et non prohibitis de jure contrahere, *num.* 21 *et* 22.

Differentia, quæ nulla est jure naturæ inspecto, inter pactum et contractum, multa intercedit de jure civili Romanorum, quod deinde a jure canonico in hoc mutatum. Recensetur natura contractus bonæ fidei, et stricti juris, et istius divisionis usus hisce temporibus, *num.* 55 *et seqq.*

Filius familias adhuc impubes de quibuscunque bonis suis, etiam cum consensu et auctoritate patris sui, ex nullo contractu obligatur civiliter; bene vero pupillus adhuc impubes, auctoritate tutoris contrahens, *num.* 23 *et* 24.

Filius familias pubes non potest valide contrahere sine consensu patris de bonis adventitiis et profectitiis; econtra autem de castrensibus, et quasi castrensibus, *num.* 25 *et* 26.

Pupillus, et minorennis valide contrahit in suum commodum obligando alterum, non tamen in suum incommodum obligando se alteri sine auctoritate tutoris, seu curatoris, *num.* 27.

Pupillus pubertati proximus, aut pubes, et multo magis minorennis contrahens cum consensu et auctoritate tutoris, obligatur, et naturaliter, et civiliter; exceptis tamen immobilibus et mobilibus pretiosis, quæ servando servari possunt, *num.* 28 *et* 29.

Pupillus, et minorennis curatorem habens non obligatur civiliter ex ullo contractu sine tutoris, aut curatoris auctoritate inito, exceptis casibus quibusdam, et assignantur, *num.* 30 *et* 31.

Quamvis pupillus, pubes, vel pubertati proximus et minorennis sine tutoris auctoritate contrahens non obligetur civiliter, obligatur tamen naturaliter, sive in foro conscientiæ, exceptis itidem quibusdam casibus, qui innuuntur, *num.* 32 *ad* 35.

Uxor sine consensu mariti non potest valide contrahere de bonis dotalibus, quandiu sub potestate mariti, nec servus cum quocunque, excepto quod domino pecuniam pro libertate promitteret, *num.* 36, 37 *et* 38.

Sic etiam religiosi solemniter professi nequeunt valide contrahere sine consensu superioris, et quid de superioribus, *num.* 39.

Tertia conditio requisita ad validitatem contractus est, ut res, quæ sub contractu cadit, non sit aliquo jure prohibita cadere sub contractu, sed revera commercium pati queat, *num.* 40.

Quarta conditio est, ut contractus celebretur cum cognitione et libere, id est nullus in conventione intercedat error, neque vis, neque metus, neque dolus; et cuncta plene referuntur, ac contractus enumerantur, et specificantur, qui ratione metus gravis sunt, vel ipso jure invalidi, vel irritandi, *num.* 41 *ad* 50.

Corrigitur *num.* 45 auctor *in nota.*

Contractus vulgo dictus *trium contractuum*, an sit licitus, vel illicitus, seu usurarius, vide *verb.* Societas, *a num.* 3 *ad* 10.

## CONTRACTUS DONATIONIS (II, 1325).

DONATIO QUOAD NATURAM, DIVISIONEM, ET EFFECTUM.

Donatio unde sit dicta vide *verb.* Contractus donationis, *art.* 1, *num* 1.

Digitized by Google

Donationis definitio affertur, ejusdemque prima divisio in verbalem et realem, et quæ sit utraque, *num.* 2 *ad* 4.

Donatio dividitur secundo in donationem mere gratuitam, seu liberalem, et in donationem remuneratoriam, et quæ sit utraque, *num.* 5 *et* 6.

Donatio divitur tertio in donationem puram, seu absolutam, et in donationem non puram, seu conditionatam, et utraque explicatur, *num.* 7 *et* 8.

Donatio dividitur quarto in donationem inter vivos, et in donationem mortis causa; utraque hæc donatio habetur in jure definita, sed clarius definitur, et explicatur, *num.* 9 *ad* 11.

Donatio mortis causa potest fieri tribus modis, qui referuntur, *num.* 12.

Donatio mortis causa quando fieri possit, *num.* 13.

Donatio mortis causa exspirat, seu tacite revocatur quatuor modis, qui assignantur et explicantur, *num.* 14 *ad* 18.

Donatio mortis causa in quo differat a donatione inter vivos, *num.* 19 *ad* 21.

Ad valorem donationis, sive inter vivos, sive mortis causa, quid requiratur, *num.* 22.

Voluntas, et animus sive donandi, sive donum acceptandi quomodo debeat manifestari in donatione seu doni acceptatione, *num.* 23 *ad* 25.

Donatio facta ecclesiæ, vel alteri piæ causæ quando obliget, *num.* 26.

Donatio excedens quingentos solidos insinuari debet apud judicem; secus erit invalida, *num.* 27 *ad* 29.

Solidus quid sit, *num.* 30.

Plures donationes excedentes quingentos solidos valent absque insinuatione; et tales donationes assignantur, *num.* 31 *ad* 37.

Donatio facta supra quingentos solidos potest a donatario tuta conscientia retineri etiam quoad illum excessum, donec a donante, vel ejus hærede repetatur, vel per judicis sententiam rescindatur donatio quoad illum excessum, *num.* 38.

Donatio verbalis, an et quomodo obliget donatorem ad tradendam rem donatam, si a donatario fuit acceptata, *num.* 39 *ad* 43.

Donatio ex quibus potius causa mortis, quam inter vivos dicenda sit, tum, an solemnitates, a statuto inductæ quoad donationes, requirantur in donatione causa mortis ad ejus validitatem, *num.* 44.

DONATIO QUOAD PERSONAS, QUÆ DONARE POSSUNT VEL NON, ET IN QUA QUANTITATE.

Donare potest omnis ratione utens, lege non prohibitus, habens plenum dominium seu liberam administrationem rei suæ. Vide *verb.* Contractus donationis, *art.* 2, *num.* 1.

Donare autem non potest pupillus, minor, furiosus, amens, prodigus, etc., *num.* 2.

Tutores et curatores de bonis, quæ administrant an possint donare, vel facere eleemosynas, *num.* 3 *et* 4.

Uxores, filiifamilias, pupilli, an et de quibus bonis, et in qua quantitate possint libere donare, vel facere eleemosynas, *num.* 5 *ad* 8, et *verb.* Bona, *art.* 4.

Donatio patris facta filio nondum emancipato quando sit valida, vel non, *num.* 9 *ad* 11.

Mater valide donat filiis tam emancipatis, quam nondum emancipatis, *num.* 12.

Conjux an possit alteri conjugi mere liberaliter aliquid donare, *num.* 13.

Valida tamen est donatio inter conjuges in pluribus casibus, qui assignantur et explicantur, *num.* 14 *ad* 26.

Quando et per quid donatio inter conjuges censeatur tacite revocata, *num.* 27 *et* 28.

In dubio autem an donatio fuerit a donatore revocata, præsumendum est non esse revocatam, *num.* 29.

Milites donare non possunt focariis, seu concubinis suis, *num.* 30.

Princeps supremus, ut rex, etc., in qua quantitate possit donare, *num.* 31 *et* 32.

Clerici beneficiati de rebus suis patrimonialibus, quasi patrimonialibus, et de bonis ecclesiasticis, an et quales possint facere donationes, *num.* 33.

Episcopi, seu ecclesiarum prælati, sive sæculares sive regulares sine consensu capituli, an et quales, de quibus bonis, quo titulo, in qua quantitate, et quibus personis possint facere donationes, *num.* 34 *ad* 41.

Prælati, seu superiores regularium, quas possint de bonis monasterii, seu ecclesiæ facere donationes, *num.* 42.

Regulares illi qui non sunt prælati, administrationem tamen habent sibi commissam bonorum monasterii, ut sunt œconomi, quas possint facere donationes et eleemosynas, *num.* 43.

Regulares beneficiati extra monasterium degentes, an possint de redditibus beneficii facere donationes ac eleemosynas, et quales, *num.* 44.

Regulares, qui in monasterio sub obedientia superiorum vivunt, et nullam bonorum administrationem habent, an possint facere donationes, *num.* 45.

Quoad quantitatem donandi sunt prohibita duo genera donationum, scilicet donatio omnium bonorum, et donatio liberalis excedens quingentos solidos absque insinuatione facta, *num.* 46.

Donatio omnium bonorum præsentium, et futurorum, mobilium et immobilium, qua ratione prohibeatur, et an ea cessante quandoque sit valida, *num.* 47 *ad* 52.

Donatio liberalis excedens quinquaginta solidos est invalida quoad excessum, nisi fiat cum insinuatione, aliquando tamen potest esse valida, *num.* 53 *et* 54.

Si quis debitum aliquod liquidum summam quingentorum solidorum excedens remittat, invalida est remissio, *num.* 55.

An clientes fervente lite donare possint advocatis, procuratoribus, aliisque similibus litis ministris, *num.* 56 *et seqq.*

An ægroti donare possint chirurgis et medicis, *num.* 59.

Num pœnitentes confessariis, vel illorum domui, vel conventui donare valeant, *num.* 61.

DONATIO, QUOAD EJUS REVOCATIONEM.

Donatio inter vivos semel legitime facta, et acceptata regulariter loquendo, non potest amplius revocari per donatorem, imo nec etiam per rescriptum Principis. Vide *verb.* Contractus donationis, *art.* 3, *num.* 1 *et* 2.

Ab hac regula excipiuntur tres casus principales, ob quos donatio revocari potest, scilicet ob ingratitudinem donatarii, ob prolem postea susceptam, et si donatio sit inofficiosa liberis, *num.* 3.

Ob ingratitudinem donatarii revocari potest donatio in quinque casibus, qui assignantur, *num.* 4 *ad* 11.

Donator probare debet in judicio ingratitudinem, si ob illam revocare vult donationem, *num.* 12.

Potestas revocandi donationem ob ingratitudinem quibus competat, et contra quos possit revocari, *num.* 13 *ad* 15.

Assignantur quædam donationes, quæ ob ingratitudinem donatarii revocari non possunt, *num.* 16 *ad* 19.

Ob prolem postea susceptam revocari potest donatio, quamvis unica postea nascatur proles, *num.* 20 *et* 21.

Quid considerari debeat, ut rectum proferatur

Digitized by Google

judicium super revocatione donationis ob supervenientiam filiorum, *num.* 32 *et seqq.*

An, et quando donatio jurispatronatus obnoxia sit revocationi ob supervenientiam filiorum, *num.* 40.

Quid si in tali casu donatio sit remuneratoria, vel facta sit Ecclesiæ, *num.* 22 *ad* 24.

Emendatur auctor *num.* 22, *num.* 43.

Revocari potest donatio, si sit inofficiosa liberis; quid sit talis donatio, et quibus competat jus eam revocandi, *num.* 25 *ad* 27.

Donatio mortis causa proprie talis, etiamsi acceptata a donatario, quando possit revocari ad libitum donantis, *num.* 28 *ad* 30.

Quandonam donatio mortis causa ipso jure exspiret, seu tacite revocata censeatur, *num.* 31.

An præcedens donatio irrita sit ipso jure, an vero opera hominum indigeat, *num.* 44 *ad* 48.

An jus irritam et nullam declarandi donationem transeat ad filios a donante natos, *num.* 49 *ad* 56.

Donatio per supervenientiam liberorum ipso jure revocata, per obitum eorumdem ante donantis mortem non reconvalescit, *num.* 57, 58.

Quæ sit differentia inter querelam inofficiosæ donationis, et querelam inofficiosi testamenti, *num.* 59, 60.

An prima querela transeat ad nepotes, *num.* 61 *ad* 63.

DONATIO PARTICULARIS QUOAD ÆS ALIENUM.

Quamvis successor singularis ad æs alienum donantis non tenetur, quid tamen dicendum, si pro ære alieno res particulariter donata sit specialiter obligata, vide *verb.* Contractus donationis, *art.* 4, *num.* 1, 2.

Opinio nova contra communem doctorum sententiam affertur, probatur, et solvuntur objecta, *num.* 3 *ad* 24.

Aliqua quæ conferre possunt ad intelligentiam legis *æris alieni*, *num.* 25.

Quanti sit momenti in hac re voluntas donantium, *num.* 26.

## CONTRACTUS EMPHYTEUSIS (II, 1359).

QUOAD EJUS NATURAM, DIVISIONEM, ET SUCCESSIONEM IN IPSAM.

Emphyteusis unde dicatur, vide *verb.* Contractus Emphyteusis, *art.* 1, *num.* 1.

Emendatur auctor, *in nota.*

Emphyteusim dantes, et accipientes quomodo vocentur, *num.* 2.

Datur emphyteusis definitio, *num.* 3.

Assignatur emphyteusis differentia a locatione, a venditione, a mutuo, donatione, aliisque contractibus, et a feudo, *num.* 4 *ad* 7, et *num.* 39 *et* 40.

Emphyteusis dividitur primo in ecclesiasticam et laicalem, et qualis sit utraque, *num.* 8.

Assignatur differentia emphyteusis ecclesiasticæ a laicali, *num.* 9.

Quid sit incidere in commissum, *num.* 10.

Emphyteusis dividitur secundo in perpetuam et temporalem, et qualis sit utraque, *num.* 11.

Emphyteusis dividitur tertio in hæreditariam simpliciter et hæreditariam mixte seu qualificate, et in non hæreditariam, seu ex pacto, et providentia, et qualis sit quælibet, *num.* 12.

Scriptura, seu instrumentum scriptum est de substantia emphyteusis, *num.* 13.

Emphyteusis quomodo dicatur ecclesiastica, vel laicalis, et ad quod tempus esse debeat, *num.* 14.

Emphyteusis laicalis quando præsumatur perpetua, et transeat ad hæredes etiam extraneos, *num.* 15 *et* 16.

Emphyteusis ecclesiastica, quando censeatur perpetua ac transeat ad omnes hæredes etiam extraneos, et quid ad rem sentiant auctores, *num.* 17 *ad* 20.

Emphyteusis ecclesiastica potest etiam concedi in perpetuum, si adsit legitima causa, etc. et Beneplacitum apostolicum, *num.* 21.

Bona ecclesiastica in emphyteusim dari solita, si iterum redeant ad ecclesiam, an possit prælatus ecclesiæ ea de novo concedere in emphyteusim absque juris solemnitatibus, *num.* 22 *et* 23.

Assignatur, quando solitum dicatur alterari, vel non, *num.* 24.

Ad hoc autem ut bona ecclesiæ dicantur solita in emphyteusim concedi, quid requiratur, *num.* 25 *et* 26.

In emphyteusi ecclesiastica non succedunt filii naturales seu illegitimi, quamvis legitimati per rescriptum principis naturalis; bene vero legitimati per subsequens matrimonium, *num.* 27 *ad* 29.

In emphyteusi autem sæculari filii naturales, et illegitimi succedunt eo modo, quo succedunt in aliis bonis defuncti, *num.* 30.

Si hæres monasterium ingreditur, in emphyteusi hæreditaria an succedat monasterium, *num.* 31 *et* 32.

Emphyteusis cum specialibus clausulis concessa transit ad solos vocatos per tales clausulas, et afferuntur plura exempla, in quibus clausulæ apponuntur, et quomodo intelligendæ sint clare indicatur, *num.* 33 *usq. ad* 60.

In emphyteusi ecclesiastica dato casu, quo instrumentum diversimode cantaret, an beneplacitum apostolicum deberet potius attendi tenor beneplaciti apostolici, quam tenor instrumenti, *num.* 61.

Illustrantur tradita ab auctore, *num.* 62 *et seqq.*

EMPHYTEUSIS QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT EMPHYTEUTAM.

Emphyteuta, quis esse possit, vel non. Vide *verb.* Contractus Emphyteusis, *art.* 2, *num.* 1 *ad* 3, et *verb.* Clericus, *art.* 3, *per tot.*

Emphyteuta potest libere uti, et frui re emphyteutica, et ei competit actio realis contra quemcunque perturbatorem, aut possessorem, *num.* 4.

Emphyteuta, an habeat jus percipiendi fructus ex incremento rei emphyteuticæ per alluvionem facto, *num.* 5 *et* 6.

Emphyteuta quando possit repetere melioramenta facta rei emphyteuticæ, vel non, et quomodo melioramenta sint æstimanda, *num.* 7 *ad* 11.

Limitantur tradita ab auctore, *in nota* ad *num.* 11.

Emphyteuta, an possit vendere tam ipsam rem emphyteuticam, quam melioramenta in ea facta, et quæ conditiones requirantur pro tali venditione, et quibus fieri talis venditio sit prohibitum, *num.* 12 *ad* 14.

An possit emphyteuta rem emphyteuticam quoad dominium utile cum melioramentis factis alteri etiam extraneæ personæ donare, vel legare, aut in dotem dare sine consensu domini, eoque non requisito, *num.* 15 *et* 16.

Ut sine consensu domini directi res emphyteutica donetur, legetur, aut in dotem detur, requiruntur potissimum tres conditiones, et assignantur. *num.* 17.

Si reperiatur emphyteusis donata, vel legata personis, seu locis incapacibus ipsam retinendi, quid agendum, *num.* 18, *et art.* 1, *num.* 31.

An possit emphyteuta sine consensu domini directi rem emphyteuticam oppignorare, seu hypothecare, locare, aut alteri in emphyteusim concedere, aut cum alio permutare, *num.* 19 *ad* 23.

Emphyteuta tenetur servare pacta conventa in contractu emphyteutico, et aliqua pacta claritatis gratia adducuntur, et explicantur, *num.* 24 *ad* 30.

Auctor explicatur, *num.* 41 *et seqq.*

Emphyteutæ bonorum ecclesiasticorum gaudent exemptione ab oneribus communitatis, *num.* 31.

Meri laici possunt conveniri in foro ecclesiastico pro bonis emphyteuticis, et redditibus ecclesiæ pro eo quod pertinet ad directum dominium, *num.* 32.

Causa assertæ servitutis contra emphyteutam

Digitized by Google

mensæ episcopalis spectat ad curiam ecclesiasticam, *num.* 33.
Non gaudet emphyteuta bonorum ecclesiasticorum immunitate ab onere personali unius corbæ frumenti, *num.* 34.
Emphyteuta ecclesiæ non potest declinare forum ecclesiasticum respectu solutionis, canonis, vel quando agitur de dominio ecclesiæ, *num.* 35.
Bona ecclesiarum et locorum piorum in emphyteusim laicis concessa, an sint exempta ab oneribus, et impositionibus laicalibus, et an possit ab eisdem collectari, *num.* 36 *ad* 38.

EMPHYTEUSIS QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT DOMINUM DIRECTUM, SEU PROPRIETARIUM.

Dominus directus esse, seu in emphyteusim dare quis possit, vide *verb.* Contractus emphyteusis, *art.* 3, *num.* 1 *ad* 4.
Propter defectum liberæ administrationis, quis non possit in emphyteusim concedere, *num.* 5 *et* 6.
Dominus directus, an possit omnia sibi benevisa facere in re emphyteutica, *num.* 7.
Dominus directus, an possit privare emphyteutam re emphyteutica, et qui casus excipiantur, *num.* 8 *ad* 10.
In emphyteusi laicali, an admittenda sit purgatio moræ, *num.* 11.
Quantum tempus ad purgandam moram concedatur, *num.* 12.
Dominus directus potest privare emphyteutam re emphyteutica, si absque suo consensu, et absque debitis juris conditionibus vendat emphyteusim, vel si culpa lata, vel levi, res emphyteutica fuit notabiliter deteriorata; imo potest eum cogere, ut id in quo rem læsit, resarciat, *num.* 13 *et* 14.
Emphyteuta expellendus est ab emphyteusi cum interventu et auctoritate judicis, *num.* 15.
Dominus directus potest a novo emphyteuta laudemium exigere, *num.* 16.
Laudemium quare sic dictum; quid sit de jure communi, ac de consuetudine; quomodo mensurandum, et quando solvendum, *num.* 17 *ad* 23.
An assumpta ab emphyteuta obligatione aliquid faciendi intra certum tempus sub pœna devolutionis devolutio fiat, non interpellato emphyteuta, *num.* 24 *et seqq.*

## CONTRACTUS EMPTIONIS ET VENDITIONIS (II, 1389).

EMPTIO ET VENDITIO QUOAD ESSE, ET A QUIBUS, ET DE QUIBUS FIERI POSSIT, ET DEBEAT, VEL NON.

Emptio et Venditio quid sit, vide *verb.* Contractus, Emptionis et Venditionis, *art.* 1, *num.* 1.
Explicantur particulæ definitionis emptionis et venditionis, *a num.* 2 *ad* 4.
Nomine mercis quid veniat, *num.* 5.
Quid veniat nomine pretii, et quid sit, *num.* 6.
Nummus et pecunia unde dicantur, *num.* 7 *et* 8.
Nummi appellatio strictior est quam pecuniæ, *num.* 9.
Emptio et venditio non est, nisi interveniat nummus vel pecunia, *num.* 10.
Pretium unde dictum, *num.* 11.
Pretium est duplex, legitimum, seu legale, et naturale, seu vulgare, et quale sit utrumque, *num.* 12.
Pretium naturale seu vulgare dividitur in infimum seu pium, in medium seu moderatum, et in summum seu rigorosum, et quale sit quodlibet, *num.* 13.
Quodlibet trium horum pretiorum justum est ac licitum, *num.* 14.
Emptio et venditio per quale pretium illicita dicatur, *num.* 15 *et* 16.
Emere et vendere quo jure permittatur, qua conditione, *num.* 17 *et* 18.
Dimidium justi pretii quomodo computandum sit in emptore decepto, *num.* 19.
Pretium legale juste taxatum obligat omnes in utroque foro, *num.* 20.
Pretium juste taxatum observare tenentur etiam peregrini, nisi specialiter eximantur, *num.* 21.
Si manifeste constet pretium indebite, irrationabiliter et injuste taxatum esse, nemo in foro conscientiæ illud observare tenetur. Et quid in casu tuta conscientia agi possit indicatur *num.* 22 *ad* 25.
Quid confessarius in hoc casu facere teneatur; *in nota.*
Emptio et venditio potest fieri ab omnibus, qui jure non prohibentur, *num.* 26.
Emere et vendere solius lucri et negotiationis gratia nequeunt clerici, *num.* 27 et *verb.* Clericus, *art.* 3 *per tot.*
Qui a jure prohibeantur emere et vendere, et qui excipiuntur, qua conditione possint, et quas res, *num.* 28 *ad* 33.
Res emptioni et venditioni subjectæ quales sint, *num.* 34 *ad* 37.
Officia publica temporalia spectando leges positivas humanas, an emi, ac vendi possint, et quæ conditiones servandæ in licita eorum venditione, *num.* 38 *ad* 41.
Emptio et venditio de quibus rebus fieri nequeat, *num.* 42 *et* 43.
Homo liber quo casu et conditione vendi possit, aut emi, *num.* 44 *et* 45.
Nequit a domino vendi servus ut cum bestiis pugnet, *num.* 46.
Assignantur res quæ hostibus ecclesiæ vendi prohibentur, *num.* 47.
Ordinarie loquendo nemo invitus cogi potest ad vendendam rem propriam, vel emendam alienam, *n.* 48.
In casu tamen publicæ necessitatis, et in aliis casibus, qui assignantur, an cogi possint subditi, quamvis clerici, ad vendendum vel emendum, et ob quas causas, *n.* 49 *ad* 54. Multa ad rem, vide *n.* 55 *et seqq.*

EMPTIO QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT EMPTOREM.

Emens bona fide rem furtivam ad quid teneatur, et quid si eam vendidit, consumpsit vel donavit, et an possit eam reddere furi, vide *verb.* contractus Emptionis et Venditionis, *art.* 2, *n.* 1 *ad* 7.
Emens rem pecunia furtiva an rei dominium, et venditor an pecuniæ dominium acquirant et ad quid ambo teneantur, *n.* 8 *et* 9.
Corrigitur *auctor n.* 9 *in nota.*
Emens rem alienam, seu furtivam modico pretio, ut eam restituat proprio domino, quid possit repetere a domino rei, et ad quid ipse teneatur, *n.* 10.
Emens communi pretio agrum, in quo scit esse thesaurum, vel similia alia pretiosa, licite emit, et nihil tenetur restituere venditori ignoranti. Quod pariter est dicendum de illo, qui emit rem mobilem, in qua reperiatur aurum, *n.* 11 *et* 12.
Emens rem sua et communi æstimatione vilem, si post emptionem cognoscat esse pretiosam, an teneatur aliquid restituere venditori, *n.* 13 *ad* 15.
Qui scientia privata scit brevi pretium augendum vel monetæ valorem minuendum, an possit licite emere, vel vendere aut monetas expendere pretio currenti, *n.* 16 *ad* 18.
Chirographa, et aliena credita, an, a quibus, et quo titulo possint licite minori pretio emi, vel non, *n.* 19 *ad* 27.
Non licet sine justo titulo ob solam anticipatam solutionem infra pretium infimum emere; secus si adsit justus titulus, *n.* 28 *et* 29.
Assignantur variæ causæ, propter quas potest emi res minori pretio, quam valeat, *n.* 30 *ad* 36. Sed vide notam *sub n.* 35.
Deputatus ad aliquam rem emendam certo et determinato pretio, an, et quando possit sibi aliquid retinere si minoris emet, *n.* 37 *ad* 40.

Digitized by Google

Sartor deputatus ad emendum pannum, serica etc., pro vestimentis conficiendis, potest sibi retinere id quo minus emit, si mercator, vel venditor in solam sui gratiam partem aliquam justi pretii remisit; dummodo tamen duo concurrant, quæ assignantur, *n.* 41 *et* 42.

Ementes frumentum tempore messis, quo minus valet, animo illud vendendi tempore, quo plus valeat, an sint culpandi, et teneantur ad restitutionem, *n.* 43 *ad* 45.

Quinam emere possint, *n.* 46 *et seqq.*

EMPTIO QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT VENDITOREM.

Venditor ob solam dilatam solutionem an possit rem plus justo pretio vendere, vide *verb.* Contractus Emptionis et Venditionis, *art.* 3. *n.* 1 *et* 2.

Ut liceat venditori supra summum pretium vendere pluris ad creditum ratione lucri cessantis, requiruntur variæ conditiones, quæ enumerantur, *n.* 3.

Ratione periculi perdendi pretium, vel ex toto, vel ex parte, possunt venditores pluris vendere ad creditum; et etiam ratione difficultatum, molestiarum et expensarum, quæ probabiliter timentur, *n.* 4 *et* 5.

Absque ullo titulo licitum est vendere pluris ad creditum solum intra fines justi pretii, *n.* 6, *et art.* 1, *n.* 14.

Supra summum justum potest res pluris vendi generaliter loquendo ob varias causas: 1. ratione damni emergentis; 2. ratione lucri cessantis; 3. ratione pecuniæ, seu raritatis mercium; 4. ratione multitudinis emptorum; 5. ratione specialis ad rem effectus venditoris causantis eidem honestam oblectationem; 6. ratione periculi faciendi expensas in exigendo postea pretio; 7. ratione periculi perdendi pretium, sive ex toto, sive ex parte, *n.* 7 *ad* 13.

Venditor an, et quando teneatur manifestare emptori vitium rei, sive occultum, sive patens, *num.* 14 *ad* 21.

Confirmatur sententia *auct. sub n.* 11, *in nota.*

Quid agendum proponatur in praxi quoad sententiam ab *auctore* propositam *sub n.* 15, vide *in nota.*

Venditor, qui ad alliciendos frequentiores emptores vendit merces pretio infimo, sed occulte non tradit integrum pondus et mensuram, partem sibi reservando ad compensationem justi pretii, an peccet, et ad quid teneatur, et quo casu sit licitum, *n.* 22 *et* 23.

Merces extraordinariæ bonitatis, v. g. vinum aut triticum, quo casu, et qua cautela misceri possint cum aliis mercibus inferioris pretii, *n.* 24 *et* 28.

Venditor sciens scientia privata pretium mercis brevi minuendum esse, potest licite vendere pretio currenti. Vide *n.* 29, *et art. antecedent.* a *n.* 16 *ad* 18.

Deputatus ad aliquam rem vendendam certo et determinato pretio, an et quando possit licite sibi aliquid retinere de augendo pretii rei venditæ; et quid si talis deputatus esset famulus, *n.* 30 *ad* 33, *et art.* 2, *n.* 39 *ad* 41.

Venditor an possit plus justo augere pretium mercis solum ex eo quod videat emptorem valde indigere illa, *n.* 34.

Venditor pro re valde rara, et peregrina an possit repetere ab emptore quodcumque sibi arbitrarium et excessivum pretium, *n.* 35 *ad* 36.

Vendens in fraudem creditorum, quibus re vendita fit incapax solvendi quod debet, an peccet, et ad quid teneatur, et quid si talis venditio facta sit ignoranti fraudem, *n.* 37 *ad* 41.

Monitum ad confessarium, *in nota ad num.* 41.

Venditor fingens litteras de submersis navibus quæ merces advehebant, vel spargens falsum rumorem, ex quo sciat mercis pretium augeri, ut carius vendat merces suas, an peccet, et ad quid teneatur, *n.* 42 *et* 43.

Quid si venditor juret se pluris vendidisse aliis mercem, vel pluris constare sibi, *n.* 44.

Vendens quid pro quo malitiose, v. g. aurichalcum pro auro, etc., peccat graviter, et tenetur ad restitutionem, *n.* 45.

Pharmacopola vendens quid pro quo æque utile ad finem emptoris, v. g. dans infirmo unum medicamentum pro alio, an peccet, et ad quid teneatur, *n.* 46 *et* 47.

Venditor habens frumentum venale, si sit illud servaturus usque ad tempus quo solet plus valere, an possit licite nunc vendere majori pretio, quam actu valeat, vel pretio solvendo, quo valebit statuto tempore, *n.* 48 *ad* 51.

Venditor non potest licite vendere triticum de mense Novembris, v. g. summo pretio quo veniet toto tempore intermedio usque ad Novembrem sequentis anni, *n.* 52.

Venditor graviter peccat, et tenetur ad restitutionem, si triticum aqua madefaciat, lanam et hujusmodi in loco humido reponit, ut plus ponderet, *n.* 53.

Venditor an possit licite vendere rem cum pacto retrovendendi, seu redimendi in futurum; et quantum diminui debeat de pretio propter tale onus revenditionis impositum emptori: et quid in re cavendum sit, *n.* 54 *ad* 56.

Differentia intercedit inter socium et fiscum circa venditionem rei communis, *num.* 57 *et seqq.*

Christiani mercatores an merces ad infideles licite transferre possint, *num.* 62. Contractus nuncupati *Fitto-franco*, *num.* 63 *ad* 65.

EMPTIO QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT COMMODUM, PERICULUM, ET RETRACTUM REI VENDITÆ.

Commodum, et fructus rei venditæ post traditionem pertinent ad emptorem. Vide *verb.* Contractus Emptionis et Venditionis, *art.* 4 *n.* 1.

Fructus rei venditæ adhuc pendentes, tempore contractus venditionis etiam ante traditionem, et fructus nati, et producti post absolutum contractum ad quem pertineant, *n.* 2 *ad* 4.

Si circa perceptionem fructuum provenientium ex re vendita fuerit facta aliqua specialis conventio inter emptorem et venditorem, erit omnino observanda; et adducuntur exempla ad hoc spectantia, *n.* 5 *ad* 9.

Periculum rei venditæ post traditionem pertinet statim ad emptorem. Et etiam ante traditionem, si vendatur res certa, et determinata in individuo. Excipiuntur tamen plures casus, qui assignantur, in quibus hæc secunda pars limitari debet, *n.* 10 *ad* 19.

Res quæ venditur ad mensuram, antequam tradatur mensurata, periculum ad quem pertineat, *n.* 20.

Res quæ datur cum pacto, ut degustetur, ante degustationem periculum ad quem spectet, *num.* 21 *et* 22.

Quando res aliqua vendita est ad corpus totum sine ordine ad mensurandum, tunc periculum spectat ad emptorem; secus si vendatur cum ordine ad mensurandum, et hoc exemplis declaratur, *n.* 23 *ad* 25.

Retractus gentilitius quid sit, *n.* 26.

Sola bona immobilia retrahi possunt, *n.* 27.

Retrahere possunt omnes venditores consanguinei non solum laici, sed etiam clerici, *n.* 28.

Religiosus autem consanguineus, vel hujus loco monasterium retrahere nequit, *n.* 29.

Jus retrahendi ante omnes, et successive quibus competat, *n.* 30 *ad* 32.

Quid si plures fuerint consanguinei ejusdem gradus, *n.* 33.

Cum fratre superstite nequeunt simul retrahere liberi fratris defuncti, *n.* 34.

Quid si consanguineus proximior retrahere nolit,

Digitized by Google

aut unus ex æqualiter propinquis cedat juri suo, *n*. 35.

Legitime retrahere volens debet quatuor potissimum conditiones observare, quæ assignantur, *n*. 36 *ad* 40.

Extraneus emens fundum pro quinquaginta et ut impediat retractionem scribit in instrumento cum consensu venditoris se emisse pro 100, an peccet, et ad quid teneatur, *n*. 41.

Adducitur laudabilis consuetudo, et praxis ad evitandas similes fraudes, et dolos, *n*. 42.

Cuinam pereat res vendita nondum tradita, *num*. 43 *ad* 51.

Retractus conventionalis, legalis et gentilitius quid sit, *num*. 52 *ad* 59.

EMPTIO ET VENDITIO QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT ACTIONES EX EMPTO ET VENDITO, ET ACTIONEM OB LÆSIONEM ULTRA DIMIDIUM, ET PACTUM LEGIS COMMISSORIÆ, ET ADDITIONIS IN DIEM.

Quid sit, et quæ detur actio ex empto, seu empti, vide *verb*. Contractus Emptionis et Venditionis, *art*. 5, *n*. 1.

Hoc jus seu actio quando oriatur, et possit institui cum effectu contra venditorem, *n*. 2 *et* 3.

Quid sit, et ad quæ detur actio ex vendito, seu venditi, *n*. 4.

Hoc jus seu actio quando oriatur, et cum effectu institui possit contra emptorem, *n*. 5 *et* 6.

Quid sit, et ad quæ detur actio redhibitoria, et unde sic vocetur, *n*. 7 *et* 8.

Actio redhibitoria quibus competat; et contra quos possit intentari, *n*. 9 *et* 10.

Quid sit, et quæ detur actio æstimatoria, seu quanto, vel quanti minoris; et unde sic vocetur, *n*. 11 *ad* 14.

Venditor ignorans vitium rei ipsamque sine malitia ac fraude vendens tanquam bonam, ad quid teneatur; et quid, si scienter rem vitiatam malitiose vendit, *n*. 15 *et* 16.

Pro instituenda actione redhibitoria, et æstimatoria quantum tempus concedatur, *n*. 17 *et* 18.

Quando ob vitium rei conceditur actio redhibitoria intra quod tempus emptor possidet, vel non assumere æstimationem; et ad quid in casu venditor teneatur, *n*. 19 *ad* 22.

Actio ob læsionem, de jure civili ac canonico, tam in foro interno, quam externo quando conceditur, *n*. 23 *ad* 25.

Minoribus viginti quinque annis conceditur actio contra graviter lædentem, etiamsi læsio sit infra dimidium; et etiam conceditur ecclesiis, communitatibus, ac omnibus læsis intra dimidium, si læsio facta est ex dolo vel fraude, *n*. 26 *ad* 28.

Ob læsionem ultra dimidium competit actio venditori contra emptorem, et contra, *n*. 29 *et* 30.

Læsio ultra dimidium eodem modo, et æqualiter computari debet in venditore et emptore, *n*. 31, *et art*. 1, *n*. 17, 18 *et* 19.

Emptor et venditor ultra dimidium lædentes ad quid teneantur, *n*. 32 *ad* 34.

Quando læsio ultra dimidium facta est bona fide et emptor iterum restituit rem emptam, potest fructus interea perceptos sibi retinere in utroque foro. Quando vero facta est mala fide, ad quid teneatur, *n*. 35 *et* 36.

Confirmatur et adornatur sententia *auctor*. proposita *sub num*. 35 *in nota*.

Quando læsio est facta bona fide, et rescinditur contractus, venditor ad quid teneatur, *n*. 37.

Actio contra lædentem ultra dimidium bona, vel mala fide usque ad quod tempus institui possit, *num*. 38 *et* 39.

Pactum legis commissoriæ, seu lex commissoria quid sit, et ad quæ detur, *num*. 40.

Lex commissoria quando dicatur, et res, ejusque fructus redeant ad venditorem; quidque in casu sit in potestate ejusdem, ac emptor ad quid teneatur, *num*. 41 *ad* 45.

Pactum addictionis in diem quid sit, et ad quæ detur, et cur sic dicatur, *num*. 46 *et* 47.

Quis censeatur offerre meliorem conditionem, *n*. 48.

Res vendita per pactum addictionis in diem quando redeat ad venditorem, et ad quid ipse teneatur, et emptor quid possit prætendere, *n*. 49 *ad* 51.

Pactum addictionis in diem, ut suum sortiatur effectum, debet habere quatuor conditiones, quæ assignantur, *n*. 52 *ad* 55.

Alia ad rem, *n*. 56 *et seqq*.

Quando majorenni conceditur, vel non, actio doli ob læsionem, *num*. 65 *ad* 76.

## CONTRIBUTIO (II, 1457).

Ecclesiæ, et ecclesiastici tum sæculares, tum regulares, sunt immunes ab omnibus contributionibus et exactionibus a quibuscunque laicis impositis; idque exigentes, quicunque sint, ipso facto excommunicationem majorem papæ reservatam incurrunt; et etiam recipientes a sponte dantibus. Vide *verb*. Contributio, *num*. 1, 2 *et* 3.

A præfata excommunicatione extra articulum mortis nemo potest absolvere præter Romanum pontificem; et in articulo mortis nonnisi cautione præstita de restituendo, etc., *num*. 4.

Absque incursu tamen excommunicationis, et culpæ, possunt licite ecclesiis et bonis ecclesiasticis imponi contributiones, concurrentibus copulative sex conditionibus, *num*. 5.

Cum solo consensu episcopi et cleri, absque consensu papæ, si cæteræ aliæ requisitæ conditiones concurrant, possunt imponi dictæ contributiones quando grave periculum est in mora; et ad unum, vel alterum actum, atque breve tempus, *num*. 6 *et* 7.

Aliqua interveniente gravi particulari necessitate, et impossibilitate interim adeundi episcopum, potest interdum exigi et respective solvi, etc. etiam absque consensu episcopi, et cleri; ejusque nomine quid veniat, *num*. 8 *et* 9.

Et sic servando consulitur, et indemnitati immunitatis ecclesiasticæ, et securitati episcoporum, *num*. 10.

Cognita vero communi necessitate tenetur clerus contribuere; dummodo prius consulatur summus pontifex, nisi grave periculum sit in mora, *num*. 11 *et* 12.

Absque prævio consensu papæ non solum laici exigendo, sed etiam clerici solvendo contributiones quascunque, et episcopi concedendo, aut consentiendo, ut solvantur, illicite et invalide agunt, ac excommunicationem ipsi papæ reservatam incurrunt (nisi forte excusarentur per grave periculum in mora), *num*. 13 *et* 14.

Alia multa ad rem, *remissive*, *num*. 15.

De contributione expensarum pro re communi. Vide *num*. 16.

## CONTRITIO.

Vide *verb*. Pœnitentiæ sacramentum.

## CONTUMELIA.

Contumelia quid sit, vide *verb*. Detractio, *art*. 1, *num*. 8.

## CONVENTUS (II, 1463).

CONVENTUS QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT EORUM FUNDATIONEM ET TRANSLATIONEM.

Pro legitima et valida fundatione conventuum, seu monasteriorum regularium, sunt omnimode attendendæ constitutiones pontificiæ Clementis VIII, Gregorii XV, Urbani VIII, Innocentii X, quæ hic dantur. Vide *verb*. Conventus, *art*. 1, *a num*. 1 *ad* 5.

Constitutiones apostolicæ pro erigendis novis

Digitized by Google

conventibus sunt servandæ etiam extra Italiam, et in aliis provinciis ultra montes, et in erectione conventuum omnium regularium tam Mendicantium, quam non Mendicantium; ac etiam in reassumptione conventus antea derelicti, *num.* 6 7 *et* 8.

Insuper non solum decreta apostolica servanda sunt in fundatione conventuum, sed rigorosius in aperitione hospitiorum, *num.* 9 *et* 10.

Non sunt tamen attendendæ dictæ constitutiones apostolicæ in translatione conventus ad alium situm ejusdem loci, vel ob salubritatem aeris, vel ob periculum ruinæ fabricæ, vel ob aliud grave incommodum, etiamsi translatio fiat ad situm, in quo reperiuntur constructi conventus aliarum religionum, quæ privilegium habent, quo novi conventus non erigantur, nisi servata distantia, *num.* 11 *et* 12, *et num.* 46 *et* 47.

Novus conventus regularium nequit erigi sine beneplacito apostolico, seu speciali sedis apostolicæ licentia, nec sine consensu ordinarii, quo denegante recurrendum est ad sacram congregationem Episcoporum et Regularium, *num.* 13 *ad* 18.

Pro fundatione novi conventus requiri consensum aliorum regularium in talibus civitatibus et locis exsistentium statuit Clemens VIII; at ex posteriori constitutione Gregorii XV, non videtur amplius de necesse, quando ordinariis constat erigendos posse commode, et sine aliorum præjudicio, in tali loco sustentari, *num.* 19 *ad* 23.

Quoad hæc tamen attendendum est quoddam breve Innocentii XI et variæ resolutiones Rotæ et Sacrarum Congregationum, *num.* 24 *et* 25.

In fundatione novi conventus præservanda sunt jura parochialia; nec erigi, seu fundari, nisi in eis possint sustentari saltem duodecim religiosi, aliter remaneant subjecti ordinariis, *num.* 26 *ad* 30.

Requisita pro fundandis novis conventibus religiosorum habent etiam locum circa erigenda monasteria monialium: at non pro congregationibus presbyterorum sæcularium collegialiter viventium, et sola auctoritate ordinarii fundatis et erectis, *num.* 31 *et* 32.

Regulares, qui possessionis bonorum, et annuorum redditaum sunt capaces, quamvis ordinum Mendicantium sint, possunt ad novas fundationes admitti, recepta eorumdem obligatione non quæstuandi, *num.* 33.

Apud Minores regularis observantiæ novi conventus non eriguntur, neque jam erecti deseruntur sine consensu definitorii provinciæ, *num.* 34.

Pro erectione novorum conventuum, et monasteriorum adducitur novissima dispositio Sacræ Congregationis super disciplina regulari deputatæ, *num.* 35.

Digeruntur melius, et methodice requisita, quæ requiruntur ad novi conventus fundationem, et ad rem variæ explicantur quæstiones, *num.* 36 *et seqq.*

Et præsertim num dispositio *Tex. in cap. unico de Excess. Prælatorum* sublata fuerit a concilio Tridentino *sess.* 25, *cap.* 3, *de Regular.*, *num.* 37.

Et quoad consensum parochi, solvitur quæstio, utrum ille præstari debeat ab eo, qui obtinet curam habitualem, an ab illo qui curam obtinet actualem, *num.* 41 *et seqq.*

An requisita pro novi conventus fundatione concurrere debeant, si agatur de regularibus illis, quibus in loco, de quo agitur, jam competebat jus quæstuandi, *num.* 43.

Quæ disposita fuerunt a Patre vice-commissario generali ordinis Minorum Observantiæ Reformatæ sancti Francisci pro conventibus recessus, seu recollectionis a Sacra Congregatione super disciplina regulari confirmantur. Vide *num.* 37 *ad* 40.

CONVENTUS QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT EORUM SUPPRESSIONEM, RESTITUTIONEM, ET EXEMPTIONEM.

Adducitur compendiosa notitia suppressionis et restitutionis conventuum. Vide *verb.* Conventus, *art.* 2, *num.* 1.

Adducitur constitutio pro numero personarum in singulis monasteriis præfigendo, et formula describendi eorum statum de mandato congregationis confecta, *num.* 2 *et* 3.

Bulla suppressionis parvorum conventuum Italiæ et insularum adjacentium in congregatione compilata, et jussu papæ statim edita et publicata, *num.* 4.

Litteræ congregationis exprimentes nominatim conventus suppressos, et exquirentes episcoporum et capitulorum sententias pro bonis applicandis, *num.* 5.

Relationes applicationis bonorum conventuum suppressorum a papa ad se relatas approbavit, *num.* 6.

Litteræ circulares super granciis et membris etiam curatis monasteriorum, *num.* 7.

In granciis et membris monasteriorum habitare non possunt regulares sacerdotes, sed conversi tantum pro bonorum administratione, et in his quando et a quibus celebrandæ missæ, *num.* 8 *et* 9.

Cura animarum in granciis et membris monasteriorum exerceri non potest per regulares, sed per vicarios perpetuos, vel amovibiles, ab ordinario deputandos granciarum bona reservantur ipsorum monasteriis, *num.* 10, 11.

Canonicorum regularium Lateranensium granciæ parochiales ab Innocentio X declarantur comprehendi in ejus bulla *Instaurandæ*, *num.* 12.

Conventus plurimi primum suppressi, ac deinde ex rationabilibus causis a papa religionibus restituti, *num.* 13.

Regulares de jure facultatem non habent uniendi ecclesias, etiam sibi pleno jure subjectas; et qualiter parvorum conventuum ejusdem religionis in eodem loco exsistentium unio facta fuerit, *num.* 14.

Adducitur motivum et decretum Innocentii X pro subjectione nonnullorum conventuum jurisdictioni ordinarii loci, *num.* 15.

Conventus suppressi, et postea religionibus restituti, si non alant quatuor sacerdotes, et duos conversos, gratia restitutionis est nulla, *num.* 16.

Conventus nunquam suppressi, in quibus non aluntur ad minus quatuor sacerdotes et duo conversi, sunt subjecti jurisdictioni ordinarii loci, *num.* 17.

Decretum Urbani VIII super monasteriis erectis cum pauciori numero, quam duodecim religiosorum, præservatur in decreto Innocentii X, *Ut in parvis*, *num.* 18.

Hoc decretum illico transmissum fuit ad quemlibet episcopum una cum litteris Congregationis continentibus nomina conventuum religioni suæ restitutorum in illa diœcesi, *num.* 19.

Asseruntur dubia suborta ratione dicti decreti Innocentii X, *Ut in parvis*, cum suis responsionibus, et decretis, *num.* 20, 21 *et* 22.

Quamvis ex decreto *Ut in parvis*, conventus erecti post diem XXI Julii 1625, si in ipsis non permaneant saltem duodecim religiosi, relinquantur subjecti ordinariis loci; tamen sacra congregatio Regularium diversimode censuit de omnibus generaliter conventibus non suppressis, declarando conventus nunquam suppressos, in quibus sunt plures, quam sex religiosi, non subjacere ordinariis, *num.* 23, 24 *et* 25.

Conventus primum suppressi, et deinde restituti, non remanent iterum suppressi, nec gratia restitutionis est nulla, si ab ipsis ex aliqua rationabili causa, et ad breve tempus absint unus, vel plures ex numero sex religiosorum ibi degentium, *num.* 26.

Digitized by Google

Si tamen a conventibus non suppressis, licet ex causa rationabili, absit aliquis ex sex religiosis ibi exsistentibus, conventus subjacent jurisdictioni ordinarii loci, durante tali absentia, recuperatur tamen eo redeunte, vel alias impleto, *num.* 27, 28.

Conventus omnes erecti post diem XXIII Decembris 1697, si in ipsis non permaneant saltem duodecim religiosi, remanent subjecti ordinariis, et affertur epistola quoad parvos conventus attendenda, *num.* 29 *et* 30.

Episcopus visitans parvos conventus sibi suppositos nequit a visitatione aliquid accipere procurationis nomine, neque in pecunia, neque in victualibus, *num.* 31.

Traduntur regulæ, quibus evitari possit error in disquisitione jurium conventuum, in quibus exigua inhabitat familia, *num.* 32 *ad* 34.

Utrum conventus, in quibus exigua degit familia, subsint jurisdictioni episcopi ordinariæ, an delegatæ, *num.* 35 *et seqq.*

Varii recensentur hujus quæstionis effectus, *num.* 42 *et seqq.*

CONVENTUS QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT EORUM CLAUSURAM.

Omnes regulares, quicunque illi sint, obligantur ad habendum aliquod genus clausuræ in claustris, et conventibus suorum ordinum. Vide *verb.* Conventus, *art.* 3, *num.* 1.

Specialius conventuum regularium clausuram respiciunt duæ constitutiones sancti Pii V. Prima revocat facultates ingrediendi monasteria virorum mulieribus concessas, et prætextu licentiarum ingredientes excommunicantur excommunicatione papæ reservata; necnon regulares introducentes officiis privantur, inhabilitantur, et a divinis ipso facto suspenduntur, *num.* 2, 3 *et* 4.

Secunda extendit easdem pœnas etiam ad mulieres sine licentiarum prætextu clausuram ingredientes, et ad religiosos eas etiam absque licentiarum prætextu admittentes, *num.* 5 *et* 41.

Regulares, quamvis ex dictis constitutionibus non ligentur excommunicatione introducendo, vel admittendo feminas intra conventuum suorum clausuram, ipsam tamen incurrunt introducendo, vel admittendo ipsas sub licentiarum prætextu ex Gregorio XIII, imo ex declaratis sacræ congregationis Episcoporum et Regularium, etiamsi absque tali prætextu, *num.* 6, 7 *et* 8.

Nomine clausuræ conventuum, in quam est feminis interdictus ingressus, intelligitur totum illud, quod intra septa monasterii, seu conventus continetur, *num.* 9.

Viridaria, prata cum conventu et clausura conjuncta veniunt nomine clausuræ; secus vero, si sint a clausura clavi et muro convenienti separata, *num.* 10 *et* 11.

Sacristia, ad quam non patet aditus, nisi per januam, quæ sit in claustro, comprehenditur sub clausura, secus autem si habeat ingressum a sola ecclesia; et quid si ad sacristiam duplici porta, ex claustro nempe, et ecclesia, *num.* 12, 13 *et* 14.

Mulieres, quæ vadunt in prima claustra ad hauriendam aquam, modo conventus habeat alia claustra invia mulieribus, non incidunt in excommunicationem, *num.* 15.

Nomine mulierum, quibus prohibetur ingressus in monasteria virorum, veniunt omnes feminæ cujuscunque status, gradus, etc., atque nunc attendenda novissima dispositio Benedicti XIV, quæ num. ultimo affertur, *num.* 16.

Etiam fundatrices conventuum, quantumvis nobiles sint, et excellentes, comprehenduntur sub ista prohibitione, et quid de puellis parvulis, *num.* 17 *ad* 21.

Imperatrices, reginæ, earumque filiæ possunt intrare in monasteria religiosorum cum sua decenti comitiva, *num.* 22.

Mulieres an licite possint intrare conventus religiosorum tempore processionum; et an possit superior pro libito processiones instituere ad effectum, etc. Quid si murus materialis clausuræ sit dirutus et qualis ad rem sit novissima dispositio Benedicti XIV, *num.* 23 *ad* 29.

Nomine religiosorum introducentium, vel admittentium mulieres in clausuram conventus veniunt omnes religiosi active influentes in talem ingressum mulierum, ut sunt invitantes, consulentes, hortantes, etc., *num.* 30.

Quid de religioso, qui jam introductam ex urbanitate salutat et comitatur, *num.* 31 *et* 32.

Conventus clausuram nec ingredi queunt mulieres, si ratione alicujus solemnis processionis egrediantur religiosi omnes. Vide *verb.* Processionis, *num.* 87.

Sæculares non possunt pernoctare in conventibus fratrum Minorum de Observantia, nec etiam clerici, nisi sint vita exemplares; excipiuntur tamen eorum syndici apostolici, *num.* 33, 34 *et* 35.

Affertur quoad clausuram attendenda novissima dispositio Benedicti XIV, *num.* 36.

Varia afferuntur decreta, *num.* 37 *et seqq.*

COROGRAPHIA.

Quid, vide *verb.* Mundus, *num.* 205.

COSMOGRAPHIA.

Quid, vide *verb.* Mundus, *num.* 202, 203 *et* 210.

CRAPULA.

Quid sit, unde dicta, et qualiter clericis prohibita, vide *verb.* Clericus, *art.* 5, *num.* 15 *et* 23.

CRIMEN.

Prout est impedimentum dirimens matrimonii, vide *verb.* Impedimenta matrimonii, *art.* 5, *num.* 79 *ad* 90.

CRITICA.

Quid sit, vide *verb.* Historicus, *num.* 31.

CRUSTICA.

Quid, vide *verb.* Mundus, *num.* 209.

CRUX (II, 1514).

Crux Christi a sancta Helena Constantini Magni imperatoris matre fuit inventa, et miraculo cognita. Vide *verb.* Crux, *num.* 1, 2 et 3.

Crux suæ præcisionis damnum non sentit, sed crescit et multiplicatur, et quando Romæ fuerit ejusdem titulus inventus, *num.* 4 et 5.

Episcopo ingredienti aliquam civitatem, vel ecclesiam parochialem crux deosculanda a quo porrigi debeat, *num.* 6.

In processionibus deferenda est crux cum imagine crucifixi terga vertente clero, seu populo sequenti, et a regularibus cum velo pendente, seu pallio, *num.* 7 *et* 8.

Capuccini in processionibus possunt erigere, seu deferre propriam crucem, et debent in processionibus locum cedere regularibus antierioribus, *num.* 9 *et* 10.

Reformati, Discalceati, et Recollecti sancti Patris Francisci in processionibus incedunt sub cruce Minorum de Observantia, *num.* 11.

Crux in processionibus deferri debet a religiosis laicis seu conversis, non autem a clericis professis, *num.* 12.

Crux adhiberi solet in ecclesia tanquam insigne, per quod unum ab altero corpore distinguuntur, *num.* 43.

Ita ut ex unicitate crucis unicitas corporis, et viceversa ex multiplicitate crucium multiplicitas corporum inferatur, quod tamen non est perpetuum, *num.* 45.

Refertur celebris controversia inter hebdomadarios, et canonicos ecclesiæ metropolitanæ Neapolis

Digitized by Google

super distinctione corporis ex duplicis crucis delatione, *num.* 47.

In funeribus unica tantum crux defertur illius ecclesiæ, in qua defunctus sepeliri debet, vel cathedralis, aut collegiatæ, si harum capitulum interveniat, *num.* 13 *ad* 16.

Secus ubi diversa viget consuetudo, *num.* 37.

Si autem favore regularium concurrat immemorabilis consuetudo circa delationem propriæ crucis, est servanda, *num.* 17.

Quid circa id sit statutum observandum a clero Urbis, quidve a confraternitatibus ejusdem, *num.* 18 *et* 19.

Confraternitates generatim nequeunt in processionibus propriam erigere crucem, *num.* 20.

Cruces altarium, et processionum non sunt benedicendæ de præcepto, et quilibet sacerdos eas privale benedicere potest, *num.* 21.

In altari etiamsi sit expositum venerabile, semper requiritur crux cum imagine crucifixi, ac in fine missæ ad quodcunque altare celebratæ fit reverentia cruci infra gradus, capite semper aperto, *num.* 22 *et* 23.

Corrigitur *auctor num.* 22 *in nota.*

Cruces, quæ fiunt a sacerdote super oblata, non sunt faciendæ manu transversa, sed manu recta in transversa parte crucis, et digitis conjunctis, *num.* 24.

Signum, quod fit cum patena a fronte ad pectus, fit integre cum signo crucis, *num.* 25.

Manus sacerdotis ad *Hunc igitur oblationem* debent ita extendi ut palmæ fiat apertæ pollice dextro super sinistrum in modum crucis supra manus, non vero infra manus, *num.* 26.

Cruces in missa super calicem et hostiam quomodo efformandæ, *num.* 27.

Tolerari non debet, quod in locis publicis, et sordidis, stent depictæ diversæ cruces, vel sanctorum imagines, *num.* 28.

Sacerdos, dum se induit vestibus sacris pro missa *de requiem*, non debet omittere osculum crucium in amictu, manipulo et stola, *num.* 38.

Subdiaconus cum cruce in absolutione ad tumulum absente cadavere, debet semper se sistere contra altare ad pedes tumuli inter januam ecclesiæ et tumulum, versa facie ad altare, *num.* 39.

An et in quo loco se debeat sistere subdiaconus cum cruce præsente cadavere disquiritur, *num.* 40 *et* 41.

Cruces, et nova insignia præter solitum in processionibus deferre, non licet, *num.* 29.

Crucem propriam in processionibus erigere non possunt presbyteri alicujus ecclesiæ intra limites propriæ parochiæ, sed debent incedere sub cruce parochiæ, *num.* 30.

Archiepiscopi possunt ante se deferre crucem etiam per loca exempta suarum diœcesum, et idem possunt episcopi habentes privilegium deferendi ante se crucem, *num.* 31 *ad* 34.

Crucem ante se deferendi mos a summo pontifice ad cæteros prælatos dimanavit, *num.* 42.

Regulares non debent accedere ad processiones publicas cum cruce, et numero duorum tantum religiosorum; neque eorum laici deferentes crucem, vel candelabra, uti alba cum dalmatice, vel pluviali. Vide *verb.* Processiones, *num.* 21 *et* 22.

Affertur origo crucis Caravacensis, *num.* 36.

Quoad indulgentias crucium Hierosolymitanarum et Caravacensium, vide *verb.* Indulgentia, *art.* 5, *num.* 63 *et* 64.

Horæ canonicæ signo crucis auspicantur, *num.* 49.

Hujus signi virtus et antiquitas, *num.* 50.

Crux pastoralis; illius usus, et quis ea uti possit, *num.* 51 *ad* 55.

Crux a quo et quibus diebus præferenda, *n.* 56.

Signum sanctæ crucis, et alia passionis instrumenta quando in processionibus deferenda sint, *num.* 57

## CULPA (II, 1529).

Culpa alia est theologica, et alia juridica, et quæ sit utraque, vide *verb.* Culpa, *num.* 1 *et* 2.

Culpa juridica est triplex, lata, levis, et levissima; explicanturque singulæ, *num.* 3, 4 *et* 5, *et num.* 19 *et seqq.*

Culpa juridica valde differt a casu, et dolo assignatur, et describuntur termini, *num.* 6, 7 *et* 8.

De jure naturæ non est obligatio restituendi pro damno sine culpa theologica illato, et panditur an et quando de jure positivo eadem restituendi obligatio inducatur, *num.* 9 *ad* 13.

De casu fortuito, cum sit extra omnem humanam prævidentiam, et providentiam, regulariter nemo tenetur, nisi in tribus casibus, et qui sint, *num.* 14.

Pro generali hujus materiæ, seu obligationis intelligentia, afferuntur hic tres potissimum regulæ passim a doctoribus assignatæ, *num.* 15 *ad* 18.

Sed vid. *in nov. add. num.* 19 *et seqq.*

## CULTUS.

Cultus disparitas. Vide *verb.* Impedimenta matrimonii, *art.* 1, *num.* 91 *ad* 97.

## CULTUS SANCTORUM (II, 1535).

De cujus licentia liceat aliquem pro sancto venerari. Vide *verb.* Cultus sanctorum, *num.* 1.

Sancti et beati proprie et stricte capti, qui sint, et quid sit eorum canonizatio, ac beatificatio, *num.* 2 *ad* 5.

Tam canonizatio quam beatificatio duplex assignatur, et explicatur, et quomodo inter se differant, *num.* 6 *ad* 16.

Canonizandi et beatificandi facultas cui competat, et quis primus solemniter canonizationem celebraverit, *num.* 16 *ad* 20.

Quid de ritu olim servato, et nunc servando in solemnitate canonizationis et beatificationis, et quid ad utramque requiratur, *num.* 21 *ad* 27.

Antiquitus nomen martyris et confessoris promiscue sumebatur, nunc vero distincte, *num.* 28 *et* 29.

Quo tempore elapso ab obitu canonizandorum, et beatificandorum procedi possit ad eorum beatificationem et canonizationem, *num.* 30 *ad* 33.

Adoratio, seu cultus quid, et quotuplex sit, assignatur et explicatur, *num.* 34 *et* 35.

Adorationis sacræ tres sunt species, latria, hyperdulia, et dulia; et quæ sint singulæ, *num.* 36 *ad* 39.

Dicta triplex adoratio alia est absoluta, et alia respectiva; et quæ sit utraque, *num.* 40.

Cultus alius est publicus, et alius privatus, et qui sit uterque, *num.* 41.

Sancti et beati quo cultu coli possint, *num.* 42.

Beati nondum canonizati quo cultu sint colendi, *num.* 43.

Qui cum fama sanctitatis obierunt, et nondum sunt canonizati, nec beatificati, licite coli possunt cultu privato, et non publico, et afferuntur ad rem constitutiones et decreta, *num.* 44 *ad* 48.

Affertur decretum sacræ Rituum congregationis super immemorabili, *num.* 40.

Adducitur decretum ejusdem sacræ congregationis servandum in recipiendis informationibus super causis beatificationum, et canonizationum servorum Dei, *num.* 50.

Per reliquias sanctorum et beatorum quid intelligatur, *num.* 51 *et* 52.

Reliquiæ noviter inventæ ad hoc ut coli possint a quo recognosci, ac approbari debeant; et in ipsis approbandis quid sit ab episcopis attendendum, *num.* 53 *ad* 59.

Reliquiæ quæcunque tam novæ quam antiquæ, licet non approbatæ, ac recognitæ, coli possunt cultu privato. Antiquæ tamen habendæ sunt in ea

Digitized by Google

venerationo, qua hactenus fuerunt, et innuitur ad rem attendendum novissimum emanatum decretum, *num.* 60, 61 *et* 62.
Reliquiæ quando sint incensandæ, *num.* 63.
Corpora ac reliquiæ sanctorum, beatorum, ac servorum Dei nondum beatificatorum an, et de cujus licentia tranferri possint, *num.* 64 *ad* 67.
Reliquiæ sanctorum vendi non possunt, *num.* 68.
Reliquias subtrahere quale sit peccatum, *num.* 69.
Pro altaris consecratione quæ reliquiæ sint locandæ, *num.* 70 *et* 71.
Quando exponuntur reliquiæ, quot lumina ardere debeant, *num.* 72.
Officium alicujus sancti, vel beati, de quo habetur corpus, vel reliquia, quando, in quibus ecclesiis, et sub quo ritu sit celebrandum, *num.* 73 *ad* 80.
Reliquiam deferre in processionibus ad quem spectet, *num.* 81.
Reliquiæ in monasteriis monialium ubi asservandæ, *num.* 82.
Alia ad rem, *num.* 83 *ad* 89.
Solemnitas novorum beatorum, et sanctorum a quibus prius, et quomodo peragendæ in ordine Fratrum Minorum, *num.* 90 *ad* 96.
Refertur decretum quoad cultum Coronæ ferreæ, quæ in collegiata ecclesia Sancti Joannis Baptistæ Modoetiæ Mediolanensis diœcesis asservatur, *num.* 98 *ad* 100.
Sanctorum cultus utilitas et antiquitas, *num.* 101 *ad* 105.
Ante judicium episcopi, nullus martyribus decernebatur cultus, *num.* 106.
Quo tempore post martyrum epochas aliis sanctis cultus attributus, *num.* 107.
Ante judicium Ecclesiæ nullus unquam confessoribus tributus fuit cultus, *num.* 108.
Quibus computat jus decernendi cultus sanctis, *num.* 109, 110.
Quid reliquiarum nomine intelligatur, *num.* 111.
Illarum cultus semper in Ecclesia impensus est, sed student ne falsis impenderetur, *num.* 112, 113.
Alia ad rem. Vide *verba* Imago, Miraculum.

CULTUS CORDIS JESU SACRATISSIMI (II, 1575).

Origo festivitatis et cultus Cordis Jesu. Vid. *verb.* Cultus Cordis Jesu, *num.* 1.
Hic cultus ab apostolica sede approbatus, omni superstitionis labe immunis est, *num.* 2.
Illius objectum, genus et motiva quæ sint, *num.* 3 *ad* 5.

CURA, CURATOR.

Vide *verba* Tutela, Tutor.

CUSTODES.

Custodes conducti ad impediendam venationem, piscationem, lignationem, agrorum et vinearum damnificationem, et hujusmodi. Vide *verb.* Restitutio, *art.* 1, *num.* 70, 71, et *verb.* Locatio, *num.* 10 *et* 11.

CYCLOMETRIA.

Cyclometria quid. Vide *verb.* Mundus, *n.* 290.

CYCLUS.

Cyclus solaris et lunaris quid sit et quæ regula ad cognoscendum quotus sit. Vide *verb.* Kalendarium, *num.* 64 *et* 66.

# D

DAMNATIO.

Damnationis ad metalla pœna, quæ sit. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 9.

DAMNIFICATIO, DAMNUM (III, 9).

Damnificatio est duplex, lucrosa, et non lucrosa, et quæ sunt. Vide *verba* Damnificatio, Damnum, *num.* 1 *et* 2.
Damnificatio non lucrosa dividitur in inculpatam et culpatam culpa vel theologica, vel civili tantum. Quæ sit damnificatio culpata culpa theologica, *num.* 3.
Ex damnificatione culpata culpa theologica oritur obligatio restituendi, seu damna resarciendi; et talis obligatio etiam ante litis contestationem transmittitur ad hæredes, *num.* 4 *et* 5.
Quid sit damnificatio culpata culpa civili, vel politica tantum, quid ex ea, et quæ sit damnificatio inculpata, et quando dicatur, *num.* 6 *ad* 9.
In foro conscientiæ tenetur quis ad reparandum damnum alteri illatum, nedum per damnificationem culpatam culpa theologica, sed etiam per damnificationem culpatam culpa civili, seu juridica lata, *num.* 10.
Nemo (præscindendo a contractu) tenetur in conscientia ante sententiam judicis ad resarciendum damnum alteri illatum per damnificationem civilem, seu juridicam solum levem, et levissimam, *num.* 11 *et* 12.
Incapaces doli, seu culpæ theologicæ in nullo foro tenentur ad resarciendum damnum, nec qui adhibuerunt debitam diligentiam pro illo avertendo, nec qui illud causarunt utendo jure suo, nec si ex casu omnino fortuito, qui prævideri, et evitari non potuit, *num.* 13 *ad* 16.
De damno an rebus alienis licite inferri quandoque possit, utilis est investigatio, *num.* 17.

DEBITOR, DEBITUM.

Vide *verb.* Restitutio, Solutio, *per tot.*

DEBITUM CONJUGALE.

Vid. *verb.* Matrimonium, *art.* 2, quoad debitum conjugale.

DECANATUS SACRI COLLEGII CARDINALIUM.

Decanatus sacri collegii cardinalium cui debeatur. Vide *verb.* Cardinales, *art.* 2, *a num.* 19 *ad* 22.

DECANUS (III, 15).

Decani nomine quid veniat apud Justinianum. Vide *verb.* Decanus, *num.* 1 *ad* 18.
Decani in christianis Ecclesiis, apud monachos et in cathedralibus, *num.* 19 *ad* 25.
Decanorum officia, jura et electio, *num.* 26 *ad* 38.
Decani rurales, *num.* 39 *ad* 57.
Sacræ Rotæ decanus, *num.* 58, 59.
Alii decani qui sint, *num.* 60.

DECIMÆ (III, 19).

DECIMÆ, QUOAD EARUM ESSE, DIVISIONEM, ET OBLIGATIONEM.

Decimæ quid sint, unde ortæ, quæ earum congruentiæ, ac cur decima pars potius, quam alia quota. Vide *verb.* Decimæ, *art.* 1, *num.* 1 *ad* 6.
Melius de origine decimarum disseritur, *num.* 33 *et seqq.*
Decimæ dividuntur in prædiales, seu reales, et in personales; ac juxta varios etiam in mistas, et denique aliæ sunt profanæ, et aliæ ecclesiasticæ: omniumque explicatio tribuitur, *num.* 7 *ad* 12.
Decimæ considerari possunt materialiter, vel formaliter, prout reseratur; et primo modo inspectæ ministris ecclesiæ ex omni jure debentur, etiamsi aliunde habeant, unde vivant; si tamen non ex aliis ecclesiasticis bonis, *num.* 13 *ad* 19.
Sed vide *num.* 48 *et seqq.*
Decimæ secundo modo consideratæ licet in Veteri Testamento fuerint debitæ ex jure divino positivo, tamen tempore Novi debentur solum ex jure positivo ecclesiastico, *num.* 20 *ad* 28.
Decimas defraudans vel non solvens, peccat dupliciter et contra virtutem religionis, et contra virtutem justitiæ, ac debet excommunicari, ut etiam impediens, *num.* 29 *ad* 32.



Digitized by Google

DECIMÆ QUIBUS, ET A QUIBUS SINT SOLVENDÆ.

Decimæ antiquitus solvebantur loci episcopo distribuendæ clericis ecclesiæ ministris juxta cujusvis meritum; ex post de jure communi solvendæ sunt parochis. Vide *verb.* Decimæ, *art.* 2, *num.* 1 *et* 2.

Et in locis quidem, in quibus parochiæ sunt divisæ, juris assistentiam pro decimis habet utique parochus, non item episcopus, *num.* 63.

Sed si episcopus pro decimis agat adversus possessores bonorum, datum non est iis declinare solutionem decimarum hoc sub obtentu, quod juris assistentiam pro decimis non episcopus, sed parochus habeat, maxime si parochus episcopo adhæreat, *num.* 64.

Decimæ prædiales de jure communi solvendæ sunt parocho loci, non solum a parochianis propriis; sed etiam ab alienis de agris et prædiis, quæ intra limites talis parochiæ exsistunt, nisi contraria sit legitima consuetudo, *num.* 3 *et* 4.

Decimæ ovium, aliorumque animalium, quæ dimidia parte anni morantur, et pascuntur intra limites ecclesiæ prædialis, et altera dimidia parte anni morantur et pascuntur intra limites ecclesiæ parochialis, debent solvi pro medietate utrique parocho; ut etiam eorum, quæ in una jacent, et dormiunt, et in alia pascuntur, *num.* 5 *et* 6.

Quando oves, etc., nec morantur, nec pascuntur per ullam anni partem in parochia domini sui, sed in aliis, nulla pars decimarum debetur ecclesiæ parochiali domini, sed illi, ubi morantur, et pascuntur; nec sunt solvendæ parochis regionum, per quas pascendo transitum faciunt, et redeunt in domicilium, *num.* 7 *et* 8.

Decimæ personales de jure communi solvendæ sunt parocho illius ecclesiæ ubi quis percipit sacramenta, et audit divina, etiamsi alibi lucrum v. g. negotiationes reportet; et quid si parochianus extra resideat, vel domicilium mutaverit, *num.* 9, 10 *et* 11.

Decimæ personales sunt dividendæ inter plures ecclesias pro rata temporis, quo parochiani in eis audiunt divina, et recipiunt sacramenta: et quid si artifex in duarum parochiarum confinio domicilium habeat, *num.* 12 *et* 13.

Si quis perceperit sacramentum baptismi in ecclesia matrice, et reliqua sacramenta in parochiali, decimæ personales partim debentur ecclesiæ baptismali ratione baptismi, et partim parochiali propter reliqua sacramenta: alii autem aliter sentiunt; idcirco attendenda consuetudo, *num.* 14 *ad* 16.

Quando parochia aliqua dismembratur, et erigitur nova, decimæ prædiales ad matrices pertinentes non transeunt ipso jure in noviter erectam, sed remanent apud matricem, nisi eas episcopus novo parocho ad præscriptum Tridentinum assignaverit; e contra vero decimis personalibus, *num.* 17 *ad* 24.

Decimæ variis in casibus debentur integræ soli episcopo; illique singuli clare reseruntur, *num.* 25 *ad* 28.

Decimæ etiam canonicis cathedralium, vel collegiatarum, ac aliis clericis simplicia beneficia habentibus sunt de jure communi solvendæ secundum eam portionem, quæ eorum mensis, dignitatibus, aut beneficiis legitima auctoritate ecclesiastica est assignata, sicuti et quando eorum beneficia ex decimis legitime sunt fundata, *num.* 29.

Decimæ debentur omnibus supradictis clericis beneficiatis, qui ex officio in spiritualibus populo ministrant, etiamsi divites sint, et malæ vitæ, *num.* 30 *et* 31.

Omnes fideles parochiani, nisi aliquo speciali titulo, seu jure sint exempti, tenentur solvere decimas, tum prædiales, tum personales, imo et hæretici, *num.* 32 *et* 33.

Etiam Judæi, et infideles tenentur solvere decimas prædiales ex fundis, et prædiis quæ decimis erant obnoxia, antequam ad eorum manus pervenirent; non tenentur tamen ad personales, *num.* 34 *et* 35.

Clerici simplices, et non curati tenentur solvere decimas, tum prædiales, tum personales de lucris bonis, et fructibus sæculari jure acquisitis; et contra vero de bonis ecclesiasticis titulo beneficii, aut alio titulo clericali acquisitis, exceptis prædiis, agris et aliis fundis, ex quibus antequam in dotem beneficii assignarentur, decimæ solvi solebant, *num.* 36, 37 *et* 38.

Clerici curati quacunque dignitate præditi, ut episcopi, abbates, etc., tenentur solvere decimas prædiales de fructibus bonorum titulo temporali, seu sæculari acquisitorum, *num.* 39.

Præfati etiam tenentur ex prædiis, fundis et agris ecclesiasticis seu ecclesiæ dotalibus in alterius parochia positis, si de illis antequam in dotem parochiæ pervenirent, decimæ alteri parocho solvi solebant, *num.* 40 *ad* 43.

Non tenentur solvere decimas prædiales et personales, nisi speciali privilegio, vel legitima consuetudine sint exempti, *num.* 44 *et* 45.

Hodie tamen regulares omnes aliquo saltem modo a solvendis decimis sunt exempti per privilegia partim juri communi inserta, partim specialiter concessa, et cuncta ample elucidantur undequaque, *num.* 46 *ad* 55.

Bona, et prædia, quæ solutioni decimarum sunt obnoxia, remanent eidem oneri subjecta, etiamsi ad regulares exemptos transeat, nisi a sede apostolica speciale privilegium eos specifice quoad tales decimas eximens obtineant, *num.* 56 *ad* 59.

Ad decimas solvendas non tenentur regulares non possidentes stabilia, et qui de eleemosynis vivunt, *num.* 60, 61 *et* 62.

DECIMÆ EX QUIBUS REBUS, QUO MODO, TEMPORE, ET LOCO SINT SOLVENDÆ.

De jure communi solvendæ sunt decimæ prædiales de omnibus fructibus, seu proventibus bonorum omnium tam mobilium quam immobilium licite acquisitorum, et assignantur in specie ea de quibus solvendæ. Vide *verb.* Decimæ, *art.* 3, *num.* 1 *et* 2.

Decimæ prædiales solvendæ sunt, nedum de omnibus licite acquisitis, sed etiam de illicite acquisitis, e contra vero quoad personales, *num.* 3, 4 *et* 5.

De illicite tamen acquisitis, et licite retentis decimæ dari debent, et accipi possunt, non expedit tamen, ut illas ecclesiæ ministri repetant donec sic turpiter viventes non se emendaverint, *num.* 6, 7.

Decimæ non sunt solvendæ ex bonis acquisitis titulo hæreditatis, legati, vel donationis. Si tamen sint fructifera, et ex illorum fructibus nondum sint pro illo anno solutæ decimæ, debent solvi ab eo qui eorum dominium et possessionem acquisivit, sicuti tenebitur ex post, quotannis illas solvere, *num.* 8 *et* 9.

Decimæ prædiales solvendæ sunt integre absque ulla deductione seminis, vel expensarum, quæ in colendis prædiis, et colligendis fructibus, pro custodia animalium fiunt, *num.* 10.

Insuper decimæ prædiales solvendæ sunt integre absque ulla deductione tributorum, et censuum prædialium, vel aliarum exactionum, ita ut ante præstationem ipsarum integre solvi debeant, vel si prius tributa non decimata solvantur, et ipsa decimari debeant, sive decimas inde solvere cogatur is qui tributa accipit, *num.* 11.

Decimæ personales solvendæ sunt nonnisi deductis prius expensis, et prædiales solvendæ sunt statim ac fructus sunt a solo separati, et collecti, et hoc magis declaratur, *num.* 12 *ad* 16.

Decimæ prædiales solvendæ sunt pluries in anno; si prædia pluries in anno seminentur, et pluries

Digitized by Google

in anno fructus proferant; personales vero solvuntur omnes in fine cujusque anni, sicut alii census, etc., nisi aliter adesset consuetudo, *num.* 17 *ad* 19.

Consuetudine fieri potest, ut quidam fructus a decimis sint exempti, *num.* 22.

An vero decima debeatur, si in prædiis, quæ fructus ferebant decimæ obnoxios, substituuntur fructus qui decimæ minime erant subjecti, *num.* 23 *et seqq.*

Consuetudine etiam fieri potest, ut decimæ, quæ in fructibus ipsis debentur, solvantur in pecunia, *num.* 29 *et* 30.

Circa locum, in quo solvendæ sunt decimæ, si attendatur jus commune, videtur quod parochiani propriis sumptibus teneantur illas deferre in domum, vel horreum parochi; si vero attendatur consuetudo jam fere ubique introducta, parochi ipsi, aliique decimatores tenentur decimas colligere, et suis expensis in domum deferre, *num.* 20 *et* 21.

DECIMANDI JUS A QUIBUS, ET QUIBUS MODIS ACQUIRI ET CONCEDI POSSIT.

Clerici acquirere possunt jus decimandi variis modis. Primo papæ concessione, seu privilegio. Vide *verb.* Decimæ, *art.* 4, *num.* 1.

Secundo per consuetudinem legitime præscriptam, et ad legitimam ejus præscriptionem requisitum tempus apponitur, *num.* 2 *ad* 5.

Tertio per transactionem; et hæc facta cum legitima auctoritate et consensu superiorum, obligat etiam successores, aliter non, *num.* 6, 7 *et* 8.

Quarto donatione, dummodo adsint solemnitates ad alienationem rerum ecclesiasticarum requisitæ, si tamen ea donatio sit facta a laico ecclesiæ, vel loco religioso, sufficit solus episcopi consensus, *num.* 9 *et* 10.

Quinto permutatione, cum solemnitatibus tamen ad alienationem necessariis, *num.* 11 *et* 12.

Sexto per compromissionem in arbitros itidem cum solemnitatibus supradictis, *num.* 13 *et* 14.

Laici nullo modo possunt acquirere jus decimandi, quatenus spirituale, sive fundatum in titulo spiritualis officii, seu obligatione ministrandi spiritualia, bene vero per spiritualem concessionem, seu privilegium summi pontificis præciso titulo, ac jure spirituali, et spectato tali jure nonnisi ut quid temporalem, *num.* 15 *et* 16.

Sed vide *num.* 25 *et seqq.*

Imo olim etiam episcopi, ac alii ecclesiarum prælati jus percipiendi tales decimas feudum, vel emphyteusim perpetuo concedere poterant; hodie tamen id sine consensu, et facultate summi pontificis facere amplius non possunt: at concessiones jam ante contraria decreta factæ subsistunt, *num.* 17, 18 *et* 19.

Laici nulla præscriptione, et consuetudine etiam immemorabili acquirere possunt jus decimandi; et hinc juxta nuper allata datur quod exigitur, ut ii decimas retinere valeant, *num.* 20, 21 *et* 22.

An laici jus decimandi, quod ex legitimo titulo possident, in alios transferre possint laicos sine auctoritate papæ, *num.* 23 *et* 24.

DECIMÆ QUOAD MODOS, QUIBUS POTEST QUIS EXIMI AB IPSIS SOLVENDIS, ET QUOAD JUDICEM COMPETENTEM IN EARUM CAUSIS.

Primus modus, quo potest quis eximi ab obligatione solvendi decimas, est privilegium concessum a summo pontifice, qui id valide potest. Vide *verb.* Decima, *art.* 5, *num.* 1 et 2.

Ut apostolicum privilegium de non solvendis decimis efficax sit, continere debet expressam derogationem concilii Lateranensis sub Innocente III relatam in *cap.* Nuper, *De decimis*, *num.* 21 *et seqq.*

Ad decimas, quæ a laicis, maxime principibus, percipiuntur, vires suas haud porrigit privilegium apostolicum, quo generaliter est concessa exemptio a decimis, *num.* 26.

An id obtinere debeat etiam in casu, in quo denuo decimæ a laicis ad ecclesias perveniunt, *num.* 27.

Nec privilegium apostolicum de non solvendis decimis alicujus efficaciæ est quoad decimas debitas ipsis ecclesiis, si earum favore accesserit munimen alicujus concordiæ, *num.* 28.

Privilegium eximens a decimis cessat, quando incipit esse enormiter præjudiciosum ecclesiis parochialibus, et in dubio recurrendum est ad papam, *num.* 3 *et* 4.

Insuper cessat, et amittitur per non usum, seu potius per usum contrarium, quo privilegiati decimas per quadraginta annos solvunt, et potest etiam amitti transactione et conventione facta inter partes; *num.* 5 *et* 6.

Privilegium de non solvendis decimis vim suam amittit illis omnibus modis, quibus suam amittit vim quodcunque aliud privilegium, *num.* 29 *et* 30.

Hos autem modos, vide *verb.* Privilegium, *art.* 3, *num.* 64 *et seqq.*

Secundus modus, quo potest quis eximi ab obligatione solvendi decimas, est consuetudo, vel præscriptio, vel in totum vel in partem; talis tamen consuetudo debet esse uniformis, universalis, et per lapsum quadraginta saltem annorum, *num.* 8 *ad* 15.

Quod concernit præscriptionem, videndum an decimæ percipiantur ab eo qui habet assistentiam juris, an ab alia ecclesia, an a laicis; et vide harum omnium præscriptionum examen, *num.* 33 *et seqq.*

Ad solum judicem ecclesiasticum privative quoad laicum pertinet causa decimarum, si agatur de proprietate, et jure percipiendi decimas, ad quem pertineat, vel de privilegio, aut præscriptione earum, aut de exemptione a solutione earumdem, et potest etiam per censuras procedere, *num.* 16, 17 *et* 18.

## DECLARATIONES ET DECRETA SACRARUM CONGREGATIONUM (III, 67)

Decreta et declarationes sacrarum congregationum fidem non faciunt, nisi afferantur in forma authentica, et etiam non authentica, quoties a fide dignis allata sunt in veneratione habenda, eis uti valet judex, ac juxta aliquos in foro conscientiæ obligant. Vide *verba* Declarationes et Decreta, *num.* 1 *ad* 4.

Hinc decreta sacrarum congregationum sunt ab omnibus semper reverenter amplectenda, et in dubio recurrendum est ad sacrarum congregationum regesta, *num.* 5 *et* 6.

Et dato insuper quod in regesto secretariæ aliquod allegatum decretum non reperiatur, sufficiet quod de eo appareat per relationem, vel epistolam, vel notationem proprio caractere factam chardinalis causæ ponentis, *num.* 7.

Decreta, seu declarationes sacrarum congregationum consulto sanctissimo factæ, habent vim legis secundum multos auctores, in utroque foro, ut leges generales, *num.* 8 *et* 9.

Quam sententiam amplectimur, si sacrarum congregationum declarationes habeant tres sequentes conditiones, scilicet quod sint approbatæ a summo pontifice, quod sint signatæ manu aut sigillo cardinalis præfecti et secretarii, et quod sint sufficienter promulgatæ, *num.* 10 *et* 11.

Quoad declarationes autem sacræ congregationis conciliorum consulto sanctissimo factas, authentica forma exhibitas, dicendum est quod habeant vim legis, ac proinde obligent in utroque foro, licet publice non sint promulgatæ, *num.* 12 *ad* 15.

Alia, vide *verb.* Resolutiones sacrarum congregationum.

Digitized by Google

## DECOCTIO, DECOCTOR.

Vide *verb.* Restitutio, *art.* 5, *a num.* 49 *ad* 59, et *verb.* Solutio, *a num.* 3 *ad* 6.

## DEDICATIONIS FESTUM.

Vide decreta sacrorum rituum congregationis.

## DEFENSOR (III, 71).

Defensor matrimonii quis et a quonam deputandus, illius munus, juramentum. Vide *verb.* Defensor, *num.* 1 *ad* 11.

Defensor professionis regularis deputandus quisnam sit, et a quo, illiusque munus, *num.* 12 *et seqq.*

## DEFINITIVA SENTENTIA.

Vide *verb.* Sententia *a num.* 4 *et fere per tot.*

## DEFLORATIO, DEFLORARE.

Vide *verb.* Stuprum, Stuprator.

## DEFUNCTORUM OFFICIUM.

Vide *verb.* Officium Defunctorum.

## DEGRADATIO (III, 73)

Degradatio est duplex, *verbalis*, et *realis* sive *actualis*. Verbalis quæ sit. Vide *verb.* Degradatio, *num.* 1.

Per degradationem verbalem clericus non amittit privilegium fori et canonis, nec characterem; et sic sacerdos valide conficit eucharistiam, etiamsi hæreticus, et valide absolvit pro mortis articulo, *num.* 2 *ad* 5.

Degradatio *realis* seu *actualis* quæ sit. Per hanc amittitur privilegium fori et canonis, non tamen character, nec potestas valide consecrandi et absolvendi pro mortis articulo, *num.* 6, 7 *et* 8.

Nec sic degradatus liberatur ab onere recitandi horas canonicas, et servandi perpetuam castitatem; sacra tamen congregatio conciliorum et Clemens XI, cui ipsa congregatio dubium resolvendum reservaret, noluit hoc decidere quoad obligationem recitandi officium in damnato ad triremes, *num.* 9.

Quæ sint crimina, ob quæ de jure deveniri potest ad degradationem, seu depositionem verbalem, vel ad degradationem realem seu actualem, et assignatur solemnitatis servanda forma, *num.* 10, 11 *et* 12.

Degradatio *realis*, seu *actualis*, et *solemnis* non potest fieri nisi ab episcopo consecrato, nec committi potest abbatibus, aliisque inferioribus, *num.* 13, 14 *et* 15.

Degradatio vero verbalis potest fieri ab episcopo electo et confirmato, licet nondum consecrato, etiam per suum vicarium generalem; et sede vacante, a capitulo, vel vicario capitulari, *n.* 16, 17 *et* 18.

Ad degradationem, seu depositionem faciendam requirebatur olim certus episcoporum numerus pro diversitate deponendorum; et assignantur, *num.* 19 *ad* 24.

Affertur et reseratur dispositio concilii Tridentini quoad degradationem nunc attendenda, *num.* 25 *ad* 29.

Prælati regulares de jure communi non habent potestatem degradandi degradatione reali seu actuali suos subditos, nisi speciali fulciantur privilegio, vel consuetudine a Romano pontifice tolerata, et ab ipsis fieri potest verbalis, *num.* 30, 31 *et* 32.

Indicatur *Bohemerus* de veteri et nova disciplina circa degradationem, *num.* 33.

Antiquissima est in Ecclesia degradandi consuetudo, *num.* 34 *ad* 36.

Degradati non sæculari tradebantur curiæ, sed in monasterio detrudebantur, *num.* 37 *ad* 40.

An sæculares judices in carcerem dejicere valeant degradatos sine episcopi licentia dubitatur, *num.* 41 *ad* 43.

An degradatis aliqua supersit spes ad amissos ordinum gradus redeundi, *num.* 44 *ad* 46.

## DELECTATIO MOROSA (III, 83).

Delectatio morosa generatim sumpta quid sit, quomodo differat a desiderio illicito, unde sic dicta, et tria requisita ut sit lethalis, quæ sint. Vide *verb.* Delectatio morosa, *num.* 1 *ad* 4. Quid sit assensus implicitus explicatur, *in not. ad num.* 4.

Delectatio morosa est triplex, scilicet de *re cogitata*, de *cogitatione*, et de *modo*; *voluntaria*, et *deliberata* de re cogitata formaliter mala est peccatum mortale, vel veniale, prout objectum est graviter, vel leviter malum; de cogitatione, cognitione, vel speculatione rei illicitæ non est peccaminosa, ut nec de modo artificioso, seu furioso rei illicitæ, *num.* 5 *ad* 8.

Corrigitur, *num.* 7 *in nota.*

Delectatio morosa speciem peccati non accipit a circumstantia personæ *circa quam*; secus autem de desiderio illicito circa consanguineam conjugatam vel sacram, *num.* 9 *et* 10.

Expenditur et explicatur *num.* 9 *auct. in nota.*

Ligatus voto castitatis, si morose delectetur, debet in confessione circumstantiam suæ personæ explicare, *num.* 11.

Morosam delectationem, seu desiderium capere de re aliena prohibita sub conditione: *Si talis res prohibita non esset*, non est peccatum mortale, quoties talis conditio vere aufert malitiam; secus vero, si e contra, et in per se malis, *num.* 12, 13 *et* 14.

Delectatio morosa de re materialiter tantum mala, v. g. de pollutione, homicidio, etc., factis sine culpa in somno, ebrietate, amentia, ex ignorantia, vel errore invincibili, est peccaminosa, sicuti sunt tales res in se; secus si sub aliqua ratione boni, vel quatenus causa boni effectus, *num.* 15 *ad* 18.

Desiderare rem materialiter tantum malam, ut fornicationem, homicidium faciendum in somno, ebrietate, ignorantia invincibili, etc., est peccatum mortale ejusdem speciei cum actu desiderato; licitum tamen est desiderio, vel affectu simplici, et inefficaci optare, ut pollutio mere naturalis, et omnino involuntaria in somno eveniat ob aliquem bonum finem, *num.* 19 *et* 23.

Delectatio morosa de actu conjugii inter conjuges præsentes, dummodo absit periculum pollutionis, non est mortalis, imo conjux neque mortaliter peccat, si de maritali copula, altero conjuge absente, cogitans in re cogitata morose delectetur; secus tamen, si in actu conjugali morose delectetur in alterius imaginatione, *num.* 24, 25 *et* 26.

Delectatio morosa venerea, et directe voluntaria tam ex copula futura cogitata, quam ex cogitationibus, aspectibus, tactibus, osculis, amplexibus libidinosis, est sponsis prohibita sub mortali, *n.* 27.

Quid de osculis, tactibus et amplexibus non impudicis inter sponsos sentiendum, *num.* 28 *et* 29.

Castigatur, *num.* 23 *et* 24, *auct. in nota.*

Viduæ mortaliter peccant, si voluntarie consentiant in motum delectationis sensitivæ, qui ex recordatione copulæ maritalis naturaliter oritur, eis tamen licita est rationalis delectatio, *num.* 30, 31 *et* 32.

Corrigitur, *num.* 31, *auct. in nota.*

## DELEGARE, DELEGATUS (III, 97).

Delegare quid sit, et quis sit judex delegatus, et in quo differat ab ordinario. Vide *verb.* Delegare, Delegatus, *num.* 1 *ad* 4.

Judices delegati alii sunt a jure, et alii ab homine qui sint, et quæ eorum jurisdictio, *n.* 5 *ad* 12.

Alii sunt delegati, et alii subdelegati, *n.* 13.

Qui delegare possint, *n.* 14 *et* 15.

Delegatus ab alio quam a principe, non potest causam alteri subdelegare; secus vero si sit delegatus ad universitatem causarum, *n.* 16 *et* 17.

Digitized by Google

Delegatus a principe supremo quando possit, vel non, causas alteri subdelegare, *n.* 18 *ad* 24.

Illustratur, *n.* 18, *auctor.* et solvitur quæstio, an delegatus ab aliqua sacra congregatione Urbis dici queat delegatus a principe, ita ut possit subdelegare, *num.* 73.

An delegato vicario generali delegatus etiam dici debeat successor in eo officio, *n.* 74.

Judices delegati qui esse possint, vel non, et qui compelli possint ad acceptandam delegationem, *n.* 25 *ad* 28.

Delegatus sedis apostolicæ, vel legatorum ejus, cujus dignitatis esse debeat, *n.* 29, 30 *et* 31.

Delegatus episcopi, vel alterius inferioris ordinarii, quis possit esse, *n.* 32 *et* 33.

Episcopi, aliique papa inferiores non possunt laico delegare causam spiritualem, *n.* 34.

Imo neque possunt causam spiritualem delegare laico judicandam una cum clerico, *n.* 35.

Neque delegare possunt laico causam criminalem clericorum, *n.* 36.

Imo neque possunt delegare causas criminales clerico conjugato, *n.* 37.

Possunt tamen probabiliter delegare laicis causas clericorum mere civiles; plurimi vero contrarium sentiunt, *n.* 38 *et* 39.

Papa potest nedum causas civiles et criminales clericorum, sed etiam quasdam alias ecclesiasticas delegare alicui laico, v. g. regi; non tamen tollere clericorum exemptionem in totum, *n.* 40 *et* 41.

Delegati jurisdictio et officium exspirat morte delegati, si delegatio fuit personalis; secus vero si delegatio non fuit personalis, *n.* 42 *et* 43.

Delegati jurisdictio et officium exspirat per mortem delegantis, re adhuc integra; secus autem si res non sit amplius integra, *n.* 44.

Quid requiratur ad hoc ut res non sit amplius integra, *n.* 45 *ad* 52.

Delegati jurisdictio cessat per cessationem delegantis ab officio, re adhuc integra, *n.* 53.

Subdelegati jurisdictio, quando exspiret, *n.* 54 *et* 55.

Delegati jurisdictio et officium exspirat per revocationem delegationis suæ a delegato vel ejus superiore factam, *n.* 56.

Princeps seu judex ordinarius delegans potest delegationem libere revocare, etiam re non amplius integra, *num.* 57.

Delegatus a principe supremo quando possit revocare delegationem a se alteri factam, *n.* 58 *et* 59.

Delegati jurisdictio cessat lapsu præfixi sibi temporis et finito negotio, ad quod fuit delegatus, et si ipse delegatus tanquam suspectus recusetur, *n.* 60 *ad* 62.

Jurisdictio delegata an partium consensu tum expresso, tum tacito prorogari queat de loco ad locum, nec non de tempore ad tempus, *num.* 75.

Quid importet determinare, num episcopus procedat uti delegatus sanctæ Sedis, an uti ordinarius, *n.* 63 *et seqq.*

Aliquot effectus referuntur, si dicatur episcopus procedere uti delegatus sanctæ Sedis, *n.* 64.

Regulæ traduntur, quibus discerni possit num episcopus procedat uti delegatus sanctæ Sedis, an vero uti ordinarius, *n.* 66 *et seqq.*

## DENUNTIATIO (III, 119).

### DENUNTIATIO QUOAD DELICTA SPECTANTIA AD SANCTUM OFFICIUM.

Affertur in primis edictum universalis supremæ inquisitionis Romanæ. Vide *verb.* Denuntiatio, *num.* 1.

Ex vi talis edicti, et aliorum edictorum particularium inquisitorum, seu ordinariorum cujuscunque respectivæ diœcesis qui sint denuntiandi, *num.* 2 *ad* 8.

Corrigitur et illustratur, *n.* 6, *auctor. num.* 6.

Ad denuntiandum ex vi edictorum quæ personæ teneantur, *n.* 9.

Affertur ad id edictum universalis supremæ inquisitionis Romanæ, *n.* 10.

Sub talibus edictis tam quoad denuntiationem activam, quam passivam, quæ aliæ personæ comprehendantur, *n.* 11, 12 *et* 13.

An quæ dicta sunt de ipsis formaliter hæreticis dici debeant etiam de ipsis solum de hæresi suspectis, *n.* 14 *et* 15.

Hæreticus, aut suspectus de hæresi quando teneatur denuntiare seipsum, *n.* 16.

Item hæreticus socius criminis quando teneatur denuntiare complicem, *n.* 17.

Catholici non tenentur denuntiare hæreticos in locis, in quibus sunt permisti, id scientibus episcopis et inquisitoribus, *n.* 18.

Obligatio denuntiandi formaliter hæreticum, et alios reos quantumvis vehementer de hæresi suspectos, quanto tempore perseveret, *n.* 19 *ad* 21.

Viget obligatio denuntiandi hæreticum, quamvis credatur jam emendatus, *n.* 22, et *verb.* Confessarius quoad sollicitationem ad turpia *n.* 47.

Viget obligatio denuntiandi delinquentem, etiamsi statim post commissum delictum pœniteat, si in ipso cognoscatur fuisse plenam advertentiam, et deliberationem ad sic delinquendum, *n.* 23.

Quale periculum liberet ab obligatione denuntiandi formaliter hæreticum, et suspectum de hæresi, *n.* 24 *et* 25.

Licet quis, aut quæ semel tantum maleficium, sortilegium, aut superstitionem fecerit, adhuc debet denuntiari, *n.* 26.

Accedens ad confessionem animo non confitendi peccata, sed inducendi confessarium ad hæresim, est a confessario denuntiandus, *n.* 27.

Non tenetur tamen, nec potest confessarius denuntiare hæreticum, quem talem scit ex vera ipsius sacramentali confessione, *n.* 28.

Imo nedum confessarius, sed nec qui casu aliquo talem pœnitentem suam hæresim confessario vere sacramentaliter confitentem audivit, debet ac potest denuntiare ac revelare, *n.* 29.

Non excusatur tamen a denuntiando hæreticum formalem confessarius sciens delictum ratione consilii a se petiti, nisi consilium a se petatur, et detur in sacramentali confessione, *n.* 30.

Ab obligatione denuntiandi hæreticum, aut suspectum de hæresi non excusat secretum naturale, et sub juramento de non revelando. Nec etiam, si delictum sit occultum et probari non possit, nec qui commissum delictum audivit a persona fide digna, *n.* 31 *ad* 33.

An autem denuntiare teneatur, qui audivit a persona levi, et non fide digna. Vide *verb.* Confessarius quoad sollicitationem, *n.* 36.

Quando plures sciunt commissum delictum; etiamsi unus denuntiaverit, non excusantur alii ab onere denuntiandi, *n.* 35.

Denuntiatio hæretici ex malitia, aut suspecti de hæresi, est facienda nulla præmissa correctione fraterna, etiamsi firmiter emendatio speretur, *n.* 36.

Denuntiatio est facienda intra terminum in edictis præfatum, *n.* 37.

Qui sine justa causa, et legitimo impedimento non denuntiat intra præfixum terminum, quomodo peccet, et in quas censuras incurrat, et an teneatur adhuc post elapsum dictum terminum denuntiare, *n.* 38 *et* 39.

Denuntiatio in regnis Hispaniarum, ac in aliis regnis et provinciis, cui fieri debeat, *n.* 40.

Pœnitens culpabiliter omittens denuntiationem, quando, quo onere, et a quo confessario possit absolvi, *n.* 41 *ad* 44.

Digitized by Google

In aliquibus tamen casibus expedit, quod confessarii absolvant pœnitentem ante factam denuntiationem. Vide *verb.* Denuntiatio, *n.* 45.

Confessarii cautissime procedere debent circa imponendam pœnitentibus obligationem denuntiandi, *n.* 46.

In casu, quo reperiatur vera obligatio denuntiandi, nec possit pœnitens induci ad personaliter denuntiandum, quid agendum, *n.* 47.

Quamvis confessarius non moneat pœnitentem de obligatione denuntiandi, adhuc pœnitens ad id tenetur, *n.* 48.

Confessarii, qui culpabiliter et malitiose non monent pœnitentes de obligatione denuntiandi, seu docent ad id non teneri, sunt denuntiandi episcopis vel inquisitoribus, *n.* 49.

Denuntiationes quomodo fieri debeant, *n.* 50.

Omittens denuntiare hæreticum, vel suspectum de hæresi, et testes veritatem celantes, vel minuentes an sint de hæresi suspecti, et ipsi denuntiandi, *n.* 51 *ad* 53.

Legitime impeditus, durante impedimento, non tenetur denuntiare per alium, *n.* 54.

Alia ad rem. Vide *verba* Hæreticus, Libri prohibiti, Sigillum sacramentalis confessionis, Confessarius quoad sollicitationem ad turpia, et Superstitio.

## DENUNTIATIONES MATRIMONII.

Vide *verb.* Matrimonium quoad denuntiationes.

## DEPORTATIO.

Deportationis pœna quæ sit. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *n.* 11.

## DEPOSITIO.

Depositio quid, a quo, et ob quam causam fieri possit. Vide *verb.* Degradatio, *per tot.*

## DEPOSITUM, DEPOSITARIUS (III, 133).

Depositum potest accipi, et pro re deposita, et pro contractu, et quid sit utrumque. Vide *verb.* Depositum, Depositarius, *n.* 1.

Depositum ut sic dividitur in judiciale, et privatum, et quid depositum judiciale, quod alio nomine dicitur *sequestrum*, seu *sequestratio*, et hæc potest esse voluntaria, vel necessaria, et utraque assignatur, *n.* 2 *ad* 5.

Assignatur aliud genus depositi judicialis, *n.* 6.

Depositum privatum quid, et quale sit, *n.* 7.

Depositarius non potest uti re deposita sine consensu expresso vel tacito deponentis; secus vero si bona fide existimet id domino non displicere, *n.* 8 *et* 9.

Depositarius quomodo debeat depositum custodire, et restituere, *n.* 10 *et* 11.

Depositarius adeo tenetur de dolo et culpa lata, ut neque valeat pactum de dolo non præstando : hoc tamen intelligi debet solum de remissione doli futuri, *num.* 12 *ad* 14.

Valet tamen pactum, ne depositi unquam agatur cum cæteroquin vi ipsa id pactum sit, ne de dolo agatur, *n.* 52 *et seqq.*

Nam moribus nostris infamia ut apud Romanos notentur ii, qui dolose restituere depositum recusant, *n.* 54 *et seqq.*

An exceptio retentionis ob impensas opponi queat deposito, *num.* 56, 57.

Depositarius non tenetur de culpa levi, et levissima, exceptis aliquibus casibus, qui assignantur, *n.* 15 *ad* 19.

Depositarius non obligatur ad præstandum casum fortuitum, exceptis tribus casibus ibidem in expressis, *n.* 20.

Depositor potest statim quandocunque voluerit depositum revocare, etiam antequam sit elapsum tempus, pro quo res deposita fuit; et depositarius tenetur statim rem depositam restituere præterquam in quinque casibus, qui luculenter explicantur, *n.* 21 *ad* 28.

Depositarius non potest retinere rem depositam pro compensatione alicujus crediti erga depositorem, *n.* 29.

Ex deposito facto penes clericum, v. g. canonicum, aut religiosum, seu rectorem ecclesiæ, vel monasterii non potest obligari ecclesia, vel monasterium, nisi res illa deposita fuerit conversa in utilitatem ipsius ecclesiæ, vel monasterii, aut prælatus una cum capitulo, seu conventu depositum in suam fidem, vel custodiam recepisset, *n.* 30 *ad* 32.

Depositarius, si in periculo naufragii, hostilis incursus, vel incendii nequit res suas et alienas servare, potest res suas pretiosiores salvare præ alienis minus pretiosis, et in tali casu nihil tenetur restituere, *n.* 33, 34.

Si res depositæ sint pretiosiores rebus propriis depositarii, et utrasque salvare non possit, tenetur depositarius eas præferre rebus suis vilioribus, illasque salvare, postpositis propriis minoris pretii, si sit moraliter certus de habenda compensatione damni proprii, aliter non teneretur eas præferre, *n.* 35 *ad* 38.

De deposito *miserabili*, et quid in illo singulare sit, *n.* 39 *et seqq.*

Depositum *irregulare* quid sit, et illius effectus, *n.* 46.

## DESERVITORES (III, 147).

Quid nomine deservitorum veniat. Vide *verb.* Deservitores, *num.* 1.

Deservitores ab episcopo deputandi, non solum quoad ecclesias suæ collationis, sed etiam quoad ecclesias non subjectas concursui, *num.* 2 *ad* 4.

Vacante dignitate in cathedrali, cui annexa est parochialis, episcopus nominat deservitorem, *num.* 5.

Ecclesiæ patronatus laici et regii accipiunt deservitorem ab episcopo, sine patroni vel regis nominatione, *num.* 6.

Episcopus determinat congruam sustentationem deservitoribus; et in eorum deputatione non debet audire examinatores, *num.* 7 *et* 8.

Deservitor debet subire onera pastoralia et potest dare licentiam sacerdoti assistendi matrimonio, *num.* 9 *ad* 11.

## DESPERATIO.

Desperatio quid sit. Vide *verb.* Virtus, *n.* 3.

## DETRACTIO (III, 147).

### DETRACTIO QUOAD EJUS ESSE, ET MODOS QUIBUS FIERI POTEST.

Detractio quid sit. Vide *verb.* Detractio, *art.* 1, *n.* 1, 2.

Quid sit honor, et in quo sensu sit majus bonum, quam fama, et e contra, *n.* 3, 4.

Assignantur tres detractionis divisiones, et explicantur singulæ, *n.* 5 *ad* 10.

Detractio, sive calumnians, sive non calumnians, quando sit peccatum mortale, vel veniale, *num.* 11 *et* 12.

Sancti Thomæ doctrina auctor illustratur, *in nota ad n.* 11.

Defectu voluntarii perfecti, detracti, detractio, quæ de sui natura est peccatum mortale, redditur tantum veniale, vel nullum omnino peccatum, *num.* 13.

Qui detrahit ex naturali impetu pravæ consuetudinis, et loquacitatis absque omni advertentia ad damnum proximi, non peccat mortaliter in ipso actu, licet peccet in sua causa, *n.* 14.

Defectu materiæ gravis detractio evadit solum peccatum veniale, *n.* 15.

Digitized by Google

Levitas et gravitas materiæ detractionis unde attendi debeat, *n.* 16.

Regulariter non est mortale revelare defectus naturales animi, corporis, vel naturarum, vel narrare defectus morales de aliquo in generali, *n.* 17 *et* 18.

Mortaliter tamen peccat, et detrahit, si quis de determinata persona in generali dicat, v. g. *se scire quid de illo, quod si dicat, sit eum magno rubore affecturus, num.* 19.

Non est mortale de aliquo ignoto, vel indeterminato male loqui, dummodo tale crimen in aliorum damnum non redundet, *n.* 20 *et* 21.

Gravius tamen, et gravissime peccat, qui ordini seu congregationi alicui religiosorum in communi vel monasterio detrahit, *n.* 22.

Diffamatum in uno crimine de altero valde affini diffamare est tantum peccatum veniale, *n.* 23.

Affertur regula generalis ad dignoscendum quando peccatur graviter, vel leviter in hujusmodi materia, *n.* 24.

Defectu rei occultæ detractio evadit solum peccatum veniale, *n.* 25.

Notorium aliud est notorietate juris, aliud notorietate facti, *n.* 26.

Ad constituendum aliquid notorium notorietate facti quot homines illud scire debeant, *n.* 27.

Crimen notorietate juris, quando possit evulgari absque injuria, *n.* 28.

Crimen notorium notorietate facti manifestare, quando sit peccatum mortale, vel veniale, et quando nullimode peccatum, *n.* 29 *et* 30.

An sit peccatum contra justitiam manifestare in alio loco crimen notorium, vel limitare tantum, vel simpliciter, et absolute in aliquo loco particulari, *n.* 31 *et* 32.

Occultum alicujus crimen ab aliis auditum narrare, an sit peccatum mortale, aut veniale concurrentibus aliquibus circumstantiis, *n.* 33 *ad* 35.

Peccat mortaliter cum obligatione restitutionis, qui infamatum jam emendatum de præterito, et jam oblito crimine, denuo sine justa causa infamat, *n.* 36.

Probabilius mortaliter peccat, qui occultum alterius crimen sine justa causa manifestat uni, vel alteri viro prudenti non alterius divulgaturo; secus autem si crimen patratum sit contra seipsum, illudque narret tantum consilii causa, et animo non detrahendi, *n.* 37 *et* 38.

Defunctis detrahere, an sit peccatum mortale obligans ad restitutionem, *n.* 39.

Quid de historiographis, publica, vel occulta mortuorum crimina describentibus, *n.* 40 *et* 42.

Defectu injustitiæ revelandi, crimen occultum revelare non est peccatum, *n.* 43.

Causæ justæ revelandi aliquod crimen verum occultum alterius sunt, præsertim quatuor, quæ enumerantur, ac luculenter explicantur, *n.* 44 *ad* 52.

Detrahentes voluntarie et sine causa audire, et cum facile potest impedire, est peccatum mortale, *n.* 53.

Audiens detrahentem cum aliis inducendo, provocando, adjuvando, peccat mortaliter contra justitiam; et solum consentiendo, et complacendo in detractionem peccat mortaliter tantum contra charitatem; et illum non impediendo quando facile et commode potest, peccat mortaliter contra charitatem ex duplici respectu; et delectando solum de gratia, et lepiditate detrahentis, non esset inde culpandus peccati gravis, *n.* 54 *ad* 57.

Seipsum infamare, an sit peccatum, *n.* 58 *et* 59.

DETRACTIO QUOAD OBLIGATIONEM RESTITUTIONIS FAMÆ, ET QUOAD CAUSAS EXCUSANTES A TALI RESTITUTIONE.

Qui crimen falsum alicui scienter imposuit, tenetur dictum suum retractare etiam sub juramento, et adhibendo testes, si ita res exigat; et tali modo se retractanti renuentes credere absque rationabili causa ipse ad nihil aliud tenetur. Vide *verb.* Detractio, *art.* 2, *n.* 1 *et* 2.

Qui crimen alicujus verum, sed occultum injuste prodidit, an quid teneatur, *n.* 3 *et* 4.

Qui revelavit alterius crimen alicujus sub secreto an teneatur apud illos tantum famam restituere, *n.* 5.

Quid, quando ex detractione oritur damnum etiam in bonis fortunæ, *n.* 6, 7 *et* 8.

Detractor, si supervixerit ei cui detrahit, tenetur famam restituere quamvis defuncto, *n.* 9.

Detrahens inadvertenter, et sine culpa, et postea cognoscens se detraxisse, ad quid teneatur, *n.* 10 *ad* 12.

Qui de Caio v. g. revelat grave crimen, et advertit audientes per errorem intelligere de Titio, tenetur ex justitia restituere Titio, *n.* 13.

Assignantur et explicantur decem causæ excusantes detrahentem a restitutione famæ, *n.* 14 *ad* 23.

DETRUSIO.

Detrusionis in arctum monasterium pœna quæ sit. Vide *verb.* Pœna, *in art.* 2, *n.* 12.

DIACONATUS.

Diaconatus quid sit, quæ ejus materia, et quando fuerit institutus. Vide *verb.* Ordo, *art.* 1, *n.* 43, 44 *et* 45.

DIACONISSÆ (III, 171).

Officia diaconissarum quæ sint. Vide *verb.* Diaconissæ, *num.* 1, 2.

Quanam ætate eligendæ sint, *num.* 3.

Quadraginta annorum ætas necessaria virginibus et sacris monialibus, *num.* 4.

Diaconissarum habitus et ordinatio, *num.* 5 *ad* 7.

DIACONUS (III, 169).

Diaconi Orientalis Ecclesiæ, qui ordinati fuerint in statu cælibi, non possunt matrimonium contrahere. Vide *verb.* Diaconus, *n.* 1 *et* 2.

De diaconis Cophtis ordinatis in infantili ætate quoad matrimonium, *n.* 3 *ad* 5.

Diaconorum appellatio, institutio et numerus, *num.* 6 *ad* 8.

Eorum varia officia, *num.* 9 *ad* 13.

DIAMETER.

Diameter et axis quomodo differant inter se. Vide *verb.* Mundus, *num.* 127.

DIES.

Dies unde dictus, quid sit, ejusque divisiones assignantur et explicantur. Vide *verb.* Mundus, *n.* 3 *ad* 16.

DIETA.

Dieta quot milliaria contineat. Vide *verb.* Benedictio, *art.* 5, *num.* 10.

DIFFAMATIO.

Diffamatio quid sit. Vide *verb.* Detractio, *art.* 1, *num.* 9.

DIGNITAS.

Dignitas quid sit. Vide *verb.* Beneficium, *art.* 1, *num.* 26.

DILAPIDATIO.

Dilapidationis pœna quæ sit. Vide *verb.* Pœna, *art.* 5, *num.* 93 *ad* 96.

DILECTIO.

Vide *verb.* Virtus, *a num.* 31 *ad* 87.

Digitized by Google

## DIMISSORIÆ.

Dimissoriæ, seu Dimissoriales. Vide *verb.* Ordo, *art.* 3, *a num.* 36 *usque in finem.*

## DIOECESIS (III, 175).

Hujus nominis notio in re civili, et in re ecclesiastica varia fuit apud veteres. Vide *verb.* Diœcesis, *num.* 1. 2.

Nunc singularem episcopi ditionem significat; quæ notio quinto jam sæculo obtinuerat, *num.* 3.

## DIPTYCHA (III, 361).

Quæ nomina in Missæ sacrificio olim ex diptychis recitarentur. Vide *verb.* Diptycha, *num.* 1 *et* 2.

Praxis hujusce recitationis, *num.* 3.

Erasa ex his tabulis hæreticorum nomina, unde quædam dissidia, *num.* 4 *et* 5.

## DIOPTRICA.

Dioptrica quid. Vide *verb.* Mundus, *num.* 208.

## DISCORDIA.

Discordia quid sit. Vide *verb.* Virtus, *num.* 84.

## DISMEMBRATIO (III, 177).

Dismembratio est quædam species alienationis. Vide *verb.* Dismembratio, *num.* 1.

Quid requiratur, ut dismembratio dicatur effectuata, vel non, *num.* 2 *ad* 5.

In ecclesiæ dismembratione observantia subsecuta optime declarat quidquid fuerit præcedenter actum, *num.* 6.

Dismembratio, ut sustineatur, requirit omnes solemnitates requisitas in alienatione rerum ecclesiæ, causæ necessitatem, et evidentem ecclesiæ utilitatem, maxime si ecclesia sit parochialis, cujus dismembratio requirit copulative solemnitatem, et justam causam, parochianorum citationem, præsentiam rectoris, quo renuente potest episcopus facere dismembrationem, si adsit justa causa, quæ assignatur, *n.* 7 *ad* 14.

Ecclesia parochialis propter quas causas non possit dismembrari, *num.* 15 *ad* 20.

In dismembratione ecclesiæ parochialis reservandus est canon, seu recognitio aliqua annua facienda ecclesiæ matrici, *num.* 21.

Præcipua quædam circa dismembrationem parochiarum juxta diversas tribunalium Urbis sententias disputata, *num.* 30 *et seqq.*

Ecclesia dismembrata a parochiali consentiente rectore, auctoritate episcopi, et justa de causa dicitur jura parochialia intra limites sibi assignatos habere exercibilia, *num.* 22.

Licet potuerit reservare sibi ecclesia matrix in signum subjectionis jus sepeliendi, vel similia, id debet expresse facere, alias omne id, quod non est exceptum, dicitur translatum in dismembratam ecclesiam, *num.* 23.

Præservatio facta in dismembratione ecclesiæ intelligitur de aliis juribus præterquam consecutivis ad ipsam dismembrationem, *num.* 24.

Dismembratio generaliter loquendo non præjudicat ecclesiæ, a qua illa facta est, nisi in iis quæ in litteris dismembrationis continentur, neque præjudicat habentibus officia, seu beneficia in ecclesiis dismembratis, neque episcopo, seu capitulo super exactione decimarum tam prædialium quam personalium, *num.* 25 *ad* 29.

## DISPENSATIO (III, 183).

Dispensatio quid sit. Vide *verb.* Dispensatio, *num.* 1.

Corrigitur auctor in definitione dispensationis, *num.* 83.

Dispensatio potest considerari sub variis modis, et explicantur singuli, *n.* 2 *ad* 9.

Declaratur item auctor, *num.* 7, 85 *et seqq.*

Dispensatio sine justa causa non est dispensatio, sed dissipatio, *num.* 10.

Dispensatio in lege superioris sine justa causa, an sit invalida et peccaminosa tam quoad concedentem, quam quoad petentem dispensationem, *num.* 11 *ad* 14.

Dispensare, vel petere dispensationem in lege propria sine justa causa, an liceat, *num.* 15 *et* 16.

Papa dispensans in propria lege, et in jure positivo sine causa an peccet, *num.* 17 *et* 18.

Auctor emendatur, *in nota ad n.* 18.

Papa proprie et rigorose loquendo non dispensat in jure divino, *n.* 19.

Potest tamen papa jus divinum interpretari, et declarare, quod in aliquibus casibus propter aliquas circumstantias non obliget, *num.* 20.

Papa ex rationabili causa potest dispensare in omni jure ecclesiastico, *num.* 21.

Ætatis dispensatio pro consequendo beneficio jurispatronatus familiaris non conceditur a papa in præjudicium remotioris vocati habentis requisita, *num.* 22.

Episcopus quoad sacros canones, constitutiones apostolicas, et decreta conciliorum generalium, nequit dispensare nisi in casibus sibi a jure permissis, qui assignantur, *num.* 23 *ad* 29.

Potestas dispensandi in supradictis, et aliis consimilibus casibus competens episcopis, competit etiam capitulo, sede vacante, *num.* 30.

Dispensatio matrimonii obtenta super impedimento consanguinitatis in forma pauperum false narrata paupertate, est invalida, et proles est illegitima, *num.* 31.

Dispensatio in bigamia. Vide *verb.* Bigamia.

Dispensatio in festorum observantia. Vide *verb.* Festum.

Dispensatio in jejunio. Vide *verb.* Jejunium.

Dispensatio in impedimentis matrimonii. Vide *verb.* Impedimentum matrimonii, *art.* 3.

Dispensatio ab irregularitate. Vide *verb.* Irregularitas, *art.* 3.

Dispensatio in juramentis, et votis. Vide *verb.* Juramentum et Votum.

Dispensatio in pœnis Simoniæ. Vide *verb.* Simonia.

Dispensationes nec frequenter, nec sine justa causa sunt concedendæ, *n.* 34 *et* 35.

Quamplura referuntur ad dispensationes matrimoniales pertinentia, *n.* 36 *et seqq.*

Dispensationes pro regularibus non conceduntur, nisi de superiorum regularium consensu, vel ad eorum preces, *num.* 58.

Dispensationes ab observantia Quadragesimæ, *num.* 59 *et seqq.*

Dispensationes super ritibus ecclesiasticis a sancta sede petendæ sunt, nec ea inconsulta ab alio quolibet concedi possunt, *num.* 67, 68 *et seqq.*

Quando episcopi dispensare nequeunt super propriis constitutionibus, et legibus synodi, et in genere de illorum auctoritate in materia dispensationum, *num.* 90 *et seqq.*

Quando episcopus dispensare possit super legibus superioris, *num.* 99 *et seqq.*

De justis dispensationis causis, *num.* 102.

An cesset dispensatio, si causa, ob quam fuit concessa, cesset ante executionem illius, *num. id. et seqq.*

An et quando potius datum mandatum de dispensando, quam gratia dispensationis concessa a papa sit, et quinam sint effectus diversi, *num* 104

Digitized by Google

Dispensatio est stricti juris, nec ullam patitur extensionem, *num.* 105.

## DISPUTATIO.

Disputatio cum hæreticis qualis, et quando sit prohibita Christianis. Vide *verb.* Fides, *a num.* 36 *ad* 41, *et verb.* Hæreticus, *a num.* 27 *ad* 29.

## DISTINCTIO.

Distinctio specifica peccatorum, unde desumatur. Vide *verb.* Peccatum, *a num.* 26 *ad* 28.
Distinctio numerica ipsorum unde desumi debeat. Vide *a num.* 29 *ad* 34.

## DISTRACTIO.

Distractio in recitatione divini officii; et consimiliter in celebratione missæ, an quando, et quomodo sit peccaminosa. Vide *verb.* Officium divinum, *art.* 2, *a num.* 38 *ad* 47, *et verb.* Attentio *a n.* 23 *ad* 35.
Distractio in auditione missæ, an, quando, et quomodo sit peccaminosa. Vide *verb.* Attentio, *num.* 23 *ad* 35.

## DISTRIBUTIONES QUOTIDIANÆ (III, 199).

Quid, et quæ sint, et a quibus acquirantur.
Distributiones quare ita dicantur, et quare dicantur quotidianæ. Vide *verb.* Distributiones quotidianæ, *art.* 1, *num.* 1 *et* 2.
Distributionum quotidianarum duplex genus assignatur, et explicatur, earumque propria definitio traditur, *num.* 3 *ad* 5.
Distributiones hujusmodi non veniunt in appellatione fructuum, seu redditUum, et proventuum, nec comprehenduntur in regulis cancellariæ de valore fructuum exprimendo, *num.* 6 *et* 7.
Distributiones quotidianæ institutæ sunt in gratiam cultus divini, *num.* 8.
Jus percipiendi distributiones quotidianas, quibus competat, *num.* 9.
Distributiones, quibus debeantur, et quid requiratur ad eas lucrandas, *num.* 10 *et* 11.
Assignantur infirmitates, quibus detenti canonici in absentia lucrantur distributiones, *n.* 12 *ad* 18.
Distributiones lucrantur senio confecti, si alias residere soliti erant, *num.* 19.
Similibus infirmitatibus detenti possunt distributiones quotidianas percipere quamvis propria culpa in eas inciderint, nec obstat statutum contrarium capituli, nec etiam obstat contraria consuetudo, *num.* 20 *ad* 22.
Tempus, quo canonicus fuit infirmus, computandum non est pro tempore vacationum, *n.* 23.
Imo canonici infirmi percipere debent etiam portionem accrescentem, *n.* 24.
Tales tamen distributiones debentur solum illis canonicis infirmis, qui, dum sani erant, divinis officiis interesse solebant, *num.* 25.
Distributiones quotidianas lucratur canonicus in absentia ratione justæ et rationabilis corporalis necessitatis, easque lucrantur injuste carcerati, injuste excommunicati, a civitate expulsi absque sua culpa, illi etiam qui ex facto principis temporalis loci non possunt residere, *num.* 26 *ad* 30.
Distributiones quotidianæ debentur canonico absenti, ut injustam judicis vexationem redimeret, vel ut in causa criminali se innocentem exhiberet, de qua si condemnatus appellaverit, et absolutus fuerit, debet percipere distributiones totius temporis, quo propter eam causam horis canonicis non potuit interesse, *num.* 31 *ad* 33.
Distributionibus quotidianis gaudere debet canonicus, qui inquisitus de homicidio, et factus contumax infra annum comparuit, et factis defensionibus in carceribus fuit absolutus, et innocens declaratus, etc. *num.* 34.
Distributiones quotidianæ debentur canonico legitime impedito, vel absenti ratione evidentis ecclesiæ utilitatis, vel pro defensione jurium ipsius ecclesiæ, *num.* 35 *ad* 37.
Canonicus procurator capituli et pro negotiis capituli assistens, lucratur distributiones quotidianas, easque lucratur canonicus a choro absens occasione servitii curæ ejus canonicatui annexæ, *n.* 38 *et* 39.
Canonici comitantes episcopum ad visenda Limina Apostolorum, vel ejus nomine ad prædicta limina deputati, an, et pro quo tempore lucrentur distributiones, *num.* 40 *ad* 43.
Distributiones quotidianas lucrantur canonici inservientes episcopo pontificaliter in civitate, vel in suburbiis; non autem in alio loco, vel comitantes in visitatione, *num.* 44.
Distributiones debentur canonico proviso ab ordinario cardinale vigore indulti pro tempore, quo ecclesiæ inservivit, etiamsi fuerit postea coactus capere novam possessionem apostolicam, et primæ renuntiare tanquam invalidæ, *num.* 45.
Archidiaconus, vel canonicus visitans ecclesiæ jura, vel redditus suæ præbendæ, non amittit distributiones, *num.* 46.
Canonicus pœnitentiarius, si, dum recitantur divina officia, audiat in ecclesia confessiones, an lucretur distributiones et alia emolumenta, *n.* 47 *ad* 49, *et verb.* Canonicatus, *art.* 9, *n.* 81.
Theologus, seu obtinens præbendam theologalem diebus, quibus legit, quas distributiones percipiat, *num.* 50, *et verb.* Canonicatus, *art.* 9, *num.* 41.
Quid de canonicis privilegiatis super fructibus in absentia percipiendis, ac de inservientibus papæ, vel cardinalibus, *num.* 51 *ad* 53.
Distributiones debentur canonico pro tempore, quo sine salario organum pulsat, *num.* 54.
Plura ex Benedicto XIV, quibus adducuntur quotidianas distributiones concernentia, *num.* 55 *et seqq.*
Quomodo distinguantur distributiones quotidianæ a fructibus grossis canonicatus, seu beneficii, *num.* 74 *ad* 76.
Regulariter nomine fructuum beneficii non veniunt distributiones quotidianæ, prout veniunt fructus grossi, limitaturque hæc regula, *num.* 78 *et seqq.*
Spolio haud subjiciuntur distributiones quotidianæ, prout subjiciuntur fructus grossi, *num.* 84.
An quis ordinari possit ad titulum beneficii, cujus redditus unice consistant in distributionibus quotidianis. Vide *num.* 85.

## DISTRIBUTIONES.

Distributiones quotidianæ a quibus amittantur, seu non acquirantur.
Distributiones non lucrantur canonici sine legitima causa absentes, quamvis consuetudine sit introductum, ut distributiones absentibus debeantur. Vide *verb.* Distributiones quotidianæ, *art.* 2, *num.* 1.
Distributiones quotidianæ non debentur canonico vicario generali absenti a choro ratione officii vicariatus, nec canonico inservienti episcopo in missis privatis, nec associantibus episcopum audientem missam extra cathedralem civitatis, neque inservientibus eidem episcopo non pontificaliter celebranti, et visitanti suam diœcesim, moniales velanti, et similia agenti; neque debentur illis, qui seminariis præsident aut in congregationibus Sancti Officii sunt occupati, *num.* 2 *ad* 6.
Episcopus canonicus, dum abest ex causa

Digitized by Google

visitationis suæ diœcesis, non lucratur distributiones quotidianas. Vide *verb.* Distributiones, *art.* 2, *num.* 7.

Distributiones quotidianas non lucratur in absentia canonicus collegiatæ ecclesiæ, dum servit episcopo cardinali pro caudatario, nec canonicus cubicularius ad bussolam sanctissimi, neque eas lucrantur familiares papæ, *num.* 8 *ad* 10.

Distributiones quotidianæ non debentur in absentia canonico in publica universitate docenti, neque debentur canonico infirmo habenti coadjutorem, si coadjutor non resideat; neque debentur canonico inquisito, et postea absoluto, si hic habuerit coadjutorem, qui de tempore carcerationis seu contumaciæ coadjuti inservire debuisset, non inservivit; neque debentur canonico, qui fuit Romæ pro negotiis capituli contra episcopum; neque canonicis officialibus Sacræ Inquisitionis, absque speciali indulto sedis apostolicæ; neque canonicis inquisitoribus contra hæreticam pravitatem, neque examinatoribus synodalibus dum suo munere funguntur, neque canonicis voluntarie audientibus confessiones, et missam celebrantibus tempore divini officii, *num.* 11 *ad* 17, *et verb.* Canonicatus, *art.* 5, *num.* 82.

Canonici absentes studiorum causa non lucrantur distributiones; secus vero si redditus omnes in distributionibus consistant, *num.* 18 *et* 19.

Distributiones quotidianæ non debentur interessentibus congregationibus capitularibus tempore, quo divina celebrantur, neque peregrinantibus causa devotionis assumptæ, *num.* 20 *et* 21.

Canonici habentes privilegium apostolicum percipiendi fructus beneficiorum suorum in absentia, non per hoc lucrantur distributiones quotidianas, *num.* 22.

Distributiones, quæ dantur canonicis, vel præbendatis propriæ ecclesiæ, quando aliquas missas celebrant, quando debeantur coadjutoribus, *num.* 23.

Vicarius generalis, ac dignitates protonotarii si sint canonici, nisi incedant cum habitu canonicali, et sedeant in suo ordinario loco, non lucrantur distributiones, etiam accedente consensu capituli, et affertur ad id novissima decisio, *num.* 24 *ad* 27.

Quid de canonico surdo, vel cæco, *num.* 28 *et* 29.

Canonicus dispensatus super ætate ad obtinendum canonicatum cum clausula, quod se promoveri faciat, perventus ad legitimam ætatem amittit distributiones si conditionem non curavit adimplere, quamvis choro intersit, *num.* 30.

Distributiones a canonicis absentibus amissæ, quibus competant, *num.* 31.

Hæc tamen auctoris propositio non est absolute vera. Vide *art.* 3, *num.* 35.

Canonici non possunt distributiones sibi invicem condonare, *num.* 32.

Non lucrantur distributiones canonici, quoties absunt a residentia occasione litium concernentium interesse suarum præbendarum sine licentia episcopi, *num.* 33.

Distributiones quotidianæ non debentur canonicis infirmis, aut alio legitimo impedimento detentis, si alias sani, aut non legitime impediti non erant soliti inservire, *num.* 34.

Potest episcopus statuere, ne canonici, et alii de capitulo discedant ab ecclesia tempore concionis et quod illi intersint quotidie sub pœna amissionis distributionum illius diei, in qua defuerint, *num.* 35.

Non potest tamen episcopus decernere, ut canonici in sacris non constituti non gaudeant distributionibus, *num.* 36.

Permitti non debet capitulo, quod, dum pro litibus, vel alia causa vult expensas facere, utatur distributionibus quotidianis, *num.* 37.

Episcopus et capitulum non potest amissas distributiones ob non residentiam remittere, aut condonare illi ipsi, qui eas amisit, *num.* 38.

Secundum Barbosam et alios poterit canonicus distributiones, quas alter amiserat, sibi jam applicatas et traditas, postea illi ipsi condonare; nisi hac via detur occasio clericis se abstinendi a choro, *num.* 39 *et* 40.

Distributiones amittunt juste excommunicati, vel suspensi, vel interdicti; et etiam canonici non psallentes, et non canentes in choro cum aliis, dormientes quoque et confabulantes in choro, non in totum, sed proportionaliter pro parte correspondente defectibus; eas etiam amittunt canonici, quando non cantant missam conventualem, seu missam de die, *num.* 41 *ad* 44.

Canonici, qui perceperunt distributiones pro tempore, quo servitium ecclesiæ non præstiterunt, tenentur ad illarum restitutionem, *num.* 45.

Canonicus tempore divinorum officiorum organum pulsans, vel cum musicus psallens amittit distributiones quotidianas, si aliquod stipendium obtineat, *num.* 46.

Distributiones non lucrantur canonici choro interessentes, qui cum cæteris non psallunt, *num.* 47.

Distributiones tamen lucrantur canonici et beneficiati, qui de licentia ordinarii spiritualia exercitia peragunt in aliqua pia, seu regulari domo, licet pro illis diebus choro non intersint: sed id non indistincte accipitur quoad omnia tempora, *num.* 48 *et* 49.

Distributiones non lucratur, qui canonicatui debet curam adnexam, extra civitatem, *num.* 50.

Neque qui episcopo inservit non celebranti, *num.* 51.

Supplentur auctoris defectus quoad hunc articulum, *art.* 3, *num.* 34.

*Decreta varia attinentia ad canonicos jubilatos, et distributiones eis debitas.*

Adducuntur varia decreta attinentia ad canonicos jubilatos. Vide *verb.* Distributiones quotidianæ, *art.* 3, *a num.* 1 *ad* 17.

Afferuntur ad id alia decreta in una Aquipendii Jubilationis, *a num.* 18 *ad* 21.

Adducuntur ad id varia decreta, *num.* 22 *ad* 32.

Afferuntur ad id variæ resolutiones sacræ congregationis Concilii, *num.* 33.

## DIVINATIO.

### DIVINATIO QUID SIT, ET QUÆ EJUS SPECIES.

Vide *verb.* Superstitio, *a num.* 12 *ad* 33.

## DIVORTIUM (III, 225).

Divortii genus triplex assignatur, et explicatur. Vide *verb.* Divortium, *num.* 1 *ad* 4.

Divortium secundum etymologiam nominis unde sit dictum, *num.* 5.

Divortium quoad vinculum matrimonii rati, et non consummati fit inter fideles professione religiosa; non vero fit per votum simplex, vel solemne castitatis in susceptione ordinis sacri, *num.* 6 *ad* 8.

Potest tamen tale divortium quoad vinculum fieri per dispensationem papæ juxta praxim Romanæ curiæ, et ratione ostenditur, simulque adducitur, et solvitur instantia, *num.* 9 *ad* 14.

Ad dissolvendum quoad vinculum matrimonium sive ratum, sive consummatum cum impedimento dirimente contractum, quid requiratur, *num.* 15 *et* 16.

Matrimonium valide inter fideles contractum, et consummatum, est quoad vinculum indissolubile, *num* 16.

Divortia Græcorum quoad vinculum irritantur, et fieri deinceps prohibentur, *num.* 60.

Digitized by Google

Divortium quoad torum et cohabitationem potest licite fieri justa interveniente causa, *num.* 18.
Et concludens requiritur illius probatio, ubi etiam ad divortium impediendum probari concludenter debet causæ remissio a parte innocente, *num.* 77 *et seqq.*
Causæ justæ faciendi divortium septem generatim assignantur, ac explicantur, *num.* 19 *ad* 35.
Divortio quoad torum et habitationem locus hodie haud videtur esse posse ex voto ultramarino, de quo disserit *auctor num.* 32, et quare, *num.* 62 *et seqq.*
Propter Sodomiam, et bestialitatem, an possit fieri divortium, *num.* 36 *et* 37.
Quando adulterium alterius conjugis est notorium, occultum, vel dubium, an, et quomodo possit fieri divortium, *num.* 38 *ad* 40.
Conjux innocens, an teneatur et possit conjugem adulterum revocare, *num.* 41 *ad* 43.
Quando unus conjugum adulterium committit potest eo invito conjux innocens religionem ingredi, etiam non exspectata sententia judicis, si adulterium sit publicum; secus si sit occultum, *num.* 44 *ad* 46.
Conjux innocens, si post alterius adulterium ei voluntarie cohabitat petendo, et reddendo debitum conjugale, non potest eo invito religionem ingredi. Et etiam quando et ipse innocens postea adulterium committit, *num.* 47 *et* 48.
Conjux adulter quando possit ingredi religionem inscio, vel invito innocente, *num.* 49 *et* 50.
Conjux innocens ob adulterium uxoris potest etiam in sæculo manens ordines sacros recipere, *num.* 51 *et* 52.
Propter adulterium spirituale, an possit conjux fidelis ingredi religionem, alio invito, vel sacros ordines suscipere, *num.* 53.
Assignantur, et explicantur quatuor casus, in quibus propter adulterium nequit fieri divortium, *num.* 54 *ad* 59.
Vir non censetur causam præbere mulieri adulterandi, si eam domo expellit, aut necessaria alimenta ei denegat, *num.* 60, et *verb.* Adulterium, *art.* 3, *num.* 9 *et* 10.
Causa adulterii in eo differt quoad divortium tori et habitationis a reliquis causis, quod ea tanquam immediate profluens ex violatione fidei conjugalis sit perpetua, aliæ vero ad tempus, *num.* 75 *et* 76.
Si a muliere petatur divortium ex adulterio viri et a viro opponatur remissio, hæc probata dici nequit quod mulier sciens pravam consuetudinem viri cum eo habitaverit, sed docere præterea oportet de signis, iisque spontaneis, amoris et benevolentiæ ipsius mulieris, *num.* 79 *et* 80.
Causis vero divortii quoad torum et cohabitationem ab auctore adducti, *a num.* 19 *ad* 35, addi potest adulterium falso a viro uxori imputatum, *num.* 67.
Defectus virginitatis in muliere minime præbet justam causam hujus divortii. Verum late super hoc disseritur, *num.* 68 *et seqq.*
Divortium apud Romanos et imperatores etiam christianos, *num.* 81 *ad* 86.
Leges de eo in republica latæ, et quomodo sese gesserunt imperatores christiani circa divortium, *num.* 87 *ad* 91.
Semper fuit a sanctis Patribus in foro interno reprobatum, *num.* 92.
Sancti Ambrosii sententia affertur et de ea disseritur, *num.* 93 *ad* 100.
Temporum malitiæ tribuendum, si post factum divortium sancti Patres novas nuptias tolerandas duxerint, *num.* 101 ad 105.
Solum adulterium juxta Patres causam præbet divortio, *num.* 106.
Quid si mulier infirmitate correpta debitum viro reddere non valeat, *num.* 107 *ad* 110.
Quid de Judæorum ad Christi fidem conversorum divortio, *num.* 111.
Utrum statim ac infidelis conjux christianam renuat amplecti fidem, an post secundas nuptias legitimum viri neophyti matrimonium dirimatur, *num.* 112.
An, quando et quibus casibus, dos restituenda post tori et habitationis separationem, *num.* 113.
Divortium triplex, verum, ratum, consummatum, *num.* 114.
Divortium in matrimoniis infidelium, *num.* 115.
Si conjux infidelis interpellari non potest, opus est papæ dispensatione, *num.* 116.
Quo temporis momento hæc matrimonia dissolvantur, *num.* 117.
Quo jure fit divortium in matrimoniis non consummatis, *num.* 118.
Quædam exceptiones rejiciuntur, *num.* 119.
Adulterium non præbet justam exceptionem, *num.* 120.
Ecclesiæ doctrina circa Græcorum matrimonia quæ sit, *num.* 121.
Alia. Vide *verb.* Adulterium, Debitum conjugale, Matrimonium.

DOCTRINA CHRISTIANA (III, 255).

Quibus competat traditio doctrinæ christianæ. Vide *verb.* Doctrina christiana, *num.* 1 *ad* 3.
Quibusnam in locis sit tradenda, *num.* 4.
Doctrina christiana non solum pueris, sed et adultis est necessaria, *num.* 5 *et seqq.*
Qui doctrina christiana satis instructi non sunt, non sunt matrimonio jungendi, *num.* 9.
Fideles in propria paræcia instruendi, *num.* 10.
Ludimagistri ad tradendam pueris doctrinam christianam cogendi, *num.* 11.
Plura clericis quam laicis de ea scitu necessaria, *num.* 12.
Multo probabilius non valide absolutum fuisse ignorantem necessaria scitu necessitate medii, valide vero ignorantem necessaria necessitate præcepti, *num.* 13, 14.
Mandatur regularibus, ut doceant professos laicos, et præsertim quæstuarios fratres christianam doctrinam, *num.* 15 *et seqq.*

DOLOR.

Vide *verb.* Pœnitentiæ sacramentum, *art.* 2.

DOLUS.

DOLUS QUID SIT.

Vide *verb.* Commodatum, *num.* 17.

DOMICILIUM.

DOMICILIUM PRO CONTRAHENDO MATRIMONIO.

Vide *verb.* Matrimonium. Impedimenta matrimonii, *art.* 2.

DOMICILIUM PRO ORDINIBUS SUSCIPIENDIS.

Vide *verb.* Ordo, *art.* 3.

DOMINIUM (III, 261).

DOMINIUM QUOAD EJUS ESSE, DIVISIONEM, ET SPECIES.

Dominium generalissime sumptum quid sit. Vide *verb.* Dominium, *art.* 1, *num.* 1.
Rectius dominium definitur, et de dominii origine disseritur, *num.* 38 *et seqq.*
Tale dominium dividitur in divinum et humanum, et quid sit utrumque, *num.* 2.
Dominium divinum dicitur universalissimum, et excellentiæ, *num.* 3.
Dominium humanum aliquando dicitur altum, seu

Digitized by Google

politicum, et aliquando dicitur bassum, seu speciale, et quid sit utrumque. Vide *verb.* Dominium, *art.* 1, *num.* 4.

Dominium humanum est duplex, jurisdictionis et proprietatis, *num.* 5.

Dominium jurisdictionis quid sit; et quomodo dividatur *n.* 6 *et* 7. Vide etiam *verb.* Regimen, *per totum.*

Dominium proprietatis quid, et quotuplex sit, *n.* 8 *ad* 11.

Ususfructus qui sit, et in quibus rebus constitui possit, *num.* 12 *ad* 14.

Usus generaliter loquendo quotuplex sit, et alia ad rem, *num.* 15 *ad* 20.

Possessio unde dicatur, quomodo dividatur, et divisiones explicantur, ac possessionis vera definitio traditur, *num.* 21 *ad* 26.

Possessio quotupliciter acquiri, ac deperdi possit, *num.* 27 *et* 28.

Per rei amissi nemo universaliter loquendo non perditur ejus dominium, *num.* 29.

Possessionis commoda ac privilegia octo assignantur ac explicantur, *num.* 30 *ad* 37.

Corrigitur, *num.* 35, *auctor in nota.*

Quomodo in primævo hominum statu res terræ in dominium singulorum pervenerint, *num.* 39 *ad* 43.

Animadversio in auctorem, *num.* 44 *et seqq.*

DOMINIUM QUOAD EJUS SUBJECTUM ET OFFICIUM.

De fide est Deum esse rerum omnium craturarum vere et proprie Dominum. Vide *verb.* Dominium, *art.* 2, *num.* 1.

Christus ut homo fuit Dominus absolutus, et directus universorum quantum ad jus et potestatem, *num.* 2.

Angeli quale dominium habeant ac potestatem, *num.* 3.

Inter creaturas inferiores solus homo est dominii capax, *num.* 4.

Unus homo licite acquirit, et habet dominium in alium hominem quoad ejus opera et servitutem personalem, *num.* 5.

Dominium servitutis in alium hominem potest homo acquirere quatuor modis seu titulis, qui enumerantur, et clare demonstrantur, *num.* 6 *ad* 10.

An habeat homo dominium vitæ suæ, actuum suorum, libertatis, propriæ famæ et honoris, *num.* 11 *ad* 15.

Uxores, ac filiifamilias super quibus bonis habeant dominium, *num.* 16 *et* 17.

Quid de novitiis ac religiosis solemniter professis circa dominium bonorum temporalium, tam in communi quam in particulari, *num.* 18 *ad* 22.

Clerici beneficiati cujus portionis fructuum suorum beneficiorum habeant dominium, *num.* 23 *et* 24.

Indicantur auctores plenius tractantes de materia hujus articuli, *num.* 25.

An mare esse possit dominii subjectum, *num.* 27.

DOMINIUM QUOAD MODOS IPSUM ACQUIRENDI.

Dominium rerum tribus modis acquiri potest, et assignantur, et qualiter rerum istis tribus modis acquiratur dominium. Vide *verb.* Dominium, *art.* 3, *num.* 1 *ad* 4.

Jure naturali, seu gentium acquiritur rerum dominium multipliciter, scilicet *occupatione, alluvione, specificatione, accessione, confusione, commistione,* et fructuum perceptione; et quomodo istis modis acquiratur rerum dominium satis clare explicatur, ac exemplis demonstratur, et alia plura ad rem, *n.* 5 *usque ad* 85; auctor emendatur, *in nota ad num.* 21.

Ad *num.* 62 auctoris. Vide *in nota.*

De modo acquirendi rerum dominium jure civili atque canonico, *num.* 86, *et verb.* Præscriptio seu Usucapio.

De modo acquirendi rerum dominium jure particulari privati alicujus contractus, *num.* 88, *et verb. Contractùs emptionis et donationis.*

Modi, quibus olim dominium privatum inductum fuit, et etiamnum inducitur, dividi possunt in originarios et derivatos; et quinam ii sint, *num.* 89.

Contractus titulum et causam præbent pro acquirendo dominio, *num.* 90.

Quomodo dominium acquiratur jure gentium, *num.* 91.

Distinctio inter alluvionem et inundationem, *num.* 92.

Duo acquirendi modi, *Fetura* et *accessio*, *num.* 93.

Accessio quid sit, et quid per alluvionem acquiratur, *num.* 94, 95.

Alia de dominio opportune notanda, *num.* 96 *ad* 129.

DOMINIUM QUOAD RESERVATIONEM ET RESERVATIONIS EFFECTUS.

Effectus reservationis dominii qui sint. Vide *verb.* Dominium, *art.* 4, *num.* 1 *ad* 3.

Conceditur beneficium reservationis dominii etiam mutuanti ad rem emendam, *num.* 4, 5.

An expressa reservatio ei sit necessaria, *num.* 6.

Quid si concurrat cum ipso domino rei venditæ, qui sibi non reservaverit dominium, *num.* 7 *ad* 9.

Aliter sentiendum de mutuante ad rem emendam, vel reficiendam, vel conservandam, *num.* 10 *ad* 12.

Quid requiratur in mutuante in concursu cum habente hypothecam generalem, *num.* 13, 14.

Alii effectus dominii reservationis, *num.* 15 *ad* 17.

An reservatio dominii, quæ jus pignoris et hypothecæ producit, cadere valeat super mobilibus et se moventibus, *num.* 18.

Secus dicendum ubi reservatum fuerit dominium super animalibus, *num.* 19.

An princeps gaudeat prælatione super omnes dominii reservatarios, *num.* 20 *ad* 22.

DONATIO.

Vide *verb.* Contractus donationis.

DORMIENS.

Dormiens quando evadat irregularis ex homicidio, vel mutilatione causali. Vide *verb.* Irregularitas, *art.* 1, *n.* 11, *vers.* Ex homicidio.

DOS, DOTARE (III, 311).

DOS, QUOAD VARIAM EJUS ACCEPTIONEM, NATURAM, DIVISIONEM, ET PROPRIETATEM SEU DOMINIUM.

Vocis seu termini dotis æquivocatio aperitur, ac variæ assignantur acceptiones, et usus. Vide *verb.* Dos, *art.* 1, *num.* 1 *ad* 3.

Assignantur dotes animæ beatæ, et quare virtutes theologicæ non dicantur dotes, *num.* 4.

Obiter assignantur aureolæ beatorum, ac quid et quod sint, et cur dicantur aureolæ, *num.* 5.

Assignantur dotes corporis gloriosi, quidque beatis corporibus præstent, *num.* 6.

Dos quid sit juridice, et civiliter capta, *num.* 7.

Dos ejusmodi est duplex, quæ assignantur, *n.* 8.

Dos profectitia quæ sit, *num.* 9.

Dos adventitia quæ sit, *num.* 10.

Res, quæ in dotem dantur, vel æstimatæ, vel inæstimatæ sunt, et de utriusque dotis effectibus. Vide *num.* 29.

Cujus dotis dominium, seu proprietas pertineat ad maritum, *num.* 11 *ad* 14.

Quale dominium dotis pertineat ad uxorem contracto, vel soluto matrimonio; et fundus dotalis

Digitized by Google

quo jure, et qua conditione possit alienari, *num.* 15 *ad* 20.

Ususfructus dotis etiam rei immobilis, et inæstimatæ pertinet ad maritum; secus si lucrum perceptum ex fundo dotali non pertineat ad fructuum naturam, *num.* 21 *et* 22.

Dominium dotis quando amittatur ab uxore, vel a marito, *num.* 23 *et* 24.

Solutio per mortem mariti matrimonio filiafamilias vidua quale dominium habeat suæ dotis tam adventitiæ quam profectitiæ, ejusque fructuum, *n.* 25 *ad* 27.

Mortua uxore ususfructus dotis spectat ad maritum; proprietas vero pertinet ad filios, *num.* 28.

DOS QUOAD ILLOS QUI TENENTUR EAM DARE.

Pater tenetur dotem dare filiæ, quamvis propria bona adventitia habenti; et quamvis in matrimonio nulla sit facta mentio dotis; imo quamvis filia, invito patre, nupserit viro digno; secus si ante annum vicesimum quintum nupserit viro indigno moribus aut genere, aut si pater motivum habeat filiam exhæredandi. Vide *verb.* Dos, *art.* 2, *num.* 1 *ad* 8.

Si pater dotare nequit filiam, tenetur eam dotare avus paternus, in cujus defectu tenetur mater ipsa, et in defectu matris tenetur frater dotare inopem sororem ex patre, *num.* 9 *ad* 12.

Dotem dare tenentur omnes, qui illam serio promiserunt, cujuscunque sint sexus, seu conditionis, *num.* 13.

Deflorator, qui absque promissione matrimonii virginem per vim, fraudem, vel metum injuste incussum violavit, tenetur illam dotare, ut habeat dotem competentem; ad quid teneatur deflorator tam in foro interno, quam externo, *num.* 14 *ad* 20.

Quid de defloratore, qui puellam jam corruptam vi, aut dolo seduxit, *num.* 21 *et* 22.

Clericus in sacris constitutus, seu maritus qui fingens se laicum solutum sub ficta promissione matrimonii obtinet a femina copulam, ipsamque occultam propalat, an teneatur puellam dotare, ac propalationis damnum reparare, etiamsi puella libere in stuprum consenserit, *num.* 23 *ad* 26.

Quantitas dotis danda a defloratore puellæ per vim defloratæ, quomodo taxanda sit, *num.* 27 *et* 28.

Cæteris pauperibus deflorator dives non tenetur plus dare defloratæ, quam deflorator pauper, *num.* 29.

Dos tribuenda a defloratore paupere quomodo mensuranda sit, et ad quid teneatur, si ad pinguiorem statum devenerit, *num.* 30 *et* 31.

In foro interno dos puellæ per vim defloratæ tribuenda, quomodo mensuranda sit, et ad quid teneatur deflorator in eodem foro, si judex non sit bene informatus, vel puella sit nobilis, *n.* 32 *ad* 34.

Ad quid teneatur deflorator, si puella sponte se obtulit, ac consensit in stuprum: aut muneribus, ac blanditiis, sine ulla vi, aut fraude fuit in stuprum inducta, *num.* 35 *ad* 38.

Referuntur hac arrepta occasione ea quæ sancivit Clemens XII, pro urbe Roma contra defloratores, sive stupratores, et stupratas puellas. Vide *num.* 42 *ad* 53.

An pater teneatur dotem dare filiæ nuptæ sine ejus consensu, si vir scripserit tertio mediatori, quod duceret uxorem sine dote, modo pater acquiesceret, *num.* 39.

An Pater iterum teneatur dotare filiam, si ejus culpa dos constituta, et soluta prima marito periit, *num.* 40.

Et quid si interim paternum patrimonium fuerit diminutum, *num.* 40.

In illis locis in quibus virum inter et uxorem viget communio bonorum, mater non in subsidium, sed æque principaliter, ac pater dotem constituere tenetur filiæ, *num.* 41.

DOS QUOAD EJUS REVERSIONEM, SEU RESTITUTIONEM SOLUTO MATRIMONIO, ET FACULTATEM EAM REPETENDI CONSTANTE MATRIMONIO.

Soluto matrimonio per mortem naturalem mariti dos adventitia est integra restituenda uxori. Vide *verb.* Dos, *art.* 3, *num.* 1.

Dos profectitia tamen redit una cum dotata ad dotantem, si dotata adhuc est in potestate dotantis; secus si jam est emancipata, *num.* 2 *et* 3.

At quia ubique receptum est patriam potestatem dissolvi per nuptias filiæ; adhærendum est illis, qui indistincte sentiunt hodie pro dote profectitia ipsam filiam solum agere posse, *num.* 26.

Soluto matrimonio per mortem naturalem uxoris, nullis ex illa exstantibus liberis, dos adventitia, ac profectitia, dotes constitutæ a stupratore puellæ stupratæ, a raptore puellæ raptæ, a viro seno puellæ juveni, ad quos pertineant, et quo jure, *n.* 4 *ad* 9.

Soluto matrimonio quoad vinculum, viventibus adhuc contrahentibus, vel per impedimentum dirimens, aut aliam licitam causam, sive propter crimen contrahentium, dos ac dotis lucra obventa, ad quos spectent, *num.* 10 *ad* 16.

Constante matrimonio si maritus culpa sua ad inopiam vergat, an possit uxor repetere dotem suam, 17 *et* 18.

Si absque sua culpa maritus vergit ad inopiam, nequit cogi ad restituendam dotem. Et in casu quid agere possit uxor assignatur, *num.* 19 *ad* 22.

Potest uxor constante matrimonio suam repetere dotem, si bona mariti fisco inferantur, *num.* 23.

Uxor ratione dotis habet tacitam, et privilegiatam hypothecam in omnibus bonis mariti, ita ut præferatur omnibus aliis creditoribus, *num.* 24.

Circa omnia hactenus dicta de dote sunt attendendæ speciales conventiones dotales, et locorum consuetudinem, *num.* 25.

An neophytus teneatur dotem restituere uxori nolenti converti aut cohabitare sine Creatoris contumelia. Vide *verb.* Neophytus, *num.* 9 *et seqq.*

De mulieris hypotheca pro dote, et prælatione supra cæteros creditores, *num.* 27 *et seqq.*

DOS QUOAD FIDEICOMMISSUM.

Justinianea constitutio fideicommittentium abusus coercet. Vide *verb.* Dos, Dotare, *art.* 4, *num.* 1 *ad* 5.

Huic non adversatur contraria disponentis voluntas, *num.* 6 *ad* 10.

Eadem constitutio extenditur ad dotes spirituales, *num.* 11 *ad* 16.

Quandonam huic constitutioni locus sit, *num.* 17 *ad* 19.

A quonam dotes a fideicommisso detrahantur, *n.* 20 *ad* 24.

Fideicommissa transversalia et particularia quæ sint, *num.* 25 *ad* 33.

An dotes ex feudis detrahi possint, *num.* 33, 34.

Quoad alia, vide *verb.* Adulterium, *art.* 2.

## DUBITATIO, DUBIUM.

Dubitatio quid sit. Quid de dubitatione temeraria, sive positiva, sive negativa. Vide *verb.* Judicium temerarium, *a num.* 2 *ad* 16.

Dubium juris, et dubium facti quid sit. Vide *verb.* Conscientia, *num.* 25 *ad* 30.

Dubium speculativum, et practicum quid sit, *n.* 25 *et* 26.

Dubium positivum, et negativum quid sit, *num.* 27 *et* 28.

Dubium de irregularitate contracta, potest tenere quod non sit irregularis; excepto in dubio de homicidio in quo dubitans, an vere homicidium commiserit, tenendus esset irregularis. Vide *verb.* Irregularitas, *art.* 8, *num.* 9 *et* 10.

Digitized by Google

## DUCATUS.

Ducatus pro solvenda pensione quomodo intelligendus. Vide *verb.* Pensio, *a num.* 115 *ad* 118.

## DUELLUM (III, 339).

#### DUELLUM QUOAD EJUS ESSE, DIVISIONEM ET PROHIBITIONEM.

Duellum proprie dictum quid sit. Vide *verb.* Duellum, *art.* 1, *num.* 1.

Duellum debet esse cum effectu, *num.* 2.

Duellum quando prohibitum, *num.* 3.

Duellum proprie dictum debet esse ex condicto, ac initum statuto loco, et tempore, et cum periculo occisionis, vel vulneris, *num.* 4 *ad* 6.

Duellum aliter dividitur a theologis, et aliter a legistis. Legistæ illud dividunt in decretorium, propagatorium, et satisfactorium, et triplex divisio explicatur, *num.* 7 *ad* 10.

Theologi dividunt duellum in sex species, scilicet in duellum manifestativum, veritatis ostentativum virium, evitativum ignominiæ, terminativum controversiæ, evitativum belli, et defensivum honoris, et singulæ explicantur, et quæ sint licitæ, *n.* 11 *ad* 19.

Duellum ulterius dividitur in illud quod fit auctoritate publica, et in illud, quod fit auctoritate privata. Utrumque patet ex terminis, *num.* 20.

Duellum tum solemne, tum privatum, seu simplex est prohibitum jure divino, et humano, tam civili, quam canonico, *num.* 21.

Recensentur quinque propositiones circa duellum a Benedicto XIV damnatæ, *in nota.*

Indicantur auctores, qui de rebus ad duella pertinentibus, et illorum historiam spectantibus scripserunt, *num.* 22.

#### DUELLUM QUOAD EJUS PŒNAS, ET PERSONAS EAS INCURRENTES, ET EARUM ABSOLUTIONEM.

Affertur imprimis per extensum pro regula, et notitia satis necessaria ad hæc omnia constitutio Clementis VIII. Vide *verb.* Duellum, *art.* 2, *num.* 1.

Enumerantur pœnæ principales contra duellantes statutæ, *num.* 2.

Duellantes, si moriantur, quando priventur ecclesiastica sepultura, *num.* 3 *et* 4.

Assignantur illi, qui incurrunt pœnas impositas contra duellantes, *num.* 5 *ad* 13.

Easdem pœnas incurrunt etiam Christiani cum Turcis duellantes, *num.* 14.

Non incurrunt tamen tales pœnas ratum habentes duellum factum, *num.* 15.

Exemplificantur varii casus, in quibus provocatus ad duellum non incurrit illas pœnas, *a num.* 16 *ad* 19.

Absolutio ab excommunicatione incursa ob duellum ratione citatæ constitutionis Clementis VIII, a quo possit impendi, *num.* 20 *et* 21.

Referuntur pœnæ a Benedicto XIII, et per extensum exhibentur, item pœnæ latæ contra duellantes a Benedicto XIV. Vid. *num.* 22, 23.

Duelli origo et illius causæ, *num.* 24, 25.

Quibus vetitum legibus, *num.* 26.

Media quæ Bacon a Verulamia suadet ad impediendа duella, *num.* 27.

# E

## EBRIETAS, EBRIUS.

Ebrietas quid sit. Vide *verb.* Clericus, *art.* 5, *num.* 15 *ad* 20. Ebrietas unde dicta, *num.* 21.

Ebrietas est sub gravissimis pœnis interdicta clericis, *num.* 25.

Ebrius quando evadit irregularis ex homicidio, vel mutilitate casuali. Vide *verb.* Irregularitas, *art.* 1, *sub num.* 11.

Alia de ebrietate. Vide *verb.* Gula, *a n.* 12 *ad* 21.

## ECCLESIA (III, 363).

#### ECCLESIA IN SENSU MORALI CAPTA QUOAD EJUS ESSE ET PRINCIPALES NOTAS.

Ecclesiæ nomen quod significet. Vide *verb.* Ecclesia, *art.* 1, *num.* 1.

Ecclesiæ nomen dupliciter sumitur, et explicatur, *num.* 2.

Affertur vera definitio Ecclesiæ, et explicatur per singulas ejus particulas, *a num.* 3 *ad* 9.

Ad hanc Ecclesiam exspectant non solum prædestinati et justi, sed etiam reprobi et peccatores, *num.* 10, 11.

Ad hanc tamen Ecclesiam non spectant, sed ab ipsa excluduntur pagani, Turcæ, et Judæi, catechumeni, hæretici, a fide apostatæ, schismatici, excommunicati, etc., *num.* 12 *ad* 16.

Una et eadem substantialiter et formaliter est Ecclesia legis gratiæ, legis naturæ, et legis scriptæ, *num.* 17.

Notæ præcipuæ, per quas vera Ecclesia decernitur a falsis, sunt quatuor, et enumerantur, ac variis titulis et rationibus explicantur, *n.* 18 *ad* 24.

Sola Ecclesia Romana catholica habet notas veræ Ecclesiæ Christi, et in ipsa sola potest obtineri salus, et nullus extra ipsam salvatur, *num.* 25.

Ecclesia Romana pro eodem sonat, ac universalis, *num.* 26.

Summus pontifex, quamvis non sedeat Romæ, appellatur semper Romanus pontifex, *num.* 27.

Non habet Deum patrem, qui non habet Ecclesiam Romanam matrem, *num.* 28.

#### ECCLESIA QUOAD EJUS VISIBILITATEM, INDEFECTIBILITATEM ET INFALLIBILITATEM.

Ecclesia vera Christi est, et fuit semper absolute visibilis. Vide *verb.* Ecclesia, *art.* 2, *num.* 1.

Ecclesiam esse visibilem ostenditur etiam evidenti ratione, *num.* 2.

Christi Ecclesia visibilis, seu Ecclesia Romana catholica est indefectibilis, et semper duratura et infallibilis; quod colligitur ex Novo et Veteri Testamento, et probatur ex SS. Patribus, et sacris canonibus, *num.* 3 *ad* 9.

Ecclesia Romana catholica est regula fidei, et morum in toto mundo, et sola potest definire causas fidei ab omnibus tenendæ, *num.* 10 *ad* 13.

Ecclesia Romana dicitur mater et magistra omnium Ecclesiarum, et est caput etiam Ecclesiæ Græcæ, *num.* 14 *et* 15.

Romana Ecclesia habet annexum primatum universalis Ecclesiæ ex institutione, et præcepto Christi Domini, *num.* 16 *et* 17.

Fides apostolica non potest a Romana urbe divelli et alio transferri, et ubi est papa, ibi est Roma, *num.* 18 *et* 19.

#### ECCLESIA MATERIALIS QUOAD EJUS ÆDIFICATIONEM, DOTATIONEM ET REPARATIONEM.

Ecclesia materialis juxta varias ejus classes varia sortitur nomina. Vide *verb.* Ecclesia, *art.* 3, *num.* 1.

Basilicæ, quare sic dictæ, et quales ecclesiæ vocentur basilicæ, *num.* 2 *ad* 4.

Quales ecclesiæ vocentur cathedrales, collegiatæ, matrices, filiales, baptismales et parochiales, *num.* 5 *ad* 10.

Parochiales et baptismales ut plurimum tum in jure, tum in facto confunduntur, et baptismales dicuntur etiam matrices, *num.* 11 *et* 12.

Pro ecclesia de novo ædificanda, quid requiratur, *num.* 13 *ad* 15.

Non requiritur licentia episcopi pro ædificando oratorio privato in propria domo, *num.* 16.

Pro ædificanda ecclesia una cum monasterio regularium, quid requiratur, *num.* 17.

Ad rem assignatur privilegium concessum Fra-

Digitized by Google

tribus Minoribus, et postea quod omnes Mendicantes reductum, et contra quos tale privilegium procedat, *num.* 18 *ad* 22.

Patres Societatis Jesu habent peculiare privilegium, ut possint ædificare intra spatium etiam centum quadraginta cannarum prope quemcunque conventum, seu ecclesiam, *num.* 23.

Privilegium distantiæ centum quadraginta cannarum attendendum est etiam in translatione ecclesiæ et conventus, *num.* 23.

Per tale privilegium impediri non potest ampliatio conventus, si jam fuerit legitime facta, *num.* 25 *et* 26.

Tale privilegium distantiæ centum quadraginta cannarum locum non habet in domibus, seu hospitiis regularium, quæ non habent ecclesiam publicam, nec etiam in seminariis, *num.* 27.

Tale privilegium, an sit usu receptum, an eidem possint ordinarii contraire. An censeatur per bullas abrogatum, et an per non usum tolli possit, *num.* 28 *ad* 31.

Mensuratio hujusmodi distantiæ centum quadraginta cannarum debet fieri per aerem, non per terram, *num.* 32.

Longitudo cannarum debet esse pro qualibet octo palmarum mensura, *num.* 33.

Pro ædificanda ecclesia, quid ulterius requiratur, *num.* 34 *ad* 37.

Capella, an erigi possit sine dote, *num.* 38 *et* 39.

Dos assignanda ecclesiæ, cujus quantitatis esse debeat, *num.* 40.

Pro cognoscenda sufficientia dotis novæ ecclesiæ regularium ædificandæ, quid attendi debeat, *num.* 41.

Pro ædificanda ecclesia requiritur ulterius, ut ipsa ecclesia noviter ædificanda non vergat in præjudicium alterius ecclesiæ præsertim parochialis, *num.* 42.

Hinc si ab episcopo permittatur ædificatio ecclesiæ in præjudicium parochialis, potest parochus se opponere et a licentia concessa appellare, secus, si in licentia concessa sint ab episcopo reservata jura parochialia, et ad hoc referuntur varia decreta, *num.* 43 *ad* 50.

Antequam ædificetur ecclesia, quid agere debeat episcopus vel per se, vel per alium, *num.* 51 *et* 52.

Pro ecclesia ædificanda, sive amplianda potest cogi vicinus ad vendendam domum, vel alium situm, etiamsi inter domum, et ecclesiarum adsit via publica, et etiamsi domus fuerit alterius ecclesiæ, aut causæ piæ, *num.* 53 *ad* 56.

Ad hoc ut quis teneatur domum, vel alium situm vendere pro ædificanda, amplianda, et reparanda ecclesia, quatuor conditiones requiruntur, quæ assignantur, *num.* 57 *ad* 62.

Docte explicatur *l.* Si quis sepulcrum *ff. de relig. et fun.* et erudite disseritur super obligatione, qua tenetur vicinus vendere domum, vel alium situm pro ædificatione vel ampliatione ecclesiæ, *num.* 95 *et seqq.*

Pro reparanda corruente ecclesia standum est specialibus locorum consuetudinibus, *num.* 63 *et* 103, idem die de statuto, *n.* 103.

Quomodo sit probanda hæc consuetudo, *n.* 104.

Nulla speciali consuetudine in loco exsistente ecclesia debet reparari de suis redditibus, *num.* 64.

Si ecclesia nullos habeat redditus, vel saltem non sufficiens ad reparationem, quis teneatur eam reparare, *num.* 65 *ad* 67.

Ad reparationem ecclesiæ cathedralis, quis teneatur, *num.* 68 *ad* 70.

Qui tenentur ad reparationem ecclesiæ, tenentur etiam ad reparationem ædium rectoris ecclesiæ, *num.* 71.

Hi supradicti (deficientibus ecclesiæ redditibus, et contraria non exstante legitima consuetudine) tenentur etiam ad procuranda, et reparanda paramenta, et ornamenta eccles. et ad rem adducitur recens decretum, *num.* 72 *et* 73 *et num.* 106 *et seqq.*

De episcopo singulare est, quod si onus reparandi ad alios pertineat, tenetur nihilominus ipse reparare cathedralem minitantem ruinam, reservato sibi jure agendi contra illos, *num.* 116.

Notandum, quod parochus teneatur solum reparare ecclesiam parochialem, non item ecclesiam succursalem, si qua est in parochia, *num.* 117 *et seqq.*

Beneficiati, qui tenentur salva congrua sustentatione ecclesiam reparare, sunt ii qui *residere* tenentur, *num.* 120.

An ad constitutionem pro reparatione parochialis ecclesiæ vocari queant forenses, qui prædia possident in districtu parochiæ, *num.* 121.

Si ecclesia ruinam passa sit tempore beneficiati antecessoris, uter conveniendus sit pro reparatione successor, an hæres beneficiati antecessoris, *num.* 122.

De hypotheca competenti ecclesiæ pro reparatione super bonis beneficiati, *n.* 123.

An is, ad quem pertinet onus reparationis ampliandæ quoque, et de novo ædificandæ ecclesiæ sumptum agnoscere queat, *n.* 124.

Ecclesiæ olim quando ædificabantur, caput illarum seu altare majus respiciebat partem orientalem; et ad hoc adducuntur quatuor congruentiæ, *n.* 74 *ad* 79.

Hic modus erigendi, ecclesiis licet sit congruentior, non est tamen omnimode necessarius, *n.* 80.

Forma ecclesiarum, qua a principio ex apostolorum traditione utebantur Christiani, semper eadem fuit longa nimirum, et in navis speciem, *n.* 81.

Ecclesia inter tres partes, seu mansiones distribuitur. Prima pars sacrarium, seu presbyterium, sive Sancta sanctorum appellatur; secunda, chorus; tertia, navis; et tres istæ partes explicantur, et cur sic appellentur, indicatur, *n.* 82 *ad* 92.

In navi ecclesiæ olim mares a feminis separati constituebantur, mares, in dextra navis parte, et feminæ in sinistra; et hoc fuit ab apostolis constitutum, *n.* 93 et 94.

ECCLESIA QUOAD EJUS CONSECRATIONEM, EXSECRATIONEM ET RECONCILIATIONEM.

Consecratio ecclesiæ quid sit. Vide *verb.* Ecclesia, *art.* 4, *num.* 1.

Solus episcopus loci de jure communi potest ecclesiam consecrare, *num.* 2.

Episcopus debet esse proprius illius diœcesis, in cujus finibus sita est ecclesia consecranda, *n.* 3.

Episcopus in diœcesi aliena consecrans ecclesiam absque permissione proprii episcopi, an suspendatur, et an valida sit consecratio, *num.* 4 *ad* 6.

Episcopus, an possit delegare potestatem consecrandi ecclesias, *num.* 7.

Circa benedictionem et consecrationem suarum ecclesiarum regulares habent privilegium, *num.* 8 *ad* 10.

Ecclesiæ consecrari possunt qualibet die etiam non festiva, *num.* 11.

Non possunt ecclesiæ consecrari nisi inter missam; secus episcopus peccaret; consecratio tamen esset valida, *num.* 12 *ad* 14.

Ecclesiæ cathedrales, et parochiales cum majoribus saltem altaribus intra annum in civitatibus, et in diœcesibus intra biennium post earum restaurationem sunt ab episcopis consecrandæ, *num.* 15.

Ecclesia semel consecrata an sit iterum consecranda, *num.* 16 *et* 17.

Et quare, *num.* 74 *et seqq.*

Ecclesia non est consecranda, nisi prius ei de dote competente provisum fuerit, *num.* 18.

Digitized by Google

Ecclesia, si destruatur, reparetur, comburatur, amplietur in aliqua parte, vel in toto, quando indigeat nova benedictione, aut consecratione. Vide *verb.* Ecclesia, *art.* 4, *num.* 19 *ad* 25.

Confirmantur ea, quæ habet auctor, *a num.* 19 *et seqq.*, *num.* 81 *et seqq.*

Sæculo XI ex falso canone persuasum fuit everso altari principali totam ecclesiam esse consecrandam, *num.* 82 *et* 83.

Sub finem sæculi XII hæc disciplina mutari cœpit, *num.* 84.

De ritibus, quibus tum antiqua, tum præsens utitur Ecclesia in consecratione, *n.* 85 *et* 86.

Quomodo constare possit de consecratione ecclesiæ, *num.* 79.

Si de consecratione minime constet, vel dubia ea sit, consecranda sit ecclesia, *n.* 80.

Ecclesia pluribus casibus et modis polluitur, ita ut indigeat reconciliatione. Primus est quando in ea sanguis humanus in quantitate notabili per voluntariam, injuriosam, et graviter peccaminosam actionem effunditur. Et effusionis sanguinis circumstantiæ ecclesiam polluentes, vel non, explicantur, *n.* 26 *ad* 35.

Secundus casus quo polluitur ecclesia, est quando in ea committitur voluntarium et injuriosum homicidium, sive respectu sui, sive respectu alterius, quamvis sanguis non effundatur, et istius casus pariter circumstantiæ enucleantur, *num.* 36 *ad* 44.

Tertius casus quo polluitur ecclesia, est quando humanum semen in ecclesia criminose, voluntarie et notorie est effusum, sive sit hominis, sive mulieris, sive hæretici, aut infidelis, etc., et seminis effusionis qualitates ecclesiam polluentes, vel non, aperiuntur, *num.* 45 *ad* 50.

Quartus casus quo polluitur ecclesia, est quando in ea sepelitur aliquis excommunicatus vitandus, aut infidelis, *num.* 51.

An ecclesia polluatur per sepulturam infantis infidelis, vel filii parentum fidelium non baptizati, *num.* 52 *et* 53.

Si in ecclesia fuerint sepulti hæretici non denuntiati nominatim, etiam alias notorii, non censetur violata ecclesia, nec etiam per sepulturam ejus, qui in duello decessit, nisi denuntiatus fuerit, *n.* 54 *et* 55.

Corrigitur auctor, *num.* 55.

An omnes supradicti casus debeant esse publici ad hoc, ut ecclesia polluta dicatur, *num.* 56 *et* 57.

Effectus violationis ecclesiæ sunt tres, et assignantur, *num.* 58.

Si quis in ecclesia publice polluta divina officia peragit, an peccet, vel censuras incurrat, *n.* 59.

Si sacerdos sciat solum ex sacramentali confessione ecclesiam esse pollutam, aut in actu celebrationis missæ violetur, quid agendum, *n.* 60 *et* 61.

An per pollutionem ecclesiæ polluatur etiam cœmeterium, et e contra, *num.* 62 *ad* 64.

Reconciliatio ecclesiæ pollutæ, si prius fuerat consecreta, a quo fieri possit, *num.* 65 *et* 66.

Ex privilegio, seu commissione summi pontificis reconciliatio ecclesiæ pollutæ potest fieri etiam a simplici sacerdote, *num.* 67.

Prælati regulares, an habeant privilegium reconciliandi ecclesias sibi subjectas, *num,* 68 *ad* 70.

Si ecclesia polluta non fuerit consecrata, sed solummodo benedicta, reconciliari potest per quemlibet simplicem sacerdotem per solam aquæ lustralis aspersionem, quamvis ab episcopo non benedictæ, *num.* 71 *et* 72.

Cœmeterium consecratur, et reconciliatur iisdem modis, et ab iisdem, quibus consecratur, et reconciliatur ecclesia, *num.* 73.

ECCLESIA QUOAD VARIA MISCELLANEA IPSAM CONCERNENTIA.

In ecclesia servitus, prospectus, vel transitus haberi non potest sine indulto apostolico. Et sic nec cryptæ, et aditus subterranei ad ipsam. Vide *verb.* Ecclesia, *art.* 5, *num.* 1.

Hoc indultum sæpe petentibus denegatur, *num.* 2.

Talis prohibitio vim habet etiam in eo, qui habet januam correspondentem in domo parochiali ecclesiæ contigua, *num.* 3.

Imo nequidem ducibus et marchionibus id permitti potest, *num.* 4.

Quid in hac re observandum ab ordinariis, *num.* 5 *et* 6.

Sedilia propria ponere in ecclesia quis possit, qua facultate, quo jure, *num.* 7 *ad* 12.

Quando lis est inter privatos super competentia loci, qui sunt in possessione, sunt manutenendi in tali possesione absque novitate, *num.* 13.

Locus in ecclesia possessus, videntibus et patientibus rectore, toto clero et hominibus loci, sicuti acquiritur per decennium, ita præscribitur per immemorabilem. Et in casu, an permitti possint in præjudicium hujusmodi juris quæsiti ponere novam sedem ante veterem, *num.* 14 *ad* 17.

An ex consuetudine sedendi in certo loco ratione præeminentiæ, acquiratur etiam jus prohibendi, ne alter sedeat; et ad tale jus acquirendum, quid requiratur, *num.* 18 *ad* 23.

Contra amoventes sedilia, quomodo agi possit, *num.* 24.

Si antiqua forma ecclesiæ immutetur in aliam structuram, sedilia laicorum in illa exsistentia quomodo reponi debeant, *num.* 25.

Jus habendi talia sedilia, vel sepulturam in ecclesia concessum alicui familiæ, vel descendentibus, exstincta familia, ad quos tale jus transeat, *n.* 26.

Sedilia quomodo prohibeantur collocari in ecclesia, *num.* 27.

Strata ad ecclesias sibi deferri facere quibus liceat, *num.* 28.

Afferuntur duo decreta generalia Sacræ Rituum Congregationis prohibentia laicis osculum Evangeliorum intra missam, usum baldachini in ecclesiis, et assistentiam in presbyteriis, *num.* 29, 30 *et* 31.

Magistratus laicus non potest in ecclesia habere retentionem, sive usum tapeti, aut stratus, et ad rem afferuntur varia decreta, *num.* 32 *ad* 35.

Indicantur auctores tractantes de juribus honorificis, quæ in ecclesia laicis præstari solent, *num.* 52 *ad* 55.

Qualis honor debetur prælato præsidi provinciæ declaratur, *num.* 36.

Dedicationis ecclesiæ festum, an possit ab episcopo transferri, *num.* 37.

Sanctis Antiqui Testamenti possunt dedicari ecclesiæ, *num.* 38.

Musica est de jure permissa in ecclesia, *n.* 39.

An musicæ cantus possit ab episcopo prohiberi, *num.* 40 *ad* 42.

An musica toleranda sit in ecclesia exteriori monialium, *num.* 43.

Propter ecclesiæ reverentiam possunt expelli artifices prope illam obstrepentes, ac personæ infames, et sordidæ ejus divina officia perturbantes, *n.* 44.

An stabulum prope ecclesiam construi prohibeatur. Et cui competat privilegium illud removendi, *num.* 45 *ad* 47.

Ad rem affertur epistola encyclica Clementis XI, *num.* 48.

An possit in ecclesiis fieri ludi theatrales, repræsentationes, seu comœdiæ, *num.* 49 *ad* 51.

Ecclesia quoad ejus naturam, status varios, prærogativas ac regiminis formam. Ecclesia in genere quælibet congregatio dicitur. Vide *verb.* Ecclesia, *art.* 6, *num.* 1 *ad* 3.

Digitized by Google

Ecclesia in sensu ecclesiastico dicitur societas fidelium, *num.* 4 *ad* 6.
Qui de hac sunt Ecclesia, vocantur interius per gratiam, exterius vero per verbum, *num.* 7 *et seqq.*
Ecclesia Christi duplici modo considerari potest, per latam scilicet, et strictam significationem, *num.* 12 *et seqq.*
Ecclesia Christi per latam significationem, accepta temporibus legis naturæ, et scriptæ etiam floruit, *num.* 15 *et seqq.*
Quænam fuerit divinæ providentiæ cura in regendo Ecclesiam in statu naturæ, et legis scriptæ, *num.* 19 *et seqq.*
Novatorum circa Ecclesiæ Christi definitionem hæreses designantur, *num.* 32 *et seqq.*
Confutantur, *num.* 43.
Ostenditur Ecclesiam Christi visibilem esse, *num.* 44 *et seqq.*
Esse unam, *num.* 56.
Sanctam, *num.* 57.
Catholicam, *num.* 58.
Et Apostolicam, *num.* 59.
In Ecclesiis hæreticorum non sunt notæ Ecclesiæ Christi, *num.* 61 *et seqq.*
Notæ Ecclesiæ Christi in Ecclesia Romana conspiciuntur, *num.* 65 *et seqq.*
Ecclesia Christi compellitur non solum prædestinatos, perfectos et justos, sed etiam peccatores, *n.* 68 *et seqq.*
Recensentur illi qui ab Ecclesia Christi arcentur, *num.* 73 *et seqq.*
Visibilis Ecclesia Christi nunquam deficiet, *num.* 77 *et seqq.*
Infallibilis item est in decernendis fidei et morum controversiis, *num.* 80 *et seqq.*
Romanus Pontifex primatum obtinet in Ecclesia Christi, et est infallibilis in finiendis religionis controversiis, *num.* 85 *et seqq.*

ECCLESIA MATERIALIS QUOAD EJUS ANTIQUITATEM.

Ecclesiarum origo. Vid. *verb.* Ecclesia, *art.* 7, *num.* 1.
Christiani initio habuere ad res divinas peragendas determinata, *num.* 2.
Alexandri Severi tempore publicam ecclesiam habuerunt Christiani, *num.* 3.
Diluuntur variæ difficultates, *num.* 4.
Usus ornamentorum antiquissimus in Christianorum templis, *num.* 5.

## ECLIPSIS.

Eclipsis solis quando, et quomodo fiat. Vide *verb.* Mundus, *num.* 142, 143.
Eclipsis lunæ quando, et quomodo fiat, *num.* 141.

## EDICTA LAICALIA (III, 463).

Laicalia edicta etiam ab ecclesiasticis condi possunt, quid inde. Vid. *verb.* Edicta legalia, *num.* 1 *ad* 5.
Inter edicta prohibitiva et privilegiativa distinctio, *num.* 6.
Quid si hujusmodi edicta circa sanctorum canonum observantiam versentur, *num.* 7 *ad* 10.
An ea ecclesiastici amplecti debeant, *num.* 11 *ad* 14.

## EDUCANDÆ.

Educandarum puellarum admissio in monasterium fieri nequit sine apostolica licentia, et ordinariorum examine. Vide *verb.* Educandæ, in titulo.
Pro matrimonio et sepultura educandarum. Vide *verb.* Matrimonium, *art.* 2, *num.* 115 *ad* 121.
Ut educandæ recipiantur in monasteriis plures requiruntur conditiones, quæ assignantur. Vide *verb.* Moniales, *art.* 1 *a num.* 1 *ad* 29.
Alia ad rem. Vide *a num.* 30 *ad* 63.

## EJICERE, EJECTI A RELIGIONE (III, 465).

Religiosi professi jure incorrigibiles possunt licite ejici a religione, et afferuntur decreta Sacræ Congregationis ad hoc spectantia. Vide *verb.* Ejicere, Ejecti, *n.* 1 *ad* 3.
Ad expulsionem incorrigibilium quinque prærequiruntur, et enumerantur, ac quoad eorum circumstantias explicantur, *num.* 4 *ad* 12.
Vere incorrigibilis quis dicatur, *num.* 13.
An probandam incorrigibilitatem pro expulsione non potest carcerari, nisi qui post tertium delictum, et tertiam punitionem iterum delinquit, *num.* 14 *et* 15.
Incorrigibilis expleto carceris tempore an sit statim expellendus, *num.* 16.
Quomodo cognosci possit, quod adhuc durat incorrigibilis post carcerem probatorium, *num.* 17.
Si incorrigibilis in obstinatione persistat, an adsit obligatio ipsum expellendi, *num.* 18.
Facultas expellendi incorrigibiles quibus fuerit alias restricta; et nunc ad quos extendatur; et an possit alteri delegari, *num.* 19 *ad* 21.
Electio seu graviorum Patrum, quando, quomodo, et a quo fieri debeat, ac confirmari, *num.* 22 *ad* 27.
Pro ferenda sententia definitiva expulsionis, an requiratur quod omnes seu patres concordent, *num.* 28 *ad* 30.
Ad sententiam definitivam expulsionis ferendam quid ulterius prærequiratur, *num.* 31 *et* 32.
Post latam sententiam, quid agendum sit indicatur, *num.* 33 *ad* 35.
Sententia expulsionis est statim significanda a superiore ordinario loci; et significationis formula traditur, *num.* 36 *ad* 37.
Ordinarius nequit sententiam expulsionis examinare, *num.* 38.
Traditur formula consignandi ejecto litteras expulsionis, *num.* 39.
Ejectus debet se præsentare illi ordinario, in cujus diœcesi est conventus a quo ejicitur, et tenetur incedere in habitu clericali, *num.* 40.
Nequit tamen ejectus nec in suscepto ordine ministrare, nec ad alios ascendere nec exercere officium concionandi aut docendi, *num.* 41 *ad* 43.
Expulsus laborat infamia juris et facti; nec potest prætendere alimenta a religione, quamvis sit Societatis Jesu, post vota simplicia, *num.* 44 *et* 45, et *num.* 76, 77.
Et hæc procedunt etiam quoad ejectos e Societate Jesu post emissa vota solemnia, non item quoad eosdem ejectos e Societate Jesu post emissa vota duntaxat simplicia, *num.* 46.
Regularis injuste ejectus, an possit compellere monasterium ad alimenta præstanda, *num.* 47 *et* 48.
Ejecti stantes in sæculo, an teneantur ad observanda vota Religionis, *num.* 49 *ad* 52.
Reprehenditur *Auctor.*, *num.* 50, *in nota.*
Corrigitur item *num.* 52 *in nota.*
Ejectus juste tenetur se corrigere, et humiliter petere, ut iterum admittatur, et an possit cogere religionem ut se iterum recipiat non obstante aliqua excusatione, *num.* 53 *ad* 55.
Ejectus rediens ad religionem non tenetur de novo Novitiatum obire, et professionem emittere, *num.* 56.
Ejectus rediens, præscindendo a statutis, et constitutionibus uniuscujusque religionis, an sit restituendus ad gradus et præcedentias, *num.* 57 *et* 58.
Ejectus a religione ob crimina falsa, quæ ipse sibi ad hunc finem imposuit, non est securus in conscientia extra illam, et hoc pariter est dicendum de sic expulsis post vota biennii a Societate Jesu, *num.* 59 *et* 60.
Ejectus juste, si emendatus ad claustra rediens, non admittatur, potest tuta conscientia remanere in sæculo, *num.* 61.
Ejectus in sæculo remanens, sive clericus, sive



Digitized by Google

laicus an teneatur incedere in habitu clericali, *num.* 62 *et* 63.

Ejecti sive clerici, sive laici militiæ sæculari ascripti, animo non redeundi, an sint apostatæ, *num.* 64 *et* 65.

Ejectus qualium bonorum jus acquirat, et an possit de illis disponere ac testari, *num.* 67 *ad* 70.

Ejecti extra claustra decedentis bona ad quem spectent, *num.* 71 *ad* 73.

Ejectus si extra claustra decedat, ubi sit sepeliendus, *num.* 74, 75.

## ELECTIO (III, 495).

### ELECTIO QUOAD JUS, ESSE, DIVISIONEM, DIFFERENTIAM, ET FORMAM.

Electio generatim sumpta quid sit. Vide *verb.* Electio, *art.* 1, *num.* 1.

Electio canonica dupliciter sumitur. Primo generaliter et latissime, sub quo nomine venit etiam postulatio, præsentatio, nominatio, petitio et collatio. Secundo proprie et stricte, quæ definitur, *num.* 2 *et* 3.

Assignatur differentia electionis a postulatione, et quid sit postulatio, *num.* 4 *et* 5.

Assignatur differentia electionis a præsentatione, et quid sit præsentatio, *num.* 6 *et* 7.

Assignatur differentia electionis a nominatione; et quid et quotuplex sit nominatio, *num.* 8 *ad* 10.

Assignatur differentia electionis a petitione, et quid sit petitio, *num.* 11 *et* 12.

Assignatur differentia electionis a collatione, et quid et quotuplex sit collatio, *num.* 13 *ad* 15.

Collatio libera a quo fieri possit, *num.* 16 *et* 17.

Collatio necessaria quid sit; et a quo fieri possit, *num.* 18 *et* 19.

Forma electionis est triplex, scilicet forma scrutinii, compromissi et inspirationis, *num.* 20.

Et quidem triplex isthæc electionis forma percipitur *a cap.* Quia propter *de electione*, quod in quibus habeat locum docetur, et late differentia electionis, quæ fit ex illius *capitis* censura, et ejus in qua requiritur tantum consensus naturalis sive verbis, sive factis explicatur, *num.* 36 *et seqq.*

Electio per sortes non valet, *num.* 21.

An in quacunque electione sortes improbentur. Vide *num.* 42 *et seqq.*

Electio per scrutinium quid sit, *num.* 22.

Octodecim substantialia formæ electionis per scrutinium assignantur, *num.* 23.

Electio per compromissum quid sit, *num.* 24.

Ad faciendum compromissum pro electione requiritur consensus omnium vocalium, *num.* 25.

Compromissum pro electione potest fieri etiam in unum solum, quamvis ipse non sit de collegio, dummodo non sit laicus, *num.* 26 *et* 27.

Unus compromissarius nequit eligere se ipsum, *num.* 28.

Si compromissarii sint plures, possunt ii aliquem ex se ipsis eligere, *num.* 29.

Compromittentes tenentur recipere electum a compromissariis, dummodo servata fuerit forma compromissi, *num.* 30 *et* 31.

Electio per inspirationem, et per quasi inspirationem quæ sit, et quid ad eius essentiam requiratur, *num.* 32 *ad* 35.

### ELECTIO QUOAD ILLOS, QUI POSSUNT, VEL NON ELIGERE, ET ELIGI.

De jure communi jus eligendi prælatum spectat ad capitulum, seu collegium, cujus prælatum est eligendus. Vide *verb.* Electio, *art.* 2, *num.* 1.

Canonici vero tum cathedralium, tum collegiatarum, tametsi sint de capitulo, non aliter jus eligendi habent, quam si in sacris sint constituti, *num.* 42.

Necesse tamen haud est, ut de tempore vacationis beneficii canonici in sacris sint constituti, sed sat est, si de tempore electionis constituti sint in sacris, quamvis ex dispensatione Pontificia ordinati sint ante ætatem ordinariam, *num.* 43 *et* 44.

Utrum jus eligendi habeat canonicus proprietarius, an vero canonicus possessor, tum an jus eligendi habeat canonicus post canonicatus resignationem, vel vacante canonicatu per alterius incompatibilis assecutionem, *num.* 45 *et* 46.

Quid de hujus juris duratione, et an possit extraneis communicari, *num.* 2 *ad* 4.

Quid, si unus solus de capitulo, seu collegio remaneat, *num.* 5 *et* 6.

Qui incapaces sint eligendi, sive a jure, sive ob aliam causam, *num.* 7 *ad* 20.

Pacifica non est opinio *Auctor.*, *num.* 13 *et seqq.*, quod interdicti et irregulares haud possint eligere, *num.* 47 *et* 48.

Admissio excommunicati ad eligendum an irritam reddat electionem, *num.* 49.

Quæ sint qualitates requisitæ in iis, qui eligendi sunt, *num.* 21.

Scientia est triplex, scilicet eminens, mediocris et sufficiens, assignatur quælibet, *num.* 22.

Scientia sufficiens, quomodo mensuranda, *num.* 23.

In eligendis ad prælaturas, atque officia ecclesiastica, quæ scientia toleranda, *num.* 24.

Quoad ætatis maturitatem. Vide *verb.* Ætas.

Quoad morum honestatem, clare patet in recensendis iis, qui eligi non possunt, *num.* 25 *ad* 41.

### ELECTIO QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT ELECTORES.

Electores habentes legitimum jus ad suffragandum sive sint absentes, sive præsentes, vocandi sunt ad electionem novi prælati, nisi sint nimis distantes et quæ distantia sufficiat ad eos non vocandos. Vide *verb.* Electio, *art.* 3, *num.* 1 *ad* 3.

Illustratur *auctor. num.* 2, circa juramentum præstandum ab eo, qui appellat ab electione, *num.* 27 *et seqq.*

Electores vocati an possint cogi ad interessendum, *num.* 4.

Electores absentes, et impediti possunt eligere per procuratorem, secus per epistolam, *num.* 5 *et* 6.

Declaratur, *num.* 3 *Auctor.*, *nota.*

Electores tenentur sub gravi investigare de idoneitate personæ eligendæ, *num.* 7.

Electores eligentes indignum an peccent, quibus pœnis subjaceant, et ad quid teneantur, *num.* 8 *ad* 11.

Non debent, nec possunt electores denegare suum suffragium ei, quem per solam sacramentalem confessionem noverunt indignum, *num.* 12.

Electores tenentur sub mortali eligere eos, quos digniores, et ecclesiæ magis utiles esse judicaverint, *num.* 13.

Obligatio sub gravi eligendi digniorem, non solum procedit de episcopis et cardinalibus, sed etiam de omnibus aliis habentibus jurisdictionem quasi episcopalem, ac de promovendis ad ecclesias parochiales, *num.* 14 *et* 15.

Electio digni, prætermisso digniore, est valida, quamvis illicita; et aliquando potest esse licita, *num.* 16 *ad* 18.

Elector renuntians electioni, si pœniteat, et se retractet, re adhuc integra, an admitti debeat ad electionem, et res integra quando dicatur, vel non, *n.* 19 *ad* 21.

Elector quando possit variare vocem suam, *num.* 22.

Electores an possint interponere appellationem, ne procedatur ad electionem, *num.* 23.

Electores, postquam aliquem unanimi consensu elegerunt, an possint electioni se opponere, *num.* 24.

Digitized by Google

Talis oppositio fieri potest triplici modo, qui assignatur, et explicatur, *num.* 25.

Electoribus est interdictus abusus illicitarum capitulationum, quas occurrente vacatione ecclesiarum seu monasteriorum interdum fieri contingit, et ad hoc datur constitutio Innocentii XIII, *num.* 26.

Quomodo fieri debet juramentum interponendum ab iis, qui de electione appellant, *num.* 27 *et seqq.*

ELECTIO QUOMODO, QUANDO, ET UBI FIERI POSSIT, ET DEBEAT, AN SIT CANONICA PRÆSERTIM INTER REGULARES.

Pro electione canonica facienda qui sint vocandi. Vide *verb.* Electio, *art* 4, *num.* 1.

Uno solo electore non vocato, an possit iste electionem irritare, *num.* 2 *ad* 4, et vide *verb.* Absens.

Ante electionem habendi sunt tractatus consultorii; et vocales tenentur præstare juramentum de eligendo meliorem, et istud juramentum an sit de essentia electionis, *num.* 5 *ad* 11 et *art.* 3, *num.* 15.

Ante electionem canenda est missa, et facienda est invocatio Spiritus sancti pro eligendis dignioribus; et talis missa an sit de essentia, et validitate electionis, *num.* 12 *et* 13.

Electio debet celebrari omnibus electoribus in unum collegialiter congregatis, et si aliqui debito modo vocati interesse nolint, electio est valida sine ipsis. At pro ordine Fratrum minorum traditur alia dispositio, *num.* 14 *ad* 17.

Quid si cœpto electionis tractatu aliqui vocales egrediantur et redire nolint, vel in casu defectus præsidis, vel omnes moriantur, aut delinquant et unus solus remaneat, *num.* 18 *ad* 25.

Si aliquis vocalium schedulam vacuam miserit in communem votorum urnam; vel in apertionem scrutinii reperiantur plures schedulæ, quam sint vocales, adhuc electio erit valida, si demptis superfluis remaneat major pars, *num.* 26 *et* 27.

Electio superiorum regularium debet fieri omnino per vota secreta, et ad rem quid sentiant doctores in interpretatione concilii Trid., *num.* 28 *ad* 30.

Electio propter quas causas desinat esse secreta, *num.* 31 *ad* 36.

Ad electionem regularium debent vocari omnes vocales etiam infirmi, qui decumbunt in conventu electionis, et si nequeant electioni interesse, quid agendum sit, indicatur, *num.* 37.

Ad talem electionem vocandi sunt etiam religiosi sacris non initiati in illis religionibus, quarum constitutiones ipsis expresse concedunt, ut habeant votum in capitulis, *num.* 38.

Regulares tenentur sub mortali eligere digniorem, *num.* 39, 40, *et art.* 3, *num.* 13, *et eod. art.* 3, *sub num.* 6, 7, 8 *et* 9.

Quid disponant quoad hoc pro Minoribus de observantia statuta ordinis et constitutiones Pontificiæ, *num.* 41 *ad* 43.

Ut electio sit valida, requiritur ut in ipsam concurrat saltem major pars capituli, *num.* 44, et *verb.* Abbatissa, *a num.* 43 *ad* 52.

Ubi vota essent paria, præses capituli nequit dare votum decisivum, nisi in electionibus, quæ fiunt a solo definitorio, *num.* 45 *et* 46.

Tale votum decisivum an habeant etiam ministri provinciales, *num.* 47.

Commissarii provinciales, qui tempore capituli generalis relinquuntur ad gubernandas provincias, et singulæ electiones, quæ fiunt in definitoriis, quomodo fieri debeant, *num.* 48 *et* 49.

Electiones, quæ fiunt in capitulis tum generalibus, tum provincialibus, quomodo fieri debeant, *num.* 50.

Electio, ut sit canonica, debet esse omnino libera; et quando sit canonica, vel non, ob restrictionem libertatis, *num.* 51 *ad* 54.

In ordine Minorum de observantia gubernatores pro se, vel pro alio incurrunt ipso facto excommunicationem papæ reservatam, et privationem vocis activæ et passivæ, *num.* 55.

Et extenditur ad alios etiam regulares. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 207.

Quæ tamen excommunicatio modo potest absolvi a ministro, et commissario generalibus, ubi agitur de electione superiorum inferiorum, *num.* 56.

Dispositio generalis pro omnibus regularibus illicitis modis pro se, vel pro aliis dignitates procurantibus, *num.* 57 *et* 58.

Electio quando, et per quid evadat Simoniaca; et sic electus ad quid teneatur, *num.* 59 *ad* 63.

Assignantur variæ electionis Simoniacæ, et nulla propter illicitas pactiones electorum, *num.* 64, et *verb.* Simonia.

Electio celebrari debet in loco publico, et solito, *num.* 65.

In casu autem necessitatis celebrari potest extra ecclesiam, seu monasterium, et extra locum solitum: imo etiam in loco interdicto; et quid si extra casum necessitatis ibi celebraretur, vel in loco non consueto, *num.* 66 *ad* 70.

Electio de jure communi est facienda, quando ecclesia est viduata et vacat legitimo suo pastore, *n.* 71.

Vacantia autem, et viduatio potest fieri multipliciter, et assignatur, *num.* 72.

Viduata ecclesia, intra quantum tempus electio fieri debeat, *num.* 73 *ad* 75.

Regulares non tenentur stare tempori, a jure communi præfixo, sed debent servare tempus, et modum a suis specialibus constitutionibus statutum, *num.* 76.

Si electio non fuerit celebrata statuta, et præscripta die in ordine Minorum, ad quem devolvatur, *num.* 77.

Electio celebrata post elapsum tempus a jure communi, vel speciali præfixum, est nulla, *num.* 78.

An ubi capitulum sit legitime coactum ad electionem faciendam, non duæ ex tribus partibus capituli requirantur ad coarctandum terminum electioni præfixum, sed major tantummodo pars. Vide *in nov. add. num.* 28 *et seqq.*

Electio regulariter loquendo non est facienda de nocte, nisi ob graves et urgentes causas, quæ assignantur, *num.* 79 *ad* 81.

Per noctem, quale tempus intelligatur, *num.* 82.

Electio potest celebrari etiam die festo, *num.* 83.

Electio est nulla, si ante celebrationem capituli, vel congregationis non exhibeantur attestationes de adimplemento oneris missarum, et adducantur ad hoc resolutiones Sacræ Congregationis, *num.* 84 *et* 85.

Vicarius provincialis electus a solo definitorio, an post mortem provincialis possit obtinere titulum ministri provincialis, *num.* 86 *ad* 88.

Electio facta a regularibus et de regularibus nedum in eadem religione professis, est nulla, *num.* 89.

Ut quis possit eligere, sufficit tacita professio; ut vero possit eligi, necessario requiritur professio expressa in eadem religione, in qua eligitur, quod etiam procedit in Monialibus, *num.* 90, 91.

Sententiæ privationis vocis activæ et passivæ quando a superioribus regularibus sint pronuntiandæ. Et præses capituli in religiosis capitularibus privandis ad quid teneatur, *n.* 90 *ad* 94, *et supra n.* 84.

Electio canonice celebrata est confirmanda ab immediato et proximo superiore, *num.* 95.

Digitized by Google

Si electus ante confirmationem se immisceat administrationi, est ipso facto privatus jure acquisito per electionem, nisi sit electus in ministrum generalem, *num.* 96 *et* 97.

In ordine Minorum generalis statim ac canonice est electus, potest plenam et liberam administrationem exercere ex concessione Clementis IV, *n.* 98.

Abbatissæ an possint ante confirmationem administrare, et quoad earum electionem quid attendendum sit, *num.* 99 *et* 100. *et in nota.*

Num coarctandum electionis tempus, quando capitulum est jam coactum, *num.* 104 *et seqq.*

Si in electione, in qua plures sunt electi, suffragia excedant eligentium numerum nemo potest renuntiari electus, *num.* 110.

In materia electionis jus incertum exponitur, *num.* 114 *ad* 118.

Affertur exemplum de quo actum fuit in S. Rota, *num.* 119.

## ELEEMOSYNA (III, 567).

Eleemosyna quid sit. Vide *verb.* Eleemosyna, *n.* 1.

Eleemosyna est opus summe meritorium, satisfactorium et impetratorium, *num.* 2.

Datur præceptum obligans sub gravi ad dandam quandoque eleemosynam juxta rationem necessitatis alienæ et facultatis propriæ, *n.* 3 *et* 4.

Bona ex parte dantis possunt esse superflua, vel necessaria tripliciter, et assignantur, *n.* 5.

Bona superflua, vel necessaria vitæ, statui, decentiæ status quæ sint, *num.* 6, 7 *et* 8.

Necessitas ex parte accipientis consideratur tripliciter, et assignatur, *num.* 9.

Necessitas extrema, gravis ac communis quæ sit, *num.* 10 *ad* 12.

Homo an, et quando sub mortali teneatur ex bonis superfluis tripliciter consideratis facere eleemosynam pauperibus laborantibus necessitate extrema vel gravi vel communi, et quid talibus pauperibus sit in casu concessum ad sublevandam eorum necessitatem, *num.* 13 *ad* 19.

Indicatur *Auctoris* vitium *sub num.* 15, *in nota Theofugi* R. et respondetur.

Eleemosyna quomodo, et quibus sit elargienda, et qui sint præferendi inter constitutos in triplici necessitate, et inter propinquos, ac alios indigentes, *num.* 21, et *verb.* Filius *et* Necessitas.

Eleemosyna non est danda pauperibus otiosis nolentibus laborare, *num.* 22.

Eleemosyna potest denegari pauperibus forensibus, imo possunt juste a civitate expelli quando adest justa causa, *num.* 23.

Pauperes ficti graviter peccant, et tenentur ad restitutionem eleemosynarum, quas se fingendo pauperes receperunt; et quibus possit fieri restitutio, *num.* 24 *et* 25.

Quamvis quis actu non egeat ad victum, si tamen immineat necessitas proxima, potest tunc petere, et acceptare eleemosynas: sic etiam, qui filias habet nubiles, quas commode dotare non potest; sic pariter puella, quæ non habet congruam dotem ad sui status conditionem: idem etiam est dicendum de filiis habentibus sibi necessaria, qui si habeant parentes necessario alendos, et ad id non habeant, et de iis, qui habent fratres, aut sorores quibus alimenta præbere tenentur, *num.* 26 *ad* 30.

Religiosi mendicantes possunt eleemosynas ostiatim petere et eos impedientes incurrunt excommunicationem ipso facto, *num.* 31.

Non possunt tamen quæstuare extra districtus consuetos, et assignatos propriis conventibus, *n.* 32 *et* 33.

Regulares vere Mendicantes non tenentur petere licentiam ab ordinario in cujus diœcesi situm est eorum monasterium, neque eidem ostendere licentiam suorum superiorum, dum eleemosynas quærunt in locis, ubi existunt conventus, sed solum, si eas velint colligere extra ipsa; tamen si extra diœcesim, in qua erecti sunt conventus, quæritare voluerint, debent obtinere consensum ab ordinario illius diœcesis, *num.* 34 *ad* 36.

Fratres Mendicantes eleemosynas quærere nequeunt per alios, quam per sui ordinis religiosos vel oblatos, *num.* 37.

Sic sine licentia in scriptis ordinarii loci nulli quamtumvis privilegiati possunt eleemosynas quærere pro aliquo opere pio, etiamsi essent patentati seu commissarii abbatiæ sancti Antonii Viennensis; et qui prohibeantur talem licentiam concedere, *num.* 38 *et* 39.

Confraternitatibus et aliis locis piis, quæ hospitalitatem actu non exercent, non est regulariter danda licentia quæstuandi. Neque ordinarii prohibere possunt regularibus, ne quæstuant ante confraternitates, *num.* 40 *et* 41.

Eleemosynas et oblationes ab offerentibus recipere an sit prohibitum regularibus inter missarum solemnia, *num.* 42.

Eleemosynas missarum, an possit aliqua pars retineri ratione expensarum, quæ fiunt in celebratione, *num.* 43, *verb.* Missa, *art.* 2, *sub num.* 2, *in respons. ad septimum*; Utensilia, *num.* 1 *ad* 6.

Sacerdos, qui missam suscepit celebrandam cum certa eleemosyna, non potest eamdem missam alteri celebrandam committere parte ejusdem eleemosynæ sibi retenta, *num.* 44, *verb.* Missa, *art.* 2, *sub num.* 2 *in respons. ad decimum.* Et id faciens quam pœnam incurrat. Vide *verb.* Eleemosyna, *n.* 63.

Eleemosynæ pro missis celebrandis recipi non possunt ab ecclesiis, si iisdem missis nonnisi post longum tempus satisfacere valeant, nisi de consensu illorum qui eleemosynas tribuerunt, *num.* 45, *verb.* Missa, *art.* 2, *sub num.* 2, *in respons. ad* 11 *et* 12.

Missæ ad satisfaciendum eleemosynis alicui ecclesiæ traditis non sunt celebrandæ per exteros, ubi commode possunt satisfieri per sacerdotes ejusdem ecclesiæ, *num.* 46, *verb.* Missa, *art.* 4, *num.* 16.

Eleemosynæ pro celebratione missarum, oblatæ integræ et fideliter sunt in id erogandæ, et quænam pœnæ sint inflictæ contra mercatores super eleemosynis missarum, *num.* 66 *et* 67.

Eleemosyna pro expeditione adversus infideles collatæ in aliam quamlibet causam non sunt impendendæ, *num.* 68.

Eleemosynæ a regularibus fieri et distribui possunt opportunis facultatibus obtentis, *num.* 69.

Per extensum exhibetur saluberrima Benedicti XIV constitutio super eleemosynis, *num.* 71.

Eleemosynas petere per ecclesiam, dum divina celebrantur officia, est prohibitum, *num.* 47 *et* 48.

Eleemosyna de quibus bonis facienda sit, et fieri possit, *num.* 49 *ad* 52.

Uxor, filiusfamilias, servus, vel ancilla, religiosus, pupillus, administratores, tutores, et curatores, de quibus bonis, quando, qua licentia, in qua quantitate possint facere eleemosynas, *num.* 53 *ad* 59.

Confirmatur sententia *Auct. num.* 55 adducta, *in nota.*

Quid de eremita eleemosynas petente pro sacello sibi commendato, *num.* 60.

Eleemosynarum distributor potest illas sibi pauperi, vel suis consanguineis pauperibus appropriare, *num.* 61.

Eleemosynæ collectæ occasione Jubilæi, ad quem spectent, *num.* 62.

Pro unaquaque missa manuali, quæ sit eleemosynæ inferior taxa, *num.* 64.

Fratres minores de observantia speciale habent indultum eleemosynas colligendi pro locis Terræ Sanctæ; et ordinarii tenentur illos commendare in tota diœcesi ad minus duabus vicibus quolibet anno, *num.* 65.

An jus colligendi eleemosynas per sacculum so-

Digitized by Google

nantem spectet ad actus parochiales, et Ecclesiæ parochialis hoc jus tantum sibi ascribere, et alias Ecclesias ab usu ejusdem excludere vigore juris biennatis recte possit, *num.* 73 *ad* 74.

An qui quotannis eleemosynam erogare consuevit, compelli possit, ut in futurum eam præstet. Vide *num.* 75 *et seqq.* Vide *verb.* Oblatio.

EMPHYTEUSIS.

Vide *verb.* Constractus emphyteusis.

EMPTIO et VENDITIO.

Vide *verb.* Constractus emptionis et venditionis.

ENCORDICA.

Encordica quid. Vide *verb.* Mundus, *num.* 209.

ENERGUMENI.

Energumeni sunt irregulares. Vide *verb.* Irregularitas, *art.* 1, *n.* 12, ubi assignantur quando possint susceptos ordines exercere.

Energumenorum præcipua signa referuntur. Vide *verb.* Exorcista. *n.* 17.

EPACTA.

Epacta quid sit: ut significet, et quomodo reguletur. Vide *verb.* Kalendarium, *n.* 54 *et* 55.

EPICHEIA.

Epicheia quid sit. Vide *verb.* Lex, *art.* 1, *n.* 41.

In quo differat epicheia ab interpretatione legis, *n.* 42.

Datur locus Epicheiæ in casu aliquo particulari ob certas circumstantias concurrentes. Vide, *n.* 43.

EPILEPTICI.

Epileptici sunt irregulares. Vide *verb.* Irregulares, *art.* 1, *n.* 12, ubi assignantur quando possunt susceptos ordines exercere.

EPISCOPATUS (III 587).

Episcopatus probabilius est ordo sacramentalis realiter distinctus ab ordine presbyterali. Vide *verb.* Episcopatus, *n.* 1.

Hæc nostra sententia deducitur ex pluribus sacris canonibus, qui afferuntur, et etiam ex concilio Tridentino, *n.* 2 *ad* 5.

Materia et forma episcopatus quæ sint, et talis ordo quando fuerit institutus, *n.* 6 *ad* 8.

Episcopatus ordo quo die, et an simul cum presbyteratu conferri possit, *n.* 9 *et* 10.

Adducitur episcopatuum omnium totius orbis exacta notitia cum novissimis mutationibus, erectionibus, elevationibus, et unionibus factis, *a n.* 11 *ad* 138.

Olim cardinalatus cum episcopatu incompatibilis, quid deinde actum fuerit, *n.* 11.

Episcopatus titulares ecclesiarum in partibus infidelium laudabiliter conferuntur, *num.* 12.

Episcopatus non exstinguitur per exstinctionem capituli, *num.* 13.

Episcopi jure divino præsbyteris præstant, *n.* 14.

EPISCOPUS (III, 598).

EPISCOPUS QUOAD NOMEN, ORIGINEM ET DIGNITATEM.

Nomen episcopi quid importet. Vide *verb.* Episcopatus, *art.* 1, *n.* 1.

Episcopus quare dicatur summus sacerdos, præsul, antistes, pontifex, legatus Christi, pastor, præco, medicus, lucerna, sal terræ, angelus, sanctissimus, *n.* 2 *ad* 14.

Ordo episcopalis quoad nomen quadrupliciter sumitur, *n.* 15.

Patriarchæ nomen quid importet, *num.* 16.

Patriarchæ præcipui, et minus præcipui quot fuerint, et nunc sint, *num.* 17 *et* 18.

Auctor explicatur, *in nota ad num.* 17.

Corrigitur *auct. in nota ad n.* 23 *et n.* 30.

Patriarchæ, et primates lato et stricto modo sumpti in quo conveniant ac differant, *n.* 19 *ad* 22.

Metropolitanus unde sic dictus, et quis sit, *n.* 23.

Archiepiscopus unde sic dictus, et quando idem ac metropolitanus, *n.* 24 *ad* 27.

Episcopi nomen quid sonet; et quos sub tali nomine intelligat Ecclesia, *n.* 28.

Episcopi et presbyteri in quorum locum successerint, *num.* 29.

Inter episcopos, et presbyteros quæ distinctio, *n.* 30.

Episcopos superiores esse presbyteris demonstratur, *n.* 31.

Episcopus quare dicatur, Ordinarius, ac Diœcesanus, *n.* 32 *et* 33.

Ecclesia episcopalis quare dicatur cathedralis, *n.* 34.

Episcopus quare dicatur suffraganeus, *n.* 35.

Chorepiscopi qui essent, quæ eorum ecclesiæ, quibus locis præficerentur, quale eorum officium, quos ordines conferre possent, et propter quam causam aboliti, *n.* 36 *ad* 41.

Auctor emendatur, *in nota ad n.* 40.

Apostoli quando, a quo, et qui primi in episcopos consecrati, *n.* 42 *ad* 44.

Episcopi antiquiores sunt cathedralibus, *n.* 45.

Episcopi cur positi in civitatibus loco flaminum, et archiflaminum, et isti qui essent et unde sic dicti, et quæ eorum dignitas, *n.* 46 *ad* 49.

Episcopus nomen est dignitatis, presbyter vero nomen est ætatis, *n.* 50.

Præcedentia episcoporum in conciliis provincialibus unde attendi debeat, *n.* 51.

Varia adducuntur episcoporum obligationes, et dignitatem concernentia ex constitutionibus Benedicti XIV, *a num.* 52 *ad num.* 59.

Affertur Clementis XIII encyclica, qua episcopi monentur ad sanctum Ecclesiarum regimen, *num.* 60. Alia ad rem vide, *num.* 61 *et seqq.*

EPISCOPUS QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT EJUS ELECTIONEM, CONFIRMATIONEM ET CONSECRATIONEM.

Episcopi olim, quomodo, et a quo eligerentur. Vide *verb.* Episcopus, *art.* 2, *num.* 12.

Electio episcopi per laicos, quamvis simul cum canonicis facta, est nulla, *num.* 3 *et* 4.

In electione episcoporum altera dispositio olim observata indicatur; et nunc talis electio ad quem sit reservata, et qui excipiantur a tali reservatione, *num.* 5 *ad* 8.

Electio episcopi quando facienda, *num.* 9.

Electus in episcopum, intra quod tempus debeat præstare consensum, et petere confirmationem, et tempus quomodo computari debeat, *num.* 10 *ad* 13.

Confirmatio episcoporum a quo fieri debeat, *num.* 14 *et* 15.

Assignatur praxis servari solita in curia pro hujusmodi electione et confirmatione facienda, *n.* 16.

Traditur formula instrumenti professionis fidei factæ per episcopum, post quam emissam quid agendum sit indicatur, *num.* 17 *et* 18.

Præconizatio in primo consistorio quomodo facienda ostenditur, *num.* 19.

Quid agendum post factam præconizationem in secundo consistorio, *num.* 20.

Electus et confirmatus intra quot menses debeat munus consecrationis suæ suscipere, *num.* 21 *et* 22.

Consecratio episcopi quo die, et a quot episcopis fieri debeat, *num.* 23 *ad* 25.

Consecratio episcopi facta ab uno solo episcopo ex dispensatione apostolica, assistentibus duobus sacerdotibus, an sit valida, *num.* 26 *et* 27.

Papa an possit mutare formam traditam ab apostolis pro consecratione episcopi, *num.* 28 *et* 29.

Consecrandus in episcopum an debeat necessario prius esse sacerdos, *num.* 30 *et* 31.

Digitized by Google

Vide *nota ad num.* 30 *et num.* 54.

Ante consecrationem non potest episcopus exercere ea, quæ sunt ordinis, sed tantum ea, quæ sunt jurisdictionis, *num.* 32.

Non consecratus ordines conferre non potest, *num.* 33.

Potestatem conferendi ordines accipiunt episcopi in consecratione, *num.* 34.

Potestas, quæ confertur episcopo per consecrationem, est indelebilis, *num.* 35.

Episcopus quando accipiat jurisdictionem, et possit indulgentias concedere, *num.* 36 *et* 37.

Episcopi appellatione qui veniat, *num.* 38 *ad* 40.

Provisio, seu pronuntiatio papæ in consistorio habet vim electionis et confirmationis, *num.* 41.

Provisi, seu pronuntiati a papa in consistorio, quomodo appellentur, *num.* 42.

Provisi, et consecrati, quando accedere possint ad ecclesias, *num.* 43.

Quid si civitas interficeret suum episcopum, *num.* 44 *et* 45.

Episcopus dum consecratur, quomodo inungatur, et cur in capite, *num.* 46 *et* 47.

Reges quare non in capite, sed in humero ungantur, *num.* 48.

Episcopus quare ungatur in manibus, *n.* 49.

Annulus sacer quare tradatur novo episcopo, *num.* 50.

Mitra quid indicet, et quare ipsi imponantur, *num.* 51.

Baculus pastoralis quare tradatur in manibus novi consecrati episcopi, et quare tali baculo pastorali non utatur summus pontifex, *num.* 52 et *verb.* Baculus.

Episcopus confirmatus consecrationem petere debet intra tres menses, *num.* 53.

Episcopus eligi nequit, qui sex mentium spatio non fuerit in sacro ordine constitutus, *num.* 55.

Episcopi consecratio ab uno duntaxat episcopo facta est valida, *num.* 56.

Pactiones initæ ante electionem irritæ, et nullæ sunt, *num.* 57.

Historia affertur electionis episcoporum, quantum ad eligentes, *num.* 59 ad 73.

EPISCOPUS QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT EJUS RESIDENTIAM, TRANSLATIONEM, ET RENUNTIATIONEM

Episcopi quo jure teneantur residere. Vide *verb.* Episcopus, *art.* 3, *num.* 1 *et* 2.

Episcopus ob quas causas excusetur a continua residentia, *num.* 3 *ad* 7.

Episcopus in quibus casibus, et ad quos possit esse legatus, aut orator, *num.* 8 *et* 9.

Episcopus in regum negotiis occupatus qua licentia possit eximi a residentia, *num.* 10 *et* 11.

Decretum obligans parochos ad residentiam tempore pestis viget etiam pro episcopis, quemdam coadjutorem habentibus, *num.* 12 *et* 13.

Episcopus in qua parte diœcesis possit residere, et an possit removere tribunal a civitate propter intemperiem aeris: et in casu quanto tempore possit degere extra diœcesim, *num.* 14 *et* 15.

Super residentia episcoporum edita est specialis constitutio Urbani VIII, et quid in ea sancitum sit, declaratur, *num.* 16 *ad* 27.

Episcopus vel ex æqua causa, vel causa animarum relaxandi quantum tempus abesse possit a sua diœcesi, et quantum præscribatur a concilio Tridentino, *num.* 28 *ad* 30.

Episcopus propter aliquod suæ diœcesis negotium manens extra cathedralem ecclesiam in quas pœnas incidat, et quid ad rem novissime disposuerit benedictus XIV, *num.* 31.

Episcopus residens an possit citari ad comparendum, et an sit liber a residentia suarum dignitatum, et beneficiorum simplicium, *num.* 32 *et* 33.

Episcopus absens an gaudeat alternativa, ac minus nolens residere possit per papam Ecclesia sua spoliari, *num.* 34 *et* 35.

Conditio personæ quando excuset e residentia, *num.* 36.

Episcopus an possit jungere unum absentiæ trimestrem cum alio, vel unam apostolicorum Liminum visitationem cum alia sequentis triennii, *n.* 37 *et* 38.

Episcopo, qui per plures annos a vacatione concessa se abstinuit, qua conditione concedi possit facultas non residendi per aliquod tempus, *num.* 39.

Episcopi translatio de una in aliam ecclesiam sola auctoritate papæ fieri potest, et quid si episcopus se transferret auctoritate propria, aut metropolitanus, et patriarcha hoc idem faceret absque pontificis mandato, *num.* 40 *ad* 43.

Causæ justæ talis translationis quæ sint, *n.* 44.

Quid si translatio fieret sine justa causa, aut propter ambitionem translati, *num.* 45 *et* 46.

Translatio episcopi regulariter fit a minori ad majorem ecclesiam. Et interdum vice versa, si peculiaris causa id exigat, *num.* 47 *et* 48.

Archiepiscopo, qui ex justa causa cessit archiepiscopatui, licite de episcopatu vacante provideri potest. Secus si cessio facta sit in fraudem, *n.* 49 *et* 50.

Episcopus electus, et confirmatus tantum an possit invitus transferri, *num.* 51 *et* 52.

Character sacramentalis non imprimitur præcise coacto, *num.* 53.

Episcopus consecratus qua causa possit a papa transferri, *num.* 54 *ad* 56.

Papa in beneficialibus habet plenariam potestatem disponendi, et quid ad rem sentiant gravissimi doctores indicatur, *num.* 57 *ad* 59.

Episcopo translationi consentiente, quo tempore episcopali ecclesia vacare incipiat, *num.* 60 *et* 61.

Si transferatur episcopus absens, vel ignorans; sedes episcopalis quando vacare incipiat, *n.* 62.

Episcopus translatus potest secum deferre fructus jam perceptos, ac alia bona acquisita, dummodo hæc non sint Ecclesiæ dedicata, *num.* 63 *et* 64.

Fructus pendentes, et inexacti an pertineant ad episcopum translatum, *num.* 65 *et* 66.

Renuntiatio episcopi non valet, nisi per papam fuerit admissa, *num.* 67.

Assignantur causæ, ob quas potest episcopus renuntiare episcopatui, papa consentiente, *n.* 68.

Episcopatus renuntiatio duplex assignatur, et explicatur, *num.* 69 *ad* 71.

Episcopus simpliciter renuntians episcopatui, an censeatur renuntiare loco tantum, vel loco, et dignitati simul, *num.* 72.

Renuntiatio non subtrahit episcopo ordinem, sed solum exsecutionem ordinis, *num.* 73.

Character episcopalis an possit renuntiari, vel auferri, *num.* 74, *et art.* 2, *num.* 35.

Episcopus, qui renuntiavit ordini, seu dignitati, potest de licentia papæ exsecutionem reassumere sine nova consecratione, *num.* 75.

Episcopus, qui renuntiavit episcopatui quoad locum tantum, potest conferre ordines etiam majores, dummodo sit rogatus ab alio episcopo, et quid si absque proprii episcopi licentia ordinaret, *num.* 76 *ad* 78.

Episcopus, qui renuntiavit episcopatui quoad locum, et dignitatem simul, an, et quales ordines, et de cujus licentia possit licite conferre, *num.* 79 *ad* 84.

Episcopi a sancta congregatione de Propaganda Fide munia episcopalia exercere nequeunt extra eorum districtum, *in nota ad num.* 83.

Alia episcoporum residentiam concernentia, *a num.* 85 *ad* 90.

Quantum ad episcopatuum pluralitatem, *num.* 91 92, 93.

Quoad episcopatus resignationes, *num.* 95 *et* 96.

Digitized by Google

Quoad translationem, *a num.* 97 *ad* 99.
Si episcopus fiat captivus, administratio Ecclesiæ transit ad capitulum, *num.* 100.
Quantum ad residentiam, translationem et renuntiationem. *num.* 101 *ad* 111.

EPISCOPUS QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT EJUS PRÆCEDENTIAM, SEDEM, CELEBRATIONEM ET PONTIFICALIA.

Episcopi an habeant locum a Protonotariis apostolicis. Vide *verb.* Episcopus. *art.* 4, *num.* 1.
Episcopus retinens canonicatum an debeat præcedere omnibus aliis canonicis, ac dignitatibus, *n.* 2.
Inter episcopos promotos, seu electos, et inter suffraganeos Latinorum, et episcopos Græcos. quæ regula circa præcedentiam servanda sit, *num.* 3 *et* 4.
Episcopus in sua diœcesi quibus præferendus sit in functionibus episcopalibus, *num.* 5.
Episcoporum præcedentia in conciliis provincialibus quomodo statuenda, *num.* 6.
Episcopus ante quos habere debeat pacis osculum, et quibus præcedere debeat in sua ecclesia, et in quo loco sedere debeat, *num.* 7 *ad* 9.
Episcopus quomodo honorandus in ecclesiis suæ diœcesis, quamvis exemptis ac privilegiatis, *num.* 10.
Episcopus debet habere sedem pulchriorem, quam gubernator civitatis, *num.* 11.
Episcopi sedes debet esse fixa, et quomodo, et quando ornanda ac locanda. *num.* 12 *ad* 15.
Episcopus ad Matutinum in nocte Nativitatis Domini ubi sedere possit, *num.* 16.
Sedes episcopi in ecclesia, ubi abbas usum mitræ habet, quomodo locanda, *num.* 17.
Quid competat soli episcopo, dum private missam celebrat, *num.* 18.
Quas solemnes functiones possit episcopus exercere in ecclesiis suæ diœcesis quamvis exemptis, et privilegiatis, ac sanctæ sedi immediate subjectis, ac in ecclesiis regularium, et ad quid teneantur regulares in casu, etc., *num.* 19 *ad* 26.
Episcopus, qui celebrat tempore Quadragesimæ singulis diebus, quando non celebrat solemniter, debet uti habitu quotidiano cum stola, *num.* 27.
Episcopus celebrans, an debeat prælatos, ac canonicos thurificare, etc., *num.* 28.
Quot personæ, et quæ dignitates debeant assistere episcopo celebranti, *num.* 29 *et* 30.
Episcopus extra cathedralem volens pontificalibus celebrare, potest secum ducere assistentes de capitulo, *num.* 31.
Episcopo solemniter celebranti in ecclesia collegiata, ad quos spectet assistere, *num.* 32.
Assistentes episcopis an debeant esse digniores ex choro, *num.* 33.
Episcopus, si in die Palmarum una cum capitulo, et clero personaliter ad monasterium regularium accedere teneatur, debet ipse benedicere privative palmas quoad abbatem, *num.* 34.
Episcopus non debet cum cappa vesperas celebrare, *num.* 35.
Episcopus assistens divinis officiis cum cappa, non debet singulos canonicos ante ipsum salutare detegendo caput, sed satis est illis manu benedicere, *num.* 36.
Episcopo assistenti divinis officiis cum cappa non debent canonici ponere et deponere biretum in ejus capite, nec isto casu ei assistere, *num.* 37.
Episcopus non habens episcopatum, an functiones possit exercere in sua Ecclesia jurisdictionali, *num.* 38.
Episcopus quando possit, vel non, ministrare chrisma absque licentia ordinarii loci, quamvis vocatus ab aliquo inferiori exempto intra fines diœcesis existente, *num.* 39
Episcopus an possit olea sacra conficere in ecclesia extra cathedralem, vel cum minori numero ministrorum, quam præscribatur in libro Pontificali, *num.* 40 *et* 41.
Episcopus antiquior juniorem præcedere debet, *num.* 43 *ad* 47.

EPISCOPUS QUOAD ABSOLUTIONEM ET DISPENSATIONEM.

Episcopus non potest absolvere a casibus, et censuris publicis summo pontifici reservatis, bene vero ab occultis reservatis papæ. Vide *verb.* Episcopus, *art.* 5, *num.* 1 *ad* 3, et *verb.* Absolutio, *art.* 1, *num.* 1 *ad* 5.
Episcopus an possit absolvere a censuris occultis incursis ob violatam clausuram, *num.* 4 *et* 5.
A quibus casibus possit episcopus absolvere impeditos adire pontificem, et quid si impedimentum sit perpetuum, vel non, *num.* 6 *ad* 9.
Impediti personaliter adire pontificem an teneantur mittere procuratorem, vel scribere ad sacram Pœnitentiariam, etc. Et quid si sint etiam impediti adire episcopum, *num.* 10 *et* 11.
Impediti adire episcopum pro casibus reservatis diœcesanis publicis non possunt absolvi ab inferiori extra casum necessitatis, *num.* 12.
Episcopus nequit absolvere censuratos ratione violatæ immunitatis ecclesiasticæ. Et quid si tales absolvat absque facultate sedis apostolicæ, et quomodo in casu se gerere debeat indicatur, *num.* 13 *ad* 16.
An possit episcopus absolvere censuratos ob clerici percussionem levem, vel gravem, publicam, vel occultam, *num.* 17 *ad* 20.
Quæ personæ censeantur impeditæ adire pontificem, *num.* 21, et *verb.* Absolutio, *art.* 1, *num.* 6 *et seqq.*
Episcopus non potest concedere suo subdito, ut absolvatur in aliena diœcesi a sacerdote non habente jurisdictionem, neque prohibere, quominus suus subditus absolvatur in aliena diœcesi a sacerdote jurisdictionem habente a suo episcopo, *num.* 22 *et* 23.
Episcopus dispensare potest cum suis subditis, et in sua diœcesi in omnibus irregularitatibus provenientibus ex delicto occulto, et singulæ assignantur; excepta tamen ea, quæ provenit ex homicidio voluntario injusto, et aliis deductis ad forum contentiosum, *num.* 24 *ad* 37.
Episcopus non potest dispensare in irregularitate orta ex hæresi occulta exteriori, *num.* 38, et *verb.* Absolutio, *art.* 1, *num.* 2 *ad* 4.
Episcopus an possit dispensare cum occulto excommunicato, qui publice celebravit, *num.* 39.
Episcopus an possit dispensare cum inquisitis de delicto, quod non potuit probari, *num.* 40.
Episcopus an possit dispensare in materia delicti ad forum contentiosum deducti, et jam finito officio, vel obtenta absolutione ab injecto crimine, *num.* 41 *ad* 44.
Quando episcopus possit, vel non dispensare quoad sacros canones, constitutiones apostolicas, et decreta conciliorum generalium. Vide *num.* 45, et *verb.* Dispensatio, *a num.* 22 *usque in finem.*
Alia ad rem, *num.* 47 *ad* 52.
An vero possit quoad bigamiam, *ibid.* et *verb.* Bigamia.
Quoad observantiam festorum, *ibid.* et *verb.* Festum.
Quoad jejunia, *ibid.* et *verb.* Jejunium.
Quoad impedimenta matrimonii, *ibid.* et *verb.* Impedimenta matrimonii et matrimonium.
Quoad irregularitatem, *ibid.* et *verb.* Irregularitas.
Quoad juramenta, et vota, *ibid.* et *verb.* Votum et Juramentum.
Quoad pœnas Simoniæ, *ibid.* et *verb.* Simonia.
Quoad Visitationem. Vide *verb.* Visitare, Visitatio.
Quoad ordinationem. Vide *verb.* Ordinare, Ordo.

Digitized by Google

Quoad Regulares. Vide *verb.* Regulares.

Quoad Prædicationem, et Prædicatores. Vide *verb.* Prædicare, Prædicator.

Quoad Processiones. Vide *verb.* Processio.

EPISCOPUS QUOAD EA QUÆ POTEST, ET DEBET, VEL NON.

Episcopus an possit prohibere, ne canantur cantilenæ lingua italica in ecclesiis etiam regularium, et in oratoriis publicis ne canatur musica lingua vernacula. Vide *verb.* Episcopus, *art.* 6, *num.* 1 *et* 2.

Episcopus an possit suo arbitrio locare Scamna laicorum, et prohibere ne collocentur in presbyterio sedes præfecti, et commendatarii locorum, *num.* 3 *et* 4.

Episcopus potest removere indecentia, et scandalosa in ecclesiis arbitrio suo, *num.* 5.

Ludimagistri an indigeant episcopi approbatione pro exercitio scholæ, *num.* 6.

Quid possit episcopus circa canonicorum sedes in choro collocandas, circa eorum interessentiam, vel discessionem ab ecclesia tempore concionis, circa eorum determinationes in negotiis ecclesiæ, circa eorumdem vacationem a servitio ecclesiæ, *num.* 7 *ad* 10.

Episcopus quid possit in regularem exemptum, qui ob notorium delictum incidit in censuras, *num.* 11 *et* 12.

Quid possit episcopus circa administrationem factam a vicario capitulari, sede vacante, *num.* 13 *et* 14.

Episcopus quid possit circa administratores locorum, et legatorum piorum, *num.* 15, 16, *et* 17, et *verb.* Administratio, *verb.* Confraternitas, *art.* 3.

Quid circa convocationem canonicorum, et ejus interessentiam actibus capitularibus, *num.* 18 *et* 19.

Quid circa fidelitatem punctandi in choro, et circa præbendarum fructuum perceptionem absque chori servitio, et circa canonicorum sedes in choro assignandas ad formam a concilio Tridentino præscriptam, et officii divini recitationem, *num.* 20 *ad* 23.

Quid circa dignitatum erectionem, *num.* 24.

Quid circa larvas gestandas, *num.* 25, 26 *et* 27.

Quid circa offensores ministrorum, et officialium suæ curiæ, et potestatem familiam armatam retinendi, *num.* 28 *ad* 32.

Quid circa clericos delinquentes, et non deferentes habitum clericalem, *num.* 33, 34 *et* 35.

Quid contra contrahentes matrimonium ipso invito, vel parocho dissentiente, vel omissis denuntiationibus; et quid contra testes intervenientes, et parochos assistentes, *num.* 36 *ad* 40.

Quid contra concubinarios, et detinentes libros prohibitos, et testium subornatores, *num.* 41, 42 *et* 43.

Episcopus an possit delegare benedictionem ecclesiæ, seu capellæ, alicui sacerdoti; an possit habere fenestram e domo respicientem in ecclesiam, et concedere confraternitatibus laicorum, ut in eorum ecclesiis conservent sanctissimum sacramentum: et eorumdem confraternitatum bona taxare pro contributione seminarii, *num.* 44 *ad* 47.

Episcopi qualitates assignantur, *num.* 48 *ad* 54.

Episcopus ad quid teneatur tum in charitatis operibus exercendis, tum in populo sibi commisso bonis moribus instruendo, tum in suæ diœcesis negotiis recte peragendis, *num.* 55 *ad* 73.

An liceat episcopo quotannis abesse tribus mensibus a residentia. Vide *verb.* Residentia, *num.* 13.

Quid possit, ac debeat episcopus quoad regulares et moniales, *num.* 74, et *verb.* Regularis, et *verb.* Monialis.

Episcopus an possit erigere collegiatam, curam supprimere, almutiam, vel cappam canonicis concedere, iisdem in minoribus tantum constitutis, vel jam jubilatis distributiones denegare, et ipsas distributiones amissas ecclesiæ fabricæ applicare, aut amissas condonare canonicis amittentibus, *num.* 75 *ad* 81.

Episcopus non potest uti oratorio privato extra domum propriæ habitationis cum pontificia tamen declaratione data sub *verb.* Oratorium, *num.* 79, *ad.* 82.

Episcopus an possit obligare curatos, ut necessaria pro missarum celebratione in eorum Ecclesiis ministrent aliis presbyteris; et concedere licentiam celebrandi cum bireto et ad quod tempus possit ut opere parochi; et concedere licentiam canonicis a residentia absentandi, *num.* 83 *ad* 87.

Episcopus an possit dispensare super ætate requisita ad curam animarum, et super multiplicitate beneficiorum, et ipsis beneficiatis possit nova onera imponere, *num.* 88 *ad* 91.

Episcopus an possit primam præbendam vacantem assignare pœnitentiario, et canonicatus pœnitentiariæ et theologalis, absque concursu conferre, et canonicatum de novo erigere, aut capellanos alienæ capellæ in cathedralem transferre, *num.* 92 *ad* 95.

Episcopus an possit privare canonicos suæ ecclesiæ ordinatos absque solemnitate in concilio præscripta, et cogere clericos ac presbyteros non confessarios ad interessendum conferentiis casuum conscientiæ, *num.* 96 *et* 97.

Episcopi, aliique prælati, ac superiores monasteriorum quando et quomodo possint ingredi monialium clausuram, et quid si episcopus contrafaceret dispensationi constitutionis Gregorii XII, *num.* 98 *ad* 105.

Episcopus an possit delegare facultatem benedicendi sacra paramenta, *num.* 106.

Episcopus an possit recipere munera a monialibus occasione vestitionis ac professionis, *num.* 107 *et* 108.

Episcopus quando possit erigere subsidium charitativum, *num.* 109.

Episcopus an possit obligare judices synodales ac etiam moniales, ut in casu non valeat uti opera alterius notarii, quam cancellarii episcopalis, et an possit mercedem exigere pro revisione computorum locorum piorum, *num.* 110 *ad* 113.

Episcopus non potest pro administratione sacramenti confirmationis in locis diœcesis procurationem exigere, *num.* 114.

Episcopus an possit taxare in pecunia id, quod pro victu sibi contingeret visitando, *num.* 115.

Episcopus non potest permittere, ut confessarii ingrediantur clausuras monialium pro funere peragendo, nec quod puellæ educandæ recipiantur in monasterium absque licentia sacræ congregationis. Neque auferre monialibus, aut laicis jus, quod habent eligendi officiales, *num* 116 *ad* 119.

Episcopus an possit obligare simplices sacerdotes ad inserviendum in ecclesia cathedrali, *num.* 120.

Episcopus an possit clericis permittere ludum alearum et ipse quoque ludere, *num.* 121 *et* 122.

Quid non possit, nec debeat episcopus quoad regulares et moniales, *num.* 123, et *verb.* Regularis, et *verb.* Monialis.

Episcopus nequit prohibere clericis, ne conveniant laicos in causis profanis coram judice laico, *num.* 124.

Alia ad rem, *num.* 125 *ad* 159.

Albaniæ episcopis facultas conceditur transigendi de bonis ecclesiæ, *num.* 160.

Veronensis episcopi definitur jurisdictio, *num.* 161.

Quoad facultatem episcoporum suspendendi clericos ob occultum crimen, *num.* 162 *ad* 164.

Digitized by Google

Facultas concedendi indulgentiam in mortis articulo extenditur episcopis, *num.* 165.
Episcopi in synodis non possunt fidei controversias definire, neque aliquid inter doctores controversiæ, *num.* 166, 167.
Potest aliquid ex epicheia relaxare, *num.* 168.
Ille solus potest ecclesias consecrare, et reconciliare, *num.* 169, 170.
Curare debet, ut legata pia adimpleantur, *num.* 171, 172.
Fabrica Sancti Petri non potest se immiscere episcoporum jurisdictioni, *num.* 173.
Alia ad episcoporum jurisdictionem pertinentia. Vide *num.* 174 *ad* 180.
Episcopus an, et quando teneatur missam applicare pro ovibus suis. Vide *verb.* Missa, *art.* 3, *num.* 11, *in fine.*
An, et quando possit episcopus secum conducere cancellarium in electionibus abbatissarum regularibus subjectarum. Vide novissima decreta sacræ congregationis Concilii allata sub *verb.* Electio, *art.* 4, *num.* 100.

EPISCOPUS QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT EPISCOPUM REGULAREM, TITULAREM ET SUFFRAGANEUM.

Episcopus regularis, quando liberetur ab obligatione suæ regulæ, et a quibus votis censeatur dispensatus. Vide *verb.* Episcopus, *art.* 7, *num.* 1, 2 *et* 3.
Episcopus regularis an et quomodo debeat deferre habitum suæ religionis; et quis exemptus, *num.* 4, 5 *et* 6.
Episcopi regulares, quem ritum observare teneantur in recitatione divini officii; et quid si habeant privilegia se conformandi suæ Religioni, *n.* 7, 8 *et* 9.
Episcopus regularis an recuperet jus successionis ad hæreditatem sibi delatam post promotionem; et an acquirat monasterio, cui fuit filius, *num.* 10 *et* 11.
Episcopus regularis post adeptum episcopatum non recuperat bona ante episcopatum jam tertio quæsita, *num.* 12.
Episcopus ex ordine minorum quale jus recuperet auctoritate papæ, et qualis concedatur facultas episcopo ex ordine Minoris Reformationis Sancti Francisci, *num.* 13 *et* 14.
Episcopo regulari, si sit negligens in exigendo bona hæreditaria, vel eis renuntiet, quis succedat, et in quo se possit præjudicare adeundo hæreditatem sibi delatam, *num.* 15 *et* 16.
Bona regularis acquisita ante assumptionem ad episcopatum ad quem spectent, *num.* 17.
Episcopus regularis non subjicitur bullæ *De largitione Munerum*, *num.* 18.
Episcopus regularis, si episcopatum resignet aut sponte ad religionem redierit, an possit illius dignitates, et officia obtinere, et an teneatur ad observantiam, *num.* 19 *et* 20.
Reprehenditur auctor *num.* 20 *in nota.*
Episcopi titulares antiquitus non creabantur, modo passim creantur. Quæ eorum origo; an sint veri episcopi, et in qua diœcesi, et de cujus licentia possint exercere pontificalia, aut quid simile, *num.* 21 *ad* 30.
Episcopus titularis non creandus, nisi urgeat necessitas, et affertur glossæ invectiva in eos, qui anhelant ad vicarios episcoporum, et ecclesias titulares, *num.* 31 *et* 32.
Episcopus titularis canonicus quomodo indutus possit incedere in cathedrali; quæ ejus præcedentia; an subsit visitationi ordinarii, ejusque familiares an gaudeant privilegio fori, *num.* 33 *ad* 36.
Beneficia et pensiones non vacant in eo, qui ad titularem episcopatum assumitur, *num.* 37.
Episcopus titularis an sit vocandus ad concilia generalia. Et quid, si sit administrator alterius ecclesiæ vel canonicus alienjus cathedralis. Et ad rem afferuntur decreta, ac dubia cum suis resolutionibus, *num.* 38 *ad* 41.
Inter episcopos titulares, ac locales præcedentia, *num.* 42.
Episcopus, cui datus est coadjutor, potest esse coadjutor alterius, *num.* 43.
Episcopus suffraganeus sede vacante per mortem sui localis episcopi an possit exercere pontificalia, ac ordines conferre, *num.* 44 *et* 45. Et alia de suffraganeo. Vide *verb.* Coadjutor, *num.* 67 *ad* 103.
Plura exponuntur a Benedicto XIV, determinata circa auctoritatem, ordinem, jurisdictionem, et mores episcoporum, *num.* 47 *ad* 56.
Alia episcopos regulares, suffraganeos, et titulares concernentia, *n.* 47 *et seqq.*
Utrum episcopus titularis negligens consecrationem intra tempus a Tridentino præfinitum incurrat in pœnas inflictas, *num.* 52 *et seqq.*

EPISTOLÆ ECCLESIASTICÆ (III, 713).

Epistolæ, de quibus agendum, quænam sint, illarum etymologia, et qui de illis scripserunt. Vid. *verb.* Epistolæ ecclesiasticæ, *num.* 1 *ad* 3.
Variæ sunt et variis vocantur nominibus, scilicet, Apostolicæ, Canonicæ, Clericæ, Circulares, Commendatoriæ, Communicatoriæ, Concessoriæ, Confessoriæ, Decretales, Diaconicæ, Dimissoriæ, Encyclicæ, Enthronisticæ, Festales, Formatæ, Pacificæ, Paschales, Pastorales, Synodicæ, Systaticæ, Tractatoriæ, Tractoriæ ; quæ omnes definiuntur et explicantur *num.* 4 *ad* 25.

EPOCHA, ÆRA.

Epocha et æra unde sint dictæ, et quæ sint, earumque divisiones assignantur, et explicantur. Vide *verb.* Mundus, *a num.* 65 *ad* 76.

EREMITA (III, 721).

Eremita a quo denominetur; quid sit : Et quid significet Eremus. Vide *verb.* Eremita, *num.* 1, 2 *et* 3.
Eremitarum tria genera assignantur juxta opinionem trium sanctorum Patrum, *num.* 4, 5 *et* 6.
Fagnanus quatuor distinguit species eremitarum et singulæ assignantur, *num.* 7 *ad* 11.
Quod genus eremitarum gaudeat, vel non, privilegio fori et canonis, *num.* 12 *ad* 15.
Auctor illustratur, *num.* 21 *ad* 24.
Deputatio eremitæ pro custodia ecclesiæ ad quem spectet, *num.* 16.
Ordinationes emanatæ pro istis eremitis ad litteram afferuntur, *num.* 17 *ad* 20.

ERRONEA PROPOSITIO.

Erronea propositio, et errori proxima quæ sit, et quæ sapiens errorem. Vide *verb.* Propositiones damnatæ, *num.* 32, 33 *et* 34.

ERROR.

Error prout est impedimentum dirimens matrimonium. Vide *verb.* Impedimenta matrimonii, *art.* 1, *n.* 2.
An error communis cum titulo colorato, et putativo det jurisdictionem ad valide absolvendum, licet occultum subsit impedimentum ex jure positivo proveniens. Vide *verb.* Confessarius, *art.* 1, *num.* 33 *ad* 42, et *verb.* Jurisdictio, *num.* 30.

EUCHARISTIA (III, 785).

Eucharistia quid sit. Vide *verb.* Eucharistia, *art.* 1. *n* 1.
Eucharistiæ sacramentum quando institutum, et quæ ejus materia, *n.* 2, 3 *et* 4.
Vino consecrando admiscenda est modica aqua et consecrationis forma assignatur, *n.* 5 *et* 6.

Digitized by Google

Præceptum sumendi eucharistiam quos, quomodo, et quando obliget, *num.* 7 *et* 8.

Ad satisfaciendum tali præcepto ubi, et quando sumi debeat Eucharistia, *num.* 9, 10 *et* 11.

Communicans in ecclesiis regularium animo satisfaciendi præcepto, vel communicans in ecclesia cathedrali, an satisfaciat, *num.* 12 *et* 13.

Sacerdos quomodo possit tali præcepto satisfacere, peregrini, et advenæ in qua Ecclesia possint communicare pro adimplendo, præcepto, *num.* 14 *et* 15.

Fratres et sorores Tertii Ordinis, necnon mantellati, corrigiati, pizocheræ, aliique similes in propriis domibus habitantes quomodo debeant præcepto satisfacere, *num.* 16.

Inservientes regularibus, ac illi qui infirmantur in eorum monasteriis si sint sæculares, an satisfaciant præcepto paschali sumendo ab ipsis regularibus eucharistiam. Et an regulares possint in die Paschatis Eucharistiam sæcularibus ministrare, *num.* 17 *ad* 21, et *verb.* Approbatio, *art.* 1, *num.* 64 *ad* 68.

Per communionem sacrilegam non adimpletur præceptum, *num.* 22.

Culpabiliter non satisfaciens præcepto in quas censuras incurrat, et qua alia pœna puniri possit, *num.* 23, 24 *et* 25.

Excommunicati paulo ante Pascha non sunt molestandi, si non communicant in paschate, *num.* 26.

Alia docte exposita quoad præceptum paschale, et illius historiam habes, *n.* 119 *et seqq.*

An, quomodo, et quando liceat ministrare Eucharistiam in paramentis nigris, et missis defunctorum, *num.* 27, 28, et *verb.* Missa, *art.* 14, *n.* 23.

Non potest Eucharistia ministrari fidelibus in nocte Nativitatis Domini, *num.* 29, et *verb.* Missa, *art.* 5, *num.* 15.

Eucharistia an possit ministrari pueris novem, aut decem annorum, mutis, et surdis a nativitate, energumenis, epilepticis, et aliis infirmis semifatuis, stolidis, freneticis, et amentibus, *num.* 30 *ad* 33.

Ægrotus an teneatur ex præcepto sumere Eucharistiam per modum viatici, si sit in periculo mortis, et quid si non esset jejunus vel sanus eadem die communicasset ex devotione. Et in eadem infirmitate quoties sumi possit Eucharistia, *n.* 34 *ad* 38.

Viaticum, si necessitas exigat, dari potest in die Parasceves, *num.* 39.

Communio quotidiana quibus expediat, et ad rem affertur speciale decretum, *num.* 40 *et* 41.

Quando commendatur frequens usus communionis, intelligi debet de sola communione digna, *n.* 42.

Non datur præceptum sumendi Eucharistiam sub utraque specie, *num.* 43.

Eucharistia in primitiva ecclesia domi privatim asservari permittebatur, *num.* 44.

Eucharistia in quibus ecclesiis nunc asservari possit, vel non, *num.* 45 *ad* 48.

Feria quinta in Cœna Domini quomodo, et a quo servanda sit eucharistia, *num.* 49, et *verb.* Tabernaculum, *num.* 4.

Eucharistia ob quam causam deferri non debeat ad ægrotum, *num.* 50.

Sacramentum Eucharistiæ in ejus solemnitate, ac per octavam in processione deferre ad quem spectet; *num.* 51.

Sacramentum Eucharistiæ debet propriis manibus a celebrante deferri, *num.* 52.

Eucharistiæ sacramentum dum elevatur, an sit genuflectendum, *n.* 53.

Eucharistia pro infirmis asservata intra quantum tempus renovanda tum a Græcis, tum a Latinis, *n.* 54 *et* 55.

Tabernaculum sanctissimi sacramenti in ecclesiis cathedralibus an possit esse in altari majori, *num.* 56, et *verb.* Tabernaculum, *num.* 7.

Expositio sanctissimi sacramenti, a quibus, et de cujus licentia fieri possit, *num.* 57 *ad* 61.

Sacramento eucharistiæ publice exposito, qui ritus servandus sit in celebrandis missis tam privatis quam solemnibus, *num.* 62 *et* 63.

Datur instructio observanda in Oratione continua quadraginta horarum cum expositione sanctissimi sacramenti, *num.* 64.

Assignatur origo publicæ, et solemnis venerationis sanctissimi sacramenti eucharistiæ; ejusque excellentia ac dignitas indicatur, ac alia ad rem expenduntur, *num.* 65, 66 *et* 67.

De institutione Orationis quadraginta horarum ad sanctissimum eucharistiæ sacramentum, *num.* 68.

Multa saluberrime constituta, et determinata a Benedicto XIV, proponuntur quoad sanctissimum eucharistiæ sacramentum, *num.* 69 *ad* 120.

APPENDIX, SEU NOVUS DE EUCHARISTIA ARTICULUS.

De sacramenti eucharistiæ variis nominibus. Vide *verb.* Eucharistia, *art. nov. num.* 1.

Recensentur hæretici, qui in assignanda, et explicanda hujus sacramenti natura erraruut, *num.* 2 *et* 3.

Afferuntur catholici scriptores, qui contra hæreticos, et novatores pro sanctissimo eucharistiæ sacramento steterunt, *num.* 4.

Natura sacramenti eucharistiæ juxta catholicam sententiam explicatur ex Evangelii littera, ex auctoritate Patrum, ex antiquis liturgiis, et ex consensu Orientalium, *num.* 5.

Materia eucharistiæ est panis triticeus, et vinum de vite, *num.* 6.

Historia nectitur eorum, qui azymum ad eucharistiæ sacramentum adhibent, *num.* 7.

Quare deinde Græci improbaverint Latinis azymum panem, *num.* 8.

Azymus panis demonstratur esse aptissima sacramenti eucharistiæ materia, *num.* 8.

Solvuntur photianorum sophismata, *num.* 8.

Disseritur de mystica significatione azymi, et fermentati, *num.* 9.

Utrum Latinis fermentum, et Græcis azymum indifferenter consecrare liceat, *num.* 10.

Num sacerdos Latinus in locis Græcorum et Græcus in Latinorum urbe possit eucharistiam juxta loci ritum consecrare, *num.* 11.

In parando fermentato pane ad altaris sacrificium destinato magna est Orientalium cura et diligentia, *num.* 12 *ad* 14.

Utrum liquor ex uvis passis, et zebibo expressus licite, ac valide in eucharistia perficienda usurpetur, *num.* 15.

An loco vini in utraque purificatione, ubi magna sit vini penuria, licite adhiberi possit tantum aqua, *num.* 16.

In confectione sanguinis Christi vino purum aquæ miscet tum Occidentis, tum Orientis Ecclesia, *num.* 17.

Græci præter frigidam aquam, ante consecrationem solent vino miscere, ante eucharistiæ sumptionem ferventem aquam infundunt in calicem, *num.* 18.

Historice multa enarrantur pertinentia ad formam sacramenti eucharistiæ quoad Orientalium et Latinorum Ecclesiam, *num.* 19.

Ex diversis liturgiis refertur forma sacramenti eucharistiæ, *num.* 20.

Defenditur Orientalium consecrationis forma, *num.* 20.

Probatur Christum verbis usum esse, non internа tantum benedictione, dum eucharistiam consecravit, *num.* 21.

Digitized by Google

Solvuntur objecta, *num.* 21.
Probatur quod eucharistiæ forma contineatur verbis : *Hoc est*, etc. *Hic est calix*, etc., *num.* 22.
Solvuntur objecta, *num.* 22.
Verba consecrationi necessaria, et essentialia sunt : *Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus, vel Hic est calix sanguinis mei*, *num.* 23.
Quare Orientales alta voce consecrationis verba proferant, *num.* 23.
Verba Christi significative, et assertive non historice in consecratione sunt proferenda, *num.* 23.
Subjectum eucharistiæ sacramenti describitur, *num.* 24.
De ministro pariter sequitur, *num.* 24.
Sacramentum illud maximam a nobis venerationem exigit, *num.* 25.
Sancta sedes apostolica Orientalibus inculcat, quæ ad istius sacramenti venerationem pertinent, et varios abusus tollere voluit, *num.* 25.
Multi sunt apud Orientales ritus, qui ad eucharistiæ sacramentum spectant minime a missionariis contemnendis, *num.* 26.
Speciales hujusmodi Orientalium ritus disertissime describuntur, *num.* 27 *ad* 31.

## EUNUCHUS, EUNUCHI (III, 813).

An liceat sine necessitate in evirationem suam consentire, et num sacerdos vel diaconus qui illam in se commiserit possit munus suum in missa exercere. Vid. *verb.* Eunuchus, Eunuchi, *per totum*.
Enuchi, Castrati, et Spadones qui sint. Vide *verb.* Patria potestas, *num.* 26.
Enuchi, an possint contrahere matrimonium. Vide *verb.* Impedimenta Matrimonii.

## EUROPA.

Europa unde sit dicta. Vide *verb.* Mundus, *num.* 78.

## EVA.

Eva an formata fuerit ex sola costa Adami ; et varia de ipsa. Vide *verb.* Mundus, *num.* 28 *ad* 34.
Eva formata fuit intra paradisum, Adam vero extra et cur, *num.* 39 *et* 40.

## EVAGATIO MENTIS.

Evagatio mentis quid sit, et quale peccatum. Vide *verb.* Acedia, *num.* 16 ; *verb.* Attentio, *num.* 13 *ad* 35 ; *verb.* Missa, *art.* 17, *num.* 21 *ad* 31, et *verb.* Officium Divinum, *art.* 2, *num.* 38 *ad* 47.

## EVICTIO (III, 813).

Evictio quid sit. Vide *verb.* Evictio, *n.* 1.
Quid evincere et præstare evictionem, *num.* 26 *et* 27.
Statim ac emptori lis movetur ad rem evincendam an teneatur venditor emptorem defendere, et litem in se assumere, *num.* 2 *et* 3.
Venditor bonæ fidei, quando teneatur defendere emptorem, et litem in se assumere? *num.* 4, 5 *et* 6.
Venditor, quamvis in contractu specialiter non promiserit evictionem, ad ipsam tenetur, et re evicta ad quid teneatur, *num.* 7 *ad* 10.
Ad hoc ut venditor actione evictionis teneatur, et pretium, et interesse restituere, quid requiratur, *num.* 11 *et* 12.
Venditor bonæ fidei pluribus in casibus non tenetur emptori de evictione, et singuli assignantur, ac explicantur, *num.* 13 *ad* 24.
Quando venditor fuit malæ fidei, ad quid teneatur, *num.* 25.
Supplentur ad evictionis materiam, quæ præteriit auctor, et *septem* dilucidantur requisita ut evictio præstetur, *num.* 28 *ad finem*.

## EXAMEN,

### EXAMINARE, EXAMINARI, EXAMINATORES SYNODALES (III, 823).

Examen novum an sit necessarium in permutationibus ecclesiarum parochialium. Vide *verb.* Examen, Examinare, *num.* 1 *et* 2.
Examen novum requiritur in quolibet ascensu, *num.* 3.
Præsentati ad beneficia simplicia absque prævio examine episcopi institui non possunt ab iis ad quos institutio spectat, *num.* 4.
Nullus consequi potest beneficia in ecclesiis patrimonialibus sine examine episcopi, *num.* 5.
Examen delegari potest ab episcopo, cui directæ sunt bullæ alicujus simplicis beneficii conferendi clerico absenti *in formam dignum*, *num.* 6.
Examen, et approbatio vicariorum ad curam animarum positorum in ecclesiis unitis ordini Sancti Joannis Hierosolymitani ad episcopum pertinet, *num.* 7.
An et quatenus possit episcopus parochos rite ac recte semel approbatos ; iterum ac pluries examinare. Vide *verb.* Parochus, *art.* 1, *num.* 21 *ad* 28.
Examinis pro collatione ecclesiarum parochialium habendi forma præscribitur a Benedicto XIV, *num.* 53.
Examini diœcesani episcopi ante ordinationem subjici debent etiam regulares, *num.* 57.
Examinare non potest episcopus ob beneficium simplex illum, quem jam examinaverat pro ordinis sacri promotione, *num.* 8.
Provisi a sede apostolica an possint ab episcopo examinari, *num.* 10 *et* 11.
Examinatus ad beneficium, vel officium, an sit iterum examinandus ad aliud, *num.* 12.
Examinandi sunt de novo cœpti beneficiarii in quolibet ascensu, *num.* 13.
Approbato in urbe ad curam animarum an possint ab episcopo ordines denegari, *num.* 14 *et* 15.
Clerici Romæ degentes non possunt extra eam ordinari sine examine, et licentia eminentissimi vicarii, *num.* 16.
Episcopus an possit examinare regulares prædicare volentes in ecclesiis extra ordinem, *num.* 17.
Regulares prævio examine semel approbati an possint iterum examinari ; et quid si regulares essent magistri, aut theologiæ lectores, *num.* 18, 19 *et* 20.
Confessarius regularis simpliciter approbatus ab episcopo antecessore, an possit iterum examinari a successore, vel vicario capitulari, vel vicario apostolico, aut generali, *num.* 21 *ad* 24.
Examinatorum synodalium electio quomodo, et quo tempore fieri debeat, *num.* 25 *et* 26, et *num* 59 *et seqq.*
Examinatores synodales, a quo proponi debeant, et approbari, quot eligi possint, ac debeant : quale et an necessarium eorum juramentum, *n.* 27 *ad* 33.
Examinatores synodales, an, et quo titulo possint aliquid accipere occasione examinis, an possit ipsis aliquod stipendium assignari : et in quas pœnas incidant aliquid accipientes, *num.* 33 *ad* 38.
Examinatores debent renuntiare episcopo idoneos repertos in examine, *num.* 39.
Approbatus in concursu qui dicatur, *num.* 40.
Examinatores quomodo, et quando, vota sua conferre, ac dare debeant, *num.* 41 *et* 42.
Ad quem spectet magis idoneos eligere, et quis ex ipsis præferendus sit et an episcopus teneatur eligere ex collatione votorum, et idonei, ac approbati qui dicantur, *num.* 43 *ad* 47.
Approbatur auctor, *num.* 43, et simul datur modus quem tenere debent examinatores synodales, ut de moribus, et doctrina eorum qui fuerunt examini subjecti, referant, *num.* 71 *et seqq.*
Episcopus an possit solus eligere ; et quid possit in paritate votorum, *num.* 48, 49 *et* 50.

Digitized by Google

In diœcesi, ubi sunt duæ cathedrales unitæ, an in qualibet deputandi sint examinatores distincti, *num.* 51.

Alia ad rem ab operibus Benedicti XIV excerpta, *num.* 52 *et seqq.*

Alia ad rem. Vide *verb.* Approbatio, *art.* 1, *num.* 47 *et seqq.*, *verb.* Beneficia, *art.* 3, *num.* 22 *ad* 64, et *verb.* Concursus, *art.* 2 *et* 3 *per tot.*

## EXARCHI ET PRIMATES (III, 841).

Exarchi varia apud Græcos significatio; et contracta ad ecclesiasticam dignitatem, communis patriarchis et metropolitanis. Vid. *verb.* Exarchi et Primates, *num.* 1 *ad* 3.

Quibus proprie id nominis datum, *num.* 4.

Tres tantum fuere olim apud Græcos hujuscemodi Exarchi, *num.* 5, 6.

Eorum jura patriarchæ Constantinopolitano tandem cessere, *num.* 7.

Quinam exarchi dicti posterioribus sæculis, *num.* 8 *ad* 10.

Iidem Latinis Primates, qui Græcis Exarchi; alii quidem honoris, alii potestatis erant, *num.* 11, 12.

Peculiaris Africanarum Ecclesiarum circa primates disciplina, *num.* 13 *ad* 16.

## EXCENTRICI CIRCULI.

Qui sint. Vide *verb.* Mundus, *num.* 103.

## EXCOMMUNICATIO (III, 845).

EXCOMMUNICATIO, QUOAD EJUS ESSE, ET DIVISIONEM.

Excommunicatio quid sit, propter quid in ecclesiam inducta, et a quo in praxim deducta. Vide *verb.* Excommunicatio, *art.* 1, *num.* 1, 2 *et* 3.

Num excommunicatio Christianorum a Judaica excommunicatione originem traxerit, non conveniunt inter se eruditi, *num.* 23.

De variis excommunicationis speciebus, quæ tum antiquitus obtinuerunt, tum nunc obtinent, *num.* 24.

De origine excommunicationis ipso jure, et minoris, *num* 25.

Excommunicatio appellatur etiam Anathema; quid significet hoc nomen, et in quo differat ab excommunicatione, *num.* 4, 5 *et* 6.

Excommunicatio et anathema quomodo incurrantur, et infligantur, et ad rem modus observandus traditur, *num.* 7, 8, 9 *et* 10.

Excommunicatio dividitur, primo in majorem, et minorem, et quæ sit utraque, *num.* 11, 12 *et* 13.

Excommunicatio simpliciter lata quomodo intelligi debeat, *num.* 14.

Excommunicatio dividitur secundo in excommunicationem latæ, vel ferendæ sententiæ, et quæ sit utraque, *num.* 15, 16 *et* 17.

Quando excommunicatio sit latæ, vel ferendæ sententiæ, et quando incurratur, vel non, ante sententiam judicis. Vide *verb.* Lex, *art.* 2, *num.* 27 *ad* 44.

Excommunicatio dividitur tertio in excommunicationem a jure, vel ab homine, et quæ sit utraque, *num.* 18 *ad* 21.

Excommunicatio dividitur quarto in reservatam, et non reservatam, *num.* 22.

## EXCOMMUNICATIONES.

Summo pontifici reservatæ in bulla *Cœnæ.* Vid. *verb.* Excommunicatio, *art.* 2, *per totum.*

Summo pontifici reservatæ contra prælatos ecclesiæ, contra clericos sæculares et regulares, contra regulares, contra dominos temporales, et contra omnes. Vide *verb.* Excommunicatio, *art.* 3, *per tot.*

Nemini reservatæ, contra episcopos, contra clericos, contra regulares, contra dominos temporales, contra magistratus et judices, contra omnes. Vide *verb.* Excommunicatio, *art.* 4, *per totum.*

EXCOMMUNICATIO QUOAD EOS, QUI POSSUNT VEL NON EXCOMMUNICARE, ET EXCOMMUNICARI.

Excommunicare potest summus pontifex in toto orbe. Vide *verb.* Excommunicatio, *art.* 5, *num.* 1.

Excommunicare possunt episcopi, aliique ordinarii cardinales, legati sedis apostolicæ, capitula cathedralia, vicarius generalis episcopi, et capituli, prælati, et præpositi collegiatarum, et alii habentes jurisdictionem in foro Ecclesiæ, abbates, ac superiores regulares, tum generales provinciales, ac etiam locales, concilia generalia et provincialia, capitula et congregationes regularium, *num.* 2 *ad* 9.

Excommunicare possunt alii auctoritate ordinaria, alii potestate delegata, et quinam ii sint, *num.* 26 *et seqq.*

Num parochus potestate ordinaria excommunicandi polleat, *num.* 28.

Qui excommunicare non possint, *num.* 10, 11 *et* 12.

Qui excommunicari possint, *num.* 13 *et* 34.

Qui excommunicari non possint, *num.* 14 *ad* 20, et *num.* 31.

Collegium, communitas, universitas, vel aliud corpus politicum, quando excommunicari possit, vel non et a quo possit in casu, etc., *num.* 21 *ad* 25, *num.* 34.

Num excommunicatus nondum absolutus possit ex alio delicto iterum excommunicari, *num.* 36.

Exempti possunt etiam excommunicari in casu, in quo ex speciali delegatione subjiciuntur, *n.* 37.

Quid autem si speciali privilegio donentur, ne excommunicari queant, *num.* 37.

EXCOMMUNICATIO QUOAD EJUS EFFECTUS.

Effectus excommunicationis majoris quot et qui sint, et singuli explicantur. Vide *verb.* Excommunicatio, *art.* 6, *num.* 1 *ad* 25.

Effectus excommunicationis minoris quot, et qui sint et singuli explicantur, *num.* 26 *ad* 29, *num.* 30 *et seqq.*

Recensentur civiles excommunicationis effectus, *num.* 37 *et seqq*

EXCOMMUNICATIO QUOAD EJUS ABSOLUTIONEM.

Ab excommunicationibus a jure latis, et nemini reservatis qui possint absolvere. Vide *verb.* Excommunicatio, *art.* 7, *num.* 1 *et* 2.

Ab excommunicationibus a jure latis, et papæ reservatis, qui possint absolvere, *num.* 2.

Ab excommunicationibus ab homine latis per sententiam specialem, qui possint absolvere, *n.* 3 *ad* 7.

Ab excommunicationibus ab homine latis per sententiam generalem, sine ulla reservatione, qui possint absolvere, *num.* 8 *et* 9, *num.* 29 *et seqq.*

Qui est excommunicatus a suo episcopo, an absolvi possit ab episcopo novi domicilii, *num.* 30.

An post interpositam appellationem absolvere valeat judex a quo, *num.* 31.

An ab excommunicatione ipso jure in litteris apostolicis comminata absolvere queat Judex, qui sententiam declaratoriam pronuntiavit, *num.* 32 *et seqq.*

Ab excommunicatione minori a jure lata, qui possint absolvere, *num.* 10.

Excommunicationis absolutio dari potest etiam extra confessionem sacramentalem, etiam absenti, vel invito, mortuo, *num.* 11 *et* 12.

Excommunicationis absolutio dari potest variis modis, et assignantur singuli, *num.* 13 *ad* 18.

Absolutionis formæ variæ esse possunt, assignantur singulæ, *num.* 19 *ad* 22.

Quid requiratur ad hoc, ut quis licite absolvi possit ab excommunicatione, *num.* 23 *ad* 26.

Corrigitur auctor, *num.* 26 *in nota.*

Absolutio extorta metu gravi injuste in eum fine incusso est invalida, *num.* 27.

Absolutio pro foro conscientiæ an prodesse pos-

Digitized by Google

sit etiam pro foro externo; absolutus in foro interno ab excommunicatione an teneatur se gerere in foro externo tanquam excommunicatus. Vide *verb.* Excommunicatio, *art.* 8, *num.* 1.

Absolutus in foro conscientiæ ab excommunicatione occulta, an possit habere communionem in divinis in foro externo; et quid si excommunicatio sit notoria, vel ejus crimen deferatur ad judicem, *num.* 2, 3 *et* 4.

Vide distinctionem receptam ad hanc quæstionem decidendam, *num.* 5 *ad* 9.

EXCOMMUNICATI QUINAM VITANDI SINT, IN QUIBUS, ET QUALITER VITARI DEBEANT.

Quales excommunicati vitandi essent jure antiquo et quales vitandi sint jure novo. Vide *verb.* Excommunicatio, *art.* 9, *num.* 1, 2 *et* 3, *num.* 27 *et seqq.*

Percussor clerici quando dicatur taliter notorius, ut vitari debeat, *num.* 5, 6 *et* 7, *num.* 29 *et seqq.*

Casus, in quibus vitandi sunt excommunicati quinque assignantur, et explicantur, *num.* 8 *ad* 13, *et in nota.*

Quin in aliquo ex supradictis casibus cum excommunicatis communicat, an peccet, et in quas censuras incurrat. Et quid si excommunicatus sit nominatim a papa, *num.* 14, 15 *et* 16.

Assignantur, et explicantur causæ ob quas, licet communicare cum excommunicatis vitandis, *num.* 17 *ad* 22.

Ad *Extrav. Ad vitanda.* Vide *nov. add. num* 24 *et seqq.*

DE EXCOMMUNICATIONE CANONIS QUOAD SUUM ESSE, INTELLIGI.

Excommunicatio canonis quare sic appelletur Vide *verb.* Excommunicatio, *art.* 10, *num.* 1.

Quid intelligatur per illa verb. SI QUIS SUADENTE DIABOLO MANUS VIOLENTAS INJECERIT IN CLERICUM, *num.* 2 *ad* 6.

Quales sint illi clerici, qui non gaudent privilegio canonis, *num.* 7 et 10.

Per ly *monachum* qui regulares intelligantur, *num.* 11 *ad* 19.

Num excommunicatio *Can., Si quis suadente,* sit latæ sententiæ, *num.* 20 *et seqq.*

AB EXCOMMUNICATIONIS HUJUS INCURSU QUINAM EXCUSENTUR, VEL NON.

Ab incursu hujus excommunicationis excusantur laborantes ignorantia invincibili, tam juris, quam facti. Vide *verb.* Excommunicatio, *art.* 11, *num.* 1.

Excusantur quoque clericum percutientes in variis casibus, qui assignantur, et singuli explicantur *num.* 2 *ad* 13 *et num.* 28 *et seqq.*

Qui non excusentur ab incursu dictæ excommunicationis, *num.* 14 *ad* 27.

AB EXCOMMUNICATIONE CANONIS QUINAM POSSIT ABSOLVERE VEL NON.

Clerici percussio triplex assignatur, et explicatur. Vide *verb.* Excommunicatio, *art.* 12, *num.* 1 *ad* 4.

Percussio de se levis quomodo possit esse gravis, et enormis, *num.* 5 *et* 6.

In articulo mortis quis possit absolvere ab excommunicatione canonis, *num.* 7 *et* 8.

Extra articulum mortis quis possit absolvere ab hac excommunicatione ob percussionem levem, vel mediocrem, et enormem, sive occultam, sive publicam, *num.* 9 *ad* 14.

Prælati regulares an possint suos subditos, et novitios absolvere ab excommunicatione contracta ob quamcunque percussionem; et quid si percussores sint diversi ordinis, vel religiosi ad invicem se percusserint, vel percusserint clericum sæcularem, *num.* 15 *ad* 20 *et verb.* Prælatus regularis, *num.* 31.

Moniales sive exemptæ, sive subjectæ ordinariis a quo possint absolvi, *num.* 21 *et* 22.

Regulares an, et quando possint absolvere a percussione levi, *num.* 23.

Et ad materiam hujus art. Vide *num.* 24.

EXSECUTOR LITTERARUM APOSTOLICARUM (III 905).

Exsecutor alius est merus, et alius mixtus, et quis sit uterque. Vide *verb.* Exsecutor litterarum apostolicarum, *num.* 1.

Exsecutor per quas clausulas vocetur mixtus, *num.* 2 *ad* 7.

Quid requiratur ad hoc ut exsecutor apostolicus possit procedere, *num.* 8, 9 *et* 10 *et num.* 62 *et* 63.

Ordinarii an possint impedire tales exsecutiones vel an possint cum exsecutore litteras apostolicas exsequi *num.* 11 *et* 12.

Dispensationes matrimoniales, aliæ ac apostolicæ quibus, committi soleant; et quis eas exsequi possit sede vacante per mortem episcopi, *num.* 13 *ad* 23.

Deputato uno, an possit alter ad exsecutionem se intromittere; et per quid commissio possit transire ad aliam personam, *num.* 24 *ad* 29.

Vicarius episcopi solum confirmati an possit exsequi dispensationes, *num.* 30.

Vicarius, si fiat episcopus illius diœcesis, an possit exsequi dispensationem sibi commissam. Et quid si episcopus esset suspensus, vel excommunicatus, *num.* 31 *et* 32.

Exsecutor debet servare formam in litteris præscriptam, *num.* 33.

Exsecutor, ejusque notarius an possint pro exsecutione aliquid accipere, *num.* 34 *ad* 38.

Exsecutor dispensationis apostolicæ pro foro interno super impedimentis matrimonii occultis, qui esse possit vel non, *num.* 39 *ad* 44.

Exsecutor debet esse approbatus ab ordinario loci, et specialiter electus pœnitente; et quid si electus recuset, *num.* 45, 46 *et* 47.

Exsecutor an debeat testes adhibere; et quid de litteris exsecutionis agere debeat, *num.* 48 *et* 49.

Episcopus non retinens vicarium, an possit exsequi litteras eidem directas, *num.* 51.

Alia de exsecutoribus. Vide apud Rosam de exsecutoribus litterarum apostolicarum, *Part.* 1 *et* 2.

An exsecutor certus in litteris apostolicis datus possit subdelegare, *n.* 52 *et seqq.*

Auditor Cameræ, qui est exsecutor omnium litterarum apostolicarum, an cumulative procedere valeat exsecutionem litterarum apostolicarum, *num.* 57.

Quænam obtinuerit distinctio in foro circa quæstionem mutationis exsecutoris litterarum apostolicarum, *n.* 61 *et* 62.

EXSECUTOR TESTAMENTARIUS.

Vide *verb.* Testamentum, *art.* 3.

EXEMPTIO REGULARIUM.

Vide *verb.* Regulares, *art.* 2.

EXSEQUIÆ (III 915).

Nonnulla producuntur ad exsequias pertinentia. Vide *verb.* Exsequiæ *per totum.* Vide *verb.* Funeralia, *verb.* Sepultura.

EXERCITIA SPIRITUALIA (III, 9.5).

Afferuntur duæ epistolæ encyclicæ ad rem

Digitized by Google

spectantes. Vide *verb.* Exercitia spiritualia, *num.* 1, 2.

Fratres minores exercitiis vacantes quam indulgentiam lucrentur, *num.* 3.

## EXHÆREDATIO (III, 919).

Exhæredatio quid sit. Vide *verb.* Exhæredatio, *num.* 1.

Exhæredatio tam ascendentium, quam descendentium, ad hoc ut valide fiat, et suum sortiatur effectum, quid requiratur, *num.* 2 *ad* 9.

Causæ legitimæ exhæredandi descendentes quatuordecim enumerantur et assignantur, *num.* 10 *ad* 25.

Quando proles possit exhæredari propter contractum matrimonium invitis parentibus juxta statuta municipalia locorum, *num.* 26 *ad* 29.

Causæ legitimæ, ob quas licet liberis exhæredare parentes, vel alios ascendentes, assignantur, *num.* 30 *ad* 38.

Omnes dictæ causæ exhæredandi quando cessent, *num.* 39 *et* 40.

Causæ, ob quas exhæredari poterit frater in casu, quo turpis persona instituta est hæres, tres assignantur, *num.* 41 *ad* 44.

Exhæredatio ut plurimum fit *notæ causa*, *et in pœna librorum.* Sed et fieri potest exhæredatio *bona mente*, *num.* 45 *et* 46.

Quæ sit exhæredatio bona mente, *num.* 47 *et seqq.*

## EXSILII PŒNA.

Exsilii pœna quid sit. Vide *verb.* Pœna, *art.* 1, *n.* 13.

## EXORCIZARE, EXORCISTA (III, 927).

Exorcizare sumitur in duplici sensu, et uterque assignatur; ejusque secundo sensu capti traditur definitio. Vide *verb.* Exorcizare, *num.* 1, 2 *et* 3.

Exorcismi cæremonia, quæ fit in baptismo, ubi imperetur, et de ea fiat mentio, *num.* 4, 5.

Infans ratione periculi baptizatus, an debeat exorcizari, et quid sit exorcistæ munus, *num.* 6 *et* 7.

Ad licite exorcizandum quid requiratur, et quid de Exorcistis utentibus modis insolitis, *num.* 8 *ad* 11 *et num* 18 *et* 19.

Pro exorcizanda moniali, an concedatur licentia ingrediendi clausuram; et a quo, quomodo, et in quo loco sit exorcizanda, *num.* 12 *ad* 16.

Signa præcipua energumenorum referuntur, *num.* 17.

Primis Ecclesiæ sæculis non solum clerici, verum et laici donum ejiciendi dæmones habuere, et sic exorcistarum officium usurparunt, *num.* 21, 22 *et* 23.

Postea peculiare munus in Ecclesia fuit eorum qui in gradum exorcistarum cooptati erant, *num.* 24.

Per id vero temporis ad exorcistatum non ordinabantur nisi provectioris ætatis, *num.* 25 *et* 26.

Quid evenerit mutata hac disciplina, *in nov. add. num.* 26.

## EXORCISTATUS.

Exorcistatus quid sit, quæ ejus materia, et forma et quando fuerit institutus. Vide *verb.* Ordo, *art.* 1 *num.* 34.

Exorcistatus conferendus est subdiacono, diacono, et præsbytero Græco, qui ritu Latino ad diaconatum, presbyterarum, aut episcopatum sint promovendi. Vide *n.* 34 *ad* 56.

## EXPILATA HÆREDITAS.

Expilatæ hæreditatis quæ pœna sit, et quid sit hoc crimen. Vide *verb* Pœna, *art.* 2, *num.* 98.

## EXPOSITI FILII.

Vide *verb.* Expositi filii, *verb.* Filius *num.* 17 *ad* 20 *verb.* Parentes, *num.* 20 *ad* 32.

## EXPOSITIO SS. SACRAMENTI (III, 933).

Quando permitti non debet. Vide *verb.* Expositio sanctissimi sacramenti, *num.* 1.

Usus exponendi sanctissimam Eucharistiam in festis sanctorum apud plures scriptores reprobatur, *num.* 2.

Quando exponitur sanctissimum sacramentum, quot candelæ ardere debeant, *num.* 3 et 4.

## EXSTINCTIO VOTI.

Vide *verb.* Votum, *art.* 3 *n.* 2 *ad* 9.

## EXTRACTIO (III, 933).

De extractione rei inquisiti, vel damnati a loco immuni in casibus permissis. Vide *verb.* Extractio, *num.* 1 *et seqq.*

Extractio segetum, farinæ, et olei extra statum ecclesiasticum sine speciali chirographo papæ sub gravissimis pœnis prohibetur, *num.* 6.

Extractio rerum aliarum mobilium quorum arbitrio permittatur. Vide *num.* 7.

In extractione segetum quænam cautelæ adhibendæ, *num.* 8.

Quibus in casibus permittatur extractio segetum, etc., a statu ecclesiæ, *num.* 9 *et seqq.*

## EXTREMA UNCTIO (III, 953).

Variæ unctiones in praxi habentur in ecclesia. Vide *verb.* Extrema Unctio, *num.* 1.

Extremæ unctionis definitio traditur, ac demonstrantur esse novo legis sacramentum, et quando institutum ejusque duplex materia, *num.* 2 *ad* 8.

In quo casu, et quomodo possit oleo benedicto addi oleum non benedictum, *num.* 9 *et* 10.

Forma hujus sacramenti traditur, et quomodo proferenda, ac unctiones faciendæ tam in viris quam in feminis. Et quid si aliquis careat aliquo sensu, vel mutilatus exsistat, *num.* 11 *ad* 17.

In quo casu unica unctio sufficiat, et quando fieri possit absque contactu immediato, *num.* 18, 19 *et* 20 *et in nota.*

Administratio hujus sacramenti in quo habitu fieri possit, ac debeat, *num.* 21.

Minister licitus ac validus hujus sacramenti qui sit. Et in quo casu, et quibus personis possint regulares hoc sacramentum administrare, et de cujus licentia, *num.* 22 *ad* 28.

Unctiones a quot sacerdotibus fieri possint, ac debeant. Et quid si minister moriatur dum actu ungit. Et validum sit sacramentum si unus ungat, et alter proferat verba, *num.* 29 *ad* 33.

Subjectum capax hujus sacramenti assignatur. Et quibus personis ministrari possit vel non, *a num.* 34 *ad* 37 *et in nov. add. num.* 86 *et seqq.*

An sit de præcepto hoc sacramentum suscipere, et ipsum negligere quando sit peccatum, vel non. Et an quando, et quomodo peccet parochus non ministrando, vel negligendo administrare hoc sacramentum. Et in quibus casibus teneatur, *n.* 38 *ad* 44.

Effectus speciales, et præcipui hujus sacramenti quatuor assignantur, *num.* 45 *ad* 48.

Oleum infirmorum ubi, et quomodo asservari debeat, *num.* 49 *et* 50.

Sacculus pro includendo vase hujus olei cujus coloris esse debeat, *num.* 51.

Apud Græcos oleum a presbyteris benedicitur; num forma deprecativa sit necessaria in sacramento extremæ unctionis. De forma Ambrosiana istius sacramenti, de partibus corporis inungendis. Vide *num.* 68 *ad* 78.

Digitized by Google

Plures presbyteri olim etiam et ecclesia Latina, ut hodie apud Græcos extremæ unctionis sacramentum ministrabant, *num.* 52 *et seqq. et num.* 80 *ad* 85.

# F

## FALCIDIA (III, 950).

Falcidia quid sit, quale motivum ejus originis, et a quo sic dicta. Vide *verb.* Falcidia, *num.* 1, 2, 3.

Trebellianica quid sit, a quo sic dicta, in quo differat a Falcidia, *num.* 4 *ad* 7 *et infra n.* 33.

Falcidia ex quibus bonis detrahatur, et ad quid teneatur hæres prætendens hujusmodi detractionem, pro qua detrahenda quæ quantitas bonorum attendi debeat, *num.* 8 *ad* 14.

Falcidia ex quibus bonis detrahi non possit, et an sit, et quomodo detrahenda inter duas causas pias, *num.* 15 *ad* 24.

Falcidia non habet locum in testamento militis, *num.* 25.

An, quando, et quomodo possit testator prohibere Falcidiæ detractionem, *num.* 26 *ad* 31.

Falcidia non potest detrahi ab hærede, qui non confecit Inventarium, *num.* 32.

Quæ dicta sunt de Falcidia an, et quomodo intelligenda sint etiam de Trebellianica, *num.* 33 *et* 34.

Liberi præter legitimam an possint etiam deducere Falcidiam vel Trebellianicam, *num.* 35, 36 *et* 37.

Recensentur ea, quæ a jure novo correcta sunt quoad legem Falcidiam, *num.* 38.

Quomodo æstimatio Falcidiæ ineunda in annuis legatis et in legata alimentorum, *n.* 39.

## FALSUM, FALSARIUS (III, 960).

Falsum quid sit, et ad ejus crimen quot requirantur. Vide *verb.* Falsum, Falsarius, *num.* 1 *et* 2 *et num.* 90 *et* 91.

Falsum principaliter quatuor modis committitur, id est dicto, scripto, facto, usu, seu potius abusu, *num.* 3.

Dicto crimen falsi quinque modis committitur, et singuli assignantur, et explicantur, *num.* 4 *ad* 9.

Scripto crimen falsi sex modis committitur, et singuli assignantur ac explicantur, *num.* 10 *ad* 15.

Facto committitur quindecim modis, et singuli assignantur, et explicantur, *num.* 16 *ad* 32.

Infinitæ sunt species falsi, sed ad duo summa capita referri possunt, ad falsum scilicet testamentarium, et ad falsum nummarium, *num.* 90.

Explicatur Lex 13, § 1 *ff ad leg. Cornel. de Fals.*, *num.* 91 *et seqq.*

Falsum circa monetam quibus modis committatur, *num.* 33 *ad* 36.

Usu, seu potius abusu, dupliciter committitur crimen falsi, et assignantur, *num.* 37 *et* 38.

Litteræ apostolicæ falsari possunt novem modis, et assignantur, *num.* 39.

Pœnæ falsantium litteras apostolicas assignantur, et luculenter explicantur, *num.* 40 *ad* 52 *et num.* 87, 88.

Nomine litterarum apostolicarum in ordine ad pœnas contra earum falsarios quid veniat, vel non, *num.* 53 *ad* 60.

Falsificantes litteras papæ, et imperatoris, regis, principis supremi, proregis, magistratus, vel alterius tribunalis qua pœna puniantur, *num.* 61, 62 *et* 63.

Clericus falsificans sigillum principis, aut litteras episcopi, aut capituli, qua pœna puniendus, *num.* 64 *et* 65.

Regulares, et præcipue ordinis Minorum falsificantes litteras prælatorum quæ pœna puniantur, *num.* 66 *et* 67.

Pœna ordinaria circa nobiles falsarios quæ olim fuerit, et quæ nunc sit, *num.* 68.

Pœna falsi testibus in causis civilibus, vel criminalibus quæ sit, et si quid testis falsus sit clericus, *num.* 69, 70 *et* 71.

An lege Cornelia teneatur is qui non falsum testimonium dixit, sed verum renuit, *num.* 92.

An in eamdem legem incidat, qui pecuniam ad testimonium dicendum accepit, nec tamen producentem, sed adversarium ipsius testimonio adjuvit, *num.* 93.

Pœna notarii scribentis falsum testamentum ve. instrumentum et falsificantis manum alicujus, et copiam ab originali diversam exemplans quæ sit *num.* 72 *et* 73.

Pœna advocati, vel procuratoris, vel judicis falsum committentis quæ sit, *num.* 74 *et* 75.

Pœna falsificantium legitimas mensuras, et fabricantium falsas monetas quæ sit, *num.* 76 *et* 77.

Pœna impedientium aliquem testari, vel jam factum testamentum mutare, vel ad testandum compellentium quæ sit, *num.* 78.

Pœna supponentis falsum partum quæ olim fuerit, et nunc sit, *num.* 79.

Pœna eorum, qui falsum committunt occultando, subripiendo, lacerando scripturas, etc., quæ sit, *num.* 80.

Assumens nomen curiæ, vel magistratus, cum non sit talis, qua pœna puniendus, *num.* 81, 82 *et* 83.

Aliorum falsariorum pœna, *num.* 84.

Ad hoc, ut quis de *Falso* pœna ordinaria puniri possit, quid requiratur, *num.* 85 *et* 86.

## FAMA (III, 979).

Fama, opinio, existimatio idem significant. Vide *verb.* Fama, *num.* 1.

Fama quid sit, unde sit dicta, et duplex assignatur, et explicatur, *num.* 2 *ad* 6.

Fama proprie loquendo non dicitur nisi bona sit, et ut talis explicatur, *num.* 7, 8 *et* 9.

Fama interdum accipitur pro infamia, *num.* 10, et *verb.* Infamia, *per tot.*

Fama in quo differat a rumore, et iste quid sit, *num.* 11 *et* 12.

Ut fama probet, quid requiratur, *num* 13 *ad* 16.

In concursu famæ bonæ, et malæ, quæ sit præferenda, *num.* 17.

Fama per quid probari possit, *num.* 18.

Fama an, et quando per se faciat plenam probationem, *num.* 19 *ad* 26.

Fama impedimenti an, et quando sufficiat ad impediendum matrimonium, *num.* 27 *ad* 32.

Rumor an sufficiat ad impediendum matrimonium, *num.* 33.

Fama impedimenti non sufficit ad impediendum matrimonium contractum, *num.* 34.

Quid de fama publica exsistente contra clericum fornicarium, *num.* 35 *et* 36.

Fama non potest prævalere veritati, et affirmativa an prævaleat negativæ, *num.* 37 *et* 38.

An homini sit dominium in famam suam, *num.* 39 *et* 40.

An quis cum periculo suæ famæ alterius famam teneatur sustinere, *num.* 41.

## FAMILIA (III, 987).

Familiæ nomen quid importet. Vide *verb.* Familia, *n.* 1.

Familia alia dicitur effectiva, et alia contentiva, et quæ sit utraque, *n.* 2.

Digitized by Google

Ut quis dicatur de familia contentiva quid requiratur, *n.* 3.
Familia contentiva alia est proxima, seu proximior, et alia remota, seu remotior; et quæ sit utraque. Et in istarum concursu, quæ intelligatur vocata, *n.* 4 *et* 5.
Familiæ appellatione quales agnati veniant. Et unde in hac re mens testatoris intelligi possit, indicatur, *n.* 6 *ad* 10.
Quando vocata est familia in genere, qualis intelligenda sit. Et quid si plures exsistant Columnelli, *n.* 11 *et* 12.
Agens ad fideicommissum tanquam unus de familia testatoris, quid probare debeat, *n.* 13.
Contendens succedere in majoratu instituto ad favorem proximorum collateralium de familia, quid probare debeat, *n.* 14.
Majoratus institutor quoties vocat masculos de sua familia, quales intelliguntur vocati, *n.* 15.
Feminæ an veniant in appellatione familiæ, *n.* 16, 17 *et* 18.
Quid quando plures familiæ vocatæ sunt successive ad beneficium jurispatronatus, et quid si plures sint passive vocati, *n.* 19 *ad* 22.
Vocatis proximioribus de duabus familiis distinctis cui competat præsentatio, *n.* 23.
Quid si vocentur plures familiæ cum lege quod præsentatio pertineat ad proximiores et seniores, *n.* 24.
Quid si juspatronatus activum reservetur seniori de familia, et passivum omnibus de familia, *num.* 25.
In paritate vocum, qui præferendus sit, *n.* 26, 27 *et* 28.
Major pinguedo vocis, an det prælationem, *num.* 29.
Verba concessionis *ipsis posterisque suis, et post illorum obitum seniori, et antiquiori duntaxat de domo illorum*, quomodo intelligenda sint, et quid, quando vocatur proximior, et antiquior de familia, *n.* 30 *ad* 33.
Quid si juspatronatus spectet ad tres familias proximiores, *n.* 34.
Vocati per posterius non possunt impedire clericatum favore prius vocati, *n.* 35.
Quid si concurrant laicus de linea primo vocata, et clericus de linea secundo vocata, *n.* 36, 37 *et* 38.
Vocatus in jurepatronatus passivo non potest præferri per patronum, *n.* 39.
Passive vocatus quis dicatur, et quando dicatur præsentatus a fundatore, et quid si patronus recuset eum præsentare, *n.* 40, 41 *et* 42.
Oppositio passive vocati habetur pro præsentatione, *n.* 43.
Ordinarius conferendo jure devoluto ad quid teneatur, *n.* 44 *et* 45.
Præsentatus per medietatem vocum, et habens gratiam apostolicam cum derogatione alterius medietatis cui præferatur, *n.* 46.
Habens unam vocem privativam, et alteram cumulativam, cui præferatur, *n.* 47.
Clericus in paritate gradus præfertur laico. Et inter pares gradu æque dilectos quis præferatur, *n.* 48 *et* 49.
In beneficio licet sacerdotali in habitu præfertur sacerdos clerico, *n.* 50.
Ubi fundator requisivit sacerdotium in habitu, quis præferri debeat, *n.* 51.
Civibus et parochianis tanquam compatronis competit privilegium prælationis in paritate vocum. Et compatronis in casu, competit de jure, *n.* 52 *et* 53.
Habens qualitatem sanguinis, et patronalem, cui præferendus sit, et compatronus in paritate vocum cui præferri debeat, *n.* 54, 55 *et* 56.
Præsentatus in paritate vocum cui præferri debeat, *n.* 57.
In beneficiis vere sacerdotalibus sacerdos aptitudine, et de sanguine, cui præferendus, *n.* 58.
Quatuor exornatas ad hunc articulum quæstiones. Vide *n.* 59 *ad fin.*

## FAMILIARIS (III, 1001).

Familiarium nomine qui veniant, et quid requiratur ut quis familiaris dicatur. Vide *verb.* Familiaris, *n.* 1, 2.
Familiaritas vera, et actualis, quæ sit, et quid requiratur ad eam contrahendam, *n.* 3 *et* 4.
Ut probetur vera familiaritas, quid concurrere debeat indicatur, et explicatur, *n.* 5, 6 *et* 7.
Familiares papæ quibus gaudeant privilegiis, a quibus oneribus sint exempti, et qui sint, qui tales appellantur, *n.* 8 *ad* 17.
Familiares cardinalium a quorum jurisdictione sint exempti, quibus gaudeant privilegiis, quid circa beneficia ipsorum, et qui tales vocari possint, *n.* 18 *ad* 29.
Nuntius cui nequeat familiaritates concedere, *n.* 30.
Episcopus quando possit, vel non, familiares suos ad ordines promovere absque ordinarii licentia, vel cum ipsis dispensare; et quid si episcopus sit titularis, *n.* 31 *ad* 41.
Familiares papæ, cardinalium, et episcoporum in curia residentium, an possint a vicario Sanctissimi ad ordines promoveri, *n.* 42.
Cardinales presbyteri quos ordines conferre possint suis familiaribus triennalibus, et ut quis ad hunc effectum familiaris dicatur et quomodo triennium computari debeat, indicatur, *n.* 43 *ad* 46.
Episcopus quod canonicos familiares possit assumere; et an isti lucrentur fructus suarum præbendarum si non resideant tempore familiaritatis, *n.* 47 *et* 48.
Familiares, et alii ministri episcopi quamvis titularis an gaudeant privilegio fori, *n.* 49, 50 *et* 51.
Quinam sint familiares episcopi, qui gaudere possunt privilegio fori, *n.* 67.
Unde repetendum sit jus episcoporum ordinandi suos familiares triennales, *n.* 68 *et seqq.*
Quænam requisita concurrere debeant, ut episcopus ordinare valeat familiares suos triennales, *n.* 70.
An episcopus, sicut potest ordinare familiarem suum triennalem, ita impertiri ipsi possit litteras dimissoriales, ut ab alio episcopo ordinari valeat, *n.* 71.
Episcopi non tenentur dare notam suorum familiarium curiæ laicali, *n.* 52.
Cognitio causæ actualis familiaris archiepiscopi deferentis arma prohibita, ad quem spectet, *num.* 53.
Quid si familiaris nuntii in carcerem mittatur ob delationem armorum prohibitorum a curia laicali, vel aliquod attentatum fiat a regiis ministris in personam familiaris archiepiscopi, *num.* 54, 55 *et* 56.
Fiscalis episcopi extra curiam degens in aliquo loco diœcesis an gaudeat privilegio fori, *n.* 57.
Familiares, et ministri inquisitionis quibus gaudeant privilegiis, si delinquentes, quomodo puniri debeant, et ad quid teneantur, *n.* 58 *ad* 65.
Familiares, ac domestici degentes in monasteriis regularium, an satisfaciant præcepto Paschalis sumendo Eucharistiam ab ipsis regularibus, *n.* 66.
Familiaritas cum Judæis, et hæreticis qualis, et quando sit prohibita Christianis. Vide *verb.* Famuli, *n.* 19 *ad* 25, Hæreticus, *n.* 17 *ad* 36, Hebræus, *fere per tot.*

## FAMULI, FAMULÆ (III, 1009).

Famuli et famulæ monialium, ac regularium in

Digitized by Google

quibus parocho subjiciantur. Vide *verb*. Famuli, *n*. 2 *et* 3.

Quando regulares eisdem possint sacramenta ministrare etiam tempore paschalis ac extremæ unctionis, et sepulturam dare, *n*. 31, 32.

Famuli et famulæ quæ teneantur suis dominis præstare, et quando, et quomodo peccent ratione inobedientiæ, vel negligentiæ, vel rei domesticæ ablationis, vel discessionis ante lapsum terminum, *n*. 4 *ad* 11.

Sententia ab auctore allata castigatur, *in nota ad n*. 11.

Famulus quando peccet, vel non, si in actionibus ad peccatum tendentibus domino cooperetur, *n*. 12 *ad* 16.

Famuli et famulæ coacti laborare die festo, quando hoc eis liceat, et quando excusentur ab audienda Missa in die festo, *n*. 17 *et* 18.

Famulis an et quando liceat Judæis, vel hæreticis famulari, *n*. 19 *ad* 25.

Famuli et famulæ, si judicent salarium suum esse nimis parvum, an possint uti occulta compensatione, *n*. 26 *et* 27, *et verb*. Compensatio.

Quando, et de quibus famuli et famulæ possint facere eleemosynam. Vide *verb*. Eleemosyna.

FEMINA (III, 1025).

Femina an admitti possit ad sacros ordines, et quid de diaconissis, presbyterissis, episcopissis, ac de papissa Joanna. Vide *verb*. Femina, *num*. 1 *ad* 4.

Femina potest habere potestatem jurisdictionis, et sic inspecta quid possit, vel non circa clericos, *num*. 5 *ad* 8.

Femina an docere possit, *n*. 9.

Feminæ in Ecclesia tacere debent, *n*. 10.

Femina habens jurisdictionem an possit publice benedicere, *n*. 11.

Femina non potest pro ministro servire sacerdoti ad altare, *n*. 12.

Femina utens veste virili an peccet, *n*. 13.

Femina turpiter se ornans, vel unguentis se fucans, vel pectore denudato incedens, quando peccet, vel non, *n*. 14 *ad* 20.

Ad *num*. 14 auctor. Vide, *ibid. in nota*.

Et ad *num*. 20. Vid. *ibid. in nota*.

Femina an et quando possit se conspiciendam offerre illi, a quo scit se turpiter amari, *n*. 21 *ad* 28.

Auctoris contradictio ostenditur, *in not. ad num*. 26.

Femina an, et quando permittere possit tactum sui, vel osculum, vel amplexum, *n*. 27 *ad* 30.

Sed ad *num*. 30, auctor. Vide notata, *ibid. in nota*.

Femina an, et quando possit accipere munera ab amasio. Et an teneatur ad restitutionem, *n*. 31 *ad* 34.

Reprehenditur auctor, *num*. 33, *ibid. in nota*.

Femineus sexus in quo sensu dicatur devotus, *n*. 35.

Femina quædam viginti duos habuit maritos, et deinde nupsit viro, qui viginti sepelierat uxores, *n*. 36.

Expenditur dictum Ecclesiastici, cap. XLI, vers. 14: *Melior est enim iniquitas viri, quam mulier*, etc., *n*. 37.

Expeditur quid sit mulieres remotas esse *ab omnibus officiis civilibus vel publicis ad leg*. 2 *ff. De reg. jur. num*. 38 *et seqq*.

FENESTRÆ (III, 1025).

Nemo potest in muro alieno sine servitute fenestram construere, vel aperire; et præcipue in ecclesia, quod prohibetur tum a sancto Pio V, tum a variis Sacræ Congregationis decretis. Vide *verb*. Fenestræ, *n*. 1 *ad* 6.

Fenestræ respicientes in monasteria monialium non sunt permittendæ; et an claudendæ quæ exsistunt, et quomodo construendæ, vel destruendæ mansiones monasteriis propinquæ, *n*. 7 *ad* 12, *et n*. 20.

Sed vide ad materiam distinctionem, *n*. 23 *et seqq*.

Monialium fenestræ cujus altitudinis esse debeant, et fenestræ communionis an possint collocutoriis inservire, *n*. 13 *ad* 16.

Fenestræ regularium quomodo et quando claudi debeant, si habeant prospectum in vicinas ædes sæcularium, *ibid. n*. 17.

Fenestrarum aperitioni quando locus sit in monasteriis monialium, *n*. 18.

An liceat monialibus usus telescopii, *n*. 19.

FERRAGOSTO.

Vide *verb*. Ferragosto, *per totum*.

FESTA (III, 1029); FESTIVITATES (III, 1029).

Festa, quæ nunc sunt de præcepto, enumerantur. Vide *verb*. Festa, *n*. 1.

An liceat episcopis in sua diœcesi dies festos indicere, *n*. 2 *et* 3.

Affertur decretum super electione sanctorum in patronos, et explicatur, et quæ promissio in tali electione fieri nequeat indicatur, *n*. 4 *ad* 7.

Princeps laicus an possit diem festum instituere, et ad hoc an requiratur populi consensus, et populus an possit cogi ad ejus observantiam, *num*. 8 *ad* 11.

Festa de præcepto sunt ab omnibus observanda, et quid sit festum sanctificare; et an liceat, vel quid permittatur tali die laborare, *n*. 12 *ad* 19.

Licentia laborandi diebus festis a quo petenda, et quomodo concedenda sit, *n*. 20 *ad* 23.

Licentia vendendi diebus festis a quo concedenda sit, et diei festivi bannimentum ad quem spectet, *n*. 24 *et* 25.

Edictum curiæ laicalis super diebus festivis in episcopi præjudicium an valeat, *n*. 26 *et* 27.

Pœna pro transgressione festorum imponenda qualis esse debeat, indicatur, *n*. 28, 29 *et* 30.

Episcopus an possit laborandi diebus festis licentiam denegare, et an pro tali licentia possit aliquid exigere, *n*. 31 *ad* 34.

Dispensare super observatione festorum an spectet etiam ad vicarium quamvis foraneum, *n*. 35.

Festa ab episcopis instituta an sint ab omnibus eorum subditis observanda, et an possint de novo aliqua instituere, *n*. 36 *et* 37.

Regulares an, et quibus possint concedere licentiam laborandi diebus festis, *n*. 38, 39 *et* 40.

Festa mobilia in die Epiphaniæ quis publicare debeat, et an regulares possint ea annuntiare in eorum ecclesiis, *n*. 41 *et* 42.

Regulares an cogi possint ad dierum festorum observantiam, et dies festus titularis an possit monialibus prohiberi, *n*. 43 *et* 44.

Festivitas alicujus sancti cum majori pompa celebrari debet in ecclesia ejus nomini dicata; et duæ ecclesiæ vicinæ an possint eadem die idem festum celebrare, *n*. 45 *et* 46, et *verb*. Visitatio *in fine*.

Festum sancti Antonii Patavini a quibus possit eadem solemnitatis die celebrari, *n*. 47 *et* 48.

Quid si festum Annuntiationis beatæ Mariæ Virginis vel sancti Joseph, occurrerint in feria sexta Parasceve, vel Sabbato sancto, vel feria quinta in Cœna Domini, *n*. 49 *ad* 53.

Quid si festum sancti Matthiæ occurrat feria quarta Cinerum, *n*. 54.

Festum sanctissimi Corporis Christi a quo institutum, quæ sint motiva ipsius institutionis, a quo revelata talis institutio, ubi primo fuerit celebratum, et alia ad solemnem ejus processionem spectantia expenduntur, *n*. 55 *ad* 70.



Digitized by Google

Festa Immaculatæ Conceptionis beatæ Mariæ Virginis, sancti Joseph, sanctæ Annæ, an ab omnibus de præcepto observanda sint, Vide *verb.* Festa, *num.* 71, 72 *et* 73.

Festum sancti Patris Francisci a quibus indictum fuerit de præcepto, et a quo ablatum, *n.* 74.

Festum Omnium Sanctorum qua ratione celebretur, *n.* 75.

Festum sanctorum Fabiani et Sebastiani an una simul celebrandum, *n.* 76.

Festa de sanctis Veteris Testamenti celebrari possunt, *n.* 77.

Festum de patrono principaliori loci quomodo celebrandum, *n.* 78.

Mercatus an fieri possit diebus festivis, *num.* 79.

Quid stabiliverit Benedictus XIV, pro diebus festis, *n.* 81 *ad* 139.

Catalogus effertur episcoporum et diœcesum, qui usque ad annum 1748 petierunt, et exsecuti sunt facultatem diminuendi dies festos, *num.* 140.

Quatuor potissimum discutiuntur circa dies festos, Et quidem I. Quis possit indicere dies festos, *num.* 141.

II. Quid importet observatio dierum festorum, *num.* 142.

III. Quis possit dispensare super observatione dierum festorum, *num.* 143.

IV. Quis animadvertere possit in violatores dierum festorum, *num.* 144.

Festivitates et solemnitates novorum beatorum, et sanctorum a quibus prius, et quomodo sint peragendæ in ordine fratrum Minorum. Vide *verb.* Cultus sanctorum, *num.* 90.

Quoad peregrinos et advenas circa festa. Vide *verb.* Lex, *art.* 3, *num.* 40.

## FETUS.

Fetus animati et inanimati abortum procurantes, consulentes etc., quas pœnas incurrant. Vide *verb.* Abortus, et *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 30.

## FEUDUM (III, 1067).

FEUDUM QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT EJUS ORIGINEM, NATURAM, ET DIVISIONEM.

Feudum unde originem habeat, ejusque nomen derivetur. Vide *verb.* Feudum, *art.* 1, *n.* 1 *ad* 3.

Feudi definitio traditur, et explicatur, *num.* 4 *ad* 9.

Assignantur, et explicantur decem feudi divisiones, *num.* 10 *ad* 33.

Feudum ecclesiasticum quid sit, *num.* 34.

Feudum ecclesiasticum in sensu lato, et stricto, *num.* 35.

De origine et occasionibus feudi ecclesiastici in sensu stricto, *num.* 36.

Utrum feudum ecclesiasticum in dubio *proprium*, an improprium censeri debeat, *num.* 37, 38 *et* 39.

Num feudum ecclesiasticum subsit juri communi feudali, *num.* 40.

FEUDUM QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT ILLOS, QUI DARE, ET ACCIPERE, ET SUCCEDERE POSSUNT IN FEUDUM.

Qui dare possint in feudum, et quæ bona. Vide *verb.* Feudum, *art.* 2, *num.* 1 *ad* 5.

Papa noviter assumptus, et cardinales in assumptione pilei, et sede vacante in conclavi, quid promittere et jurare debeant de non infeudandis civitatibus, oppidis, ac aliis locis sanctæ Romanæ Ecclesiæ, et jam infeudata, ac sanctæ sedi devoluta, vel pro tempore devolvenda, an incorporata eidem sanctæ sedi censeri debeant, *n.* 6 *ad* 12.

Qui feudum accipere possunt indicantur, *n.* 13 *ad* 17.

Succedunt in feudis primo loco descendentes filii et nepotes, et quales filii, et quomodo inter se succedant indicatur, *n.* 18 *ad* 25.

Ascendentes an succedere possint in feudum, et ipsis deficientibus, quis, et quomodo succedere debeat gradatim, *n.* 26 *ad* 32.

Clerici et religiosi in quibus feudis succedere possint, vel non, *n.* 33, 34 *et* 35.

Monasterium bonorum capax in quibus feudis, et cujus loco succedere possit, *n.* 36 *ad* 40.

Feminæ, et descendentes ab eis masculi an et in quibus feudis succedere possint, *n.* 41 *ad* 45.

In feudis successio quomodo introducta, *num.* 46.

Quatenus prohibeatur prælatus bona Ecclesiæ infeudare, *n.* 47 *et seqq.*

FEUDUM QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT MODOS, QUIBUS ACQUIRITUR, CAUSAS, OB QUAS AMITTITUR, ET JURA, ET OBLATIONES, QUAS RATIONE IPSIUS HABENT TAM DOMINUS, QUAM VASSALLUS.

Feudum tribus modis acquiri potest, et assignantur singuli. Vide *verb.* Feudum, *art.* 3, *n.* 1.

Per pactum quid intelligatur, *n.* 2.

Investitura quid, et quotuplex sit, et an requiratur ad acquirendum feudum, *n.* 3 *ad* 7.

Feudum acquiritur etiam præscriptione, et quid necesse sit ad sic acquirendum innuitur, *n.* 8 *ad* 13.

Feudum an, et quomodo acquiratur successione. Vide *art. antec. num.* 18 *et seqq.*

Feudum quot modis amitti ac finiri possit, et assignantur causæ talis amissionis, *n.* 15 *ad* 24.

Feudum amissum ob aliquam ex dictis causis ad quos revertatur, *n.* 25.

Jus competens domino directo feudi, et obligationes domini directi erga vassallum assignantur, *n.* 26 *et* 27.

Jus competens vassallo, ejusque obligationes erga dominum directum assignantur, *num.* 28, 29 *et* 30.

Vassallus quid possit vel non circa feudum, absque consensu domini, *n.* 31 *ad* 46.

Agnati remotiores an, et quando possunt feudum alienatum revocare, *num.* 47 *et* 48.

An liceat alienare feudum ad ratificationem domini, *n.* 49.

De successione in feuda ecclesiastica, *num.* 50 *ad* 58.

In dubio feuda ecclesiastica feminina potius, quam hæreditaria præsumi debent, *n.* 53.

Quomodo prælatus se gerere debeat circa felloniam in feudis ecclesiasticis commissam, *n.* 56.

Remissio felloniæ in feudo ecclesiastico ad quem spectet, *num.* 57 *et* 58.

## FIDEICOMMISSUM (III, 1093).

Fideicommissum quid sit. Vide *verb.* Fideicommissum, *num.* 1.

Hæres, qui jubetur hæreditatem restituere; et ille, cui restituitur, quomodo vocetur, *num.* 2 *et* 3.

Fideicommissum quomodo dicatur, et quando ejus usus incœperit, *n.* 4 *et* 5.

Fideicommissum aliud est universale, et aliud particulare, aliud purum, et aliud conditionale, et singula explicantur, *n.* 6 *ad* 9.

Fideicommissum rursus subdistinguitur in restitutorium et conservatorium: et in ordinarium et extraordinarium, et singula describuntur, *num.* 10 *et* 11.

Substitutio quid, et quotuplex sit, *n.* 12.

Substitutio fideicommissaria quid sit, *n.* 13.

In fideicommisso universali ordinato ab ascendente, quomodo intelligendæ sint substitutiones factæ, *n.* 14.

Non decedit sine liberis, qui unicam habet prolem sive masculum, sive femellam, *n.* 15.

Si filius gravatus in testamento patris hæreditatem alteri restituere, *si sine liberis decesserit*, ingrediatur monasterium bonorum capax ibique pro-

Digitized by Google

ficatur, an excludatur substitutus, et succedat monasterium. Vide *verb.* Fideicommissum, *n* 16 *ad* 22.

Fideicommissum an, et quando vendi, pignorari, vel hypothecari possit, *n.* 23 *ad* 29.

De fideicommisso *hæredi præsenti* injuncto, *n.* 30, 31.

Num ad validitatem hujus fideicommissi requiratur præter hæredis præsentiam etiam ejusque hæredis promissio, *n.* 32 *et* 33.

Quid fideicommissum conventionale, *n.* 34.

An fideicommissum conventionale esse possit universale, scilicet, de tota hæreditate, vel parte ipsius, *n.* 35.

An fideicommissum conventionale constitui possit in favorem tertii, *n.* 36.

In fideicommisso conventionali licet universali locus non est quartæ Trebellianicæ, *num.* 37.

Fideicommissum reciprocum simpliciter et reciprocum lineare quid sit, *num.* 38.

Fideicommissa per acta inter vivos constituta; et quomodo a fideicommissis ultima voluntate relictis differant, *num.* 39 *ad* 41.

Jus liberorum in hujusmodi fideicommissi successionem, *num.* 42.

FIDEJUSSIO, FIDEJUSSOR (III, 1103).

Fidejussio quid sit, et quomodo fieri possit, unde dicatur, et quis sit fidejussor. Vide *verb.* Fidejussio, *n.* 1, 2 *et* 3.

Super qua re fidejussor dari, et fidejussio constitui possit, *n.* 4, 5 *et* 6.

Fidejubere qui possit, *n.* 7.

Fidejubere prohibetur milites et mulieres, *n.* 8 *et* 9.

Clerici, ac ecclesiarum prælati quando possint vel non fidejubere, *num.* 10 *ad* 16.

Reprehenditur auctor, *num.* 10 *et* 16, probaturque clericos necessitate civili, neque canonico prohiberi a fidejubendo, *num.* 56 *ad* 59.

Fidejubere, an et quando liceat religiosis, *n.* 17, 18 *et* 19.

Fidejussor quando, et ad quid obligari possit, et ipse ad quid teneatur, vel non, *num.* 20 *ad* 25.

Fidejussoris obligatio an transeat ad ejus hæredes, *num.* 26.

Si plures sint fidejussores super eodem debito, ad quid teneantur, *num.* 27, 28 *et* 29.

Fidejussor an, et quando conveniri possit, vel non, *n.* 30 *ad* 35.

Fidejussor in pluribus casibus potest petere liberationem a fidejussione etiam antequam solvat, et singuli casus recensentur, *num.* 36 *ad* 43.

Principalis debitor ad quid teneatur erga fidejussorem, *n.* 44 *et* 45.

Fidejussor an possit in compensationem fidejussionis aliquid recipere, *n.* 46, 47 *et* 48.

Creditor an possit aliquid accipere pro liberatione fidejussoris, et an possit compelli, ut amoto uno, alium admittat fidejussorem, *n.* 49, 50 *et* 51.

Fidejussores plures in solidum obligati respectu debitoris an etiam sint alter alteri ad invicem fidejussores, et quid possint in casu tam ad invicem, quam contra debitorem principalem, *num.* 52 *ad* 55.

Fidejussor in criminalibus quid, *num.* 60.

Fidejussor an, quando et quomodo gaudeat privilegio exspectandi debitoris excussionem, *num.* 61 *ad* 66.

Si fidejussor hoc privilegio uti vel nequeat, vel nolit, altero cedendarum actionum remedio succurritur, et quid illud remedium, *num.* 67 *et* 68.

An, et quando fidejussor solutum repetere queat; quando et quomodo a fidejussione liberetur, *num.* 69, 70 *et* 82.

Tria fidejussorum genera referuntur et explanantur; necnon et illorum effectus et consequentiæ, *num.* 70 *ad* 81.

FIDES (III, 1121).

Fidei vocabulum plures habet acceptiones. Vide *verb.* Fides, *n.* 1.

Fides quotuplex sit, ejusque traditur definitio, *n.* 2, 3 *et* 4.

Hac fide quid credat fidelis, et quare vocetur Catholica, *n.* 5 *et* 6.

Fides Patrum Veteris Testamenti an fuerit eadem ac nostra, *n.* 7 *et* 8.

Fides divina secundum habitum, et secundum actum, et quomodo una, vel multiplex, et quomodo, ac quibus necessaria ad salutem, *n.* 9 *et* 10.

Fides explicita de exsistentia veri Dei, et remuneratoria quomodo ad salutem necessaria, *n.* 11.

Mysteria sanctissimæ Trinitatis et Incarnationis an sint explicite credenda necessitate medii, *n.* 12 *ad* 18.

Fideles usum rationis habentes quid, et quomodo teneantur scire, et credere, *n.* 19 *et* 20.

Fideles usum rationis habentes pro præcepto, quoties et in quibus casibus obligentur ad eliciendum actum internum fidei, *n.* 21 *ad* 27.

Nullo casu licet fidem externe negare, et aliquando tenemur externe profiteri, *n.* 28 *et* 29.

Præceptum confessionis fidei externæ duplex assignatur; et quando per utrumque ad fidei confessionem obligemur, *num.* 30, 31 *et* 32.

Quibus signis, quibus personis, et quando liceat fidem occultare, *num.* 33 *ad* 36 *et in nota ad num.* 25.

An liceat laicis personis de mysteriis fidei publice, vel private disputare, *num.* 37 *ad* 42.

Auctoris sententia moderatur, *in nota ad num.* 37.

Qui sint orthodoxi, et qui heterodoxi. Quæ sit fides viva, et quæ mortua, *num.* 43 *et* 44.

In damnatis et dæmonibus non exstat fides divina; exstat vero in animabus purgatorii, *num.* 45.

Mysteria fidei quomodo exploranda sint, *num.* 46, *ubi et de voce* Neophytus.

A Benedicto XIV sapienter de fide decreta, *num.* 47 *ad* 54.

Quid sit facto suo fidem negare, *num.* 55.

Sex indigitantur modi, quibus facto suo quis dicitur fidem negare, *num.* 56 *ad* 61.

Si ritus indifferentes occurrant, tutius est ut Catholici quoad fieri possit, ab illis abstineant, *n.* 71.

Implicite contra orthodoxæ fidei confessionem peccari quinque modis probatur, *num.* 62 *ad* 66.

Num de fide cum hæreticis et de infidelibus disputare liceat. Quibus et quomodo id liceat, *num.* 67 *et* 68.

Ut missionarii apostolici conventum indicant ecclesiasticum quinque requiri conditiones ostenditur, *num.* 69, 70.

FIDEI PROFESSIO (III, 1143).

Ad fidei professionem, qui teneantur. Vide *verb.* Fidei professio, *num.* 1 *ad* 5.

Quæ pœna sit imposita contra non emittentes debitam fidei professionem, *num.* 6.

Quæ pœna sit imposita contra episcopos, aliosque non exigentes et non recipientes a supradictis fidei professionem, *num.* 7 *et* 8.

Fidei professio est facienda a Græcis sub propria formula, et facta ab eorum imperatore eadem fuit cum illa, quam faciunt Latini, *num.* 9 *et* 10.

Quam fidei professionem facere debeant promovendi ad sacros ordines et episcopatum, *num.* 11 *et* 12.

Omnes episcopi in principio concilii provincialis, et omnes beneficiati, aliique interessentes in principio synodi diœcesanæ fidei professionem emittere debent, *num.* 13 *et* 14.

Canonici et dignitates ecclesiæ cathedralis quando,

Digitized by Google

et quomodo fidei professionem emittere debeant. Vide *verb.* Fidei promissio, *num.* 15 *et* 16.

An ad ipsam fidei professionem teneantur coadjutores, portionarii, vicarii temporales, et canonici ac dignitates collegiatarum, *n.* 17, 18 *et* 19.

An ad ipsam fidei professionem teneantur prælati, et superiores regulares, ac concionatores, *num.* 20, 21 *et* 22. Vid. ad *verb.* Beneficiatus, *art.* 1. et ad *verb.* Canonicus, *art.* 4.

## FIDES BAPTISMI.

An sit necessaria pro contrahendo matrimonio: Vide *verb.* Baptismus, *art.* 1, *num.* 29.

## FILIUS, FILII (III, 1149).

Filii alii sunt legitimi, et alii illegitimi, et qui sint legitimi et naturales. Vide *verb.* Filius, *num.* 1.

Filii quando legitimi vel illegitimi dici possint ac debeant, *num.* 2 *ad* 15.

Filii censendi sunt legitimi, quamvis mater fateatur esse adulteros, *num.* 16 *et infra num.* 114.

Filii expositi, quorum parentes ignorantur, an censendi sint legitimi, necne, *num.* 17 *ad* 20.

Filii illegitimi, qui sint, et alii dicuntur naturales, alii spurii, et alii ex damnato coitu, *num.* 21 *et* 22.

Naturales qui sint tam de jure canonico quam civili, *num.* 23 *et* 24.

Illi, qui nascuntur ex scorto, vel ex soluta, quæ non sit scortum, vel concubina, quomodo vocentur, *num.* 25 *et* 26.

Spurii, qui sint tam de jure canonico quam civili, *num.* 27 *et* 28.

Spurii in hac lege vocantur etiam vulgo Quæsiti, *num.* 29.

Filii ex damnato coitu qui sint, et quomodo vocentur, *num.* 30 *et* 31.

Filii illegitimi naturales per quid legitimentur, *num.* 32 *ad* 38.

Filii nati ex damnato coitu an legitimari possint per subsequens matrimonium, *num.* 39, 40 *et* 41.

Pacifica haud est opinio auctoris, *num.* 41, quod habilitas ad matrimonium, quam in parentibus exigit legitimatio per subsequens matrimonium, non requiratur tempore conceptionis, sed sufficiat tempore nativitatis, *num.* 147.

Communior autem est sententia prolem non legitimari per subsequens matrimonium, si tempore conceptionis inhabiles erant parentes ad matrimonium, *num.* 147.

Qua posita sententia, quæstio est, num locum habeat legitimatio per subsequens matrimonium, si a morte primæ uxoris ad nativitatem prolis effluxerint dies centum octoginta duo, *num.* 149.

An ex dispensatione *in radice matrimonii* obtenta post contractum matrimonium legitimetur ad omnes effectus proles antea nata, perinde ac si ex justo matrimonio nata esset, *num.* 150.

Legitimatur per subsequens matrimonium proles concepta tempore, quo parentes erant inhabiles ad contrahendum ratione affinitatis vel consanguinitatis, si ante navitatem per dispensationem apostolicam contraxerint, *num.* 42.

Legitimati per subsequens matrimonium quomodo haberi debeant, et an ipsis concedi possint attestationes quod sint legitime nati, *num.* 43 *et* 44.

Reprehenditur auctor, *num.* 44, *num* 154.

Legitimatio per subsequens matrimonium non juvat proli in his quæ fuerunt ab homine disposita a lege recedendo et ad vere legitimos directa, *n.* 155.

An quæ a statutis proveniunt, attribui debeant legis providentiæ, ita ut ad ea indiscriminatim admittendi sint legitimati per subsequens matrimonium, *n.* 156, 157.

Legitimati per subsequens matrimonium non possunt promoveri ad cardinalatum, *n.* 45.

Filii legitimantur etiam per rescriptum principis, *n.* 46.

Papa, in quibus locis, ad quos honores, et quales illegitimos possit legitimare, *n.* 47 *et* 48.

Principes supremi quos possint legitimare, *n.* 49.

Legati sedis apostolicæ, et comites Palatini an et quos possint legitimare, *n.* 50 *et* 51.

Quales illegitimi legitimari possunt per rescriptum principis, *n.* 52.

Legitimati a principe, vel a papa, ad quos effectus fiant habiles, *n.* 53 *et* 54.

Legitimati per subsequens matrimonium æquiparantur legitime natis; non sic autem legitimati per rescriptum principis, *n.* 55 *et* 56.

Illegitimi an possint ad sacros ordines, vel beneficia, ac alias dignitates promoveri, et quis in casu cum ipsis dispensare possit, *n.* 57 *ad* 62.

Filius illegitimus quando censeatur dispensatus ad obtinendum beneficium simplex, *n.* 63 *et* 64.

Illegitimus simpliciter dispensatus ad beneficium non potest duo simul habere, vel beneficium curatum aut dignitatem, etc., *n.* 65 *et* 66.

Filius illegitimus an possit beneficium aliquod obtinere vel ministrum agere in eadem ecclesia, ubi pater ejus habuit, vel habet beneficium, *n.* 67, 68 *et* 69.

Filius presbyteri legitimus, an possit immediate succedere in beneficio paterno; aut habere beneficium in illa ecclesia, in qua pater ejus ministrat; vel eidem ecclesiæ præesse, in qua pater ejus sine titulo ministravit, *num.* 70 *ad* 73.

Ut filius succedat patri immediate in beneficio, quis possit dispensare, *num.* 74.

An pater succedere possit in beneficio filii legitimi, *num.* 75.

Docte stabilita a Benedicto XIV quoad filios occulti matrimonii, item adulterinos, incestuosos, et mulierum Christianarum ex Turcarum contubernio genitos. Vid. *num.* 142 *ad* 145.

De filiis Judæorum, *num.* 146.

Filius familias quid præstare teneatur parentibus, et quando, et quomodo peccet non præstando, *num.* 76 *ad* 80.

Bona filiorum familias quæ sint, et quid circa ipsa possint filii, *num.* 81, et *verb.* Bona, *art.* 4, *n.* 38.

An liceat filiis de bonis paternis aliquid subripere, et quando licite possint aliquid expendere, *n.* 82 *ad* 86.

Filius in domo paterna laborans an possit petere salarium, *num.* 87 *ad* 90.

Filius in extrema, vel communi necessitate, an potius teneatur subvenire parentibus aut uxori, quam filiis propriis, vel e contra, *num.* 91 *ad* 99, et *verb.* Necessitas.

Filius an possit ingredi religionem parentibus in necessitate constitutis, et an, et quando, et de cujus licentia possit ab ea exire ad ipsis subveniendum, *num.* 100 *ad* 104.

Filius an, quo jure, et in qua necessitate possit a parentibus vendi, vel non, *num.* 105 *ad* 112.

Filius an teneatur credere matri asserenti se non esse legitimum, *num.* 113 *ad* 117.

Filius pluribus modis liberatur a patria potestate, et singuli assignantur, *num.* 118 *ad* 125.

Filii quamvis illegitimi an, et quomodo alendi sint a parentibus, et ipsis deficientibus ad quos gradatim spectet indicatur, *num.* 126 *ad* 133.

Clericus an possit de bonis ecclesiasticis filio spurio alimenta præstare, *num.* 134 *et* 135.

Filii spirituales an alendi sint a patribus spiritualibus, *num.* 136.

Alia ad rem adducuntur ex Benedicto XIV, *num.* 142 *et seqq.*

Filius viduæ Naim, quisnam fuerit, *num.* 158. Qui tamen castigatur, *ib. in nota.*

Filii an et ob quas causas exhæredari possint. Vide *verb.* Exhæredatio.

Filii quorum bonorum dominium habeant, et quid

Digitized by Google

circa ipsa possint, vel non. Vide *verb.* Bona, *art.* 4, et *verb.* Dominium.
Filii quas eleemosynas facere possint. Vide *ibid.* et *verb.* Eleemosyna.
Varia de filiis expositis. Vide *verb.* Parentes, *n.* 20 *ad* 32.
Filius an, et quando teneatur ad restitutionem mutui sine consensu patris accepti. Vide *verb.* Mutuum, *num.* 5 *ad* 19.
Filii expositi quando, et quomodo sint baptizandi. Vide *verb.* Expositi filii.

FISCUS.

Fiscus quid sit. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2. *num.* 7.

FLAMINES.

Flamines quid fuerint, et unde sic dicti. Vide *verb.* Episcopus, *art.* 1, *num.* 46.

FORNICATIO.

Fornicatio. Vide *verb.* Luxuria, *num.* 3, et *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 102.

FORTITUDO.

Fortitudo. Vide *verb.* Virtus, *num.* 126.

FORUM, SEU FORUS (III, 1177).

Fori nomen varias habet significationes, secundum quas explicatur. Vide *verb.* Forum, *num.* 1 *ad* 4.
Forum competens quid sit, *num.* 5.
Quid si reus habeat multiplicem forum, vel conventus sit coram judice incompetente, *num.* 6 *et* 7.
Quid si orta sit quæstio de competentia fori inter judicem laicum et ecclesiasticum, *num.* 8.
Modi ordinarii et speciales sortiendi forum sunt quatuor, et explicantur singuli, *num.* 9 *ad* 30.
Assignatur alius modus generalis sortiendi forum, *num.* 31 *et* 32.
Fori privilegio quinam gaudeant. Vide *verb.* Clericus, *art.* 2.
Per privilegium fori quid intelligatur, *n.* 34.
Clericus quando gaudeat vel non privilegio fori, *num.* 35 *ad* 40.
Filii clericorum an, et quando gaudeant privilegio fori; *num.* 41, 42 *et* 43.
Filii clericorum Græcorum an et quando gaudeant privilegio fori, *num.* 44 *et* 45.
Alii plurimi recensentur, qui fori privilegio gaudent, et alii, qui non gaudent, *num.* 46 *ad* 57.
Sæpe per forum intelligitur judicium, jurisdictio, potestas; et sic inspectum quomodo intelligi debeat indicatur, *num.* 58.
Causa fori misti quid sit; et an punitus super crimine misti fori, possit in altero foro puniri, *n.* 59, 60 *et* 61.
Forum aliud est externum, et aliud internum, et utrumque explicatur, *num.* 62.
Forum internum aliud dicitur Pœnitentiæ, et quid non Pœnitentiæ, et quid sit utrumque, et in quo differant, *num.* 63.
Forum contentiosum unde dictum, et quando aliqua res dicatur ad ipsum deducta, *num.* 64.
Forum ecclesiasticum competens est vel ratione causarum vel personarum, *n.* 65.
Causæ ad forum ecclesiasticum spectantes, vel sunt civiles, vel ecclesiasticæ, vel mistæ, *num.* 66.
Quibus modis causæ civiles ad forum ecclesiasticum pertinere valeant, *a num.* 67 *ad* 69.
Quænam sint causæ ecclesiasticæ, earumque divisio; *num.* 70, 71.
Quænam sint causæ mistæ, *n.* 72.
Quænam sint personæ, quæ foro ecclesiastico subjiciuntur, *num.* 73 *ad* 77.
Duo maxime notanda proponuntur, *a num.* 78 *ad finem.*

FRANCHITIÆ (III, 1191.)

Quæ personæ gaudeant franchitiis, pro quibus bonis, et quid circa ipsas observandum sit ab episcopis, clericis ac gabellariis. Vide *verb.* Franchitiæ, *per tot.*

FRANCISCANI (III, 1197).

Quid stabiliverit, fecerit, decreverit Benedictus XIV, circa Franciscanos missionarios in Ægypto, et Franciscanos Observantes missionarios Cochinchinæ. Vide *verb.* Franciscani, *per totum.*

FRATRES.

Fratres consanguinei, germani, et uterini qui sint. Vide *verb.* Affinitas, *art.* 1. *num.* 15.

FRATRIA.

Fratria quæ sit, *num.* 16.

FRAUS (III, 1197).

Fraus quo jure sit prohibita. Vide *verb.* Fraus, *num.* 1 *et* 2.
Fraus et dolus nulli patrocinari debent, *num.* 3.
Quid fraudem excludat, et unde fraus arguitur, *num.* 4 *et* 5.
Fraus et collusio an sint delicta, *num.* 6.
Ad probandam fraudem an admitti possint conjecturæ, *num.* 7 *ad* 10.
Suspicio fraudis in quibus deficiat, et unde tolli possit, *num.* 11 *ad* 22.
Fraus et deceptio ex quo deduci possint, *num.* 23 *ad* 26.
Actus fraudulentus quomodo, et a quo revocari possit, *num.* 27 *et* 28.
Ubi agitur de fraudibus, quid agendum, *num.* 29, 30 *et* 31.
Fraus et deceptio an possint aliquando esse sine læsione, *num.* 32 *et* 33.
Circa fraudem duæ juris regulæ considerandæ proponuntur, *num.* 34 *et seqq.*

FRUCTUS ECCLESIASTICORUM, ET PRÆSERTIM BENEFICIATORUM (III, 1199).

Fructus ecclesiasticorum an sint ab oneribus laicalibus exempti. Vide *verb.* Fructus ecclesiasticorum, *num.* 1.
Ecclesiastici an possint impediri asportare fructus in propriis bonis recollectis, *num.* 2.
Recurrentes ad judices laicos, ut impediant ecclesiasticis collectionem fructuum, censuras incurrunt, *num.* 3.
Quid si gubernator prædictos fructus retineat, *num.* 4.
An laici sint præferendi in emptione fructuum decimalium, et cognitio ad quem spectet, *num.* 5.
Recurrentes ad potestatem laicam, ut impediant decreta episcopi pro libertate venditionis fructuum decimalium excommunicantur, et quando absolvi possint, *num.* 6 *et* 7.
Si obierit beneficiatus, fructus nondum exacti de jure communi spectant ad successorem in beneficium, etiamsi cesserit dies eorum solutionis vivente adhuc beneficiato. Et quid in resignatione. Vide *num.* 8.
In Hispania ex consuetudine ubique recepta spectant ad hæredem beneficiati, *num.* 9.
An in locis, ubi fructus beneficii nondum exacti non spectant ad successorem in beneficium, sed ad hæredem, vel ad cameram apostolicam, subrogatus in juribus defuncti prætendere queat fructus ipsi defuncto debitos. Vide *num.* 10.
An in iisdem locis accumulatos prætendere pos-

Digitized by Google

sit fructus decursos per id temporis, quo primo loco præsentatus litem substituit super beneficio. Vide *verb.* Fructus ecclesiasticorum, *num.* 11.

Translato ab una ad alteram ecclesiam an et cujus temporis fructus debeantur, *num.* 12.

Cætera de fructibus, sive redditibus beneficiatorum. Vide *verb.* Beneficiatus, *art.* 1, 2, 3, et *verb.* Dominium, *art.* 2.

Fructus perceptio quando valeat pro acquirendo rerum dominio. Vide *verb.* Dominium, *art.* 3, *num.* 85.

De fructibus grossis ecclesiasticis, vide *verb.* Distributiones quotidianæ.

### FRUMENTUM (III, 1201).

An ecclesiastici comprehendantur in laicorum edictis pro frumenti venditione, emptione, asportatione, etc. Et in casu ad quid teneatur episcopus contra potestatem laicam pro ecclesiasticorum privilegiis servandis. Vide *verb.* Frumentum, *per totum; ubi plurima afferuntur decreta*, etc., *congregationis Immunitatum ad rem spectantia.*

### FUGITIVUS A RELIGIONE

Vide *verb.* Apostata, *num.* 19.

### FUNDATOR BENEFICII.

Vide *verb.* Beneficia, *art.* 2, et *verb.* Capellania.

### FUNERALIA, FUNERA.

Vide *verb.* Sepultura.

### FURNUS (III, 1205).

An liceat ecclesiasticis tam sæcularibus quam regularibus proprium furnum aperire. Et quid in casu decretum fuerit a sacra congregatione Immunitatum. Vide *verb.* Furnus *per totum, ubi varia ejusdem sacræ congregationis decreta ad rem spectantia referuntur.*

### FUR, FURTUM (III, 1209).

Fur et latro quomodo sumi possint ac appellari, et quæ eorum differentia. Vide *verb.* Fur, *num.* 1 *ad* 6.

Furtum unde dicatur, quid sit, ejusque singulæ species assignantur et explicantur, *num.* 7 *ad* 17.

Furtum et rapina an sint peccatum mortale; et quæ materiæ furtivæ quantitas requiratur, et unde hoc colligi possit, *num.* 18 *ad* 24.

Furtum potest esse grave peccatum in pluribus casibus, etiamsi materia furata in se sit levis, et assignantur, *num.* 25.

Furtum non committitur in pluribus casibus, quamvis aliena subripiantur et assignantur, *num.* 26. Sed vide *in nota.*

An licitum sit in extrema vel gravi necessitate rem alienam auferre, et qui abstulit, an teneatur ad restitutionem, *num.* 27 *ad* 36.

Quid si aliquis intendat ditescere per furta minuta, *num.* 37 *et* 38.

Qui modicum furatur animo plura furandi, si posset, an graviter peccet, *num.* 39.

Quid si aliquis furetur materiam levem, quæ cum aliis præcedentibus furtis compellat materiam gravem, *num.* 40 *ad* 43.

Quid si aliquis impotens restituere furta levia addat aliud leve, quo compleatur materia gravis, vel completa materia gravi iterum furetur aliud leve, *num.* 44 *ad* 47.

Auctoris ratio expenditur, *in nota.*

Furta parva coalescunt, etiamsi fiant in diversis negotiis, *num.* 48.

An furta minuta constituere possint peccatum grave, *num.* 49.

Restitutio a furantibus minuta a diversis dominis quomodo facienda, *num.* 50.

Quid si furta minuta eidem facta sint a diversis se mutuo non moventibus, *num.* 51 *et* 52.

In furtis minutis quocunque modo factis quæ quantitas requiratur ad mortale, *num.* 53, 54 *et* 55.

Furta domesticorum, uxorum, maritorum, filiorum, parentum, religiosorum, famulorum, an sint vere furta; et quid requiratur, ut mortalia sint; et an contra tales personas concedatur in foro externo actio pœnalis, *num.* 56 *ad* 61.

Famuli, ancillæ et operarii apud dominum degentes an et quando peccent subripiendo esculenta, vel poculenta, *num.* 62 *et* 63 et *verb.* Famulus.

Quid de furtis parentum ac filiorum, *num.* 64, 65 *et* 66 et *verb.* Bona, *art.* 4, et *verb.* Filius.

Quid de furtis mariti vel uxoris, *num.* 67. 68 *et* 69 et *verb.* Bona, *art.* 4.

Quid de furtis religiosorum, *num.* 70 *et* 71.

Res furtivæ inventæ apud furem a judice apprehensum, cui restituendæ, *num.* 72.

Quid si aliquis rem alienam inveniat, *num.* 73 *et* 74.

Quid de fure sacrilego pyxidis, vel alterius rei sacræ, *num.* 75 *ad* 84.

Fures an gaudeant immunitate, et in casu a quo extrahi possint, et de cujus facultate, et res per furtum sublatæ quomodo, et a quo disponendæ, *num.* 85 *ad* 96.

Effertur egregium dictum Catonis de furibus, *num.* 97.

Furti pœna quæ sit. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 114.

An civilis pœna dupli vel quadrupli prout furtum erat manifestum, vel non manifestum, a jure Romano statuta adhuc obtineat, *num.* 98.

Quoad pœnam publicam, eadem non est pro furto violento, et pro non violento, *num.* 99.

Item in furto non violento quæ consideranda, *num.* 100, 101.

An pœna mortis pro furto sit justa, *num.* 102 *ad* 104.

### FUSTIGATIO.

Fustigationis pœna quæ sit. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 14.

## G

### GABELLA, GABELLARIUS (IV, 9).

Gabella unde dicta. Vide *verb.* Gabella, etc., *num.* 1.

Variæ tributi species assignantur, et quare appellentur tributum, *num.* 2 *et* 3.

Tributum stricte sumptum quid sit; ejusque duplex divisio assignatur, et explicatur, *num.* 4, 5, 6.

Tributum appellatur etiam vectigal, portorium, guidagium, census, collectæ, præstantiæ, stipendium, gabella, et quare sic appelletur, et quid sub prædictis nominibus significet, indicatur, *num.* 7 *ad* 14.

Nomine gabellæ quid intelligendum sit, *num.* 15.

Ad justitiam gabellarum tres conditiones requiruntur, et assignantur; et quid contra imponentes novas gabellas sine prædictis conditionibus, *num.* 16 *ad* 22.

Defraudantes gabellas an peccent, et teneantur ad restitutionem, *num.* 23.

Subditi ac exteri an et quando teneantur solvere gabellas, *num.* 24, 25 *et* 26.

Emens ab eo a quo scit defraudari gabellas, an teneatur ipse solvere pro venditore, *num.* 27.

Quid si gabellæ sint in parte, vel in toto injuste impositæ, *num.* 28 *ad* 31.

Reprehenditur hic auctor, *in nota.*

Pro translatione cadaverum an sit solvenda gabella, *num.* 32, 33 *et* 34.

Digitized by Google

Quid de gabellariis in excessu solutionem exigentibus. Vide *verb.* Gabella, *num.* 35 *et* 36

Plura alia recensentur *usque ad num.* 61, ubi adducuntur varia decreta sacræ congregationis immunitatum ad rem spectantia.

Num gabella sine beneplacito apostolico imposita venditoribus laicis super rebus ad victum necessariis lædere censeatur immunitatem ecclesiasticam, *num.* 62 *ad* 65.

GENER.

Gener quis sit. Vide *verb.* Affinitas, *art.* 1, *num.* 16.

GEOGRAPHIA.

Geographia quid sit. Vide *verb.* Mundus, *num.* 203 *et* 205.

GEOMANTIA.

Geomantia quid sit. Vide *verb.* Superstitio, *num.* 17.

GEOMETRIA.

Geometria quid. Vide *verb.* Mundus, *num.* 198 *et* 200.

GNOMONIA.

Gnomonia quid. Vide *verb.* Mundus, *num.* 211.

GRADUS.

Gradus quid sit, et quare sic dictus. Vide *verb.* Impedimenta matrimonii, *art.* 1, *num.* 32.

Gradus affinitatis et consanguinitatis quomodo computandi sint. Vide *verb.* Affinitas, *art.* 2, *num.* 14, et *verb.* Impedimenta matrimonii, *art.* 1, *num.* 33.

Gradus temporis, quid sit, et quot minuta contineat. Vide *verb.* Mundus, *num.* 137.

GRÆCI (IV, 23).

Multa sapienter de Græcis tum laicis, tum clericis a Benedicto XIV stabilita recensentur. Vide *verb.* Græci *per totum.*

Græci in majoribus constituti an licite possint matrimonium contrahere. Vide *verb.* Impedimenta matrimonii, *art.* 1, *num.* 2.

GRASSATOR, GRASSATIO (IV, 25).

Assignatur differentia inter grassatorem et latronem. Vide *verb.* Grassator, *num.* 1.

Alia ad rem *num.* 2 *ad* 13.

GRATIA.

GRATIA UT EST DONUM DEI (IV, 27).

Gratia generatim capta quid sit. Vide *verb.* Gratia ut est donum Dei, *num.* 1.

Gratia alia est gratis data, alia est gratum faciens, et quæ sit utraque, *num.* 2.

Gratiæ gratis datæ novem species assignantur, *num.* 3.

Gratia gratum faciens alia est habitualis, et alia actualis, et utraque explicatur, *num.* 4.

Gratia habitualis sanctificans duplex assignatur, et explicatur, *num.* 5.

Gratia actualis sanctificans triplex assignatur et explicatur, *num.* 6 *ad* 9.

Gratia excitans alia est sufficiens, et alia efficax, et utraque explicatur, *num.* 10.

Gratia, quæ datur homini lapso, qualis sit, *num.* 11 *ad* 15.

Qua gratia possit homo præcepta Dei observare; et quid possit, vel non solis naturæ viribus, *num.* 16, 17 *et* 18.

Gratia actualis an possit esse efficax et sufficiens respectu diversorum, *num.* 19 *et* 20.

Gratia in actu secundo per quid reddatur efficax, *num.* 21.

Efficacitas gratiæ in quo actu spectari possit, *num.* 22.

Gratia divina non necessitat humanam voluntatem ad bonum, *num.* 23.

Mancus est auctor in his, quæ pertinent ad gratiæ doctrinam *in Appendice prima, num.* 24.

Inobediens est sedi apostolicæ, qui Thomistas, Augustinos, et theologos seniores, antequam de illorum propositionibus judicium ferat Ecclesia, jansenismi accusant;

Imo qui taliter accusant, injuriam maximam faciunt, et alia plura secum ferunt, quæ peccatum augent;

Et solvitur objectum desumptum a ratione disputandi, *in append.* 1, *num.* 25, *per totum.*

Discrimen ostenditur inter catholicas propositiones, et jansenianam hæresim, *in append.* 2, *per totum.*

De statibus hominis in via positi, *in append.* 2.

Status hominis, qui non fuere, sed esse possunt et possibiles appellantur, *in append.* 2.

Errores pelagianorum, socinianorum, et arminianorum circa hominis statum innocentiæ enarrantur, *in append.* 2.

Item Calvini, Lutheri, Baii et Jansenii, *in append.* 2.

Dogmata catholica circa eumdem statum exponuntur *in append.* 2.

De statu naturæ puræ disseritur, et vindicantur Catholici quidam, et præsertim Augustiniani ac Thomistæ, a calumniis, *in append.* 2.

Quid orthodoxa fides sentiat circa statum naturæ lapsæ, *in append.* 2.

Quid vero diversorum hæreticorum sectæ, et præsertim Pelagiani, Lutherani, et Janseniani, *in append.* 2.

Illorum error exponitur, *in append.* 2.

Discrimen inter horum hæreticorum doctrinam, et illam Augustinianorum et Thomistarum, *in append.* 2.

Reliqua de gratia. Vide apud theologos.

GRATIA UT EST GRATIOSUM RESCRIPTUM (IV, 51).

Gratia a papa concessa, eo mortuo, an revocari possit. Vide *verb.* Gratia ut est gratiosum rescriptum, *num.* 1, 2 *et* 3.

Gratia facta ad beneplacitum concedentis quandiu duret, *num.* 4 *et* 5.

Gratia concessa ad beneplacitum sedis apostolicæ, vel personæ, et dignitatis quando exspiret, *num.* 6 *et* 7.

Gratia concessa cum clausula, donec revocaverimus, etc., quandiu duret, *num.* 8.

Gratia solo verbo papæ perficitur etiam litteris non expeditis, *num.* 9.

Gratia a quo robur ac virtutem recipiat, *num.* 10.

Gratia papæ an perficiatur per solam signaturam, *num.* 11, 12 *et* 13.

Gratia concessa per pontificem prædecessorem absque expeditione bullarum, quomodo exsequenda; et quid ad rem sentiant doctores; et qualis mors inoleverit, *num.* 14 *ad* 19.

Clausula *ex nunc, prout ex tunc*, an gratiam suspendat, et quomodo intelligenda, *num.* 20 *ad* 23.

Gratia conditionalis quando exspiret, vel cesset, a quo regulanda, et quando dicatur talis, *n.* 24 *ad* 32.

Gratia concessa cum aliqua limitatione, quandiu subsistat, *num.* 33, 34.

Clausula præservativa gratiæ apposita, quomodo intelligenda, *num.* 35 *et* 36.

Gratia *si neutri* quomodo intelligenda sit, satis clare explicatur, *num.* 37 *ad* 52 *et num.* 61 *et* 65.

An impetrari queat a tertio, et ex quibus clausulis dici queat ad majorem cautelam impetrata, *num.* 86 *et* 87.

Gratia *in forma dignum* non est conditionalis, *num.* 53.

Clausula *in forma dignum* posita in gratia quid operetur, *num.* 54, 55 *et* 56.

Digitized by Google

Gratia *in forma dignum* quando censeatur facta, et an liceat appellare ab exsecutore cum tali clausula. Vide *verb.* Gratia ut est gratiosum rescriptum, *num.* 57, 58 *et* 59.

Provisus per sedem apostolicam *in forma dignum*, an possit ab ordinario examinari, *num.* 60, et *verb.* Examinare, etc., *num.* 10.

Gratia derogatoria jurispatronatus in totum, et duo illius requisita exponuntur, *n.* 61 *ad* 71.

De gratia pro præsentato cum derogatione medietatis vocum, *num.* 72 *et seqq.*

Gratia *si neutri*, ut gratia *si nulli*, *n.* 81 *et* 88.

### GUBERNATOR (IV, 63).

Gubernator non comprehenditur sub nomine magistratus civitatis. Vide *verb.* Gubernator, *num.* 1.

Gubernatori provinciæ non debet textus Evangelii osculandus porrigi. Et aliam ad rem, *num.* 2 *ad* 34.

Plura stabilita a Benedicto XIV circa gubernatorem Urbis, item circa gubernatores status ecclesiastici, et quidem etiam quoad gubernatores prælatos. Vide *num.* 35.

Recensentur varii gubernatores excommunicati, *num.* 39 *ad finem.*

### GUIDAGIUM (IV, 71).

Guidagium, seu pedagium quid sit. Vide *verb.* Gabella, *num.* 9.

### GULA (IV, 71).

Gula, quid sit. Vide *verb.* Gula, *num.* 1.

Peccatum gulæ quinque modis committi solet; assignantur et explicantur, *num.* 2 *ad* 7.

Gula, comessatio, et potatio an sint peccatum veniale, vel mortale, *num.* 8 *et* 9.

Lector admonetur, *ad num.* 9.

An liceat comedere et bibere usque ad satietatem, et quid significet satietas, *num.* 10 *et* 11. Vide *in nota.*

Ebrietas quid sit, et quale peccatum, *num.* 12 *et* 13.

An, et quando liceat se inebriare, *num.* 14 *ad* 17.

Ad *num.* 14 auctoris. Vide notata, *in nota.*

Provocare alterum ad ebrietatem an sit peccatum et quando peccent caupones potum ministrando, *num.* 18, 19 *et* 20.

An liceat judici reum inebriare, ut sic inducat ad fatendum crimen, *num.* 21.

An liceat damnatum ad mortem inebriare, ut sic cruciatus non sentiat, *num.* 22.

In carcere detenti an possint inebriare custodes, *num.* 23, 24 *et* 25.

Ad evitandum grave malum, an licite possit auctor mali inebriari, *num.* 26 *et* 27.

Quid de illo, qui in ebrietate solet aliis malum inferre, *num.* 28.

An liceat bibere in aliorum salutem, *num.* 29, 30 *et* 31.

Gulæ filiæ quinque assignantur; et quid intelligatur per ipsas innuitur, *num.* 32 *ad* 37.

## H

### HABITUS (IV, 79).

Habitus non facit monachum, sed professio regularis. Vide *verb.* Habitus, *num.* 1.

Ut professio regularis faciat verum monachum quid requiratur, *num.* 2.

In habitu sæculari nequit fieri novitiatus, *n.* 3.

Habitus novitiorum triplex assignatur, *num.* 4.

Deferre habitum novitiorum an sit de essentia ad validitatem professionis, *num.* 5.

Novitius per habitus delationem quando censeatur tacite professus, *num.* 6 *ad* 9.

Habitus religionis an sit patenter deferendus, *num* 10.

An, et quando possit religiosus habitum occultare, vel deponere, et in quas censuras incurrat per talem depositionem intra, vel extra claustra *num.* 11 *ad* 18.

Corrigitur auctor, *num.* 18, *in nota.*

Religiosus an teneatur semper portare habitum suæ religionis, ac debeat cum ipso dormire, *num.* 19, 20, 21 *et* 22.

Regulares ad cardinalatum vel episcopatum assumpti quem habitum deferre teneantur, et quales regulares uti possint habitu clericorum sæcularium, *num.* 23 *ad* 26.

Colores et habitus diversis in religionibus ad quid fuerint præscripti, et an hæc diversitas procedere debeat etiam in monialibus, *num.* 27 *et* 28.

Una religio an possit assumere habitum alterius religionis, *num.* 29.

Clerici sæculares nequeunt deferre habitum regularium, et econtra, *num.* 30.

Pueri usque ad quem annum possint religiosorum habitum deferre, *num.* 31.

Novitio exeunti an sit restituendus habitus religionis, *num.* 32.

Præfinitur tempus pro illis qui, habitu tertiariorum recepto, cum claustralibus habitant, et pœnas in superiores transgressores, *num.* 33, 34 *et* 35.

Prohibentur disputationes super vera forma habitus Sancti Francisci, et interdicuntur omnes libri tractantes de vera successione filiorum ejus, et de vera forma caputii: et inscriptiones in imaginibus ejusdem ac Sancti Antonii de Padua, asserentes esse veram formam, qua ipsi usi sunt, *num.* 36, 37 *et* 38.

Suspenduntur imagines sanctorum Augustini et Nicolai de Tolentino impressæ a fratribus Discalceatis sub forma eorum habitus, *num.* 39.

Reprehenditur hic auctor, *num.* 39.

Imagines sanctorum non regularium, an imprimi possint cum habitu regulari, *num.* 40.

Osculantes habitum fratrum Mendicantium quas indulgentias lucrentur, *num.* 41 *et* 42.

Quid de eligentibus mori ac sepeliri in habitu fratrum Minorum, vel alterius religionis, *num.* 43 *ad* 46.

Quid de ignominiose vel profane utentibus habitu religioso, *num.* 47 *et* 48.

Moniales an possint tempore bacchanalium proprium habitum dimittere, *num.* 49.

Femina an uti possit veste virili, econtra, *n.* 50.

Quid de clericis beneficiatis, et aliis percipientibus pensiones ex beneficiis, *num.* 51 *et* 52.

Clericus habitum dimittens an possit illum reassumere, *num.* 53.

Clericalis vestis an permitti possit laicis curialibus, *num.* 54.

Alia ad rem, *num.* 55 *ad* 63.

Alia concernentia habitum clericalem. Vide *verb.* Clericus, *art.* 1.

Alia concernentia habitum religiosum. Vide *verb.* Apostata, Conventus, Novitius.

Habitus quoad Tertiarios Vide *verb.* Tertiarii.

Utens habitu honorifico alicujus, ab eo inhiberi potest, *num.* 64.

Habitus parvi a quo benedici debeant, *num.* 65.

Canonici regulares Lateranenses obtinentes beneficium sæculare, an teneantur deferre habitum regularem, *num.* 66.

Habitus viatorius ad formam habitus per prælatos et familiares pontificis extra Urbem gestari soliti, servato tamen nigro colore, advocatis consistorialibus conceditur a Benedicto XIV, *num.* 66.

Alia ad rem. Vide *verb.* Eremita, *num.* 18 et *verb.* Vestis, *num.* 17.

### HÆREDITAS (IV, 101).

Hæreditas quid sit. Vide *verb.* Hæreditas, *num.* 1.

Tota hæreditas quomodo a jure vocetur, et in

Digitized by Google

quot partes dividatur. Vide *verb.* Hæreditas, *num.* 2.
Si plures instituti sint hæredes, secundum jus Romanum solemnis fit distributio hæreditatis in duodecim uncias, *num.* 41.
Quid si minus distribuat testator, vel excesserit in divisione, *num.* 42.
Ad legem 14 *ff. De hæred. instit.* Vide *num.* 43.
Nomine hæreditatis quid veniat, *num.* 3.
Appellatione hæreditatis qualia bona veniant, *n.* 4.
Nomine hæreditatis non veniunt legata, et minus prælegata, *num.* 5.
Hæreditatis petitio quid sit, *num.* 6.
Adire hæreditatem quid sit, et quot modis adiri possit, quis possit et quid requiratur ad eam adeundam, *num.* 7 *ad* 10.
Ad hoc ut hæreditas ad hæredes hæredis transmittatur, quid opus sit, *num.* 11.
Per aditionem hæreditatis quale jus acquiratur, *num.* 12, 13 *et* 14.
Aditio hæreditatis quid transferat in hæredem, *num.* 15 *et* 16.
Hæreditas an necessario adiri debeat, et in tutum, *num.* 17 *et* 18.
Repudiare hæreditatem quis possit, et quid sit talis repudiatio, *num.* 19 *ad* 22.
Renuntiatio hæreditatis quid sit; et quando fieri possit, *num.* 23 *ad* 27.
Hæreditatem inter et res hæreditarias, necnon et bonorum possessionem quid intersit, *num.* 28 *et* 29.
Ut quis adire possit hæreditatem, quid sit necessarium, *num.* 30, 32 *et* 33.
Quæ personæ hæreditatem acquirere valeant, *num.* 34.
Hæreditas an vendi possit et ad quid venditor teneatur, *num.* 35 *ad* 40.

HÆRES (IV, 113).

Hæres unde dictus, et quis, et quotuplex sit, assignatur et explicatur. Vide *verb.* Hæres, *num.* 1 *ad* 5.
Hæres qui esse possit, vel non, *num.* 6 *ad* 12.
Assignatur ordo succedendi ab intestato, *n.* 13.
Hæredibus descendentibus, vel ascendentibus, an, et quæ legitima sit relinquenda, *num.* 14 *ad* 19.
Pater, si filiis legitimis careat, an possit hæredes instituere filios naturales; et quid sit ipsis relinquendum, si habeat filios legitimos, *num.* 20 *et* 21.
Filii naturales an succedant matri cum legitimis, *num.* 22.
Filii spurii an succedere possint; et ad quid circa ipsos teneantur parentes, et hæredes patris, *num.* 23. 24 *et* 25.
Hæres semel an possit desinere esse hæres, *num.* 26 *et* 27.
Hæres hæredis reputatur etiam hæres defuncti, *num.* 28.
Dictio hæres quos comprehendat, *n.* 29.
Hæres tutoris, et hæres uxoris ad quid teneantur, *num.* 30 *et* 31.
Deficiente hærede scripto ante testatorem, hæreditas cui devolvatur, *num.* 32.
Hæredis voluntas servanda est circa funera defuncti, *num.* 33.
Hæredes defunctorum quid disponere possint circa eorum funeralia, *n.* 34, 35, 36, *et infra n.* 53 *et seqq.*
Hæres ab intestato tenetur solvere legatum pium relictum in testamento profano nullo, *num.* 37.
Hæres an possit detrahere trebellianicam contra ecclesiam mediate substitutam, *num.* 38.
Hæres ex testamento per lapsum triginta annorum præscribit contra legatarios vel cohæredem, *num.* 39.
Hæres personæ excommunicatæ quid præstare debeat, *num.* 40.
Successio in hæreditate bonorum sacerdotis mortui absque hærede ad quem spectet, *num.* 41.
Quid de hærede instituto sub conditione, ne mulierem inhonestam ducat in uxorem, *num.* 42.
Quid de illo, qui vult facere hæredem ecclesiam, exhæredatis consanguineis, *num.* 43.
Hæredes, aliique exsecutores post aditam hæreditatem et inventarium confectum ad quid teneantur, et ad quid teneatur episcopus in casu ipsorum negligentiæ, *num.* 44 *ad* 52.
An, et quando hæres possit, vel debeat assignare fundum pro capellania, et certa missarum celebratione, *num.* 53.
Quantitas candelæ per canonicos gestandæ an taxanda sit arbitrio hæredum, *num.* 54.
Afferuntur alia dubia resoluta a sacra congregatione Concilii, ad rem spectantia, *n.* 55, 56 *et* 57.
Hæredes vel sunt testamentarii, vel legitimi, *num.* 63.
Essentia cujuscunque testamenti est hæredis institutio, quæ vel necessaria est, vel voluntaria, *num.* 64 *et seqq.*
Necessaria institutio in quas cadat personas. Vide *num.* 69 *et seqq.*
In voluntaria hæredis institutione quid inspici debeat, 69 *et seqq.*
Hæredis auctoritas et jus in funere testatoris parando, *num.* 58 *ad* 62.
Hæres ex testamento gravatus nimiis legatis, et fideicommissis quando possit, vel non, detrahere falcidiam et trebellianicam. Vide *verb.* Falcidia.

HÆRESIS (IV, 129).

Hæresis unde sit dicta. Vide *verb.* Hæresis, *n.* 1.
Hæresis alia est materialis, alia formalis, et quæ sit utraque, *num.* 2, 3 *et* 4.
Ad hæresim formalem duo requiruntur, id est error in intellectu, et pertinacia in voluntate, *n.* 5.
Talis pertinacia in quo consistat, *num.* 6.
Talis pertinacia, et error cujus, et contra quod esse debeant, *num.* 6, 7 *et* 8.
Hæresis formalis alia est interna, et alia externa, et quæ sit utraque, *num.* 9.
Hæresis externa alia est occulta, et alia publica, *num.* 10.
Quot et quæ fuerint hæreses, et hæresiarchæ, *num.* 11.
Hæresis per quid differat a schismate, *n.* 12 *et* 13.
Schisma purum, et mistum in quo differant, *num.* 14, 15 *et* 16.
Hæresis causa ad quem spectet, *num.* 17.
Judices ecclesiastici in causa hæresis in specie qui sint, *num.* 18 *ad* 26.
Inquisitores et episcopi an et quomodo possint procedere in causa hæresis, *num.* 27.
Episcopi qua facultate gaudeant in locis, ubi non viget officium inquisitionis, *num.* 28.
Principes, potestates et judices sæculares an possint se immiscere in processum a judice ecclesiastico contra hæreticos institutum, et ad quid teneantur in casu, *num.* 29, 30, 31.
Ab hæresi quocunque modo sumpta qui possit absolvere, vel non, *num.* 32 *ad* 37 et *verb.* Absolutio.
Absolutio ab hæresi in foro interno, non suffragatur in foro externo, *num.* 38.
Quid stabiliverit Benedictus XIV, circa hæresis abjurationem ante dispensationem matrimonialem, et circa eos qui hæresi occulta detinentur, aliaque. Vide *num.* 39 *ad* 49.
Quæ sit hæretica propositio, vel hæresi proxima, vel sapiens hæresim, vel suspecta de hæresi. Vide *verb.* Propositiones damnatæ, *num.* 40 *ad* 43.

HÆRETICUS (IV, 137).

Hæreticus quis sit, et ad hæreticum formalem constituendum quid requiratur, et quis dicatur talis. Vide *verb.* Hæreticus, *num.* 1 *ad* 6.

Digitized by Google

Hæreticus alius est lapsus, et alius relapsus, et quis sit uterque. Vide *verb.* Hæreticus, *num.* 7.
Relapsus alius dicitur manifestus, et alius præsumptus; et quis sit uterque, *num.* 8 *et* 9.
Hæreticus, vel schismaticus, si non resipiscat, an salvari possit, *num.* 10.
Vide notata *in nota.*
Catechumenus si a fide deficiat, an sit censendus hæreticus, *num.* 11.
Ficte et invalide baptizati deserentes fidem, vel eam negantes metu mortis; et asserentes animam rationalem non esse formam corporis humani vel non esse immortalem; et asserentes terram esse mobilem, solem vero immobilem, an pro hæreticis habendi sint, *num.* 12 *ad* 16.
Communicatio cum hæreticis an licita sit, vel non, *num.* 17, 18 *et* 19.
Ad auctoris *num.* 19, vide notata *in nota.*
Matrimonia Catholicorum cum hæreticis an licita, et in quibus locis : et aliquod pactum in his contrahendis fieri solitum tanquam iniquum reprobatur, *num.* 20 *ad* 26.
Disputatio de fide cum hæreticis quibus personis, et in quibus locis prohibeatur, vel non, *num.* 27, 28 *et* 29 et *verb.* Fides, *num.* 36.
Hæretici cum proprio ritu an tolerandi in terris Catholicorum, *num.* 30.
Hæretici sub qua pœna sint revelandi ac denuntiandi, et quibus, *num.* 31 *et* 32.
Libros hæreticorum legentes, imprimentes, retinentes, etc., in quas censuras incurrant, *num.* 33, et *verb.* Libri.
Hæretici omnes formales externi, eisque credentes, ac eorum receptores, defensores, fautores ac eos in loco sacro sepelientes, in quas censuras incurrant, *num.* 34 *ad* 41.
Hæreticorum fautores, receptores, etc., an sint irregulares et inhabiles ad beneficia ecclesiastica, et talis inhabilitas an comprehendat etiam eorum filios ac nepotes, *num.* 42 *ad* 53.
Quid de obtinente beneficium ad hæreticorum preces, *num.* 54.
Hæretici, eorumque fautores, etc., sunt privati sepultura ecclesiastica, *num.* 55.
Hæretici an gaudeant ecclesiæ immunitate, *n.* 56 *et* 57.
Hæretici, eorumque fautores, etc., an sint infames, et inhabiles ad officia publica, *num.* 58 *ad* 60.
Hæretici an et quando amittant potestatem in filios, facultatem testandi et hæreditandi, bonorum possessionem ac jurisdictionem in vassallos et servos, *num.* 61 *ad* 67.
Hæretici ad quas pœnas damnandi. Et quid si impœnitentes aut relapsi, *num.* 68 *et* 69.
Filii et filiæ hæreticorum an et qualis hæreditatis sint capaces, an sint infames, et a quibus pœnis sint immunes, *num.* 70 *ad* 76.
Hæretici ad fidem catholicam redeuntes an licite possint retinere bona ecclesiastica a suis majoribus vel a se ipsis usurpata, *num.* 77.
Plura ex Benedicto XIV adducuntur, *num.* 78 *et seqq.*
Corrigitur hic auctor, *in nota Theol. Rom. num.* 94, 95.
Hæreticus privatur ipso facto omnibus bonis et juribus, *num.* 88.
Si tamen accedat sententia judicis declaratoria incursæ hæresis, et pœnæ condignæ.
Ad hoc procedat respectu hæretici manifesti. Vide *num.* 89.
Explicatur text. *in cap.* 26 *De verb. signif.*, *num.* 90.
Debitores hæretici etiam manifesti licet solvere non teneantur hæretico ipsius creditum, tamen nihil sibi lucrantur, cum fisco illud solvere debeant, *in num.* 91.
Quid si fiscus non exegerit creditum hæretici, interimque hæreticus absolutus fuerit ab omni pœna, *num.* 92.
Licet lapsus in hæresim repellatur a testimonio dicendo, ab eo tamen minime repellitur ille, qui patris sui vestigia sequens hæreticus natus est, *num.* 93.

## HEBDOMADA, HEBDOMADARIUS (IV, 155).

Hebdomadas, hebdomada quid sit. Vide *verb.* Hebdomada, *num.* 1, 2 *et* 3.
Decanus in quo loco sedere debeat in hebdomada, qua inservit ut canonicus, *num.* 4 *et* 5.
Canonicus in sacris non constitutus, an habere debeat suam hebdomadam, *num.* 6.
Alia ad rem, *num.* 7 *ad* 10.
Hebdomadarius non debet celebrare valde diluculo, *num.* 11.
Quid si hebdomadarius sit absens, *n.* 12 *et* 13.
Hebdomadarius an possit prætendere celebrationem missarum ad primam dignitatem spectantium, et paratus, vel non paratus in quo loco sedere debeat, *num.* 14, 15 *et* 16.
Hebdomadarius in decantandis horis canonicis non debet uti stola, *num.* 17.
Canonici quando denominentur hebdomadarii, et econtra ; et ad quid tales hebdomadarii teneantur, *num.* 18 *et* 19.
Dignitates collegiatarum an teneantur officium hebdomadarii exercere, *num.* 20.
Hebdomadarius officium facturus, in quo loco sedere debeat, *num.* 21.
An canonicus hebdomadarius paratus sedere debeat in scamno panno cooperto a cornu epistolæ præparato, an in primo stallo ab ea parte chori, in qua hebdomada obtingit, *n.* 22 *et seqq.*

## HEBRÆUS (IV, 159).

Hebræus an gaudeat immunitatis privilegio. Vide *verb.* Hebræus, *n.* 1, 2 *et* 3.
Cognitio causæ Hebræorum ad quem spectet, *num.* 4 *et* 5.
Quid de muliere Hebræa ad fidem conversa relicto viro, qui transeat ad secundam uxorem, et post aliquod tempus cum ipsa ad fidem convertitur, *num.* 6.
Parochi quid possint ab Hebræis exigere, *n.* 7.
Hebræi an obligari possint ad festa Ecclesiæ servanda, *num.* 8.
Hebræorum habitatio quomodo situanda, *num.* 9.
Alia ad rem, *num.* 10 *et seq.*, *ubi plura scitu digna inveniuntur.*
Judæi sunt in servitute Christianorum non quidem pœnali, sed civili, et quænam ex hac servitutis specie, et ab asylo præstito eisdem in variis status ecclesiastici civitatibus consequantur. Vide *num.* 96 *et seqq.*
Varia docte sapienterque stabilita, decreta, ac decisa enuntiantur circa Hebræorum infantium, et aliorum baptismum, *num.* 120 *et seqq*
De his, qui baptismo lavati ad Judaicos redeunt ritus, *num.* 103 *et seqq.*
Utrum iis in casibus, in quibus leges Hebræorum forenses contrariæ sunt juri communi, vel particulari quorumcunque locorum, controversiæ inter ipsos motæ decidendæ sint secundum forenses eorum leges an secundum jus commune vel particulare, *n.* 109 *et seqq.*
Hebræi, qui et Judæi, unde sic dicti. Vide *verb.* Talmud Hebræorum, *num.* 11.

## HEMORRHOISSA A CHRISTO SANATA (IV, 195).

Quænam fuerit hæc mulier. Vide *verb.* Hemorrhoissa a Christo sanata, *per totum.*

Digitized by Google

## HERMAPHRODITUS (IV, 199).

Hermaphroditi unde dicti, et an dari possint. Vide *verb.* Hermaphroditus, *n.* 1 *et* 2.
Hermaphroditi varii referuntur ab auctoribus, *num.* 3 *et* 4, *et num.* 27.
Refertur curiosus casus duorum hermaphroditorum, *num.* 5.
Auctor reprehenditur, *in nota.*
Hermaphroditi an ex mulieribus fieri possint viri, et econtra, *num.* 6 *ad* 9.
Aliqui interpretantur de hermaphroditis tantum *in cap.* Omnes utriusque sexus, *de pœnit. et remiss.*, *num.* 10.
Hermaphroditus an sit irregularis, et an, et quando possit valide ordinari, *num.* 11 *ad* 17.
Reprehenditur auctor, *n.* 10 *et* 15, *ib. in nota.*
Hermaphroditus an licite possit in monialium, vel virorum monasteriis profiteri, *num.* 18 *ad* 21.
Hermaphroditus an, et quando licite possit matrimonium contrahere, *num.* 22 *ad* 26, *num.* 28 *ad* 35, *et* 39 *ad* 42.
Quinam sint effectus in hermaphrodito, *num.* 36 *et* 37.

## HIERARCHIA ECCLESIASTICA (IV, 207).

Quid sit hierarchia, et illius etymologia et origo; Vid. *verb.* Hierarchia ecclesiastica, *num.* 1.
Dupliciter dividitur, scilicet ratione materiæ et formæ, et ratione ordinis et jurisdictionis, *num.* 2 *ad* 4.
Spectata ratione subjecti, quas hominum classes complectatur ex Eusebio, Hieronymo et Dionysio, *n.* 5 *et* 6.
Dividitur pariter in clericos et laicos, *num.* 7.
Confutantur protestantes qui nomen hierarchiæ a medio tollere conantur, *num.* 8 *et* 9.
Mendacium de Germanis canoni, quo concilium Tridentinum hierarchiam a Christo ordinatam deficiit, intercedentibus, *num.* 10.

## HIEROSOLYMITANI MILITES (IV, 211).

Ordo militaris equitum sancti Joannis Hierosolymitani, seu Melitensis, quando et a quo fuerit institutus, et sub quibus nominibus appellatus, et quare nunc dicatur Melitensis. Vide *verb.* Hierosolymitani milites, *num.* 1 *et* 2.
Equites Hierosolymitani sunt vere religiosi, sed non ita, ac cum aliis regularibus est cum iis rigorose procedendum, adduciturque exemplum, *num.* 3, *et num.* 102 *et seqq.*
Hic ordo an sit vera religio, ejusque equites sint veri religiosi, et an habeant eadem onera, et exemptiones, sicut alii regulares, *num.* 4 *ad* 19.
Ad *num.* 8 auctor, vide notata, *in nota.*
Bona equitum Melitensium ubique decedentium spectant ad eorum hospitale, *num.* 20.
Collatio eorum beneficiorum, et causarum cognitio spectant ad magnum magistrum, *num.* 21.
Ordinarii an possint dictos equites visitare, eorumque privilegia a quo confirmata, *num.* 22 *et* 23.
Religio Hierosolymitana divisa in tres ordines, et assignantur, *num.* 24.
Equitum Melitensium familia in octo nationes dividitur; et quæ ejus officia, *num.* 25.
Equitum Melitensium professio in quo consistat, ejusque formula traditur, *num.* 26 *et* 27.
Equites Melitenses tenentur servare interdictum locale, *num.* 28.
Equites Melitenses in quo casu incurrant irregularitatem, et quid in ipsos possit episcopus, si excommunicati exsistant, *num.* 29 *et* 30.
Curati vel parochi dictæ religionis ad quid teneantur, et in quo sint exempta ab ordinarii jurisdictione, *num.* 31 *ad* 37.
Ecclesiæ dictæ religionis an subsint ordinarii visitationi, *num.* 38 *et* 39.
Episcopus an possit fratrem capellanum dictæ religionis excommunicare, *num.* 40.
Fratres dicti ordinis an teneantur ad contributionem seminarii, vel ad procurationem tribuendam episcopo eorum ecclesias visitanti, *n.* 41 *et* 42.
Parochi dictæ religionis an sint ab ordinario approbandi, et an teneantur intervenire oleorum consecrationi, et quo jure possit episcopus eorum parochiales visitare, *num.* 43, 44, 45.
Quid possit episcopus circa ecclesias, prioratus dicti ordinis in casu violatæ immunitatis, et ad quid teneantur fratres capellani, *num.* 46 *ad* 49.
Religio Hierosolymitana quos possit in conservatores eligere, *num.* 50.
In promotione equitum Melitensium ad Magnam Crucem quæ ratio habeatur, *num.* 51.
Plura alia scitu digna apponuntur, et in fine afferuntur varia decreta sacræ congregationis Immunitatis ad rem spectantia, *num.* 52 *ad* 83.
Quædam recensentur, quæ Hierosolymitanæ militiæ concessit Benedictus XIV, *num.* 83, *in fine.*
Pro Hierosolymitanis capellanis attendendæ sunt resolutiones sacræ congregationis Concilii, quæ recensentur, *num.* 84 *et* 85.
Eorum capellanorum ecclesiæ parochiales quomodo subsint visitationi episcoporum, ac priorum Hierosolymitanorum, *num.* 86.
Iidem capellani ad synodum accedere debent, *num.* 87.
Alii sacerdotes ordini Hierosolymitano inservientes quomodo subjecti sint episcoporum jurisdictioni, *num.* 88 *et seqq.*

## HISTORIA, HISTORICUS (IV, 227).

Historia unde dicta, et quid sit. Vide *verb.* Historia, Historicus, *num.* 1 *et* 2.
Quatuor historiæ species assignantur, et explicantur, et quomodo ab historia, ac inter se ipsas differant, *num.* 3 *ad* 10.
Historia alia est sacra, alia profana, alia civilis, alia ecclesiastica, et alia mista, et singulæ explicantur, *num.* 11.
Historiæ primi inventores qui fuerint, *num.* 12 *et* 13.
Quid in historia, quid in historico principalius requiratur, *num.* 14. Vide *not. ad num.* 14.
Historicis an, et quando, et in quibus causis sit præstanda fides, vel non, *num.* 15 *ad* 29.
Historico coævo magis standum est, quam non coævo, *num.* 30.
Historicum critica maxime decet, si christiano fiat, *num.* 31.
An, et quæ in dubium ab historico ponenda, vel neganda, *num.* 32 *et* 33.
Quæ sint in factis historice credendis præcipue attendenda, *num.* 34.
Opera genuina et authentica a falsis ac suppositiis per quinque potissimum capita discerni possunt, et assignantur, *num.* 35.
Historia de asserta adultera matre Gratiani, Petri Lombardi, et Petri Comestoris est fabulosa. Vide *verb.* Pœnitentiæ sacramentum, *art.* 2, *num.* 28 *ad* 30.
De fide in judicio habenda historicis. Vide *num.* 36.

## HISTRIONES.

Histriones sunt infames, et irregulares. Vide *verb.* Infamis, *num.* 11, et *verb.* Irregularitas, *art.* 1, *num.* 12.

## HOMICIDA, HOMICIDIUM (IV, 239).

Homicidium unde dictum, et quid sit. Vide *verb.* Homicidium, *num.* 1.
Hominis cædes quocunque modo facta homicidium appellatur, et varii modi quibus perpetrari potest, assignantur, *num.* 2 *ad* 15.

Digitized by Google

Homicidium aliud est voluntarium, et aliud casuale. Vide *verb.* Homicidium, *num.* 16.

Voluntarium aliud est directe, aliud indirecte, tale, et singula explicantur, *num.* 17 *et* 18.

Homicidium voluntarium injustum semper est mortale peccatum, *num.* 19.

Homicidium juste et injuste committi potest, *num.* 20.

Juste committi potest quatuor modis, qui assignantur et explicantur, *num.* 21 *ad* 24.

Ad hoc ut occisio aggressoris sit licita, et cum moderamine inculpatæ tutelæ, tria requiruntur et assignantur, *num.* 25.

Quarta conditio ab auctore omissa additur, *num.* 105.

Servato moderamine inculpatæ tutelæ quando liceat, vel non, aggressorem occidere, *num.* 26 *ad* 34.

Reprehenditur auctor, *num.* 27, improbaturque solutis objectis sententia qua sustinent quidam theologi posse hominem occidi pro re magni momenti, *num.* 106.

Homicidium voluntarium injuste sex modis committi potest, qui assignantur, *num.* 35.

An et qua auctoritate liceat innocentem occidere, *num.* 36, 37 *et* 38.

An judici liceat condemnare ad mortem probatum nocentem, si scientia privata noverit innocentem. Vide *verb.* Judex.

Innocens ad mortem capiendus a satellitibus scientibus ipsius innocentiam an possit illos occidere, ut se defendat, *num.* 40.

Incarceratus nequit occidere custodes, ut effugiat, *num.* 41.

Ducti ad supplicium nequeunt carnificem aliosque ministros occidere, ut evadant, *num.* 42.

An autem bannitus possit se defendere aggressores occidendo, et econtra. Vide *verb.* Bannitus.

Non licet auctoritate propria et privata occidere extra causam necessariæ defensionis, *num.* 44.

An liceat patri vel marito occidere filiam vel uxorem in adulterio deprehensam, *num.* 45, 46, *et num.* 49 *et seqq.*

Quid de honesta matrona, aut virgine in casu violentiæ, *num.* 47.

An liceat auctoritate privata principem tyrannum occidere, *num.* 48.

Qua auctoritate liceat directe se ipsum occidere, *num.* 49 *et* 50.

In quibus casibus, et propter quas causas liceat indirecte se ipsum occidere, *num.* 51 *ad* 61.

Auctoris sententia moderatur, *in not. ad num.* 60.

Seipsos occidentes an, et quando privandi sint ecclesiastica sepultura. Vide *verb.* Sepultura.

Quid de clerico homicida incorrigibili, *num.* 63 *ad* 66.

Homicidæ damnati, sive diffamati, an possint habere dignitates et officia, et an remitti possint in locis, ubi degunt hæredes occisi, *num.* 67 *et* 68.

Si laicus post homicidium, patratum fit clericus, a quo puniri debeat, *num.* 69.

Clericus, post homicidium si habitum reassumat an gaudeat privilegio fori, *num.* 70.

Mandans homicidium committi in personam unius, si committatur in personam alterius, quam irregularitatem incurrat, *num.* 71.

Per homicidium vere casuale an quis irregularis deveniat, *num.* 72.

Homicidium committens veneno an gaudeat immunitate ecclesiastica, *num.* 73.

Homicidii appellatione non venit mutilatio membri, *num.* 74.

An satellites licite possint occidere malefactorem, quem jussi sunt comprehendere, et econtra *num.* 75.

Alia quoad homicidas et homicidia. Vide *num.* 76 *et seqq. ad num.* 104, et *verb.* Bellum, Fratricida, Immunitas ecclesiarum, Maritus, Parricidium, Mater, Matricida, Uxor, Uxoricidium.

Homicida quando incurrat, vel non, irregularitatem. Vide *verb.* Irregularitas.

Homicida quoad restitutionem. Vide *verb.* Restitutio.

Varia decreta ad rem, *num.* 79 *ad* 94.

Homicidii pœnæ quæ sint. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 125.

Homo quomodo verificetur, quod magis capite, quam pedibus currat. Vide *verb.* Mundus, *num.* 107.

Idem homo quomodo posset dici quod staret pedibus, et capite sursum eodemmet tempore, *num.* 111.

## HONESTAS PUBLICA

Honestas publica prout est impedimentum dirimens matrimonium. Vide *verb.* Impedimenta matrimonii, *art.* 2, *num.* 20.

## HONOR.

Honor quid sit. Vide *verb.* Detractio, *art.* 1, *num.* 3.

## HORA.

Hora unde sit dicta, in quot et quæ minuta dividatur, ejusque divisiones assignantur et explicantur. Vide *verb.* Kalendarium, *a num.* 9 *ad* 16.

## HORÆ CANONICÆ.

Vide *verb.* Officium divinum.

## HORIZON.

Horizon quid, et quotuplex sit. Vide *verb.* Mundus, *num.* 131 *et* 132.

## HORTATORIÆ (IV, 263).

Litteræ hortatoriæ a quibus, et contra quos decerni nequeant. Vide *verb.* Hortatoriæ, *num.* 1.

Alia ad rem, *num.* 2 *usque in finem.*

## HOSPITALE, HOSPITALARIUS (IV, 265).

Hospitale unde dictum, et quid sit. Vide *verb.* Hospitale, *num.* 1 *et* 2.

Hospitalitatis species variæ assignantur et explicantur, *num.* 3 *ad* 14.

Hospitalia quædam sunt religiosa, et quædam non religiosa, et utraque quid sint, et per quid differant, *num.* 15, 16 *et* 17.

Hospitalia fuisse fundata auctoritate episcopi quomodo cognosci possit, et sic fundata an sint materia simoniæ, ac gaudeant immunitate ecclesiastica, *num.* 18 *ad* 25.

Hospitalia si habeant beneficia an teneantur ad contributionem seminarii, et quæ hospitalia sint beneficia ecclesiastica, *num.* 26 *ad* 31.

Hospitalibus, quæ regularibus non subjiciuntur, quales rectores ac administratores deputandi, *num.* 32.

Ordinariorum jurisdictio circa hospitalia quæ sit et quid de illis; quæ sub immediata regum potestate exsistunt, *num.* 33 *ad* 43.

Hospitalia visitare possunt etiam judices sæculares si jus illis competat, *num.* 44.

Vicariæ perpetuæ hospitalibus unitæ quomodo, et a quibus conferri possint, *num.* 45.

In alienatione bonorum hospitalis quid requiratur, *num.* 47.

Reliqua ad rem, *num.* 48 *ad* 68

Quid requiratur, ut hospitalia exempta dici debeant a jurisdictione parochi, ita ut rectores vice parochi fungantur, *num.* 69.

## HOSPITATIO MILITUM.

Hospitatio militum est prohibita in locis ecclesiasticis. Vide *verb.* Miles, *num.* 17 *ad* 26.

Digitized by Google

### HOSPITIA REGULARIUM (IV, 273).


Quid hospitium regularium. Vide *verb.* Hospitia reg., *num.* 13.

Regulares, an, et de cujus licentia possint hospitia recipere, et quid in iis dirigendis sit observandum indicatur, *num.* 1 *ad* 4.

Regulares an possint hospitia in conventus reducere, *num.* 5.

Hospitium simplex quomodo esse debeat; et an de facili a sacra congregatione regularibus concedatur, ejusque translatio, *num.* 6 *ad* 10.

Patres Reformati non possunt habere hospitia in locis ubi adsunt conventus Observantium, *num.* 11.

Patres Reformati provinciæ Tusciæ an possint transferre suum antiquum hospitium ad conventum Sancti Joannis Baptistæ intra mœnia civitatis Florentiæ exsistentem, *num.* 12.

An in erectione hospitii requirantur illæ ipsæ solemnitates, quæ requiruntur in erectione conventus, *num.* 14 *et seqq.*


### HYDRAULICA.


Hydraulica quid. Vide *verb.* Mundus, *num.* 207.


### HYDROGRAPHIA.


Hydrographia quid, *num.* 205.


### HYDROMANTIA.


Hydromantia quid sit. Vide *verb.* Superstitio, *num.* 17.


### HYPOTHECA, PIGNUS (IV, 279).


Hypotheca et pignus quomodo differant, ac conveniant inter se. Vide *verb.* Hypotheca, Pignus, *num.* 1, 2 *et* 3.

Pignus dupliciter sumitur et assignatur, ejusque traditur definitio, ac etiam hypothecæ, *num.* 4, 5.

Pignus, seu hypotheca alia est expressa, et alia tacita, et quæ sit utraque, *num.* 6.

Rursus expressa alia est generalis, et alia specialis, et utraque explicatur, *num.* 7 *et* 8.

Uxor, maritus, liberi prioris matrimonii, pupilli, ecclesiæ, collegia, legatarii, fideicommissarii, venditores, locatores, fiscus qualem, et in quibus bonis habeant hypothecam, *num.* 9 *ad* 19.

Qui oppignorare, et hypothecare possint, et quæ bona, *num.* 20 *ad* 25.

Quæ res oppignorari et hypothecari possint vel non, *num.* 26 *et* 27.

Creditor pignus habens an possit illud hypothecare et ad quid circa illud teneatur, *num.* 28 *ad* 31.

Antichryseos pactum quid sit, et an licitum, *num.* 32 *et* 33.

Legis commissoriæ pactum quid sit, et an licitum *num.* 34 *et* 35.

Duæ pacti liciti species assignantur et explicantur, *num.* 36 *ad* 40.

Creditor pignus vendens an possit illud sibi ipsi emere, *num.* 41.

Creditori hypothecario quale jus competat præ aliis creditoribus, *num.* 42 *et* 43.

In pignore pluribus eodem tempore constituto quis præcedat, *num.* 44.

Creditor circa pignus sibi traditum ad quid ulterius teneatur, *num.* 45 *ad* 48.

Hypotheca vel expressa est vel tacita, *num.* 49.

Quibus, et ob quam causam, et quibus in circumstantiis detur tacita, *num.* 50 *ad* 63.

Quoties et quibus detur sola legis dispositione, 64 *ad* 73.

Nonnullæ de hac tacita hypotheca referuntur animadversationes, *num.* 74 *ad* 77.


### HYPOTHESIS.


Hypothesis quid et de ejus differentia a thesi. Vide *verb.* Thesis, *num.* 100 *et* 101.


# I

### ICTUUM FUNIS.


Ictuum funis, seu torturæ pœna quid sit. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 15.


### IDOLOLATRIA.


Idololatria quid et quotuplex sit, Vide *verb.* Superstitio, *num.* 8.


### IDUS.


Idus unde dicantur, et quid sint. Vide *verb.* Kalendarium, *a num.* 31 *ad* 33.


### IGNORANTIA (IV, 291).


Ignorantiæ quidditas assignatur, ejusque multiplex divisio, et subdivisio traditur, ac explicatur. Vide *verb.* Ignorantia, *num.* 1 *ad* 8, *et num.* 29 *ad* 38.

Ignorantia quocunque modo sumpta quando excuset, vel non, a culpa aut a pœna, *num.* 9 *ad* 20.

Ad *num.* 20 aucteris, Vide notata, *in nota*, *et num.* 39.

Ignorantia censurarum non excusat ab eis incurrendis, *num.* 21.

Ignoranti non currit tempus, *num.* 22.

Ignorans an æquiparari debeat impedito, et quomodo, *num.* 23 *ad* 28.


### ILLEGITIMUS.


Vide *verb.* Filius.


### IMAGINES (IV, 299).


Imago quid sit. Vide *verb.* Imagines, *num.* 1.

An liceat Deum, sanctissimam Trinitatem, et angelos in forma humana depingere, *num.* 2 *ad* 5.

Imagines Christi Domini, beatæ Mariæ Virginis et aliorum sanctorum de fide tenendum est posse depingi, et qua figura vel habitu sint repræsentandæ, *num.* 6 *ad* 11.

Imagines lascivæ in ecclesiis non sunt tolerandæ, *num.* 12.

Imagines sacræ de cujus licentia pingendæ, vel de novo collocandæ sint in ecclesiis, *num.* 13, 14.

Imagines sanctorum, qui a sede apostolica non sunt canonizati, quomodo pingendæ, ac retinendæ in ecclesiis, *num.* 15 *ad* 18.

Cruces in locis sordidis depictæ non sunt tolerandæ, *num.* 19.

In choro teneri non debent aliæ imagines, quam sanctorum, *num.* 20.

Imagines illorum, qui cum sanctitatis, aut martyrii fama decesserunt, an apponi possint in ecclesiis antequam declarentur beati, et quid de illis, qui cultum habent immemorabilem, *num.* 21 *et* 22.

Imagines Dei, Christi, angelorum, et sanctorum an licite, et quo cultu adorari possunt, et quid contra non adorantes, vel se prosternentes, *num.* 23 *ad* 29.

Imaginum usus an sit ecclesiæ utilis, et an fuerit in lege veteri, et quomodo incœperit in lege nova, *num.* 30 *ad* 35.

Imaginum translatio an et quomodo facienda, *num.* 36 *et* 37.

Imagines sanctorum Francisci, Antonii de Padua, Augustini, et Nicolai de Tolentino quomodo inscriptæ ac depictæ prohibentur, *num.* 38 *et* 39.

Concursus ad aliquam sacram imaginem, an et quando impediri possit, *num.* 40, 41 *et* 42.

Administratio oblationum imagini factarum ad quem spectet, *num.* 43.


Digitized by Google

Imago præter usum depicta refertur, et jussu Urbani VIII combusta. Vide *verb.* Imagines, *num.* 44.

Imaginis non miraculosæ translatio est privatæ facienda, *num.* 45.

Imago beati ac canonizati quomodo pingenda, *n.* 46.

In altari, in quo exponitur sanctissimum Sacramentum pro quadraginta horis, an possint imagines collocari, *num.* 47.

An imago et statua beatæ Mariæ Virginis et aliorum sanctorum deferri possint in processionibus cum baldachino, et intorticiis. Vide *verb.* Processiones, *num.* 38.

Affertur breviter historia miraculosissimæ imaginis beatæ Mariæ Virginis asservatæ in altari majori ecclesiæ Aracœlitanæ urbis, *num.* 49 *ad* 53.

Circa sacras imagines sanctissimæ Trinitatis, beatissimæque Virginis, aliasque servorum Dei stabilita a Benedicto XIV. Vide *num.* 54 *ad* 79.

Sollicitudo sacrarum imaginum præcipue spectat ad episcopum, *num.* 80.

Alia ad rem. Vide *verb.* Veneratio sanctorum.

## IMMUNDITIA.

Immunditia quid sit, et quale peccatum. Vide *verb.* Gula, *num.* 37, et *verb.* Luxuria, *num.* 36.

## IMMUNITAS ECCLESIASTICA, ET ECCLESIARUM (IV, 317).

### IMMUNITAS QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT EJUS NATURAM, DIVISIONEM, ET EJUS A QUO PROVENIT.

Immunitas unde derivetur. Vide *verb.* Immunitas, *art.* 1, *num.* 1.

Immunitas ecclesiastica an eadem sit ac immunitas ecclesiarum, *num.* 2 *et* 3.

Immunitatis definitio affertur, ejusque traditur divisio in localem, realem, et personalem, et singulæ explicantur, *num.* 4, 5 *et* 6.

Immunitas realis et personalis est de jure divino, *num.* 7.

Immunitas localis ecclesiarum quo jure competat ecclesiis, *num.* 8 *ad* 14.

An immunitas personalis sit de jure divino, an potius humano, *num.* 15 *ad* 24.

Ad legem. Si quis in conscribendo C. de pactis. Vide *ib.*, *num.* 26, *in fin.*

### IMMUNITAS QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT SPECIALITER IMMUNITATEM LOCALEM, SEU JUS ASILI, LOCA, DELICTA, ET PERSONAS, QUIBUS COMPETIT, VEL NON.

Jus asili quid sit. Vide *verb.* Immunitas, *art.* 2, *num.* 1.

Ecclesiæ et alia loca, quæ gaudent, vel non, jure asili assignantur, et alia plura ad rem obiter afferuntur, *num.* 2 *ad* 88.

Delicta, quibus competit, vel non, jus asili, quæ sint, et ad ea clarius percipienda afferuntur ad litteram duæ constitutiones Gregorii XIV et Benedicti XIII, *num.* 89 *ad* 93.

Primo immunitate non gaudent publici latrones, et qui sint, assignantur, et an liceat eos occidere, *num.* 94 *ad* 98.

Secundo depopulatores agrorum, et qui sint tales, *num.* 99, 100 *et* 101.

Tertio committentes homicidia in ipsis ecclesiis, vel membra mutilantes, et quæ mutilatio requiratur ut quis immunitate privetur, *num.* 102 *ad* 107.

Quarto occidentes proditorie proximum suum, et quid nomine proximi, et proditoris intelligatur, *num.* 108 *ad* 115, et *verb.* Homicida, *num.* 79.

Quinto assassini rei, et qui intelligendi sint sub hoc nomine, *num.* 117 *ad* 125.

Sexto hæresis rei præcise de hæresis crimine, *num.* 126.

Septimo rei criminis læsæ majestatis in personam principis, et quid sint, et quid requiratur, ut immunitate non gaudeant, *num.* 127, 128, 129.

Ultra supradicta crimina assignantur alia excepta a Benedicto XIII, *num.* 130.

Assignantur personæ, quæ gaudere possunt, vel non, jure asili, *num.* 131 *ad* 155.

Variæ ad hoc referuntur constitutiones, *num.* 156 *ad* 163.

### IMMUNITAS QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT PRIVILEGIA, EXTRACTIONEM, ET RESTITUTIONEM CONFUGIENTIUM, ET PŒNAS VIOLANTIUM JUS ASILI, ET ABSOLUTIONEM AB EISDEM.

Rei ad loca sacra confugientes an recipi debeant; an, et de cujus consensu extrahi possint, et in loco sacro exsistentes an et qua pœna condemnari possint. Vide *verb.* Immunitas, *art.* 3, *num.* 1 *ad* 8.

Rei confugiti an possint in loco sacro carcerari, aut vinculis constringi; et an liceat eisdem custodias apponere, *num.* 9 *ad* 26.

Reis confugitis an prohiberi possit rerum necessariarum delatio, et si pauperes, quomodo sustentandi, *num.* 27 *ad* 30.

Rei confugiti an, et quibus rebus, aut armis spoliari possint, *num.* 31 *ad* 39.

Assignatur modus servandus pro extra trahendis confugitis a locis immunibus, *num.* 40.

Curia sæcularis an possit in casibus exceptis confugitos extrahere; et hujus extractionis cognitio, ac declaratio a quo facienda, *num.* 41 *ad* 45.

In casibus non exceptis an liceat episcopo confugitos extrahere, *num.* 46 *ad* 51.

Ordinarius loci non potest extrahere bona decoctorum absque facultate sedis apostolicæ, *num.* 52.

Quos decoctores, vel debitores possit episcopus extrahere; confugiti extracti quando restituendi; quas pœnas incurrant injuste extrahentes, et extractioni cooperantes, et a quibus absolvi possint, ubi plura alia ad rem, *num.* 53 *ad* 152.

Indicantur qui de immunitate locali apprime, et nuper tractavit, itemque quatuor regulæ recensentur ad imputandas tricas, quas de trivio scriptores inanibus movent quæstionibus, *num.* 158 *et seqq.*

Immunitate ecclesiastica non gaudent homicidæ tam laici quam ecclesiastici, *num.* 154.

Refertur constitutio Benedicti XIV, quæ plurima continet circa immunitatem scitu necessaria, *n.* 155.

### IMMUNITAS QUOAD EA QUÆ SPECIALITER CONCERNUNT IMMUNITATEM REALEM ET PERSONALEM, ET PŒNAS EAM VIOLANTIUM, AC ABSOLUTIONEM AB EISDEM.

Quid sit, et in quo consistat immunitas realis et personalis. Vide *verb.* Immunitas, *art.* 4, *num.* 1.

Immunitatem et libertatem ecclesiasticam publice violantes a pœnitentiaria apostolica nequeunt absolvi, *art.* 3, *num.* 153.

Nomine personarum ecclesiasticarum, earumque bonorum ac rerum quæ veniant, et an gaudeant immunitate personali, vel reali, *num.* 2 *ad* 5.

Immunitas realis et personalis est de jure divino, *num.* 6.

Ecclesiastici non possunt sponte solvere, et laici non possunt ab ipsis sponte dantibus impositiones laicales accipere, *num.* 7.

Quas pœnas incurrant violatores hujus immunitatis, quinam sint tales violatores, et a quo possint, vel non ab eisdem pœnis absolvi. Vide *verb.* Bona ecclesiastica, *art.* 3. Vide *verb.* Bona, *art.* 3, *per tot.*

## IMMURATIO.

Immurationis pœna quid sit. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 16.

## IMPEDIENS (IV, 405).

Impediens aliquem a consecutione boni an et quomodo peccet, et ad quid teneatur. Vide *verb.* Impediens, *num.* 1 *ad* 6.

Advocati, procuratores, medici, aliique similes

Digitized by Google

qui cum aliorum præjudicio curant ad se trahere illos qui alios frequentabant, an peccent, et ad quid teneantur, *num.* Vide *verb.* Impediens, *num.* 7, 8 *et* 9.

Impediens advocatum, vel procuratorem, ne alterius causæ, vel liti assistant quomodo peccet, et ad quid teneatur, *num.* 10, 11 *et* 12.

Quid de impediente alicujus boni consecutionem aperiendo, vel dolose retinendo alterius litteras, *n.* 13 *et* 14.

Quid de impediente ex odio, fraude, vel zelo, aut precibus; ne aliquis officium, cathedram, aut beneficium consequatur, *num.* 15 *ad* 22.

Impediens jurisdictionem episcopi, vel alterius curiæ ecclesiasticæ censuris innodatur, *num.* 23, 24 *et* 25.

Alia quoad impedientes curiæ ecclesiasticæ ministros, *num.* 26 *ad* 30.

### IMPEDIMENTUM LEGITIMUM.

Definitur impedimentum legitimum, *verb.* Impediens, *num.* 31, 32.

Quænam præstent legitimum impedimentum, *num.* 33 *et seqq.*

De ratione probandi legitimum impedimentum, *num.* 47 *et* 48.

Probato legitimo impedimento causa restituitur in pristinum statum, et de aliis legitimi impedimenti effectibus, *num.* 49 *ad* 52.

### IMPEDIMENTA MATRIMONII.

Vide *verb.* Matrimonium quoad impedimenta.

### IMPOTENTIA.

Impotentia quando excuset a jejunio, et ab auditione missæ. Vide *verb.* Jejunium, *art.* 2, *num.* 18, et *verb.* Missa, *art.* 16, *num.* 6.

Impotentia. Vide *verb.* Impedimenta matrimonii, *art.* 2, *num.* 29.

### IMPUBERES et PUBERES.

Vide *verb.* Matrimonium, *art.* 2, *num.* 2 et *verb.* Sponsalia, *num.* 16.

### IMPUDICITIA.

Vide *verb.* Luxuria, *num.* 70.

### INCENDIARII (IV, 415).

Incendiarius quis proprie sit, et dicatur. Vide *verb.* Incendiarii, *num.* 1.

Pœnæ incendiariis assignantur, et quando teneantur ad damni compensationem, *num.* 2 *ad* 5.

Incendiarii ecclesiarum et locorum piorum in quas censuras incurrant, et a quo absolvi possint, *num.* 6 *ad* 10.

Incendiarii, si impœnitentes decedant, privari possunt ecclesiastica sepultura, *num.* 11 *et* 12.

Origo incendii, quando ignoratur, unde sit præsumenda, *num.* 13 *et* 14.

Incendium, quando est casus fortuitus, an obliget ad restitutionem, *num.* 15.

Incendiarii an gaudeant immunitate ecclesiastica, *num.* 16.

### INCENSATIO

Vide *verb.* Thurificatio.

### INCESTUS.

Vide *verb.* Luxuria, *num.* 12 et *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 138 et *verb.* Filius.

### INCOMMODITAS.

Incommoditas quando sufficiat ad alienationem rerum Eccles. Vide *verb.* Alienatio, *art.* 2, *num.* 4.

### INCORRIGIBILIS (IV, 417).

Clericus incorrigibilis antequam consignetur curiæ laicæ quid requiratur. Vide *verb.* Incorrigibilis, *num.* 1.

Ejectus a religione tanquam incorrigibilis gaudet privilegio fori, *num.* 2.

Alia ad rem, *num.* 3 *ad* 6.

### INDAGO JUDICIALIS.

Indago judicialis quid sit. Vide *verb.* Conservatores *art.* 2, *num.* 8.

### INDIA, INDI (IV, 419).

In Indiarum regionibus Hispaniæ regi subjectis permittitur esus carnium diebus Sabbati per annum. Vide *verb.* India *num.* 1.

Indos Paraquariæ et Brasiliæ in servitutem redire prohibetur, *num.* 2.

Animarum cura a regularibus in Indiis Maris Oceani quomodo exerceatur, *num.* 3 *ad* 5.

In Indiis Orientalibus et Occidentalibus servari jubentur decreta concilii Trident. de jurisdictione episcoporum in omnes animarum curam exercentes, *num.* 6.

### INDICTIO.

Indictio unde sit dicta; quid sit, quæve ejus regula. Vide *verb.* Kalendarium, *a num.* 56 *ad* 60.

### INDIGNUS.

Indignus ad prælaturas quis censeatur. Vide *verb.* Abbatissa, *num.* 49 et *verb.* Electio, *art.* 4, *num.* 40.

### INDULGENTIA (IV, 419).

INDULGENTIA, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT EJUS NATURAM, ANTIQUITATEM, ET DIVISIONEM.

Indulgentiæ nomen unde derivetur; et quot modis sumi possit. Vide *verb.* Indulgentia, *art.* 1, *num.* 1.

Indulgentiæ quidditas explicatur, *num.* 2, 3.

Thesaurus ecclesiasticus describitur; et ex quo constet, et ubi exsistat indicatur, *num.* 4, 5 *et* 6.

Indulgentiarum usus est antiquissimus, *num.* 7.

Indulgentia dividitur in plenariam et partialem, et utraque explicatur, *num.* 8.

Indulgentia plena, plenior, et plenissima quomodo inter se distant, *num.* 9 *et* 10.

Per indulgentiam in forma Jubilæi concessam quid intelligatur, *num.* 11.

Indulgentia partialis quid et quotuplex sit assignatur, et explicatur, *num.* 12 *ad* 15.

Indulgentia partialis concessa cum plenaria quo modo intelligi debeat, *num.* 16.

Indulgentia alia est perpetua, alia temporalis, alia indefinita, alia localis, alia realis, et alia personalis; et quælibet explicatur, *num.* 17 *et* 18.

Circa indulgentiam localem et realem, quid sit notandum, *num.* 19 *et* 20.

INDULGENTIA QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT AUCTORITATEM EAM CONCEDENDI, PERSONAS, QUÆ POSSUNT EAM CONCEDERE ET LUCRARI, ET REQUISITA AD IPSAM.

Auctoritas concedendi indulgentias de fide probatur, Vide *verb.* Indulgentia, *art.* 2, *num.* 1.

Summus pontifex quo jure, quibus personis, quas indulgentias, et quando possit concedere, *num.* 2, 3 *et* 4.

Inferiores papa quo jure, et quam facultatem habeant concedendi indulgentias, *num.* 5 *et* 6.

Assignantur indulgentiæ, quas possunt concedere episcopi, *num.* 7 *et* 8.

Episcopi nondum consecrati, an possint indulgentias concedere, *num.* 9.

Episcopi quibus personis possint indulgentias concedere; et an possint aliis talem potestatem delegare, et quibus, *num.* 10 *ad* 13.

Episcopi excommunicati, vel in peccato mortali exsistentes an valide possint indulgentias concedere, *num.* 14, 15.

Archiepiscopi, primates et patriarchæ, in quibus locis, et quas indulgentias concedere possint, *num.* 16 *ad* 18.

Digitized by Google

Archiepiscopi coadjutores et titulares an possint indulgentias concedere. Vide *verb.* Indulgentia, *num.* 19, 20 *et* 21.

Nuntii et legati apostolici, cardinales, summus pœnitentiarius quas indulgentias possint concedere; et quid si concessæ excedant facultatem sibi competentem, *num.* 22 *ad* 25.

Prælati episcopo inferiores, prælati regulares, vicarius generalis, et capitulum sede vacante an et quo jure possint indulgentias concedere, *num.* 26 *ad* 30, *et infra art.* 4, *num.* 11.

Indulgentiæ pro defunctis a quo concedi possint, *num.* 31 *et* 32.

Ad indulgentias valide concedendas quid requiratur, *num.* 33 *ad* 36.

Indulgentiæ a quibus lucrari possint, et ad eas lucrandas quales conditiones requirantur, *num.* 37 *ad* 45.

Adducuntur duo novissima decreta, *num.* 46 *et* 47.

Alia duo recentiora, *num.* 48, 49.

INDULGENTIA QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT EJUS EFFECTUS, ET TEMPUS ACQUIRENDI TAM PRO VIVIS, QUAM PRO DEFUNCTIS.

Indulgentiæ effectus quid sit. Vide *verb.* Indulgentia, *art.* 3, *num.* 1 *et* 2.

Pœna temporalis relicta ex peccatis condonatis duplex est, et assignatur, *num.* 3.

Qualis sit effectus indulgentiæ plenariæ, et cujuscunque alterius indulgentiæ, *num.* 4 *ad* 12.

Indulgentiæ pro defunctis a quo, et quomodo applicandæ, *num.* 13 *et* 14.

Indulgentia per modum absolutionis quomodo differat ab illa per modum suffragii, *num.* 15.

Indulgentiæ pro defunctis an prodesse possint illis determinatis animabus, pro quibus applicantur, *num.* 16 *ad* 20.

Ad indulgentiam pro defunctis lucrandam an requiratur status gratiæ, *num.* 21 *et* 22.

Indulgentia concessa pro vivis an possit defunctis applicari, et concessa pro vivis et defunctis an possit applicari pro se simul, et pro defunctis, *num.* 23, 24 *et* 25.

Indulgentiæ effectus an possit sæpius obtineri, et an uno eodemque opere possint simul plures indulgentiæ lucrari, *num.* 26 *ad* 29.

Per unicam confessionem et communionem an possit quis eodem die plures indulgentias lucrari, *num.* 30, 31 *et* 32.

Ad lucrandam indulgentiam a papa concessam vere pœnitentibus, et confessis quando, et quorum peccatorum confessio facienda sit, *num.* 33 *ad* 36.

Tempus lucrandi indulgentias in festis quando incipiat, ac terminet, *num.* 37 *ad* 41.

Explicantur aliquæ clausulæ in Brevi indulgentiarum apponi solitæ, *num.* 24 *ad* 46.

Missæ celebratæ de festo currente in altaribus privilegiatis an habeant eamdem vim, ac si celebrentur missæ de *Requiem*, *num.* 47.

An cum festi translatione transferatur etiam indulgentia, *num.* 48.

Alia de indulgentiæ duratione, ac cessatione, *num.* 49 *ad* 51.

INDULGENTIA, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT INDULGENTIAS REVOCATAS, ET APOCRYPHAS, ALIASQUE NON TALES, DE STATIONIBUS URBIS, AC VARIIS DECLARATIONIBUS.

Indulgentia a quo, et quando revocari possit, et quid requiratur ad talem revocationem. Vide *verb.* Indulgentia, *art.* 4, *num.* 1 *et* 2.

Per unius, vel plurium indulgentiarum revocationem, an, et quæ aliæ indulgentiæ censeantur revocatæ, *num.* 3 *et* 4.

Assignantur indulgentiæ revocatæ a sancto Pio V et a Paulo V, *num.* 5 *et* 6.

Affertur ad hoc constitutio Pauli V, alias indulgentias concedens, et variæ ab ipso revocatæ assignantur, *num.* 7 *et* 8.

Fratres minores de corpore Observantiæ spiritualia exercitia obeuntes lucrantur indulgentiam plenariam, *num.* 9.

Regulares impediti adire ecclesiam quomodo possint indulgentias lucrari, *num.* 10.

Provinciales societatis Jesu, aliique prælati regulares in actu visitationis quam indulgentiam largiri possint, *num.* 11.

Regulares non obstante revocatione Pauli V, quas indulgentias consequi possint, *num.* 12.

Indulgentiæ regularibus concessæ, et a Paulo V revocatæ non sunt censendæ hodie revalidatæ, *n.* 13.

Innocentius XI quas indulgentias apocryphas declaraverit, *num.* 14, 15.

Regulares per visitationem suarum respective ecclesiarum possunt lucrari omnes indulgentias stationum urbis, et tales indulgentiæ assignantur, et unde sic dictæ, et pro quibus applicari possint indicatur, *num.* 16 *ad* 19.

Ad rem afferuntur varia decreta novissime emanata, *num.* 20 *ad* 30.

Indulgentiæ de cujus licentia publicari debeant, *num.* 31.

INDULGENTIA, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT INDULGENTIAS CONCESSAS TRIBUS SANCTIS ORDINIBUS SANCTI PATRIS FRANCISCI, EORUMQUE ECCLESIIS BENEFACTORIBUS, CONFRATERNITATI CHORDIGERORUM.

Indulgentiæ fratribus Minoribus concessæ pro statione sanctissimi Sacramenti an censeantur a Paulo V revocatæ, unde taliter dictæ, et quomodo a dictis fratribus acquiri possint. Vide *verb.* Indulgentia, *art.* 5, *num.* 1 *ad* 6.

Quot et quam maximæ sint indulgentiæ stationum urbis, *num.* 7.

Indulgentiæ Terræ Sanctæ tum plenariæ, tum non plenariæ recensentur, *num.* 8.

Omnes supradictæ, aliæque indulgentiæ an pluries eodem die obtineri possint, *num.* 9.

Fratres Minores, Clarissæ, Tertiarii, et Chordigeri lucrantur indulgentiam plenariam recitando coronam beatæ Mariæ Virginis, *num.* 10.

Fratres Minores, aliique regulares ad lucrandam indulgentiam plenariam pro animabus purgatorii quid recitare debeant assignatur, *num.* 11.

Fratres Minores, Moniales, Tertiarii, Chordigeri, quas alias indulgentias lucrari possint, *num.* 12 *ad* 34.

Benefactores nostri seraphici ordinis quas indulgentias consequantur, *num.* 35, 36 *et* 37.

Morientes, seu sepeliri eligentes in habitu fratrum Minorum, vel monialium Sanctæ Claræ, aut Tertiæ Regulæ sancti Patris nostri Francisci lucrantur indulgentiam plenariam, et ad eam sic lucrandam quid necesse sit indicatur, *num.* 38, 39 *et* 40.

Osculantes habitum fratrum Minorum, et aliorum Mendicantium qualem indulgentiam lucrentur, *n.* 41.

Generales et provinciales ordinis Minorum quid possint benefactoribus ordinis communicare, *n.* 42.

Indulgentiæ plenariæ concessæ nostris ecclesiis in specialibus festivitatibus assignantur, *num.* 43.

Assignantur indulgentiæ, quas possunt lucrari fideles omnes assistentes divinis officiis in nostris et aliis ecclesiis, et visitantes nostras ecclesias in certis quibusdam festivitatibus, et facientes celebrare missas in nostris ecclesiis, et audientes conciones fratrum Minorum, aliorumque regularium privilegiatorum, *num.* 44 *ad* 48.

Indulgentia portiunculæ quoad singulas ejus partes explicatur, *num.* 49 *ad* 57.

Indulgentiæ concessæ obeuntibus *Viam crucis* assignantur. Et ad rem adducuntur constitutiones, ac litteræ encyclicæ superioris generalis, *num.* 58 *ad* 63.

Indulgentiæ crucum, et coronarum Hierosolymi-

Digitized by Google

tanarum, et Caravacensium recensentur, et declarantur. Vide *verb.* Indulgentia, *art.* 5, *num.* 64.
Omnes personæ trium ordinum sancti Patris nostri Francisci quoties possint indulgentiam plenariam, et absolutionem ab omnibus peccatis consequi, *num.* 65 *ad* 69.
Omnes personæ utriusque sexus trium dictorum ordinum lucrari possunt indulgentiam novissime concessam a Benedicto XIII, et quæ sit, *num.* 70.
Fratres Minores possunt per viam communicationis indulgentias aliis regularibus concessas lucrari, et e contra; et quomodo talis communicatio inter regulares sit intelligenda, *num.* 71 *ad* 76.
Fratres Minores de Observantia vacantes exercitiis spiritualibus per octiduum lucrantur indulgentiam plenariam, *num.* 77, *et supra art.* 4, *num.* 9.
Affertur novissimum privilegium pro missis celebratis pro animabus fratrum, et monialium ordinis Minorum, *num.* 78 *ad* 84.

INDULGENTIA, QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT VARIAS INDULGENTIAS CONCESSAS OMNIBUS CHRISTIFIDELIBUS.

Recensentur variæ indulgentiæ concessæ aliquod pium opus exercentibus, et diversas orationes recitantibus. Vide *verb.* Indulgentia, *art.* 6, *num.* 1 *ad* 15.
In regnis regi Hispaniarum subjectis quicunque die Commemorationis defunctorum celebrat, animam liberare potest a pœnis purgatorii, *n.* 16.
Qui communicant ubi singulis mensibus fit communio generalis a Patribus Societatis Jesu, lucrantur indulgentiam plenariam applicabilem pro defunctis, *num.* 17.
Recitantes flexis genibus vers. *Angelus Domini*, etc., *Ecce ancilla Domini*, etc., *Verbum caro*, etc., cum tribus *Ave, Maria* ad pulsum campanæ vespere, mane et meridie, quas indulgentias lucrentur, et ad rem affertur novissima declaratio Benedicti XIV, *num.* 18, 19 *et* 20.
Recitantes circa horam noctis psalmum *De profundis*, quas indulgentias lucrentur, *num.* 21 *et* 22.
Habentes coronas, aut numismata, etc., cum indulgentiis concedi solitis a Romanis pontificibus pro canonizatione sanctorum, quas indulgentias lucrentur, *num.* 23.
Visitantes septem Urbis ecclesias quas indulgentias lucrentur, et unde talis visitatio exordium sumpserit, *num.* 24 *et* 25.
Visitantes septem altaria in aliqua ecclesia habente indultum apostolicum quas indulgentias lucrentur, *num.* 26.
Recitantes orationem *Domine Jesu Christe*, etc., consequuntur octoginta annos indulgentiæ, *num.* 27.
Assignantur indulgentiæ concessæ assistentibus missæ et divino Officio, et respective recitantibus ac celebrantibus in quibusdam solemnitatibus, *n.* 28.
Alia ad rem. Vide *num.* 31 *ad* 35, et *verb.* Jubilæum, et *Appendicem*, sive *nov. de indulgentia art.*, ubi in aliquibus corrigitur, et confutatur auctor, et docte explicatur quid sit indulgentia, et quinam in antiqua Ecclesia ejusdem fuerit usus, quæque variandæ disciplinæ causa, et nonnulla decreta recensentur.
Quid sit indulgentia. *Appendix altera in hac novissima editione addita*, § 1.
Ecclesiæ doctrina quantum ad satisfactionem, *ib.* § 2.
Ad indulgentiæ valorem, præter auctoritatem in conferente requiritur justa et rationabilis causa eas elargiendi, *ibid*, § 3.
Quænam dispositiones requirantur ad lucrandas indulgentias, *ibid.* § 4.
Ad lucrandas indulgentias requiritur propositum satisfaciendi pro peccatis, *ibid.* § 4.
Id ostenditur Ecclesiæ praxi, *ibid.* § 6. Summorum pontificum testimonio, *ibid.* § 7. Virorum clarissimorum auctoritate, *ibid.* § 8. Rationis denique suffragio, *ibid.* § 9.
Ex tradita doctrina varia eruuntur corollaria, *ib.* § 10.

INFAMIA, INFAMIS (IV, 624).

Infamia quid, et quotuplex sit, et quid sit fama. Vide *verb.* Infamia, Infamis, *num.* 1, 2 *et* 3, et *num.* 28 *ad* 35.
Infamia quot modis contrahatur, *num.* 4.
Assignantur qui contrahunt infamiam ipso jure, et facto, tum de jure civili, tum de canonico, *num.* 5 *et* 6.
Infames jure civili an sint etiam tales jure canonico, *num.* 7 *et* 8.
Assignantur qui contrahunt infamiam per sententiam judicis, et ut tales dicantur quid requiratur, *num.* 9 *et* 10.
Referuntur summatim omnes infames infamia sive juris, sive facti, *num.* 11.
Infames tam infamia juris, quam facti, sunt irregulares; excluduntur ut a dignitatibus ecclesiasticis, ab ordinibus sacris, et ab actibus legitimis, ac muneribus publicis, *num.* 12, 13 *et* 14.
Reprehenditur hic auctor *a num.* 12 *ad num.* 42.
Electio facta de persona infami an sit irrita, *num.* 15 *ad* 18.
Infamia an tolli possit jam contracta per sententiam judicis, *num.* 19 *ad* 22.
Qui possit dispensare in infamia tam juris, quam facti, *num.* 23, 24 *et* 25.
De effectibus infamiæ. Vide *num.* 34 *ad* 37.
An causa, non pœna hodie infamet, *num.* 38.
Num hodie ob pœnam graviorem alicui irrogatam fama condemnati conservetur, *ibid.num.* 39 *et seqq.*
Alios infamare quale sit peccatum, qualem obligationem inducat, et an aliquando liceat. Vide *verb.* Detractio, *art.* 1 *et* 2 *per tot.*
Se ipsum infamare, quale sit peccatum. Vide *verb.* Detractio, *art.* 1, *num.* 58, 59.

INFANTES (IV, 631)

Quoad infantes sine baptismo defunctos, qui ad quædam sanctuaria deferri solent, ut Deus eos ad vitam revocare dignetur ut baptizentur, et quoad damnationem hujus consuetudinis a Benedicto XIV, vide *verb.* Infantes, *per totum.*

INFERNUS (IV, 632).

Inferorum loca quatuor assignantur, et singulorum quidditas explicatur. Vide *verb.* Infernus, *num.* 1 *ad* 6 et *ibid. in Appendice.*
Auctor emendatur, *in not. ad num.* 5.
In inferno an sit verus ignis, et cujus qualitatis, et quando a Deo creatus, et quomodo spiritus damnatorum a tali igne torqueantur, *num.* 7 *ad* 18.
Pœnæ damnatorum an distincte et determinate in hac vita agnosci possint, *num.* 19.
Damnati in inferno quomodo cruciandi post judicium universale, *num.* 20 *ad* 24.
Deus in damnatorum punitione qualem misericordiam exerceat, *num.* 25.
Peccatum veniale qua pœna puniatur in inferno, *num.* 26.
Ostenditur verus sensus illius axiomatis: *In inferno nulla est redemptio*, *num.* 27.
Anima Christi ad inferos descendens an aliquam pœnam passa sit, et quæ bona justorum animabus contulerit, et an aliquem ab ipsis locis liberaverit, *num.* 28 *ad* 33, et *verb.* Peccatum, *num.* 66.
Animæ damnatæ an cruciari possint extra infernum, *num.* 34.
Ora inferni non sunt montes Ætna, Vulcanus, et similes, *num.* 35.
Animæ damnatorum portantur in infernum a dæmonibus, et in die judicii quomodo illuc descendent, *num.* 36 *et* 37.
An animæ Trajani aliorumque paganorum fue-



Digitized by Google

rint ab inferno eductæ, et quomodo. Vide *verb.* Infernus, *num.* 38, 39 *et* 40, *et in not. noviss. ad finem Append.*

Infernus quot modis accipiatur, *in Append. seu nov. art. num.* 1.

Refellitur opinio, quæ negat apud Judæos viguisse semper dogma de præmiis suppliciisque vitæ futuræ in inferno, *in Append. num.* 2.

Errores atheorum, et hæreticorum circa infernum, *in Append. num.* 3 *et* 4.

Unus est determinatus tormentorum locus, juxta catholicorum dogma, qui dicitur infernus, *in Append. num.* 5.

Incertus tamen est universi situs, in quo constitutus sit infernus, *in Append. num.* 6.

De limbo sanctorum Patrum, *in Append. num.* 7.

De limbo puerorum, et pœnis quibus crucientur pueri qui sine baptismo decesserunt, *in App. n.* 8.

De purgatorio et de igne inferni late disseritur, *in Append. num.* 9, 10 *et* 11.

Quid nomine portæ inferorum veniat, *in Append. num.* 12.

## INFIDELITAS (IV, 663).

Signa infidelitatis protestativa quæ sint, et indicantur; infidelitas pure negativa quæ, et an sit peccatum. Vide *verb.* Infidelitas, *per totum.*

## INFIRMITAS, INFIRMUS (IV, 664).

Infirmitas quando excuset ab auditione missæ, et quid sit in casu attendendum. Vide *verb.* Infirmitas, *n.* 1, 2 *et* 3.

Qualis infirmitas excuset a recitatione divini officii; et in dubio an sit gravis, vel levis, quid sit observandum, *num.* 4 *ad* 9.

Regulares infirmi, valetudinarii, senes, etc., nescientes se determinare, an licite possint totum, vel partem officii divini omittere, quomodo possint præcepto satisfacere, *num.* 10.

Regulares infirmi consequuntur indulgentiam *in articulo mortis*, *num.* 11.

Regulares infirmi, senes, ac decrepiti in suis cellis, ac lectulis, quales indulgentias lucrari possint, *num.* 12 *et* 13.

Infirmi omnes propter quale incommodum possint officium omittere, vel anticipare, *num.* 14 *ad* 18.

Reprehenditur auctor *num.* 16 *in not.* et refellitur *in not. ad num.* 18.

Quid si infirmus sit communicandus, et desit stola, vel alba; aut jejunus exspectare non possit, *num.* 19 *et* 20.

Infirmus ex quo præcepto teneatur Eucharistiam sumere per modum viatici; et quæ formula adhibenda sit in ipso communicando quamvis jejuno. Vide *verb.* Eucharistia, *num.* 34 *et* 35.

Qui mane ante periculum communicavit ex devotione, si supervenerit periculum, an teneatur eadem die per modum viatici communicare, *num.* 36.

In eadem infirmitate quoties possit infirmus viaticum sumere, *num.* 37 *et* 38.

Viaticum debet dari infirmis in periculo etiam in die Parasceves, *num.* 39.

Quid si infirmus ob tussim, vel aliam causam sumere non possit viaticum, *num.* 50.

Pro consecrando viatico dando infirmo an liceat sacerdoti non jejuno celebrare, *num.* 28 *et* 29.

Infirmi non tenentur ad jejunium. Vide *verb.* Jejunium, *art.* 2.

Infirmi an teneantur ad jejunium, si propria culpa in infirmitatem inciderint, *num.* 31.

Fratres Minores non potentes jejunare bono modo propter infirmitatem non tenentur, *num.* 32.

Episcopi infirmi an, et quando dispensentur a residentia. Vide *verb.* Episcopus, *art.* 3.

Canonici infirmi an, et quando lucrentur distributiones. Vide *verb.* Distributiones quotidianæ.

Parochi infirmi an, et quando censeantur dispensati a residentia. Vide *verb.* Parochus.

Infirmus peccat, si, spretis medicorum consiliis, remedia sibi procurat, *num.* 36.

Infirmus an licite possit respuere medicamenta, *num.* 36.

Infirmitas quomodo probetur, dum interdicitur eam allegare pro legitimo impedimento, *num.* 37 *ad* 41.

## INGRESSUS (IV, 669).

Ingressus mulierum menstruatarum in ecclesiam haud prohibendus. Vide *verb.* Ingressus, *num.* 1.

De ingressu mulierum in clausuram virorum, *num.* 2 *et* 3.

Ingressus in clausuram monialium omnibus interdicitur, *num.* 4.

Alia vide *verb.* Clausura, *et verb.* Moniales, *art.* 3, *num.* 99.

## INHABILITAS.

Inhabilitatis ad beneficia pœna quid sit. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 8.

## INIMICUS.

Vide *verb.* Odium, Virtus, Charitas.

## INJURIA.

Injuria quid sit. Vide *verb.* Conservatores, *num.* 4.

## INJURIANTES.

Injuriantium pœna quæ sit. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2. *num.* 145.

## INQUISITIONIS S. OFFICIUM, INQUISITORES (IV, 670).

Inquisitionis tribunal quando primo erectum. Vide *verb.* Inquisitionis Sanctum Officium, *num.* 1 *et num.* 100.

Inquisitionis munus, a quo, et quibus fuerit commissum, *num.* 2 *et* 3.

Jurisdictio inquisitionis a principio fuit delegata, deinde ad ordinariam accessit, sed cumulativa est cum episcopis in causis fidei, excepta Hispania, ubi est privativa inquisitioni, *n.* 101 *ad* 104.

Num cum sui capituli consilio in causis fidei episcopus procedere debeat, *num.* 105 *et* 106.

Quid in prælatis episcopali jurisdictione pollentibus, et quid in prælatis hujusmodi regularibus, *num.* 107 *et* 108.

Inquisitores a quibus olim eligerentur, et nunc eligantur, *num.* 4 *et* 5.

Congregatio SS. inquisitionis a quo erecta, quæ ejus facultas, ac decreta, et contra quos procedere possit, *num.* 6 *ad* 11.

Quot cardinales sufficiant ad concludendum in congregatione, *num.* 12 *et* 13.

Scripta et præcepta hujus sacræ congregationis an statim exsequenda; et impediens exsecutionem quas pœnas incurrat, *num.* 14 *et* 15.

Inquisitores in quibus causis, et contra quos procedere possint, *num.* 16 *ad* 19 *et num.* 95 *et* 98, ubi affertur decretum Sacræ Universæ Inquisitionis super perpetua inhabilitatione sacerdotum ad turpia sollicitantium, vel sacrificio missæ abutentium ad sortilegia.

Inquisitores regulares an, et in quibus, superioribus regularibus subjiciantur, *num.* 20, 21 *et* 22.

Inquisitores nequeunt procedere contra episcopos, neque ipsos excommunicare, et e contra neque procedere possunt contra legatos, vel nuntios papæ, neque contra officiales pontificios, neque ipsos excommunicare, *num.* 23 *ad* 26.

Digitized by Google

Inquisitores in quibus causis se intromittere possint. Vide *verb*. Inquisitionis Sanctum Officium, *num*. 27.

Inquisitores quid possint, vel non, in causis examinandis, et contra quos procedere possint; et alia plura ad rem, *num*. 28 *ad* 94.

INSANA PROPOSITIO.

Insana, fabulosa, et mendosa propositio quæ sit. Vide *verb*. Propositiones damnatæ, *num*. 42.

INSIDIÆ.

Insidiis contra hostem uti licet, dummodo absint mendacia. Vide *verb*. Bellum, *art*. 3, *num*. 1.

INSIGNIA (IV, 682).

Episcopus an possit concedere insignia canonicis ecclesiæ cathedralis, vel collegiatæ, aut concessa mutare, vel almutiam de novo, aut cappam. Vide *verb*. Insignia, *num*. 1, 2 *et* 3 *et n*. 33.

An episcopus accedente consensu capituli ecclesiæ cathedralis insignia concedere queat canonicis ecclesiæ collegiatæ, *in nov. add. num*. 34 *et* 37.

An liceat canonicis novum habitum, sive signum assumere, *num*. 4.

Insignia deferendi facultas quomodo sit petenda a papa, et quomodo concedatur, *num*. 5 *et* 6.

At insignia minora potest episcopus concedere, *num*. 38.

An requiratur, et quæ sit rationabilis causa insignium concessionis, *num*. 7 *et* 8.

Ecclesiæ collegiatæ quandoque conceduntur insignia nobiliora, quam cathedrali, *num*. 9 *et* 10.

Per concessionem cappæ, intelligitur etiam concessus usus rochetti, *num*. 11.

Cappæ antiquitas assignatur, *num*. 12.

Alia ad rem, *num*. 13 *ad* 32.

INSIGNIS, INSIGNITAS (IV, 687).

Ecclesia collegiata potest esse insignis dupliciter; assignatur, et explicatur. Vide *verb*. Insignis, Insignitas, *num*. 1, 2 *et* 3.

Collegiata alia est insignis, et alia non insignis, et utraque explicatur, *num*. 4. 5 *et* 6.

Insignitas collegiatæ ex quo resultare et probari possit, *num*. 7 *et* 8.

Collegiata non insignis potest insignis declarari. Et quis locus reputari debeat insignis, *num*. 9 *et* 10.

Canonici collegiatæ tam insignis, quam non insignis, an teneantur ad diuturnam officiaturam in choro, *num*. 11 *ad* 14.

Reprehenditur auctor *num*. 13, *in num*. 23 *et seqq*.

Inter collegiatas insignes, et non insignes et inter easdem insignes quæ præcedentia sit servanda, *num*. 15 *ad* 20.

Collegiatæ insignes an cathedralibus æquiparari possint, *num*. 21 *et* 22.

INSORDESCENS, INSORDESCENTIA (IV, 695).

Insordescens quis dicatur. Vide *verb*. Insordescens, etc., *num*. 1.

Insordescentia quibus censuris conveniat; et ad eam probandam quid opus sit indicatur, *n*. 2 *ad* 8.

Insordescens in censura lata ob causam hæresis, vel ob aliam causam ab hæresi, vel in causa criminali quomodo haberi debeatur, *num*. 9 *ad* 12.

Insordescens in censura excommunicationis, vel suspensionis, aut interdicti per annum, vel ultra, an sit privatus ipso jure beneficiis, *num*. 13.

Alia ad rem, *num*. 14 *ad* 17.

A quonam tempore numerandus est annus insordescentiæ, *num*. 18 *ad* 20.

Quoniam annus insordescentiæ debet esse integer et continuus, disputatur num talis sit annus ubi quis plurium annorum spatio persistit in excommunicatione, sed in unoquoque anno obtinuit absolutionem cum reincidentia, *num*. 21 *et* 22.

An hic annus integer et continuus habeatur, si intra ipsum excommunicatus in foro conscientiæ absolvatur, *num*. 23 *et* 24.

An habeatur hic annus integer et continuus, si intra ipsum obtinuit excommunicatus rescriptum cum clausula *absolventes*, *n*. 25.

Insordescentia quomodo sit probanda, *num*. 26.

INSTITUTIO, SEU INSTITUERE IN BENEFICIIS (IV, 701).

Institutio dupliciter sumitur, et assignatur, et sic sumpta quid importet. Vide *verb*. Institutio, *num*. 1, 2 *et* 3.

Institutio proprie accepta quomodo differat a collatione et præsentatione, et singulæ quid sint, et quando fieri possint, *num*. 4 *ad* 7.

Institutio triplex assignatur, *num*. 8 *ad* 11.

Institutio collativa de jure ad quem pertineat, *num*. 12, 13 *et* 14.

Prælatis, etiam regularibus, episcopo inferioribus an et quo jure competat potestas instituendi in beneficiis præsentatos a patronis, *num*. 15 *ad* 22.

Ad *num*. 19 auctor. Vide *num*. 40 *et* 41, ubi explicatur Concilium Tridentinum, *sess*. 14, *cap*. 12, *de reform*.

Laici non possunt instituere clericum in beneficio, *num*. 23.

Institutio auctorizabilis quibus competat, vel non, *num*. 24, 25 *et* 26.

Corrigitur auct. *num*. 26, 42, 43 *et* 44.

Institutio corporalis ad quem spectet, *n*. 27 *ad* 30.

In beneficiis ecclesiasticis qui possint institui, *num*. 31 *et* 32.

Tempus institutionis faciendæ, et ritus in ipsa observandi indicantur, *num*. 33, 34 *et* 35.

Legitima superioris licentia, nullo alio introducente, an sufficiat pro institutione, *num*. 36.

Quid si a patrono laico præsentati sint duo æque digni, vel plures patroni diversos æquali numero suffragiorum præsentent, *num*. 37 *et* 38.

Institutio potest fieri extra diœcesim et territorium instituentis, *num*. 39.

Quando processum ab ordinario dici debeat potius per viam institutionis, quam gratificationis, *num*. 45.

INSTRUCTIO.

INSTRUCTIO PAROCHORUM, ET ALIORUM CONFESSARIORUM PRO CASIBUS, PRO QUORUM ABSOLUTIONE, SEU DISPENSATIONE RECURRENDUM EST AD SACRAM PŒNITENTIARIAM (IV, 712).

Affertur finis, ob quem traditur hæc instructio. Vide *verb*. Instructio parochorum, etc., *num*. 1.

In casibus ad Sacram Pœnitentiariam spectantibus, quid agere debeant parochi indicatur. Et formula scribendi Cardinali Majori Pœnitentiario traditur, et explicatur, *num*. 2, 3 *et* 4.

Afferuntur aliqua exemplaria pro recursu in dictis casibus, *num*. 5, 6 *et* 7.

Adducitur forma litterarum dispensationis super impedimento occulto affinitatis post contractum matrimonium, ejusque clausulæ quomodo intelligendæ sint, innuitur, *num*. 8 *ad* 30.

Clausula *Gratis ubique* solita a tergo inscribi quid importet, *num*. 31.

Adducitur formula absolutionis dandæ, et dispensationis exsequendæ super dicto impedimento occulto affinitatis, *num*. 32.

Quid in casu a confessario advertendum, *num*. 33, 34.

Dispensatio concessa a Sacra Pœnitentiaria quando exspiret, *num*. 35.

Digitized by Google

Instructio pro examine illorum testium qui inducuntur pro contrahendis matrimoniis, tam in curia Eminentissimi D. Cardinalis Urbis vicarii, quam in aliis curiis cæterorum ordinariorum. Vide *verb.* Instructio, *num.* 1 *ad* 18, *per totum.*

## INSTRUMENTA.

Vide *verb.* Scripturæ

## INSULA.

Insula quid. Vide *verb.* Mundus, *num.* 87.

## INTENTIO (IV, 725).

Intentio generatim sumpta quid sit. Vide *verb.* Intentio, *num.* 1.

Intentio dividitur in actualem, virtualem, habitualem et interpretativam, et singulæ explicantur, *n.* 2 *ad* 7.

Intentio alia est implicita, alia explicita, alia directa, et alia indirecta, alia absoluta, et alia conditionata. Et singulæ describuntur, *num.* 8 *ad* 13.

Ad valide conficienda, seu ministranda sacramenta qualis intentio sufficiat, *n.* 14 *ad* 20.

Ad valorem sacramenti qualis intentio sufficiat in ministro, *n.* 21 *ad* 30 *et n.* 57 *et seqq.* et late *in Append. num.* 1 *et seqq.* ubi discrimen detegitur, quod nostrorum theologorum opinionem, et damnatam Lutheri aliorumque hæreticorum hæresim intercedit; et verus sensus Catharini, aliorumque Catholicorum, istiusque a communi scholasticorum opinione discrepantia.

Ad valide recipienda sacramenta, quæ intentio requiratur, *num.* 31 *ad* 39.

Assignatur ratio, cur potius requiratur intentio saltem virtualis in ministro, quam in suscipiente, *num.* 40.

Ad valide missam applicandam, et ad parvas hostias consecrandas qualis intentio sufficiat, *n.* 41, 42 *et* 43.

Ad recitandas horas canonicas quæ intentio sufficiat, et an requiratur intentio satisfaciendi, sicut et in auditione sacri diebus festis, *num.* 44 *ad* 54.

Quid sit in hac re advertendum innuitur, et affertur notabile dictum, *num.* 55 *et* 56.

Alia ad rem *in Appendice.*

## INTERDICTA (IV, 745).

Quoad interdicta in genere, et interdictum quorum bonorum. Ad possessiones pertinent interdicta; unde deriventur et denominentur. Vide *verb.* Interdicta, *art.* 1, *num.* 1.

Quid hodie per interdicta intelligatur; et in quo ab actionibus proprie dictis differant, *num.* 2 *et* 3.

Tripliciter dividuntur interdicta, et explanatur divisio, *num.* 4 *et* 5.

In quo interdictum quorum bonorum ab hæreditatis petitione differat, *num.* 6.

In omnibus interdictis non modo rei principalis, sed et fructuum ratio habetur, *num.* 7.

An in judicio petitionis hæreditatis, præstandi sint fructus a die motæ litis sive jurium productionis, *num.* 8, 9.

An hoc interdictum competat etiam hæredi qui jure civili hæres exsistit, *num.* 10, 11.

Datur adversus duo genera possessorum qui exponuntur, *num.* 12 *ad* 15.

Quoad Salvianum interdictum et alia interdicta possessoria. Vide *verb.* Interdicta, *art.* 2, *num.* 1, *et per totum.*

## INTERDICTUM (IV, 760).

### INTERDICTUM, QUOAD EJUS ESSE ET DIVISIONEM.

Interdictum quid sit. Vide *verb.* Interdictum, *art.* 1, *n.* 1.

Interdictum dividitur in locale, personale et mixtum, et singula explicantur, *num.* 2 *ad* 5.

Sed vid. *num.* 37 *et* 38.

Interdictum tam personale, quam locale subdividitur in particulare et generale, et singulorum quidditas indicatur, *num.* 6 *ad* 10.

Non omne interdictum infligitur per modum censuræ, sed etiam infligitur per modum pœnæ, *num.* 26 *ad* 29.

Differentiæ adducuntur inter interdictum illatum per modum censuræ, et illud illatum per modum pœnæ, *num.* 30 *ad* 34.

De origine interdicti per modum censuræ, *num.* 35 et 48 *ad* 51.

Interdicto populo unius provinciæ, vel civitatis, quæ personæ comprehendantur, vel non, *num.* 11, 12 *et* 13, et *num.* 44 *ad* 47.

Sub generali interdicto cleri an comprehendantur religiosi et episcopi, *num.* 14 *ad* 17.

Interdicta civitate, vel diœcesi, comprehenduntur etiam ecclesiæ regularium, et cathedralis, et suburbia ipsius civitatis, *num.* 18 *ad* 21.

An posito interdicto locali censeatur positum personale, *num.* 39 *et* 40.

An posito interdicto generali personali, censeatur etiam positum totale, *num.* 41.

De locis comprehensis interdicto locali, *num.* 47.

Interdicta alia sunt a jure, alia ab homine. Et a quibus ferri possint, *num.* 22 *ad* 25.

### INTERDICTA LOCALIA GENERALIA.

Vide *verb.* Interdictum, *art.* 2.

### INTERDICTA LOCALIA PARTICULARIA.

Vide *art.* 3.

### INTERDICTA PERSONALIA GENERALIA.

Vide *art.* 4.

### INTERDICTA PERSONALIA PARTICULARIA.

Vide *art.* 5.

### INTERDICTUM, QUOAD EJUS EFFECTUS.

Effectus interdicti tres assignantur. Vide *verb.* Interdictum, *art.* 6, *num.* 1.

Circa primum interdicti effectum, qui est privatio aliquorum sacramentorum, quid sit notandum satis clare indicatur, *num.* 2 *ad* 9.

Circa secundum effectum, nempe privationem divinorum officiorum, quæ officia interdicta censeantur, vel non, et quid possint in casu regulares privilegiati, et ad rem adducitur constitutio Clementis VIII, *num.* 10 *ad* 18.

Ad *num.* 10. Auct. Vide notata *num.* 41 *et* 42.

Circa tertium effectum, qui est privatio sepulturæ ecclesiasticæ, quid attendi debeat, *num.* 19 *ad* 28.

Ad *num.* 17. Auct. Vide agitata, *num.* 44 *et* 45.

### INTERDICTUM, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT PŒNAM, ET CULPAM INTERDICTUM VIOLANTIUM.

Laici quocunque modo violantes interdictum quomodo pecceut, et in quas censuras incurrant. Vide *verb.* Interdictum, *art.* 7, *num.* 1, 2 *et* 3.

Clerici et regulares utriusque sexus violantes interdictum ultra culpam mortalem, quibus pœnis subjiciantur, et quid si scienter interdictos sepelierint in loco sacro, *num.* 4 *ad* 9.

Regulares tam exempti, quam non exempti, violantes interdictum generale locale, vel cessationem a divinis, ultra statutas pœnas, in quas alias censuras incurrant, *num.* 10, 11 *et* 12.

Assignantur varii casus, in quibus episcopi possunt interdicto subjicere ecclesias exemptorum, et regularium; et etiam contra ipsos superiores regulares, ac abbates, aut alios usum pontificalium habentes procedere per interdictum, *n.* 13 *ad* 20.

Antiquus interdicti rigor describitur, et deinde

Digitized by Google

facta remissio. Vide *verb*. Interdictum, *art*. 7, *num*. 21 *et seqq*. *et art*. 6, *num*. 29 *et seqq*.

INTERDICTUM A QUIBUS, ET QUIBUS MODIS TOLLATUR, ET RELAXETUR.

Interdictum latum ad certum tempus, vel sub aliqua conditione quando cesset, et an episcopus possit dispensare ante elapsum tempus, si sit datum a jure. Vide *verb*. Interdictum, *num*. 1 *et* 2.
Interdictum generale locale, vel personale an tolli possit ab episcopo, *num*. 3 *et* 4.
Parochi, aliique confessarii an, et quale interdictum tollere possint, *num*. 5 *et* 6.
Interdictum ordinarie tolli potest ab eo qui ipsum tollit, vel sibi reservavit, *num*. 7 *et* 8.
Interdictum generale locale non potest relaxari ad cautelam; secus vero alia interdicta, *num*. 9 *et* 10.
Vide cætera, *num*. 13 *et seqq*.

## INTERLOCUTORIA SENTENTIA.

Vide *verb*. Sententia, *num*. 3, et *verb*. Appellatio, *art*. 4.

## INTERPRES.

Interpres, per quem quis confitetur, tenetur ad sigillum. Vide *verb*. Sigillum sacramentale, *num*. 7.
Interprete uti quando pœnitens teneatur. Vide *verb*. Pœnitentiæ sacramentum, *art*. 2, *num*. 82.

## INTERPRETATIO LEGIS.

Interpretatio legis quid, et quotuplex sit. Vide *verb*. Lex, *art*, 5, *num*. 18; et in quo differat ab epicheia, *num*. 42, et *verb*. Interpretatio legis, *per totum*.

## INTERSTITIA (IV, 787).

Interstitia quid sit, cur instituta, et quomodo servanda in minoribus ordinibus. Vide *verb*. Interstitia, *n*. 1 *ad* 4, et *num*. 20.
Pro suscipiendis ordinibus sacris quale interstitium servandum, *num*. 5 *ad* 9.
Facultas dispensandi in interstitiis quibus competat, et præcipue respectu regularium, *num*. 10 *ad* 16.
Sed respectu regularium. Vide *n*. 21 *et* 22.
Ad dispensandum in interstitiis qualis causa requiratur, *num*. 17 *et* 18.
Ordinans et ordinatus non servatis interstitiis quomodo peccent, *num*. 19.

## INTORTITII.

Intortitiorum, seu Cereorum ardentium usus an, et quomodo prosit defunctis. Vide *verb*. Suffragia, *num*. 20.

## INTRUSUS IN BENEFICIUM.

Vide *verb*. Beneficia, *art*. 7, *num*. 19, et *art*. 10, *num*. 116.

## INVIDIA (IV, 793).

Invidia quid sit, quale peccatum, ejusque gravitas ex quo deducenda. Vide *verb*. Invidia, *n*. 1 *ad* 5.
Invidia quinque habet filias, quæ assignantur, *num*. 6.
Invidia est pœna continui invidi, *num*. 7.
Assignantur et explicantur tres aliæ tristitiæ affectiones invidiæ consimiles, *num*. 8 *ad* 11.
Sed quoad æmulationem secundum invidiæ effectum, vid. *in nota ad num*. 10.
Invidus proprie et rigorose quis sit, et unde dictus, *num*. 12.

## IRA (IV, 795).

Ira quid sit? An, et quotupliciter possit esse appetitus inordinatus vindictæ, et sic sumpta quale sit peccatum. Vide *verb*. Ira, *num*. 1 *ad* 9.
Iræ filiæ sex enumerantur, et explicantur, *num*. 9 *ad* 15. Corrigitur auctor. *num*. 14 *in nota*.

## IRREGULARITAS (IV, 800).

IRREGULARITAS, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT EJUS ESSE ET DIVISIONEM.

Irregularitas quid, et quotuplex sit assignatur, et explicatur. Vide *verb*. Irregularitas, *art*. 1, *num*. 1 *ad* 4.
Irregularitas alia est ex delicto, et alia ex defectu; et quomodo contrahatur, *num*. 5, 6 *et* 7.
Ad irregularitatem incurrendam quid requiratur, *num*. 8, 9 *et* 10.
Irregularitas ex delicto est multiplex, et enumerantur casus in quibus incurritur, *num*. 11.
Irregularitas ex defectu sunt multæ, et assignantur, *num*. 12.
Adduntur varii speciales casus de irregularitate a sacris Congregationibus resoluti, *num*. 13 *ad* 72.
An possit judex pœna irregularitatis punire reum delicti, cui a jure non est adnexa irregularitas, *num*. 73 *et* 74.
Propter dubium in casu homicidii incussæ irregularitatis quilibet tenetur se pro irregulari gerere, *num*. 75 *et* 76.
In casu homicidii non aliter incurritur irregularitas quam si ipsum homicidium certum sit, dubiumque solummodo sit de persona committente, *num*. 77, 78.
Dividitur irregularitas in totalem et partialem, *num*. 79.
Item in eam quæ oritur ex delicto, et eam quæ ex defectu, *num*. 80 *ad* 84.
Corrigitur Auctor in hoc art. *num*. 85 *et seqq*. Vide *verb*. Bellum.

IRREGULARITAS, QUOAD EJUS EFFECTUS.

Irregularitatis effectus sunt specialiter tres, assignantur et explicantur. Vide *verb*. Irregularitas, *art*. 2, *per tot*. Vide etiam *num*. 8 *ad* 11.

IRREGULARITAS, QUOAD EJUS DISSOLUTIONEM ET DISPENSATIONEM.

Irregularitas dissolvitur quatuor modis, et assignantur singuli. Vide *verb*. Irregularitas *art*. 3, *num*. 1 *ad* 4.
Papa in quibus irregularitatibus possit dispensare, *num*. 5.
Archiepiscopi, episcopi et capitulum, sede vacante, in quibus irregularitatibus possint dispensare, vel non, *num*. 6 *ad* 13.
Prælati inferiores episcopis, ac etiam cardinales an, et in quibus irregularitatibus possint dispensare, *num*. 14, 15 *et* 16.
Prælati regulares an possint cum suis subditis dispensare, *num*. 17 *ad* 20, et *verb*. Absolutio, *art*. 1, *num*. 20 et *verb*. Prælatus regularis, *num*. 24.
Reprehenditur auctor *num*. 17, 25 *et* 26.
Datur formula, quæ potest inservire pro dispensando in irregularitate, *num*. 21 *et seqq*.

## IRRITATIO VOTI.

Vide *verb*. Votum, *art*. 3, *num*. 10.

## ISTHMUS.

Isthmus quid. Vide *verb*. Mundus, *num*. 87.

## ITER.

Iter an, et quando excuset a jejunio. Vide *verb*. Jejunium, *art*. 2, *num*. 27.
Iter species servitutis quid sit. Vide *verb*. Servitus, *n*. 14.

# J

## JANITTICES.

Janittices quæ sint. Vide *verb*. Affinitas, *art*. 2. *num*. 16.

Digitized by Google

## JEJUNIUM (IV, 868).

JEJUNIUM, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT EJUS ESSE, OBLIGATIONEM, MODUM ET TEMPUS.

Jejunium unde dictum, et quotuplex sit assignatur, et explicatur. Vide *verb.* Jejunium, *art.* 1, *num.* 1 *ad* 6.

Ad jejunium ecclesiasticum tria requiruntur, et assignantur, *num.* 7.

Diebus jejunii a quibus cibis abstinendum sit, *num.* 8 *ad* 11.

Regulares in jejuniis quo tempore uti possint lacticiniis, *num.* 12, et *verb.* Regulares, *art.* 1, *num.* 111.

Ad jejunium quot refectiones requirantur, et qua hora fieri debeant, *num.* 13, 14 *et* 15.

Consuetudo sumendi refectionem in meridie diebus jejunii quando cœperit, *num.* 16.

Jejunium ecclesiasticum quoad substantiam in quo consistat, *num.* 17.

Præceptum jejunii quomodo, et quando obliget, et an liceat jejunare diebus Dominicis, *num.* 18 *ad* 22.

Quid si vigilia Sancti Joannis, vel Sancti Antonii de Padua cadat in festo Corporis Christi, *num.* 23 *et* 24.

Quid si vigilia cum jejunio cadat in festo solemni alicujus patroni principalis, *num.* 25.

Quid si vigilia Sancti Matthiæ occurrat ultima die bacchanalium, *num.* 26.

Fratres Minores, et alii habentes jejunii votum an teneantur jejunare feria sexta occurrente in die Natalis Domini, *num.* 27, 28 *et* 29.

Moniales Sanctæ Claræ an teneantur sub mortali ad jejunia regulæ, *num.* 30.

Dispensatus circa usum carnium an, et quando censeatur dispensatus etiam a jejunio, et ad rem asseruntur varia edicta, et præcipue novissima dispositio sanctæ memoriæ Benedicti XIV; quæ exponitur, *num.* 31 *ad* 35.

Frangens jejunium comedendo sæpius cibos licitos an, et quomodo peccet, *num.* 36 *et* 37. Vide *notam ad num.* 37.

Per sumptiones factas per modum potus, vel medicinæ an frangi possit jejunium, *num.* 38 *ad* 41.

Ad *num.* 38 auctor, vide *in nota.*

Collatio vespertina an sit licita, et quid sentiant DD. circa qualitatem et quantitatem ciborum, et circa tempus hujus collationis sumendæ, *num.* 42 *ad* 47.

Tempus ordinarium prandii anticipare an et quibus liceat, *num.* 48, 49 *et* 50.

An, et quando liceat prandium interrumpere vel protrahere, *num.* 51 *ad* 56.

Quid de illo, qui mane culpabiliter sumit jentaculum æquivalens refectioni, vel prandio, vel iter non agit, *num.* 57, 58 *et* 59.

Quid de illo qui post prandium sumit aliquid cibi, *num.* 60.

Quid de illo, qui frangit jejunium multiplici præcepto imperatum, *num.* 61, 62 *et* 63.

Violatio jejunii per comestionem carnium distinguitur specie a violatione per comestionem lacticiniorum, *num.* 64.

Statuens deliberate per totam Quadragesimam non jejunare, vel non jejunans quot peccata committat, *num.* 65.

Non jejunans statuta die, an possit alia die jejunare, et an, et quando jejunium anticipare solvi debeat, *num.* 66.

Cooperantes ad frangendum jejunium, et non impedientes quando possunt, et debent jejunii fractionem, quomodo peccent, *num.* 67.

Non jejunans jejunio naturali quando possit celebrare, vel communicare, vel quando frangatur, vel non jejunium naturale. Vide *verb.* Missa, *art.* 1, *n.* 7 *ad* 46.

Jejunium ex voto, vel præcepto majoris est meriti quam ex electione, vel consilio, *n.* 68 *et seqq.*

Alia ad rem. Vide *verb.* Vigilia.

JEJUNIUM, QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT PERSONAS OBLIGATAS, ET CAUSAS EXCUSANTES, VEL NON.

Jejunium quos obliget, vel non. Vide *verb.* Jejunium, *art.* 2, *num.* 1, 2 *et* 3.

Jejunii præceptum quando obligare incipiat, et quid de regularibus ad jejunium astrictis ex vi suæ regulæ, *num.* 4 *ad* 7.

Causæ excusantes a jejunio quatuor principaliter sunt, id est, ætas, impotentia, labor et pietas, *num.* 8.

Ratione ætatis quinam excusentur a jejunio, *n.* 9 *ad* 17.

Ad *num.* 14 auctoris vide *in nota.*

Ratione impotentiæ quinam excusentur, vel non, *num.* 18 *ad* 24.

Ratione laboris quinam excusentur, vel non, *num.* 25 *ad* 33, ubi etiam de iis qui mutant locum in fraudem jejunii.

Ad *num.* 25 auctoris, vide *in not.*

Ratione pietatis quinam excusentur, vel non, *num.* 34 *et* 35.

Reprehenditur auctor *num.* 31, *in nota*

De variis Ecclesiæ jejuniis juxta veterem ac recentem Ecclesiæ disciplinam, et de dogmate circa illud, *num.* 36.

Quadragesimale jejunium ab apostolica traditione descendit. Initium autem talis jejunii non eodem semper tempore cœptum est, *num.* 37 *et* 38.

De jejunio Quatuor Temporum, et de quartæ et sextæ feriæ jejunio, *num.* 39 *et* 40.

Obtinuit olim in Ecclesia etiam jejunium Sabbati in memoriam sepulturæ Christi, *num.* 41.

De jejunio Adventus, *num.* 42.

De stationibus et jejunio cum ipsis conjuncto, *num.* 43.

De vigilia, *num.* 44.

De jejunio, quod olim Kal. Januariis observabant Christiani, *num.* 45.

De jejunio Rogationum, *num.* 46

De recenti tum Occidentalis, tum Orientalis Ecclesiæ circa jejunium disciplina, *num.* 47.

Demonstratur quod jejunium apud Christianos sit præceptum, *num.* 48 *et* 49.

Jejunium quoad peregrinos et advenas. Vide *verb.* Lex, *art.* 3, *num.* 18.

Regulares, et præsertim Franciscani quibus cibis uti possint, ac debeant in suis jejuniis. Vide *verb.* Regulares, *art.* 1, *num.* 111.

## JESU SOCIETAS (IV, 931).

Laudatur. Vide *verb.* Jesu Societas, *num.* 1.

Societati Jesu unus locus inter consultores congregationis sacræ Rituum assignatur, *num.* 2.

In Societate Jesu vocatio beneficiorum non inducitur per emissionem votorum simplicium, *n.* 10.

Ex Societate Jesu theologus consultor Pœnitentiariæ apostolicæ assumi consuevit, *num.* 12.

Alia. Vide *ibid.*, *num.* 3 *ad* 9, *et num.* 11.

Constitutio Clementis XIV, qua exstinguitur, *n.* 14, 15.

Constitutio Pii VII, qua redintegratur, *num.* 16.

## JOB PROPHETA

Vide *verb.* Job, *per totum.*

## JOCULATORES.

Joculatores sunt infames, et irregulares. Vide *verb.* Infamis, *num.* 11, et *verb.* Irregularitas, *art.* 1, *num.* 12, *vers.* Octava.

Digitized by Google

### JUBILÆUM (IV, 961).

JUBILÆUM, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT EJUS ETYMOLOGIAM, NATURAM ET DIVISIONEM.


Jubilæi etymologia indicatur; et unde sic dictum. Vide *verb.* Jubilæum, *art.* 1, *num.* 1 *et* 2.
Annus Jubilæi quid sit et cur dicatur annus sanctus, *num.* 3 *et* 4.
Jubilæum triplex assignatur; et taliter sumptum quid sit, *num.* 5 *et* 6.
Jubilæum Romanum quando incœperit, a quo primo institutum, intra quod temporis recurrat. Vide *verb.* Annus sanctus.
Durante anno sancto quales indulgentiæ suspendantur, vel non, *num.* 8 *ad* 16.
Reprehenditur auctor. *num.* 14 *in not.*
Anno sancto quales facultates absolvendi suspendantur, vel non, *num.* 17 *ad* 21.
Suspensio indulgentiarum, et facultatum in anno sancto quando incipiat, et desinat, *num* 22.
Ad lucrandum jubilæum anni sancti quid requiratur, *num.* 23.
Jubilæum anni sancti quoties lucrari possit, *num.* 14.
Jubilæum a papa concedi solitum post expletum annum sanctum provinciis extra Italiam, quid contineat, et a quibus lucrari possit, *num.* 25, 26 *et* 27.
Bullæ jubilæi quomodo interpretandæ, *num.* 28.
Affertur tenor notificationis pro jubilæo anni sancti concesso a Clemente V, et pro alio concesso ab Innocentio XII, *num.* 29 *et* 30.
Subnectitur bulla suspensiva indulgentiarum tempore jubilæi Romani edita a Benedicto XIII, *num.* 31 *et* 32.
Declaratio ex vivæ vocis oraculo ejusdem Benedicti XIII, quoad indulgentias in anno sancto suspensas, *num.* 33.
Indicantur aliæ gratiæ ad hoc a prælaudato pontifice concessæ, *num.* 34 *ad* 37.
Affertur constitutio Benedicti XIV suspensiva indulgentiarum pro anno sancto, *num.* 38.
Indulgentia plenaria quatenus ipsa significat remissionem totius pœnæ debitæ pro peccatis, obtinetur etiam anno sancto a profitentibus in religione, *num.* 39 *ad* 42.
Quædam annotantur de suspensione indulgentiarum in anno sancto, *num.* 43 *ad* 45.
Subnectitur bulla Benedicti XIV concessionis indulgentiarum in anno sancto pro monialibus, anachoretis, etc., *num.* 46.
Affertur notificatio pro animabus purgatorii, *num.* 47.
Indicantur concessiones et privilegia pro Minoribus de Observantia, *num.* 48.
Subnectitur alia constitutio Benedicti XIV in materia jubilæi, *num.* 49.
Afferuntur ad hoc variæ resolutiones dubiorum, *num.* 50 *ad* 79.
Adducitur constitutio Clementis XIII indictione jubilæi anno 1 ejus pontificatus, *num.* 80.


JUBILÆUM, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT CONFESSOREM JUBILAREM.


In jubilæis extraordinariis conceditur facultas eligendi confessarium. Vide *verb.* Jubilæum, *art.* 1, *num.* 1.
Regulares an possint tali facultate gaudere, *num.* 2, 3 *et* 4.
Confessarius eligendus a quo approbatus esse debeat, *num.* 5, 6 *et* 7.
Moniales tempore jubilæi qualem confessarium eligere possint, *num.* 8 *ad* 12.
Confessarius approbatus pro solis viris non potest eligi a mulieribus; neque eligi potest confessarius complex peccati, nec excommunicatus, suspensus, et irregularis extra casum necessitatis, *num.* 13, 14 *et* 15
Confessariis vi jubilæi electis concedi solet quadruplex facultas, quæ assignatur, *num.* 16.
Confessarius jubilaris a quibus peccatis, et censuris quamvis reservatis absolvere possit, *num.* 17 *ad* 24.
Idem jubilæum ad duas hebdomadas concessum an possit bis obtineri, *num.* 25 *et* 26.
Quid si aliquis tempore jubilæi inculpabiliter omitteret in confessione peccatum reservatum, vel invincibili defectu doloris aut propositi sit invalide absolutus, *num.* 27 *et* 28.
Per confessionem sacrilegam malitiose nullam an tolli possit reservatio, *num.* 29.
Quid si alienis absolvantur animo adimplendi omnia, et postea non adimpleant, *num.* 30 *et* 31.
Confessarius ex juxta causa differens absolutionem pœnitenti an, et a quibus peccatis reservatis possit ipsum absolvere transacto jubilæo, *num.* 32 *et* 33.
Confessarius jubilaris ratione facultatis sibi concessæ qualia vota vel promissiones possit commutare vel non, *num.* 34 *ad* 49.
Vota a confessario jubilari commutata non reviviscunt, etiamsi non ponantur deinde opera injuncta pro jubilæo lucrando, *num.* 50.
Votorum commutatio an obtineri possit post tempus jubilæi, *num.* 51 *et* 52.
Confessarius jubilaris, an, et in quæ alia possit opera præscripta commutare, *num.* 53 *ad* 57.
Ad legitimam operum commutationem quale impedimentum sufficiat, *num.* 58 *et* 59.
Quadruplex assignata facultas confessario jubilari concessa an exerceri debeat intra vel extra sacramentorum confessionis, *num.* 60 *ad* 69.
Quoad confessarium jubilarem affertur attendenda resolutio, *num.* 70.
An concessio jubilæi tribuat sacerdoti facultatem absolvendi complicem in peccato turpi; vel etiam quemcunque ab hæresi, *num.* 71, 72.


JUBILÆUM, QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT OPERA PRÆSCRIPTA, TEMPUS ET LOCUM PRO IPSO LUCRANDO.


Opera præscripta pro jubilæo lucrando septem assignantur, quæ ab ordinariis augeri nequeunt. Vide *verb.* Jubilæum, *art.* 3, *num.* 1 *et* 2.
Nemo tenetur absolute interesse processioni, et qui interfuit, non tenetur visitare ecclesias, *num.* 3, 4 *et* 5.
Visitatio ecclesiarum est necessario facienda, et quomodo, *num.* 6 *ad* 16.
Oratio requisita pro jubilæo lucrando quomodo, et in quo loco fieri debeat, *num.* 17 *ad* 20.
Confessio actualis pro lucrando jubilæo an sit necessaria; et an, et quando sufficiat contritio vel confessio sacrilega, *num.* 21 *ad* 25.
Communio actualis est necessaria pro lucrando jubilæo; et an sufficiat communio antea facta, vel communio sacrilega, *num.* 26, 27 *et* 28.
An dicta communio requiratur in pueris, et an possit pro ipsis commutari in aliud opus pium. Vide *art. antec. num.* 57.
Jejunium pro jubilæo lucrando quibus diebus præscribi soleat. Quomodo observari debeat et in quæ alia opera possit commutari, *num.* 30 *ad* 38.
Ad eleemosynam dandam pro jubilæo lucrando qui teneantur, et assignatur praxis servanda pro religiosis in eleemosyna elargianda in casu, etc. *num.* 39 *et* 40.
Eleemosyna quanta esse debeat, et an possit per alterum dari, *num.* 41 *et* 42.
Nomine pauperum, quibus danda est eleemosyna, quinam intelligantur, *num.* 43.
Opera præscripta an omnia debeant adimpleri intra unam et eamdem hebdomadam nec ne, *n.* 44.
Confessionis et communionis anticipatio aliquorum dierum an sufficiat pro jubilæo lucrando, *n.* 45.


Digitized by Google

Lucraturus jubilæum sufficit si sit in statu gratiæ quando ponit ultimum opus. Vide *verb.* Jubilæum, *art.* 3, *num.* 46.

Jubilæum ad duas hebdomadas concessum an possit bis obtineri, *num.* 47.

Opera præscripta quomodo adimplenda, *n.* 48.

Jubilæum ad duas hebdomadas concessum quot dies comprehendat ; et quid circa tempus promulgandi, inchoandi et perficiendi jubilæum possint episcopi, vel parochi determinare, vel non, *n.* 49 *ad* 55.

Opera præscripta pro jubilæo lucrando an impleri possint partim in uno, et partim in alio loco ; et an replicando opera præscripta possit in diversis locis iterum jubilæum lucrari, *num.* 56 *ad* 62.

Quoad plura quæ circa jubilæum annotantur et declarantur, vide *in Appendice*, *per totum*, t. IV, *col.* 1035.

Alia ad rem. Vide *verb.* Indulgentia.

## JUDÆUS.

Vide *verb.* Hebræus.

## JUDAICA PROPOSITIO.

Judaica propositio quæ sit. Vide *verb.* Propositiones damnatæ, *num.* 27.

## JUDAS ISCARIOTES.

Vid. *hoc verb. per totum.*

## JUDEX (IV, 1057).

Judex unde dictus, quid sit, et quid requiratur ut sit legitimus. Vide *verb.* Judex, *num.* 1, 2 *et* 3.

Judex loci, in quo commissum est delictum, habet jus cognitionis, quamvis reus non sit subditus ipsius jurisdictioni, *num.* 4.

Judex alius est ordinarius, et alius delegatus, et uterque describitur, *num.* 5 *et* 6.

De judice delegato. Vid. *verb.* Delegare, Delegatus.

Judex alius dicitur *a quo*, et alius *ad quem*, et quis sit uterque, *num.* 8 *et* 9 *et verb.* Appellatio.

Judex alius dicitur Domicilii, alius Delicti, alius Contractus, et alius Rei, *num.* 10 *et* 11 *et verb.* Forum, *num.* 11 *ad* 30.

Judex alius est ecclesiasticus, et alius laicus, et quis sit uterque, *n.* 12.

Judex laicus an possit cognoscere causas ecclesiasticas, vel clericorum, *num.* 13 *ad* 19.

Orta quæstione de competentia fori inter judicem laicum, et ecclesiasticum, debet cognoscere ecclesiasticus, *num.* 20.

Judex laicus an possit supplere negligentiam judicis ecclesiastici, et econtra, *num.* 21, 22 *et* 23.

Judex an et quando possit esse talis in propria causa, *num.* 24 *ad* 28.

Judex debita scientia carens, et male judicans, aut errores committens ad quid teneatur, *n.* 29, 30 31.

Quid si judex differat sine justa causa expeditionem causarum, *num.* 32.

Judex an possit munera accipere, eorumque jam receptorum dominium habere, *num.* 33 *ad* 41.

Judex sive ecclesiasticus, sive laicus, an, et quando possit aliquid accipere sportularum nomine ; et quid nomine sportularum intelligatur, *n.* 42 *ad* 46.

An, et quando liceat judici, ob munus acceptum postponere causas, *num.* 47, 48 *et* 49.

Judex an possit esse talis in causa, in qua fuit advocatus, et econtra, *num.* 50 *et* 51.

Judex non potest judicare secundum sententiam probabilem, relicta probabiliore, *num.* 52 *et num.* 75.

Quid quando rationes utriusque partis sunt æque probabiles, *num.* 53, 54 *et* 55.

Judex regulariter loquendo judicare debet secundum allegata, et approbata, *num.* 56.

An autem judex debeat judicare secundum allegata, et approbata contra propriam certam scientiam ; tres sunt opiniones, et afferuntur, *num.* 57 *ad* 63.

Judex licet habeat certam scientiam privatam contra reum, si juridice probatus sit innocens, non potest licite ipsum condemnare, *num.* 64.

Judex an possit a reis criminaliter inquisitis exigere juramentum, *num.* 65 *et verb.* Juramentum, *art.* 1, *num.* 56 *et verb.* Accusatus, *num.* 26.

An judex supplere valeat quæ omissa a partibus sunt, *num.* 67 *ad* 74.

Judex an sequi teneatur sententiam æquiorem, *num.* 75.

Quid facere debeat judex, si causa ei videatur utrinque æque probabilis, *num.* 76.

De judicibus synodalibus, *num.* 66.

Utrum judex licite possit pœnam relaxare. Vid. *verb.* Judex, *in addit. Casinens.*, *num.* 1.

An judex possit aliquem condemnare, etiamsi non sit aliquis accusator, *num.* 2.

Quid judici faciendum, cum utrinque adsint sententiæ probabiles in quæstione juris, *num.* 3 *ad* 7.

An sententiæ judicis injusta obliget in foro conscientiæ, *num.* 8.

## JUDICIUM (IV, 1075).

Judicium quid sit, et ad eum constituendum quid requiratur. Vide *verb.* Judicium, *num.* 1 *ad* 6 *et num.* 40 *et* 41.

Quatuor in omni judicio consideranda sunt, quæ explicantur, *num.* 42 *seqq.*

Unde initium sumat judicium, et de effectu litis contestationis, *num.* 43 *ad* 52.

De iis quæ concernunt judicem, actorem, reum, testes, advocatum, procuratorem, etc. Vide *verb.* Judex, Actor, Reus, Testis, Advocatus, Procurator, etc., et quoad Judicem explicata discrte. Vide *num.* 53 *ad* 68.

Quod vero ad litigantium personam. Vide *num.* 69 *ad* 74.

Judicium dividitur a causa efficiente in ecclesiasticum et sæculare, et quid sit utrumque, *num.* 8.

Dividitur a causa finali in civile, criminale et mistum : et quodlibet ex istis quid sit, *num.* 9.

Dividitur a causa materiali in petitorium et possessorium, et quid sit utrumque, *num.* 10.

Dividitur a causa formali in ordinarium et summarium, et utrumque explicatur, *num.* 11.

In judicio, seu processu Summario, quæ solemnitates omitti possint, vel non, *num.* 12, 13 *et* 14.

Judicium summarium in quibus causis institui soleat et quæ sint, assignantur, *num.* 15 *ad* 18.

Causæ tractandæ in judicio summario, an decidi possint in judicio ordinario, et solemni ; et quid, si judicium summarium reddatur ordinarium, *num.* 19 *et* 20.

Sententia prolata non servatis solemnitatibus tam in judicio summario, quam ordinario, an sit valida, *num.* 21 *et* 23.

Judicium an exerceri possit diebus festis, *num.* 23.

Feriarum tres species assignantur, et explicantur, *num.* 24, 27.

Prohibitio exercendi judicium diebus feriatis extenditur ad omnes judicii partes, quæ assignantur *num.* 28 *ad* 31.

Judicium de consensu partium quibus feriis possit exerceri, vel non, *num.* 32, 33 *et* 34.

Omnibus feriis exerceri potest judicium ratione pietatis, vel necessitatis et causæ ; quæ ratione tam pietatis quam necessitatis expediri possint assignatur, *num.* 35, 36 *et* 37.

In causis summariis, seu de plano tractandis potest exerceri judicium tempore feriarum rustica-

Digitized by Google

rum; secus extra casum necessitatis, vel pietatis. Vide *verb*. Judicium, *num*. 38 *et* 39.
Quædam consideranda proponuntur in judicio quoad qualitatem causarum, *num*. 68 *et seqq*.

JUDICIUM TEMERARIUM, SUSPICIO, ET DUBITATIO (IV, 1085).

Judicium, suspicio et dubitatio inter se differunt. Vide *verb*. Judicium temer. *num*. 1.
Dubitationis et suspicionis quidditas assignatur, *num*. 2 *et* 3.
Suspicio alia est levis, alia gravis, alia violenta, et quæ sint, *num*. 4.
Judicium aliud est prudens, aliud imprudens; et quale sit utrumque, *num*. 5 *et* 6.
Dubitatio et suspicio alia est prudens et alia imprudens, et utraque explicatur, *num*. 7.
Assignantur indicia sufficientia vel insufficientia ad judicandum, suspicandum, vel dubitandum de vitio, vel crimine alterius, *num*. 8.
Judicare, suspicari, vel dubitare de alterius vitio an sit peccatum, *num*. 9 *et* 10.
Judicium temerarium de alterius crimine an sit peccatum mortale. Et assignantur conditiones requisitæ ad hoc ut sit mortale, *num*. 11 *et* 12.
Temere suspicari, vel dubitare de alterius crimine, an, et quale sit peccatum, *n*. 13 *ad* 16.

JURAMENTUM (IV, 1090).

JURAMENTUM, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT EJUS ESSE, DIVISIONEM, ET MODUM LICITUM, SEU ILLICITUM JURANDI.

Juramentum quid sit. Vide *verb*. Juramentum, *art*. 1, *num*. 1.
Juramentum dividitur in assertorium et promissorium, et quid sit utrumque, *num*. 2, 3 *et* 4, *et num*. 58 *seqq*.
Juramentum tam assertorium quam promissorium dividitur in simplex et solemne, et quale sit utrumque, *num*. 5.
Juramentum rursus dividitur in contestativum, exsecratorium et comminatorium, et singula explicantur, *num*. 6.
Juramentum potest fieri quatuor modis, et assignantur, *num*. 7.
Ad juramentum, ut sit licitum, tres conditiones requiruntur, nempe veritas, judicium et justitia, et quid si tales conditiones deficiant, *num*. 8 *ad* 12.
Reprehenditur auct. *num*. 12, *in not*.
Juramentum pro restrictione non pure mentali an sit licitum, *num*. 13.
Restrictio mentalis est duplex, et assignantur, *num*. 14.
Variæ licitæ restrictiones in aliquibus casibus assignantur : et ad rem affertur notabile exemplum cum sua licita restrictione, *num*. 15 *ad* 20.
Reprehenditur auctor, et nonnullæ traduntur regulæ circa restrictiones, et argumenta afferuntur adversus laxas opiniones, *num*. 57.
Quomodo excusentur mercatores jurantes mercem sibi pluris constare, licet hoc verum non sit, *n*. 21.
Reus an, et quando teneatur, vel non, fateri veritatem judici ipsum interroganti sub juramento, *num*. 22 *ad* 25.
Amphibologiæ, seu æquivocationes, et restrictiones pure mentales sunt illicitæ, *num*. 26.
In laxas sententias animadvertitur *in nota*.
Jurare sine animo jurandi an licet; et quale sit peccatum, *num*. 27 *ad* 32.
Corrigitur auct. *num*. 30, *in not*.
Jurare cum animo jurandi, et promittendi, sed non implendi est peccatum mortale, *num*. 33.
Consuetudo retenta jurandi sine causa quale sit peccatum, *num*. 34 *et* 35.
Assignantur aliquæ formulæ tam veri quam non veri juramenti, *num*. 36 *ad* 47.
Ad licite jurandum requiritur certitudo veritatis tum ex parte rei juratæ, tum ex parte personæ jurantis. Et quando talis certitudo habeatur, *num*. 48, 49, 50.
Veritas juramenti est triplex, et assignatur, *num*. 51.
An, quando, et quibus liceat juramentum exigere, *num*. 52 *ad* 56.

JURAMENTUM QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT JURAMENTUM JUDICIALE.

Juramentum judiciale prout respicit partes litigantes dividitur in juramentum calumniæ, malitiæ, et de veritate dicenda. Vide *verb*. Juramentum, *art*. 2, *n*. 1.
De variis juramentis in judicio receptis, *in nov. add. ad art*. 1, *num*. 4 *ad* 8.
Juramentum calumniæ quid sit, et cur tale dicatur, *num*. 2 *et* 3.
Calumnia quid sit, tum in causis civilibus, tum in criminalibus, *num*. 4.
Juramentum calumniæ præstari debet super quinque capitibus, quæ assignantur, *num*. 5 *et* 6.
Juramentum malitiæ quid sit, et quæ ejus differentia a juramento calumniæ, *num*. 7, *et* 8.
Juramentum de veritate dicenda quid sit, et in quo differat a juramento calumniæ, ac conveniat, *num*. 9, 10 *et* 11.
Juramentum judiciale prout respicit decisionem causarum dividitur in juramentum decisorium litis, et in juramentum in litem. Et quid sit utrumque, *num*. 12 *et* 13.
Juramentum decisorium litis triplex est; assignantur, et explicantur, *num*. 14 *ad* 17.
Juramentum in litem est quoque triplex, et assignatur, ac explicatur, *num*. 18 *ad* 21.
Ad juramentum litis decisorium, ejusque declarationem quid requiratur, *num*. 22.
Ad juramentum litis decisorium tum judiciale, tum voluntarium, tum necessarium, quid requiratur, *num*. 23, 24 *et* 25.
Juramentum necessarium, seu suppletorium an sit deferendum potius reo quam actori, *num*. 26 *ad* 30.
De juramento suppletorio plura. Vide *num*. 45 *ad* 62.
Prædicta tria juramenta an, et quando possint libere recusari. Et justæ causæ recusandi assignantur, *num*. 31 *ad* 36.
Pueri an sint admittendi, aut cogendi ad jurandum in judicio, *num*. 37 *et* 38.
Assignantur qui repellendi, aut admittendi sint ad jurandum, *num*. 39 *ad* 44.
Quid sit juramentum purgatorium; cui, et quando deferatur, et in quibus differat a juramento de veritate dicenda. Vide *ibid*., *num*. 63 *et seqq*.

JURAMENTUM PROMISSORIUM, QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT EJUS INTERPRETATIONEM, OBLIGATIONEM, IRRITATIONEM, DISPENSATIONEM, ET RELAXATIONEM, SEU REMISSIONEM.

Juramentum in dubio est stricte interpretandum. Vide *verb*. Juramentum, *art*. 3, *num*. 1.
Juramentum bona fide, et sine dolo generaliter præstitum, quomodo interpretandum, *num*. 2 *et* 3.
Juramentum præstitum circa materiam juris quomodo interpretandum, *num*. 4.
In omni juramento promissorio quamvis absolute facto, quædam tacitæ subintelliguntur conditiones quæ assignantur, *num*. 5 *ad* 10.
Juramentum servandi statuta edita alicujus ecclesiæ, capituli, collegii, communitatis, civitatis, provinciæ, seu regni quomodo interpretandum, *num*. 11 ad 14.
Juramentum promissorium debite factum circa materiam honestam, vel inhonestam, an obliget, vel non, *num*. 15 *et* 16.

Digitized by Google

Juramentum soli Deo factum de opere minus perfecto, vel de re indifferente; et factum homini, aut Ecclesiæ vel alicui communitati de re honesta, et licita, an obliget, et an possit solo jurantis arbitrio commutari. Vide *verb.* Juramentum, *art.* 3, *num.* 17, 18 *et* 19.

Juramentum promissorium gravi et injusto metu extortum an obliget, *num.* 20

Obligatio juramenti an, et quando transeat ad hæredes, vel successores, *num.* 21 *ad* 24, *et num.* 54.

Juramenta quocunque modo facta, quomodo, et a quo irritanda, seu annullanda, *num.* 25 *ad* 34.

Relaxare juramenta sive directe, sive indirecte ad quos spectet, *num.* 35.

Quatenus juramentum actibus invalidis adjectum vigorem in praxi habeat, *num.* 38 *ad* 53.

An ex tali juramento hodie detur actio, *num.* 54.

Alia ad rem. Vide *verb.* Votum.

Jurisjurandi antiquitas et vis apud omnes gentes. Vide *in Appendice* de Juramento, IV, 1146, *num.* 1 *et* 2.

Juramentum quid sit et an sit licitum et honestum, *num.* 3 *ad* 6.

Actus est religionis vel latriæ, *num.* 7.

Dividitur in assertorium et promissorium, *num.* 8.

Ad juramentum duo requiruntur, intentio saltem virtualis, et locutio qua Deus in testem advocatur, *num.* 9.

Tres juramenti comites ponendi sunt, veritas, judicium et justitia, *num.* 10.

Quod ad veritatem spectat, ubi hæc deest, peccatur mortaliter, *num.* 11.

Perjurium proprie dictum quid sit; quando peccatum mortale, quando tantum veniale, *num.* 12 *ad* 17.

Qualiter quis debeat rem aliquam judicare veram, ut desuper jurare possit, *num.* 18.

Amphibologia quid sit, pariter et restrictio mentalis; quomodo dividatur; quando ea uti liceat, et quid in praxi tenendum, *num.* 19 *ad* 32.

Quoad judicium, an mortaliter aut venialiter peccet qui jurat, *num.* 33.

Quoad justitiam, quando mortaliter, aut venialiter jurans peccet, *num.* 34 *ad* 37.

Variæ proponuntur et explanantur regulæ de interpretatione juramenti, *num.* 38 *ad* 81.

Formula juramenti, quod ab episcopis electis, ante consecrationem summo Pontifici præstatur, *num.* 82 *ad* 90.

## JURISDICTIO (IV, 1180).

Jurisdictio unde dicta, et quid sit. Vide *verb.* Jurisdictio, *num.* 1 *et* 2.

Jurisdictio dividitur primo in ecclesiasticam et civilem, et quæ sit utraque, *num.* 3.

Dividitur secundo in voluntariam et contentiosam; et quæ sit utraque, *num.* 4.

Assignatur differentia inter jurisdictionem voluntariam et contentiosam, *num.* 5.

De quibus etiam, *num.* 62 *et seqq.*

Dividitur tertio in ordinariam et delegatam, et quæ sit utraque, *num.* 6.

Duobus modis jurisdictio dici potest ordinaria, qui referuntur, *num.* 53 *ad* 61.

Jurisdictio ordinaria activa non infertur ex privilegio exemptionis; cætera vero, quæ minime in prælatum inferiorem important ordinariam activamque jurisdictionem in clerum et populum, *num.* 42 *ad* 45, *et num.* 48.

De jurisdictione episcoporum in ecclesiis parochialibus in Indiis, et in omnes Ecclesiæ suæ diœcesis; itemque de jurisdictione Græcorum prælatorum in populum Latini ritus in Italia, *num.* 46, 47 *et* 48.

Dividitur quarto in imperium, et simplicem jurisdictionem; quid sit imperium et officium nobile, quid sit simplex jurisdictio, et officium mercenarium, *num.* 7.

Imperium dividitur in merum et mistum, et quod sit utrumque. Imperium merum alio nomine appellatur jurisdictio alia, seu summa. Imperium mistum jurisdictio bassa, seu inferior, *num.* 8.

Imperium merum juxta jus civile quomodo distinguatur; et an detur de jure canonico, *num.* 9 *et* 10.

Jurisdictio ordinaria tribus modis acquiri potest, et assignantur, ac enumerantur illi qui prædictis modis habent talem jurisdictionem, *num.* 11 *ad* 14.

Vicarius generalis episcopi, et capitularis sede vacante an habeant jurisdictionem ordinariam, *n.* 15 *ad* 18.

Jurisdictio tam ordinaria quam delegata an exstinguatur in jusdicente per mortem concedentis, *num.* 19, 20 *et* 21.

Apostoli omnes immediate a Christo acceperunt suam jurisdictionem; episcopi vero eam habent mediante papa, *num.* 22 *et* 23.

Confessarii regulares ordinum Mendicantium a quo, et quam habeant jurisdictionem, *num.* 24, *et verb.* Approbatio, *art.* 1, *num.* 42.

Jurisdictio necessario requiritur in confessario, et an et quando possit simplex sacerdos sine jurisdictione confessiones excipere, et a peccatis absolvere, *ib.*, *n.* 25 *ad* 29, *et verb.* Confessarius, *art.* 1.

Corrigitur auctor, *num.* 29 *in nota.*

Error communis sive cum titulo colorato, sive non, an det jurisdictionem ad valide absolvendum, *n.* 30, 31 *et* 32, *et verb.* Confessarius, *art.* 1, *n.* 16 *ad* 42.

Jurisdictio confessarii non est idem, ac ejusdem approbatio, *num.* 33.

Jurisdictio sacerdotis an sit juris ecclesiastici, vel divini, et in quo sensu Ecclesia det jurisdictionem sacerdoti absolventi ex opinione probabili, *n.* 34.

Jurisdictio confessarii distingui potest in directam, et in indirectam, et quæ sit utraque, *num.* 35.

Jurisdictio in pœnitentes nequit acquiri sola consuetudine, *num.* 36.

Alia de jurisdictione et facultate confessarii quoad absolutionem. Vide *verb.* Absolutio.

Jurisdictio gravi metu, vi, seu fraude obtenta an sit nulla, *num.* 38 *et* 39.

Jurisdictionis contentiosæ, aut voluntariæ actus diebus feriatis an sint validi, *num.* 40 *et* 41.

## JURISPRUDENTIA (IV, 1195).

Quid sit jurisprudentia, et quæ jura consideret. Vide *verb.* Jurisprudentia, *num.* 1.

Jurisprudentia antediluviana quid; et quid jurisprudentia Hebræorum, Ægyptiorum, aliarumque gentium et præsertim Græcorum, *num.* 2 *ad* 5.

Romanorum jurisprudentia a Numa ad Justinianum, *num.* 6.

Juris Justinianei fata in Oriente, et in Occidente, *num.* 7 *et* 8.

Jurisprudentia sacra seu ecclesiastica, *num.* 9.

Quoad præcepta Noachidarum opinio rabbinorum exponitur, *num.* 10.

## JUS, JUSTITIA (IV, 1200).

Juris vocabulum unde derivetur. Vide *verb.* Jus, Justitia, *num.* 1 *et* 2.

Jus pro lege acceptum, prout ad præsens attinet, dividitur in naturale et positivum, et quid sit utrumque, *num.* 3, 4 *et* 5.

Jus positivum dividitur in divinum et humanum; et utrumque explicatur, *num.* 6.

Jus positivum divinum subdividitur in vetus et novum, et quid sit utrumque, *num.* 7.

Digitized by Google

Jus positivum humanum subdividitur in jus gentium civile et canonicum. Vide *verb.* Jus, Justitia, *num.* 8.

Jus gentium quid, et quotuplex sit, assignatur, et explicatur, *num.* 9 *et* 10.

Jus civile quid sit ejusque divisiones assignantur, et per singulas partes explicantur, *num.* 11 *ad* 14.

Jus canonicum unde derivetur, quid sit, et quibus nominibus appelletur, *num.* 15 *ad* 18.

Jus canonicum dividitur in scriptum et non scriptum, et utrumque explicatur, *num.* 19, 20 *et* 21.

Jus canonicum rursus dividitur in commune et speciale et quid sit utrumque, *num.* 22.

Corpus juris canonici dividitur in sex partes, quæ assignantur, et luculenter explicantur, *num.* 23 *ad* 31.

Corpus juris canonici reperitur adjectus in aliquibus exemplaribus liber septimus Decretalium, et quid de ipso, *num.* 23 *et* 33.

Extra corpus juris exstant alii libri sanctiones canonicas habentes, quæ assignantur, *num.* 34.

Canones et leges, an et quando mistim allegari possint in utroque foro, *num.* 35 *et* 36.

In contrarietate juris civilis, et canonici, quale sit servandum, *num.* 37 *et* 38.

Adducuntur plures correctiones juris civilis factæ a jure canonico, *num.* 39.

In qua materia standum sit dispositioni juris canonici, *num.* 40 *et* 41.

Jura juribus quomodo concordanda, et quid in manifesta jurium contrarietate conciliationem non admittente, *num.* 42 *et* 43.

Jus prout est objectum justitiæ quid sit, ejusque divisio assignatur, et explicatur, *num.* 44 *ad* 47.

Actio *Ut sic* definitur, ejusque assignatur divisio, *num.* 48.

Adversus jus divinum non præscribitur, *num.* 58.

Nec adversus jus ecclesiasticum in his, quæ præcepta sunt universalis Ecclesiæ, *num.* 59. Vide *verb.* Lex, *art.* 1.

Justitia quid sit, ejusque divisio, subdivisio, ac differentiæ assignantur, et explicantur, *num.* 49 *ad* 52.

Qualis justitia, si violetur, inducat obligationem restitutionis, *num.* 53.

Inter Deum et hominem, patrem et filium, dominum et servum, maritum et uxorem qualis justitia intercedat, *num.* 54, 55 *et* 56.

Justitia præmiativa et punitiva an reducatur ad distributivam et commutativam, *num.* 57.

Comparatio inter utrumque, ecclesiasticum nempe et jus civile Romanum, exponitur, et luculenter evolvitur differentia, præcipue quoad matrimonium, possessionem, usuram et alia, *in Addit. Casinens. a num.* 1 *ad* 19.

## JUSPATRONATUS (IV, 1228).

### JUSPATRONATUS, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT EJUS NATURAM, DIVISIONEM, ET ACQUISITIONEM.

Juspatronatus quid sit, ejusque nomen, ac nomen patroni varie accipitur. Vide *verb.* Juspatronatus, *art.* 1, *num.* 1 *et* 2.

Reale juspatronatus, de quo auctor, *num.* 1, dividitur in regium, feudale et privatum, quorum definitio datur, *num.* 42 *ad* 45.

Enarrantur ea quæ habet præcipua juspatronatus regium, *num.* 46, 47 *et* 48.

Non omnes effectus jurispatronatus regii tribui queunt juripatronatus feudali, et quare, *num.* 49 *et seqq.*

Quando vere juspatronatus privatum sit reale, *num.* 55 *et* 56.

Juspatronatus dividitur primo in hæreditarium, gentilitium et mistum; et quodlibet assignatur, et explicatur, ac ut tale probatur, *num.* 3 *ad* 9.

Dividitur secundo in activum et passivum; et utrumque explicatur, *num.* 10.

Juspatronatus activum subdividitur in personale et reale, et quale sit utrumque, *num.* 11.

Dividitur tertio in ecclesiasticum, laicale et mistum; et quodlibet explicatur et ut tale probatur, *num.* 12 *ad* 18.

Juspatronatus de jure tribus modis acquiri potest, scilicet fundatione, ædificatione et dotatione; et an quilibet disjunctim ex dictis modis sufficiat ad eum acquirendum, *num.* 19 *ad* 26.

Reprehenditur auctor *num.* 22, *num.* 57 *et seqq.*

Quomodo acquiratur juspatronatus, quando unus et idem simul ædificat, fundat et dotat ecclesiam, vel quando plures ad unam ex dictis causis, vel ad plures simul, *num.* 27.

Reædificatione, et redotatione quando acquiri possit juspatronatus jam constitutum, *num.* 60.

Juspatronatus præsentandi prælatum in ecclesia collegiata, vel regulari quomodo acquiratur, *num.* 28 *et* 29.

Juspatronatus acquiri potest etiam ex privilegio, et præscriptione; et quando et quomodo istis duobus modis acquiri possit satis clare innuitur, ubi plura alia ad rem, *num.* 30 *ad* 41.

### JUSPATRONATUS, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT EJUS IN ALIOS TRANSLATIONEM, ET EJUSDEM AMISSIONEM.

Juspatronatus primo transit per successionem hæreditariam; et assignantur hæredes ad quos transire potest, et quomodo. Vide *verb.* Juspatronatus, *art.* 2, *num.* 1 *ad* 24.

Ad *num.* 7 auctoris. Vide *ibid. num.* 84, ubi discutitur, num qui ad inæquales hæreditatis partes vocantur æqualiter succedant in juspatronatus.

Ad *num.* 9 auctoris, vide quæ luculenter exposita habentur, *num.* 85 *et seqq.*, ubi disseritur, num conventiones, in quibus jus præsentandi per turnum dividitur, opus habeant consensu ordinarii, et ad firmitatem illarum requiratur consensus omnium patronorum.

Secundo transit de uno in alium per donationem, et quomodo talis donatio fieri possit, et cujus consensus requiratur, *num.* 25 *ad* 38.

Donatio jurispatronatus quando possit revocari, vel non, *num.* 39 *ad* 42.

Tertio transit de uno in alium per permutationem et quomodo permutatio fieri possit, ac debeat, *n.* 43 *ad* 50.

Quarto transfertur de uno in alium per venditionem; et talis venditio per singulas sui partes satis clare explicatur, *num.* 51 *ad* 70.

Assignantur varii modi, seu causæ, quibus amittitur, et penitus exstinguitur juspatronatus, *num.* 71 *ad* 83.

### JUSPATRONATUS, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT EJUS PROBATIONEM.

Allegant juspatronatus incumbit onus illud probandi; et quomodo probari debeat in personis suspectis, vel non suspectis de usurpatione; et quæ sint personæ suspectæ. Vide *verb.* Juspatronatus, *art.* 3, *num.* 1, 2 *et* 3.

Ad hoc, ut juspatronatus præsumatur acquisitum ex usurpatione quid probari debeat, *num.* 4 *ad* 8.

Jurispatronatus usurpatio in quibus præsumi possit, *num.* 9 *ad* 12.

Præsumptio usurpationis jurispatronatus quando cesset, *num.* 14 *ad* 22.

Sed ad hæc omnia, vide notata, *num.* 82.

Assignantur personæ privatæ, et non suspectæ de usurpatione jurispatronatus; et quid requiratur ad eum probandum in prædictis personis, *num.* 23 *ad* 26.

Juspatronatus in personis potentibus quomodo probari debeat; et an requiratur scriptura authentica, et quæ sit talis scriptura, *num.* 27 *ad* 30.

Digitized by Google

Ad hoc ut scripturæ, et instrumenta dicantur authentica quid requiratur. Vide *verb.* Juspatronatus, *art.* 3, *num.* 31 *et* 32.

Scripturæ authenticæ ad probandum juspatronatus personæ suspectæ de usurpatione, quæ censeantur, *num.* 33, 34 *et* 35.

Præsentationes per authenticas scripturas probandæ an, et quomodo esse debeant continuatæ, *num.* 36 *ad* 42.

Juspatronatus in personis privatis non requirit tam plenam probationem, sicuti in personis potentibus, *num.* 43.

Assignantur et explicantur varii modi, quibus probatur juspatronatus in personis privatis, ubi plura alia scitu digna ad rem obiter afferuntur, *n.* 44 *ad* 81. Sed vide *ibid num.* 83 *et seqq.*

JUSPATRONATUS, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT PATRONOS EORUMQUE JURA, ET ONERA.

Patroni quoad propositum qui dicantur, et esse possint, vel non. Vide *verb.* Juspatronatus, *art.* 4, *n.* 1 *ad* 14.

Quomodo stat successio patronorum in jurepatronatus hæreditario, ac gentilitio, *n.* 15 *ad* 19.

Patroni an possint aliquid temporale exigere a præsentatis, *n.* 20, 21 *et* 22.

Patroni laici et ecclesiastici quot menses habeant ad præsentandum, et an tale tempus possit prorogari, et a quibus, *n.* 23 *ad* 32.

Patroni jurispatronatus misti quot menses ad præsentandum habere possint, *n.* 33 *ad* 38.

Tempus ad præsentandum quando patronis currere incipiat, *n.* 39 *ad* 43.

Patronus ecclesiasticus semel ac idoneum præsentavit, non potest pro illa vice alterum præsentare etiam cumulative, *n.* 44.

Patronus laicus potest variare præsentando secundum cumulative. An autem possit semel tantum, vel pluries variare disputant doctores. Et assignantur rationes, quare variare possit patronus laicus, et non ecclesiasticus, *n.* 45 *ad* 58.

Inter varia jura, quæ patrono competunt, quatuor præcipue assignantur, *n.* 59.

Juri præsentandi, quod patrono competit, an, et quando possint papa, legatus pontificus, vel ordinarius derogare, *n.* 60 *ad* 69.

Patronus an possit laicum nominare, vel præsentare, *n.* 70 *ad* 73.

Quid si patronus recuset præsentare, quem nominavit fundator, *num.* 74.

Patronus an possit seipsum præsentare, aut a procuratore a se deputato præsentari, et an possit acceptare beneficium, *n.* 75 *ad* 78.

Patronus potest præsentare filium, aut alium consanguineum, vel conjunctum, *n.* 79.

Quid si plures sint patroni, *n.* 80.

Patronus sive ecclesiasticus sive laicus, an et ad quæ beneficia teneatur præsentare digniorem; et quid si indignum præsentet, *n.* 81 *ad* 91.

Quid quando plures æque digni præsentantur ab eodem patrono laico, vel ecclesiastico, *n.* 92 *et* 93.

Quid quando plures inæqualis dignitatis, aut meriti simul ab unico, vel a pluribus patronis præsentantur, *n.* 94 *ad* 98.

Quid quando patroni litigant inter se super juspatronatus, et litem non finiunt intra tempus a jure statutum, et nullus ex ipsis est in notoria possessione præsentandi, *n.* 99, 100, 101.

Quid quando lis est inter patronum et episcopum pugnantem pro ecclesiæ libertate, vel inter patronum et præsentatum, aut inter ipsos præsentatos, *n.* 102 *ad* 104.

Jus honoris competens patrono, in quo consistat, assignatur et explicatur, *n.* 105 *ad* 108.

Ratione juris defendendi præeminentia competens patrono assignatur et explicatur, *n.* 109 *ad* 113.

Patrono competit jus alimentationis in casu, quo vergat ad inopiam, et tale jus per singulas sui partes dilucidatur, *n.* 114 *ad* 132.

Jus præsentationis, quod diversum est a jure nominationis, melius disquisitum, et viceversa. Vide *n.* 133 *ad* 148.

Jura honorifica patronorum, scilicet honor precum luctus ecclesiastici, sedis, et quidem fixæ ac propriæ ac sepulturæ enarrantur, et explicantur differre, *n.* 149 *ad* 153.

Circa alimenta patrono debita, vide *n.* 154 et *verb.* Alimenta.

Num patrono jus aliquod in bona ecclesiæ competere possit. Vide *n.* 155.

Alia ad rem, et signanter quoad onera patronorum. Vide *verb.* Ecclesia, *art.* 3, *n.* 63. et *verb.* Utensilia *n.* 8.

# K

## KALENDÆ.

Kalendæ unde dictæ, quid sint. Vide *verb.* Kalendarium, *n.* 29 *ad* 33.

## KALENDARIUM (IV, 1296).

Kalendarium unde dictum, et quid sit. Vide *verb.* Kalendarium, *n.* 1 *et* 2.

Dies unde dictus, quid et quotuplex sit, *n.* 3, 4, *et* 5.

Nox quid sit, *n.* 6.

Dies quomodo incipiat, et sit in jure intelligendus, et accipiendus, *n.* 7 *et* 8.

Hora unde dicta, et in quot, et quæ minuta dividatur, *n.* 9 *et* 10.

Horæ aliæ diei sunt, et aliæ noctis, aliæ æquales, et aliæ inæquales, et quomodo appellentur æquales, *n.* 11, 12 *et* 13.

Quis primus diem noctemque in horas diviserit, quo tempore hæc partitio in usu esse incœperit, et quo instrumento facta fuerit; et qualis olim apud Romanos fuerit diei divisio, *n.* 14, 15, *et* 16.

Hebdomada dupliciter sumitur et assignatur, *n.* 17.

Sabbatum quid significet ejusque nomine quid Judæi intelligerent; et singuli hebdomadæ dies quomodo vocati apud gentiles, et nunc vocentur ab Ecclesia Romana, *n.* 18 *ad* 21.

Mensis unde dictus, quid et quotuplex sit, assignatur et explicatur, *n.* 22 *ad* 28.

Kalendæ, Nonæ, Idus unde dicantur, et quid sint, *n.* 29, 30 *et* 31.

Assignantur duæ regulæ ad facilius prædicta percipienda, et ut cognoscatur quot dies contineat quilibet mensis, *n.* 32, 33 *et* 34.

Mensium quorumcunque nomina assignantur et explicantur, *n.* 35, 36 *et* 37.

Annus unde dictus, quid sit, ejusque divisiones assignantur et explicantur, *n.* 38 *ad* 42.

Apud varias nationes varia annorum initia assignantur, *n.* 43, 44 *et* 45.

Anni initium quomodo calculetur in curiis, tribunalibus, etc. Vide *verb.* Annus, *n.* 10.

Annus solaris duplex assignatur et explicatur, *n.* 47.

Anni, seu Kalendarii Juliani duo vitia assignantur, et a quo correcta, *n.* 48 *ad* 53.

Epacta quid sit ac significet, et quomodo reguletur, *n.* 54 *et* 55.

Indictio quid sit, unde dicatur, quando incœperit ejus usus, et quo mense incipiant nunc indictiones in bullis, ac pontificiis rescriptis, *n.* 56, 57 *et* 58.

Datur regula pro invenienda cujuslibet anni indictione, ubi et de Olympiadibus, *n.* 59 *et* 60.

Cyclus solaris quid sit, et affertur regula pro ejus numero, ac littera Dominicali invenienda, *n.* 61, 62 *et* 63.

Cyclus lunæ quid sit, et quare appelletur aureus

Digitized by Google

numerus, pro quo cognoscendo affertur regula. Vide verb. Kalendarium, n. 64, 65 et 66.

Recensentur quæ circa Kalendarium haud queunt episcopi, n. 67.

Kalendarium Gregorianum quoad distributionem festorum, jejuniorum, et hujusmodi ab Italo-Græcis servari præcipitur a Benedicto XIV, num. 68.

KYRIE, ELEISON (IV, 1315).

Kyrie eleison quid significet, et cur toties repetatur in Missa. Vide verb. Kyrie eleison, per tot.

L

LABOR.

Labor an, et quando excuset a jejunio, vel non. Vide verb. Jejunium, art. 2, n. 10.

LACTICINIA ET OVA.

Lacticinia et ova, an comedere liceat diebus jejunii. Vide verb. Abstinentia, n. 9 et verb. Jejunium, art. 1, n. 9.

LÆSÆ MAJESTATIS PŒNA.

Vide verb. Pœna art. 2, n. 148.

LÆSIO.

Vide verb. Emptio et Venditio, art. 5.

LAICUS (IV, 1318).

Laicus nullum habet jus circa res et personas ecclesiasticas; et quid si tale jus quomodocunque exerceat, aut easdem personas, earumque jurisditionem perturbet, impediat, aut aggravet. Vide verb. Laicus, n. 1 ad 9.

Laici quibus causis ecclesiastico judicio subjiciantur, et quid de illis, qui in terris ecclesiæ degunt, n. 10 ad 14.

Laici an possint de fidei mysteriis disputare, prædicare aut præsentibus clericis docere, n. 15 ad 22.

Laicus an et quando gaudeat privilegio fori, si post commissum delictum, aut si inquisitus in curia sæculari, aut ab eadem pulsus in exsilium fiat clericus, vel professus, n. 23 ad 29.

Laici an possint oblationes offerre, vel ordinum ministeria exercere, n. 30 ad 37.

Laici quid possint, vel non, circa prælaturas, dignitates et beneficia ecclesiastica, n. 38 ad 49.

Alia ad rem, num. 50 ad 67, ubi plura scitu digna invenies.

Laici magistratus jus non habent indicendi publicas preces, num. 68.

Prohibetur laicorum assistentia intra presbyteriorum et altarium septa, dum missæ et sacra Officia celebrantur, num. 69.

LARGITIO MUNERUM.

Vide verb. Regulares, verb. Xenia, et verb. Pœna, art. 4, n. 147, ubi de pœnis contra transgressores.

LATRONES CUM CHRISTO CRUCI AFFIXI (IV, 1325).

Vide verb. Latrones, per totum.

LAUDEMIUM.

Vide verb. Emphyteusis, art. 3, n. 16.

LAXA PROPOSITIO.

Laxa propositio quæ sit. Vide verb. Propositiones damnatæ n. 58.

LECTORATUS.

Vide verb. Ordo, art. 1, n. 31.

LEGATARIUS, LEGATUM (IV, 1330).

Legatarius quid sit. Vide verb. Legatarius, Legatum, num. 1.

An quis esse possit legatarius et hæres, n. 2 ad 5.

Legatarius carnaliter cognoscens uxorem testatoris post ejus mortem indignus est legato, n. 6.

Legatum dupliciter sumitur, et explicatur, num. 7, 8, 9.

Legatum aliud est profanum, et aliud pium, aliud purum, et aliud conditionatum, aliud in diem, aliud sub modo, et aliud sub causa, et aliud sub demonstratione, et singula explicantur, n. 10 ad 26.

Ad prædicta legata sive fiant in testamento, sive extra, quot testes requirantur, n. 27, 28 et 29.

Legata rei alienæ quo jure valeant et quo in casu, et quando dominium acquiratur, n. 30 et 37.

Incrementum et fructus rei legatæ a die testamenti conditi pertinent ad legatarium, n. 38.

Legatarius an possit propria auctoritate legatum accipere, n. 39 et 40.

Legata in foro conscientiæ quamprimum exsequenda sunt ab hæredibus. Et variæ legatorum species assignantur, et quomodo adimplenda sit mens testatoris in ipsis innuitur, n. 41 ad 77.

Legatum relictum alicui sub conditione, quod nunquam nubat, vel quod tali non nubat, vel quod nubat tali, vel si nupserit, vel liberos procreaverit, an sit ei dandum, vel non, n. 78 ad 85.

Legatum relictum alicui sub conditione, sin religionem ingrediatur, vel clericus fiat, an, et quando sit ei dandum, n. 86 et 87.

Legatum relictum sub conditione, quod quandiu vivit pertineat irrevocabiliter ad eum independenter a licentia superioris, an ipsi, vel potius monasterio debeatur, n. 88 ad 94.

Conventus bonorum incapaces an, et quæ legata possint accipere, ac retinere, et ad rem adducuntur varia decreta, et signanter breve Urbani VIII, n. 95 ad 121.

Domus professæ Societatis Jesu an sint legatorum capaces; n. 122.

Legatum relictum ecclesiæ, quam testator in specie non expressit, an validum; et quid si testator ecclesiam simpliciter nominaverit, et plures sint ejusdem nominis ecclesiæ, n. 123 ad 130.

Legatum relictum v. g. Titio, quid si duo sint Titii æquali charitate, et amicitia cum testatore conjuncti, n. 131.

Quid de legato relicto pauperi determinato, si hic moriatur ante solutionem, n. 132.

Repudiatio legati ecclesiæ facti quando illicita, et peccaminosa, n. 133 et 134.

Legata ad causas pias valent quamvis corrua testamentum, n. 135.

Valent legata profana contenta in testamento con dito absque solemnitate civili, n. 136.

An, et ex quibus legatis detrahi possit Falcidia vel Trebellianica, n. 137 ad 142, et verb. Falcidia, n. 20.

Legata an, et a quibus personis commutari possint, vel non, n. 143 ad 156.

Justæ causæ commutandi legata tum in genere tum in specie assignantur, n. 157 ad 164.

Legatum magnæ quantitatis missarum una vice celebrandarum converti non potest in erectionem capellaniæ perpetuæ. Et talia legata nunquam patiuntur diminutionem, n. 165 et 166.

Legatum relictum capitulo cum onere, vel sine onere, aut relictum canonicis indefinite an sit applicandum mensæ capitulari, n. 167, 168 et 169.

Quid si fuerit relictum canonicis legatum magnæ quantitatis pecuniæ pro missis celebrandis, n. 170.

An quis possit prætendere aliquid de legato relicto ecclesiæ, n. 171.

Si legatum sit relictum episcopo, vel rectori alicujus ecclesiæ, cui debeatur, num. 172

Digitized by Google

Quando legatum demonstrative, vel taxative relictum censeatur. Vide *verb.* Legatarius, Legatum, *num.* 173 *et seqq.*

Legatum quid sit, et quis legare possit vel non, *in addit. Casinens.*, *num.* 1 *et* 2.

Qui sint ad legata recipienda capaces, *num.* 3 *ad* 9.

Quæ legari queant vel non, *num.* 10 *ad* 24.

Quid si eadem rex pluribus legata fuerit, *num.* 25.

Jus accrescendi quid sit, et quoad hæreditates quibus competat, *num.* 26 *ad* 28.

Conjuncti qui sint, et cum plures sint, an omnibus competat jus accrescendi, *num.* 29 *ad* 33.

Error an possit in legato intervenire, et si interveniat, an valeat legatum, *num.* 34 *ad* 35.

Legatum relinqui potest vel pure vel sub conditione; quæ et quotuplex sit conditio exponitur; et quid de legatis conditionalibus, *num.* 36 *ad* 53.

Dominium rei legatæ an statim morte testatoris transeat in legatarium, et si res legata ante traditionem pereat, an legatario pereat vel hæredi, *num.* 54 *ad* 58.

Tres actiones sunt ad petenda legata, et exponuntur, *num.* 59.

An legata adimi vel transferri queant, *num.* 60 *ad* 63.

Legata pia quæ sint; et quod ad eorum exsecutionem vel commentationem spectat, explanatur, *num.* 64 *ad* 83.

### LEGATUS (IV, 1400).

Legati unde dicti. Vide *verb.* Legatus, *n.* 1 *et num.* 58.

Legati diversimodi vocantur, et accipiuntur in jure canonico, ac civili, et assignantur legati in jure civili, *num.* 2.

Legati in jure canonico sunt in triplici differentia, nempe legati a latere, missi, et nati, et singuli assignantur, et explicantur, et qui tales esse possint; vel debeant, *n.* 3 *ad* 11.

Prædicti legati qualem, et in quibus locis habeant jurisdictionem, et quas causas possint delegare, vel cognoscere, *n.* 12 *ad* 18.

Legati in quo differant a delegatis, *n.* 19.

Legati a latere quid possint præ aliis legatis, ac nuntiis, *n.* 20 *ad* 33, et *verb.* Beneficia, *art.* 5, *n.* 10 *ad* 29 *et n.* 51 *ad* 60.

An legati a latere et nuntii apostolici possint in sibi commissis provinciis conferre ordines, et approbare confessarios, *n.* 35 et 36, et *verb.* Approbatio, *n.* 26.

Legatus, et nuntius apostolicus quid aliud possint, vel non, *n.* 37 *ad* 50.

Legati papæ statuta durant etiam finita legatione, *num.* 51.

Legati jurisdictio cessat quatuor modis, qui assignantur, *n.* 52 *et* 53.

Legati et nuntii apostolici debent regulares ad se recurrentes remittere suis superioribus. Vide *verb.* Auditores, *n.* 49.

An legato asserenti munitum se specialiter a sancta sede quibusdam facultatibus credendum sit, *n.* 54 *et seqq.*

### LEGISLATOR.

Vide *verb.* Lex, *art.* 2, *per tot. et art.* 3, *n.* 13 *ad* 25.

### LEGITIMA (IV, 1412).

Legitima quid sit, quomodo, et quanta debeatur liberis seu descendentibus. Vide *verb.* Legitima, *n.* 1 *et* 2.

In descendentium numero qui sint computandi vel non, *n.* 3 *et* 4.

Legitimi et nepotes quomodo de legitima participent, *n.* 5, 6 *et* 7.

Quæ legitima, et id quo casu debeatur ascendentibus, et fratribus, ac sororibus, *n.* 8, 9 *et* 10.

Legitima ex quibus bonis, et quo jure debeatur filiis ac nepotibus, et pro ea deducenda, quæ bona computanda sint, *n.* 11 *ad* 19.

Legitima quo titulo sit relinquenda liberis et parentibus, *n.* 20.

Quid si alicui ascendenti relinquatur minor, vel nulla portio pro legitima, *n.* 21 *ad* 24.

Legitima debita hæredibus necessariis relinqui debet sine ullo onere, *n.* 25.

Legitima una cum fructibus debetur statim post mortem sive naturalem, sive civilem testatoris, *n.* 26 *ad* 31.

Quæ legitima debeatur matri a die emissæ professionis filii, vel filiæ, *n.* 32 *et* 35.

Quid quando monasterium tenetur solvere legitimam filiis patris Professi, *n.* 36, 37 *et* 38.

Legitima an, et in quo casu debeatur, ac peti possit a filiis, viventibus adhuc parentibus, *n.* 39 *ad* 44.

Quando pro legitima non competat nisi condictio ex lege, et quando etiam hypothecaria actio, *n.* 45 *et* 46.

Dispositio celebris *text. in leg. Jubemus* trahi non potest ad legitimam, *n.* 47, 48 *et* 49.

Prohiberi non valet legitima, nisi adhibita sit cautela Socini, et hæc quando adhibita censeatur, *n.* 50 *et* 51.

Si filius nec expresse, nec tacite acceptet prohibitionem legitimæ, tametsi factam cum cautela Socini, non excluditur a jure illam petendi, *num.* 52.

Quando vero filius acceptasse dici possit, necne, prohibitionem legitimæ cum cautela Socini, *n.* 53.

### LEGITIMATIO (IV, 1421).

Prolis legitimatio an et quando per subsequens matrimonium fieri possit. Vide *verb.* Legitimatio, *num.* 1 *ad* 5.

Ex defectu natalium an contrahatur irregularitas, et quæ sit, *num.* 6.

Affertur epistola *Redditæ nobis* Benedicti XIV, ubi late de legitimatione prolis disseritur, *num.* 7.

### LEGITIMUS.

Vide *verb.* Filius.

### LEVIR.

Quis sit. Vide *verb.* Affinitas, *art.* 1, *n.* 16.

### LEX (V, 9).

LEX, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT IPSIUS NATURAM, DIVISIONEM, ET EOS QUI IPSAM CONCEDERE POSSUNT.

Lex unde sic dicta, et quomodo appellari soleat. Vide *verb.* Lex, *art.* 1, *n.* 2 *et* 3.

Assignantur variæ conditiones, quæ ad legem requiruntur, *n.* 4 *ad* 10.

Legis definitio traditur, et explicantur necessariæ conditiones, quæ in ipsa continentur, *n.* 11 *ad* 15.

Definitur magis proprie lex, *n.* 46.

Et ex definitione data derivantur legis species, *n.* 47 *ad* 55.

Jus gentium, seu lex gentium non diversa a jure naturali, *n.* 56 *et* 57.

Assignantur tres differentiæ legis a simplici præcepto, *n.* 16, 17 *et* 18.

Lex dividitur immediate in æternam et temporalem, et quæ sit utraque, et in quo differant, *n.* 19.

Lex temporalis subdividitur in naturalem et positivam et quæ sit utraque, et in quo differant, *n.* 20.

Lex positiva subdividitur in divinam et humanam, et quæ sit utraque, *n.* 21.

Lex divina positiva subdividitur in veterem, et novam, et quæ sit utraque, *n.* 22 *et n.* 58 *ad* 63.

Lex divina positiva alia est mere divina positiva; et alia est divina positiva naturalis, et quæ sit utraque, *n.* 23.

Lex positiva humana subdividitur in legem seu jus gentium, in legem ecclesiasticam, seu canoni-

Digitized by Google

cam, et in legem sæcularem, seu civilem, et quæ sint omnes. Vide *verb.* Lex, *art.* 1, *n.* 24.

Lex, seu jus gentium subdividitur in primarium, et secundarium, et quid, et quale sit utrumque. Vide *verb.* Jus, *n.* 10.

Lex ecclesiastica, seu canonica quomodo subdividatur. Vide *verb.* Jus, *n.* 19 *ad* 34.

Lex sæcularis, seu civilis quomodo subdividatur. Vide *verb.* Jus, *n.* 12.

Lex, seu jus gentium in quo differat a lege canonica, civili et naturali, *n.* 28 *et* 29.

Quando inter leges ecclesiasticas, seu canonicas, et sæculares, seu civiles, est aperta contrarietas, quænam sint servandæ. Vide *verb.* Jus, *n.* 37 *ad* 43.

Assignantur, qui possint, vel non, leges condere, et quas leges, et in quibus locis, *n.* 38 *ad* 45.

LEX, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT EJUS PROMULGATIONEM, ET ACCEPTATIONEM, ET OBLIGATIONEM.

Lex ad hoc, ut obliget quoad culpam, vel quoad pœnam requiritur ejus sufficiens promulgatio, et quid sufficiat ad talem promulgationem. Vide *verb.* Lex, *art.* 2, *n.* 1, 2 *et* 3.

Leges imperiales, regum, aliorumque principum, et leges pontificiæ quando obligare incipiant, *n.* 4 *ad* 8.

Ad intrinsecam legis constitutionem an requiratur acceptatio populi, et quid si non acceptetur, aut legislator nesciat, aut dubitet an sit acceptata, necne, *n.* 9 *ad* 16.

Quid in dubio an superior habeat potestatem ferendi hanc, vel illam legem obligatoriam, aut an lex sit justa, necne, *n.* 17 *et* 18.

Quid si populus habeat rationabilem causam non acceptandi legem a supremo principe, *n.* 19 *ad* 23.

Leges humanæ justæ tum ecclesiasticæ, tum civiles obligant in conscientia. Secus leges mere pœnales, *n.* 24 *et* 25.

Lex mere pœnalis quomodo differat a lege morali et mista, *n.* 26.

Lex pœnalis alia est latæ, alia est ferendæ sententiæ, et quæ sit utraque, et ad ut talem facilius cognoscendam quinque regulæ assignantur, *n.* 27 *ad* 35.

Lex pœnalis sive latæ, sive ferendæ sententiæ, quomodo et quando obliget, *n.* 36 *ad* 44.

Utrum lex nova a summo pontifice promulgata obliget statim, an post duos a promulgatione menses juxta auct. Ut factæ novæ constitutiones, *n.* 51 *ad* 54.

Lex episcopalis vel synodalis an, quando et quos obliget, *num.* 45 *ad* 50.

Plura alia speciatim circa promulgationem et obligationem legis invenies, *num.* 55 *ad finem.*

LEX, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT PERSONAS AD IPSAM OBLIGATAS.

Ad leges Ecclesiæ obligantur omnes Christifideles et an, et quomodo obligentur infantes ante vel post septennium. Vide *verb.* Lex, *art.* 3, *n.* 1 *ad* 4.

Ad *n.* 3 auctoris vide notata.

Pueri et puellæ post septennium completum, et ante pubertatem quibus pœnis et censuris subjici possint, *n.* 5 *ad* 8.

Amentes et ebrii an, quando, et ad quas leges obligentur, *n.* 9 *et* 10.

Ad leges et statuta inferiorum prælatorum, qui obligetur, *n.* 11 *et* 12 *et n.* 85.

Legislator humanus, etiam monarchicus, an teneatur ad proprias leges, *n.* 13 *ad* 20.

Papa et episcopi a quibus pœnis sint exempti, et an eximantur etiam a culpa si suorum antecessorum leges transgrediantur, *n.* 21 *et* 22.

Papa quomodo teneatur ad præceptum paschale, *n.* 23.

Alii legislatores quomodo teneantur ad legum observantiam, et quid si legislator sit ipsa communitas, *n.* 24 *et* 25.

Hæretici tenentur de jure legibus ecclesiasticis. Secus Judæi, pagani et catechumeni, *n.* 26 *et* 27.

Peregrini, quibus in locis, quomodo, et ad quarum legum observantiam teneantur, *n.* 28 *ad* 45, ubi plura quoad ipsos.

An vagi, seu vagabundi obligentur legibus, et consuetudinibus locorum, per quæ transeunt, vel in quibus hospitantur, *n.* 46, 47 *et* 48.

Sed ad *n.* 38, 39 *et* 40 auctoris, vide animadversa *in nota.*

Reprehenditur auctor *n.* 48, *in nota.*

An durante legatione, et peregrinatione studiorum causa legatus, et studiosus ligati sint legibus illius religionis in qua morantur, *num.* 82 *ad* 84.

Clerici et regulares an, et quando teneantur legibus civilibus, et statutis laicorum, et ad rem afferuntur plura sacrarum congregationum decreta, *n.* 49 *ad* 81.

LEX, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT INTENTIONEM, MODUM ET TEMPUS EAM ADIMPLENDI.

In exsecutione operis a lege præcepti duplex haberi potest intentio, et assignatur. Vide *verb.* Lex, *art.* 4, *n.* 1.

Ad impletionem legis an requiratur intentio ei satisfaciendi, *n.* 2 *ad* 5.

An satisfaciat legi, seu præcepto, qui faciens opus præceptum expresse intendit illud non satisfacere, et ad rem adducuntur exempla, *n.* 6 *ad* 10.

An, et quomodo impleri possint leges, seu præcepta sine gratia sanctificante, vel per actionem ex fine, vel circumstantia extrinsece malam, *n.* 11 *ad* 19.

An satisfieri possit pluribus legibus, seu præceptis eodem tempore per diversos actus, *n.* 20, 21 *et* 22.

Qui per notabilem partem missæ confitetur sua peccata, an satisfaciat præcepto missam audiendi. Vide *verb.* Missa, *art.* 17, *n.* 27.

Unico eodemque actu an satisfieri possit pluribus legibus, seu præceptis, *n.* 24 *ad* 32.

Unica numerice divini officii recitatione satisfieri nequit duplici præcepto, *n.* 33.

LEX, QUOAD EJUS CESSATIONEM.

Lex humana per quid cesset. Vide *verb.* Lex, *art.* 5, *n.* 1.

Lex cessat quando cessat universim totalis ejus causa finalis, *n.* 2, 3 *et* 4.

Lex in præsumptione fundata quando cesset obligare, *n.* 5.

Lex cessat per juris abrogationem, et quomodo inter se differant abrogatio, derogatio et irritatio, *n.* 6 *et* 7.

Lex a quo, et quando possit abrogari, et justæ causæ abrogandi leges assignantur, *n.* 8 *ad* 16.

Lex cessare potest per veram interpretationem, et epicheiam. Et quid, et quotuplex sit interpretatio, assignatur et explicatur, *n.* 17 *ad* 20.

Authentica ac usualis legis interpretatio a quo fieri possit, *n.* 21, 22 *et* 23.

Doctrinalis legis interpretatio fieri potest etiam a privatis doctoribus, si observent regulas communiter præscribi solitas, quæ assignantur, *n.* 24 *ad* 40.

Epicheia quid sit, et in quo differat ab interpretatione legis, et quando locum habeat, *n.* 41, 42 *et* 43.

Lex cessare potest per dispensationem factam ab habente legitimam dispensandi potestatem, *n.* 44.

Digitized by Google

Quoad ea quæ specialiter concernunt dispensationem. Vide *verb.* Dispensatio.

Lex cessare potest per privilegium concessum ab habente legitimam potestatem ipsum concedendi; et quid sit privilegium, et quomodo interpretandum, *n.* 46, 47 *et* 48.

Lex cessare potest per consuetudinem contrariam legitime introductam, *n.* 49 *et* 50, et *verb.* Consuetudo.

Tripliciter judices, et jurisconsulti leges possunt interpretari, ac regulæ interpretandi leges traduntur, *num.* 51 *ad* 63.

Lex commissoria quid sit, et ad quæ detur. Vide *verb.* Emptio, *art.* 4, *n.* 40, et *verb.* Hypotheca, *n.* 34.

## LIBELLUS FAMOSUS (V, 93).

Libellus famosus quid sit, quomodo fiat, et quid requiratur ad eum constituendum, et ad ejus crimen, et pœnam incurrendam. Vide *verb.* Libellus famosus, *n.* 1 *ad* 16.

Sed ad *n.* 15 auctoris vide declarata *in nota.*

Libellos famosos facientes, publicantes, consulentes fieri ac publicari mandantes, retinentes, invenientes et non manifestantes, imprimentes, vendentes, etc., quale crimen committant, et quibus pœnis subjiciantur, *n.* 17 *ad* 28.

Sub appellatione libelli famosi, quales alii libri contineantur, *n.* 29.

Quid si libellus famosus respiciat statum alicujus religionis in communi, *n.* 30.

Pœna libelli famosi an habeat locum, etiamsi quis in eo verum dixerit, *n.* 31 *et* 32.

Publicum judicium ex senatusconsulto redditum est ob libellum famosum, cujus pœna capitis est. Sed vide quomodo hæc pœna sit interpretanda juxta libelli famosi qualitatem, *n.* 34 *et seqq.*

Qui detraxerunt aliis libello famoso, continente vel falso crimen, vel verum occultum, ad quid teneantur. Vid. *verb.* Detractio, *art.* 2 *per tot.*

## LIBERALITAS.

Liberalitas quid sit. Vide *verb.* Avaritia, *n.* 12.

## LIBRI (V, 102).

Libros Veteris et Novi Testamenti pro sacris et canonicis non accipiens cui pœnæ subjaceat. Vide *verb.* Libri, *num.* 1.

Libri de rebus sacris testantes, sine nomine auctoris, imprimi ac retineri nequeunt nisi prius sint examinati; et quid si secus, *num.* 2, 3 *et* 4.

Libros communicans, vel vulgans ante examen, et approbationem, quibus pœnis subjiciatur, *num.* 5.

Librorum approbatio quomodo sit danda, *n.* 6.

Libri non sunt imprimendi sine nomine auctoris, vel certi collegii, *num.* 7.

Libri tum Romæ, tum alibi de cujus licentia imprimi debeant, et quid de impressoribus absque licentia imprimentibus, *num.* 8, 9 *et* 10.

Libri auctorum degentium in statu Ecclesiæ, de cujus licentia imprimi possint extra statum, *num.* 11.

Libri continentes miracula, gratias, beneficia, quæ dicuntur accepta ope alicujus defuncti cum fama sanctitatis, a sede apostolica nondum beatificati, de cujus licentia imprimi possint, *num.* 12.

Quid de bibliopolis libros hæreticos retinentibus, *num.* 13.

Libri sine nomine typographi, vel loci impressionis vendi non possunt sub pœna confiscationis librorum, *num.* 14.

An liceat libros extrahere ex bibliothecis regularium, et ad hoc summarie referuntur variæ constitutiones pontificiæ, *n.* 15 *ad* 33.

## LIBRI PROHIBITI (V, 107).

Libri prohibiti ex Indice sunt triplicis classis, et assignantur singulæ. Vide *verb.* Libri prohibiti, *num.* 1 *ad* 7.

Adducuntur regulæ Indicis, *num.* 8.

Contra legentes, retinentes, etc., libros prohibitos statutæ pœnæ referuntur, *num.* 9, 10 *et* 11.

Quid de legentibus, ac retinentibus libros prohibitos solum quia sunt contra bonos mores, et de asserentibus retineri posse libros prohibitos tantum ad tempus, donec corrigantur, *num.* 12 *ad* 15.

Quid de illis, qui libros prohibitos propria auctoritate comburunt, vel aliis legendi licentiam habentibus consignant, *num.* 16 *ad* 24.

Licentia legendi libros prohibitos a quibus concedi possit, vel non, *num.* 25 *et* 26.

Ad incurrendam excommunicationem papæ reservatam requiruntur quinque conditiones, quæ assignantur, et declarantur, *num.* 27 *ad* 38.

Per ly *legentes* ad incurrendam censuram, qui intelligantur, vel non, *num.* 39 *ad* 43.

Ad *num.* 40 auctor., vide *in nota.*

Per ly *retinentes* ad incurrendam censuram, qui intelligantur, vel non, *num.* 44 *ad* 57.

Per ly *imprimentes*, ac *defendentes* qui intelligantur, vel non, *num.* 58 *ad* 66.

Libri et scripturæ a Benedicto XIV prohibiti, *num.* 67 *ad* 70.

De potestate Christi Ecclesiæ concessæ prohibendi libros, et de antiqua circa rem hanc disciplina, quæ ad inventam usque artem typographicam duraverit. Vide *in Append. seu nov. art.* § 1.

Agitur de stabilita ab apostolica sede disciplina circa examen, proscriptionemque librorum post inventam artem typographicam, et post natos errores Lutheri et Calvini, *in Append. seu nov. art.* § 2.

Refertur Benedicti XIV constitutio, qua methodus præscribitur servanda in examine, et proscriptione librorum, *in Append. seu nov. art.* § 2.

De auctoritate decretorum libros vetantium, de pœnis in eos latis, qui hujusmodi libros legant, retineant, etc., *in Append. seu nov. art.* § 3.

Utrum in prohibitione libri etiam manuscripta prohibita censeantur, *in Append. seu nov. art.* § 4, *quæst.* 1.

Utrum libri catholicorum prohibiti in uno, sint etiam in alio idiomate vetiti, *in Append. seu nov. art.* 84, *quæst.* 2.

Quinam concedere debeat facultatem legendi libros prohibitos, *in Append. seu nov. art.* § 4, *quæst.* 3.

Utrum decreta, quibus Romæ prohibentur libri, obligent omnes omnino fideles, *in Append. seu nov. art.* § 4, *quæst.* 4.

Si alicubi ex sedis apostolicæ tolerantia usu receptæ non sunt regulæ Indicis, non incurrunt censuras legentes libros prohibitos, sed graviter peccant, *in Append. seu nov. add. art.* § 4, *not. in fin.*

## LICTORES.

Lictores sunt infames, et irregulares. Vide *verb.* Infamis, *num.* 11, et *verb.* Irregularitas, *art.* 1, *num.* 12, *vers.* Octava.

## LIGAMEN.

Vide *verb.* Impedimenta Matrimonii, *art.* 2, *num.* 8 *ad* 19.

## LIMINA APOSTOLORUM ROMÆ (V, 155).

Episcopi quomodo, et intra quod tempus teneantur visitare Limina apostolorum; et quid si legitime impediti; et an teneantur etiam patriarchæ, archiepiscopi, titulares, coadjutores, etc. Vide *verb.* Limina apostolorum, *num.* 1 *ad* 8.

Confirmatur auctoris sententia *num.* 7 exposita, *num.* 41 *ad* 45.

Digitized by Google

Munus visitationis liminum in quo consistat. Vide *verb.* Limina, *num.*9 *et* 10.

Episcopi pro visitandis liminibus, quantum abesse possint a residentia, *num.* 11 *et* 12.

Canonici pro episcopi servitio Romam accedentes vel ipsum episcopum comitantes, an, et quando lucrentur distributiones, *num.* 13 *ad* 17.

Episcopi legitime impediti, per quem nuntium possint limina visitare, *num.* 18 *ad* 21 *et num.* 46 *ad* 50.

Episcopi limina visitantes, quid referre debeant, *num.* 22.

Tempus visitandi limina, quando currere incipiat, et quomodo computari debeat, *num.* 23 *ad* 26.

Liminum visitatio quando fieri debeat, et in quo casu admitti possint ad dictam visitationem nuper consecrati episcopi, priusquam se ad residentiam conferant, *num.* 27 *et* 28.

Limina Apostolorum ibi esse dicuntur, ubi est papa, *num.* 29.

Non visitantes in quas censuras et pœnas incurrant, *num.* 30.

Referuntur disposita a Benedicto XIV circa visitationem liminum apostolorum jurate promittendam ab omnibus episcopis et prælatis, jurisdictionem episcopalem habentibus, antequam possessionem iidem capiant suarum diœcesum, *num.* 31 *ad* 37.

Administratores quoque episcopatuum tenentur visitare limina apostolorum, et relationem facere suarum ecclesiarum, *num.* 40.

Nonnulla, ad uberiorem materiæ notitiam, afferuntur loca ex synod. diœces. Benedicti XIV et constitutionis Sixti V, *num.* 51 *et* 52.

Affertur etiam instructio sacræ congregationis Concilii pro episcopis, primatibus et patriarchis super modo conficiendi relationes statuum suarum ecclesiarum, quas, occasione visitationis sacrorum liminum, eidem sacræ congregationi exhibere teneutur, *num.* 53.

LINEA.

Linea affinitatis, consanguinitatis, legaus paternitatis, legalis fraternitatis, legalis affinitatis. Vide *verb.* Affinitas, *verb.* Impedimenta matrimonii, *art.* 1, *num.* 27 *ad* 78.

LITANIÆ (V, 173).

Verbum litaniæ quid significet; et quot litaniarum species reperiantur; quæ sint, et qui fuerint earumdem inventores; et quæ prohibitæ, aut approbatæ. Vide *verb.* Litaniæ, *num.* 1 *ad* 12.

Litaniis an inseri possint alii sancti præter ibi descriptos, *num.* 13.

Quid si Litaniæ Majores occurrant in die Paschatis, aut festum sancti Marci incidat infra octavam ejusdem solemnitatis, *num.* 14 *et* 15.

Præceptum recitandi litanias quomodo, et quando obliget, *num.* 16 *et* 17.

Quoad litanias particulares quibusdam regularibus concessas, *num.* 18.

Nomen sancti Josephi ubi inserendum in litaniis sanctorum, *num.* 19.

LITTERÆ APOSTOLICÆ (V, 179).

Litteras apostolicas falsificantes, et illarum exsecutionem impedientes, quomodo puniantur. Vide *verb.* Litteræ apostolicæ, *num.* 1 *et* 2.

Quando expediendæ, et quomodo publicandæ litteræ apostolicæ super beneficiis resignatis, *num.* 3 *et* 4.

Litteræ apostolicæ non sunt exsecutioni tradendæ ab iis, quibus diriguntur, si obreptionis, aut subreptionis vitio aperte laborent, aut si deficiat conditio, sine qua concessæ non fuissent, *num.* 5.

Litteræ apostolicæ super dispensationibus matrimonialibus quomodo, et quibus adjectis conditionibus concedi soleant, *num.* 6.

Vide *verb.* Exsecutor litterarum, etc., *verb.* Falsarius, *num.* 39.

LITTERÆ (V, 179).

Litteras vel scripturas alienas aperire, ac legere quale sit peccatum, quando, et quibus liceat, et ad quid teneantur aperientes. Vide *verb.* Litteræ, *num.* 1 *ad* 7.

Regulares dantes aut recipientes litteras absque superioris licentia, aut litteras superioris ad inferiores, et inferiorum ad superiorem missas aperientes retardantes, etc., an, et quomodo peccent, *num.* 8 *et* 9.

Superiores regulares an licite aperire, et legere possint litteras suorum subditorum, *num.* 10 *et* 11.

Quid de litteris sine nomine occulta delicta contra aliquem continentibus ad superiorem scriptis, *num.* 12 *ad* 15.

Litteras alienas aperientium, lacerantium, etc. pœna. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 117.

Tria concurrere debent ut quis in crimen falsi incidat aperiendo litteras alienas, quæ recensentur, *num.* 16 *ad* 29.

LITURGIA (V, 183).

Liturgia unde dicta, et quid designet. Vide *verb.* Liturgia, *num.* 1 *ad* 3.

Liturgiæ peculiariter sumptæ quid sint, et quo tempore scripto consignari cœperint, *num.* 4 *et* 5.

Quid de quibusdam apostolorum liturgiis sentiendum, *num.* 6.

Varii liturgici libri, et eorum in rebus theologicis usus, *num.* 7.

LITURGICUM JUS (V, 185)

Jus liturgicum quid sit, et quomodo apostoli illud exercuerunt. Vide *verb.* Liturgicum jus, *num.* 1 *ad* 5.

Quibus, ab apostolis, jus liturgicum competat, *num.* 6 *et* 7.

An aliquid in re liturgica possit principum auctoritas, *num.* 8.

LIVELLUM.

Vide *verb.* Monialis, *art.* 2.

LOCATIO (V, 189).

Locatio quid sit, et quæ res locari possint. Vide *verb.* Locatio, *num.* 1 *et* 2.

Pretium an necessarium sit in locatione, *num.* 3 *et* 4.

Locator, conductor, inquilinus, colonus, redemptor, et publicanus qui dicantur, *num.* 5.

Conductor potest rem sibi locatam alteri locare, *num.* 6.

Bona ecclesiastica quomodo, et pro quo tempore locari possint. Vide *verb.* Bona, *art.* 1, *num.* 9.

Locatio bonorum ecclesiasticorum facta ab antecessore beneficiario, an et quando obliget successorem in beneficio, *num.* 8 *et* 9.

Minores et pupilli, uxor, locatoris et conductoris successor sive universalis, sive particularis, cui locationi stare teneantur, *num.* 10 *ad* 19.

Locator ad quid obligetur versus conductorem in iis quæ ad rem locatam spectant, *num.* 20 *ad* 29.

Locator an et ob quas causas possit ante finitum locationis tempus de re locata conductorem invitum expellere, et quatuor causæ assignantur, *num.* 30 *ad* 36.

Locator in quo casu teneatur conductori mercedem remittere, et assignantur plures casus, in quibus non tenetur pensionem minuere, *num.* 37 *ad* 47.

Locatores, qui operas suas aliis locant, ad quid teneantur; et quid si locatores sint gregis



Digitized by Google

custodes, aut famuli, et velint sua culpa ante finitum tempus discedere, aut ægrotent. Vide *verb.* Locatio, *num.* 48 *ad* 59.

Famuli an possint de bonis suorum dominorum, seu conductorum aliquid pro compensatione occulta subripere. Vide *verb.* Famuli, *num.* 26, et *verb.* Compensatio.

Conductor ad quid teneatur versus locatorem in iis quæ ad rem locatam spectant, *num.* 61 *ad* 82.

Jus locatori et conductori competens assignatur, *num.* 83.

Num fieri possit locatio ad longum tempus de fructibus bonorum ecclesiasticorum sine beneplacito apostolico, *num.* 84 *et seqq.*

Vide pariter *verb.* Alienatio, *art.* 3.

## LOGOMETRIA.

Logometria quid. Vide *verb.* Mundus, *num.* 200.

## LOTH PATRIARCHA (V, 205).

Loth patriarcha. Vide hoc *verb. per tot.*

## LUDENTES.

Ludentes in scenis. Vide *verb.* Infamis, *num.* 11, et *verb.* Irregularitas, *art.* 1, *num.* 12.

## LUDUS, SPONSIO (V, 209).

Ludus quid sit, et ut sit licitus quid requiratur. Vide *verb.* Ludus, Sponsio, *num.* 1 *et* 2.

Sponsio quid sit, et ut sit licita quid requiratur, *num.* 3 *et* 4.

Ludi contractus quando, et quo jure licitus, *num.* 5.

Ludus, qui sola fortuna, et casu regitur, quo jure, et quibus sit prohibitus, et quomodo talis prohibitio se extendat ad clericos, *num.* 6, 7 *et* 8, et *verb.* Clericus, *art.* 5, *num.* 1 *et* 2, et *verb.* Venatio, *num.* 1.

Regulares an, et quibus ludis licite ludere possint, vel non, *num.* 9 *ad* 16.

An liceat ludere pro aliqua re spirituali, aut rem spiritualem cum alia re temporali, *num.* 17 *et* 18.

Filiusfamilias in qua quantitate possit licite ludere, et quæ bona possit, vel non, ludo exponere, et quid si exponens lucretur, vel perdat notabilem summam, *num.* 19 *ad* 31.

Uxor an possit, et quæ bona ludo exponere inscio, vel invito marito, et quo jure, *num.* 32 *ad* 35.

Quid si ludens velit plus vincere quam perdere possit, aut ludat cum animo non solvendi, si perdat, *num.* 36 *ad* 39; ad *num.* 36 *auctor.* vide notata.

Ludens, rem furtivam lucrans, an teneatur eam restituere, *num.* 40 *et* 41.

Ludens pecunia furtiva an licite retineri possit quod lucratur, *num.* 42 *et* 43.

Injuste coactus ad ludendum potest licite retinere quod lucratur; secus de injuste cogente, *num.* 44 *et* 45.

Deceptiones sive licitæ, sive illicitæ in ludo assignantur, *num.* 46 *ad* 52.

Ludens an teneatur monere collusorem errantem contra se ipsum in enumerandis punctis, etc., *num.* 53.

An multo magis in arte ludi peritus teneatur restituere lucrum cum multo minus perito reportatum, *num.* 54.

Lusor exponens monetam malam in ludo an possit licite retinere quod cum ipsa lucratur, *num.* 55.

Ludentes ludo legibus prohibito an peccent, ac possint in judicio lucrum repetere, *num.* 56, 57 *et* 58.

Qui ludo prohibito lusit credito, et perdidit, est in conscientia obligatus ad solvendum, et quid si lusit cum animo utendi legis beneficio, aut ipsi renuntiaverit antecedenter ad ludum, *num.* 59 *ad* 64.

Quoad sponsionem eadem proportionaliter concludenda sunt, quæ de ludo, *num.* 65.

Qui certus est de eventu, et veritate rei, an possit sponsionem inire, et inde lucrum recipere, et quid si protestetur se esse certum, et tamen ille alius spondere contendat, *num.* 66, 67 *et* 68.

Plura a jure civili sancita circa aleatores, et ludos fortunæ recensentur, *num.* 69 *ad* 83.

Num repeti possit pecunia ad ludum fortunæ credita, *num.* 84 *ad* 86.

Ludus *virtutis* permissus est, si honestati non refragetur, et sanitatis causa medice adhibeatur, *num.* 87.

Quosnam *virtutis* ludos permiserit jus civile, *num.* 88 *et* 89.

De *lottaria* quæri *solet an plus* juris subsit quam in ludo fortunæ, *num.* 90 *ad* 92.

Quando licita sit sponsio, et ad quam quantitatem, *num.* 93.

Ut ludus sit licitus, præter quatuor conditiones ab auctore propositas, tres adhuc requiruntur aliæ, quæ exponuntur, *num.* 1 *ad* 6.

Quid de regularibus, quoad ludos, sentiendum, et quid præsertim a confessariis monialium considerandum sit, *num.* 7 *et* 8.

## LUNATICI.

Lunatici et furiosi. Vide *verb.* Irregularitas, *art.* 1, *num.* 11.

## LUXURIA (V, 237).

Luxuria quid sit, et quæ ejus species. Vide *verb.* Luxuria, *num.* 1 *et* 2.

Fornicatio quid sit, et quale peccatum, *num.* 3 *et* 4.

Fornicatio est intrinsece mala, et alia dicitur vaga, alia determinata, et quæ sit utraque, *num.* 5, 6 *et* 7.

Fornicatio cum persona infideli vel cum alterius sponsa, an sit simplex fornicatio, *num.* 8 *et* 9.

Copula cum soluta est in confessione explicanda, *num.* 10.

Adulterium quid sit, et omnia, quæ ipsum concernunt. Vide *verb.* Adulterium, *per tot.*

Incestus quid sit, quidque rationem ejus participet, et quid requiratur ut sit casus reservatus, et quale sit peccatum, *num.* 11 *ad* 15.

Incestus quomodo specie distinguantur, et in confessione exprimendi, *num.* 16 *et* 17.

Quid si incestuosus velit post copulam contrahere in gradu prohibito, *num.* 18 *et* 19.

Incestuosus an, et quando possit, et debeat vel non, petere, et reddere debitum. Vide *verb.* Debitum conjugale, *per tot.*

Stuprum quid sit, quale peccatum et, quid ad ejus essentiam requiratur, *num.* 21 *ad* 25.

Stuprator ad quid teneatur circa virginem stupratam, *num.* 26 *et* 27.

Raptus quid sit, et omnia quæ ipsum, et raptorem concernunt. Vide *verb.* Impedimenta matrimonii, *art.* 2, *num.* 103 *ad* 117.

Sacrilegium carnale et personale quid sit, quale peccatum, quando, et quomodo in confessione exprimendum, *num.* 29 *ad* 32.

Peccatum contra naturam, quid sit, ejusque subdivisio assignatur. *num.* 33 *et* 34.

Mollities, seu pollutio quid sit, quale peccatum, an liceat ipsam in aliquo casu procurare, vel desiderare ut sequatur, *num.* 35 *ad* 39.

Pollutio in somnis secuta an, et quando possit esse peccatum, et an quis teneatur reprimere prævidens eam secuturam, *num.* 40 *ad* 44.

Polluens se cum imaginatione peccandi cum aliqua debet in confessione personam exprimere, *num.* 45.

Digitized by Google

Inordinatus concubitus quid sit, et quando circa ipsum peccare possint conjuges. Vide *verb.* Luxuria, *num.* 46 *ad* 49.

Sodomia quid, et quotuplex sit, quomodo committi possit, an sit in confessione exprimenda, quæ ejus pœna, et alia ipsam concernentia, *n.* 50 *ad* 63.

Bestialitas quid sit, quomodo in confessione aperienda, quid reducatur ad ejus speciem, quale sit peccatum, et in quo differat a mollitie, et Sodomia, *num.* 64 *ad* 70.

Impudicitia quid sit, *num.* 71.

Oscula, tactus et amplexus an, et quando possint esse peccata mortalia, *num.* 72 *ad* 77.

Ad *num.* 73 auctor. vide in not.

Aspicere animalia coeuntia, eorumque verenda tangere an et quale sit peccatum, *num.* 78, 79 *et* 80.

Ad *num.* 79 auctor. vide in not.

Personæ simul nudæ se invicem aspicientes, vel tangentes, vel solus nudus se ipsum aspiciens, vel tangens, an graviter peccent, *n.* 81, 82 *et* 83.

Persona soluta permittens se tangi, aut osculari ab alia quando graviter peccet, vel non. Vide *verb.* Femina, *num.* 27 *et seqq.*

Obscena legere, inhonesta canere, turpia loqui, ac libros de ipsis, aut similibus componere, an, et quale sit peccatum, *num.* 85 *et* 86.

Choreæ an et quando licite fieri possint, *n.* 87.

Tactus, oscula, amplexus, et similia inter conjuges, vel inter sponsos, et quando peccent ob delectationem de actu conjugii, vel de copula futura, *num.* 88 *ad* 91 et *verb.* Delectatio morosa, *num.* 24.

Viduæ quando peccent, vel non circa delectationem morosam de copula præterita. Vide *verb.* Delectatio morosa, *num.* 27 *et seqq.*

Quando feminæ graviter peccent, vel non in ornamentis, et similibus provocantibus ad lasciviam. Vide *verb.* Femina, *num.* 14.

Quando sint peccata gravia cogitationes impuræ, et delectationes morosæ, quæ ex hactenus recensitis oriri solent. Vide *verb.* Delectatio morosa *per tot.*

An detur parvitas materiæ in rebus venereis, *n.* 95.

# M

## MACELLARII.

Vide *verb.* Infamis, *num.* 11, et *verb.* Irregularitas, *art.* 2, *num.* 11, *vers.* Octava.

## MACELLUM (V, 255).

Macelli separati usus pro ecclesiasticis est permissus. Vide *verb.* Macellum, *num.* 1.

Alia ad rem, *num.* 2 *ad* 9.

## MAGELLANICA.

Magellanica unde sit dicta. Vide *verb.* Mundus, *num.* 86.

## MAGI, QUI CHRISTUM ADORAVERUNT (V, 257).

Magi quinam fuerint, et alia de iisdem. Vide *verb.* Magi, etc., *num.* 1, 2 *et seqq. per totum.*

## MAGIA.

Vide *verb.* Superstitio, *num.* 10, 40 *et* 79, *ubi de ejus pœnis.*

## MAGISTER (V, 261).

In magistrum assumendus non est, qui formam discipuli non assumpsit. Vide *verb.* Magister, *n.* 1 *ad* 4.

Magistri cujuscunque facultatis tenentur emittere fidei professionem, *num.* 5.

Magistri antequam admittantur, quomodo et a quo examinandi, *num.* 6 *et* 7.

Magistri instruere debent discipulos etiam in rebus fidei; *num.* 8 *et num.* 33.

Magistri, correctionis causa, quid possint, vel non, in discipulos clericos, *num.* 9, 10 *et* 11.

Magister clericus majorem habet potestatem in discipulum, quam pater in filium, *num.* 12.

Magistri, quoad discipulos peccant in pluribus, quæ assignantur, *num.* 13.

Magistri, qui curant ad se trahere illos discipulos, qui aliorum scholas frequentabant, quomodo peccent, et ad quid teneantur, *num.* 14, 15 *et* 16.

Reprehenditur auctor, *num.* 16, *in nota.*

Magistri, et doctores laureati æquiparantur nobilibus, et censentur in dignitate constituti, et eorum exemptiones ac præeminentiæ assignantur. Et qui alii veniant nomine magistrorum, *num.* 17 *ad* 23.

Ad *num.* 19 auctor. vide *not. num.* 34.

Quomodo intelligendus sit auctor., *num.* 22. Vide *num.* 35.

Baccalaurei qui sint, unde sic dicantur, et quomodo ab aliis vocentur, *num.* 24, 25 *et* 26.

De magistro scholæ primum in ecclesia cathedrali, et postea etiam in collegiata ecclesia, et illius munere, *num.* 27 *ad* 29.

Ab his diversi, qui de licentia episcopi grammaticam, aliasque facultates docebant, *num.* 30 *ad* 32.

## MAGISTER CÆREMONIARUM (V, 273).

Magister cæremoniarum ubi necessarius sit, quid possit, vel non, in exsequendis iis, quæ sunt sui muneris. Vide *verb.* Magister cæremoniarum, *num.* 1 *ad* 9.

Cæremoniæ unde sint dictæ, *num.* 10.

Afferuntur duo dubia novissime a sacra congregatione Concilii resoluta, *n.* 11.

## MAGISTRATUS (V, 277).

Magistratus quid possit, vel non, quoad locum, et præcedentiam tum in ecclesia, tum in processionibus, aliisque functionibus ecclesiasticis. Vide *verb.* Magistratus, *n.* 1 *ad* 13.

Adducuntur ad rem varia dubia resoluta a sacra congregatione Rituum, *n.* 14.

Magistratus et judices sæculares procedentes in criminalibus contra ecclesiasticos excommunicantur, *n.* 16.

De loco magistratuum in ecclesia, thurificatione ipsorum, pace iis danda, tum de associatione ab illis facienda episcopo. Vide *n.* 17.

Nullo modo licet dare osculandum Evangelium cuivis magistratui, *num.* 18.

Qualis honor debeatur præsidi provinciæ. Vide *verb.* Ecclesia, *art.* 5, *num.* 36.

## MALCHUS (V, 279).

Malchus quis fuerit, aliaque ad eum spectantia, Vide *verb.* Malchus, *num.* 1 *et seqq.*

## MALEDICTI.

Maledictorum pœnæ quæ sint. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 160.

## MALEFICIUM.

Vide *verb.* Superstitio, *num.* 65.

Male sonans propositio quæ sit. Vide *verb.* Propositiones damnatæ, *num.* 56.

## MANDATUM (V, 581).

Mandatum quid sit, et quomodo dividatur. Vide *verb.* Mandatum, *num.* 1 *et* 2.

Quis mandare possit, et quid sit objectum mandati, *num.* 12 *ad* 15.

Mandatum a lege cui et quid importat, *num.* 16.

Quis possit mandatum suscipere, et quænam sit obligatio mandatarii, *num.* 17 *ad* 19.

Actio duplex oritur ex hoc contractu, quæ assignatur, *num.* 20 *ad* 22.

Quam culpam præstare debeat mandatarius, *num.* 23, 24.

Quot modis mandatum resolvitur, et assignantur, *num.* 25 *ad* 34.

Digitized by Google

Si quid obscuritatis mandatum contineat, pro utro facienda interpretatio. Vide *verb.* Mandatum, *num.* 35.

## MARITUS (V, 281).

Marito non licet occidere uxorem in adulterio deprehensam. Vide *verb.* Maritus, *num.* 1.

Maritus an graviter peccet consumendo bona uxoris, *num.* 2.

Maritus quæ vota uxoris possit irritare, *n.* 3, 4, 5.

Corrigitur auctor, *num.* 4 *in nota.*

Mortua uxore ususfructus dotis spectat ad maritum, proprietas vero ad filios, *num.* 6.

Maritus quid possit, vel non, circa dotem vivente uxore. Vide *verb.* Dos, *art.* 1 *et art.* 3.

Quæ probationes marito prohibeantur ad explorandam uxoris innocentiam, *num.* 8.

Maritus circa debitum conjugale. Vide *verb.* Debitum conjugale.

Maritus a mortuis reviviscens non tenetur amplius pristinæ uxoris, *num.* 10.

Maritus occidens propriam uxorem an gaudeat immunitate ecclesiastica, *num.* 11, 12 *et* 13.

De jure mariti in uxorem, *num.* 15.

Nobilitas mariti regulariter communicatur uxori. Quid autem si obstent statuta, *num.* 16 *et* 17.

Num omnia mariti privilegia communicentur, *num.* 18 *ad* 20.

An in viduis permaneant jura mariti, *num.* 20.

An, et quæ sortiatur maritus ex persona uxoris an aliquando sequatur forum illius, et radiis ejus coruscet, *num.* 21.

Alia ad rem. Vide *verb.* Adulterium, Bona, Debitum conjugale, Dominium, Dos, Filius, Matrimonium, Uxor, et *verb.* Immunitas, *art.* 2, *num.* 90.

## MARTYRIUM (V, 285).

Martyrium quid sit, et ad ipsum quid requiratur in adultis. Vide *verb.* Martyrium, *num.* 1 *ad* 5.

Ad verum martyrium requiritur, quod pœna vel mors toleretur pro fide Christi, vel pro defensione virtutum supernaturalium, *num.* 6 *ad* 9.

Ad martyrium tria potissimum requiruntur, quæ assignantur, *num.* 10.

Martyres *Græce*, testes *Latine* dicuntur, *num.* 11.

Qui martyres dici possint, vel non, *num.* 12 *ad* 18.

An liceat hostes fidei provocare, et se martyrio ingerere, *num.* 19 *ad* 22.

An martyrium in adultis tum baptizatis, tum non baptizatis quid requiratur : et an sufficiat attritio supernaturalis cum voto sacramenti pœnitentiæ, *num.* 23 *ad* 29.

Martyrium in adultis remittit omnem culpam, et pœnam, *num.* 30.

Martyrio decoratis respondet in cœlo *Laureola*, seu *Aureola*; et quid sit, *num.* 31, martyrium quo instanti conferat gratiam, *num.* 32.

Cur in canone missæ nominentur solum martyres, et non confessores, *num.* 33.

Martyrum numerus aliqualiter disquiritur, *n.* 34.

Unde nomen martyrii, *num.* 37.

Martyres sunt pueri ante usum rationis occisi in odio Christi, *num.* 35.

Martyrii causæ tres esse debent, et quænam ea sint. Vide *num.* 38 *ad* 41.

Quænam dispositiones requirantur in homine, ut martyrii gratiam consequatur, *num.* 42 *ad* 74.

De pluralitate martyrum priorum Ecclesiæ sæculorum, *num.* 75 *et seqq.*

## MARTYROLOGIUM (V, 305).

Quid sit martyrologium, et quomodo a kalendariis differat. Vide *verb.* Martyrologium, *num.* 1, 2 *et* 3.

Quis primus martyrologium scripserit; varia exponuntur martyrologia, et eorum auctores nominantur, *num.* 4 *ad* 12.

Descriptio in Romano Martyrologio quid importat, et utrum in eo apponi queant sancti nondum canonizati, *num.* 13 *et* 14.

Martyrologii lectio quando facienda, *num.* 15.

## MATER (V, 309).

Mater prægnans in periculo vitæ an, et quæ remedia sumere possit. Vide *verb* Mater, *num.* 1 *ad* 9.

Fetus quando animetur, et alia ad ipsum spectantia, *num.* 10, et *verb.* Abortus. Mater probabilius tenetur permittere sectionem, ut baptizetur puer alias moriturus sine baptismo, *num.* 12.

Mater prægnans an peccet si choreas ducat, *num.* 13.

Mater tenetur alere filios primo triennio, *num.* 14.

An mater sub gravi teneatur proprios lactare infantes, *num.* 15, et alia ad rem. Vide *verb.* Filius, Filii, *num.* 126, et *verb.* Parentes, *num.* 19.

Quid de matre, quæ infantem noctu sine debita cautela tenet in lecto, et quid si ipsum suffocaverit, vel occiderit, *num.* 16 *ad* 19 et *verb.* Pœna, *num.* 131.

Matricida gaudet immunitate ecclesiastica, *num.* 20.

Matris mœstitia est filius stultus, *num.* 21.

Matris maledictio eradicat fundamenta, 22.

An potestas in filios de jure naturæ competat soli patri exclusa matre, *num.* 23.

Quamvis potestas sola sit patris, sunt tamen officia, quæ filii non patri solum, sed et matri præstare tenentur, quæ vid. *n.* 26.

An matri asserenti filium aliquem ex adulterio natum esse credendum sit, *num.* 30, 31.

Mater transiens ad secundas nuptias quando amittat hæreditatem, et legitimam filii præmortui. Vide *verb.* Legitima, *num.* 33.

## MATERTERA, ET MATERTERA MAGNA.

Vide *verb.* Affinitas, *art.* 1, *num.* 15.

## MATHEMATICA.

Mathematica, seu mathesis quid. Vide *verb.* Mundus, *num.* 197.

## MATRIMONIUM (V, 319).

### MATRIMONIUM QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT EJUS NATURAM, MATERIAM, FORMAM, ET MINISTRUM.

Matrimonium unde dictum; cur sic dicatur, et non patrimonium; cur aliquando vocetur conjugium, connubium, nuptia; et quid sit. Vide *verb.* Matrimonium, *art.* 1, *num.* 1 *ad* 5.

Matrimonium dividitur in legitimum, ratum et consummatum. Et singula explicantur, et quomodo inter se differant, *num.* 6 *ad* 11.

Matrimonium ut sit sacramentum, inter quos contrahi debeat, *num.* 12 *et* 13.

Matrimonium in ratione sacramenti quando fuerit institutum, *num.* 14 *ad* 18.

Ad *num.* 16 auct. vide notata. not. rom. theol.

Itemque ad *num.* 18 auct. vide not. rom. theol.

Matrimonium inter fidelem et infidelem an sit sacramentum, *num.* 19.

Matrimonium duorum conjugum infidelium, si convertantur, et ambo baptizentur, an fiat sacramentum, *num.* 20 *et* 21.

Assignantur effectus, sive principales, sive minus principales matrimonii, ejusque materia, ac forma, *num.* 22 *ad* 27.

Ad *num.* 25 auct. vide *in nota num.* 69 *ad* 72.

Ministri hujus sacramenti an proprie sint ipsi contrahentes, *num.* 28 *ad* 32 et *num.* 78 *ad* 84.

Matrimonium per procuratorem, nuntium, aut litteras contractum undequaque explicatur, *n.* 33 *ad* 42.

Ad *num.* 34 auct. Vide *not.* ubi de matrimonio per procuratores inito quæritur num sit sacramentum. Vide etiam *num.* 77.

Baptismi fides non est simpliciter necessaria pro contrahendo matrimonio. Vide *verb.* Baptismus, *art.* 1, *num.* 12.

Digitized by Google

An matrimonium seposita lege positiva sit dissolubile. Vide *verb.* Matrimonium, *num.* 61 *ad* 64.

De disciplina ecclesiæ circa infidelium et hæreticorum conjugia, *num.* 65.

Quomodo sentienda regula illa : *In dubio pro matrimonio est judicandum*, *num.* 66 *ad* 68.

In matrimonio coram parocho et testibus contracto sed invalide ob aliquod impedimentum, an oporteat renovare consensum pariter coram parocho et testibus, *num.* 73 *et* 74.

Indicatur qui recte agit de sponsalibus et matrimoniis, quæ a filiis familiæ contrahuntur, parentibus insciis, vel juste invitis, *num.* 75.

Ad valorem matrimonii consensus quis sit, et in quo consistat, *num.* 85 *ad* 88.

An qui ficte contraxit matrimonium, teneatur ex justitia revalidare illud per verum consensum ; et num verba sint necessaria de præcepto, *num.* 89 *ad* 92.

Quænam sint conditiones necessariæ, ut procurator absentis nomine, validum ineat matrimonium, et explanantur, *num.* 93 *ad* 101.

MATRIMONIUM QUOAD DEBITUM CONJUGALE.

Vide *verb.* Matrimonium, *art.* 2, quoad debitum conjugale.

Conjux tenetur sub mortali reddere debitum conjugi petenti serio et instanter, quando nulla illud denegandi intervenit justa et rationabilis causa. Vide *verb.* Matrimonium, *art.* 2, *num.* 1 *et* 2.

Peccat contra justitiam ex genere suo mortaliter conjux ille, qui ad reddendum debitum reddit se notabiliter impotentem immoderatis jejuniis, etc., *num.* 3.

Non peccat conjux conjugi debitum semel tantum et obiter vel implicite petenti modeste denegando, tergiversando, se excusando, prece, vel suasu avertendo petentem, si id non valde ægre laturus videatur, et absque incontinentiæ periculo, *num.* 4 *et* 5.

Ad dignoscendum, quod conjux serio debitum conjugale petat, non est necessaria petitio expressa et formalis, sed sufficit tacita virtualis et interpretativa, quæ habeatur a signis indicantibus seriam voluntatem petendi, *num.* 6, 7 *et* 8.

Dantur plures justæ et rationabiles causæ, quibus intervenientibus potest licite debitum denegari, et assignantur ac explicantur singulæ, *num.* 9 *ad* 26.

Assignantur plures causæ, propter quas non possunt conjuges debitum denegare, *num.* 27 *ad* 34.

Auctoris sententia emendatur, *in not. ad num.* 32.

Debitum conjugale licite petitur et redditur, etiamsi mulier sit lactans vel prægnans, dummodo absit periculum abortus, *num.* 35 *et* 36.

Patrum, sacrorumque canonum auctoritate auctoris opinio refellitur, *in not. ad num.* 35 *et seqq.*

Debitum petere dum mulier est puerpera, per se loquendo non nisi veniale esse solet, et dum menstruata, petere et reddere in lege veteri sub pœna capitali prohibeatur, et nunc si non mortale, est ad minus grave veniale, *num.* 37 *ad* 39.

Debitum conjugale licite petitur et redditur etiam non servato debito concubandi modo, aut situ, dummodo fiat propter aliquam justam et rationabilem causam, aliter saltem venialiter peccatur, *num.* 40, 41 *et* 42.

Conjuges, qui mala fide, seu dubii de valore matrimonii contraxerunt, non possunt stante illo dubio nec petere, nec reddere debitum, et quid si unus tantum dubitans, aut jam bona fide contracto matrimonio de valore dubium superveniat, *num.* 43 *ad* 50.

Si conjux pro certo cognoscat invaliditatem matrimonii, eo quod indubitanter sciat subesse impedimentum dirimens, quamvis hoc in facie Ecclesiæ probare nequeat, non solum non potest petere, sed nec reddere debitum, *num.* 51 *et* 52.

Conjux, qui durante matrimonio contraxit affinitatem cum sua consorte, cognoscendo videlicet carnaliter ejus consanguineam in primo vel secundo gradu, non potest petere debitum, tenetur tamen reddere et si cognita solum esset consanguinea in tertio vel quarto gradu, non privatur jure petendi, *num.* 53, 54 *et* 55.

Conjux voto simplici castitatis astrictus non potest licite debitum petere, tenetur tamen reddere, *num.* 56 *et* 57.

MATRIMONIUM, DEBITUM CONJUGALE QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT DISPENSATIONEM SUPER IMPEDIMENTO PETENDI DEBITUM.

Dispensatio ad hoc ut sit valida, debet dari ex legitima et justa causa. Vide *verb.* Matrimonium, *art.* 3, *num.* 1.

Possunt episcopi ad petendum debitum dispensare cum conjuge, qui ante matrimonium emisit votum perpetuæ castitatis, eoque ligatus nupsit. Idem etiam possunt cum conjuge, qui post matrimonium sive consummatum, sive non prædictum emisit votum vel cum, vel sine consensu alterius conjugis, dummodo non fuerit emissum ab utroque cum reciproca et expressa renuntiatione juris, *n.* 2 *ad* 6.

Excipiuntur tamen casus urgentis necessitatis, in quibus episcopi dispensare possunt etiam in votis summo pontifici reservatis, et consequenter super ipsorum impedimento petendi debitum, ac qui sint urgentis necessitatis casus innuuntur, *num.* 7 *et* 8.

Declaratur auctor. *in not.*

Insuper possunt episcopi dispensare ad petendum debitum eum impeditis ratione contractæ affinitatis, et cognationis spiritualis cum sua conjuge, *num.* 9.

Eadem potestas dispensandi super impedimento petendi debitum conjugale competit etiam capitulis, eorumque vicariis capitularibus, sede episcopali vacante, et vicario generali episcopi, maxime si specialem ab ipso habeat facultatem, *num.* 10.

Regulares mendicantes, aliique omnes cum ipsis communicantes possunt dispensare ad petendum debitum, tam super impedimento proveniente ex voto simplici castitatis perpetuæ ante vel post matrimonium contractum inito, quam super impedimento proveniente ex affinitate contracta ratione copulæ habitæ cum consanguinea, vel consanguineo etiam in primo gradu alterius conjugis, *num.* 11 *ad* 18.

Confessarii regulares possunt valide et licite dispensare super impedimento petendi debitum in primo ex nuper expressis casibus, licet non sint ad hoc specialiter deputati a suis superioribus majoribus : at in secundo probabilius est non posse, nisi ad id specialem præfatorum commissionem habeant. Non desunt tamen magni nominis doctores pro affirmativa sententia, *num.* 19 *et* 20.

MATRIMONIUM QUOAD DENUNTIATIONES.

Denuntiationes matrimonii quid sint. Vide *verb.* Matrimonium, *art.* 4, *num.* 1

De illarum origine, *n.* 73.

Denuntiationes matrimonii sine gravi causa non sunt omittendæ, nec super trina denuntiatione est facile dispensandum, *n.* 69 *et seqq.*

Dispensandi facultas adempta est nuntio apostolico in regno Poloniæ commoranti super denuntiationibus matrimonii, *n.* 71.

Denuntiationum lex pro contrahendis matrimoniis in Servia, et finitimis regionibus est servanda, *n.* 72.

Si matrimonium contrahitur sine legitima dispensatione absque præviis denuntiationibus quis peccet, *n.* 2.

Digitized by Google

Assignantur pœnæ contra sic contrahentes, contra parochos, et contra testes dolosos assistentes, et ad rem citantur decreta sacræ congregationis Concilii. Vide *verb.* Matrimonium, *n.* 3 *ad* 11.

Disseritur de tempore, quod a factis denuntiationibus ad matrimonium elabi debet, ut eæ repetantur, *num.* 73 *ad* 82.

Denuntiationes quando fieri debeant, *n.* 12 *et* 13.

Parochus non peccat mortaliter, si uno vel altero die festo omittat denuntiationes; dummodo inter unam et alteram denuntiationem multos dies festos non interponat, *n.* 14.

Qui intra duos mentes post denuntiationes factas matrimonium non contraxit, non potest illud inire, nisi aliæ denuntiationes præmittantur, *n.* 15.

Denuntiationes, quando omittuntur, debent infra octo dies fieri a die contracti matrimonii, et interim non debet matrimonium consummari, *n.* 16.

Denuntiationes non possunt fieri diebus ferialibus etiam cum dispensatione episcopi, *n.* 17.

Possunt tamen fieri in die profesto, et quando ingens populi multitudo ad ecclesiam accedit, *num.* 18.

Corrigitur hic auct., *n.* 79 *et seqq.*

Denuntiationes valide fieri possunt etiam extra ecclesiam, et missarum solemnia, et possunt etiam fieri diebus festivis, dum cantantur vesperæ, *n.* 19 *et* 20.

Denuntiationes in ecclesia, quæ est simul parochialis et collegiata, possunt fieri, vel in missa parochiali, vel conventuali ad arbitrium parochi, quando pro utraque est populi concursus, et etiam eo tempore, quæ nuptiæ sunt prohibitæ, *n.* 21 *et* 22.

Vicarius generalis non potest impedire, ne parochus faciat matrimonii denuntiationes absque sua licentia, *n.* 23.

Denuntiationes a quo faciendæ sint, *n.* 24.

Si sponsi sint ex diversis parochiis, vel habuerint plura domicilia, in qua parochia debeant fieri denuntiationes, et quid requiratur si sponsi sint ex diversis diœcesibus, *n.* 25 *ad* 27.

Confirmatur et illustratur sententia, *n.* 25 exposita, *in nota.*

Denuntiationes matrimonii contrahendi inter exteros non sunt faciendæ a parocho sine licentia ordinarii, *n.* 28.

Denuntiationes in missarum solemniis publicare non possunt regulares, *n.* 29.

Et justa causa possunt ordinarii remittere denuntiationes matrimoniales, vicarius generalis absque speciali mandato, et omnes alii prælati ecclesiastici seu abbates jurisdictionem quasi episcopalem habentes, et proprium territorium, *n.* 30 *ad* 33.

Illustratur *n.* 31, *in num.* 83.

Episcopus, et quilibet alius ordinarius, in cujus diœcesi celebrandum est matrimonium, potest cum utroque sponso dispensare, licet unus sit alterius diœcesis; dummodo saltem ordinarius alterius contrahentis testetur in sua diœcesi nullum subesse impedimentum, *n.* 34.

Sed vide *in n.* 86.

Archiepiscopus non potest remittere denuntiationes in diœcesibus suorum suffraganeorum, nisi in aliquibus casibus, *n.* 35.

Episcopus, seu alius ordinarius potest alteri delegare facultatem dispensandi in denuntiationibus, *n.* 36.

Vicarius generalis, an possit facultatem dispensandi in denuntiationibus delegare, *n.* 37.

Quid requiratur ad licite dispensandum in denuntiationibus, *n.* 38.

Ordinarius si remittat denuntiationes sine justa et rationabili causa, peccat mortaliter, *n.* 39.

Non tamen necesse est, ut ordinarius hujusmodi causas cognoscat judicialiter, sed sufficit, ut ex informationibus extrajudicialiter habitis sibi videatur justam dispensandi causam adesse, *n.* 40.

Ordinarius non solum potest hanc dispensationem concedere, dum est intra suam diœcesim, sed etiam dum est extra illam, *n.* 41.

Ordinarius non potest hujusmodi dispensationum præcise imponere aliquam pecuniariam mulctam, nisi aliquod delictum præberet justam dispensandi causam, *n.* 42 *et* 43.

Enumerantur justæ principaliores causæ dispensandi in hujusmodi denuntiationibus, *n.* 44 *ad* 58, 87 *et* 88.

Ordinarius licet possit dispensare propter omnes supradictas, et consimiles causas, non tenetur tamen dispensare propter omnes supradictas, et consimiles causas, non tenetur tamen dispensare semper propter omnes.

Tenetur tamen ordinarius sub mortali dispensare in denuntiationibus in variis casibus, in quibus, si deneget, potest appellari de justa denegatione, *n.* 60 *ad* 62.

Quid agendum, si ordinarius adiri non possit, vel deneget dispensationem, et periculum sit in mora *n.* 63.

Est qui tenet denuntiationes non esse necessarias, et omitti posse, si celebratio matrimonii demandata sit decreto alicujus supremi tribunalis, *n.* 89.

Denuntiationes non requiruntur ad validitatem matrimonii, *n.* 64.

Obligatio manifestandi impedimenta matrimonii post factas denuntiationes quando vigeat, vel non, *n.* 65 *ad* 68.

Quoad pœnas quas matrimonia, denuntiationibus posthabitis, sequuntur tam respectu parochi, quam ipsorum contrahentium et testium. Vide *num.* 90 *ad* 94.

MATRIMONIUM QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT IMPEDIMENTA MERE IMPEDIENTIA, ET SEPTEM PRIMA DIRIMENTIA.

Impedimenta matrimonii sunt duplicis generis, et quæ. Vide *verb.* Matrimonium *art.* 5, *num.* 1.

Datur in Ecclesia Dei potestas constituendi talia impedimenta, *num.* 2.

Impedimenta mere impedientia de jure antiquo quæ fuerint, assignantur, et explicantur, *num.* 3 *ad* 9.

Ex dictis impedimentis quot vigeant nunc, assignantur et explicantur, *num.* 10.

Impedimenta dirimentia, quot fuerint de jure antiquo, et nunc sint, assignantur, *num.* 11.

Error est quadruplex, et assignatur, et quando matrimonium validum sit, vel non, quocunque modo ex errore contractum, *num.* 12 *ad* 22.

Votum, quid et quale sit, et quando dirimat matrimonium, *num.* 23 *ad* 46.

Cognatio est triplex, naturalis, spiritualis et legalis, et singularum quidditas assignatur, et quando, vel non, matrimonium dirimant, aliaque plura ad ipsas spectantia traduntur, *num.* 47 *ad* 98.

Adoptio quæ usuvenit apud Bulgaros nequaquam inducit cognationis impedimentum. Vide *art.* 9, *num.* 194.

Crimen dirimens matrimonium quadruplex assignatur, et sub quadruplici acceptione quando dirimat matrimonium, vel non, *num.* 99 *ad* 110.

Cultus disparitas inter quos dirimat matrimonium, et quo jure tale impedimentum fuerit introductum, et quando dirimat matrimonium, *num.* 111 *ad* 117.

Vis, quid, et quotuplex sit, et quando per ipsam matrimonium dissolvatur, *num.* 118 *ad* 128.

De ratione probandi impedimenta matrimonii, *num.* 129 *ad* 137.

Alia ad rem. Vide *verb.* Metus.

Matrimonium sub conditione quid sit; quæ et quotuplex sit conditio; quid *modus*, *monstratio*, *causa*, *dies*; quæ varia assignantur et explanantur. Vide *in suppl. ad art.* 5, *per totum.*

Digitized by Google

MATRIMONIUM QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT ALIA SEPTEM IMPEDIMENTA DIRIMENTIA.

Ordo quando, et quo jure sit impedimentum dirimens matrimonium. Vide *verb.* Matrimonium, *art.* 6, *num.* 1 *ad* 4.

Voti solemnitas, ejusque vis dirimendi a quo jure proveniat, *num.* 5.

Quid si clericus in sacris constitutus matrimonium contrahat, *num.* 6 *et* 7.

Ligamen quid sit, quo jure, et quando dirimat matrimonium, *num.* 8 *ad* 19.

Honestas publica quid sit, quo jure hoc impedimentum introductum, extensum et restrictum, *num.* 20 *ad* 24.

Hoc impedimentum usque ad quem gradum nunc se extendat, *num.* 25.

Sponsalia valida mutuo consensu dissoluta an inducant publicæ honestatis impedimentum, *num.* 26 *et* 27.

Affinitas quid sit. Vide *verb.* Affinitas.

An valide contrahi possit matrimonium intra vitricum et uxorem privigni, *num.* 28.

Impotentia quid sit, *num.* 29.

Impotentiæ triplex divisio assignatur et explicatur, *num.* 30, 31 *et* 32.

Impotentia perpetua quo jure dirimat matrimonium. Et quid si talis impotentia superveniat ante, vel post matrimonium, et affertur ad rem constitutio Sixti V, *num.* 33 *ad* 37.

Eunuchi et spadones an, et quando possint matrimonium contrahere, *num.* 38 *et* 39.

Hermaphroditi an possint licite matrimonia contrahere. Vide *verb.* Hermaphroditus.

Impotentia temporalis non dirimit matrimonium, *num.* 41.

In dubio an impotentia sit perpetua, vel temporalis, quid agendum, *num.* 42, 43 *et* 44.

Quid si uterque conjux fatetur impotentiam, *num.* 136 *ad* 143.

Quid si unus conjugum neget, et alter affirmet impotentiam perpetuam, *num.* 45.

Quid si elapso triennio vir dubie impotens neget copulam perfectam habitam esse, mulier vero id affirmet, et e contra, et non appareant certa signa impotentiæ, *num.* 46 *et* 47.

Quid si impotentia antecedens sit perpetua certo sic cognita per inspectionem corporum, vel aliunde, *num.* 48.

Quid si per inspectionem, vel aliam probationem non habeantur signa physice certa, et evidentia de impotentia perpetua, *num.* 49 *et* 50.

Quid quando certo et evidenter constat de impotentia, perpetua, dubitatur autem an præcesserit matrimonium, vel illo jam contracto supervenerit, *num.* 51.

Quid si ob præsumptam impotentiam matrimonium dissolvatur, et conjux impotens præsumptus cum alia contrahens, perfectam copulam cum ipsa habuerit, *num.* 52 *ad* 56.

Steriles, senes, et moribundi an possint matrimonium contrahere, *num.* 57 *et* 58.

Clandestinitatis impedimentum quid sit, *num.* 59.

An, et cujus parochi assistentia requiratur ad validitatem matrimonii; et quando irritum sit, vel non propter talem impedimentum, *num.* 60 *ad* 113.

Reprehenditur auct. *num.* 61.

Raptus impedimentum quid sit, et a quo statutum, *num.* 114 *et* 115.

Violentia inducens raptum alia est physica, et alia moralis, *num.* 116.

Quid requiratur ad hoc ut violentia inducat impedimentum raptus, et tale impedimentum quando, et inter quos dirimat matrimonium, *num.* 117 *ad* 126.

Impedimentum raptus quandiu perseveret inter raptorem et raptam, *num.* 127.

Raptores et fautores rapti in quas censuras incurrant, et qua pœna plectendi, *num.* 128 *ad* 132.

MATRIMONIUM QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT FACULTATEM DISPENSANDI IN IMPEDIMENTIS MATRIMONII.

In quibus impedimentis, et quo jure dirimentibus possit pontifex dispensare. Vide *verb.* Matrimonium *art.* 7, *num.* 1 *ad* 9.

Legati a latere, et nuntii apostolici super quibus impedimentis possint dispensare, *num.* 10 *ad* 12.

Episcopi Germaniæ, aliique in remotis partibus degentes quas habeant speciales dispensandi facultates; et ordinarii, independenter a dictis facultatibus, in quibus impedimentis possint dispensare, *num.* 13 *ad* 18.

Sed vide *num.* 43 *et seqq.*, ubi narrantur plura quæ concurrere oportet, ut episcopus dispensare valeat super impedimentis dirimentibus, matrimonio jam contracto, cum facile recurri nequit ad sedem apostolicam.

Vicarius generalis an possit sine speciali mandato super impedimentis dispensare et quas facultates dispensandi possit episcopus ipsi, aliisque sacerdotibus communicare, *num.* 19 *ad* 23.

Capitulum sede vacante, ac vicarius capitularis pro quo foro, et in quibus impedimentis possint dispensare, *num.* 24 *et* 25.

Commissarius bullæ *Cruciatæ* in quo impedimento dispensare, et ex quo matrimonio susceptam prolem legitimare possit, *num.* 26 *ad* 29.

Confessarii regulares ex vi privilegiorum super quibus impedimentis possint dispensare, *num.* 30 *ad* 33.

An, quando, et cum quibus possint regulares, et alii dispensare ad petendum debitum conjugale. Vide *verb.* Debitum conjugale, *art.* 2.

An dispensatio sine justa causa sit valida et licita. Vide *verb.* Dispensatio.

Regulares an dispensare possint in casu, etc., extra sacramentum pœnitentiæ, *num.* 36 *et* 37.

Animadvertitur in affirmantem opinionem, *n.* 37.

Aliqua adducuntur ex Benedicto XIV, *num.* 38 *et seqq.*

MATRIMONIUM QUOAD REVALIDATIONEM SEU RATIFICATIONEM, CUM SIT INVALIDE CONTRACTUM.

Revalidatio matrimonii quid importet, et quando locum habeat. Vide *verb.* Matrimonium, *art.* 7, *num.* 1.

In probabilitate valoris matrimonii jam contracti potest illud haberi ut validum, modo dubium vertat circa impedimentum ab Ecclesia appositum, *num.* 2.

An ad revalidandum matrimonium nullum ob occultum impedimentum, sed in facie Ecclesiæ celebratum necesse sit illud iterum renovari coram parocho et testibus, *num.* 3 *ad* 6.

Impedimentum quando censetur esse occultum, *num.* 7 *ad* 11.

Utrum matrimonium sit revalidandum coram parocho et testibus, si, tempore matrimonii, contracti fuerunt conscii impedimenti, *num.* 12.

Quando matrimonium fuit nullum ob aliquod impedimentum, an necessarium sit ad illud revalidandum, ut, oblato impedimento, uterque conjux fiat conscius de nullitate matrimonii, *num.* 13 *ad* 17.

Quotuplici modo possit renovari seu exigi consensus a parte inscia impedimenti post obtentam dispensationem, *num.* 18.

Quid in casu defectus consensus, quando matrimonium contractum fuit, *num.* 19 *ad* 26.

Quid in casu erroris personæ, *num.* 27.

MATRIMONIUM QUOAD VARIA MISCELLANEA IPSUM CONCERNENTIA.

Episcopus quomodo punire possit contrahentes omissis dolose denuntiationibus, vel fraude deceptiu

Digitized by Google

parocho et testibus. Vide *verb.* Matrimonium, *art.* 9, *num.* 1.

Matrimonium nullum ex defectu essentiali an resolvi possit in sponsalia de futuro, *num.* 2 *et* 3.

Matrimonium contractum ex metu mortis, vel præceptorum pœnalium, an validum, *num.* 4, 5 *et* 6.

Ad rem afferuntur plures casus cum suis resolutionibus, *num.* 7 *ad* 21.

Ad *num.* 11 auct. vide *num.* 75 *et* 76.

Matrimonium contractum ab impubere valet, si malitia suppleat ætatem; talis malitia in quo consistat, ad quem spectet ipsam cognoscere; et impubes sic cognitus de cujus licentia possit contrahere, *num.* 22 *ad* 25.

Matrimonium inter impuberes quomodocunque contractum an, et quando resolvatur in sponsalia de futuro, *num.* 26, 27 *et* 28.

Puberes unde dicti, quid sit pubertas; puberes ac pubertati proximi qui dicantur; anni pubertatis qui sint; et quo jure requirantur ad valorem matrimonii, *num.* 29 *ad* 37.

Ad rem adducuntur plures alii casus a sacra congregatione Concilii resoluti, *num.* 38 *ad* 55.

Matrimonium an licite contrahi possit cum pacto continentiæ, *num.* 56.

Matrimonium ubi celebrari possit: benedictiones quo tempore faciendæ sint et eleëmosynam ratione benedictionis qui accipere debeat, *num.* 57 *ad* 60.

Alia de matrimonio. Vide *verb.* Adulterium, Benedictio, *art.* 4. Denuntiationes matrimonii, Divortium, Impedimenta matrimonii, Parochus, Sponsalia.

Quoad validitatem et invaliditatem matrimoniorum, et pro matrimoniis occultis attendendæ sunt duæ novissimæ constitutiones Benedicti XIV, *num.* 62 *et* 63.

Alia ad rem, *num.* 64.

Multa saluberrime disposita, sapienter decreta, ac docte exposita de matrimonio a Benedicto XIV. Vide *num.* 67 *ad* 174.

De adoptione: quæ fit in Bulgariæ provincia, an impedimentum pariat. Vide *n.* 194.

De his qui concedere possunt licentiam assistendi matrimonio parochorum loco, *num.* 175 *ad* 192.

De conditionibus, quæ matrimoniis apponi solent, *num.* 193.

## MATUTINUM (V, 591).

Matutinum qua hora, et ubi recitari possit ac debeat, tum a canonicis, tum a regularibus, tum a monialibus juxta locorum consuetudinem. Vide *verb.* Matutinum, *num.* 1 *ad* 13.

Matutinum defunctorum ipsamet die Commemorationis eorumdem post laudes recitari debet, *n.* 14.

Matutinum an dividi possit e laudibus, et quid si dividatur, *num.* 15 *ad* 18.

Matutinum et laudes non recitare ante celebrationem missæ an, et quale sit peccatum, *num.* 19 *ad* 23.

Quid si matutinum sequentis diei dicatur ante absolutum officium diei præsentis, *num.* 24 *et* 25.

Per unicam recitationem matutini, et laudum non potest satisfieri obligationi pro die præsenti, et sequenti, *num.* 26.

Qua hora pridie incohari possit matutinum, *num.* 27.

Alia ad rem scitu digna exhibentur, *n.* 28 *ad* 33.

Affertur prodigiosus eventus in matutino a nostro beato Joanne Parmensi una cum dæmonibus persoluto, *num.* 34.

Alia ad rem. Vide *num.* 35 *ad* 40, et *verb.* Officium divinum.

## MECHANICA.

Mechanica seu machinaria quid. Vide *verb.* Mundus, *num.* 202, 207 *et* 210.

## MEDICUS (V. 601).

Medicus tenetur suadere infirmis confessionem peccatorum, et quid si secus. Vide *verb.* Medicus, *num.* 1, 2, 3, et *num.* 54 *ad* 59.

Medici et chirurgi an teneantur gratis curare ecclesiasticos et pauperes, *num.* 4, 5 *et* 6.

Medici an possint inire societatem cum aromatariis, et si Judæi sint, an possint a Christianis vocari in suis infirmitatibus, *num.* 7 *et* 8.

Quid de medico confugito, aut inquisito compositionis veneratæ, *num.* 9, 10 *et* 11.

Quid de medicis et chirurgis monialium, sive ordinariis, sive extraordinariis, *num.* 12 *ad* 18.

An, et quando clerici et religiosi possint exercere artem medicinæ et chirurgiæ. Vide *verb.* Clericus, *art.* 3, *num.* 77 *ad* 82.

Medicus an promoveri possit ad sacros ordines, *num.* 20.

Medicus qualem peritiam habere debeat, et ad quid teneatur in applicandis medicamentis, *num.* 21 *ad* 26.

Medicus an, et quæ remedia possit applicare prægnantibus. Vide *verb.* Mater, *num.* 1 *ad* 12.

Medicus graviter peccat, si suadeat infirmo aliquod remedium Dei honori, vel præcepto contrarium, *num.* 28.

Medicus an possit dispensare in jejunio, *num.* 29.

Medici sunt honorandi, *num.* 31.

De medicorum auctoritate et obligatione in relaxatione jejuniorum et Quadragesimæ, *num.* 32 *ad* 35.

De salario medicorum, et an medicus privilegio aliquo gaudeat in concursu creditorum, *num.* 45.

Tres aliæ solvuntur quæstiones ad salarium medici pertinentes, *num.* 46 *et* 47.

Medico, cui fuit constitutum salarium, in singulos dies debetur pro eo tempore, quo fuit in itinere, *num.* 48.

Quid si medicus discedat tarda jam hora, an pro integro die salarium exigere queat, *num.* 48.

Medicus, cui certum salarium annuum a communitate constitutum est, si finito locationis tempore pergat mederi non videtur tacite reconductus, *n.* 40.

Medicus quando peccet, vel non, abstrahendo eos, qui alios frequentant. Vide *verb.* Magister, *num.* 14.

Laici artem medicam exercentes, etiamsi aliquis ægrotus obierit, non incurrunt irregularitatem; attamen in promotione ad ordines, petunt et obtinent dispensationem ad cautelam, *num.* 36.

Clerici, vel etiam minores, si artem medendi exercere velint, indultum petere tenentur, *num.* 37.

Regulares in missionibus, vel curam hospitalium habentes, et alii clerici an possint, et in quo casu, exercere artem medicam, *num.* 38 *ad* 44.

## MEDIOCRITAS.

Mediocritas, seu medium est duplex. Vide *verb.* Virtus, *num.* 94.

*In medio stat virtus, vitia autem ad extrema tendunt, num.* 13.

## MELCHISEDECH (V, 613).

Melchisedech, quis fuerit, et an revera sacerdos, Vide *verb.* Melchisedech, *per totum.*

## MELIORAMENTA (V, 615).

Melioramenta rei alia dicuntur intrinseca, et alia extrinseca, et quæ sint. Vide *verb.* Melioramenta, *num.* 1.

Melioramenta alia dicuntur necessaria, alia utilia, et alia voluptaria, et singula explicantur, et quomodo sint reficienda, vel restituenda, *num.* 2 *ad* 11.

Melioramenta ut repeti possint, quid requiratur, et in ipsis repetendis quid sit attendendum, *num.* 12, 13, 14.

Melioramenta sive bona, sive mala fide facta, an et quomodo repeti possint, *num.* 15 *ad* 26.

Melioramenta facta a gravato in bonis fideicommisso subjectis an veniant in restitutione fideicommissi, *num.* 27.

Digitized by Google

Melioramenta facta ab emphyteuta, vel feudatario, an dicantur feudalia, vel emphyteutica. Vide *verb.* Melioramenta, *num.* 28.
Melioramenta, quæ sine lesione prioris status rei locatæ possunt amoveri, semper conductori sunt restituenda, *num.* 29.
Alia. Vide *verb.* Locatio, *num.* 23.
Melioramenta facta ab emphyteuta quando repeti possint vel non. Vide *verb.* Emphyteusi, *art.* 1, *num.* 7.
Quid de melioramentis factis per beneficiatum ex bonis patrimonialibus, vel ex fructibus beneficii, *num.* 32, 33.
Equites Hierosolymitani an teneantur eorum commendas meliorare, *num.* 34, 35, 36 *et* 37.
Melioramenta in beneficialibus invalide alienatis emptori debent refici, *num.* 38.
De differentia, quæ in melioramentis prædiorum urbanorum et rusticorum intercedit, *num.* 39.

MENDACIUM (V, 519).

Mendacium quid sit, quot modis mentiri possit, et ad verum mendacium quid requiratur. Vide *verb.* Mendacium, *num.* 1 *ad* 4.
Mendaciorum genera ad tria reducuntur, id est jocosum, officiosum et perniciosum, et quæ sint, et qualia peccata, *num.* 5 *ad* 10.
Mendacium an possit esse licitum, et an aliquando liceat celare veritatem, *num.* 11 *ad* 22.
Quid de mendacio commisso circa materiam confessionis, *num.* 23 *ad* 26.

MENDICANTES RELIGIOSI.

Vide *verb.* Absolutio, Approbatio, Confessarius, Debitum conjugale, Eleemosyna, Regulares.

MENSIS.

Mensis unde dictus et quid sit, ejusque divisiones assignantur, et explicantur. Vide *verb.* Kalendarium, *num.* 22 *ad* 28.

MERCATOR (V, 627).

Mercator vi, fraude, vel mendacio impediens, ne ad civitatem afferantur aliæ merces, ut ipse suas charius vendat, ad quid teneatur. Vide *verb.* Mercator, *num.* 1.
Mercator ad se trahens eos, qui alios frequentant. Vide *verb.* Magister, *num.* 14 *ad* 16.
Mercator quando jurat mercem sibi pluries constare, etc. Vide *verb.* Juramentum, *art.* 1, *num.* 21.
Mercator peccat pluribus modis, qui assignantur, *num.* 4.
An, et quomodo probent libri mercatorum, *num.* 5 *ad* 9.
An implorare queat beneficium restitutionis in integrum minor mercator, qui ob merces creditas ab alio mercatore debitum contraxit, conventusque dicat circa merces esse deceptum, *num.* 10.
Alia. Vide *verb.* Contractus, Emptionis *et* Venditionis.

MERCATUS (V, 629).

Mercatus a nundinis distinguuntur prohibitique sunt diebus festis. Vide *verb.* Mercatus, *num.* 1 *ad* 3, et *verb.* Festa, *num.* 19.
Alia ad rem. Vide *num.* 4 *et* 5.

MERCES.

Mercedis, seu pensionis remissio quando a locatore sit facienda conductori. Vide *verb.* Locatio, *num.* 37.
Mercedis causæ, sicut etiam quæ non excedunt summam scutorum viginti quinque judicari possunt a cardinali vicario, et gubernatore urbis contra quoscunque non obstante obligatione camerali. Vide *verb.* Merces, *num.* 1, et *verb.* Extractio.

MERCIMONIA.

Mercimonia exercentes super eleemosynis missarum, laici excommunicationis, clerici vero suspensionis pœnam incurrunt, *verb.* Matrimonia, *num.* 1.

MERETRIX (V, 631).

Meretrix quæ sit, vel non. Vide *verb.* Meretrix, *num.* 1, 2, 3.
Meretrix an possit retinere bona in meretricio recepta, ac de ipsis disponere, *num.* 9, 10 *et* 11.
Meretrix qua conditione possit a confessario absolvi, et quomodo sufficienter explicare possit peccata sua in confessione, *num.* 12, 13 *et* 14.
An datum meretrici condici possit, *num.* 15 ad 18.
Meretrix etiam secuta copula petere non potest promissum, *num.* 19.
Utrum promissio facta meretrici sit ipso jure nulla, an exceptione doli sit elidenda, *num.* 20.
Quid si pignus præterea datum sit meretrici, *num.* 21.

MERIDIES UBI.

Vide *verb.* Mundus, *num.* 88.

MERIDIANUS.

Meridianus quid sit, *num.* 129.

MERX.

Mercis nomine quid veniat. Vide *verb.* Contractus emptionis, *art.* 1, *num.* 5.

METEOROLOGIA.

Meteorologia quid. Vide *verb.* Mundus, *num.* 208, 209 *et* 210.

METOPOSCOPIA.

Metoposcopia quid sit. Vide *verb.* Superstitio, *num.* 22.

METROPOLES.

Ecclesiæ. Vide *verb.* Archiepiscopus, *art.* 1.

METROPOLITANI (V, 635).

Metropolitani jurisdictionem ordinariam in suffraganeorum diœcesibus exercere prohibentur. Vide *verb.* Metropolitani, *num.* 1.
Alia circa illorum jurisdictionem visitandi ecclesias suffraganeorum et monasteria exempta sita in ipsorum suffraganeorum diœcesibus. Vide *num.* 2 *et* 3.

METUS (V, 637).

Metus quid, et quotuplex sit. Vide *verb.* Metus, *num.* 1, 2, *et* 3, et *verb.* Matrimonium quoad impedimenta, *art.* 5, *num.* 20, *ubi plura de metu.*
Metus quando dirimat matrimonium, nec ne. Vide *verb.* Matrimonium quoad impedimenta, *art.* 5, *num.* 123 *et seqq.*
Metus et violentia an reddant matrimonium nullum si incutiantur in quacunque ætate, et quomodo in casu metus probari debeat, *num.* 7, 8 *et* 9.
Metus cadens in constantem virum, qualis sit. Et an sit talis, vel levis, aut vanus, a quo sit cognoscendus, *num.* 10 *ad* 13.
Qualis metus requiratur, vel sufficiat ad irritandam professionem regularem. *num.* 14 *ad* 24.
Alia de metu. Vide *verb.* Contractus, Ordo, Professio, Votum, Matrimonium quoad impedimenta.
Metus electionem inficit ipso jure, *num.* 26.
Metus a quibus præceptis excusare possit, vel non, *num.* 27, 28 *et* 29.
Obligationes metu contractæ jure naturæ nullæ sunt, ex jure tamen Romano a quo jus canonicum non in totum recessit, solum illæ, quæ sunt bonæ fidei, *num.* 30 *ad* 32.
Utrum hodie, sublata distinctione inter negotia

Digitized by Google

bonæ fidei, et stricti juris, nulla indistincte sit obligatio metu contracta. Vide *verb.* Metus, *num.* 33.

Non omnis metus restitutionem in integrum de jure Romano concedit, sed qualis. Vide. *num.* 34 *ad* 39.

Hoc autem concurrente metu non solum actio ad repetendum id quod metu exortum est, sed et exceptio ad declinandam obligationem conceditur, *num.* 40.

Contra quos detur hæc actio, *num.* 41 *et seqq.*

## MILES (V, 643).

Milites quid possint, et debeant facere vel non ratione belli. Vide *verb.* Bellum, *num.* 1.

Milites a quibus recipere possint sacramenta, et præcipue matrimonium. Vide *verb.* Capellanus militum.

Alia multa valde notabilia. Vide *verb.* Miles, *num.* 3 *ad* 26.

Miles præsidiarius ubi sepeliri debeat, *num.* 27.

Militum stationes non præbent justam causam dispensandi populum ab observantia quadragesimali, *num.* 28.

Sanctus Gregorius Magnus scripsit contra prohibitionem factam militibus Mauritii imperatoris amplectendi vitam monasticam, *num.* 28.

De milite et re militari indicantur alia, *num.* 29.

## MILITIA (V, 647).

De militia sancti Georgii martyris, sancti Januarii hospitalis, sancti Joannis Hierosolymitani, et sanctorum Mauritii et Lazari varia proferuntur. Vid. *verb.* Militia, *num.* 1 *et seqq. per totum.*

## MIMI.

Vide *verb.* Infamis, *num.* 11, et *verb.* Irregularitas, *art.* 1, *num.* 12.

## MINISTER SACRAMENTORUM (V, 649).

Minister sacramentorum novæ legis quis sit, et esse possit. Vide *verb.* Minister sacramentorum, *num.* 1 *ad* 6.

Qualis intentio requiratur in ministro sacramentorum. Vide *verb.* Intentio, *num.* 14 *ad* 43.

Ad valide conficiendum sacramentum qualis attentio requiratur, *num.* 8 *et* 9.

Attentio quæ, et quotuplex. Vide *verb.* Attentio.

Minister distractus in conficiendis sacramentis quomodo peccet, *num.* 11.

Ministri in mortali exsistentes dum sacramenta conficiunt vel ministrant, quomodo peccent, et an valida sint sacramenta ministrata vel confecta, *num.* 12 *ad* 24.

Parochus sacramentum matrimonii administrans in statu lethalis culpæ censendus est graviter peccare, *num.* 22.

Ministri sacri, qui sacramenta jam confecta in mortali ministrant, vel applicant, an et quomodo peccent, *num.* 25.

Sub censura ponitur quædam propositio, *num.* 59 *ad* 69.

Minister dignior an possit plus gratiæ causare, *num.* 26.

Minister an, et quando possit ministrare sacramenta vel indigno, vel peccatori, vel incapaci, *num.* 27 *ad* 34.

An, et in quo casu liceat petere, vel recipere sacramenta a ministro indigno, vel excommunicato, *num.* 35 *ad* 40. Ad *num.* 38, auctoris, vide correctionem, *in nota.*

In sacramentorum administratione, vel confectione an liceat simulare, *num.* 41, 42 *et* 43.

In sacramentorum administratione, quæ sententia sit sequenda, *num.* 44 *et* 45.

Minister quomodo peccare possit circa materiam, formam, et intentionem in sacramentis administrandis, *num.* 46 *ad* 50.

Minister sive ex officio sit pastor, vel non, a quo jure, et in quo periculo teneatur sacramenta ministrare, *num.* 51 *ad* 54.

An licite baptizari possit infans per ejusdem in flumen, vel puteum projectionem, *num.* 55 *ad* 58.

## MINOR, MINORENNIS.

Vide *verb.* Ætas, Beneficia, Contractus, Emptio, Venditio, Filius, Restitutio in integrum.

## MINORITÆ (V, 671).

Minoritarum custodiæ Terræ Sanctæ, eorumque guardianorum auctoritas, et indulta a sancta sede concessa. Vide *verb.* Minoratæ, *num.* 1 *et seqq.*

Debent addere nomen sancti Francisci ad *Confiteor*, *num.* 13. Dantur decreta pro recollectione, *num.* 14 *et seqq.*

## MIRACULUM (V, 675).

Miraculum unde dictum, quid sit, et quid ad ejus essentiam requiratur. Vide *verb.* Miraculum, *n.* 1 *ad* 8.

Miraculorum triplex genus assignatur, et explicatur, *n.* 9 *ad* 14.

Miraculum per quid differat a gratia; et ista quid sit, *n.* 15 *et* 16.

Quid in dubio an sanitas recuperata sit per miraculum, aut gratiam, *n.* 17.

Miracula quomodo dicantur in sacra Scriptura, *n.* 18 *ad* 21.

Miracula, prodigia, et portenta quomodo inter se differant, ac conveniant, *n.* 22 *ad* 27.

Miracula a quibus patrari possint, vel non, *n.* 28 *ad* 35.

Virtutes, signa, et prodigia Antichristi erunt spuria, apparentia, et mendacia, *n.* 36.

Miraculorum examen a quibus, et quomodo faciendum, *n.* 37 *ad* 40.

Miracula alicujus mortui cum opinione sanctitatis, sed nondum beatificati, an, et de cujus licentia imprimenda, vel publicanda sint, *n.* 41, 42 *et* 43.

Affertur celeberrimum miraculum, *n.* 44.

Alia. Vide *verb.* Cultus sanctorum.

## MISSA.

### MISSA PROUT EST SACRIFICIUM, QUOAD EJUS EFFECTUS ET FRUCTUS.

Missa prout ad præsens attinet, explicatur. Vide *verb.* Missa prout est sacrificium, *art.* 1, *num.* 1, 2 *et* 3.

Effectus sacrificii missæ triplex assignatur et explicatur, *num.* 4 *ad* 7.

Fructus sacrificii missæ triplex assignatur et explicatur, *num.* 8 *ad* 11.

Fructus sacrificii alius est ex opere operantis, et alius ex opere operato; et uterque unde proveniat, *num.* 12 *et* 13.

Fructus sacrificii missæ an sit infinitus, *n.* 14, 15 *et* 16, *et in not. ad num.* 16 auctoris.

Quædam observatione digna ad articuli complementum in tyronum gratiam indicantur, *n.* 17, 18 *et* 19.

Alia. Vide *verb.* Sacrificium.

### MISSA QUOAD APPLICATIONEM ET REDUCTIONEM, SATISFACTIONEM ET ELEEMOSYNAM.

Circa missarum celebrationem affertur ad litteram decretum sacræ congregationis Concilii confirmatum ab Urbano VIII et Innocentio XII. Vide *verb.* Missa, *art.* 2, *n.* 1 *et* 2.

Non potest recipi stipendium pro applicatione fructus personalis, et affertur ad id sacræ congregationis Concilii decretum cum propositione damnata ab Alexandro VIII, *n.* 3, 4 *et* 5.

Digitized by Google

Non potest recipi stipendium pro pluribus sacrificiis, et unum solum offerri; neque missa satisfieri potest duplici obligationi; applicando uni fructum satisfactorium, et alteri impetratorium. Vide *verb.* Missa, *n.* 6, 7 *et* 8.

Non potest missa anticipate celebrari, et applicari pro eo qui primo stipendium dederit, *n.* 9.

Applicatio missæ facta a religioso subdito prævalet applicationi factæ a superiore, *n.* 10.

Vivens probabilius invalide applicat animabus purgatorii omnes missas pro se defuncto applicandas, *n.* 11.

Generales et episcopi quid possint, vel non circa reductionem, et satisfactionem missarum, *n.* 12 *ad* 15.

Facientes celebrare ab aliis missas minori eleemosyna, quam ipsi receperint, quas pœnas incurrant, *n.* 16, et *verb.* Eleemosyna, *n.* 64.

Indulta, quæ ab apostolica sede fuerunt concessa pro moderandis missarum oneribus, non suffragantur ad reducenda onera per contractum suscepta, *num.* 17.

Quomodo intelligi debeant verba illa : *dummodo infra modicum tempus possint omnibus satisfacere*, a sacra congregatione posita ad XI decretum de celebratione missarum, *num.* 18.

Pro quaque missa manuali quæ minor eleemosyna tradi possit, Vide *verb.* Eleemosyna, *num.* 64.

Reductio missarum an, et quando sit admittenda, *n.* 19 *ad* 22, et *n.* 65 *ad* 67.

An, et quando admittatur compensatio missarum quæ ultra debitum sunt celebratæ cum missis deinceps celebrandis, *num.* 23.

Quamvis census in aliis veniant in appellatione immobilium, non sic tamen quando pecunia investienda est in stabilibus pro celebratione missarum, *num.* 24 *et seqq.*

An deficientibus fructibus assignatis pro missis cesset obligatio celebrandi, *n.* 51 *ad* 56.

Et ita an diminutis fructibus, diminuendum quoque sit onus missarum, et quid debeant in casu executor simplex, et legatarius, *n.* 57 *ad* 59.

An in diminutione missarum requiratur auctoritas sedis apostolicæ, *n.* 60 *ad* 67.

Quando auctis fructibus legatis pro missis augeri quoque debeat numerus missarum, *n.* 68.

Obligatio celebrandi num sit distincta ab obligatione applicandi, *n.* 69 *ad* 71.

Si testator plura imposuit onera missarum, et quoad aliqua tantum demandavit applicationem, quid sentiendum; et affertur dispositio Benedicti XIV, *n.* 72 *et* 73.

MISSA QUOAD OBLIGATIONEM, QUAM HABENT EAM APPLICANDI, PAROCHI, ET BENEFICIATI.

Parochi an teneantur jure divino missas pro populo applicare juxta reddituum pinguedinem ac tenuitatem; et redditus pingues ac tenues explicantur; et ad rem affertur omnino attendenda novissima dispositio Benedicti XIV. Vide *verb.* Missa, *art.* 3, *num.* 1 *ad* 14.

Beneficiatus, seu capellanus, an et quando teneatur missam applicare pro beneficii fundatore, *num.* 15 *ad* 17.

Capellanus obligatus ad missam quotidianam an teneatur per se, vel per alium quotidie celebrare, *n.* 18.

Alia circa beneficiatum, vel capellanum, quando vacare possit, vel non, a celebratione, *num.* 19 *ad* 26.

An obligatus facere celebrare missas, si ad id data eleemosyna postea dubitet, vel sciat non celebratas teneatur iterum, etc., *n.* 27.

An sicuti in ecclesiis cathedralibus et collegiatis, ita et in ecclesiis communitativis applicanda sit missa conventualis pro benefactoribus, *num.* 44 *ad* 52.

Cætera quoad missas conventuales et parochiales pro populo et benefactoribus. Vide *num.* 28 *ad* 42.

MISSA QUOAD LOCUM, IN QUO POSSIT, VEL NON POSSIT CELEBRARI.

Missa in quibus locis ordinarie celebrari debeat, et in quo casu celebrari possit extra loca sacra. Vide *verb.* Missa, *art.* 4, *num.* 1 *ad* 5.

Corrigitur auctor, *num.* 4 *in not.*

An missa celebrari possit super navibus in mari, vel flumine, *num.* 6 *ad* 9.

Episcopi, et majores prælati quamvis cardinales an possint celebrare, aut celebrandi facultatem concedere in locis non sacris, *num.* 10 *et* 11, et *verb.* Oratorium, *num.* 70.

Regulares an possint celebrare in altari portatili, vel habere oratoria extra conventum, et in ipsis celebrare, *num.* 12 *et* 13, et *verb.* Oratorium, *num.* 72.

Non celebrans missas in loco designato ex pacto, vel testamento, an peccet, ac teneatur iterum celebrare, *n.* 14, 15 *et* 16.

Sed ad *n.* 16 auctoris, vide *in not.*

Missarum onera relicta in determinato loco an, et de cujus licentia transferri possint, et an satisfieri possint per exteros, ubi commode possunt per sacerdotes ejusdem ecclesiæ, *num.* 17 *ad* 20, *et art.* 12, *n.* 61.

Missæ relictæ a testatore in determinata ecclesia regularium, num celebrari debeant ab ipsis regularibus an ad arbitrium hæredum, *num.* 21, 22 *et* 23.

Sed vide ad *n.* 21 auctoris correctionem, *n.* 63 *et seqq.*

Regulares an possint ad celebrandum in suis ecclesiis admittere sacerdotes sæculares contra prohibitionem ordinarii, *n.* 24 *et* 25.

Qui possint, vel non, missas celebrare in ecclesiis monialium, *n.* 26, 27 *et* 28.

Missa non est celebranda in ecclesia polluta, neque in loco interdicto, vel ubi sepultus est paganus, aut excommunicatus vitandus, *n.* 29 *ad* 34.

Capitulum nequit celebrare in ecclesiis regularium, ipsis renuentibus, *n.* 35.

Alia ad rem, *n.* 36 *ad* 50.

Capellanus, qui missam celebrare non valet in loco a testatore designato, an celebrare alibi teneatur, *n.* 51 *ad* 53.

An obligatio celebrandi missam quotidianam in ecclesia regularium sequatur ipsos si se transferant ad aliam ecclesiam, *n.* 54 *et* 55.

Unde quæritur etiam, num capellania erecta in ecclesiis regularium transferatur ad aliam ecclesiam, quando regulares ecclesiam mutant, *n.* 56 *et* 57.

An disponente testatore, quod missa celebretur in altari devotæ alicujus imaginis, possit in alia ecclesia celebrari; si ii, quibus est commissa celebratio, ad aliam ecclesiam se transferant, *num.* 58 *et* 59.

MISSA QUOAD TEMPUS, QUO POTEST, VEL NON POTEST CELEBRARI.

Tempus ordinarium missas celebrandi quale sit, et quale in terris infidelium, et quæ sint privilegia ad hoc regularibus concessa. Vide *verb.* Missa, *art.* 5, *num.* 1 *ad* 7.

Sacerdos quot missas eadem die possit celebrare et innuitur quid possit, vel non, circa tres missas diei Nativitatis Domini, et quales casus sufficiant, vel non, ad plures missas eadem die celebrandas assignantur, *n.* 8 *ad* 28, et *n.* 80 *ad* 91.

An sacerdos plus una die celebrans missas fiat irregularis, *n.* 11.

Ad *num.* 23 auctoris, vide in not.

Digitized by Google

Feria quinta in Cœna Domini celebrari nequit missa in ecclesiis in quibus non asservatur sanctissimum Sacramentum. Vide *verb.* Missa, *num.* 29.

Regulares quo tempore possint in suis ecclesiis missas celebrare, vel campanas pulsare; et quid ad rem possit episcopus decreto synodali statuere, *num.* 30 *ad* 34.

Quid de illis, qui differunt, vel anticipant missarum celebrationem, *n.* 35 *ad* 45.

Ad *num.* 37 auctor, explicatur decretum sacræ congregatione Rituum ab Urbano VIII approbatum, a quo jubetur, illum qui suscipit onus celebrandi missas certum esse debere ut intra modicum tempus possit omnibus satisfacere, *n.* 71 *ad* 78.

Plura adducuntur circa missam Nativitatis Domini, *num.* 46 *ad* 61.

Alia ad rem. Vide *num.* 62 *ad* 70, ubi varia de iterandis missis sub eadem die et de missa præsanctificorum agitur.

#### MISSA A QUO POSSIT CELEBRARI, VEL NON, ET IN QUO IDIOMATE.

Solus sacerdos rite ordinatus potest missam celebrare. Vide *verb.* Missa, *art.* 6, *num.* 1.

Non ordinatus audens celebrare, quibus pœnis subjiciatur, et similis casus affertur, *num.* 2, 3 *et* 4.

Ad missas celebrandas admittendi non sunt sacerdotes vagi, ignari, publice criminosi, neque exteri sine litteris dimissoriis, aut contra ordinarii prohibitionem, *num.* 5 *ad* 8.

Missa in quo idiomate celebrari possit, ac debeat, *num.* 9, 10 *et* 11.

Vide cætera de eo qui sacerdos non est ordinatus, missam celebrante, *num.* 12 *ad* 17.

Singularia referuntur ad puniendum crimen illius qui non ordinatus sacerdos missam celebrat, *num.* 18 *ad* 23.

An quis sedens ob crurium debilitatem, vel omnino cæcus, missam ex apostolicæ sedis indulto celebrare possit; afferuntur de hac re pontificum epistolæ, et præsertim Benedicti XIV, *num.* 24.

Morbo paralytico laborans an ex indulto, nec etiam cum assistentia alterius sacerdotis missam celebrare valeat; et ad hoc affertur decretum sacræ congregationis Concilii, *num.* 25.

#### MISSA PRO QUIBUS POSSIT CELEBRARI, ET PRO QUIBUS NON.

Missæ sacrificium pro quibus offerri possit. Vide *verb* Missa, *art.* 7, *num.* 1 *ad* 6.

Missa offerri nequit pro defunctis hæreticis, et infidelibus, nec pro Christianis certo damnatis, nec pro mortuis excommunicatis, *num.* 7 *ad* 10, *et n.* 18 *ad* 20.

Missa an, et quomodo offerri possit pro mortuis excommunicatis vitandis, sive non toleratis, et non vitandis, *num.* 11 *ad* 14.

Missæ sacrificium an, et quomodo offerri possit pro sanctis, *num.* 15 *et* 16.

Non liceat anticipate ante mortem celebrare, vel celebrari facere missas de *Requiem* pro suffragio animæ suæ, *num.* 21.

De missa bene moriendi, *num.* 17.

#### MISSA QUOAD EAM CELEBRANTIS OBLIGATIONEM.

In missæ sacrificio qui a celebrante sive Latino, sive Græco, offerri debeat, et quomodo. Vide *verb.* Missa, *art.* 8, *num.* 1 *ad* 6.

Celebrans ad quid teneatur in ordine ad celebrationem missæ, et pro quibus in ipsa orare debeat, *num.* 7 *ad* 13.

De calceamentis in accessu ad altare, *num.* 14.

Non licet missam inchoatam intermittere, præter casum urgentis necessitatis, cujus rei exempla traduntur; et agitur de sacerdote, qui incœpta missa recordatur se a jure impeditum esse, *num.* 41 *ad* 46.

Quoad defectus, si contingant in celebratione missæ, quid statuendum ex rubrica; et varii afferuntur casus, *num.* 15 *ad* 35.

Sacerdoti, cœpta missa, an altari recedere liceat, relicto alio ut reliqua suppleat, *num.* 36.

Sacerdotes, curam animarum non habentes, ad quid circa missæ celebrationem teneantur, *n.* 37.

Missam quotidie celebrare an melius sit quam ab ea abstinere, *num.* 38 *et* 39.

An aqua vino jam consecrato misceri possit, *n.* 47 *ad* 50.

#### MISSA QUOAD VETITA IN EJUS CELEBRATIONE.

An liceat missam celebrare capite velato; et quis concedere possit licentiam sic celebrandi. Vide *verb.* Missa, *art.* 9, *num.* 2 *et* 3.

Alia, quæ in missa vetita esse censentur, *num.* 4 *ad* 22.

An possit sacerdos sine ministro missam celebrare si sit aliqua celebrandi necessitas, *num.* 23 *ad* 25.

An in casu necessitatis liceat uti ministerio mulieris, *num.* 26.

Et num filius illegitimus in necessitate possit patri celebranti ministrare, *num.* 27.

#### MISSA QUOAD REQUISITA PRO EJUS CELEBRATIONE.

Requiritur in primis altare; et quomodo ornatum esse debeat. Vide *verb.* Missa, *art.* 10, *num.* 1 *ad* 6.

Alia, quæ requiruntur, *num.* 7 *ad* 15.

Quoad altaris consecrationem, et vestes sacerdotales, vide *num.* 16 *ad* 24.

Sacerdos omittendo aliquid ex iis, quæ ritum celebrationis spectant, an graviter peccet, et an nihilominus consecret, *num.* 25.

Circa quantitatem panis et vini consecrandam, an determinari debeat ad validitatem consecrationis, *num.* 26.

#### MISSA QUOAD REQUISITA IN CELEBRANTE PRO VALIDA, ET LICITA EJUS CELEBRATIONE.

Ad valide et licite celebrandum requiritur, quod celebrans sit rite ordinatus sacerdos, quod habeat intentionem conficiendi sacramentum, quod sit in gratia, et quod sit jejunus jejunio naturali. Vide *verb.* Missa, *art.* 11, *num.* 1 *ad* 7.

Assignantur aliquæ causæ, ob quas potest licite celebrare etiam non jejunus jejunio naturali, *num.* 8 *ad* 28.

Quid sit jejunium naturale, et quando frangatur vel non, *num.* 29 *ad* 48.

An sacerdos, qui non jejunus celebrat, sit suspectus de fide, ita ut possit contra eum procedere sacræ Inquisitionis tribunal, *num.* 49 *ad* 53.

#### MISSA QUOAD RITUS OBSERVANDOS IN IPSA CELEBRANDA.

Missa an semper concordare debeat cum officio, et quid sit in casu a celebrantibus observandum. Vide *verb.* Missa, *art.* 12, *num.* 1 *ad* 6.

Ad *num.* 1 auctoris vide animadversa, et notata *num.* 122 *ad* 127.

Missa celebrari potest de quolibet sancto canonizato, licet nondum relato in martyrologio; et in quibus ecclesiis celebrari possit de solum beatis, *num.* 7 *et* 8.

Missa sub quo ritu celebrare possit de dedicatione ecclesiarum, ac de patrono, et titulari earumdem, *num.* 9 *ad* 13.

Missa, et festa quo ritu celebranda in ecclesiis ubi asservantur sanctorum reliquiæ, *num.* 14 *ad* 16.

Missa sancti Rochi ubi celebrari possit, *num.* 18.

Episcopi regulare juxta quem ritum celebrare

Digitized by Google

debeant, et quid de illis, qui gaudent privilegio suæ religionis Vide verb. Missa, num. 19 et 20.
In missis de beatis quando sit dicendum Symbolum, num. 20.
Nemo potest excedere limites verbales indultorum sedis apostolicæ super beatificationibus, num. 21.
Alia plura ad rem assignantur, num. 22.
Missæ in quibus solus sacerdos communicat non reprobantur, et missam celebrantes non tenentur sacram Eucharistiam omnibus petentibus infra, ipsam actionem ministrare, num. 90.
Missa celebrari nequit a sacerdote Latino ritibus Græcis nec vice versa. Agitur etiam de aliis, quæ Missam Græcorum concernunt, et Italo Græcorum, num. 93, 94.
Ad episcopos pertinet præscribere ea quæ observanda et evitanda sunt in celebratione, num. 91.
In missarum celebratione crucifixi imago super altari retineri debet, num. 92.
Antiphona communio cantari debet immediate post *Agnus Dei* eodem tempore, quo celebrans sacram communionem sumit, nisi fiat communio populi, num. 101.
Differentia inter missam cantatam, et missam solemnem, num. 102, 103.
Cætera de missis cantatis. Vide num. 104 ad 109.
Alia circa missæ celebrationem. Vide num. 110 ad 121.

DE OBSERVANDIS IN MISSIS VOTIVIS.

Missa unde dicatur votiva, quando liceat, et quibus diebus private celebrari possit vel non. Vide verb. Missa, art. 13, num. 1 ad 4.
Votivæ solemnes pro qua causa, quibus diebus, et sub quo ritu celebrari possint, num. 5 ad 11; et verb. Eucharistia, *in fine*.
Alia in missis votivis observanda referuntur, n. 12 ad 36.
Missæ votivæ an dici possint de beatis nondum canonizatis, num. 37, 38 et 39.
An missæ assignatæ certis diebus, aut festivitatibus possint in aliis diebus tanquam votivæ celebrari, num. 40 et seqq.

MISSA, DE OBSERVANDIS PRO MISSIS DE REQUIEM.

Missæ de *Requiem*, sint privatæ, vel solemnes quibus diebus celebrari possint. Vide verb. Missa, art. 14, num. 1 ad 4.
Anniversaria de *Requiem*, aut de tertio, septimo et tricesimo die in quibus festis celebrari possint, num. 5 et 6.
Missa de *Requiem*, in quo festo cantari possit, statim ac habeatur notitia de obitu alicujus personæ, num. 7.
Missæ de festo celebratæ pro animabus defunctorum an eodem modo eis prosint ac si celebrarentur de *Requiem*, et ad rem adducuntur constitutiones, num. 8 ad 14.
Alia ad rem, num. 15 ad 23; et verb. Eucharistia, num. 27.
Triginta missæ sancti Gregorii unde ortum habuerint et ob quam causam in devotionem, et praxim fidelium devenerint et alia circa easdem, num. 24 ad 31.
De missis, quas vocant *divi Gregorii*. Vide num. 91.
Cætera, eaque plura de missis defunctorum. Vide num. 34 ad 90.
In missis defunctorum nequeunt pulsari organa, etc., num. 52, et verb. Musica, num. 20.
Pax quare non detur in missa defunctorum, n. 53.

MISSA QUOAD VARIA DECRETA, ET EDICTA PERTINENTIA AD CELEBRATIONEM MISSARUM, EARUMQUE ADIMPLEMENTUM.

Adducuntur varia decreta et edicta ad rem spectantia. Vide verb. Missa, art. 15, num. 1 ad 11.

MISSA A QUIBUS, ET QUIBUS IN LOCIS AUDIRI POSSIT ET DEBEAT.

Ad missam audiendam qui teneantur, et quomodo, et assignantur qui sint legitime impediti, et qui excusentur, vel non. Vide verb. Missa, art. 16, num. 1 ad 8.
Fideles in quibus ecclesiis, vel oratoriis regularium possint missam audire, et præcepto satisfacere, num. 9 ad 13.
Satisfacere præcepto audientes missam in oratoriis, seu capellis cardinalium et episcoporum, vel in oratoriis de episcopi licentia erectis, dummodo a via publica pateat cunctis accessus, num. 14 et 15.
Ad num. 13 auctoris, vide in not.
Audientes missam in oratoriis privatis, qui possint vel non præcepto satisfacere, num. 16, 17 et 18.
Familiares, seu famuli indultarii quando possint vel non satisfacere præcepto audiendo sacrum in prædictis privatis oratoriis, num. 19 ad 26.
In oratorio privato unica missa singulis diebus celebrari potest, num. 27.
Qui sint familiares in casu, et qui veniant, vel non appellatione familiæ, num. 28, 29 et 30.
Adde quæ notantur ad num. 30 auctor. *in nota*.
Alia ad rem. Vide num. 31 et verb. Oratorium.

MISSA QUOMODO DEBEAT AUDIRI, ET QUÆNAM REQUIRANTUR AD SATISFACIENDUM PRÆCEPTO EAM AUDIENDI.

Dantur salutaria monita in missæ auditione attendenda. Vide verb. Missa, art. 17, num. 1 ad 5.
Ad satisfaciendum præcepto de audienda missa, qualis intentio requiratur, ac sufficiat, num. 6 ad 12.
An etiam requiratur præsentia corporalis, et quæ, num. 13 ad 18.
Coactus, ebrius, dormiens, extra sensus raptus missam audiens an præcepto satisfaciat, num. 19 et 20.
Ad satisfaciendum, qualis attentio requiratur et ista tum interna, tum externa quæ sit, num. 21, 22 et 23.
An, et quando satisfaciant præcepto, qui tempore missæ scribunt, legunt, confabulantur, conscientiam suam examinant, peccata confitentur, divinum officium recitant, sonant, canunt, aut eleemosynam colligunt, num. 24 ad 32.
Varia ad rem traduntur ex Benedicto XIV, num. 33 ad 49.

MISSIONES, MISSIONARII (V, 927).

Missiones conceduntur pro regnis Bargao, et Bittia in Magno Thibet. Vide verb. Missiones, num. 1.
Quidnam prohibitum missionariis Latinis, et quænam iidem curare debeant apud Græcos, n. 2 ad 5.
De missionariis regnorum Madurensis, Maysurensis, et Carnatiensis, num. 6 ad 12.
Missionarii apostolici in Sinis, in mandatis non obtemperaverint, in Europa revocari jubentur sub pœna contra eorum superiores, num. 13.
Missionariis in regno Cocinchinæ prohibetur exercitium jurisdictionis, aut facultatem extra districtus sibi assignatos, num. 14.
De utilitate sacrarum missionum, num. 15 ad 17.
Missionarii ab episcopis missi, tanquam visitationis pastoralis prænuntii, recipi debent a parochis, etiam regularibus in propriis ecclesiis et domibus, num. 18.
De missionis congregatione, num. 19 ad 23.
Missionariis a sancta sede datur privilegium celebrandi missam bis in uno die, in casu tamen necessitatis, num. 24.
Missionarii collegii Sancti Bartholomæi de Urbe quæ gratiæ, et privilegia sint concessa. Vide verb. Privilegium, art. 1, num. 31.

Digitized by Google

Missionarii an sacramenta sæcularibus ministrare possit. Vide *verb.* Missiones, *num.* 25, 26.

Quodnam sit missionariorum munus, *num.* 27 *ad* 30.

## MITRÆ.

Mitræ pœna quid sit. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *n.* 19.

## MOLENDINUM, MOLITOR (V, 931).

Molendinum mensæ episcopalis non comprehenditur sub prohibitione facta a communitate populo de non adeundo nisi ad molendina communitatis. Vide *verb.* Molendinum, Molitor, *n.* 1.

Alia circa molendinum, et molituram ad exemptionem ecclesiasticorum, regularium et monialium spectantia, *n.* 2 *ad* 19, ubi plures sacræ congregationis immunitatum resolutiones afferunt.

## MOLLITIES.

Vide *verb.* Luxuria, *n.* 35.

## MONACHUS (V, 933).

Unde monachi nomen, et varia monachorum genera, quæ exponuntur. Vide *verb.* Monachus, *num.* 1 *ad* 7.

Vitæ monasticæ progressus et regulæ, *num.* 8 *ad* 12.

Monachi a primæva institutione laici, et subinde sacerdotio initiati fuerunt, *num.* 13.

Quanta in rempublicam a monachis maneat utilitas, *num.* 14.

Instituta monastica quæ sint, et unde originem ducant, *num.* 15 *ad* 29.

Quoad alia, vide *verb.* Regulares, et *verb.* Ordines religiosi.

## MONASTERIUM (V, 941).

Monasterii etymologia, synonyma, et varia forma. Vide *verb.* Monasterium, *num.* 1 *ad* 3.

In quibusdam monasteriis psalmodia perennis vigebat, *num.* 4.

Monasteria episcopis suberant, et quando ab eorum jurisdictione exempta, *num.* 5, 6.

Bonorum monasterialium partitio inter abbatem et monachos quo tempore inducta, *num.* 7.

Quæ fuerit monasteriorum conditio, antequam in unum corpus redigerentur, *num.* 8.

Capitulorum generalium origo, *num.* 9.

Cætera quoad monasteria quære ad *verb.* Conventus, Regulares.

## MONETA, MONETARIUS (V, 943).

Moneta unde dicta. Vide *verb.* Moneta, Monetarius, *num.* 1.

Denarius, nummus, pecunia unde dicantur, et an confundantur cum moneta, *num.* 2, 3 *et* 4.

Monetæ valor duplex assignatur, et explicatur, *num.* 5.

Ad justitiam causæ monetæ tria requiruntur et assignantur, *num.* 6.

Monetas cudere quid possit, vel non, *n.* 7 *et* 8.

Principes vel magistratus an, et ob quas causas possunt immutare valorem monetarum, *num.* 9 *ad* 12.

Quando valor monetæ mutatur extrinsece, quomodo fieri debeat solutio, *n.* 13 *ad* 17.

Quando monetæ species certo numero solvendæ sunt in pactum deductæ, vel quando conventa est certo species monetarum, aut quantitas pecuniaria in obligationem deducitur nulla facta designatione speciei, quomodo in his casibus solutio fieri debeat, *n.* 18 *ad* 21.

Quid quando valor extrinsecus monetarum crescit in manu depositarii, tale augmentum ad quem spectet, *n.* 22.

Moneta pluris materiæ, quomodo mutari possit cum alia materiæ inferioris, *n.* 23.

Qui scientia privata sciunt monetam esse minuendam vel prohibendam, an possint ipsam expendere juxta præsentem valorem, *n.* 24 *ad* 26.

Quid de illis, qui monetam falsam scienter, vel ignoranter expendunt, *n.* 27.

Monetam falsam fabricantes, radentes, vel minuentes veram, quibus pœnis subjiciantur, *n.* 28.

Monetas, aureas, vel argenteas tondentes, adulteratas se inter detinentes, quibus pœnis plectendi in ecclesiastico statu, et ad quem spectet harum causarum cognitio, *n.* 29 *ad* 32.

Monetarii gaudent immunitate ecclesiastica. Attendenda tamen est circa id novissima dispositio Benedicti XIII, quæ adducitur, *n.* 33 *et* 34.

Alia ad rem, *n.* 35 *ad* 50.

Cuinam nocere debeat, creditori ne an debitori mutatio monetæ inter diem contracti debiti ac solutionis, præsertim in mutuo, *n.* 52 *et seqq.*

## MONIALES (V, 955).

### QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT PUELLARUM EDUCATIONEM, NOVITIATUM ET PROFESSIONEM.

Puellæ educationis gratia recipi possunt in monasteriis monialium, et ad eas sic recipiendas requiruntur decem conditiones, in quibus assignandis ac explicandis plura ad rem obiter afferuntur. Vide *verb.* Moniales, *art.* 1, *n.* 1 *ad* 29.

Ad decem illas conditiones adde aliam, quæ adducitur, *n.* 141 *et* 142.

Quid si educanda velit matrimonium contrahere; et an sit validum ab ipso contractum ad crates monasterii coram parocho, et testibus etiamsi parochus sit alio prætextu vocatus, *n.* 30 *ad* 36.

Reprehenditur auctor, *n.* 36, *n.* 154 *et* 155.

Quales educandæ dimitti debeant a monasteriis, et quando, *n.* 37 *ad* 41.

Puellæ, quæ compleverunt annum vicesimum quintum an, ob quas causas, et de cujus licentia recipi possint educandæ in monasteriis monialium, *n.* 42 *ad* 45.

Mulieres nuptæ, viduæ aut famulæ, in quibus casibus, et de cujus licentia recipi, tolerari, ac introduci possint in monasteriis monialium, *n.* 46 *ad* 51.

Puella, vel vidua temere ingrediens ad suscipiendum habitum, et abbatissa recipiens in quas pœnas incidant, *n.* 52.

Cogentes puellas ad ingressum monasterii quomodo peccent, et quas censuras incurrant, *n.* 53, 54, 55.

Ordinationes ab ordinario directæ, vel ab ipso factæ pro monasteriis an servari debeant etiam in monasteriis subjectis regularibus, *n.* 56, 57 *et* 58.

Puellæ manentes in monasteriis exemptis an sint episcopo subjectæ, *n.* 59, et *n.* 143 *ad* 150, ubi exponuntur ea quæ ab affirmativo responso consequuntur.

Tales puellæ non gaudent privilegio fori, *n.* 151 *ad* 153.

Quid si aliqua educanda ægrotet, et velit testari, aut in monasterio exempto moriatur nulla electa sepultura, *n.* 60 *ad* 63, et *n.* 125 *ad* 128.

Innuitur quid sit agendum antequam puella ad habitum religionis recipiatur, *n.* 64 *ad* 75.

Quoad matrimonium puellarum educandarum, vide *verb.* Matrimonium.

Novitiæ omnes degere debent sub cura et regimine magistræ in habitatione particulari, *n.* 76.

Alia plura quoad novitias, *n.* 77 *ad* 100.

Cavendum esse monetur ab auctore, *n.* 84, et *n.* 156 *et* 157.

Professio monialium in cujus manu fieri debeat, *n.* 101, 102 *et* 103.

Episcopo, vel alio superiore jubente recipi novitiam ad professionem, an admitti debeat, contradicente majori parte monialium; et an moniales cogi possint ad repulsionis causam exprimendam:

Digitized by Google

et quid si absque justa causa novitiam rejiciant. Vide *verb.* Moniales, *n.* 104 *ad* 109.
Abbatissa ante quot dies teneatur episcopum certiorare de aliqua emittenda professione, *n.* 110 *et* 111.
Cætera de professione monialium, Vide *verb.* Professio regularis.
Quid de secunda, tertia, et quarta sorore in eodem monasterio, ac de moniali supranumeraria, *n.* 112 *ad* 119.
Cogentes quocunque modo virgines, vel alias mulieres ingredi monasterium, vel impedientes ne ingrediantur, quas censuras incurrant, *n.* 120 *ad* 123.
Alia. Vide *art. seq.* et *verb.* Novitius, Novitia, Professio.

MONIALES QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT EARUM NUMERUM, DOTEM, PECULIUM, ET LIVELLUM.

Monialium numerus quomodo, et a quo præfigendus in monasteriis tam exemptis, quam non exemptis, et qualis numerus esse debeat. Vide *verb.* Moniales, *art.* 2, *n.* 1 *ad* 7.
De numero monialium ex dispositione, *cap.* Periculoso, § Sane *De stat. regul. in* 6, et num caput istud sit derogatum, ut sentit auctor, *n.* 5. Vide *n.* 100 *ad* 104.
In præfixione numeri quomodo distingui debeant moniales, et numerus conversarum quomodo calculandus, *num.* 8 *et* 9.
Quales redditus requirantur, et inter ipsos an sint computanda lucra monialium, et quid ubi exitus major est introitu, *n.* 10, 11 *et* 12.
Adest prohibitio vestiendi ubi non est numerus præfixus, et de cujus licentia numerus augeri possit, *n.* 13 *et* 14.
Monialis supranumeraria de cujus licentia admitti possit, et an semper remaneat talis, *n.* 15 *et* 16.
Loca monialium intra numerum decentium an concedi, vel promitti possint, *n.* 17.
Moniales an admitti possint absque dote, *n.* 18, 105 *et* 106.
Dotales eleemosynæ quomodo, et quibus solvi debeant, et quid de dotis deposito, et depositario, *n.* 19 *ad* 24.
Professio an differri possit, si monasterium adhuc dotem non receperit, *n.* 25.
Regulares an possint aliquid circa dotem disponere, *n.* 26.
Quantitas dotis pro monialibus, sive numerariis, sive supranumerariis assignatur. Et quomodo expendenda vel investienda, et pœnæ statutæ contra eam consumentes, *n.* 27 *ad* 44.
Confirmatur sententia auctoris, *n.* 32, 107 *et* 108.
In dotibus recipiendis an fieri possit differentia inter terrerios et advenas, etc., *n.* 45.
Tertia soror an solvere debeat dotem triplicatam, *n.* 46 *ad* 49.
Quid circa dotem de moniali translata ad aliud monasterium, *n.* 50 *et* 51.
An possit monialis admitti cum dote majori, quam quæ taxata est, hac tamen lege, ut ad omnia consueta monasterii officia haud teneatur, *n.* 100 *ad* 111.
Moniales an possint aliquid ultra dotem etiam per pactum recipere vel pro sacristia, vel pro se ipsis absque incursu simoniæ, et ad rem affertur edictum Clementis XI, et ad quid circa ipsum, teneantur episcopi ac superiores regulares, *n.* 52 *ad* 62.
Ad propositum affertur dispositio Clementis XIII, *num.* 112.
Episcopus et superior regularis an possint munera accipere occasione vestitionis, professionis monialium, vel electionis abbatissæ, et hujusmodi, *n.* 63 *ad* 64.
Monialis in particulari an possit habere peculium, et quomodo ad rem procedendum, ubi non adest vita communis, *n.* 65 *ad* 69.
Quomodo partitæ capsæ communis debeant inscribi, *n.* 70.
Ut moniales licite possint retinere, et expendere livella ubi non adest vita communis, concurrere debent quinque conditiones, quæ assignantur, *num.* 71.
Moniales ac regulares quid disponere possint, vel non de livellis, eorumque fructibus, *n.* 72 *ad* 79.
Reprehenditur auctor, *n.* 73 *et seqq.*, 108.
De livellis item quæritur, an possint ea assignari vel relinqui ea conditione, ut nihil requiratur monasterio, *n.* 109.
Sub quibus conditionibus sacra congregatio soleat concedere monialibus et regularibus facultatem habendi livella, seu vitalitia, *n.* 80, 81 *et* 82.
Moniales ac regulares an possint in particulari habere legata, *n.* 83 *ad* 88.
Livella monialium administrari non possunt a seipsis, *n.* 89.
Monialis ac regularis transiens ad aliud monasterium defert secum livellum, *n.* 90.
Moniales an, et quomodo pecuniam ex suo livel'o, et aliunde quæsitam possint ludo exponere. Vide *verb.* Ludus, *n.* 9 *ad* 12.
Alia de livellis, et annuis redditibus, *n.* 92.
An livella cessent acceptata in monasterio vita communi, 110.
An livella gaudeant privilegio dotis, *n.* 111.
Episcopus, et quilibet alius prælatus, et officialis seu deputatus nihil accidere possunt pro ingressu et professione monialium, pro approbatione depositi dotis, pro licentia, et hujusmodi, *n.* 93, 94.

MONIALES QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT CLAUSURAM.

Clausura a quo indicta fuerit sub præcepto et quæ moniales ad ipsam teneantur. Vide *verb.* Moniales, *art.* 3, *n.* 1 *ad* 6.
Moniales egredientes a clausura, et episcopi licentiam eis concedentes, et aliæ personæ ipsas comitantes, etc., quas censuras incurrant, *num.* 7, 8 *et* 9.
Monialis violat clausuram pluribus modis, qui assignantur, *num.* 10 *ad* 18.
Ab excommunicatione violatæ clausuræ quis possit absolvere, vel non, quod pariter de regularibus est intelligendum, *n.* 19 *ad* 25.
Assignantur, et explicantur plures casus, in quibus moniales licite possunt egredi e monasterio absque incursu pœnarum, *n.* 26, 27 *et* 28.
Aliquo ex dictis casibus occurrente, an, et cujus licentia requiratur, ut licite moniales exire possint, *n.* 29 *ad* 32.
Abbatissa an cum licentia solius episcopi, vel superioris regularis, si sit ei subjecta, possit exire de monasterio ad præstandum principi sæculari domino feudi fidelitatis juramentum, quando id fieri nequeat per procuratorem, *n.* 33.
Moniales an, et de cujus licentia se transferre possint de uno in aliud monasterium, occasione illud gubernandi, fundandi, etc., *n.* 34 *et* 35.
Quid de monialibus cum debita licentia egressis, et negligentibus ad earum monasterium iterum se recipere, *n.* 36 *et* 37.
Quid si monialis egressa ad curandum infirmitatem intra domum privatam, huc illucque vagetur extra ipsam, vel si egressa ad fundandum monasterium aut quid similia, deviet ea occasione a recto itinere, *n.* 38 *et* 39.
An monialis legitime egressa transiens per locum ubi adest monasterium, possit ingredi, et ibi hospitio recipi, *n.* 40 *et* 41.
Ingressus in monasterio absque debita facultate prohibetur a pluribus summorum pontificum constitutionibus, quæ assignantur, et quas censuras in-

Digitized by Google

currant contravenientes et a quibus absolvi possint vel non. Vide *verb.* Moniales, *n.* 42 *ad* 52, *et supra n.* 19 *ad* 25.

Assignatur qui absque incursu excommunicationis ingredi possint monasteria, vel non, *n.* 53 *ad* 55. *Et novissimam dispositionem Benedicti XIV allatam infra num.* 98.

Mulieres habentes licentiam a sede apostolica ingredi non possunt absque consensu monialium, *n.* 56 *et* 57.

Pueri et puellæ cujuscunque sint ætatis introduci nequeunt in monasterio. Et in quas censuras incurrant moniales, vel aliæ personæ introducentes, *n.* 58 *et* 59.

Cardinales, episcopi, legati, vicelegati, inquisitores, magistratus an, et quando ingredi possint monasteria, *num.* 60 *ad* 65.

Prælati omnes sæculares, et quando in casibus necessariis ingrediuntur monasteria monialium, quot et quales personas secum ducere possint, *n.* 66 *ad* 72.

Prælati regulares in quibus casibus ingredi possint monasteria monialium, sibi subjectarum, et quo secum ducere possint, *n.* 73 *ad* 78.

Confessarii quomodo, et quando possint ingredi clausuram. Vide *infra art.* 5, *n.* 50.

Medici et chirurgi quando, et quomodo ingredi possint clausuram. Vide *verb.* Medicus, *n.* 13 *ad* 18.

Factores, syndici aliique operari ad servitium monialium necessarii quando, et de cujus licentia ingredi possint clausuram, et quid de illis qui ingrediuntur deferentes aliquid sub prætextu inserviendi monasterio, et de illis qui ingrediuntur sine licentia ad exstinguendum incendium, vel quod simile, *n.* 81 *ad* 84.

Ad quem spectet concedere licentiam ingrediendi monasteria, sive regularibus subjecta, sive non, *num.* 85 *ad* 93.

Episcopus quid possit, vel non, circa clausuram monialium regularibus subjectarum, *num.* 94 *et* 95.

Afferuntur ad rem novissimæ resolutiones sacræ congregationis Concilii, *num.* 96 *et* 97.

Alia. Vide *verb.* Visitatio, *n.* 10.

Super clausura monialium attendenda est novissima dispositio Benedicti XV, quæ affertur, *n.* 98.

Monialium et monachorum cohabitatio apud Maronitas usu recepta prohibetur a Benedicto XIV, *art.* 6, *num.* 73.

Moniales Portugaliæ et Algarbiæ ad claustra revocantur ab eodem pontifice, *num.* 100.

Moniales ordinis Sancti Spiritus in Hispania et Polonia, subjiciuntur locorum-ordinariis, *num.* 101.

Moniales Græco-Meschitæ Regulam Sancti Basilii sequi debent, et cætera quoad has moniales disposita a Benedicto XIV. Vide *num.* 102 *et seqq.*

Historiam ecclesiasticæ disciplinæ circa monialium clausuram recte dispositam, *num.* 113 *et seqq.*

MONIALES QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT ACCESSUM AD EARUM MONASTERIA, ET LOCUTIONEM CUM EIS.

Accessus ad monasteria monialium quibus sit prohibitus, et quomodo sumi debeat sub quibus censuris prohiberi possit ab ordinariis, et accedentes quomodo peccent. Vide *verb.* Moniales, *art.* 4, *num.* 1 *ad* 7.

Monialium parentes an, et quando possint eas alloqui, *num.* 8 *ad* 11.

Regulares an, et quando de ejus licentia possint moniales alloqui, sine licentia alloquentes quomodo peccent, in quas censuras incidant, et afferuntur ad id varia decreta, *num.* 12 *ad* 19.

Regulares missi ad crates monialium pro munere prædicationis obeundo, quid si ad eas alloquendas accedant post concionem, *num.* 20 *et* 21.

Quid de superioribus regularibus, confessariis monialium, ac de vicario conventus, *num.* 22 *ad* 26, *et* 60 *ad* 66.

Sub decretis quibus prohibetur regularibus accessus ad moniales comprehenduntur etiam equites Melitenses, *num.* 27 *et* 28.

Episcopus quas censuras, et pœnas possit imponere contra alloquentes moniales tam regulares quam alios clericos, *n.* 29 *et* 30.

Decreta interdicentia allocutionem cum monialibus comprehendunt etiam abbatissam, *num.* 31.

Subcollectores accedentes ad moniales sine legitima licentia incurrunt easdem pœnas, *n.* 32.

Quid de judicibus, episcopis extra suam diœcesim, canonicis cathedralis, peregrinis, pauperibus, famulis, magistris, Hebræis, moniales alloquentibus sine debita licentia, *num.* 33 *ad* 40.

Moniales regularibus subjectæ quid si alloquantur cum regularibus ejusdem ordinis, *num.* 41.

Regulares inventi alloquentes moniales absque debita facultate possunt ab episcopo pœna carceris puniri, *num.* 42.

Loquens cum moniali de domo propinqua, aut via publica prope monasterium vel per nutus, et signa, vel per interpositam personam, vel qui tantum audit, et non respondet, aut litteras scribit, aut loquitur cum novitiis, vel educandis, an incurrat censuras, *num.* 43 *ad* 49.

Quis possit licentiam concedere pro alloquendis monialibus sive exemptis, sive non. Vide *art. antec.* *n.* 85 *ad* 88.

In prædicta licentia exsequenda, aut concedenda, quid sit servandum, *n.* 51 *ad* 54.

Edicta prohibentia accessum ad moniales a quo sint publicanda, *num.* 55.

Regulares pro alloquendis monialibus indigent licentia ordinarii et superioris regularis, *num.* 56.

Quid si confessarii regulares, vel superiores aut visitatores alloquantur moniales extra præcisam officii sui necessitatem, *n.* 57.

Licentia pro uno concessa non extenditur ad alium, *n.* 58 *et* 59.

An episcopus, vel alter superior ordinarius concedere valeat regularibus quibuscunque, etiam non conjunctis in primo et secundo gradu, licentiam alloquendi moniales, *n.* 67 *ad* 70.

An pœnæ statutæ contra regulares alloquentes moniales sine licentia ordinarii locum sibi vindicent, si regulares, sine licentia ordinarii novitias, educandas, et inservientes, quæ in monasteriis cum monialibus degunt, alloquantur, *n.* 71 *et* 72.

An ordinarius regulares alloquentes moniales punire possit aliis pœnis præter illas contentas in decretis sacrorum congregationum, *n.* 73 *et* 74.

Clausuræ nomine quid intelligatur; quando et a quibus violari censeatur; quibus illam ingredi liceat; quid circa eamdem valeat consuetudo, explanatur et variis confirmatur decretis, *art.* 4.

MONIALES QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT EARUM CONFESSARIOS.

Vide *verb.* Confessarius, *art.* 4.

MONIALES QUOAD VARIA MISCELLANEA IPSAS CONCERNENTIA.

Moniales, etiam Clarissæ, tenentur publice in choro, vel privatim officium divinum recitare. Vide *verb.* Moniales, *art.* 6, *n.* 1, 2 *et* 3.

Moniales choristæ an possint, propter imperitiam, officium sororum laicarum recitare, *n.* 4 *et* 5.

Moniales recitando *Confiteor* nihil mutare possunt, *n.* 6.

Moniales Clarissæ, et tertii ordinis quo Breviario uti possint, *n.* 7.

Digitized by Google

Indulgentiæ fratribus concessæ, eorumque ecclesiis extenduntur etiam ad moniales. Vide *verb.* Moniales, art. 6, *n.* 8.

Moniales intra quod tempus teneantur confiteri, et Eucharistiam sumere? et quibus permitti possit communio quotidiana, *n.* 9 *ad* 12.

Moniales nequeunt se inscribi facere in societatibus Rosarii, Chordæ, etc., *n.* 13.

Episcopus potest prohibere regularibus ne missas celebrent in ecclesiis monialium, *n.* 14.

Regulares an possint inservire pro capellanis in dictis ecclesiis, *n.* 15 *et* 16.

Episcopus potest prohibere presbyteris sæcularibus ne celebrent in ecclesiis monialium regularibus subjectarum, *n.* 17.

Capellanus sufficit quod approbetur a superiore monasterii, *n.* 18.

In ecclesiis monialium an, et de cujus licentia sepeliri possint cadavera sæcularium et in casu ad quem spectet officium funeris, *n.* 19 *ad* 22.

Moniales an sepeliri possint in ecclesia exteriori, *n.* 23 *ad* 26.

Moniales nequeunt habere prospectum, nec crates correspondentes in Ecclesia presbyterorum sæcularium vel regularium, *n.* 27.

Moniales nequeunt uti confessionario pro locutorio, *n.* 28.

Alia de fenestella communionis, ac de collocutoriis, *n.* 29 *ad* 40.

Monialium famuli et famulæ a quibus teneantur sacramenta recipere, *n.* 41.

Monialis professio est irrita, si postea fiat hermaphrodita, *n.* 42.

Quid circa fenestras prospectum habentes in clausuram monialium, *num.* 43 *et* 44.

Alia de monialium fenestris ac cellis, *n.* 45 *ad* 56.

Moniales non debent dormire associatæ, *n.* 57.

Moniales uti nequeunt habitu virili, *n.* 58.

Monialibus non committitur clavis custodiæ sanctissimi Sacramenti, nec reliquiarum, *num.* 59 *et* 60.

Monialibus an prohiberi possit dies festus titularis, aut musica in earum ecclesiis, *num.* 61, 62 *et* 63.

Moniales in communi comedere, et laborare debent, nec possunt exteris cibos parare, aut esculenta vendere, *num.* 64 *et* 65.

Moniales completo officio possunt recitare aliquem psalmum, orationem, vel collectam, *n.* 66.

Alia, *num.* 67 *ad* 72.

## MONITORIUM (V, 1125).

Monitorium quid sit, quis possit, vel non, ipsum concedere? et in quibus locis. Vide *verb.* Monitorium, *num.* 1 *ad* 10.

An prælati vere et proprie nullius diœcesis concedere valeant monitorium, *num.* 1 *ad* 3.

Monitoria pro revelandis rebus occultis quando, quibus personis, pro quibus rebus, et a quo concedi, ac promulgari possint, vel non, *num.* 11 *ad* 25.

Ad *num.* 12 *et* 21 *auct.* Vide *ibid. num.* 78 *ad* 83.

Adducitur modus fulminandi excommunicationem monitorii, *num.* 26.

Monitorii vi an quis teneatur seipsum denuntiare. Et quæ personæ, ac res denuntiari possint, ac debeant, vel non, et quando, *num.* 27 *ad* 49.

Detinens mala fide scripturam alienam ad quid teneatur ex vi monitorii, *num.* 50 *et* 51.

Detinens bona fide scripturam alienam an teneatur cum suo, vel aliorum damno ex vi monitorii restituere, *num.* 52 *et* 53.

Detinens scripturam publicam continentem acta in judicio producta, et effecta, vel scripturam communem reo, et actori, vel scripturam ad proprium suum jus spectantem, vel spectantem ad jus, et bona actoris, vel transumptum non authenticum scripturæ ad auctorem spectantis, ad quid teneatur ex vi monitorii, *num.* 54 *ad* 60.

Sciens confidentialiter aliquem detinere scripturam alienam an teneatur vi monitorii revelare, *n.* 61.

Cum quis, ne creditores aliqua sua bona adjudicent, illa vendit in confidentia cuidam amico, renuente venditore satisfacere creditoribus, an teneatur talis amicus vi monitorii illa bona revelare *n.* 62.

Quid si aliquis tempore publicationis monitorii degat extra territorium episcopi excommunicantis, aut revertatur nondum facta tertia promulgatione, aut discedat jam facta prima, *num.* 63, 64 *et* 65.

Quid si reus delicti discedat ante monitorii promulgationem, *num.* 66.

Superiores regulares an possint suos subditos per monitorium citare, *num.* 67.

Regulares an teneantur ex vi monitorii episcopi revelare, *num.* 68.

Quid si obligati ad denuntiandum, non denuntient intra terminum præfixum, *num.* 69 *et* 70.

Monitorium quando expiret, et censura per ipsum contracta a quo absolvi possit, *num.* 71 *ad* 74.

## MONOPOLIUM (V, 1143).

Monopolium unde dictum, quid sit, et quot modis committi possit. Vide *verb.* Monopolium, *num.* 1 *ad* 7, *et num.* 14 *ad* 16.

Mercatores conventione conspirantes, ut nonnisi pretio summo vendant, et nonnisi pretio infimo emant an monopolium committant, et ad quid teneantur, *num.* 8 *et* 9.

Princeps et magistratus an licite concedere possint uni, vel pluribus, uti ipsi soli certas merces vendent, *num.* 10 *et* 11.

Monopolii pœna quæ sit, *num.* 17 *ad* 19. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *n.* 165.

Monopolia super segetibus, leguminibus, olivis, et hujusmodi rigorosis sub pœnis prohibentur, *num.* 12.

## MONTES PIETATIS (V, 1148).

Montes pietatis quid sint; unde originem habuerint; ubi primum, et quorum opera erecti, et an liciti. Vid. *verb.* Montes pietatis, *num.* 1 *ad* 7.

In montibus pietatis tres potissimum leges exsistunt, et assignantur, *num.* 8.

Montium pietatis erectio quomodo, et quibus conditionibus permittatur a summis pontificibus, *num.* 9, 10 *et* 11.

Quid possint, vel non, montis pietatis ministri de ejusdem Montis rebus, ac pecunia disponere, *num.* 12 *ad* 16.

Reprehenditur auctor, *num.* 12, et ad propositum per extensum refertur constitutio *Jamdudum* Benedicti XIII, *num.* 29, *et in nota.*

Montium pietatis tres referuntur species, et de illarum justitia disseritur, *num.* 18 *et seqq.*

## MORGANEGIBA ET MORGENGABA, SIVE MATRIMONIUM AD MORGANATICAM (V, 1165).

Matrimonium sic dictum quid sit, et quo modo regi consueverat. Vid. *hoc verb., per totum.*

## MORIBUNDUS (V, 1165).

Moribundus quæ remedia ad sanitatem facientia respuere possit. Vide *verb.* Moribundus, *num.* 1 *et* 2.

Moribundus quando, et a quo confessario absolvi possit, *num.* 3, 4 *et* 5.

Improbatur assertio auctoris *num.* 4, de sacerdote muto, nutu vel scripta forma absolvente, *in nota.*

Et falsum omnino dicitur quod auctor, *num.* 5, docet posse laicum quemcunque moribundum absolvere a censuris, *in nota.*



Digitized by Google

Moribundo quomodo sit porrigendum viaticum, si adsit periculum vomitus. Vide *verb.* Moribundus, *num.* 6, *et in nota.*

Moribundo puero ad sacram communionem nondum admisso an sit præstandum viaticum, *num.* 7. Sed vide notata, *in nota.*

Quid si moribundus sit communicandus, et desit stola, vel alba, *num.* 8.

Moribundus quo præcepto teneatur viaticum sumere, et quæ formula sit servanda in ipso communicando, *num.* 9 *et* 10.

Moribundo quoties, et in quibus diebus sit præstandum viaticum in eadem infirmitate, et quid si ob tussim, vel aliam causam nequeat illud sumere, *num.* 11 *ad* 15, *et ad num.* 11 *auctor*, vide *notam.*

Pro consecrando viatico dando moribundo an liceat sacerdoti non jejuno celebrare, vel consecrare extra sacrificium, vel consecrare in fermentato, *num.* 16 *ad* 19.

Moribundus Latinus an possit sumere viaticum a sacerdote Græco, *n.* 20.

Moribundo an sit dandum viaticum sub specie vini, si nequeat sumere sub specie panis, *num.* 21.

Moribundis amentibus, vel phrænetis an, et quando sit præstandum viaticum, *n.* 22 *ad* 26.

Moribundis quis dare possit viaticum in defectu parochi, *n.* 27.

Reprehenditur auctor, *num.* 26 *in nota.*

Pro consecrando viatico dando regulari infirmo in aliqua domo privata, an possit ab alio regulari erigi ibi altare portatile, et sacrum peragi, *num.* 28, *et in nota.*

Moribundo, etiamsi non petat, an sit ei dandnm sacramentum extremæ unctionis, *num.* 29.

Moribundus præter confessionem tenetur ad actum contritionis perfectæ, *num.* 30.

Moribundi an possint contrahere matrimonium, *num.* 31.

Moribundus an possit absolvi a sacerdote excommunicato vitando, seu degradato, aut hæretico, *num.* 32 *ad* 35, *num.* 39 *et* 40.

Moribundi ex morte naturali deficere solent in detumescentia maris, *num.* 36.

Alia ad rem. Vide *verb.* Eucharistia, Infirmus, Viaticum.

Adducitur novissima ampliata facultas concessa episcopis pro impertienda benedictione papali moribundis. Et affertur modus eam impertiendi, *n.* 38 *et* 39.

Moribundus quis sit. Viventibus ascribitur, et sanæ mentis reputatur, *num.* 40 *ad* 44.

De confessione moribundi, et quasnam habeat illa probandi vires contra seipsum, contra tertium, vel hæredes tam in civilibus quam in criminalibus, sive ille fuerit judex, sive testis, sive proxeneta contractus Simoniaci, late disseritur, *num.* 45 *et seqq.*

Vide cætera *verb.* Mortis articulus, ubi inter alia *num.* 1 est, quod mortis articulus in servis Dei illustrissimis et sanctimonia conspicius apparere debet.

## MULIER.

Vide *verb.* Femina. Et ad *verb.* Mulier, *num.* 1 *et* 2.

An propter suavium mulier dotem amittat. Vide *verb.* Adulterium, *art.* 3, *num.* 30.

## MULTÆ.

Multæ, seu pœnæ. Vide *verb.* Episcopus, *art.* 6, *num.* 63, et *verb.* Pœna, *art.* 5, *num.* 50.

## MUNDUS (V, 1184).

Mundus unde dictus; quot modis usurpetur in sacra Scriptura, ac apud philosophos et theologos Vide *verb.* Mundus, *num.* 1, 2 *et* 3.

Mundus variis illustratur titulis, qui assignantur, *num.* 4.

Mundus quid sit, et an sit unicus, *num.* 5 *ad* 8.

Mundus quo tempore, et quomodo fuerit creatus, et quid per spatium sex dierum, *num.* 9 *ad* 23.

Adam et Eva quo tempore, quomodo, ex quo, et in quo loco fuerint producti, *num.* 24 *ad* 41.

Adam et Eva qua die præceptum violaverint, ac de paradiso expulsi fuerint, *num.* 42 *ad* 45.

Qualis fuerit arbor, cujus fructus comestio fuit Adamo et Evæ prohibita, *num.* 46 *et* 47.

Cain et Abel quando, et ubi geniti fuerint, et quæ alia fuerit Evæ proles, *num.* 48 *ad* 51.

Adam et Eva e paradiso ejecti quam regionem incoluerint, *num.* 52.

Adam ubi fuerit sepultus. *n.* 53, 54 *et* 55.

Paradisus terrestris unde dictus; quid significet; in qua mundi parte constitutus; quæ ejus longitudo, et latitudo; an adhuc exsistat, *num.* 56 *ad* 62.

Mundi ætates quot sint; et ab orbe condito usque ad Christum natum, quot anni effluxerint, *n.* 63 *et* 64.

Epocha et æra unde dictæ, et quæ sint, *num.* 65.

Epochæ distinguuntur in sacras et profanas, et quæ sint, *num.* 66.

Inter epochas sacras præcipua desumitur a nativitate Christi, et alia est vera, et alia vulgaris, et quando utraque incipiat, *num.* 67, 68 *et* 69.

Epochæ profanæ quæ sint, explicantur, *num.* 70 *ad* 76.

Mundus in quot partes dividatur, et singulæ partes explicantur, *num.* 77 *ad* 87.

Mundi quatuor plagæ principales et venti assignantur, *num.* 88 *et* 89.

Præcipua mundi systemata assignantur, et explicantur, ubi etiam de antipodum exsistentia, ac terræ, cœlique situatione, *num.* 90 *ad* 111.

Mundi, seu terræ quantitas explicatur, et quid accidat circa dierum commutationem circumeuntibus totam terram, *num.* 112 *ad* 116.

Sphæræ nomine quid intelligatur, *num.* 117.

Sphæra potissimum pro artificiali sumitur, et quid sit, et quare sic vocetur. Et quis fuerit ejus inventor, et auctor, *num.* 118 *et* 119.

Hæc sphæra vocatur armillaris, et quare, *num.* 120.

In hac armillari sphæra decem circuli vulgo repræsentantur, sex majores, et quatuor minores, qui assignantur cum suis qualitatibus et differentiis ad invicem, *num.* 121 *ad* 123.

Polus unde dictus, quid significet, *num.* 124.

Polus alter vocatur arcticus septentrionalis, et alter antarcticus meridionalis; quare sic dicti; et quales sint, *num.* 125 *et* 126.

In medio horum polorum pendet terræ globus, et quomodo, *num.* 127.

Axis mundi quid, *num.* 128.

Assignantur et explicantur alii majorum circulorum cardines, *num.* 129 *et* 130.

Primus ex majoribus circulis est horizon, et quid sit, *num.* 131.

Horizon duplex assignatur, et explicatur, *num.* 132.

Meridianus et æquator quid sint, *num.* 133 *et* 134.

Zodiacus quid sit, quæ ejus signa, quomodo vocentur, quot gradus contineant; et quid sit gradus, et quod minuta contineat, *n.* 135, 136 *et* 137.

Sol quot gradus percurrat quolibet integro anno, *num.* 238.

Dicta signa Zodiaci peculiaribus figuris imprimuntur, quæ assignantur, *num.* 139.

Hæc duodecim signa dividunt zodiacum in duodecim partes correspondentes duodecim mensibus anni, et dantur versus cum sua explicatione ad sciendum quonam die mensis ingrediatur sol quodlibet signum, *num.* 140.

Digitized by Google

In medio Zodiaci est dicta linea quædam, quæ vocatur ecliptica, seu orbita solis; quid sit, et quare sic appelletur. Vide *verb.* Mundus, *num.* 141.

Eclipsis solis quando fiat in ipsa ecliptica, et an esse possit universalis, *num.* 142 *et* 143.

Eclipsis lunæ quando fiat, et an esse possit universalis, *num.* 144 *et* 145.

Coluri quid sint, unde dicti, quomodo vocentur; *num.* 146, 147 *et* 148.

Minores circuli sint ambo tropici, et ambo polares, *num.* 149.

Tropici unde dicti, et cur unus vocetur Tropicus Cancri, et alter Tropicus Capricorni, *num.* 150.

Circuli Polares unde dicti, et cur unus vocetur arcticus, et alter antarcticus, *num.* 151.

Quid de habitantibus sub istis polaribus circulis, *num.* 152.

Dicti quatuor circuli minores dividunt mundum in quinque partes, seu zonas, quæ assignantur, et explicantur, *num.* 153 *ad* 156.

Ex diversa habitudine æquatoris ad horizontem divitur sphæra in rectam, obliquam et parallelam, et singulæ explicantur, ubi etiam de habitantibus in ipsis, *num.* 157 *ad* 164.

Cœlum unde dictum, quid et quotuplex sit, *num.* 165 *ad* 171.

Astrum quid sit, *num.* 172.

Astra alia sunt fixa, et alia errantia; fixa vocantur stellæ, et errantia appellantur planetæ, et quare, *num.* 173 *et* 174.

Planetæ a fixis stellis tripliciter distinguuntur, et assignatur quomodo, *num.* 175.

Stellarum fixarum quanta ab astrologis et mathematicis assignetur multitudo, *num.* 176.

Stellæ fixæ distinguuntur ab astrologis et astronomis in sex classes diversæ magnitudinis, et assignantur. His additur septima classis aliarum stellarum exiguarum, inter quas sunt illæ viæ Lacteæ. Et hæc via Lactea unde sic dicta, *num.* 177 *et* 178.

Planetæ quot sint, et quæ eorum magnitudo, *num.* 179, 180 *et* 181.

Assignatur tempus, quo planetæ, et stellæ fixæ suam complent circulationem, *num.* 182.

Traditur modus discernendi planetas inter se, *num.* 183.

Usque nunc dicta de numero, magnitudine, et motu stellarum, planetarum, de diversitate cœlorum, et ambitu terræ, quomodo credenda, *num.* 184.

Concilium de transeundo a contemplatione mundi astronomicæ, ad acquisitionem empyrei, ac paradisi beatorum, et ad rem afferuntur varia de mundi contemptu, *num.* 185 *ad* 190.

Ad uberiorem mundi notitiam afferuntur quæ de mundo muliebri in scriptura, et de iure habentur, *num.* 191.

Mundus muliebris quis dicatur, et unde nomen desumat, *num.* 192.

Mundi muliebris nomine, et mundo muliebri legato quæ contineantur, et quæ non, *num.* 193 *et* 194.

Ad complementum additur, quod mundus regitur auctoritate pontificia et regali potestate, *num.* 195.

Roma an posita sit in medio mundi, *n.* 196.

Ad tyronum eruditionem subnectuntur hic nomina cum sua significatione præcipuarum partium mathematicæ, seu mathesis; cujus primogenitæ sunt tres, nempe arithmetica, geometricæ, et statica, et singulæ explicantur quoad eorum partes, *n.* 197 *ad* 201.

Primis mathematicis succedunt secundæ, nempe cosmographia et mechanica, optica, et musica, et explicantur quoad singulas partes cum suis divisionibus, *num.* 202 *ad* 210.

Secundis mathematicis succedunt tertiæ, quæ sunt chronologia, gnomonia, architectura, navigatoria, et ars militaris; et istæ quoad singulas quoque earum partes explicantur, *num.* 211 *ad* 216.

Innumeris scatere dicitur erroribus auctor in hoc *art.* et singulariter reprehenditur in his quæ de paradiso terrestri, *num.* 56 *ad* 62, habet; item in eo quod de Henoc asserit, *num.* 62, quod habet de nativitate Domini, *num.* 69, de mundi systematibus, *n.* 90 *ad* 104, et de rotunditate terræ, *num.* 105, *num.* 217 *ad* 222.

## MUNERA.

Munera, seu dona. Vide *verb.* Xenia.

## MUSICA, MUSICUS (V, 1260).

Musica quid sit. Vide Mundus, *num.* 202, 209 *et* 210.

Musica dividitur in vocalem et instrumentalem. Vocalis continet melopeam, rhythmicam, et poeticam; instrumentalis continet encordicam, pneumaticam et erusticam, *num.* 209.

Musica in ecclesiis est de jure permissa, quid possit circa ipsam episcopus prohibere, vel non. Vide *verb.* Musica, *num.* 1 *ad* 5.

Musica an liceat in officio Quadragesimæ, *n.* 6 *et* 7, et *verb* Resolutiones sacrarum congregationum.

Alia quoad moniales circa musicam et plura circa musicos ipsos, *num.* 8 *ad* 18.

Organorum usus quando incœperit in ecclesiis; et an pulsari possint in missis defunctorum, *n.* 19 *ad* 21 et *verb.* Missa, *art.* 14, *num.* 32.

Pro complemento afferuntur quædam ex sapienti Tostato, *num.* 22.

Musici instrumenti sonatores Christiani prohibentur inservire in infidelium solemnitatibus, *num.* 23.

Cantus musicus an in usu in omnibus ecclesiis fuerit, *num.* 24 *et* 25.

Concilium Tridentinum musicam prohibere proposuit, *num.* 26.

Plures Romani Pontifices musicæ periti fuerunt, *num.* 27.

Musica instrumenta in Veteri Testamento adhibebantur, et nunc in Ecclesia permittuntur, *num.* 28 *et* 29.

Musica in ecclesiis improbatur tempore majoris hebdomadæ, *num.* 30.

Quoad alia, Vid. *verb.* Cantiones.

## MUTUS.

Mutus potest contrahere matrimonium. Vide *verb.* Matrimonium, *art.* 1, *num.* 26.

## MUTUUM (V, 1265).

Mutuum unde dictum, quid sit, et qui mutuum dare, vel accipere possint. Vide *verb.* Mutuum, *num.* 1 *ad* 3.

Civitas, Ecclesia, aliaque loca pia an teneantur ad restituendum, vel solvendum mutuum, quoad eorum rectores vel administratores acceperunt, *num.* 4 *et num.* 59 *et seqq.*

Filii, vel filiæ familias, si absque parentum consensu pecuniam mutuo acceperint, neque ipsi, neque eorum parentes teneantur ad mutui restitutionem, exceptis aliquibus casibus, qui assignantur, *a num.* 5 *ad* 19.

Sed vide ad *num.* 18 auctor, *n.* 68.

Pupillus si mutuum accipiat, an, et quando teneatur ad restitutionem, *num.* 20.

Emendatur auctoris sententia, qua asserit mutuare indigentibus esse consilium, *in not. ad num.* 56.

Mutuans non potest aliquid ex mutuo exigere, et si exigat, usuram committit, et assignantur aliqui casus, in quibus mutuans potest usuram committere, *num.* 21 *ad* 32, *et in nota ad num.* 36.

Digitized by Google

Mutuans potest sine labe usuræ aliquid ultra sortem exigere ratione lucri cessantis, vel damni emergentis, vel ratione periculi sortem amittendi, vel ratione pœnæ conventionalis. Vide *verb.* Mutuum, *num.* 33 *ad* 38.

Sed vide ad *num.* 36 auctoris *in nota add. vers.* Deinde invaluit.

Et ad *num.* 37 auctoris, vid. *in nota.*

Mutuatarius, qui non pecuniam, sed alias res mutuatus est, et eas quales esse debent, non reddit, aut eas non reddit in tempore, seu loco convento, ad quid teneatur, *num.* 39 *ad* 43.

Mutuans accepto pignore a mutuatario cum pacto, ut interim fructus pignoris lucretur, nisi adsit alius titulus, usuram committit, et assignantur tales tituli percipiendi licite fructus ex pignore sine diminutione sortis, *num.* 44 *ad* 48.

Contractus ille, qui vulgo dicitur *a godere*, quomodo possit esse licitus, *num.* 49.

Qui recusat mutuare pecuniam, sed ipsam tradit indigenti dicendo quod emit ab ipso suas vaccas, et easdem ei locat pro pensione annua ei solvenda, an usuram committat, *num.* 50.

Notatur auctor hoc loci, *in nota.*

Excusatur ab usura, qui a se mutuum petenti tradit pecuniam, dicendo quod talis pecunia conducit suas operas ad futuram messem, seu vindemiam, *num.* 51.

Regulares non possunt accipere pecuniam mutuo, vel ad cambium cum solutione alicujus lucri, vel cum obligatione bonorum, *num.* 52.

De mutuo publico, quod ex publica necessitate exigit princeps a civilibus, *n.* 69.

Alia ad rem. Vide *verb.* Usura.

## N

### NADIR.

Nadir quid sit, et significet. Vide *verb.* Mundus, *num.* 129.

### NATALIS, NATALE (V, 1285).

Nomen hoc olim anniversariæ rerum seu lætarum seu tristium commemorationi tributum, deinceps lætis tantum festis datum fuit; Vid. *verb.* Natalis, *num.* 1 *et* 2.

Natalis calicis, papæ, episcoporum quid sit, et explanatur, *num.* 3 *ad* 5.

Quid sit etiam natalis cathedræ, basilicæ, et sanctorum, *num.* 6 *ad* 10.

Natalis sanctorum ex dedicatione templi sub eorum nomine dicebatur, unde sedulo videndum quid ea denominatione significetur, *num.* 11 *et* 12.

### NAUFRAGIUM, NAUFRAGANTES (V, 1290).

Per naufragium quid intelligatur. Vide *verb.* Naufragium, *num.* 1.

Naufragantium bona quamvis in mare dejecta remanent adhuc de jure suorum dominorum, et quid contra reperientes, retinentes, et non restituentes, *num.* 2 *ad* 9.

Piscatores magno eorum periculo naufragantium bona recuperantes possunt aliquid jure exigere, et ad id vocati a patronis navium in ditione pontificia lucrantur quartam partem bonorum, et aliquas indulgentias pro ipsis concessas, et renuentes auxilium præstare incurrunt crimen læsæ majestatis, *n.* 10 *ad* 14.

Qui Christianos naufragantes, vel navigantes spoliare præsumunt, incurrunt excommunicationem, *num.* 15 *et* 16.

Si in periculo naufragii dejiciantur in mare aliquorum mercatorum merces, et aliæ plurimæ aliorum mercatorum præserventur, vel dominus navis sæviente tempestate anchoras, vel alias partes navis amiserit, an, et quando fieri debeat compensatio, *num.* 17 *ad* 23.

Quid quando navis a pirata capta magno pretio redimatur, *num.* 24 *et* 25.

Quænam requirantur ut vectores reliqui teneantur post jactum mercium ad contributionem ex lege Rhodia de jactu, *num.* 25 *ad* 30.

Quinam ex jactu contribuant, quomodo contribuatur, et agatur pro contributione, *num.* 31 *ad* 34.

Lex Rhodia de jactu ob simile damnum ad quæ extendatur, *num.* 35.

### NAUTICUM FENUS (V, 1295).

Nauticum fenus quid sit, et quæ hujus contractus natura. Vid. *verb.* Nauticum fenus, *num.* 1 *ad* 12.

Quæ requirantur ad hujusmodi contractus validitatem; in quot dividatur species quæ exponuntur, *num.* 13 *ad* 15.

Justiniani leges de maritimis usuris intra certos limites cohibendis, *num.* 16 *ad* 20.

Nostris temporibus de hac re quæ sit doctorum opinio, *num.* 21, 22.

An Nauticum fenus usura sit, *num.* 23 *ad* 40.

Quinam contractus huic sint affines, *num.* 41 *et* 42.

### NECESSITAS (V, 1324).

Necessitas alia est medii, alia præcepti, alia medii, et præcepti simul, et quælibet explicatur. Vide *verb.* Necessitas, *num.* 1 *ad* 4.

Necessitas proximi sive spiritualis, sive corporalis triplex assignatur, et explicatur, *num.* 5 *ad* 11.

Alia hujus triplicis necessitatis clarior descriptio. Vide *verb.* Eleemosyna *per tot.*

In extrema, vel gravi, vel communi necessitate qualis obligatio vigeat, vel non, et satis clare explicantur circa quemcunque personarum statum obligationes, *num.* 13 *ad* 37.

Sed ad *n.* 15 auctoris vid., *in nota.*

Definitur, dividiturque necessitas, deinde quinam sit illius favor enarratur quoad varias legum species, *num.* 38 *et seqq.*

Necessitas se abstinendi a residentia quæ debeat esse. Vide *verb.* Canonicus, *art.* 5, *n.* 35, *verb.* Episcopus, *art.* 3, *n.* 5, et *verb.* Parochus, *art.* 2, *num.* 40.

Necessitas pro alienandis rebus ecclesiasticis quæ esse debeat. Vide *verb.* Alienatio, *art.* 3, *num.* 1.

### NECROMANTIA

Necromantia quid sit. Vide *verb.* Superstitio, *n.* 15.

### NEGOTIATIO.

Negotiatio quando, et quomodo prohibita clericis et religiosis. Vide *verb.* Negotiatio, *num.* 1 *ad* 13 et *verb.* Clericus *per tot.*

### NEOPHYTI (V, 1332).

Neophyti ad sacros ordines non sunt promovendi, nisi prius de eorum constantia in fide constiterit, et quantum temporis ad id requiratur. Vide *verb.* Neophytus.

Varia hujus vocis Neophyti significatio. Vide *art. nov.* a theologo censore allaboratum, *num.* 1 *et* 2.

Eorum privilegia, *num.* 3.

Collegii neophytorum institutio, ejusque privilegia, *num.* 4. Hinc calumniæ refelluntur protestantium in sedem apostolicam, *num.* 5.

Venetiis ad arbitrium nuntii possunt contrahere matrimonium cum fideli, variis concurrentibus circumstantiis absque interpellatione compartis infidelis, *num.* 6 *et* 7.

Non possunt dare libellum repudii uxori in judaismo perseveranti, et quibus pœnis, si id egerint, plectendi sint, *num.* 8.

Non sunt cogendi ad dotis restitutionem, si uxor infidelis cohabitare renuat sine Creatoris contumelia, *a num.* 9 *ad num.* 37, ubi hæc quæstio serio discutitur.

Digitized by Google

NOMINATIO.

Nominatio ad beneficia quid, et quotuplex sit, et in quo differat ab electione. Vide *verb.* Electio, *art.* 1, *num.* 8.

NOMINA.

Nomina affinitatis et consanguinitatis. Vide *verb.* Affinitas, *art.* 1, *num.* 15.

NONÆ.

Nonæ unde dictæ, et quid sint. Vide *verb.* Kalendarium, *num.* 30 *ad* 33.

NOTARIUS (V, 1348).

Notarius cum creatur quid jurare soleat. Vide *verb.* Notarius, *num.* 1.

Notarios examinandi facultas cui competat, *n.* 2 *et* 3.

Notarii tenentur referre episcopo legata testamentorum ad pias causas intra mensem, et tenentur ex officio ea revelare etiam nemine requirente, *n.* 5 *et* 6.

Notarii fori ecclesiastici tenentur intra mensem dare copiam appellanti, si petat, *num.* 7.

Notarii tenentur intra mensem revelare legata facta fabricæ Sancti Petri, et dispositiones factas in favorem sacræ domus Lauretanæ, *num.* 8, 9 *et* 10.

Notarii facientes instrumenta usurariorum, vel contractuum illicitorum, quibus pœnis subjiciantur, *num.* 11 *et* 12.

Laici possunt esse notarii in causis ecclesiasticis, *num.* 13 *et* 14.

Episcopus in quibus litibus possit prohibere notariis laicis, ne officium suum exerceant, *num.* 15 *et* 16.

Notarii curiæ episcopalis quam mercedem accipere possint pro scripturis, ad quæ teneantur, et quibus exemptionibus gaudeant. Vide *verb.* Cancellarius, *per tot.*

Episcopus quibus notariis uti possit, ac debeat, *num.* 19 *et* 20.

Terminus mensis a concilio Tridentino in *sess.* 24, *cap.* 20, *vers.* Præterea : præfixus notario suffraganei ad dandum acta, potest a metropolitano abbreviari, *num.* 48.

Non potest episcopus præcipere, ut judices synodales in causis sibi delegatis uti tantum debeant opera notariorum curiæ episcopalis, *num.* 49.

Instrumentum depositi rogari potest a quolibet notario ad arbitrium monialium, dummodo exhibeatur copia authentica in Cancellaria Ordinariorum, *num.* 50.

Notarius exsul ab Urbe ob defectus in officio commissos non debet admitti in tribunalibus Ordinariorum, *num.* 51.

Non potest episcopus prohibere, ne cæteri notarii, præter solum cancellarium episcopalem, possint rogari de instrumentis, quæ commodum locorum piorum concernunt, *num.* 52.

Notarius episcopi non potest assistere simul cum eo, nec admitti ad conscribendum actum electionis abbatissæ monasterii subjecti regularibus, sed notarius, seu secretarius superioris tantum, *num.* 53 *et* 55.

Notario curiæ episcopalis non tenentur uti conservatores regularium, sed possunt assumere quemque benevisum, *num.* 54.

Generales et provinciales religionum, et inquisitores, quas personas possint in notarios assumere, *num.* 21, 22 *et* 23.

Notarii omnes omnia gratis pro officio sacræ Inquisitionis expedire tenentur, *num.* 24.

Clerici tum sæculares, tum regulares, an, et quando, et pro quibus possint esse notarii. Vide *verb.* Clericus, *art.* 3, *num.* 64.

Notarii, seu tabelliones peccant in pluribus casibus, qui assignantur, *num.* 26.

Notariatus officium an sit vile, vel nobile, *num.* 27 *ad* 34.

Notario sibi obviam venienti Carolus V caput inclinavit, et quare, *num.* 35.

Notariatus apostolicus quibus concedatur, et assignatur modus pro illo petendo, et obtinendo, *n.* 36.

Protonotariatus apostolicus ut impetretur a papa, vel ab alio, quid requiratur, *num.* 37.

Protonotarii an, et quando exempti sint a jurisdictione ordinarii, et quibus privilegiis gaudeant. Vide *verb.* Protonotarius.

Notarii status Mediolanensis, ac ditionis regis Sardiniæ ad quid teneantur, *num.* 39 *ad* 42.

Notarii exsequentes litteras apostolicas offendi prohibentur sub pœna excommunicationis, *num.* 43.

Expedientes inhibitiones vigore appellationis in casibus non permissis infamiam, et inhabilitationem incurrunt, *num.* 44.

Item expedientes monitoria in causis ultra Montes absque speciali judicio rescripto, *num.* 45.

Item recusantes exsequi citationes, ac mandata sedis apostolicæ, et curiæ Romanæ, aut alias exsecutionem impedientes, *num.* 46.

Agitur de attestatione notarii circa rasuram instrumenti, quæ regulariter suspectum illud reddit, *num.* 56 *ad* 61.

An, et quando notarius possit corrigere errorem, *num.* 62 *et* 63.

De instrumentis confectis a notario falsi damnato, *num.* 64 *ad* 66.

Notarius arbitrarius potest assumi a monialibus pro rogandis suis instrumentis. Vide *verb.* Moniales, *art.* 2, *num.* 22.

NOTORIUM (V, 1358).

Notorium quid sit, et quare sic dictum. Vide *verb.* Notorium, *num.* 1 *et* 2.

Manifestum prout distinguitur a notorio quid sit, *num.* 3.

Publicum quid sit, et quando differat a manifesto, *num.* 4.

Manifestum quomodo differat a fama et rumore, *num.* 5.

Fama duplex assignatur, et explicatur, *n.* 6.

Rumor quid sit, et quomodo differat a fama, *num.* 7 *ad* 11.

Occultum duplex assignatur, et explicatur, *num.* 12.

Definitur item notorium, illudque distinguitur a manifesto, evidenti, publico ac noto, *num.* 28 *ad* 33.

Notorium est triplex, id est juris, facti et præsumptionis, et quodlibet explicatur, *num.* 13 *ad* 16.

Notorium facti adhuc est triplex, scilicet permanentis, transeuntis et interpolati ; et quodlibet explicatur, *num.* 17 *ad* 20.

Ad hoc ut aliquod factum dicatur notorium notorietate facti, quid requiratur ac sufficiat, *num.* 21 *ad* 23.

Rejicitur distinctio notorii in juris et facti, *num.* 33.

In factis vere notoriis, quomodo judex procedere possit, et an in ipsis detur appellatio, *num.* 24 *ad* 27.

Notorium an, et quomodo probationem in judicio admittere possit, necnon, *num.* 34.

Effectus notorii describuntur, *num.* 35 *ad* 37.

NOVITIATUS, NOVITIUS, NOVITIA (V, 1364).

Novitiatus annus ad quid institutus, quando incipiat. Vide *verb.* Novitiatus, *num.* 1 *et* 2 et alia plura ad rem. Vide *verb.* Annus probationis.

Novitiatus an fieri possit partim in uno, et partim in alio conventu, *num.* 4.

Digitized by Google

Novitios ad habitum recipere ad quem spectet. Vide verb. Novitiatus, num. 5, 6 et 7.

Novitii in ordine fratrum Minorum de Observantia quomodo admittendi ad professionem et quandiu paritate votorum, aut si religiosi absque legitima causa denegent suffragium, num. 8, 9 et 10.

Novitii an teneantur ad statuta religionis, quibus casibus reservatis subjiciantur, et a quo confessario possint a dictis casibus absolvi, num. 11 ad 17.

Novitii et novitiæ in articulo mortis possunt professionem emittere nondum completo anno novitiatus, num. 18 et 19.

Novitii et novitiæ quibus privilegiis gaudeant, num. 20 et 21.

Novitii soli in choro recitantes de more horas canonicas satisfaciunt præcepto loco professorum, num. 22.

Si novitius sit clericus, et habeat beneficium, quid de ipso sit disponendum, num. 23 ad 29.

Novitii ad validam bonorum, ac jurium suorum renuntiationem faciendam quid observare debeant, num. 30 ad 41 et num. 110 et 112.

Novitii an possint eleemosynas, ac donationes facere, num. 42.

Novitii Societatis Jesu an possint valide renuntiare sine licentia episcopi, et non servata forma concilii, nec exspectato bimestri proximo ante professionem, num. 43 et 44.

Novitii Societatis Jesu, si dimittantur, an possint a dicta Societate alimenta prætendere, num. 45.

Novitius habens beneficium ecclesiasticum an et quomodo possit illud renuntiare, num. 46.

Ut donatio facta a novitio sit firma, quid requiratur, num. 47 et 48.

Quid si novitius renuntiaverit legitimam, et emissa professione sit factus episcopus, num. 49.

Novitius an et quando possit testamentum condere vel revocare, et quid in ipso disponere possit, n. 50 ad 55.

Dantes vel recipientes aliquid pro monasterio in quo adest novitius (excepto victu et vestitu) sive donationis, sive convivii causa, quibus censuris subjiciantur, num. 56 ad 63, et verb. Moniales, art. 2, num. 52, verb. Simonia, art. 1, num. 20.

Moniales an accipere possint dotem ante novitiarum professionem, num. 64 et 65.

Novitio egredienti, vel ejecto a religione quid sit restituendum; et ipse quid solvere debeat, num. 66 ad 70.

Dos novitiæ decedentis ante professionem cui, et quomodo restituenda, num. 71 et 72.

Licentia episcopi, seu ejus vicarii requisita pro renuntiatione facienda a novitio intra duos menses proximos ante professionem quando intervenire debeat; et quis eam concedere possit, vel non, n. 73 ad 78.

In dotis renuntiatione facienda non est necesse servare formam laicorum statuto præscriptam; neque, ut sit valida, requiritur quod fiat a novitio integro bimestri ante professionem; et quomodo sit computandum tale bimestre, num. 79, 80 et 81.

Alia de dotis renuntiatione, num. 82 ad 85.

Deferre habitum novitiorum an sit de essentia et necessitate anni probationis ad validitatem professionis, num. 86, 87 et 88.

Novitii etiam Societatis Jesu, quo titulo promoveri possint ad sacros ordines; et an possint ordinari a suis superioribus regularibus abbatibus, n. 89 ad 95.

Novitii post professionem collocandi sunt in professorio, seu conventu secundi novitiatus in quo, sicut et in aliis novitiatibus, est observanda vita communis, num. 96 et 97.

Adducuntur decreta super receptione et educatione novitiorum a Clemente VIII edita, num. 98.

Adducitur insuper decretum Innocentii XI super conventibus novitiatus, et recollectionis Minorum de Observantia, et super iis quæ in iisdem conventibus servari debent, num. 99.

Alia. Vide verb. Approbatio, art. 1, num. 2, verb. Annus probationis, verb. Habitus, verb. Professio.

Receptus pro laico, seu converso an possit transire ad statum clericalem. Vide verb. Professio, num. 88, verb. Transitus, num. 5.

Novitii in quibus instruendi, num. 102.

Ex quodam nostri ordinis novitio originem habuit devotio Coronæ beatissimæ virginis Mariæ septem decadum in honorem suorum septem gaudiorum, num. 103.

Novitii regulares admitti debent juxta formam decretorum Clementis VIII et constitutionem ordinum peculiarium, nec sine gravi casu minuendum est ipsis probationis tempus, num. 104.

Novitiatus expleri debet in cœnobio ad institutionem novitiorum designato sub pœna nullitatis professionis, num. 105.

An abbates quibus jus est conferendi primam tonsuram et minores ordines subditis suis regularibus, possint eos conferre novitiis, num. 106 ad 108.

Et utrum sub negativo responso primæ tonsuræ, et ordinum Minorum novitio facta collatio sit tantum illicita, an etiam invalida, num. 109.

Licentia ordinariorum, quæ ex constitutione concilii Tridentini sess. 25, cap. 16 *De regularibus*, requiritur in renuntiationibus novitiorum, est de forma, ita ut lapsus triginta annorum non juvet ad præsumendam illam nec eidem juramento possit renuntiari, num. 110 ad 112.

Quid si ipsa licentia enuntiata in instrumento renuntiationis, minime reperiatur, num. 113 ad 115.

## NOX.

Nox quid sit. Vide verb. Kalendarium.

## NUMMUS.

Vide verb. Emptio, art. 1, num. 7 et 8.

## NUNDINÆ (V, 1401).

Nundinæ quænam sint. Vide verb. Nundinæ, n. 1 ad 3.

Nundinæ quoad dies festos. Vide num. 4 ad 5.

Nundinæ in civitate Senogalliæ celebrari jubentur per septemdecim postremos dies mensis Julii cum privativa, exemptionibus et privilegiis, n. 6.

## NUNTIUS.

Vide verb. Nuntius, num. 1 et seqq., et verb. Legatus.

## NUPTIÆ (V, 1482).

Nuptiæ unde dictæ. Vide verb. Nuptiæ, num. 1.

Feminæ dum maritantur, cur velentur, n. 2.

In nuptiis quare a sponso detur annulus sponsæ, et inferatur in quarto digito, num. 3.

Veritas nuptiarum in quo consistat, n. 4.

Nuptiæ terram replent, virginitas paradisum, num. 5.

Nuptiæ secundæ permittuntur ut licitæ, num. 5.

In nuptiis non debent Christiani saltare, et alia similia facere, num. 6.

Nuptiarum solemnitas quibus temporibus fuerit prohibita jure veteri, et quibus sit jure novo; et an hæc prohibitio licite fieri possit ab Ecclesia, num. 7 ad 12.

Quoad nuptiarum benedictionem. Vide verb. Benedictio, art. 4.

Traductio privata uxoris ad domum viri, et consummatio matrimonii, ejusque denuntiationes an fieri possint tempore, quo nuptiæ celebrari nequeunt, num. 13 et 14.

Per nuptias prohibitas quid intelligatur, num. 5 ad 17.

Mater transiens ad secundas nuptias privatur tutela filiorum prioris matrimonii et perdit etiam curatelam eorum; secus de patre, num. 18, 19 et 20.

Digitized by Google

Parentes transeuntes ad secundas nuptias quando amittant hæreditatem, et legitimam filiorum præmortuorum. Vide *verb.* Legitima, *num.* 33.

Nuptiarum ritus superstitione infecti fidelibus Indis prohibentur, *num.* 21.

Nuptiarum tempora ab Ecclesia præscripta sunt observanda etiam in regno Serviæ, et finitimis regionibus, *num.* 22.

Nuptiis infidelium, quæ temporibus vetitis celebrantur non prohibentur fideles assistere, dummodo fieri possit absque Creatoris injuria et offensione fidelium, *num.* 23.

Secundæ, tertiæ ac ulteriores nuptiæ sunt fidelibus permissæ, sed minime benedicuntur, nisi primæ non fuerint benedictæ, *num.* 24.

Secundæ nuptiæ impedimento sunt, ne quis promoveri possit ad ordines sacros, etiam in ecclesia Græca in qua diaconis et presbyteris prohibentur sub pœna nullitatis, et depositionis ab ordine, *num.* 26 *et* 27.

Late de secundis nuptiis agitur, *num.* 29 *et seqq.*

Et primo disseritur in quibusdam secundæ nuptiæ differant a primis, *num.* 29 *ad* 34.

Errant qui secundas nuptias odiosas credunt, et varias earum pœnas recensent, non animadvertentes pœnas illas propter nuptias secundas non dari, sed propter nimiam ad eas festinationem, vel propter liberi prioris matrimonii quæsitam injuriam, *num.* 38.

De juris ratione in anno luctus antequam mulier ad secundas convolet nuptias, *num.* 39 *ad* 41.

Pœnæ recensentur in quibus incurrit mulier nubens intra annum a die defuncti mariti, *n.* 42 *ad* 47.

Quid addiderit Justinianus in casu quo vidua undecimo post mense nubat a morte mariti, *num.* 48 *et* 49.

Mulier, quæ intra annum luctus impudice vivit nec tamen parit, sed diu post luctum, præfatis pœnis non subjicitur, *num.* 50.

Quibus in casibus mulier nubens ante annum luctus elapsum in pœnas non incidat, *num.* 51.

Recensentur pœnæ, quas incurrit mulier secundo nubens, in favorem et commiserationem filiorum stabilitæ, *num.* 52 *ad* 55.

Quid egerit jus canonicum hac in re pœnali, *num.* 56 *ad* 58.

Alia ad rem. Vide *verb.* Benedictio, *art.* 4, et *verb.* Uxor, *num.* 42.

NURUS.

Nurus quæ sit. Vide *verb.* Affinitas, *art.* 1, *num.* 16.

O

OBEDIENTIA.

Vide *verb.* Votum, *art.* 2, *num.* 10 *ad* 24.

Obedientia debita quando sufficiat pro se absentando a residentia. Vide *verb.* Canonicus, *art.* 1, *num.* 36; *verb.* Episcopus, *art.* 2, *num.* 6; *verb.* Parochus, *art.* 2, *num.* 41.

OBLATI MONASTERIORUM (V, 1411).

Oblati et donati, quando gaudeant privilegio fori, et immunes sint ab episcopi jurisdictione. Vide *verb.* Oblati monasteriorum, *per tot.*

OBLATIONES (V, 1412).

Oblationes dupliciter sumi possunt, assignantur, et explicantur. Vide *verb.* Oblationes, *num.* 1, 2 *et* 3.

Triplex oblationum species assignatur, et explicatur, *num.* 4.

Oblationum usus quando incœperit, *num.* 5.

Oblationes non debentur ex præcepto, nisi in quatuor casibus qui assignantur, *num.* 6 *ad* 10.

Ad hoc ut consuetudo faciendi oblationes obliget quid requiratur, *num.* 11 *et* 12.

Oblationes ex consuetudine vetusta necessarias evadere posse ut dicit auctor, *num.* 11, confirmatur contra Jacobum de Lalande, *num.* 49 *et* 50.

An oblationes difformiter præstitæ consuetudine necessaria evadere queant, *num.* 51.

Oblationes factæ intra ecclesiam parochialem, vel intra limites parochiæ, et illæ quæ fiunt oratoriis, capellis, et imaginibus depictis in pariete domus alicujus personæ privatæ, ad quem spectent, *num.* 13 *ad* 21.

Oblationes, quæ fiunt tempore jubilæi, vel anno sancto in ecclesia cathedrali, seu imaginibus intra ecclesiam, vel parochiam exsistentibus, ad quem spectent, *num.* 22, 23 *et* 24.

Oblationes, quæ fiunt in ecclesiis regularium, spectant ad ipsos, *num.* 25 *et* 26.

Parochi possunt in altari post offertorium oblationes recipere, et etiam ab altari recedere ad recipiendas oblationes mulierum, *num.* 27 *et* 28.

Sacerdotes novi in primis missis possunt oblationes recipere, *num.* 29 *et* 30.

Alia plura ad rem adnotantur, et designatur quando, et in quibus locum habeat, vel admittatur oblatio major, *num.* 31 *ad* 48.

OBREPTIO.

Obreptio quid sit, et in quo differat a subreptione. Vide *verb.* Rescriptum, *num.* 28 *et* 29.

OBSERVANTIA VANA.

Vide *verb.* Superstitio, *num.* 41 *ad* 64.

OBSTETRICES (V, 1423)

Obstetrices unde dicantur, ad quid teneantur, et a quo examinari debeant. Vide *verb.* Obstetrices, *num.* 1 *ad* 5.

Baptizati ab obstetricibus quando sint rebaptizandi, vel non, sub conditione, *num.* 6, 7 *et* 8.

Obstetrices Ægyptiæ in responsione data Pharaoni non sunt culpabiliter mentitæ, *num.* 9.

Obstetrices, antequam ad officium admittantur, sunt serio ac diligenter instruendæ a parochis de baptismo infantibus in casu necessitatis conferendo cum vera materia, forma et intentione, *num.* 5.

Quid probet obstetrix quoad virginitatem puellæ, vel quoad illius defectum, *num.* 12.

Falluntur ii qui septem obstetrices requirunt, ut referri possit de Virginitate, vel illius defectu in muliere, *num.* 13.

OCCASIO PECCANDI (V, 1425).

Occasio peccandi duplex assignatur, et explicatur. Vide *verb.* Occasio peccandi, *num.* 1 *et* 2.

Periculum peccandi aliud est proximum, et aliud remotum, et quare dicatur proximum, *num.* 3 *et* 4.

Periculum proximum aliud est formale, et aliud materiale; rursus formale aliud est extrinsecum, et aliud intrinsecum et quodlibet explicatur, *num.* 5, 6 *et* 7.

In occasione proxima vel remota peccandi positus quando absolvi possit, vel non, *num.* 8, 9 *et* 10.

Consuetudinarii seu recidivi quando sint absolvendi, vel non, *num.* 11 *ad* 14.

Ad *num.* 12 auctor., vid. *in nota.*

OCCIDENS.

Occidens ubi sit. Vide *verb.* Mundus, *num.* 88.

OCCISIO.

Vide *verb.* Homicida, Homicidium.

OCCULTATIO (V, 1429).

Occultatio fidei cum simulatione Mahumetismi damnatur præsertim in judicio. Vide *verb.* Occultatio, *num.* 1 *et* 2.

Digitized by Google

Occultantes fidem tali simulatione excluduntur a sacramentis in vita, et a suffragiis in morte. Vide *verb.* Occultatio, *num.* 3.

Cætera quoad occultantes fidem et simulantes Mahumetismum. Vid. *num.* 4 *ad* 6.

Occultatio defectus in actu professionis an officiat pro nulla declaranda ipsa professione, *num.* 7.

## OCCULTUM.

Vide *verb.* Notorium.

## OCCUPATIO.

Occupatio pro acquirendo rerum dominio. Vide *verb.* Dominium, *art.* 3. *num.* 6 *ad* 35.

## OCTAVÆ (V. 1430).

Octavarum usus quando et quomodo introductus in Ecclesia. Vide *verb.* Octava, *num.* 1 *et* 2.

Octavarii numeri in triplici sensu triplex mysterium assignatur, *num.* 3 *ad* 6.

Quid si dies octavæ occurrat cum duplici majori per annum, *num.* 7.

Infra octavam Paschæ, Pentecostes, Epiphaniæ, Corporis Christi, Nativitatis Domini, quæ officia, vel missæ prohibeantur, *num.* 8 *ad* 11.

Infra octavas non privilegiatas, de quibus possit fieri officium, vel non, *num.* 12.

Quid si infra octavam Corporis Christi eadem die occurrant duo festa duplicia, *num.* 13.

Quid si octava Corporis Christi occurrat, vel concurrat cum die octavæ sancti Joannis Baptistæ, seu sanctorum apostolorum Petri et Pauli, vel alterius sancti titularis, vel patroni, *num.* 14.

In die octavæ Corporis Christi de quibus possit fieri officium, *num.* 15.

Quid si festum sancti Antonii de Padua, aut aliud festum secundæ classis occurrat in die Corporis Christi; et quid si tale festum esset titulare, *num.* 16 *et* 17.

Quid si festum habens octavam transferri debeat, vel venerit paulo ante Quadragesimam vel ante Pentecosten, vel ante diem decimam septimam Decembris, *num.* 18 *et* 19.

Alia plura de octavis, *num.* 20 *ad* 39.

Nemini licet facere octavam defuncti sine speciali indulto apostolico, *num.* 40.

## OCULUS. (V, 1437).

Oculo carens an sit irregularis. Vide *verb.* Oculus, *num.* 1.

Impudicus oculus impudici cordis est nuntius, *num.* 2.

Oculi irritamenta sunt vitiorum, *num.* 3.

Oculos stibio depingere non licet, *num.* 4.

Oculis noxia assignantur, *num.* 5.

Oculos retro nulla lex, nulla appellatio, nullaque inhibitio habet, *num.* 6.

Oculorum officium durius est emisisse, quam linguæ, *num.* 7.

In missa quando sacerdos debeat oculos elevare, vel demissos tenere, *num.* 8 *et* 9.

## ODIUM (V, 1438).

Odium opponitur amori; et duplex assignatur, et explicatur; et quale odium reperiatur in Deo, vel in homine, et quando sit peccatum veniale, vel mortale. Vide *verb.* Odium, *num.* 1 *ad* 16. Nunquam licet alterius mortem optare, *in nota ad num.* 12.

Occurritur auctori, *num.* 17.

Alia. Vide *verb.* Virtus, *num.* 34 *ad* 87.

## ŒCONOMI ECCLESIARUM (V, 1441).

Œconomi quibus de causis instituti; an presbyteri aut diaconi vel etiam laici fuerint. Vid. *verb.* Œconomi ecclesiarum, *num.* 6 *et* 7.

A quibus eligebantur, *num.* 4 *et* 5.

Eorum munera, et quibus fuerint obnoxii, *num.* 8 *et* 9.

Quando desierint, *num.* 13.

Bona ecclesiastica quæ fuerint, et a quibus primum administrata ac dispensata, *num.* 1 *ad* 3.

Alia ad rem, *num.* 10 *ad* 12.

## OFFICIALES BELLICI.

Vide *verb.* Bellum, *art.* 3.

## OFFICIUM DIVINUM (V, 1445).

### OFFICIUM DIVINUM, QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT EJUS NOMEN, ORIGINEM, DIVISIONEM ET OBLIGATIONEM.

Officium divinum diversimode appellatur. Vide *verb.* Officium divinum, *art.* 1 *ad* 5.

Officii divini definitio traditur, ejusque origo, ac formula tum antiqua, tum moderna insinuatur, *num.* 6 *ad* 9.

Afferuntur ad rem summaria constitutionum sancti Pii V, Clementis VIII, et Urbani VIII, *num.* 10, 11 *et* 12.

Officium divinum dividitur in nocturnum, et diurnum, et innuitur quid intelligatur per nocturnum et diurnum officium, *num.* 13, 14 *et* 15.

Totum divinum officium dividitur in septem partes, quæ assignantur, et adducitur mystica ratio hujus septenarii numeri, *num.* 16 *et* 17.

Obligatio recitandi divinum officium oritur ex triplici titulo, qui assignatur, *num.* 18.

Titulo sacri ordinis qui teneantur ad horas canonicas recitandas, *num.* 19 *ad* 24.

Emendatur auctor, *num.* 21, ubi negat carceri emancipatos obligari ad officii divini recitationem, *in nota.*

Titulo beneficii ecclesiastici qui obligentur, vel non ad officium divinum, *num.* 25 *ad* 36.

Titulo religionis professæ choro astrictæ, qui teneantur, *num.* 37 *ad.* 53.

Reprehenditur auctor, *num.* 33 *in nota.*

Prioribus Ecclesiæ sæculis nulla clericos majores inter et minores fuit distinctio quoad obligationem recitandi horas canonicas, *num.* 54.

Quomodo sequioribus temporibus distinctio clericorum invaluerit pro recitandis vel non, horis canonicis, *num.* 55.

### OFFICIUM DIVINUM, QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT INTENTIONEM, ET ATTENTIONEM REQUISITAM, ET OFFICII DIVINI RECITATIONEM.

Intentio quid sit. Vide *verb.* Officium divinum, *art.* 2, *num.* 1.

Intentio dividitur in actualem, virtualem, habitualem et interpretativam. Et singulæ explicantur *num.* 2 *et* 3, et *verb.* Intentio, *num.* 3 *ad* 7.

Intentio alia est explicita, alia directa, alia indirecta, alia absoluta, et alia conditionata; et explicantur, *num.* 4 *ad* 9.

Qualis intentio requiratur, ac sufficiat ad recitandas horas canonicas, *num.* 10 *ad* 20.

Attentio quid, et quotuplex sit, et quæ sufficiat ac requiratur ad satisfaciendum obligationi officium divinum recitandi, *num.* 21 *ad* 47, ubi ad rem varia claritatis gratia referuntur.

Reprehenditur auctor, *num.* 36 *et* 40, *in nota.*

### OFFICIUM DIVINUM QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT INTEGRITATEM, CONTINUATIONEM, ET FORMAM RECITANDI OFFICIUM DIVINUM.

Omittens culpabiliter totum divinum officium quot peccata committat, et quomodo se explicare teneatur in confessione. Vide *verb.* Officium divinum, *art.* 3, *num.* 1 *ad* 4.

In pluribus corrigitur hic auctor, *in nota.*

Omittere culpabiliter notabilem partem officii divini, quale sit peccatum, et quæ sit notabilis pars, et quid si omittens sit simul sacerdos, parochus et monachus; aut talis pars omittatur ex oblivione, *num.* 5 *ad* 14.

Qui dubitat an recitaverit aliquam horam, an, et quando teneatur illam repetere, *num.* 15, 16 *et* 17.

Digitized by Google

Quid de illis, qui ex superioris mandato, tempore divini officii occupantur in libris parandis, vel organis pulsandis, vel campanis sonandis, etc. Vide *verb.* Officium divinum, *art.* 3, *num.* 18 *et* 19.

Psalmi et hymni, qui solo organo personant, an debeant submissa voce suppleri, *num.* 20, 21 *et* 22.

Officium divinum integre recitari potest privatim cum socio quamvis laico non obligato ad talem recitationem, *num.* 23, 24 *et* 25.

Quid de illo, qui nondum absolutis alterius chori versibus præproperat incipere suos, vel recitat officium divinum syncopando, mutilando, glutiendo syllabas, *num.* 26 *et* 27.

Quid si aliquis ob strepitum, vel alium defectum non valeat audire aliqua ab altera parte chori prolata *num.* 28 *et* 29.

Officium divinum interrumpere quale sit peccatum, et causæ excusantes in casu assignantur, *num.* 30 *ad* 34.

Matutinum an licite dividi possit a laudibus, vel nocturnum ab alio nocturno, *num.* 35 *ad* 38.

Pro recitando divino officio ab omnibus breviario Romano astrictis quæ forma sit servanda, *num.* 39 *et* 40.

Clerici astricti breviario Romano an satisfaciant præcepto, si recitent offcium ex breviario alicujus peculiaris ecclesiæ, et econtra, *num.* 41 *et* 42.

In recitando officio divino est etiam servanda forma proprii directorii, et quid sit secus, *num.* 43, 44 *et* 45.

Quid si aliquis recitet officium de martyre, cum sit recitandum de confessore aut incipiat recitare officium non præscriptum, et postea advertat errorem, aut recitet per inadvertentiam officium crastinum, *num.* 46 *ad* 50.

Corrigitur, *num.* 46 auctor, *in nota.*

Plura consimilia. Vide *num.* 51.

Clericus sive sæcularis, sive regularis, tanquam advena, vel peregrinus exsistens extra diœcesim quale officium recitare possit, vel debeat, *num.* 52, 53, 54.

Forma recitandi divinum officium juxta Kalendarium, et breviarium Franciscanum a quibus sit servanda, et quid de Tertiariis, vel episcopis in sæculo degentibus, *num.* 55 *ad* 59.

Facultas recitandi peculiare officium alicui congregationi concessa an se extendere possit ad aliam sive ejusdem, sive alterius ordinis, *num.* 60 *ad* 63.

Officia sanctorum, quæ supersunt de mense Decembri nequeunt transferri in annum sequentem, *num.* 64.

Episcopi regulares an possint de beatis suæ religionis officium recitare, et in propriis cathedralibus missas celebrare, *num.* 65.

Capellanus episcopi, qui cum eo recitat officium, debet se illi conformare, *num.* 66.

Locorum ordinarii an possint addere nova officia sanctorum propriis Kalendariis, *num.* 67.

Translato festo alicujus sancti confessoris quando mutari debeat vel non versiculus *Meruit Beatus*, etc., in hymno *Iste confessor*, etc., *num.* 68, 69, 70.

Officium translatum quando recitari debeat, et in translatione festorum sive ejusdem, sive diversæ dignitatis quid sit servandum, *num.* 71 *ad* 75.

Confessarii, et capellani monialium possunt missam celebrare, et officium recitare de sancto, cujus officium recitatur ab ipsis monialibus, *num.* 76, 77, 78.

Reprehenditur auctor *num.* 78, *in nota.*

Regulares quæ officia dedicationum ecclesiarum, et patronorum, et sub quo ritu celebrare debeant, *num.* 79 *ad* 84.

Approbatio sancti patroni quomodo concedi soleat, *num.* 85.

Regulares exempti utentes breviario Romano an possint recitare officia de patronis minus principalibus, et de sanctis diœcesum, *num.* 86.

Quando permittitur fieri officium aliquod per ditiones subjectas Cæsari, per has intelliguntur etiam feuda imperii, *num.* 87.

Locorum ordinarii an possint ritum in Kalendario Romano expressum extendere, vel mutare, *num.* 88.

Ubi asservatur corpus vel insignis reliquia alicujus sancti, an, et quo ritu celebrari debeat missa, et officium recitari, *num.* 89, 90, 91.

Dedicationis festum an possit ab episcopo mutari, *num.* 92.

Si in locis diœcesis nullus reperiatur electus patronus, tenetur diœcesis ad festum patroni civitatis celebrandum cum octava, *num.* 93.

In patronorum præcedentia quis ordo sit servandus, *num.* 94.

Canonici qua voce teneantur in choro officium cantare, et privatim extra chorum recitare, *num.* 95 *ad* 101, et *verb.* Missa, *art.* 3, *num.* 11.

Notatur auctor *num.* 96, *in nota.*

Litaniæ in festo sancti Marci, et tribus diebus Rogationum sunt de præcepto recitandæ, et quo tempore, *num.* 102, 103, et *verb.* Litaniæ, *num.* 16, 17.

Officium beatæ Mariæ Virginis, officium defunctorum, psalmos graduales, et pœnitentiales, qui teneantur recitare, vel non, *num.* 104 *ad* 110.

Habentes indultum recitandi aliqua officia singulis hebdomadibus, vel mensibus, quando abstinere debeant ab ipsis recitandis, *num.* 111 *et* 112.

Habentes indultum recitandi officium de sanctissimo Sacramento in feriis quintis per annum quomodo debeant illud recitare, et de ipso missam celebrare, *num.* 113.

Ad horas omnes, quæ recitantur in choro, debent addi duæ saltem candelæ in altari, *num.* 114.

Assignantur officia beatæ Mariæ Virginis in toto statu ecclesiastico ex obligatione celebranda ex novissimo decreto, *num.* 115.

Referuntur varia dubia a Sacra Congregatione Rituum resoluta, *num.* 116.

OFFICIUM DIVINUM, QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT ORDINEM, TEMPUS, LOCUM, SITUM, ET HABITUM ILLUD RECITANDI.

In recitandis horis canonicis qui ordo sit servandus. Vide *verb.* Officium divinum, *art.* 4, *n.* 1 *ad* 7.

An sit peccatum non recitare Matutinum, et Laudes ante celebrationem Missæ. Vide *verb.* Matutinum, *num.* 19 *ad* 23.

Tempus pro absolvendo toto divino officio tam juxta primævam institutionem, quam juxta communem praxim quando incipiat, ac terminet, *n.* 9 *ad* 14.

Assignatur tempus pro singulis horis persolvendis juxta suam primam institutionem, ac juxta jam receptissimam consuetudinem, *num.* 15 *et* 16.

Vesperæ an licite recitari possint post prandium etiam in Quadragesima, *num.* 17 *et* 18.

Pro publica, et privata horarum recitatione quæ tempora sint servanda, et assignantur justæ causæ, ob quas anticipari vel posticipari possint; et affertur ad rem duplex terrible exemplum, *num.* 19 *ad* 25.

Publica et privata divini officii recitatio quo in loco sit facienda, *num.* 26 *ad* 32.

Animadversio in auctore, *in not. ad n.* 32.

In privata et publica divini officii recitatione qui situs, et habitus sit servandus, *n.* 33, 34 *et* 35.

Qui recitat Matutinum die Dominico pro feria 2 sequenti, an debeat genuflectere ad antiphonam finalem beatæ Mariæ Virginis, *num.* 36.

OFFICIUM DIVINUM, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT CAUSAS EXCUSANTES, VEL NON, A RECITATIONE DIVINI OFFICII.

A recitatione divini officii excusat impotentia

Digitized by Google

quæcumque physica, vel moralis. Vide *verb.* Officium divinum, *art.* 5, *num.* 1.

Qui inculpabiliter caret breviario, a qua parte divini officii recitanda excusetur, *num.* 2 *et* 3.

Cæcus a qua parte excusetur, et qui si sit beneficiatus, *num.* 4 *ad* 8.

Quid de illo qui culpabiliter caret breviario, *num.* 9 *et* 10.

Infirmitas gravis vel levis quando excuset; et quid in dubio an sit gravis, vel levis, *num.* 11 *ad* 15.

Vide *not.* ad *n.* 15 auctoris.

Quid de regularibus infirmis, valetudinariis, senibus, et nescientibus se determinare an possint, vel non, officium recitare, *num.* 16.

Alia de infirmis, *num.* 17 *ad* 21.

Occupatio gravis repentina quando excuset, *n.* 22.

Charitas propria, vel proximi quando excuset, *num.* 23 *et* 24.

Concionator quando excusetur vel non, *num.* 25, 26 *et* 27.

Metus gravis excusat a recitatione divini officii, *num.* 28.

Corrigitur auctor in iis quæ habet, *a num.* 24 *ad* 28.

Dispensatio excusat a recitatione divini officii; assignantur qui dispensare possint, vel non, *num.* 29 *ad* 36.

Auctor explicatur *in not.*

Falsum est quod dicit auctor, *num.* 32, ex consuetudine jam ubique recepta ab officio persolvendo dispensare homines solere, ac multo magis falsum est, posse id vicarios generales, vel regularium superiores, *in not.*

Beneficiarius si privetur fructibus beneficii, an excusetur, *num.* 37.

Impeditus recitare officium statutis horis tenetur illum anticipare, vel postea supplere, *num.* 38, 39 *et* 40.

Alia ad rem et de causis excusantibus a recitatione publica in choro, *num.* 41 *ad* 44, et *verb.* Canonicus, *art.* 5, *num.* 33, *et verb.* Distributiones *per tot.*

Recitantes in fine horarum orationem *Sacrosanctæ* quid consequantur. Vide *verb.* Indulgentia, *art.* 6, *n.* 11.

## OFFICIUM DEFUNCTORUM (V, 1521).

Officium defunctorum quo die sit celebrandum, et quid si eodem die occurrat festum duplex minus. Vide *verb.* Officium Defunctorum, *num.* 1, 2, 3.

Officium defunctorum in die Commemorationis eorumdem quando sit recitandum, *n.* 4, et *verb.* Litaniæ.

Dictum officium, et Missa præsente cadavere quibus diebus cantari possit, vel non, *num.* 5 *et* 6.

Anniversaria, et Missæ de *Requiem* relictæ ex dispositione testatorum quando cantari possint, *num.* 7.

Cum primum habita fuerit notitia circa obitum alicujus religiosi ordinis, vel provinciæ quo festo cantari possit Missa, et officium pro eodem, *n.* 8.

Officium anniversarium, septennarium, vel tricennarium defunctorum post obitum quid si cadat in die Dominico, *num.* 9.

Officium defunctorum ad consequendas indulgentias in constitutione sancti Pii V concessas quo die celebrari debeat, *num.* 10.

Ad officium defunctorum qui teneantur, vel non, *num.* 11 *ad* 15.

Plura ad rem afferuntur sacræ Rituum congregationis decreta, *num.* 16 *ad* 34.

## OFFICIUM.

Officium quid sit. Vide *verb.* Beneficium, *art.* 1. *n.* 28.

## OLEUM.

Oleum infirmorum ubi, et quomodo asservari debeat. Vide *verb.* Extrema unctio, *num.* 10 *ad* 49.

## OMEN.

Omen quid sit. Vide *verb.* Superstitio, *num.* 30.

## ONIROMANTIA.

Oniromantia quid sit. Vide *num.* 25.

## OPINIO

Vide *verb.* Conscientia, *num.* 68 *ad* 114.

## OPINIO PROBABILIS (V, 1525).

Decreta edita circa propositiones probabilismum spectantes referuntur. Vide *verb.* Opinio probabilis, *per tot.*

## OPTICA

Optica quid. Vide *verb.* Mundus, *num.* 202, 208, 210.

## ORACULA VIVÆ VOCIS (V. 1543).

Oracula vivæ vocis quid sint. Vide *verb.* Oracula vivæ vocis, *num.* 1.

Oracula vivæ vocis alia sunt authentica, et alia non, et quæ sint utraque, et quomodo inter se secernantur, *num.* 2 *et* 3.

Gratiæ et privilegia vivæ vocis oraculo concessa quoad substantiam pro foro interno cujus sint valoris, *num.* 4.

Ad essentiam et substantiam privilegii an requiratur Scriptura, *num.* 5.

Ut oracula vivæ vocis practicari possint etiam pro foro externo, quid requiratur, *num.* 6.

Privilegia et indulta vivæ vocis oraculo concessa; quæ nunc valeant, vel non, et quæ fuerint revocata et quæ excepta. Et afferuntur ad rem variæ summorum pontificum constitutiones, *num.* 7 *ad* 20.

Oracula vivæ vocis nullius sunt roboris, quæ revocationem præcedunt; et quæ subsequuntur valent ad summum pro foro interno, nisi authenticæ prodierint, *num.* 21 *ad* 34.

## ORACULUM.

Oraculum superstitiosum. Vide *verb.* Superstitio, *num.* 32.

## ORATIO (V, 1563).

Orationis nomen tripliciter sumitur, et explicatur. Vide *verb.* Oratio, *num.* 1 *et* 2.

Oratio specialiter sumpta definitur, *num.* 3.

Oratio dividitur in mentalem et vocalem, et quæ sit utraque, *num.* 4.

Oratio vocalis debet necessario habere adjunctam mentalem, *num.* 5.

Oratio vocalis dividitur in privatam et publicam, et utraque explicatur, *num.* 6.

Oratio quomodo sit necessaria adultis usum rationis habentibus, *num.* 7 *et* 8.

Assignantur varii casus, in quibus homo tenetur orare, *num.* 9 *et* 10.

Assignantur quatuor alii casus, in quibus adesse potest obligatio orandi respectu aliquarum personarum particularium, *num.* 11.

Oratio pro quibus fieri possit, vel non, *n.* 12 *ad* 15.

Animæ in purgatorio orant pro nobis, et pro se ipsis, *num.* 16 *et* 17.

Angeli et sancti in cœlo orant pro nobis, *num.* 18 *et* 19.

Homines sancti et justi in hoc mundo, an recte invocari possint. *num,* 20 *et* 21.

Christus est mediator, *in not.*

Oratio ex Christi promissione quando et qualem vim habeat impetrandi, *num.* 22 *ad* 29.

Oratio quotidiana delet peccata venialia, *num.* 30.

Affertur brevis additio facta a Clemente XII instructioni pro expositione sanctissimi Sacramenti occasione orationis quadraginta Horarum editæ a

Digitized by Google

Clemente XI et a nobis allata sub *verb.* Eucharistia *in fine, num.* 31.
Refertur novissima concessio specialium indulgentiarum a fel. rec. Benedicto XIV, tam docentibus et addiscentibus, quam peragentibus orationem mentalem, *num.* 33.
Assignatur modus brevibus versiculis comprehensus concludendi omnes orationes, seu collectas, *num.* 36.
Oratio in communi suadetur, laudatur, et confirmatur indulgentiis quæ referuntur in bulla Benedicti XIV, *num.* 34.
Peccatorum orantium tria sunt genera, quæ indicantur, *num.* 36.
In Oratione *A cunctis* nomina sancti Michaelis, et sancti Joannis Baptistæ proponenda sunt apostolis. Vide *verb.* Missa, *art.* 12, *num.* 64.
Non est omittenda una ex assignatis orationibus in missali, velut *A cunctis*, ut ejusdem loco dicatur aliqua oratio imperata ab episcopo, veluti, *Deus refugium.* Vide *num.* 76.
Quando dicitur oratio *A cunctis*, vel *Ecclesiæ*, non est dicenda oratio contra paganos, *num.* 77.

## ORATORIUM (V, 1578).

Oratorium generice captum quid sit. Vide *verb.* Oratorium, *num.* 1.
Oratorium pro missis celebrandis aliud est publicum, et aliud privatum; et utrumque quale sit, et esse debeat, *num.* 2, 3 *et* 4.
Potissima differentia oratorium publicum inter et privatum describitur, et plura ad rem facientia traduntur, *n.* 101 *ad* 109.
Affertur decretum Clementis XI, de celebratione in oratoriis privatis, *num.* 5.
Affertur formula indulti pro oratorio privato, *num.* 6.
Affertur clausula, quæ solet poni pro infirmo etiam nobili, *num.* 7.
Quadruplicis speciei solent oratoria privata concedi, et assignantur, *n.* 8.
Afferuntur, et expenduntur singulæ clausulæ communiter poni solitæ in formula indulti pro oratorio privato, *num.* 9 *ad* 62.
An celebrans et minister satisfaciant præcepto audiendi Missam in oratorio privato, *num.* 63 *et* 64.
In oratorio privato an possint celebrari tres Missæ in die Nativitatis Domini, *n.* 65.
Habens bullam *Cruciatæ* non satisfacit præcepto audiendi Missam in oratorio privato, *n.* 66.
Oratoria, quæ sunt in aulis publicis palatii civitatis an sint privata, vel publica, *n.* 67.
Audiendo Missam in oratoriis privatis episcoporum et cardinalium, et in capellis carcerum publicorum, an satisfieri possit præcepto, *n.* 68 *ad* 71.
Regulares an possint absque indulto habere oratoria privata in suis conventibus, et an eorum privilegia censeantur quoad hæc revocata, et an satisfieri possit præcepto, audiendo Missam in ipsis, ab omnibus fidelibus, *num.* 72 *ad* 77.
An regulares possint habere oratoria privata etiam extra conventus, *n.* 78.
Ut regularium privata oratoria legitime erigantur, quid requiratur, *num.* 79.
Regulares nequeunt erigere altare portatile in domo privata consanguineorum, et ibi celebrare pro ministrando viatico regulari ibi exsistenti graviter infirmo, *n.* 80.
Oratorium privatum cum beneficio in domo privata an permitti possit, *num.* 81.
Quoad oratoria privata attendenda est novissima dispositio Benedicti XIV, quæ affertur, *num.* 82.
Oratorium publicum quomodo reduci possit ad privatum, *num.* 83.
Oratoria privata non solent facile concedi in domibus mulierum in communi viventium, *n.* 84.
Oratorium esse publicum probatur ex multis, et adducuntur ad id plures resolutiones sacr. congregationis, *num.* 85 *ad* 91.
Supra, et subtus oratorium, quæ loca, et ad quem usum esse possint, *n.* 92.
Oratorium ad quem effectum permittatur in collegiis, *n.* 93.
Constitutio Benedicti XIV de oratoriis, *num.* 94.
Oratorium domesticum conceditur a Benedicto XIV, advocatis consistorialibus et militibus sancti Januarii, *n.* 95 *et* 96.
Num in Oratorio privato valeat sacramentum pœnitentiæ et Eucharistiæ ministrari, *n.* 97 *et seqq.*

## ORDO, ORDINARE (V, 1625).

Ordo dupliciter sumitur, et quomodo. Vide *verb.* Ordo, *art.* 1, *num.* 1.
Ordo quid sit, *num.* 2.
Ordines quot sint, assignantur, tam secundum theologos, quam secundum canonistas, *n.* 3 *ad* 7.
Prima tonsura an sit ordo, necne, *n.* 8 *ad* 15.
Episcopatus an sit ordo distinctus a presbyteratu, *n.* 16, 17 *et* 18.
Id autem certum est, *in not.*
Singuli ordines constituunt unum sacramentum; ita et characteres unum duntaxat constituunt caracterem totalem ordinis, ut sic, *n.* 19, 20 *et* 21.
Prima tonsura juxta theologos et canonistas definitur; ejusque materia, forma ac institutio assignantur, *n.* 22 *ad* 27.
Ostiariatus quid sit, quæ ejus materia, forma ac institutio, *n.* 28, 29 *et* 30.
Lectoratus quid sit, quæ ejus materia et forma, et quando fuerit institutus, *n.* 31, 32 *et* 33.
Exorcistatus quid sit, quæ ejus materia et forma, et quando fuerit institutus, *n.* 34, 35 *et* 36.
Acolythatus quid sit, quæ ejus materia et forma, et quando fuerit institutus, *n.* 37, 38 *et* 39.
Subdiaconatus quid sit, quæ ejus materia et forma, et quando fuerit institutus, *n.* 40, 41 *et* 42.
Diaconatus quid sit, quæ ejus materia ac forma, et quando fuerit institutus, *num.* 43 *ad* 47.
Presbyteratus quid sit, quæ ejus materia ac forma, et quando fuerit institutus, *num.* 48, 49 *et* 50.
Episcopatus quid sit, quæ ejus materia ac forma, et quando fuerit institutus, *num.* 51 52 *et* 53.
Aliqua notantur circa ordinem hyerarchicorum, materiam et formam, *in not.*
Ad validitatem cujuscunque ordinis an sit necessarius contactus physicus, vel moralis materiæ respective remotæ, et an idem contactus fieri debeat physice simul cum prolatione formæ, *num.* 54 *ad* 65.
Episcopus ordinans an debeat per seipsum porrigere materiam tangendam ab ordinandis, *num.* 66 *et* 67. Alia ad rem, *num.* 68 *ad* 76.
Minores ordines non sunt a Christo, et ab apostolis immediate instituti; neque rationem sacramenti pertingunt; quod minime adversatur concilio Tridentino, *n.* 77 *ad* 82.

### QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT TEMPORA FACIENDARUM ORDINATIONUM, ET QUALITATES ORDINANDORUM.

Prima tonsura quando, et ubi conferri possit. Vide *verb.* Ordo, *art.* 2, *num.* 1.
Ordines minores quibus diebus olim conferri potuerint, et nunc possint, ac debeant, *num.* 2 *ad* 8.
Ordines majores quando conferri possint, et signanter regularibus habentibus privilegium apostolicum, *num.* 9 *ad* 13.
Sed vide *num.* 138 *ad* 142.
Episcopatus quibus diebus conferri possit, *n.* 14.
Tempora statuta ad conferendos ordines an sint de substantia collationis eorumdem, *num.* 15.

Digitized by Google

Duo ordines sacri nequeunt eodem die conferri, *num.* 16.

Subdiaconatus et ordines minores an conferri possint eodem die; et an possit episcopus privale conferre ordines minores die præcedenti sabbatum Quatuor Temporum, et die sabbati subdiaconatum. Vide *verb.* Ordo, *art.* 2, *num.* 17 *ad* 20.

Quoad interstitia temporum ad ordinationem requisita. Vide *verb.* Interstitia.

Ordinum majorum, vel minorum collationes in quo loco fieri possint ac debeant, *num.* 22 *et* 23.

Ad valide recipiendos ordines requiritur quod ordinandi sint masculi, *num.* 24, 25 *et* 26.

Munus diaconissarum adversus auctoris sententiam exponitur *in not. ad num.* 26.

Hermaphrodita an sit capax recipiendi ordines. Vide *verb.* Hermaphroditus, *num.* 11.

Ad valide recipiendos ordines requiritur quod ordinandi sint baptizati, et ad id affertur notabilis casus: et in adultis requiritur debita intentio, *num.* 28 *et* 29.

Ad licite recipiendos ordines requiritur quod ordinandi sint in statu gratiæ, quod sint confirmati, quod gradatim suscipiant, quod non sint irregulares, *num.* 30 *ad* 33.

Si furiosus, aut infans, vel dormiens hominem occidat, non fit irregularis, *num.* 34.

An infans ante septennium completum habens plenum usum rationis, si occidat hominem, fiat irregularis, et quid in dubio an dictus infans habuerit sufficientem usum rationis ad peccandum mortaliter, *num.* 35 *ad* 40.

Ob homicidium causale quando incurratur, vel non irregularitas, *num.* 41 *ad* 54.

Ab irregularitate ob homicidium causale sive occultum, sive publicum, et ab irregularitate orta ex aliis defectibus quis possit dispensare, vel non, *num.* 55 *ad* 68.

Ad licite suscipiendos ordines requiritur quod ordinandi nulla censura sint ligati, et quod sint in ætate canonica constituti, *num.* 69 *et* 70.

Infantes illicite, sed valide ordinantur etiam ad presbyteratum, *num.* 71 *ad* 73.

Assignatur ætas requisita pro singulis ordinibus, *num.* 74 *ad* 80.

Ad licite ordines suscipiendos requiritur quod ordinandi scientia sufficienti sint instructi, et quod ordinentur a suis propriis episcopis, vel ab aliis de horum licentia; et quod ordinandi in sacris habeant legitimum titulum sustentationis, *num.* 81 *et* 82.

Ut quis licite ordinetur ad titulum beneficii, quid requiratur, *num.* 83 *ad* 89.

Ad titulum patrimonii, ut quis licite ordinari possit, quid requiratur, et clericus sic ordinatus quid possit de patrimonio disponere, vel non, *num.* 90 *ad* 99.

Ordinibus sacris initiari non potest, qui bonis cessit, *num.* 100.

Ad titulum paupertatis, seu professionis religiosæ quid requiratur, ut quis licite ordinetur; et quid in casu de patribus Societatis Jesu, *num.* 101 *ad* 105.

In calculandis redditibus beneficii pro titulo ordinandi an sint detrahenda onera missarum eidem beneficio adjecta, et an detrahendæ sint distributiones quotidianæ, si beneficium sit residentiale, *num.* 106 *ad* 110.

Sed vide *ad num.* 106 *et seqq. auct.*, *num.* 134 *et seqq.*

Aliqua advertenda referuntur circa preces, vel Missas, quæ in ordinatione ab episcopo injunguntur, *num.* 112 *ad* 115.

Regulares non tenentur ratificare suam professionem coram episcopis ante susceptionem ordinis subdiaconatus. Vide *verb.* Professio regularis, *num.* 108.

Alia ad rem. Vide *num.* 116 *ad* 137.

QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT FACULTATEM PRÆLATORUM ORDINANDI SUOS, VEL ALIENOS SUBDITOS, ET CONCEDENDI LITTERAS DIMISSORIAS.

Episcopi possunt subditos ordinare quoad omnes ordines. Vide *verb.* Ordo, *art.* 3, *num.* 1.

Abbates quicunque quos ordines, et quibus ordinandis conferre possint, vel non, *num.* 2 *ad* 8.

Opinio auctoris, *num.* 2, quod abbas possit conferre subditis suis ordines minores; tametsi non sit benedictus, haud potest indistincte recipi, et ea in tribus tantum casibus locum habet, qui recensentur, *num.* 103 *ad* 105.

Quando judicari possit, quod abbas non benedictus facultatem habeat conferendi subditis suis minores ordines, *num.* 106.

Cardinales presbyteri an, et quos ordines conferre possint in suis titulis, *num.* 9, et *num.* 107.

Subditus episcopi quoad ordines recipiendos potest quis fieri quatuor modis, et assignantur, et ad rem datur ad litteram constitutio Innocentii XII, *num.* 10 *et* 11, et *num.* 100.

Ut quis ordinari possit ab alieno episcopo ratione beneficii in ejus diœcesi obtenti, quid requiratur, *num.* 12 *ad* 15.

Ut quis fiat subditus episcopi, et ab ipso ordinari possit ratione originis, quid requiratur, *num.* 16 *ad* 21.

Ut quis fiat subditus episcopi, et ab ipso ordinari possit ratione domicilii, quid requiratur, *num.* 22 *ad* 28.

Ut quis fiat subditus episcopi, et ab eo ordinari possit ratione familiaritatis, seu commensalitatis, quid requiratur, *num.* 30, 31 *et* 32.

Episcopi titulares non possunt suos triennales familiares ordinare sine consensu proprii episcopi, et quid si tales ordinent, *num.* 33, 34 *et* 35.

Litteras dimissorias pro ordinibus recipiendis ab alieno episcopo ultra Romanum pontificem, concedere possunt episcopi subditis suæ diœcesis, cardinales suis familiaribus triennalibus, et quid sit in ipsis servandum innuitur, *num.* 36, 37 *et* 38.

Vicarius generalis episcopi an, et quando possit dimissorias concedere, *num.* 39.

Vicarius capitularis sede vacante quibus, et intra quod tempus possit dimissorias concedere, *num.* 40 *ad* 45.

Arctatus ratione beneficii recepti, vel recipiendi ad finem obtinendi dimissorias a vicario capitulari infra annum a die vacationis sedis, quis dicatur, *num.* 46 *et* 47.

Vicarius capitularis an possit concedere dimissoriam infra annum pro recipienda prima tonsura, *num.* 48.

Vicarius capitularis concedens infra annum dimissorias non arctatis, in quas censuras incurrat, *num.* 49 *ad* 51.

Abbates, aliique exempti nequeunt suis subditis sæcularibus litteras dimissorias concedere; nec etiam ipse episcopus tanquam abbas, nec alius prælatus loci ea concedere potest subditis sæcularibus nullius diœcesis, *num.* 52 *et* 53.

Ordinarii an possint dimissorias dirigere abbatibus regularibus, *num.* 54.

Prælati regulares possunt litteras dimissorias suis subditis regularibus ad ordines suscipiendos concedere. Et episcopo diœcesano non tenente an possint eas dirigere ad alienum, et afferuntur ad id varia decreta; nunc tamen observanda est novissima dispositio Benedicti XIV, quæ ponitur in fine hujus tom. VI, *num.* 55 *ad* 64.

Quid si superiores regulares ex industria, et per fraudem transferunt subditos de una diœcesi ad aliam ut facilius ordinentur, *num.* 65.

Per quantum tempus regulares ordinandi commorare debeant in conventu diœcesis episcopi ordinantis ad hoc ut dici possint de familia ipsius conventus, *num.* 66.

Digitized by Google

Regulares a diœcesano in examine reprobati, an mitti possint ad alios episcopos pro ordinibus suscipiendis. Vide *verb.* Ordo, *art.* 3, *num.* 67.

Superiores regulares an possint dimissorias concedere suis noviliis, *num.* 68.

Regulares habentes speciale privilegium post concilium Tridentinum possunt a quolibet episcopo ordines suscipere. Et qui tali privilegio gaudeant vel non, *num.* 69 *ad* 72.

Ad rem assignatur indultum, quod habent Patres congregationis oratorii Urbis, et Neapolis, *num.* 70.

Nuntii apostolici quibus conferre possint ordines, *num.* 77.

Græci et Albanenses Græco ritu viventes, et commorantes in Italia, quomodo promovendi sint ad ordines, *num.* 78.

Ultramontani an possint ordinari ab episcopis Italiæ, *num.* 79 *ad* 81.

Commorantes in urbe per quatuor menses non possunt ordinari extra urbem cum litteris dimissoriis proprii ordinarii, *num.* 82.

Subditi sex episcopatuum cardinalitiorum prope urbem, in quibus non sunt suffraganei, a quo ordinari debeant, *num.* 83.

Confirmatur quod subdit auctor post *num.* 8 quod vicarius urbis conferre debet ordines subditis sex episcopatuum suburbicariorum, in quibus non sunt episcopi suffraganei, si proprius cardinalis episcopus non accedat ad suam diœcesim, ibique habeat ordinationem, *num.* 108 *et* 109.

Metropolitani, patriarchæ et nuntii nequeunt subditis ordinariorum conferre ordines, *num.* 84.

Papa potest ordinare quoscunque sine dimissoriis suorum ordinariorum, neque ab ipso ordinatos potest quis ad superiores ordines promovere sine ipsius licentia, *num.* 85 *et* 86.

Ad obtinendum beneficium in aliena diœcesi an requirantur litteræ testimoniales proprii episcopi, *num.* 87 *ad* 95.

Ubi late de litteris testimonialibus, et de earum differentia a litteris dimissorialibus.

Canonicus coadjutor cum futura successione et assignata congrua est eo ipso subditus ordinarii beneficii ad effectum suscipiendi ordines absque alia dimissoria episcopi suæ originis, *num.* 96.

Regulares ad ordines promovendi an teneantur exhibere ordinario fidem sui baptismi, *num.* 97.

In ordinibus suscipiendis an possit fieri variatio de uno episcopo ad alium, *num.* 98.

ORDO QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT CULPAM, ET PŒNAM MALE ORDINANTIUM, ET ORDINATORUM.

Ordines absque speciali dispensatione illicite, sed valide conferuntur et suscipiuntur extra tempora, vel ante legitimam ætatem, vel absque litteris dimissoriis. Vide *verb.* Ordo, *art.* 4, *num.* 1, 2 *et* 3.

Quid si episcopus se protestaret ante ordinationem non habere intentionem ordinandi eos, qui requisita necessaria non habent; et quid in dubio an talis intentio fuerit vera, et absoluta aut potius mutata, *num.* 4, 5 *et* 6.

Quid si episcopus scienter aliquem ordinaret ante legitimam ætatem, *num.* 7, 8 *et* 9.

Ordinati scienter ordinibus majoribus ante legitimam ætatem sunt ipso jure suspensi; et quid si durante tali suspensione in eisdem ordinibus publice vel privatis ministraverint, *num.* 10 *ad* 14.

Episcopus scienter ordinans aliquem extra tempora a jure statuta sine dispensatione in quas censuras incurrat; et sic ordinatus an esset suspensus, et a quo absolvi posset, *num.* 15 *ad* 19.

Episcopus scienter ordinans alienum subditum sine dimissoriis in quas censuras incurrat, et sic scienter ordinati an sint ab eisdem ordinibus suspensi; et quibus aliis pœnis puniri possint tam ipsi, quam sic ordinantes, *num.* 20 *ad* 23.

Suspensio sancita contra ordinatos absque, vel cum falsis, aut alieni episcopi dimissoriis cui sit reservata, *num.* 24 *ad* 27.

Irregularitas incursa propter administrationem in ordinibus sic male susceptis, quo tolli possit, vel non, *num.* 28.

Quid si episcopus scienter ordinet aliquem ad sacros ordines sine titulo sustentationis, aut talis clericus sic ordinetur a pluribus episcopis, aut ab episcopo alieno habente generalem licentiam episcopi diœcesani; et quando ipsis episcopis incumbat obligatio præstandi alimenta dicto clerico sic ordinato, *num.* 29 *ad* 35.

Quid si episcopus ordinet aliquem sine titulo sub pacto, quod postea sic ordinatus non possit ab ipso alimenta petere, *num.* 36.

Quid si episcopus religiosum non dum professum, aut nonnisi ad certum tempus, promoveat ad sacros ordines sub prætextu religionis, et absque titulo beneficii, vel patrimonii, *num.* 37 *et* 38.

Promoti ad sacros ordines cum falsis titulis, quibus pœnis subjaceant, *num.* 39.

Sed vide ad hanc rem sapienter ac docte addicta, *num.* 57 *ad* 61.

Episcopus ordinans aliquem eodem die ad duos sacros ordines, quas censuras incurrat; et sic ordinatus an sit a dictis ordinibus suspensus, *num.* 40 *et* 41.

Quid si episcopus conferat sacros ordines absque missæ celebratione; et an missæ celebratio sit de substantia ordinationis, *num.* 42 *ad* 45.

Ordinans et ordinatus, non exspectatis temporum interstitiis, qua pœna puniri possint, *num.* 46.

Vide alia quoad ordinationem Græcorum, delectum clericorum, ordinatos in infantili ætate et impubertate, et ordinatos per saltum, *num.* 47 *ad* 49.

Item quoad eos, qui non presbyteri Missam celebrant, et confessiones audiunt, de ordinationibus regularium et privilegiis recipiendi ordines a quocunque antistite; et extra tempora, et cætera, *num.* 50 *ad* 56.

Alia ad rem. Vide *verb.* Interstitia.

ORDO PROUT EST IMPEDIMENTUM MATRIMONII.

Vide *verb.* Matrimonium quoad impedimenta, *art.* 2, *num.* 1 *ad* 7.

## ORGANA.

Organa, quando habere possint fratres Minores reformati. Vide *verb.* Paramenta, *num.* 37.

## ORIENS.

Oriens ubi. Vide *verb.* Mundus. *num.* 88.

## OSCULA.

Oscula, quando sint peccaminosa, vel non, Vide *verb.* Luxuria, *num.* 72 *ad* 89, *et verb.* Sponsi, *n.* 7.

Osculantis feminam invitam et monialem pœna, quæ sit. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *n.* 168 *ad* 172.

## OSTIARIATUS.

Vide *verb.* Ordo, *art.* 1, *n.* 3 *et* 28.

# P

## PABULATIO (V, 1753).

Pabulatio in alienis pascuis quando sit licita, vel non. Vide *verb.* Bellum, *art.* 3, *num.* 27, *et verb.* Pascua, *per tot.*

## PACTUM (V, 1756).

PACTUM QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT NATURAM, DIVISIONEM ET EFFECTUM PACTORUM.

Pactum unde dictum, et quid sit. Vide *verb.* Pactum, *art.* 1, *n.* 1 *et* 2.

Digitized by Google

Pactum dividitur præcipue in nudum, et vestitum et quale sit utrumque. Vide *verb.* Pactum, *art.* 1, *num.* 3, 4 *et* 5.

Pactum vestitur pluribus modis, qui assignantur, *num.* 6 *ad* 13.

Primarius, ac principalis effectus pactorum est obligatio naturalis, *num.* 14.

Princeps supremus an et quomodo obligetur ex pacto, *num.* 15 *et* 16.

Quicunque non servat pacta, etiam nuda deliberate facta, peccat mortaliter, *num.* 17.

Pacta quæcunque ratione naturalis obligationis, pariunt etiam pro foro externo quosdam alios notabiles effectus qui assignantur, *num.* 18 *ad* 23.

Ex pacto nudo an detur actio tam de jure canonico quam civili, *num.* 24, 25 *et* 26.

Pacta cum tractatibus non sunt confundenda. Et quinam sint tractatus, *num.* 27 ad 30.

Quid sentiendum de pactis præparatoriis, *num.* 31 *et seqq.*

Cætera vide *verb.* Contractus.

PACTUM QUOAD ILLOS, QUI POSSUNT, VEL NON PACISCI; QUOAD RES, DE QUIBUS LICET VEL NON PACISCI, ET QUOAD PACTA QUÆDAM ILLICITA ET A JURE REPROBATA.

Omnes illi pacisci possunt vel non, qui possunt vel non contrahere. Vide *verb.* Pactum, *art.* 2, *num.* 1.

Qui autem possint vel non contrahere. Vide *verb.* Contractus, *num.* 2.

Pacisci solum potest de illis rebus, quæ sunt paciscentium propriæ, possibiles et licitæ, *num.* 3 *ad* 7.

Omne pactum pro obtinenda re spirituali est penitus irritum; et assignantur varia hujusmodi pacta nulla et simoniaca, *num.* 8 *ad* 15.

Pactum, quod filia dote contenta patri ab intestato non succedat, an et quando valeat, *num.* 16 *ad* 21.

Pactum addictionis in diem quid sit, et quid juris de eo. Vide *verb.* Contractus emptionis, *art.* 5, *num.* 46 *ad* 55.

Pactum legis commissoriæ quid sit, et quid juris de eo, *num.* 23, *et verb.* Hypotheca, *num.* 34.

Pactum anticryseos quid sit, et quid juris de eo. Vide *verb.* Hypotheca, *num.* 32.

acta hypothecæ, seu pignori adjecta quæ sint, et quomodo valeant. Vide, *num.* 36.

Pacta retrovendendi, seu redimendi quando et quomodo liceant vel non, et quid juris de ipsis. Vide *verb.* Contractus emptionis, *art.* 3, *n.* 54.

Pacta inita a superioribus localibus regularibus sine licentia generalium seu provincialium cum parochis, an sint valida, et observanda. Vide dict. *verb.* Pactum, *num.* 27 *et* 38.

Pacta abolendarum pensionum contemporanea resignationi beneficiorum, et earumdem pensionum resignationibus, damnantur et annulantur, *num.* 29.

Pacta pœnalia de non appellando a sententia super nullitate matrimonii damnantur, et annulantur, et sub excommunicatione illorum observantia punitur, *n.* 30 *et* 31.

Jure civili improbatur pactum de hæreditate tertii, *num.* 32 *et seqq.*

Nec sustinetur, quamvis tendat in favorem matrimonii certi ac determinati, *n.* 34 *ad* 37.

Debet autem esse hoc pactum vel de tota hæreditate, vel de ejus parte, *num.* 38 *et* 39.

Consentiente tertio de cujus hæreditate agitur sustinetur, *n.* 40.

Quæritur tamen, an tertius, si jurato consenserit, possit non obstante juramento discedere a consensu ac testamentum condere, *n.* 42.

Jure canonico improbatur pactum, quo præsentatus pensioni, vel favore patroni, vel favore tertii consentit, *num.* 42 *et seqq.*

Quid si reservatum fuerit beneplacitum apostolicum, *n.* 46 *et seqq.*

An hodiernis moribus alter alteri pacisci possit hoc effectu, ut illi inde competat actio, *num.* 51.

PACTUM QUOAD INTERPRETATIONEM.

Pactorum interpretatio quam sit necessaria. Vide *verb.* Pactum, *art.* 3, *num.* 1.

Decem regulæ de interpretatione pactorum afferuntur et explanantur, *num.* 2 *ad* 11.

## PÆDOMANTIA.

Vide *verb.* Superstitio, *n.* 23.

## PAGANA PROPOSITIO.

Vide *verb.* Propositiones damnatæ, *n.* 46.

## PALATIUM.

Quid de eo. Vide *verb.* Immunitas, *art.* 2, *num.* 61 *ad* 88.

## PALLIUM.

Quid de ipso. Vide *verb.* Archiepiscopus, *art.* 3, *per tot.*

Instantiæ pro pallii susceptione ab advocatis consistorialibus proponi debent. Vide *verb.* Pallium, *n.* 1 *et* 2.

Alia de pallii antiquitate, benedictione, et illius ortu, ac susceptione. Vide, *num.* 3 *et seqq.*

## PANTHEISMUS (V, 1785).

Quid sit Pantheismus. Vide *verb.* Pantheismus, *n.* 1.

Pantheistæ realiter Athei. Historia Pantheismi, et variæ Pantheistarum hypotheses describuntur, *num.* 2 *ad* 7.

Refertur impietas illorum, qui Moysen, sanctum Paulum, aliosque probatissimos viros inter pantheistas recensent, *n.* 8.

Antiqui philosophi, et præsertim Stoici, Platonici, Aristotelici, itemque Morus Clarkius, Cudwortius, et Rapsonius a pantheismo excluduntur, *n.* 9 *ad* 12.

Qua ratione quidam ab aliquibus athei fuerint appellati, *n*, 13.

Pantheistarum et materialistarum error refutatur et una simul notitia datur illorum qui contra pantheismum scripserunt, *n.* 15 *et* 16.

## PAPA (V, 1791).

QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT PAPÆ ELECTIONEM, CONSECRATIONEM ET CORONATIONEM.

Papa an possit sibi successorem eligere. Et an aliquis sibi elegerit. Vide *verb.* Papa, *art.* 1, *num.* 1 *ad* 12.

Perperam dixit auctor *n.* 3, quod Christus sic elegerit successorem sanctum Petrum apostolum, *in nota.*

Vide pariter quæ notata sunt ad *n.* 8 auctoris, *in nota.*

Papa assumi debet per electionem, quæ pro diversitate temporum et circumstantiarum diversimode fuit celebrata; et ostenditur a quibus, et quomodo, *num.* 13 *ad* 21.

Circa papæ electionem plures pontifices varia statuerunt, quorum aliqua magis notabilia referuntur, *num.* 23 *ad* 35.

Electio summi pontificis est celebranda a solis cardinalibus; et quis possit ab ipsis eligi, *n.* 36 *ad* 50.

Femina papa esse non potest, et exploditur fabula de papissa Joanna, *num.* 51, 52 *et* 74.

Eligendus in summum pontificem cujus ætatis esse debeat, *num.* 53 *et* 54.

Assignatur modus, seu forma pro eligendo summo pontifice, *num.* 55 *ad* 60.

Papa, statim ac est canonice electus est verus papa quoad omnes effectus, nec indiget confirmatione, *num.* 61 *ad* 65.

Digitized by Google

Papa postquam suæ electioni consensit, solet aliud nomen sibi imponere, quamvis non teneatur: et quis quoad hoc fuerit primus. Vide *verb.* Papa, *art.* 1, *num.* 66 *ad* 69.

Papæ consecratio, seu inthronizatio a quo, et quomodo fiat, *num.* 70, 71 *et* 72.

In coronatione papæ tertia collecta canitur de sancto Patre nostro Francisco, *n.* 73.

Alia ad rem. Vide *verb.* Cardinales, *art.* 5, *per tot.*

PAPA QUOAD DIGNITATEM, AUCTORITATEM, ET INFALLIBILITATEM.

Papa quantæ sit dignitatis, et celsitudinis, et quibus ob id nominibus appelletur. Vide *verb.* Papa, *art.* 2, *num.* 1 *ad* 12.

Papa triplici corona coronatur, et quare, *num.* 13.

Ad ea, quæ de triplici papæ corona dicit auctor. Vide *in not.*

Papæ excellentia et potestas multis demonstratur, *num.* 14 *ad* 29.

Papa potest quoque leges divinas modificare, declarare vel impetrari, et id de se solo, etiam sine generali concilio, *num.* 30, 31 *et* 32.

Papa se vocat Servum servorum Dei quare, et quis fuerit quoad hoc primus, *num.* 33, 34 *et* 35.

Papa potest cedere, et renuntiare papatui, et apud quos, *num.* 36 *et* 37.

Papa quoad infallibilitatem potest considerari quoad se, ut persona privata, privatusque doctor; et quoad alios, ut persona publica, et magister universalis Ecclesiæ eam ex cathedra docens, *num.* 38.

Loqui ex cathedra quid sit, et in quibus ad id papa teneatur, *num.* 39 *et* 40.

Decreta, quæ edit papa ex cathedra circa doctrinam fidei et morum sunt infallibilia, *n.* 41 *ad* 48.

Ad ea quæ habet auctor *n.* 48, circa infallibilitatem aliquorum pontificum, qui falso de hæresi accusantur. Vide *in not.*

Papa an errare possit in beatificatione et canonizatione sanctorum, *n.* 49 *ad* 57.

Papa an errare possit in approbatione religionum, *num.* 58 *ad* 61.

Papa probabilius etiam ut persona privata non potest in hæresim incidere, et in fide deficere, et nemo unquam prolapsus est, *n.* 62 *ad* 66.

Auctor emendatur *in not. ad n.* 64.

His quæ auctor habet *n.* 65 adde quæ sunt *in nota.*

De fide est Benedictum XIV, v. g. legitime electum, et ut talem ab Ecclesia acceptatum, esse verum papam, *n.* 67 *ad* 71.

Primatus Ecclesiæ universalis, seu papatus est annexus Romano episcopatui de jure divino, *num.* 72 *ad* 80.

Papa salutando excommunicatum an ipsum censeatur absolvere, *n.* 81

Papæ primatus a Græcis est cognoscendus, et illius commemoratio fieri a Græcis Italiæ et Insularum in missis debet, *n.* 82 *et* 83.

De absoluta papæ potestate in eximendo subditos episcoporum ab illorum jurisdictione, et de privativa illius facultate in dispensando a jure communi. Vide 84 *et* 85.

Lector monetur de variis minus exacte pronuntiatis in hoc articulo ab auctore, *num.* 88.

Papa quibus legibus, et pœnis sit subjectus. Vide *verb.* Lex, *art.* 3, *n.* 21.

Papa an et quando teneatur applicare missam pro ovibus suis. Vide *verb.* Missa, *art.* 3, *n.* 11.

PAPALIS BENEDICTIO.

Quid statuerit Clemens XIII, circa illam benedictionem. Vide *verb.* Benedicere, Benedictio, *art.* 5, *num.* 63, ubi afferuntur litteræ apostolicæ hujus pontificis.

PARADISUS TERRESTRIS.

Paradisus terrestris, unde sit dictus, et quid significet, in qua parte mundi constitutus, quanta fuerit ejus latitudo, et longitudo, et an adhuc exsistat. Vide *verb.* Mundus, *n.* 56 *ad* 61.

PARAMENTA SACRA (VI, 9).

Paramenta sacra an possint fieri ex vestibus mulierum. Vide *verb.* Paramenta Sacra, *n.* 1 *et* 2.

Paramenta sacra debent esse munda, honesta et benedicta, et sine ipsis celebrare, regulariter et sine justa causa est peccatum mortale, *num.* 3, 4 *et* 5.

Qui possint paramenta ecclesiastica, et vestes sacerdotales benedicere. Vide *verb.* Benedicere, *art.* 1, *n.* 17 *et verb.* Vasa Sacra, *n.* 2.

Quæ sint paramenta, et ornamenta necessaria pro celebratione missæ. Vide *verb.* Missa, *art.* 10.

Paramenta sacra non possunt amplius converti in usus profanos; et quid de ipsis, cum fuerint vetustate consumpta, *n.* 8, 9 *et* 10.

Paramenta pretiosa an, quando et quomodo possint alienari, et oppignorari, *n.* 11 *ad* 16.

Paramenta et vasa sacra ex justis causis vendita laicis, et ad usus profanos, debent esse prius confracta et conflata, *n.* 17.

Paramenta ecclesiastica, et sacra, quando exsecrentur, et benedictionem amittant, ac nova indigeant, *num.* 18 *ad* 22.

Paramenta non benedicuntur substantialiter per usum in sacrificio mala fide factum; et an benedicantur substantialiter per usum in sacrificio mala fide factum, *n.* 23 *et* 24, *et verb.* Calix, *n.* 20.

Paramenta altaris, celebrantis et ministrorum debent esse coloris convenientis officio, et missæ diei, *num.* 25, 26 *et* 27.

Color aureus, seu croceus æquivalet omni colori, excepto nigro et violaceo, *n.* 28.

Paramenta a dignitatibus et canonicis sumenda sunt juxta regulam libri cæremonialis, *num.* 29.

Paramenta nova et antiqua possunt mutare canonici absque consensu episcopi, licet adsit consuetudo contraria de aliis mobilibus, *num.* 30.

Soli episcopi possunt sumere paramenta de altari, non autem abbates, nisi pontificaliter divinis vacaturi, *num.* 31 *et* 32.

Episcopus quæ paramenta teneatur vel non providere de proprio, *num.* 33, 34 *et* 35.

Episcopo autem paramenta sacra ecclesiæ cathedralis debentur sive ibid. pontificaliter, aut private celebret, sive in capella palatii episcopali pontificaliter non autem private celebret, etsi palatium episcopale distet a cathedrali ecclesia, *n.* 42 *ad* 45.

Ea tamen paramenta non debentur episcopo celebranti extra ecclesiam cathedralem, et extra capellam proprii palatii, *n.* 46 *et* 47.

Quid si episcopus habere consueverit hunc usum extra ecclesiam cathedralem, capellamque proprii palatii, *n.* 48.

Omnia paramenta et ornamenta capellarum prælatorum decedentium, quibus debeantur, *num.* 36.

Paramenta et ornamenta pretiosa quando possint habere in eorum ecclesiis fratres minores Reformati, *n.* 37.

Patres Cœlestini, et fratres minores, ac alii sub gravissimis pœnis prohibentur aliis commodare paramenta, ornamenta, vasa et hujusmodi suarum ecclesiarum, *num.* 38 *et* 39.

Fratres minores de Observantia possunt habere paramenta pretiosa pro suis ecclesiis, *num.* 40.

Digitized by Google

Paramenta sacra non debent commodari ad usus laicales et profanos. Vide *verb.* Paramenta sacra, *num* 41.

Alia ad rem. Vide *verb.* Vasa, Vestis, Utensilia.

## PARENTES (VII, 20).

Parentes tenentur gravi obligatione alere et educare prolem suam etiam spuriam, et ostenditur quo modo et ordine. Vide *verb.* Parentes, *num.* 1 *ad* 9, et *verb.* Filius, *num.* 135.

Parentes debent relinquere integrum legitimam nullo aggravatam onere suis filiis legitimis, et quæ sit pars legitima, *num.* 10 *et* 11, et *verb.* Legitima.

Parentes nequeunt privare filios legitimos tali legitima nisi ex aliqua gravi causa, *num.* 12, et *verb.* Exhæredatio.

Parentes an possint relinquere suam hæreditatem extraneis, aut ecclesiæ, aut majorem partem uni quam alteri ex suis liberis, *num.* 13 *ad* 16.

Parentes universim tenentur filiis procurare educationem corporalem et spiritualem, *num.* 17 *ad* 20.

Quid de parentibus exponentibus filios, *num.* 21 *ad* 32, et *verb.* Adulterium, *art.* 5, *num.* 27 *ad* 30.

Parentes quando peccent contra debitam providentiam et educationem spiritualem filiis suis, *num.* 33 *et* 34.

Parentes nequeunt licite occidere filias in adulterio deprehensas, nec filios suos bannitos, nisi aliter ab armis contra patriam averti possint, *num.* 35 *et* 36, et *verb.* Adulterium, *art.* 2, *num.* 10 *ad finem.*

Parentes in casu necessitatis possunt baptizare proprios filios sine præjudicio debiti matrimonialis, *num.* 37, et *verb.* Baptismus, *art.* 4, *num.* 41.

Parentes graviter peccant filios etiam consentientes castrando, *num.* 38.

Parentes dubitantes, an proles sint a se genitæ, vel ab aliis, quam obligationem contrahant, *num.* 39, et *verb.* Adulterium, *art.* 5, *num.* 20.

Parentes an et in qua necessitate sint a suis filiis subveniendi præferenter ad alios, et an filii ob id possint vel debeant exire de religione, *num.* 40, 41, et *verb.* Filius, *num.* 91 *ad* 94.

Parentes quo jure et in qua necessitate possint vendere suos filios, et quando, ac quibus modis amittant patriam potestatem super ipsos, *num.* 42 *et* 43, et *verb.* Filius, *num.* 118.

Parentes spirituales an teneantur alere suos filios spirituales in defectu parentum naturalium, *num.* 44, et *verb.* Filius, *num.* 136.

Parentes an et ob quas causas possint filios exhæredare, *num.* 45, et *verb.* Exhæredatio.

Parentes an valide contrahere possint sponsalia pro suis filiis impuberibus, *num.* 47 *ad* 49.

Quid de benedictione ac maledictione parentum erga suos filios, *num.* 50, 51, 52.

Sed ad *num.* 52 auctoris, vide *in not.*

Parentes ob carcerationem factam clerici sui filii ex facultate sacræ congregationis immunitatum absolvuntur in forma privata ab episcopo, *num.* 53.

Parentes tenentes noctu secum in lecto sine repagulo tenellos infantes, quomodo peccent, et sint puniendi. Vide *verb.* Mater, *num.* 16, et *verb.* Pœna, *num.* 135.

Parentes transeuntes ad secundas nuptias, quando amittant hæreditatem, et legitimam filiorum præmortuorum. Vide *verb.* Legitima, *num.* 33.

De jure occidendi, vendendi, tum exponendi liberos secundum jus civile Romanum. Vide *num.* 54 *et* 55.

## PAROCHIA, PAROCHIALIS, PAROCHIANUS (VI, 30).

Parochia dupliciter sumitur, stricte, seu proprie, et large, seu improprie, et quæ utraque sit, et unde sit dicta. Vide *verb.* Parochia, *num.* 1 *ad* 6.

Parochiæ antiquitus non erant distinctæ, et qui eas primo distinxit, *num.* 7, 8 *et* 9.

Alia de etymologia parochiæ, et parochianorum, de parochiarum origine ac definitione. Vide *num.* 76 *et seqq.*

Quis possit parochias erigere et dividere, et quid ad constitutionem parochiæ requiratur, *num.* 10 *ad* 15.

Novæ parochiæ erectio, et antiquæ dismembratio quomodo et quando fieri possit et debeat, *num.* 16, et *verb.* Dismembratio, *num.* 10.

Pluribus in locis adsunt parochiæ non distinctæ per domos sed per familias, quæ vocantur gentilitiæ, *num.* 17.

Parochialis ecclesia quæ dicatur, et quomodo probanda, *num.* 18 *ad* 21, *et num.* 79.

Quis dicendus sit parochianus præsertim ad omnes juris effectus, *num.* 80.

Quæ spectent ad jura parochialia, vel non, *num.* 22 *ad* 32, et *verb.* Confraternitas, *art.* 2, *num.* 4.

Ut quis fiat parochianus alicujus parochiæ quid requiratur, *num.* 33 *ad* 38 et *verb.* Matrimonium quoad impedimenta, *art.* 2, *num.* 77.

Parochiani non sunt necessario vocandi in unione parochialium, *num.* 39.

Parochialitatis suppressio, et curæ translatio quando sustineatur, *num.* 40.

Parochianus ex justa causa eximi potest pro determinato tempore a jurisdictione sui parochi, *num.* 41.

Collatio parochialium ecclesiarum cui competat, et electio eorum qui illas occupare debent, quomodo facienda sit, *num.* 42 *ad* 75.

Vide etiam *verb.* Concursus, Examen, et *verb.* Capitulum, *art.* 3, *num.* 58.

## PAROCHUS (VI, 43).

QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT EJUS NOMENCLATURAM, ELECTIONEM, ATQUE APPROBATIONEM.

Parochi apud ethnicos qui dicerentur. Vide *verb.* Parochus, *art.* 1, *num.* 1.

Parochi in ecclesia qui sint, *num.* 2.

Parochus quasi paroecus unde sit dictus, *num.* 3 *et* 4.

Ex parochis aliqui vocantur plebani, aliqui rectores, aliqui capellani, aliqui sacerdotes proprii, aliqui simpliciter curati, qui alicubi insigniti sunt nomine archipresbyteri, et alibi nomine præpositi, et qui sint et unde dicti, *num.* 5 *ad* 10.

Pro parocho, quocunque nomine nuncupetur, eligi debet persona idonea, et quæ talis sit, *num* 11 *et* 12.

Parochi quomodo sint eligendi, *num.* 13 *et* 14.

Quomodo, quando, ubi et a quibus sint indicendi concursus pro parochis eligendis, *num.* 15, et *verb.* Concursus, ac *verb.* Examinatores.

In parochos eligendi sunt sub gravi culpa digniores, *num.* 16, et *verb.* Electio, *art.* 3.

Parochus in ecclesia exempta prius est examinandus, et approbandus ab episcopo, *num.* 17 *et* 18.

Parochus pro cura animarum non potest deputari, nisi de consensu episcopi, et prævio examine, *num.* 19.

Examinato et approbato in Urbe ad curam animarum non possunt ab episcopo denegari ordines sub prætextu litteraturæ, *num.* 20.

An et quatenus episcopus possit parochos rite examinare, *num.* 21 *ad* 32.

Parocho quid licitum et prohibitum quoad mulieres in ejus domo habitantes, *num.* 33 *et* 34.

Parochus regularis suo muneri deficiens, a quo puniendus, *num.* 29.

Qualem parochus habeat jurisdictionem in foro interno, *num.* 30.

Digitized by Google

Quænam esse debeat ætas ad consequendas parochias. Vide *verb*. Parochia, *num*. 35.
Promoti ad parochias, si intra præfinitum tempus sacerdotium suscipere negligant, an privati parochia declarentur, *num*. 36.
De parochorum qualitatibus vide *num*. 37.

PAROCHUS QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT EJUS RESIDENTIAM, PRÆCEDENTIAM ET PRÆDICATIONEM.

Parochus tenetur de jure divino residere in sua parochia quamvis paucos habeat parochianos. Vide *verb*. Parochus, *art*. 2, *num*. 1 *ad* 6.
Parochus habens duas ecclesias parochiales unitas ubi residere teneatur, *num*. 7 *ad* 10.
Parochus habens ex legitima dispensatione parochialem ecclesiam cum canonicatu, residere debet in parochiali, potest horis non impeditis pro servitio parochiæ intervenire divinis officiis in collegiata, *num*. 11 *et* 12.
Parochus residere debet in loco, ubi est ecclesia parochialis, etiamsi sit ei datus coadjutor, *num*. 13.
Parochus non habens domum parochialem, ubi residere possit et debeat, *num*. 14 *ad* 17.
Recipi non potest opinio doctorum ab auct. *num*. 17 allegatorum, tenentium posse parochum domo parochiali deserta in domo propria, vel paterna, vel conjunctorum habitare, si ex ea possit suo muneri satisfacere, *num*. 88 *et* 94.
Quid si in districtu parochiæ sit ecclesia aliqua filialis, in qua sacramenta administrantur, in eaque velit parochus habitare, *num*. 89.
Neque potest episcopus potestatem facere parocho extra domum parochialem habitandi, nisi ad breve tempus, *num*. 90.
Parochus tenetur residere personaliter, et per se ipsum etiam subire ea munia, quæ potest quamvis habeat unum vel plures viceparochos, *num*. 18, 19 *et* 20.
Parochi nequeunt abesse a suis parochiis neque per duos menses a concilio sibi concessos sine licentia episcopi, nisi aliqua occurrente gravi causa absentandi sed ad breve tempus. *num*. 21 *ad* 25.
Parochus non potest abesse a sua parochia, etiam relicto in ea idoneo vicario, ut doceat in civitate grammaticam et hujusmodi; potest tamen in publica Universitate sacram Scripturam legere, si in ipsa civitate habeat suam parochiam, et cura animarum nihil detrimenti patiatur, *num*. 26 *et* 27.
Parochus ex alio loco oriundus non potest propter intemperiem aeris extra parochiam habere, quamvis in ea relinquat vicarium approbatum, *num*. 28.
Parochi residere tenentur in suis parochiis, etiam tempore pestis, *num*. 29 *et* 86.
Parochus non potest per hebdomadam abesse a sua ecclesia sine licentia ordinarii; imo neque abesse potest ultra duos dies, si adsit episcopi constitutio id prohibens, *num*. 30 *et* 31.
Quinimo potest episcopus id prohibere parochis sub pœna pecuniaria non tamen sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, *num*. 32.
Ubi non adsit talis constitutio, per quod dies possit parochus abesse sine licentia episcopi, *num*. 33 *et* 34.
Ordinarii per quod tempus abessendi possint justis de causis licentiam parochis concedere, *num*. 35, 36 *et* 37.
Assignantur causæ, ob quas potest concedi parochis licentia abessendi ultra bimestre, *num*. 38 *ad* 42.
Parochis non licet causa studiorum a suis parochiis abesse, neque de licentia episcopi pro visitatione, vel alio servitio ecclesiæ, nisi pro duobus mensibus; et an parochus possit esse vicarius generalis, aut capitularis, et hujusmodi *num*. 43 *ad* 47.
Parochus absens etiam justa de causa, et cum debita licentia tenetur semper relinquere idoneum vicarium, *num*. 48.
Abesse non potest parochus, si episcopus licentiam deneget, judicans minus æquam causam, licet sit vera, sed recurrere debet ad superiorem; et si fingat causam justam, quam non habet, peccat mortaliter, et tenetur restituere fructus in tali absentia perceptos, fabricæ ecclesiæ vel pauperibus, etiam ante nullam judicis sententiam, *num*. 49 *ad* 53.
Parochus compelli potest ad residentiam juris remediis, et quomodo, *num*. 54, 55 *et* 56.
Præcedentia quæ debeatur parochis, supra quos, et quando, *num*. 57 *ad* 66 *et num*. 95.
Vicarius foraneus qua gaudeat præcedentia, *num*. 67, 68 et *verb*. Vicarius foraneus.
Parochus tanquam caput ecclesiæ parochialis thurificandus est ante dominum loci, *num*. 69.
Quoad parochi præcedentiam regula est, quod parochus, exceptis iis quæ sunt sui officii, nullam regulariter præcedentiam et præeminentiam habet. *num*. 92 *et* 93.
Parochi quomodo et quando teneantur prædicare, *num*. 70 *ad* 77 et *verb*. Prædicare, *num*. 1, 2 *et* 3.
Parochi prohibentur admittere in suis ecclesiis concionatores ab ordinario non approbatos; quamvis possint bis, vel tradere licentiam alicui viro, docto et noto, etiam regulari, et a fortiori dare possunt, imo debent concedere approbatis ab ordinario, *num*. 78, 79 *et* 80, et *verb*. Prædicare, *num*. 30.
Parochi diversæ nationis et linguæ tenentur habere viceparochum linguæ vernaculæ, *num*. 81.
Parochi quibus uti debeant in suis concionibus ac sermonibus, *num*. 82 *et* 83.
Parochi an et quando teneantur alimenta præstare prædicatoribus, *num*. 84, et *verb*. Alimenta, *num*. 114.
Potest aliquando parochus propter inimicitias a residentia recedere, *num*. 87.
Parochus simul, et superior sui conventus nequit esse regularis. Vide *verb*. Regularis, *art*. 1, *num*. 110.

PAROCHUS QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT MISSAM, SACRAMENTA, ET FUNERALIA.

Parochus diebus festis missam celebrare debet in propria Ecclesia, et non in alia. Vide *verb*. Parochus, *art*. 3, *num*. 1.
Parocho concedere potest episcopus, ut diebus festis urgente necessitate bis celebret, *num*. 2.
Regulares quando possint in suis ecclesiis missas celebrare, et campanas pulsare ante parochialem, *num*. 4, 5 *et* 6.
Potest episcopus statuere ut diebus festis missæ celebrari non debeant in oratoriis et ecclesiis ruralibus, nisi celebrata missa in parochiali, *num*. 7, 8 *et* 9.
Parochorum de consensu liberum est regularibus celebrare in eorum ecclesiis absque licentia ordinarii, *num*. 10.
Parochus non tenetur subministrare sacerdotibus in suis ecclesiis celebrantibus paramenta et alia necessaria, *num*. 11, et *verb*. Utensilia.
Parochi an et quando teneantur applicare sacrificium pro suis parochianis, *num*. 12, et *verb*. Missa, *art*. 3, *num*. 1 *ad* 11.
Parocho cathedralis non licet sacramenta administrare in aliena parochia; neque canonicis ipsius cathedralis, sed hoc spectat ad parochum domicilii, *num*. 13 *et* 14.
Parocho spectat ministrare sacramenta famulis, et famulabus monialium etiam exemptarum privative quoad confessarium, *num*. 15.
Non debet ordinarius sine gravi causa auferre a propriis parochis celebrationem baptismi et ma-

trimoniorum, eaque ipse ministrare, vel aliis delegare. Vide *verb.* Parochus, *num.* 16.

Parochi an possint aliquid accipere pro administratione sacramentorum, *num.* 17 *ad* 20.

Parochus potest simplici sacerdoti licentiam concedere administrandi sacramenta in sua parochia, excepta pœnitentia, *num.* 21.

Parochi regulares tenentur adesse benedictioni fontis baptismalis, si alii juxta solitum teneantur, *num.* 22 *et* 23.

Parochus nequit approbare confessarios pro parochianis, et neque pro se ipso, *num.* 24 *et* 25.

Parochus sine alia licentia potest suorum parochianorum confessiones audire, etiam in aliena diœcesi, *num.* 26 *et* 27, et *n.* 104.

Parochus, dimissa parochia, indiget nova approbatione pro confessionibus excipiendis, *num.* 28.

Parochus tenetur ministrare sacramenta suis parochianis tempore gravis necessitatis, etiam cum certo periculo vitæ; neque ad id impediri potest a magistratu sæculari tempore pestis, cum etiam tali tempore ad id teneatur, *num.* 29, 30 *et* 31.

Parochus ministrando viaticum nunquam potest uti pileolo, *num.* 32.

Parochum dolose cogentes ad assistendum matrimoniis, qua pœna puniri possint, *num.* 33 *et* 34, *et verb.* Matrimonium quoad impedimenta, *art.* 1, *num.* 59.

Parochus violenter rapiens, et spolians funus ad quid teneatur, *num.* 35.

Occasione funerationis cadaverum alterius diœcesis aut parochiæ, potest proprius parochus defuncti libere transire processionaliter per quascunque diœceses et parochias, stola et cruce elevata, etiam irrequisitis earumdem parochis, nulla eis tributa quarta funerali, *num.* 36 *et* 37.

Parochus prætendere nequit ab hæredibus defuncti sepulti in ecclesia regularium portionem majorem solito, *num.* 38.

Hæredes defuncti quid possint circa numerum religiosorum et ceræ; quidve parochus pro tali funeratione, *num.* 39 *ad* 47.

Regulares nequeunt levare de domo cadavera, nisi requisito proprio parocho, et ipso intervenire recusante, possunt levare, et deferre illa ad propriam ecclesiam, *num.* 48 *et* 49.

Parochus proprius, si velit intervenire, nullatenus est excludendus, licet vocarentur soli regulares, *num.* 50.

Parochus spectat declarare viam pro delatione cadaveris, *num.* 51.

Vocati ad funus debent convenire omnes ad parochialem defuncti, excepto capitulo cathedralis, *num.* 52.

Regulares extra claustra decedentes possunt ad eorum ecclesias deferri, inconsultis parochis, *num.* 53.

Parochus in sua ecclesia facere debet officium supra corpus defuncti, etiamsi adsit capitulum cathedralis, *num.* 54.

Canonicus cathedralis decedens, non electa sibi sepultura, ubi debeat sepeliri, et cui debeatur quarta, *num.* 55 *et* 56.

Ubi parochiæ sunt distinctæ per familias, cui competat administratio sacramentorum, *num.* 57.

An et quando parochus incedere debeat sub cruce regularium in delatione cadaveris ad eorum ecclesiam, *num.* 58.

Adducuntur varia quædam ulterius respectu parochi decisa, *num.* 59 *ad* 65.

An parochi possint cum stola et cruce elevata ingredi ecclesias regularium, *num.* 66 *ad* 69, et *num.* 96 *et seqq.*

An confessarii possint confessiones excipere sine licentia parochorum in suis respective parochiis, *num.* 70 *ad* 73.

Sed vid. *ibid. in not.*

Parochi associantes funus nequeunt prætendere candelam majorem illa, quæ datur superioribus regularibus; neque alii sacerdotes et canonici majorem illa, quæ datur regularibus, *num.* 74.

Afferuntur ad rem varia decreta sacræ congregationis concilii, *num.* 75, 76 *et* 77.

Alia ad rem. Vide *verb.* Cadaver, quarta funeralis, Sepultura, Confraternitas, *art.* 1, *num.* 44.

PAROCHUS QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT IMMUNITATEM.

Afferuntur ad rem varia decreta sacræ congregationis immunitatum. Vide *verb.* Parochus, *art.* 4, *num.* 1 *ad* 20.

### PAROCHI.

Parochi præsentia, quid de ea in variis casibus. Vide *verb.* Matrimonium quoad impedimenta, *art.* 2, *num.* 60 *ad* 113.

Alia ad rem quoad parochos. Vide *verb.* Parochus, *in Append.* ad *verb.* Parochus.

### PARRICIDIUM (VI, 121).

Parricidium, quid de eo in variis casibus. Vide *verb.* Parricidium, *per tot.*

Non tamen ad *num.* 3 auctoris, quod matricida, et parricida non amplius gaudent immunitate ecclesiastica, *ibid.*

### PARTICULÆ.

Particulæ plures consecratæ non possunt præberi fidelibus communicantibus. Vide *verb.* Eucharistia, *num.* 41, *in finem.*

### PARTUS.

Partus suppositi pœna quæ fit. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 174.

### PARVULI (VI, 123).

Parvuli originale tantum peccatum habent. Vide *verb.* Parvuli, *num.* 1.

Alia de parvulis, *num.* 2 *ad* 12.

Quid de parvulis decedentibus cum solo peccato originali. Vide *verb.* Peccatum, *num.* 64 *ad* 74.

### PASCHA, PASCHALIS COMMUNIO (VI, 123)

Pascha quando celebrari debeat. Vide *verb.* Pascha, *num.* 1, 2 *et* 3.

Fideles omnes adepti usum rationis communicare debent singulis annis ad minus in paschate, *num.* 4.

Quando, et ubi sumi debeat Eucharistia pro communione Paschali, *num.* 5 *ad* 15.

Reprehenditur *num.* 11 auct., *ibid. in not.*

Regulares non possunt in die Paschatis administrare sæcularibus Eucharistiam, etiamsi tales personæ in alia die satisfecerint præcepto, *num.* 16 *et* 17.

Per communionem sacrilegam non satisfit præcepto, *num.* 18.

Qui culpabiliter non adimplet præceptum Paschale, quam pœnam incurrat, et quomodo, et quando suam malitiam, vel impotentiam emendare debeat, et præcepto satisfacere, *num.* 19 *ad* 27.

Excommunicati paulo ante Pascha non sunt molestandi, si non communicent in paschate, *num.* 28.

Communio, an, et quomodo possit dari pueris mutis, surdis, energumenis, epilepticis, et similibus, *num.* 29.

Studiosi scholares ubi communicare possint, ac debeant, *num.* 30.

Corrigitur hic auct. *ibid. in not.*

Qui fuerunt interdicti eo quod non adimpleverint præceptum paschale, si postea illud adimpleant, debent absolvi, *num.* 31.

Episcopus non debet procedere contra eos qui in Paschate communicaverunt Romæ, *num.* 32.

Paschale tempus pro communione paschali a Dominica Palmarum ad Dominicam in Albis conclu-

Digitized by Google

ditur nec potest episcopus illud prærogare præsertim in sua synodo, inconsulta sacra congregatione. Vide *verb.* Pascha, *num.* 33 *et* 34.

Paschalem communionem omittentium pœna quæ sit. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 116, et *verb.* Eucharistia.

PASCUA (VI, 129).

Pascua unde sint dicta, et quid pro ipsis intelligatur. Vide *verb.* Pascua, *num.* 1 *et* 2.

Pascua et sylvæ de jure communi ad quem spectent, *num.* 3 *ad* 8.

Jus pascendi tum in locis communalibus; tum in aliis, cui competat, *num.* 9 *ad* 15.

Jus pascendi quinque modis acquiritur. Et quid, si aliquis pascat sine dictis modis, *num.* 16, 17 *et* 18.

Quid de iis, qui pascunt animalia in pascuis communitatis alicui privato elocatis, vel assignatis, *num.* 19 *et* 20.

Quid de eo, qui pascit sua animalia in pascuis spectantibus ad Communitatem, cujus ipse non est pars, *num.* 21.

Quæ sunt dicta de pascuis, intelligenda sunt etiam de lignatione in sylvis; salvis tamen consuetudinibus et legibus propriis diversorum locorum, *num.* 22 *et* 23.

Alia ad rem, *num.* 24 *ad* 32.

De jure pascendi an et quando ipsum secum ferat prohibitionem immutandi culturam, tum restringendi, late, *num.* 33 *et seqq.*

PATER (VI, 135).

Pater et filius dicuntur una persona. Et quomodo. Vide *verb.* Pater, *num.* 1 *et* 2.

Patris nomine qui veniat, et quando pater habeat potestatem habitu vel actu in suos filios, *num.* 3, 4 *et* 5.

De jure communi pater transiens ad secundas nuptias non privatur usufructu bonorum filiorum prioris matrimonii, *num.* 6 *et* 7.

Pater et filius an, et quando habere possint beneficium, et celebrare in eadem ecclesia, et sibi succedere in beneficio, *num.* 8 *ad* 11.

Sed ad *num.* 8 auctoris. Vide *num.* 23 *et seqq.*, ubi disseritur an et quando ecclesia dicatur sororia cum altera ad effectum ne pater et filius ibid. singuli habeant beneficium.

Pater, reclamantibus filiis, uxore mortua, potest professionem in aliqua religione emittere, *num.* 12.

Pater, qui dormiens in lecto filium suffocavit, efficitur irregularis, et percutiens filium in sacris incurrit excommunicationem, *num.* 13 *et* 14.

Pater quoad immunitatem duodecim filiorum, *num.* 15 *ad* 18.

Alia ad rem. Vide *verb.* Filius, et *verb.* Parentes.

Pater an, et quando teneatur ad restitutionem mutui sine suo consensu accepti a filio, *num.* 20, et *verb.* Mutuum, *num.* 1 *ad* 19.

An, et quo sensu patris iniquitas transeat in filium, *num.* 21, 22.

Pater transiens ad secundas nuptias quando amittat hæreditatem, et legitimam filii præmortui, Vide *verb.* Legitima, *num.* 33.

PATRES SANCTI (VI, 141).

Qui sanctorum Ecclesiæ Patrum nomine latius sumpto venire possint. Vide *verb.* Patres sancti, *num.* 1.

Qui vero, communi probatoque Ecclesiæ usu, intelligantur, *num.* 2 *et* 3.

Scripta, quæ sub sanctorum Patrum Ecclesiæ nomine circumferuntur, triplicis sunt generis, et exponuntur, *num.* 4 *et* 5.

Quæ sit SS. Patrum auctoritas, quis usus, *num.* 6 *ad* 18.

PATRIA POTESTAS (VI, 151).

Patria potestas quid sit, et unde oriatur. Vide *verb.* Patria potestas, *num.* 1 *ad* 4.

Quid requiratur ad acquirendam patriam potestatem, et qui eam habeant, vel non, *num.* 5 *ad* 14.

Patria potestas acquiritur non solum per creationem ex justis nuptiis, sed etiam per legitimationem prolis, aut per adoptionem hominis liberi *num.* 15.

Legitimatio prolis quomodo fiat, *num.* 16 *et* 17, et *verb.* Filius, *num.* 32 *ad* 56.

Adoptio quid et quotuplex sit, quidve de adoptantibus, seu adrogantibus, et de adoptandis, seu adrogandis, *num.* 18 *ad* 32.

Patria potestas quando, et quibus amittatur a parentibus super filios, et qualis fuerit penes Romanos, et qualiter tollebatur, *num.* 33, et *verb.* Filius, *num.* 121 *ad* 128.

Alia ad rem. Vide *num.* 34 *ad* 39.

Jure naturæ potestas in filios, et matri, et patri competit, jure vero Romano patri tantum competit, *num.* 40 *et* 41.

Num hodiernis moribus effectus omnes patriæ potestatis secundum jus Romanum obtineant, *num.* 42; *ubi etiam de potestate maritali.*

PATRIARCHA (VI, 163).

Patriarchæ nomen unde oriatur, et quibus competat. Vide *verb.* Patriarcha, *num.* 1 *et* 2.

In Ecclesia Christi quis patriarcharum numerus fuerit, *num.* 3 *ad* 7.

PATRICIUS (VI, 165).

Dignitas et munia patriciatus quæ fuerint pro temporum diversitate. Vide *verb.* Patricius, *num.* 1 *et per totum.*

PATRIMONIUM (VI, 169).

Ad titulum patrimonii seu pensionis quis et quando ordinari possit. Vide *verb.* Patrimonium, *num.* 1 *et* 2.

Ad titulum patrimonii non possunt ordinari, nisi illi, qui vel necessarii, vel utiles sunt ecclesiæ, *num.* 74.

Hac occasione arrepta disseritur, quinam sint utiles ecclesiæ, aut necessarii, *num.* 75 *et* 76.

Patrimonium, seu pensio debet vere ab ordinando pacifice obtineri, et debet esse sufficiens ad suam honestam sustentationem, *num.* 3.

Quid de clerico suscipiente ordines sacros cum patrimonio ficto, et de donante fraudulenter, vel ficte promittente patrimonium, *num.* 4 *ad* 8.

An valeat patrimonium a patre una cum aliis filiis institutum clerico filio, si nihil remaneat pro eorum victu, et an possit solus pater donare uni filio clerico fere totum pro patrimonio, non relicta aliis filiis legitima portione, *num.* 9 *et* 10.

An patrimonium a patre constitutum clerico filio computari debeat in legitima, *num.* 11.

An pereunte clerico ante susceptos sacros ordines, patrimonium illi pro ipsis donatum redeat ad donantem, *num.* 12 *et* 13.

Patrimonium constitutum clerico ex conditione et clausula, « Donec fuerit de beneficio provisus, vel alia sufficientia bona acquisiverit, » an sufficiat, et quid de ipso, *num.* 14, 15 *et* 16.

Patrimonium in quibus bonis constitui debeat, et possit, *num.* 17 *ad* 23.

Quid de taxa patrimonii, *num.* 24 *ad* 27.

Impetrato beneficio, bona assignata in patrimonium redeunt ad primævum statum, facta tamen prius subrogatione per ordinarium, *num.* 28.

Patrimonium inserviens solum pro supplemento defectus reddituum beneficii, quando admittatur, *num.* 29 *et* 30.

Quid de obtinente breve extra tempora cum

Digitized by Google

clausula, « ut ad titulum patrimonii tui promoveri licite possit. Vide *verb.* Patrimonium, » *num.* 31.

Episcopus an possit ordinare suum familiarem ad titulum patrimonii, *num.* 32.

Patrimonium clerici non potest capi in executionem, *num.* 33.

Sine patrimonio, aut beneficio non possunt promoveri clerici religiosi more regularium in communi viventes, *num.* 34.

An patrimonium sit sufficiens, relinquitur arbitrio ordinarii, *num.* 35.

Patrimonium sine licentia episcopi nequit alienari, exstingui, vel remitti, hypothecari, permutari, et hujusmodi, *num.* 36 *ad* 44.

Alia plura ad rem, *num.* 45 *ad* 73.

### PATRINUS.

Patrinus, quid de eo. Vide *verb.* Baptismus, *art.* 7, *num.* 4 *ad* 43.

### PATRONI.

Patroni beneficiorum, quid de ipsis. Vide *verb.* Beneficium, *art.* 3, *num.* 69, et *art.* 5, *num.* 31, et *verb.* Juspatronatus, *per tot, et signanter art.* 4.

### PATRONI SANCTI (VI, 181).

Electio sanctorum in patronos quomodo sit facienda. Vide *verb.* Patroni sancti, *num.* 1 *ad* 4 *et num.* 16 *ad* 19. Ubi an approbatio, seu confirmatio apostolica in electione sancti patroni necessaria duntaxat sit ad certos principaliores effectus.

In electione patroni sancti non debent fieri promissiones, et vota servandi ejus festum, et jejunandi in ejus vigilia, exceptis tamen festis patronorum principalium, et jam electum ante decretum Urbani VIII, *num.* 5, 6 *et* 7.

Regulares ad quæ festa, et officia patronorum teneantur, *num.* 8 *ad* 12.

Officium patroni principalis sub quo ritu sit celebrandum a clero sæculari et regulari, *num.* 13 *et* 14.

Assignatur ordo servandus in patronorum præcedentia, *num.* 15.

Alia ad rem, *num.* 16 *ad* 20.

### PATRONUS ECCLESIASTICUS (VI, 181).

Patronus ecclesiasticus tenetur præsentare ad ecclesiam parochialem digniorem inter approbatos ab examinatoribus. Vide *verb.* Patronus ecclesiasticus, *num.* 1.

Quid episcopus teneatur facere in electione digfioris facta a patrono ecclesiastico, *num.* 2 *et* 3.

Patroni ecclesiastici præsentare possunt canonicos regulares Lateranenses, et Sancti Salvatoris ad beneficia residentialia cum præservatione beneplaciti apostolici, aliisque conditionibus, quas vide indicatas, *num.* 5.

### PATRUALES.

Patrueles qui sint. Vide *verb.* Affinitas, *art.* 1, *num.* 15.

### PATRUUS.

Patruus, et Patruus magnus. Vide *ibid.*

### PAUPERTAS.

Vide *verb.* votum, *art.* 2, *n.* 43 *ad* 116.

### PAX (VI, 187).

Pax quid sit. Vide *verb.* Pax, *n.* 1.

Pacem cum alio facere nullus est compellendus, sed sufficit pro foro conscientiæ intus vere injuriam remittere, *num.* 2.

Signis tamen externis animum debet suum ostendere, *n.* 2.

Pacis osculum quomodo dandum viris ecclesiasticis, *n.* 3.

Pacis osculum non est dandum præsidenti, vel regio consiliario ante episcopum, *n.* 4.

Pax et thus quomodo, et a quibus debeat dari domino loci, *n.* 5 *et* 6.

Pax an sit danda mulieribus, *n.* 7.

Pax quare non detur in missis Feriæ V in Cœna Domini, Feriæ VI in Parasceve, et Sabbati sancti. Vide *verb.* Missa, *art.* 12, *n.* 87.

Pax quare non detur in missis defunctorum. Vide *verb.* Missa, *art.* 14, *num.* 33.

### PAX RELIGIOSA (VI, 187).

Conventiones circa materias religiosas cum protestantibus initæ, breviter exponuntur. Vide *verb.* Pax religiosa, *n.* 1 *et per totum.*

### PAX WESTPHALICA (VI, 191).

Tractatus Westphalicus summatim exponitur. Vid. *verb.* Pax Westphalica, *num.* 1 *et per totum.*

### PECCATUM (VI, 193).

Peccatum generalissime sumptum potest esse, vel naturæ, vel artis, vel moris, et sic sumptum explicatur. Vide *verb.* Peccatum, *n.* 1 *et* 2.

In hoc sensu etiam natura, et artifex dicitur peccare, et quomodo, *n.* 3 *et* 4.

In proposito est tantum sermo de peccato moris, quod variis sumitur modis, qui assignantur, *num.* 5, 6.

Peccatum morale rigorose captum varie definitur, et adducuntur præcipuæ ejus definitiones, et explicatur per singulas particulas illa tradita a sancto Augustino, *num.* 7 *et* 8. Vide *not. ad num.* 7.

Peccatum ut sic varie dividitur, et assignantur ejus divisiones cum suis definitionibus, *num.* 9 *ad* 16.

Ad contrahendum quodcunque peccatum actuale, sive mortale, sive veniale, tres assignantur conditiones, sicuti etiam tres requiruntur ad peccatum mortale, et assignantur, *n.* 17 *ad* 23.

Sed vide notata ac reprehensa *num.* 88 *et seqq.*

Peccatum mortale et veniale potest esse triplex, et assignatur cum modis, quibus mortale per se potest per accidens fieri veniale, et e contra, *num.* 24 *ad* 27.

Ad *num.* 26 auctoris, vide notata *in not.*

Peccatum formaliter acceptum non consistit in positivo, sed in privativo, *num.* 28, 29 *et* 30.

Distinctio specifica et numerica peccatorum unde desumatur, *num.* 31 *ad* 39 *et in not.*

Peccatum originale quomodo deleatur tum in infantibus, tum in adultis, *n.* 40 *et* 41.

Peccatum mortale post baptismum commissum quomodo deleatur, et an remitti possit unum sine alio, vel mortale sine veniali, vel veniale sine remissione mortalis, *n.* 42 *ad* 45.

Peccatum veniale post baptismum commissum remittitur duobus modis, qui assignantur, et enumerantur, et explicantur sacramentalia, *num.* 46 *ad* 60.

Circa pœnam debitam decedentibus cum solo peccato originali quinque sunt diversæ sententiæ, quæ assignantur, *n.* 61 *ad* 79.

Adducitur distinctio locorum, in quibus recipiuntur animæ ex hoc mundo decedentes, *num.* 80.

Pœna debita decedentibus cum peccato actuali mortali, quæ sit, *n.* 81.

Pœna debita decedentibus cum solis peccatis venialibus, quæ sit, *n.* 82.

Peccatum veniale conjunctum cum mortali qua pœna puniatur in inferno, *n.* 83 *et* 84.

Assignatur verus sensus illius catholici axiomatis, in inferno nulla est redemptio, *n.* 85.

Circumstantiæ peccati. Vide *verb.* Pœnitentiæ sacramentum, *art.* 2, *n.* 100.

Peccatum mortale mortua constituit bona opera, quæ in eo fiunt, et jam facta reddit mortificata. Vide *verb.* Pœnitentiæ sacramentum, *art.* 3, *n.* 8.

Digitized by Google

**PECCATUM CONTRA NATURAM.**

Vide *verb*. Luxuria, *n*. 35 *ad* 70.

**PECCATA CAPITALIA SEPTEM ENUMERANTUR, ET EXPLICANTUR.**

Vide *verb*. Peccata capitalia, *n*. 1 *et* 2.

**PECULATUS (VI, 228).**

Peculatus quid sit, et quando committatur. Vide *verb*. Peculatus, *num*. 1 *ad* 11, et *num*. 21 *et* 22.
Peculatus qua pœna puniatur, *num*. 12 *ad* 15, et *num*. 25.
Reus delicti peculatus an gaudeat immunitate ecclesiastica, *n*. 16, 17 *et* 18.
Depositarius in alios usus convertens pecunias publicas non tenetur pœna peculatus, *n*. 19.
Interdum, licet publica pecunia intervertatur, minime tamen peculatus committitur, *num*. 20 *et seqq*.

**PECUNIA.**

Pecunia unde dicta, et quid de ea. Vide *verb*. Emptio, *n*. 8.

**PECUNIARIA.**

Pecuniaria pœna quid sit. Vide *verb*. Pœna, *art*. 2, *n*. 20.

**PEDAGIUM.**

Pedagium quid sit. Vide *verb*. Gabella, *n*. 9.

**PENINSULA.**

Peninsula quid. Vide *verb*. Mundus, *n*. 87.

**PENSIO, PENSIONARIUS (VI, 231).**

Pensio unde sit dicta, quotuplex, et qualis sit. Vide *verb*. Pensio, *n*. 1 *ad* 8.
Pensio clericalis potest imponi, vel beneficiato, vel beneficio, et assignatur quando imponatur uni, et quando alteri, *n*. 9.
Papa super quibus possit et soleat pensionem imponere, *n*. 10 *ad* 13.
Episcopus, et quicunque alius collator papa inferior quid possit circa pensionem, *n*. 14 *ad* 33.
Laicus an sit capax pensionis, et qualiter, *num*. 34 *ad* 40.
Pensio conferri potest puero septennali, *num*. 41.
Filii clericorum tum legitimi, tum illegitimi an et qualiter sint capaces pensionis, *num*. 42, 43 *et* 44.
Equites religionum militarium qualis pensionis sint capaces, *n*. 45 *ad* 50.
Regulares an, et quando sint capaces pensionis, *n*. 51, 52 *et* 53.
Illegitimus an et quando sit capax pensionis, *n*. 54 *et* 55.
Excommunicatus, suspensus, et interdictus est incapax pensionis, et an etiam irregularis, *n*. 56 *et* 57.
Hæretici, eorumque filii, ac nepotes, et militiæ sæculari operam dantes sunt incapaces pensionis, *n*. 58 *et* 59.
Clerici matrimonium contrahentes an, et qualiter sint capaces pensionis, *n*. 60, 61 *et* 62.
Adverte tamen quod pensio reservata clerico habitum et tonsuram clericalem non deferenti, et etiam carnales nuptias cum pluribus successive, aut cum vidua ineunti, amittitur ob transitum ad sæcularem militiam, *n*. 141.
Quod procedit etiam in terminis equitum levis Armaturæ custodiæ corporis summi pontificis destinatorum, *n*. 142 *et seqq*.
Professi regulares an et qualiter retinere possint pensionem *n*. 61 *et* 64.
Promoti ad episcopatum, cardinalatum, et papatum an et qualiter possint retinere pensionem, *n*. 65 *ad* 71.
Promoti autem ad episcopatum non modo amittunt pensiones, sed et in his evanescit indultum easdem transferendi, *n*. 146.
Vide autem quænam verba in indulto salvam faciant vel non, indultario auctoritatem transferendi pensiones, etiamsi promotus fuerit ad episcopatum, *n*. 147 *et* 148.
Pensionarius non deferens habitum et tonsuram clericalem amittit pensionem, *n*. 72.
Quid de pensione reservata in persona unius ad utilitatem alterius, *n*. 73.
Pensio quomodo, et quando possit transferri de una persona in aliam, *n*. 74 *ad* 98.
Pensio an possit redimi pecunia, et vendi possit ejus fructus, *n*. 99 *ad* 101.
Pensio debet esse moderata, et quomodo, *num*. 102 *ad* 105.
In impetratione et impositione pensionis facienda est mentio, quod beneficium sit alia pensione gravatum, *n*. 106 *et* 107.
Pensio legitime imposita est a beneficiario sub mortali solvenda; et quid, si pensiones non sint solutæ a priore beneficiario, *n*. 108 *et* 109.
Quid, si pensionarius moriatur ante terminum solvendæ pensionis, *num*. 110.
Quid de anno et loco pro solvenda pensione, *num*. 111 *et* 112.
In qua specie pecuniæ, quomodo et quando sit solvenda pensio, *n*. 113 *ad* 122.
Quo onere et quando teneatur pensionarius ad recitationem officii, et qualia, *n*. 123 *ad* 128.
Pensionarius ad quæ onera teneatur ex redditibus pensionis, *n*. 129 *ad* 133.
Pensionarius quomodo et quando teneatur deferre habitum clericalem, et an dispensatus ad matrimonium censeatur dispensatus etiam ad militiam, *n*. 134 *ad* 138.
An et quando pensionarius teneatur vel non pensionem minuere, seu remittere. Vide *verb*. Locatio, *n*. 37 *ad* 47.
An pensionarius teneatur superfluos fructus pensionum in pios usus expendere, *n*. 140.
Votantes signaturæ fruuntur indulto transferendi pensiones, *n*. 149.
An sustineatur translatio pensionis ab indultario facta, si pridem in titulari promiserit se non esse translaturum, *n*. 150.
Vide *verb*. Resignatio.
Ut episcopus pensionem imponendam constituere possit, quænam sint necessaria, *ibid*. in *Appendice*, *n*. 1 *ad* 6.
Pensio legitime imposita an omnino a beneficiato solvenda sit, *num*. 7 *ad* 16.
An impetratione pensionis necessarium sit, ut pensionarius declaret, se possidere alias pensiones, si quas habeat, *num*. 17.
An pensio, longo tempore non soluta, intelligatur exstincta, *num*. 18 *ad* 22.
Utrum sit licitum pensionariis absque beneplacito apostolico suas pensiones, anticipatis solutionibus, exstinguere, *num*. 23.
An, cessante paupertate pensionarii, cessare debeat pensio, *num*. 24, 25.
Super quibus beneficiis pensio imponi possit, *num*. 26 *ad* 32.

**PERCUSSIO.**

Vide *verb*. Excommunicatio, *art*. 12, *num*. 2 *ad* 6.

**PEREGRINI.**

Vide *verb*. Lex *art*. 3, *num*. 18 *ad* 45.

**PERIGEUM.**

Perigeum quid. Vide *verb*. Mundus, *num*. 138.


Digitized by Google

### PERJURIUM.

Vide *verb.* Accusatus, *num.* 31 *ad* 42, *verb.* Juramentum, *art.* 1, *num.* 13, *verb.* Mendacium, *num.* 17, *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 176, *verb.* Restrictio mentalis, *per totum verb.* Reus, *num.* 26.

### PERMUTATIO BENEFICIORUM.

Vide *verb.* Resignatio beneficiorum, *num.* 57 *ad* 103.

### PERQUISITIO.

Perquisitio, quid de perquisitione in variis casibus. Vide *verb.* Perquisitio, *num.* 1 *ad* 17.

### PERSONATUS.

Vide *verb.* Beneficium, *art.* 1, *num.* 27.

### PESTIS.

Pestis, quid de ea in diversis casibus. Vide *verb.* Pestis, *num.* 1 *ad* 19.

### PETITIO.

Petitio ad beneficia quid et quæ sit, et quæ ejus differentia ab electione. Vide *verb.* Electio, *art.* 1, *num.* 11 *et* 12.

### PHYSIOGNOMIA.

Physiognomia quid sit. Vide *verb.* Superstitio, *n.* 24.

### PIETAS.

Pietas quando sufficiat ad alienationem bonorum ecclesiasticorum. Vide *verb.* Alienatio, *art.* 2, *num.* 3.

Pietas quando excuset a jejunio. Vide *verb.* Jejunium, *art.* 2, *num.* 34.

Pietas quando excuset a residentia. Vide *verb.* Canonicus, *art.* 5, *num.* 34, *verb.* Episcopus, *art.* 3, et *verb.* Parochus, *art.* 2, *num.* 38.

### PIGNUS.

Pignus. Quæ vendi non possunt, neque possunt oppignorari. Vide *verb.* Pignus, et *verb.* Hypotheca *per tot.*

### PILEOLUS.

Pileolus, quid de ipso in variis casibus. Vide *verb.* Pileolus, *num.* 1 *ad* 9, *verb.* Coma fictitia, *per tot.*, et *verb.* Missa, *art. numer.* 2.

### PIXIS SACRA.

Pixidis sacræ fur quas pœnas incurrat. Vide *verb.* Fur, *num.* 65 *ad* 80, et *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 38.

### PLACITUM REGIUM.

Variæ adversus placitum regium animadversiones exponuntur. Vide *verb.* Placitum regium, *num.* 1 *ad* 10, *per totum.*

### PLAGIUM (VI, 359).

Plagium quid sit, ab ipso plagiarii, et unde dicti. Vide *verb.* Plagium, *num.* 1, 2 *et* 3.

Reprehenditur auctor in etymologia Plagii designanda, et vera indicatur, *n.* 11.

Plagium non est proprie furtum, si persona, quæ subripitur, sit sui juris; bene vero si adhuc sit sub patria potestate, *num.* 4 *et* 5.

Et inde actio furti competit patri, non vero matri, *num.* 6 *et* 7.

Plagii pœna, quæ olim fuerit, et nunc sit, *num.* 8 *et* 9.

Plagii crimen committunt dantes pecuniam vel fraudulentis suasionibus incautos juvenes ad militiam trahentes, *num.* 10.

Is cujus concilio plagium commissum est, plagii non tenetur, *num.* 12 *et* 13.

### PLANETÆ.

Planetæ intra quod tempus impleant suam circulationem. Vide *verb.* Mundus, *num.* 181.

Planetæ quot sint, et quæ eorum magnitudo, *n.* 179 *ad* 181.

Planetæ quomodo discernantur inter se, *num.* 183.

Planetæ quomodo distinguantur a stellis fixis, *num.* 175.

### PNEUMATICA.

Pneumatica quid. Vide *verb.* Mundus, *num.* 207 *et* 209.

### POENA IN GENERE (VI, 301).

Pœna, quæ est mensura culpæ, quid sit. Vide *verb.* Pœna, *art.* 1, *num.* 1 *et* 2.

Licet regulariter nemo puniatur sine culpa, interdum tamen quis innocens sic punitur ob bonum publicum, *num.* 3 *et* 4.

Quomodo distinguantur pœna et mulcta, ac pœna et pœnitentia, *num.* 5 *et* 6.

Pœna multas habet divisiones, quæ assignantur cum suis definitionibus, *num.* 7 *ad* 11.

Quinque traduntur regulæ ad cognoscendum, an pœna sit latæ vel ferendæ sententiæ, *n.* 12, et *verb.* Lex, *art.* 2, *n.* 28 *ad* 35.

An pœna sit latæ vel ferendæ sententiæ, quando lex utitur verbis imperativi modi, *num.* 13, 14 *et* 15, et *verb.* Lex, *art.* 2, *num.* 32.

Pœna, seu lex pœnalis sententiæ ferendæ non obligat ante sententiam judicis, *n.* 16, et dict. *verb.* Lex, *num.* 36.

Pœna, seu lex pœnalis latæ sententiæ, an et quando obliget ante sententiam declaratoriam judicis; etiam stante clausula « absque alia declaratione ipso facto incurrenda » et hujusmodi, *num.* 17 *ad* 24, et dict. *verb.* Lex, *num.* 37 *ad* 44.

Exceptis censuris, pœnam legis incurrunt, transgressores, etiam si illam ignorent, *num.* 25.

An et ex quibus causis possit judex augere, vel minuere pœnas a jure statutas, *num.* 26 *ad* 45.

Quædam sunt crimina, in quibus minor ætas non minuit, qualia sunt furtum hostiæ, et celebratio missæ facta a non promoto ad presbyteratus ordinem, *num.* 74 *et seqq.*

Adverte tamen id procedere dummodo reus vicesimum annum compleverit, *n.* 77.

Illud autem singulare est in hisce criminibus, quod confessio quam vocant *de plano*, nec etiam suffragatur ad pœnam diminuendam, *n.* 78.

An valeat episcopus componere dicta clericorum convertendo pœnam in mulctam aliquam pecuniariam, *num.* 79.

De applicatione pœnæ pecuniariæ facienda ab episcopo. Vide *num.* 80, 81.

Episcopus autem pœnas a sacris canonibus impositas non potest remittere nisi in casibus expressis, *num.* 82.

In pœnis arbitrariis quomodo debeat judex procedere, *num.* 46, 47 *et* 48.

Pœna unius metus est multorum, et imposita in foro conscientiæ non liberat a pœna imponenda in foro fori, *num.* 49 *et* 50.

Pœnas pecuniarias seu mulctas, quibus possit ac debeat vel non applicare episcopus, *num.* 51 *ad* 63.

Si mulctæ non fuerint per episcopum in vita applicatæ, non possunt ad minorem summam reduci per vicarium capitularem, *num.* 64.

Pro mulctis retinendis, deputandus est ab episcopo depositarius, et quid de ipso, *num.* 65 *ad* 70.

Pœnæ et mulctæ non observantium dies festos, quibus sint applicandæ, *num.* 71.

Pœna et mulcta interficientis presbyterum, quibus sit applicanda, *num.* 72.

Ordinarius abstinere debet a pœnis pecuniariis contra regulares, *num.* 73.

Quoad pœnas in specie et variorum delictorum.

Digitized by Google

Enumerantur et describuntur variæ pœnæ in specie. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 1 *ad* 28.

Assignantur delictorum pœnæ variæ pro varietate criminum, *num.* 29 *ad num.* 231.

Reprehenditur auctor. *num.* 184, et una simul explicatur *text. in leg.* 18, *cod. de Transact. num.* 232 *et seqq.*

### PŒNITENTIÆ SACRAMENTUM (VI, 360).

PŒNITENTIÆ SACRAMENTUM QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT PŒNITENTIÆ NATURAM, MATERIAM, FORMAM ET MINISTRUM.

Pœnitentia unde dicta. Vide *verb.* Pœnitentia, *art.* 1, *num.* 1.

Pœnitentiæ sumitur ut est virtus, et ut est sacramentum, et quid utraque sit, *num* 2, 3 *et* 4.

Pœnitentia est verum novæ legis sacramentum, et quando fuerit institutum, *num.* 5 *et* 6.

Sacramentum pœnitentiæ quomodo sit necessarium, quæ sit ejus materia proxima remota, necessaria et sufficiens, ac necessaria sed non sufficiens, *n.* 7 *ad* 19.

Quid sentiendum de peccato commisso in ipsa baptismi susceptione, *num.* 14.

Auctoris sententia explicatur, *in not.*

Forma sacramenti pœnitentiæ quæ sit, quibus verbis valida et licita sit, vel non, *num.* 20 *ad* 32, et *verb.* Absolutio, *art.* 3.

Absolutio a quibus, et de quibus dari possit, vel non. Vide *verb.* Absolutio, *art.* 1.

Absolutio quibus dari possit, vel non. Vide dict. *verb.* Absolutio, *art.* 2, *per tot.*

Minister sacramenti pœnitentiæ est solus sacerdos habens etiam potestatem jurisdictionis, *num.* 35 *et* 36.

Quæ requirantur in ministro hujus sacramenti ad valide et rite ejus officium exercendum. Vide *verb.* Confessarius, *art.* 1, *per totum.*

Quæ concernunt ministrum hujus sacramenti quoad ejus approbationem. Vide *verb.* Approbatio.

Quæ concernunt facultatem ministri hujus sacramenti quoad absolutionem. Vide *verb.* Absolutio.

Varia alia quæ concernunt ministrum hujus sacramenti.

Vide *verb.* Confessarius, *art.* 4, et *verb.* Sigillum.

Pœnitentiæ sacramentum tempore pestis non tenetur per se præstare episcopus, *num.* 41.

PŒNITENTIÆ SACRAMENTUM QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT CONTRITIONEM ET CONFESSIONEM.

Quid sit contritio in communi, quid contritio et attritio in particulari, quare sic dicatur, quæ sit differentia inter ipsas, et quando attritus dicatur fieri contritus. Vide *verb.* Pœnitentiæ sacramentum, *art.* 2, *num.* 1 *ad* 11.

Ut attritio cum sacramento in re sufficiat ad justificationem peccatorum, quid requiratur et sufficiat; et an possit dari sacramentum validum, *num.* 12 *ad* 36.

Corrigitur auctor. *in not. ad num.* 36.

Quid de illo, qui in confessione oblitus est alicujus peccati mortalis, de quo antea explicite et formaliter non doluit, et de moribundo, qui fuit absolutus a confessario, audito uno solo, vel altero illius peccato, *num.* 37 *et* 38.

Quid de proposito una cum dolore requisito, *num.* 39 *ad* 43.

Propositum explicitum requiritur, *in not. ad num.* 40.

Dicta doctrina emendatur, *in not. ad n.* 42.

Afferuntur variæ hæreses exortæ circa confessionem sacramentalem, *num.* 44 *ad* 53.

Confessio sacramentalis quid sit, et quæ sint conditiones ad ipsam perfectam constituendam requisitæ, *num.* 54 *ad* 72.

Corrigitur auctor, *in not. ad num.* 60.

Ex conditionibus requisitis ad perfectam confessionem solæ tres sunt necessariæ ad valorem sacramenti, nempe fidelitas, dolor et integritas, *num.* 73.

Quid de fidelitate, dolore, et præsertim integritate, de qua plures adduntur resolutiones, *num.* 74 *ad* 102.

Moralis impotentia tunc solum ab integritate confessionis excusat cum confitendi præceptum urget, *in not. ad num.* 86.

Circumstantiæ peccati quæ, et quot sint, et quid de ipsis, *num.* 103 *ad* 127.

Quid circa peccata mortalia dubia, *num.* 128 *ad* 131.

An, quando, et quomodo possit esse valida, et licita confessio facta per litteras, ut nuntium, *num.* 132 *ad* 135.

Auctor corrigitur, *in not. ad num.* 134.

Additio ad auctorem, *in not. ad num.* 140.

Confessio regulariter debet fieri vocaliter, et aliter facta sine necessitate est illicita, *n.* 136 *ad* 138.

Confessio quando, et quomodo in diversis casibus sit iteranda, vel non, *num.* 139 *ad* 154.

Præceptum confessionis quos de quibus, et quando obliget, *num.* 155 *ad* 174.

Præcepto ecclesiastico annuæ confessionis non satisfit per confessionem scienter sacrilegam, *num.* 175.

Præcepto confessionis potest satisfieri confitendo tum proprio parocho, tum aliis confessariis sive sæcularibus, sive regularibus, *num.* 176.

Non sufficit tamen confessio facta regulari episcopo præsentato, licet de eo injuste reprobato, *num.* 177.

Alia ad rem, *n.* 178, et *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 166.

PŒNITENTIÆ SACRAMENTUM QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT SATISFACTIONEM SACRAMENTALEM.

Satisfactio sacramentalis quid sit; quis, et quantus ejus effectus. Vide *verb.* Pœnitentiæ sacramentum, *art.* 3, *num.* 1 *ad* 5.

An satisfactio sacramentalis adimplenda sit in statu gratiæ, *num.* 6 *ad* 9. Confessarius per se loquendo tenetur imponere pœnitenti aliquam satisfactionem, et pœnitens ipsam adimplere, quamvis ex aliqua rationabili causa possit aliquam particularem recusare, *num.* 10, 15 *ad* 16.

Pœnitens intra quod tempus teneatur pœnitentiam adimplere, *num.* 17 *ad* 20.

Pœnitens potest adimplere pœnitentiam, quando adimplet aliud opus præceptum cum ipsa compatibile, et quid si ipsam adimplendo, de ipsa non cogitet, *num.* 21 *et* 22.

Pœnitens tenetur per se ipsum pœnitentiam adimplere, non tamen ante communionem, *n.* 23 *et* 24.

Quid de pœnitente qui sive culpabiliter, sive inculpabiliter oblitus est pœnitentiæ sibi impositæ, *num.* 25.

Pœnitens invalide absolutus non tenetur adimplere pœnitentiam, *num.* 26.

Pœnitentiæ injunctæ debent esse aliquo modo proportionatæ delictis; et quid possint, ac debeant confessarii circa ipsas, *num.* 27 *ad* 40.

Pœnitentiam sibi impositam non potest pœnitens commutare in aliud opus etiam evidenter melius, et quid circa talem commutationem possit, ac debeat confessarius, sive qui eam imposuit sive alius, *num.* 41 *ad* 48.

Adducuntur, et assignantur canones pœnitentiales, *sub num.* 49.

Subnectitur hic pœnitentia solita imponi in variis casibus ob violatam immunitatem ecclesiasticam, *num.* 50 *ad* 73.

In casu necessitatis presbyteri Græci Catholici possunt Latinos absolvere, *n.* 74 *et* 75.

Sacerdotes Græci conjugati possunt, et curam suscipere parochiæ et parochianorum suorum confessiones audire, *num.* 76.

Digitized by Google

In pœnitentiæ sacramenti administratione damnatur sub gravissimis pœnis praxis exquirendi a pœnitentibus complicum nomina. Vide *verb.* Pœnitentia, *n.* 77.

DE PŒNITENTIÆ SACRAMENTO APPENDIX, SEU NOVUS ARTICULUS.

Quænam sit pœnitentiæ virtus. Vide *verb.* Pœnitentiæ sacramentum, *in Append. art. num.* 1 *et* 2.

Qualis dolor in pœnitentia esse debeat, *in Append. num.* 3.

Virtus pœnitentiæ non acquiritur humanis actibus, sed gratuito est a Deo infusa, *in Append. num.* 4.

Pœnitentia est necessaria necessitate medii, et necessitate divini præcepti, *in Append. n.* 5 *et* 6.

Sex a theologis adnumerantur gradus, sive motus, quibus pervenitur ad pœnitentiæ virtutem, sed non omnes ita necessarii, ut omnes implicite et formaliter requirantur, *in Append. num.* 7 *ad* 17.

Pœnitentiæ sacramentum a Christo institutum non tollit, sed fovet virtutis pœnitentiæ exercitum *in Append. num.* 18 *ad* 20.

Disseritur de materia remota et proxima sacramenti pœnitentiæ, *in App. num.* 21.

Quare cordis contritio oris confessio, et operis satisfactio appellentur a synodo Florentina *quasi materia* sacramenti confessionis, *in App. n.* 22.

Quid sit, et qualis esse debeat contritio, et propositum in sacramento pœnitentiæ, *in App. num.* 23 *ad* 25.

Contritio dividitur in perfectam et imperfectam, *in App. num.* 26 *et seqq.*

Acriter reprehenditur auctor. *in* 2 *et* 3 *art. de Pœnitentiæ sacram.* et præsertim *num.* 13, *secundi art. in App. num.* 35 *et seqq.*

Apposite dubitatur, num sufficiat ad justificationem dolor ex solo metu gehennæ conceptus, aut ex turpitudinis peccati consideratione si initialis Dei amor non accedat, *in App. num.* 37.

Probatur, quod dolor ex metu gehennæ, quamvis utilis sit non sufficit tamen ad justificandum hominem cum sacramento pœnitentiæ, *in App. num.* 38 *ad* 41.

Triplex in peccato turpitudo cum consideretur, ostenditur quod dolor tantum conceptus ex peccati turpitudine propter oppositionem illius ad sanctitatem et justitiam Dei tantum sufficit ad justificationem obtinendam in sacramento pœnitentiæ, *in App. num.* 42 *ad* 48.

Solvuntur difficultates, *in App. n.* 49 *et* 50.

Expresse reprehenduntur ea quæ habet auctor *art.* 2, *num.* 16, de pœnitentiæ sacramento *in App. num.* 53.

Item expresse reprehenditur id quod auctor habet, *num.* 91. Vide *in App. num.* 54.

Corrigitur auctor dicto *art. num.* 127, ubi dicit circumstantiam consuetudinis per se loquendo aperiendam in confessione non esse, sed per accidens tantum dum scilicet de ea pœnitens a confessario interrogatur, *in App. num.* 55 *et* 56.

Corrigitur auctor dicto *art. num.* 142 *et* 143, circa confessionis integritatem, *in App. n.* 57.

Quid sit satisfactio in sacramento pœnitentiæ, *in app. num.* 58.

Satisfactionis genera a sanctis Viris accepta recensentur, *in App. num.* 59.

Satisfactio utpote pars integralis sacramenti pœnitentiæ non potest sine gravi culpa omitti, etsi levis sit vel pro levi culpa a confessario injuncta *in App. num.* 60.

Reprehenditur et corrigitur auctor dicto *art. num.* 16, 22, 24 *et* 34, *in App. n.* 60, 61, *et seqq.*

## PŒNITENTIA PUBLICA (VI, 487).

Unde ducat originem, et quando inducta fuerit illius disciplina. Vid. *verb.* Pœnitentia publica, *num.* 1 *et* 2.

Quibus, a quibus, et pro quibus peccatis injungenda, *num.* 3 *ad* 5.

Tria in ritu pœnitentiæ publicæ erant observanda : pœnitentium stationes, tempus singulis præfinitum, et pœnæ intra hoc tempus usitatæ, quæ explanantur, *num.* 6 *ad* 8.

Quis fuerit, post solemnem Pœnitentiam integre peractam, reconciliationis modus, *num.* 9 *et* 10.

## PŒNITENTIARIA APOSTOLICA (VI, 493).

Pœnitentiariæ apostolicæ facultates traduntur. Vide *verb.* Pœnitentiaria apostolica, *n.* 1 *ad* 3.

Recensentur pœnitentiariæ apostolicæ officiales, et illorum electio, ac servitium, *n.* 4 *et* 5, et *num.* 30 *ad* 34.

De pœnitentiariæ apostolicæ expeditionibus emolumentis, et archivo, *num.* 6 *ad* 9.

De cardinali majori pœnitentiario, ejusque officio in pœnitentiaria apostolica et de illius auctoritate, *num.* 10 *ad* 29, et *n.* 35 *et* 36.

De minoribus pœnitentiariis, *n.* 37 *ad* 40.

## PŒNITENTIARIUS.

Vide *verb.* Canonicus, *art.* 9, *num.* 45 *ad* 49.

## POLLUTIO.

Vide *verb.* Luxuria, *num.* 35 *ad* 45.

## POLUS.

Polus unde sit dictus et quid significet. Vide *verb.* Mundus, *num.* 124.

Polus alter vocatur arcticus septentrionalis et borealis, et alter in diametro oppositus appellatur antarcticus, meridionalis et australis; quare sic dicti, et quales sint, *num.* 125 *et* 126.

In medio horum polorum pendet terræ globus, et quomodo, *num.* 127.

## POLYGAMIA (VI, 495).

Polygamia duplex esse potest et quæ sit. Vide *verb.* Polygamia, *num.* 1 *ad* 4.

Simultanea pluralitas uxorum est vera, et propria polygamia jure divino prohibita, successiva autem pluralitas est valida et licita, *num.* 5, 6 *et* 7.

In veteri polygamia, seu pluralitas uxorum simultanea fuit licita et permissa, polygamia autem, seu potius polyviria plurium virorum simul cum una uxore nunquam fuit permissa, *num.* 8 *et* 9.

An potuerit Deus in lege veteri, et possit nunc dispensare in hac polygamia, seu polyviria, *num.* 10 *et* 11.

Circa pluralitatem simultaneam uxorum sicuti dispensavit Deus in lege veteri ita posset, si vellet, in lege nova. Nullus autem homo, neque papa dispensare potest, *num.* 12 *et* 13.

Ad evitandam polygamiam, et contrahendum secundum matrimonium ob mortem alterius conjugis, quæ certitudo requiratur et sufficiat, *num.* 14 *ad* 26, *et num.* 34.

Polygami qua nota et pœna officiantur, *num.* 27 *ad* 30.

Polygami debent abjurare de levi vel de vehementi, prout fuerint de hæresi suspecti, unde hoc crimen spectet ad forum ecclesiasticum, *num.* 31 *et* 32.

Polygamia non est delictum misti fori, sed unice pertinet ad judicium ecclesiasticum, vel tribunal inquisitionis vel ordinarium *num.* 33.

Quid si polygamus in tribunali inquisitionis exceptionem apponat nullitatis prioris matrimonii a se contracti, an remittenda sit causa ad ordinarium, *num.* 36 *et* 37.

An puniri in Sacro Officio possit qui pendente lite super validitate matrimonii contraxit secundum, *num.* 38, 39.

Polygamus, pœna triremium expleta, et prima uxore defuncta, non potest cum secunda denuo

Digitized by Google

contrahere, nisi habeat dispensationem apostolicam. Vide *verb.* Polygamia, *num.* 33.

De pœna eorum polygamorum, qui falsis testibus deceperunt curiam ecclesiasticam ad obtinendam licentiam contrahendi matrimonium, *num.* 40 *ad* 42.

### PONTIFICALIA (VI, 507).

Quid de ipsis in variis casibus. Vide *verb.* Pontificalia, *num.* 1 *ad* 8, et *verb.* Abbas, *verb.* Episcopus, *art.* 4 *et* 7.

Vide etiam ad *verb.* Pontificalia, *num.* 10 *ad* 14.

### PONTIUS PILATUS (VI, 509).

Pilatus quis et unde esset. Vide *verb.* Pontius Pilatus, *num.* 1.

Somnium ejus uxori immissum, an divinitus vel a diabolo fuerit, *num.* 2.

Quo in loco et qua morte defunctus, *num.* 3.

### PORTA (VI, 509).

Quid de ipsa in diversis casibus. Vide *verb.* Porta, *num.* 1 *ad* 11, *verb.* Ecclesia, *art.* 5, *verb.* Fenestræ prospectus.

### PORTIO, PORTIONARII CATHEDRALIUM (VI, 511).

Portio, portionarii, quid de ea, et ipsis in variis casibus. Vide *verb.* Portio, portionarii, *num.* 1 *ad* 11.

De portionariorum, vel hebdomadariorum, seu beneficiatorum in ecclesiis cathedralibus constitutorum origine, et ubi primum facta fuerit illorum institutio, *num.* 12 *ad* 17.

Cur in decretalibus Gregorii IX de beneficiariis et portionariis nulla fiat mentio, et dum de beneficiariis disserendum occurrit, allegetur *Gloss. in cap.* Pen. *verbo* Assisios, *de Cler. non resid. ib., num.* 18.

Beneficiarii et portionarii non veniunt nomine capituli, neque stallum in choro, neque vocem in capitulo habent, *num.* 19.

Eadem tamen non est horum beneficiatorum et portionariorum conditio in omnibus ecclesiis, *num.* 20 *ad* 22.

Nulli in ecclesia sunt portionarii in omnibus æquales canonicis, quamvis non secus ac canonici, ex inveterata consuetudine sint thurificandi duplici ductu, ut ad illustrandum, *num.* 5, auctoris docetur, *num.* 23 *et* 24.

### PORTIO CONGRUA (VI, 515).

Quid de ipsa in diversis casibus. Vide *verb.* Portio congrua, *num.* 1 *ad* 6, *verb.* Congrua, et *verb.* Vicarius parochialis.

### PORTORUM.

Portorum seu portorium quid sit. Vide *verb.* Gabella, *num.* 8.

### POSSESSIO (VI, 515).

Quid de ea pro diversis contingentiis. Vide *verb.* Possessio, *num.* 1 *ad* 10, et *verb.* Dominium, *art.* 1, *num.* 21 *et seqq.*

### POSSESSOR BONÆ ET MALÆ FIDEI (VI, 617).

Possessor bonæ et malæ fidei quis dicatur. *verb.* Possessor bonæ et malæ fidei, *num.* 1 *et* 2.

Possessor bonæ, an malæ fidei præsumi debeat, *num.* 71 *et* 72.

Possessor bonæ fidei, quo tempore possit præscribere rem possessam, et fructus inde perceptos, *num.* 3 *et* 4.

Illustratur regula, « Bona fides tantum possidenti præstat, quantum veritas, quoties lex impedimento non est, » *num.* 73 *ad* 75.

Possessor malæ fidei nullo tempore potest præscribere, *num.* 5.

Quid de diversis fructibus inde perceptis et percipiendis, *num.* 6 *ad* 11.

Expensæ, quæ solent fieri a possessore tum bonæ, tum malæ fidei, sunt triplicis generis, et assignantur, *num.* 12.

Res aliena apud possessorem sive bonæ sive malæ fidei, potest crescere et decrescere dupliciter, et assignatur quomodo, *num.* 13.

Possessor malæ fidei, quid, quando et ubi teneatur restituere, vel non, *num.* 14 *ad* 38.

Possessor bonæ fidei, quid, quando, et quibus restituere teneatur, *num.* 39 *ad* 62.

Quid de possessore partim bonæ, et partim malæ fidei, *num.* 63 *ad* 66.

Quid de successore possessoris malæ fidei, *num.* 67 *ad* 69.

Alia ad rem, *num.* 76 *ad* 82, et *verb.* Dominium, Emptio, Restitutio.

### POSTLIMINIUM (VI, 540).

Postliminium quid sit, et in quibus postliminii jus locum habeat. Vide *verb.* Postliminium, *num.* 1 *ad* 5.

Postliminii jus in quibus locum habeat quantum ad Christianos captos ab hostibus, *num.* 6 *et* 7.

Capti a piratis vel latronibus liberi permanent, nec indigent postliminio, *num.* 8.

Num dictio juris postliminii, tum legis Corneliæ hodie obtineat, *num.* 9.

### POSTULATIO PRÆLATORUM (VI, 541).

Postulatio proprie dicta quid sit, et in quo differat ab electione. Vide *verb.* Postulatio, *num.* 1 *ad* 4.

Postulatio alia est solemnis, et alia non solemnis, seu simplex, et quæ utraque sit, *num.* 5.

Postulare, et postulari qui possint, *num.* 6 *et* 7.

Duplex est defectus, seu inhabilitas, dispensabilis, et quæ utraque sit, *num.* 8.

In postulatione exprimenda est omnis inhabilitas alioquin postulatio erit irrita, *num.* 9.

Episcopi, cardinales, aliique prælati, clerici, et religiosi, an, et quando possint, vel debeant postulari, eligi, *num.* 10 *ad* 16.

Postulantes, an et quando possint variare postulationem, seu ab illa recedere, *num.* 17 *ad* 21.

Postulantes ad prælaturam scienter indignum privantur jure postulandi et eligendi, et in tali casu ad quos devolvatur talis potestas, *num.* 22 *ad* 26.

Quid si postulatio non concurrat cum electione alterius in discordia, vel concurrat in tali discordia, *num.* 27 *ad* 30.

Postulatio a quibus possit, vel non, admitti, *n.* 31 *ad* 34.

Superior an et quando teneatur admittere postulationem, *num.* 35, 36 *et* 37.

Postulantes intra quod tempus teneantur postulationem præsentare, et postulatus ipsam acceptare, et consensum præstare, *num.* 38, 39 *et* 47.

Pro facienda postulatione solemni quæ forma sit necessaria, ac sufficiens vel non, *num.* 40 *ad* 46.

### PRÆBENDA (VI, 555).

Quid de ea in variis casibus. Vide *verb.* Præbenda, *num.* 1 *ad* 5.

### PRÆBENDA THEOLOGALIS ET PŒNITENTIALIS (VI, 557).

Deputatio actualis requiritur ad erectionem præbendæ theologalis, et ejus erectio ubi locum habeat. Vide *verb.* Præbenda theologalis, *num.* 1, 2 *et* 3.

Collatio præbendæ theologalis ad quem spectet, *num.* 4.

Digitized by Google

Regulari conferri non potest præbenda theologalis ecclesiæ cathedralis. Vide *verb.* Præbenda theologalis, *num.* 5.

Habens præbendam theologalem quando, et qualiter sit pro præsenti censendus præsens in choro, *num.* 6.

Canonicus theologus si legere nolit, quomodo ab episcopo compellendus, *num.* 7.

Canonicus theologus cedit præcedentiam canonicis antiquioribus, *num.* 8, et *verb.* Canonicus, *art.* 9, *num.* 44.

Præbenda theologalis an possit optari, et quid circa talem optionem, *num.* 9 *ad* 13.

Dum vacat præbenda theologalis potest episcopus fructus applicare personæ, quæ suppleat, *num.* 14.

Præbenda an per episcopum sit prius assignanda pro theologo, quam pro pœnitentiario, et collatio præbendæ pœnitentiarii ad quem spectet, *num.* 15 *et* 16.

Alia ad rem. Vide *verb.* Canonicus, *art.* 1, 2 *et* 4.

## PRÆCEDENTIA (VI, 559).

Episcopus summarie componere potest controversias de præcedentia in processionibus, et funeralibus, et semper danda est dignioribus. Vide *verb.* Præcedentia, *num.* 1 *et* 2.

Episcopi quomodo debeant præcedere, inter se, *num.* 3 *et* 4.

Qua gaudeant præcedentia canonici cathedralis, *num.* 5 *et* 6.

Qua canonici collegiatarum, *num.* 7 *et* 69.

Quomodo præcedant inter se parochi, *num.* 8.

Clericus sæcularis præcedit regulari, *num.* 9.

Sacerdotes quomodo inter se præcedant, *num.* 10.

Antianitatis præcedentia est servanda inter milites ejusdem ordinis, et non diversi, *num.* 11 *et* 12.

Advocatorum consistorialium præcedentia assignatur : item et canonicorum sæcularium basilicæ Lateranensis, *num.* 13 *et* 14.

Quid de præcedentia inter canonicos regulares, monachos et mendicantes, *num.* 15 *ad* 23.

Præcedentia inter simplices presbyteros quomodo regulanda, et quæ debeatur, protonotariis, *n.* 24, 25 *et* 26.

Beneficiati cathedralis qua gaudeant præcedentia, *num.* 27.

Quæ debeatur parochis amovibilibus et substitutis, *num.* 28 *et* 29.

Præcedentia inter regulares ejusdem ordinis, sive sacerdotes, sive clericos, sive laicos, sive novitios quomodo servanda, *num.* 30 *ad* 42.

Quid de præcedentia fratrum minorum de observantia de una in alia provincia incorporatorum, *n.* 43.

Regulares quomodo præcedere debeant inter se, *num.* 44 *ad* 47.

Regulares conventus de recenti fundati in loco in quo adest alter ejusdem ordinis conventus ; seu succedentes in conventum eis cessum, qua gaudent præcedentia, *num.* 48, 49 *et* 50.

Religiosi diversorum conventuum ejusdem ordinis quomodo præcedant inter se, *num.* 51.

Regulares conventus suppressi, et postea restituti, qua præcedentia donentur, *num.* 52 *et* 53.

Regulares in processionibus quo loco incedere debeant, *num.* 54, 58.

Quoad ea quæ concernunt præcedentiam diversarum personarum in particulari, *num.* 59 *ad* 66 *et verba inibi citata.*

Assignatur quibus danda sit præcedentia in disputationis publicis, *num.* 66.

Canonici clerici cum promoventur ad sacerdotium non recuperant præcedentiam prius cessam canonicis presbyteris, *num.* 67.

Canonici collegiatæ in omnibus præcedunt parochis, etiam ecclesiæ matricis, *num.* 69.

Præcedentiæ non semper a personali dignitate desumuntur, *num.* 73 *ad* 75.

Præcedentiæ inter Græcos et Latinos desumuntur ab ordine, antianitate, aut dignitate, *num.* 76.

Præcedentia inter episcopos, et gubernatores prælatos aut vicelegatos ditionis ecclesiasticæ stabilitæ sunt a Benedicto XIV, *num.* 77.

Præcedentiæ ordo inter votantes signaturæ justitiæ et gratiæ servandus, recensetur, *num.* 78 *ad* 80.

An parochus regularis ecclesiæ matricis præcedere debeat parocho ecclesiæ sæcularis in quibuscunque processionibus, et functionibus publicis, *num.* 81 *et* 82.

Præcedentia inter parochos debetur illi, qui prior fuit assumptus ad regimen suæ parochialis, *n.* 83.

Quilibet parochus in propria ecclesia omnibus aliis parochis præcedit, excepto capitulo cathedralis, *num.* 84 *et seqq.*

An sit servanda consuetudo, per quem minus dignus præfertur magis digno, *num.* 89 *et seqq.*

Quæ præcedentia debeatur missionariis de observantia pro sanctis, et aliis locis, *num.* 70, 71 *et* 72, et *verb.* Privilegium, *art.* 1, *num.* 31.

## PRÆCEPTUM.

Vide *verb.* Lex, *art.* 1, *num.* 16 *ad* 19.

## PRÆDICARE, PRÆDICATOR (VI, 591).

Prædicare an, quomodo, et quando teneantur episcopi, et parochi. Vide *verb.* Prædicare, *num.* 1 *ad* 3, *et num.* 121 *et* 122, et *verb.* Parochus, *art.* 2, *num.* 72 *et seqq.*

Prædicandum quoties sit per annum, quadragesimam, et adventum, *num.* 4, 5 *et* 6.

Prædicationis tempore quomodo segregandi viri a mulieribus, *num.* 7.

Concionandum est Judæis semel in hebdomada, *num.* 8.

Prædicationi in ecclesia qui interesse possint, ac debeant, *num.* 9, 10 *et* 11.

Prædicationis tempore non potest in ecclesia dici missa, et prohibendi sunt populi stare otiosi in foro, seu in platea, *num.* 12 *et* 13.

Non est prædicandum de nocte, *num.* 14.

Si concio habeatur tempore missæ, et expositio SS. Sacramento, quid, *num.* 15 *et* 16.

Prædicare non possunt laici et mulieres, *num.* 17, 18 *et* 19.

Clerici an et quando prædicare possint, *num.* 20 *et* 21.

Episcopus prædicare potest in quacunque ecclesia, etiam regulari suæ diœcesis, non autem alienæ, *num.* 22 *et* 23.

Quid quando prædicat episcopus et parochus, *num.* 24 *ad* 29, et *verb.* Canonicus, *art.* 6, *num.* 62.

Parochi nequeunt admittere in suis ecclesiis concionatores ab ordinario non approbatos, quamvis possint admittere ac concedere, ut ejus doctus et notus, etiam regularis, bis, vel ter concionetur, et a fortiori possunt et tenentur admittere approbatos ab ordinario, *num.* 30, 31 *et* 32, et *verb.* Parochus, *art.* 2, *num.* 78.

Ad quem spectet approbare prædicatores, eisque benedictionem dare, *num.* 33 *ad* 36.

Quibus spectet nominare ac eligere prædicatores eisque eleemosynam præbere, *num.* 37 *ad* 47, et *verb.* Alimenta, *num.* 114.

Habentes jus nominandi prædicatores quadragesimales, quando eos nominare teneantur, *num.* 48 *ad* 51.

Universitates, seu alii etiam superiores regulares habentes jus nominandi prædicatores, qua formula uti debeant in suis patentibus litteris, *num.* 52 *et* 53.

Prædicator destinatus ab episcopo defuncto, vel ab antiquis rectoribus electus, prædicare debet, nec successores possunt alium eligere, *num.* 54.

Digitized by Google

Turnus, seu circulus concionum quando sit observandus. Vide *verb.* Prædicare, *num.* 55, 56 *et* 57.
Quid quando partes non sunt concordes pro deputatione concionatoris, *num.* 58 *et* 59.
Quid si parochus velit per se ipsum prædicare, *num.* 60.
Quid si adsit consuetudo, quod non prædicetur nisi in cathedrali, vel matrice, *num.* 61 *et* 62.
Prædicatores regulares ad quid teneantur, et quid possit episcopus circa ipsos, *num.* 63 *ad* 90, et 123 *ad* 131, ubi late de *sess.* 2, *c.* 2 *de Reform. conc. Trid. sess.* 24, *c.* 4 *de Reform.* et ad constitutionem *Superna* Clementis X.
Notandum quod episcopus potest non approbare clericum ad prædicandum, nec tenetur causam aperire, cur illum non approbet, *num.* 132, 133.
Quamvis episcopi munus sit prædicare, nominatio tamen prædicatorum potest pertinere ad alios reservata episcopo approbatione, *num.* 134.
De qualitatibus requisitis in prædicatore, *num.* 135.
Necesse haud est, quod prædicator sit sacerdos; vel in sacris ordinibus constitutus, *num.* 135.
De iis quæ episcopus prædicatoribus injungere debeat, *num.* 136.
Prædicatores quid circa allegationem decretorum, et publicationem indulgentiarum, *num.* 91 *et* 92.
Quid de protonotariis extra numerum prædicare volentibus, *num.* 93.
Prædicatores, quos prius salutare debeant, *num.* 94 *et* 95.
Prædicatores cujus ætatis instituti debeant quæ teneantur prædicare, et possint, vel non, *num.* 96 *ad* 108.
Nobiles feminæ, vulgo *dames* non possunt quæstuare pro prædicatoribus, *num.* 109.
Canonicus theologus an et quando concionari possit per alium, num. 110, et *verb.* Canonicus, *art.* 9, *num.* 19 *ad* 22.
Alia quoad conciones, *num.* 111 *ad* 120.

PRÆDICATORUM ORDO.

Vide hoc *verb. per totum.*

PRÆDICTIONES DETERMINATI TEMPORIS FUTURORUM.

Vide *verb.* Prædicare, *num.* 103, et *verb.* Astrologia, *per totum.*

PRÆFATIO (VI, 619).

Præfationes missæ fuerunt primitus novem, quibus addita est decima de beata Maria Virgine cœlitus inspirata. Vide *verb.* Præfatio, *num.* 1 *et* 2.
Clemens XIII jussit ut qualibet die Dominica non habente propriam præfationem, recitetur ea quæ est de sanctissima Trinitate, *num.* 6.
Præfatio missæ sancti Patris nostri Francisci a quo composita, et quando possit ac debeat recitari, *num.* 3.
In missa feriæ quartæ Quatuor Temporum occurrentis in die octava nativitatis beatæ Mariæ virginis quæ præfatio sit dicenda, *num.* 4.
Quæ præfatio dicenda sit, si festa sanctorum apostolorum Philippi et Jacobi, ac inventionis sanctæ Crucis occurrant infra octavam Ascensionis, *n.* 5.

PRÆLATUS REGULARIS.

Vide *verb.* Regularis prælatus.

PRÆSCRIPTIO.

Vide *verbum* Usucapio.

PRÆSENTATIO (VI, 621).

PRÆSENTATUS AD BENEFICIUM.

Præsentatio, quid de ipsa. Vide *verb.* Præsentatio *n.* 1 et *verb.* Electio *art.* 1, *n.* 6.
Nominantes ac præsentantes ad episcopatus digniores promovere tenentur, *num.* 2.
Præsentatio ad beneficia de jurepatronatus ecclesiastici in mense apostolicæ sedi reservato fieri debet coram ordinario, *num.* 3.
Cardinalis quando præsentat vigore indulti, præsentatio fieri debet coram pontifice *num.* 4.
Vide *verb.* Acceptio personarum.

PRÆSENTIA PAROCHI ET TESTIUM QUOAD MATRIMONIUM.

Vide *verb.* Matrimonium *art.* 6, *num.* 60.

PRÆSTIGIUM.

Vide *verb.* Superstitio, *n.* 14.

PRÆSTIMONIUM (VI, 623).

Præstimonium quid sit. Vide *verb.* Præstimonium, *num.* 1, 2 *et* 7.
Præstimonia, seu portiones præstimoniales quando censeantur esse beneficia ecclesiastica, et quale onus annexum habeant, *num.* 3 *ad* 6.

PRÆSUMPTIO (VI, 635).

Præsumptio generatim sumpta, alia est, quæ dicitur filia superbiæ; et alia quæ est quoddam probationis genus, et utraque explicatur. Vide *verb.* Præsumptio, num. 1 *ad* 4 *et num.* 25.
Præsumptio alia est juris, et alia hominis; et quæ sit utraque, *n.* 5, 6 *et* 7, *et num.* 26 *ad* 28.
Recensentur effectus diversi utriusque præsumptionis, *num.* 29.
Præsumptio juris subdividitur in præsumptionem juris tantum, et in præsumptionem juris et de jure, et utraque explicatur, *num.* 8 *ad* 11, *et n.* 30.
Quibusnam fundamentis nitantur præsumptiones. Vide *num.* 31 *et* 32.
Quid et quomodo judicandum, dum, hinc inde præsumptiones colliduntur, *num.* 33 *et* 34.
Præsumptio hominis subdividitur in vehementem, seu violentam, in probabilem et in levem, seu temerariam et singulæ explicantur, et quæ probent, vel non, *num.* 12 *ad* 19.
An quis condemnari possit in causa criminali ex solis præsumptionibus, *num.* 20 *et* 21.
Præsumens restitutionem faciendam sibi condonandam esse, si debitum suum manifestaret, vel rogaret dominum, an, et quando teneatur ad ipsam, *num.* 22, corrigitur auctoris sententia, *in not. ad num.* 22.
Inventus mortuus an, et quando sit præsumendus a se ipso, vel a dæmone occisus, *num.* 23.
Præsumptio concessionis apostolicæ non admittitur in iis, quæ nunquam a sede apostolica concedi solent, *num.* 24.

PRÆVARICATIO.

Prævaricationis pœna quæ sit. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *n.* 70.

PRÆVENTIO JURISDICTIONIS (VI, 631).

Præventio jurisdictionis quid sit, et quot modis contingere possit. Vide *verb.* Præventio jurisdictionis, *num.* 1 *ad* 4.
Præventio fori seu jurisdictionis inducitur per citationem. Et quotuplex ac qualis citatio requiratur, ac sufficiat ad talem præventionem, *num.* 5 *ad* 10.
Alia ad rem, *num.* 11 *ad* 19.
An præventio locum sibi vindicet per citationem *ex leg.* Diffamari *C. de Ingenuis et manumiss.*, *num.* 20 *ad* 23.

PRAGMATICA SANCTIO GALLORUM (VI, 633).

Brevis affertur de Pragmatica sanctione et ejus fatis historia; et summatim varii exponuntur articuli. Vid. *verb.* Pragmatica sanctio Gallorum, 1 *ad* 7, *per totum.*

Digitized by Google

## PRANDIUM.

Prandium diebus jejunii qua hora sumendum, an possit anticipari, protrahi, interrumpi, etc. Vide *verb.* Jejunium, *art.* 1, *n.* 45.

## PRECARIUM PRECARIÆ (VI, 635).

Precarium quid sit, quomodo differat a donatione et commodato, quando et per quid expiret. Vide *verb.* Precarium, *num.* 1 *ad* 10.

Cur in precario præstetur dolus et lata culpa, et in commodato præstetur etiam culpa levissima, *num.* 19 *et* 20.

Precariæ, seu precaria in singulari numero quid, *num.* 11. Vide ad rem, *num.* 21.

Contractus precariæ, seu precarium in quo differat a contractu precarii, *num.* 12 *ad* 15.

Precariæ quando expirent, et quid requiratur ad earum concessionem, *num.* 16, 17 *et* 18.

## PRESBYTERATUS.

Vide *verb.* Ordo, *n.* 48.

## PRESBYTERIUM.

Hoc nomen, quoad regimen ecclesiarum, quid significet. Vid. *verb.* Presbyterium, *per totum*

## PRETATICUM.

Vide *verb.* Hebræus, *n.* 7.

## PRETIUM.

Vide *verb.* Emptio, *art.* 1, *n.* 6.

## PRIMÆ PRECES IMPERATORIS.

Vide *verb.* Beneficia, *art.* 12.

## PRIMATES.

Jurisdictio et præeminentia Primatum, quæ sint. Vid. *verb.* Primates, *per totum.*

## PRIMICERIUS (VI, 645).

Primicerius quis sit, et quale ejus officium, an sit in dignitate vel personatu constitutus. Vide *verb.* Primicerius, *num* 1. *ad* 5, Origo *Primicerii*, antiquum illius officium, et Præsens conditio, *n.* 6 *et seqq.*

## PRIMITIÆ (VI, 647).

Primitiæ unde dictæ, quæ sint, quæ ad ipsas reducantur : quo jure fuerint debitæ in lege veteri, et quo debeantur in lege nova, et quomodo differant a decimis et oblationibus. Vide *verb.* Primitiæ, *n.* 1 *ad* 15.

Si usus spectetur primitiæ non sunt sub obligatione, *num.* 16.

Quando tamen debeantur, *n.* 17 *et seqq.*

## PRIVATIO.

Privatio vocis activæ et passivæ officii vel beneficii, quando sit latæ vel ferendæ sententiæ. Vide *verb.* Lex, *art.* 2, *n.* 27 *ad* 44.

## PRIVIGNA, PRIVIGNUS.

Vide *verb.* Affinitas, *art.* 2, *num.* 16.

## PRIVILEGIUM (VI, 651).

### PRIVILEGIUM QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT PRIVILEGIORUM NATURAM, DIVISIONEM, CONCESSIONEM, ACQUISITIONEM, ET COMMUNICATIONEM.

Privilegii quidditas assignatur; ejusque decem traduntur divisiones, et singulæ explicantur. Vide *verb.* Privilegium, *art.* 1, *n.* 13.

Privilegium concedere quis possit, et quibus personis, et quid requiratur ad licitam ejus concessionem, *num.* 14 *ad* 18.

Privilegium multipliciter acquiri potest, et assignatur, *num.* 19, 20 *et* 21.

Communicatio privilegiorum quid sit, et in quo consistat, *num.* 22.

Regulares Mendicantes qualem habeant privilegiorum communicationem, sive inter se, sive in aliis ordinibus non Mendicantibus, et a quibus obtinuerint talem concessionem, et adducuntur ad rem summorum pontificum constitutiones, *num.* 23 *ad* 29.

Auctoris sententia restringitur, *in not. ad num.* 27.

Communicantes privilegiis aliorum possunt illis uti contra eosdem, *num.* 30.

Quibus privilegiis gaudeant missionarii Ordinis Minorum et signanter illi qui ante missionem per biennium commorati fuerint in Collegio Sancti Bartholomæi de Urbe, *num.* 31 *et* 32.

Quid reale, quid personale sit privilegium, *n.* 33 *et* 34.

Privilegium personale non est tantum quod uni certæ personæ datur, sed et quod uni generi certarum personarum lege generali conceditur, *n.* 36 *ad* 40.

Privilegium reale cedi potest, non item personale, *num.* 41 *ad* 46.

Quid judicandum si dubitetur, num reale an personale sit privilegium, *n.* 47.

### PRIVILEGIUM QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT PRIVILEGIORUM CONFIRMATIONEM, EXTENSIONEM ET INTERPRETATIONEM.

Confirmatio privilegiorum quid sit. Vide *verb.* Privilegium, *art.* 2, *n.* 1.

Confirmatio alia est in forma communi, et alia in forma speciali, et utraque explicatur, *num.* 2 *ad* 6.

Quomodo judicetur num privilegii confirmatio sit in forma communi an speciali, *num.* 35 *ad* 41.

De præcipua differentia confirmationis privilegii in forma communi, et forma speciali, *n.* 42 *et* 43.

Confirmatio privilegiorum alia censetur utilis, et alia inutilis, et quæ sit utraque, *num.* 7, 8, 9.

Privilegia regularibus concessa, quoties, in qua forma, et qua confirmatione fuerint innovata ac confirmata, *num.* 10 *ad* 14.

Explicantur variæ clausulæ in privilegiis apponi solitæ, *num.* 15 *ad* 18.

Auctoris sententiæ rejiciuntur, falsæque ostenduntur ejus explicationes, *in not. ad num.* 16 *et* 17.

Extensio et interpretatio privilegiorum alia est extensiva, et alia comprehensiva, et utraque explicatur, *num.* 19, 20, 21.

Interpretatio alia est auctoritativa, et alia doctrinalis, et quomodo, et a quibus fieri possit, *num.* 22 *ad* 28.

Cætera quoad interpretationem privilegiorum, *n.* 29 *ad* 34.

### PRIVILEGIUM QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT MODOS, QUIBUS PRIVILEGIA CESSANT, SEU AMITTUNTUR.

Privilegium singulariter personale per quid expiret vel non. Vide *verb.* Privilegium, *art.* 3, *n.* 1 *ad* 5.

Privilegium reale quando, et per quid cessare possit, *num.* 6 *ad* 12.

Privilegium an et quando amittatur per abusum, *num.* 13 *et* 14.

Privilegium quomodo revocari possit quando est in aliorum præjudicium, *num.* 15.

Privilegium quando cesset, cessante causa, ob quam datum est, *num.* 16, 17 *et* 18.

Privilegium cessat lapsu temporis, ad quod fuit concessum et restrictum, *num.* 19 *et* 20.

Privilegium quomodo, et per qualem renuntiationem cessare possit; *num.* 21 *ad* 29.

Privilegia sive affirmativa, sive negativa an et quando amittantur per *non usum*, sive per *usum contrarium*, et quid requiratur ad talem amissionem, *num.* 30 *ad* 38.

Revocatio privilegiorum alia est expressa, et alia tacita. Revocatio expressa alia est generalis, et alia

Digitized by Google

specialis. Et revocatio generalis alia est communis, et alia extraordinaria, et singulæ explicantur. Vide *verb.* Privilegium, *num.* 39 *ad* 42.

Per clausulam communem et generalem, « non obstantibus quibuscunque privilegiis, » quæ privilegia censeantur revocata, vel non, *num.* 43 *ad* 47.

Assignantur tres regulæ circa tacitam revocationem privilegiorum, *num.* 48 *ad* 50.

Privilegium mere gratiosum an, et qua causa licite revocari possit, *num.* 51, 52 *et* 53.

Privilegia remuneratoria an et quomodo revocari possint, *num.* 54.

Quæ regularium privilegia censeantur per concilium Tridentinum revocata, vel non, et an possint regulares uti in foro conscientiæ suis privilegiis a dicto concilio quomodocunque revocatis, n. 55 *ad* 62.

Alia ad rem, *num.* 63, ubi affertur Constitutio Clementis XII sedulo attendenda.

Meliora et solidiora quoad revocationem privilegiorum. Vide *n.* 64 *ad* 74.

## PRIVILEGIA.

### PRIVILEGIA VIVÆ VOCIS ORACULO CONCESSA.

Vide *verb.* Oracula vivæ vocis *per tot.*

### PRIVILEGIUM FORI, ET CANONIS.

Vide *verb.* Clericus, *art.* 2 *per tot.*

Privilegium quoad naturam quid sit, et quomodo differat a lege, a disputatione, a gratia vel beneficio, in *Append.* ad *art.* 5, *num.* 1 *ad* 3.

Quando dubitatur an privilegium sit concessivum aut declarativum, quid intelligendum, *num.* 5.

Ad valorem privilegii an justa causa requiratur, *num.* 6 *ad* 12. Concessio privilegii quando effectum habeat, *num.* 13.

Privilegiatus an teneatur uti suo privilegio, et etiam adversus alium pariter privilegiatum, *num.* 14 *ad* 18.

Quam vim ad efficaciam, in ordine ad usum privilegii, habeant verba *ex certa scientia*, quæ sæpe in confirmatione privilegiorum adduntur, *num.* 19 *et* 20.

Privilegium an, quale, quibus casibus, et ad quas extendi possit, *num.* 21 *ad* 30.

## PRIVATIO.

Privationis beneficiorum pœna quid sit. Vide *verb.* Pœna *art.* 2, *n.* 21.

## PROAMITA.

Proamita quæ sit. Vide *verb.* Affinitas, *art.* 1, *n.* 15.

## PROAVIA.

Proavia quæ sit. Vide *ibid.*

## PROAVUNCULUS.

Vide *ibid.*

## PROAVUS.

Vide *ibid.*

## PROBATIO (VI, 705).

Probatio ut sit explicatur et generatim sumpta dividitur in judicialem et extrajudicialem, et quæ sit utraque. Vide *verb.* Probatio, *n.* 1, 2 *et* 3.

Probatio pariter dividitur in plenam et semiplenam. Rursus probatio plena ab aliquibus subdividitur in plenam, pleniorem et plenissimam, et explicantur singulæ, *num.* 4 *et* 5.

Probationum species assignantur, *num.* 6 *et* 7.

Probatio debet esse clara et certa, non autem dubia et æquivoca, *num.* 8 *et* 9.

Probatio judicialis debet fieri secundum libellum, et regulariter debet esse plena et concludens; assignantur tamen aliqui casus, in quibus sufficit probatio semiplena, *num.* 10 *ad* 19.

In concursu contrariarum probationum qualis prævalere debeat, et qualis probatio majorem vim habeat, *num.* 20 *ad* 26.

In æqualitate probationum favetur reo et possessori; excipiuntur tamen quatuor causæ favorabiles quæ assignantur, *num.* 27, 28 *et* 29.

Plures probationes semiplenæ an possint unam plenam constituere, *num.* 30 *et* 31.

Ubi probationes concludentes requiruntur, quomodo concludere debeant, et qualis probatio requiratur in materia objecta, *num.* 32, 33 *et* 34.

Verba sive narrativa, sive enuntiativa a papa in bullis, vel alibi expressa quomodo, quando, et in quibus probent, vel non et assignatur differentia inter narrativas et enuntiativas, *num.* 35 *ad* 49.

Probatio cui fieri debeat, et quomodo recipiendæ sint probationes ex testium depositionibus, et probationes judiciales, *num.* 50 *ad* 54.

Onus probandi regulariter incumbit actori; quandoque tamen incumbit etiam reo, et assignantur in quibus et quales Scripturas teneatur reus tradere actori, et quales non, *num.* 55 *ad* 62.

An et in quibus casibus post publicationem attestationum, et post conclusionem in causa produci possint novæ probationes, et examinari novi testes etiam super eisdem articulis, *num.* 63 *ad* 70.

Negativam probari non posse communis sententia est. Quid sibi volunt leges dum negativam probari intendunt. De tribus negativæ speciebus, *num.* 71 *ad* 79.

Refertur sententia Cocceii de directa probatione negativæ, et quod inde consequitur, *num.* 80 *et* 81.

De collisione probationum, *num.* 82.

Alia ad rem. Vide *verb.* Scripturæ instrumenta, Sententia, Testes, *art.* 2.

## PROBLEMA CURIOSUM.

Problema curiosum, quomodo sit possibile quod ex duobus gemellis ambobus natis et mortuis in eodem die et momento, unus plus altero vixerit die uno, vel duobus diebus. Vide *verb.* Mundus, *n.* 113 *ad* 116.

## PROCESSIONES (VI, 719).

Processiones unde dictæ, quæ eorum antiquitas, et ad quem spectet eas indicere, ac dirigere, ac horam eas incipiendi determinare. Vide *verb.* Processiones, *num.* 1 *ad* 9.

Quales processiones possint ab episcopo prohiberi, et ad quem spectet processiones publicas indicere in ejus absentia, *num.* 10, 11 *et* 12.

Processionibus generalibus indictis pro causa, bono, vel honore publico, qui interesse teneantur, et an ad ipsas compelli possint regulares, etiam distantes per dimidium milliare a civitate vel oppido; et tales processiones assignantur; sicuti etiam assignantur illæ, quibus interesse tenentur regulares, et innuitur quomodo, in casu sint invitandi, et quomodo in ipsis incedere, et quando ab ipsis recedere debeant, *num.* 13 *ad* 25 *et n.* 98.

Privilegium, quo frui possunt regulares non accedendi ad processiones, debet esse recta concessum, minimeque venit in generali privilegiorum communicatione, *n.* 99.

Num privilegium concessum a sancto Pio V, in bulla *Etsi*, Mendicantium collegiis studiorum non interveniendi in publicis processionibus revocatum fuerit a Gregorio XIII, in bulla *Et tanta*, et quatenus non revocatum, quid illud importet. Vide *num.* 100 *et* 102.

Quomodo incipiat pro regularibus præscriptio, qua eximuntur ab interventu in processionibus, et quantum tempus ad præscribendum requiratur pro assequenda exemptione hac. Vide *num.* 103.

Regulares quas processiones facere possint sine episcopi licentia, et quid sit ab ipsis in casu attendendum, *num.* 26 *ad* 40.

Regulares possunt pro processionibus peragendis

Digitized by Google

extra claustra licentiam petere vel a parocho, vel ab episcopo, a quo facultate data possunt etiam contradicente parocho processiones ipsas extra claustra peragere. Vide *verb.* Processiones, *num.* 93.

Quid sit servandum in processionibus Sanctissimi Sacramenti, quando, et a quibus fieri possint, *n.* 41 *ad* 66, ubi plura alia ad rem scitu necessaria referuntur. Vide etiam, *n.* 89 *ad* 91.

Episcopus quos possit vel non compellere ad interessendum publicis processionibus, et quid aliud circa statuere possit, *num.* 67 *ad* 86.

Si ratione alicujus solemnis processionis omnes religiosi egrediantur e monasterio, nequeunt feminæ tunc ingredi illius clausuram, *num.* 87.

Alia ad rem. Vide *n.* 88 *et seqq.* et *verb.* Crux.

Processio in sua ecclesiastica significatione desumpta quæ sit, et explanatur. Vid. in *Appendice*, *num.* 1 *et* 2.

Processiones dividuntur in publicas et privatas, et quæ sit utraque, *num.* 3 *et* 4.

Processionibus publicis qui interesse teneantur, et a quo compelli possint, *num.* 5 *ad* 7.

## PROCESSUS CURIÆ LAICÆ LÆSIVÆ IMMUNITATIS (VI, 741).

Quæ fides sit præstanda, in casu processus laicorum. Vide *verb.* Processus Curiæ laicæ, *n.* 1, 2 *et* 3.

## PROCESSUS CURIÆ ECCLESIASTICÆ (VI, 743).

Circa processus curiæ ecclesiasticæ quid sit attendendum. Vid. *verb.* Processus curiæ ecclesiasticæ, *n.* 1 *ad* 34.

Modus fabricandi processus, *num.* 35.

## PROCURATIO (VI, 747).

Procuratio ad præsens quid sit, et quæ veniant sub ejus nomine. Vide *verb.* Procuratio, *num.* 1, 2 *et* 3.

Episcopus, seu visitator a quibus ecclesiis possit procurationes exigere vel non, et quales ecclesiæ in casu censeantur exemptæ, *n.* 4 *ad* 13.

Ad *num.* 13 auctoris vide expositionem seu declarationem, *num.* 34, 35 *et* 36.

An episcopus iterando eodem anno visitationem possit iterum procurationem exigere, *n.* 37.

Episcopus quando vadit per diœcesim extra occasionem visitationis; an possit aliquid intuitu procurationis prætendere, et an procuratio ipsi debeatur quando per alium visitat, *num.* 14 *et* 15.

Visitationis equitatus ac famulatus qualis esse debeat, *num.* 16 *ad* 19.

• Procurationum numerus quomodo mensurandus, *num.* 20, 21 *et* 22.

Visitator hospitatus a laicis an possit procurationem a clericis exigere, *num.* 23.

Laici an cogi possint censuris ad solvendam procurationem, *num.* 24.

Visitator an possit licite recipere procurationem in pecunia; et an possit sive ipse, sive quivis alius de suo comitatu accipere aliquod munus intuitu procurationis, *num.* 25 *et* 26.

De summa, in qua præstari debeant procurationes, quatenus non subministrentur victualia. Vide *n.* 38.

Tria circa exactionem procurationis visitantium attendenda, *num.* 39 *et* 40.

An procurationes ab episcopo remitti possint vel præscribi contra prælatum a subditis tempore saltem immemorabili, *num.* 41 *ad* 45.

## PROCURATOR (VI, 757).

Procurator quid sit. Vide *verb.* Procurator, *n.* 1.

Variæ procuratorum species assignantur et explicantur, *num.* 2 *ad* 7.

Quis possit procuratorem constituere vel non, et quis possit vel non procurator constitui, *n.* 8 *ad* 24.

Procurator sive judicialis, sive extrajudicialis potest alium substituere post litem contestatam, *n.* 25 *et* 26.

Procuratoris, sive generalis, sive specialis factum seu negligentia, vel dolus quando Domino noceat vel non; et quid in casu possit dominus contra ipsum, *num.* 27 *ad* 32.

Procuratoris officium finitur quinque potissimum modis qui assignantur, *num.* 33 *ad* 38.

Quid de procuratoribus deputatis ad baptizatum de sacro fonte suscipiendum, vel pro matrimonio contrahendo, *num.* 39 *ad* 43.

Procurator generalis Observantium debet præcedere in capella pontificia procuratori Patrum Conventualium, *num.* 44.

De procuratoribus monasteriorum Monialium quoad durationem, *num.* 45 *et* 46.

Recensentur casus, in quibus procurator contrahendo propriam obligat personam, *num.* 47 *ad* 51.

## PRODIGALITAS.

Prodigalitas quid sit, et quale peccatum. Vide *verb.* Avaritia, *n.* 13 *et* 14.

## PROFESSIO FIDEI.

Vide *verb.* Fidei professio.

## PROFESSIO REGULARIS.

Vide *verb.* Regularis professio.

## PROGENER.

Quis sit. Vide *verb.* Affinitas, *art.* 1, *num.* 16.

## PROMATERTERA.

Vide *ibid. num.* 15.

## PRONEPOS ET PRONEPTIS.

Vide *ibid. num.* 15.

## PRONURUS.

Vide *ibid. num.* 16.

## PROPATRUUS.

Vide *ibid. num.* 15.

## PROPOSITIONES DAMNATÆ (VI, 769).

Afferuntur propositiones damnatæ in conciliis Carthaginensi et Milevitano, anno 411 et 416, in causa Pelagianorum. Vid. *verb.* Propositiones damnatæ, *num.* 1.

Exponitur propositio abbatis Joachim, in concilio Lateranensi IV damnata, *num.* 2.

Adducuntur propositiones duæ, una de usuris, altera de anima rationali, a Clemente 7 damnatæ, *num.* 3.

Propositiones Beguardorum et Beguinarum ab eodem Pontifice damnatæ exponuntur, *num.* 4.

Afferuntur propositiones Joannis de Poliaco doctoris Parisiensis a Joanne XXII damnatæ, *num.* 5.

Propositio de paupertate Christi et apostolorum ab eodem Joanne XXII damnata, *num.* 6.

Adducuntur propositiones quinque Marsilii Patavini et Joannis de Janduno a Joanne XXII damnatæ, *num.* 7.

Propositio de occisione tyranni damnata, *num.* 10.

Propositiones 17 Nicolai Serurarii a Martino V damnatæ, *num.* 11.

Propositiones decerptæ ex libro Augustini de Roma damnatæ in synodo Basileensi, *num.* 12.

Propositiones Magistri Petri de Osman, a Sixto IV damnatæ, *num.* 13.

Propositiones duæ de anima rationali damnatæ a Leone X, *num.* 14.

Adducuntur articuli quadraginta Joannis Wicleffi, et triginta articuli Joannis Hus damnati in concilio Constantiensi, *n.* 8 *et* 9.

Digitized by Google

Articuli quadraginta et unus Martini Lutheri. Vide *verb.* Propositiones damnatæ, *num.* 15.

Propositiones septuaginta novem Michaelis Baii, et aliorum, quos damnarunt sanctus Pius V, Gregorius XIII et Urbanus VIII, *num.* 16.

Damnatio propositionis permittentis confessionem et absolutionem per epistolam, aut per internuntium, *num.* 17.

Propositiones Jansenii et designatio quorumdam locorum, ex quibus desumptæ sunt et dantur ad rem bullæ pontificum, et modus quo singulæ dictæ propositiones damnatæ sunt, *num.* 19 *ad* 23.

Adducitur decretum Innocentii X adversus libros continentes propositionem, qua asseritur æqualitas sanctorum Petri et Pauli, *num.* 18.

Adducitur duplex decretum Alexandri VII damnantis propositiones quadraginta quinque, *num.* 24 *ad* 26.

Adducitur decretum Innocentii XI damnantis propositiones sexaginta quinque, *num.* 27.

Affertur constitutio ejusdem Innocentii XI proscribentis sexaginta octo theses, quæ prætextu orationis quietis a Michaele de Molinos docebantur, *num.* 30.

Affertur decretum Alexandri VIII damnantis duas propositiones, *n.* 31.

Affertur aliud decretum Alexandri VIII damnantis triginta et unam propositiones, *num.* 32.

Affertur breve Innocentii XII proscribentis viginti tres theses, quæ prætextu amoris erga Deum purissimi in Galliis docebantur, *num.* 33.

Condemnatio duarum thesium de omnipotentia donata, et subjecta creaturæ, *num.* 28.

Probibitio thesis de usu scientiæ in confessione acquisitæ, *num.* 29.

Affertur damnatio centum et unius propositionum facta a Clemente XI in constitutione *incip.* Unigenitus, *num.* 34.

Qua censura notandus sit, qui propositiones a pontifice loquente ex cathedra damnatas amplectitur adhuc ut probabiles et veras, *num.* 36 *ad* 38.

Recensentur præcipua censurarum genera, quibus notari possunt propositiones referentes doctrinam fidei catholicæ et Christianis moribus nocivam, a quibus eædem propositiones damnationem sortiuntur, *num.* 39 *ad* 63.

Adducuntur propositiones quinque duellorum abusui faventes nuperrime damnatæ a Benedicto XIV, ann. 1752, et constitutio per extensum datur, *num.* 35.

Varii errorum gradus, *num.* 64.

PROSOCER, et PROSOCRUS.

Vide *verb.* Affinitas, *art.* 1, *num.* 16.

PROSPECTUS (VI, 837).

Moniales nequeunt retinere prospectum in ecclesiis sæcularium et regularium. Vide *verb.* Prospectus, *num.* 1.

Alia ad rem, *num.* 2 *et* 3

PROTONOTARII DE NUMERO PARTICIPANTIUM (VI, 839).

Protonotarii unde dicti, illorum origo, quomodo appellentur in litteris apostolicis, quot et ad quid instituti, quale eorum officium, quibus gaudeant privilegiis, et quæ sit eorum præcedentia. Vide *verb.* Protonotarii, *num.* 1 *ad* 12 *et* 21.

Alia de ipsis, *num.* 13 *ad* 20.

Et præsertim de moderata illorum facultate pro promotione ad gradus doctoratus. Vide *n.* 22.

An vacato per contractum matrimonii protonotariatu, reservatarius decreti amittat pretium, *n.* 23.

PROTONOTARIUS TITULARIS, SEU EXTRA NUMERUM (VI, 843).

Protonotarii titularis privilegia et exemptiones quæ sint, vel non. Vide *verb.* Protonotarius titularis, *num.* 1 *per totum.*

PRUDENTIA.

Prudentia quid sit. Vide *verb.* Virtus, *n.* 96.

PSALMUS, PSALTERIUM (VI, 847).

Psalmus quid sit, et quid Psalterium. Vide *verb.* Psalterium, *n.* 1 *ad* 5.

Quisnam fuerit Psalmorum auctor, *num.* 6 *ad* 10.

Psalmorum numerus assignatur et innuitur, quare alii vocentur pœnitentiales, et alii graduales, et unus invitatorialis, *num.* 11 *ad* 15.

Quid de usu et antiquitate alterni cantus psalmorum, hymnorum et canticorum, eorumque mutatione, ac mysteriosa divisione in singulis horis canonicis, ac de eorumdem differentia, ac de psalterio beatæ Mariæ virginis, *num.* 16 *ad* 47.

Monetur lector, ut caute legat quæ de psalmis loquitur auctor, *in not.*

Quid sit Psalterium Romanum, et Psalterium Gallicanum, et quonam Psalterio utamur in divinis recitandis officiis, explicatur, simulque auctor emendatur, *in not. ad num.* 39.

Psallendi debitum quibus competat. Vide *num.* 48.

PUBERTAS

Vide *verb.* Matrimonium, *art.* 2, *n.* 31.

PUBLICA HONESTAS.

Publicæ honestatis impedimentum. Vide *verb.* Impedimenta matrimonii, *art.* 2, n. 20.

PUNCTATOR, PUNCTATURA (VI, 857).

Punctator ubi retinere debeat librum punctaturæ. Vide *verb.* Punctator, *n.* 1.

Alia ad rem, *n.* 2 *ad* 15.

PURGATORIUM (VI, 859).

Purgatorium quid sit. Vide *verb.* Purgatorium, *n.* 1.

De fide dari purgatorium probatur ex variis sacræ Scripturæ locis, et aliæ probationes relinquuntur videndæ apud graves auctores, qui assignantur, *n.* 2 *ad* 11.

De purgatorio dogma proponitur, *n.* 22 *ad* 24.

Quid de purgatorii loco, ac duratione, ac de tempore et modo, quo animæ in ipso torquentur, *num.* 12 *ad* 20.

Alia de ipsis animabus purgatorii. Vide *verb.* Anima, *per tot.*

PYROMANTIA.

Pyromantia quid sit. Vide *verb.* Superstitio, *num.* 19.

PYROTECHNICA.

Pyrotechnica quid. Vide *verb.* Mundus, *num.* 207.

PYTONIA.

Pytonia quid sit. Vide *ibid.*, *num.* 27.

Q

QUADRAGESIMA (VI, 869).

Quadragesima unde dicta; quid sit, et cur quadraginta dies deputati sint pro abstinentia ac jejunio, et non plures vel pauciores. Vide *verb.* Quadragesima, *num.* 1, 2 *et* 3.

Quadragesimæ jejunium a quo institutum, et quo jure servandum, *num.* 4 *et* 5.

Quadragesima Christi cur circa tempus differat a nostra, *num.* 6.

Assignatur quo tempore a diversis Ecclesiis observetur Quadragesimæ jejunium, *num.* 7 *ad* 11.

In Quadragesima non est prandendum ante Vesperas, *num.* 12.

Dispensatus circa esum carnium an et quando

Digitized by Google

censeatur etiam dispensatus a jejunio, et ad quem spectet in casu dispensare. Vide *verb.* Quadragesima, *num.* 13, 14 *et* 15 et *verb.* Jejunium, ubi ad rem ponitur novissima dispositio Benedicti XIV.

Quid de illo, qui in fraudem jejunii se transfert ad locum ubi non viget obligatio jejunandi, *num.* 16 *ad* 19.

Episcopus quibus delegare debeat facultatem dispensandi in quadragesima, *n.* 20.

Assignantur aliqua, quæ fieri prohibentur in Quadragesima, *n.* 21 *ad* 26.

In Quadragesima quoties sit concionandum, et an concionatores excusentur a jejunio et abstinentia a carnibus, *num.* 27 *ad* 32.

Quid de coquis parantibus in Quadragesima cibos religiosis, *num.* 33 *et* 34.

Alia vid. *n.* 35 *ad* 40.

## QUÆSTUARE, QUÆSTUARII, seu QUÆSTORES (VI, 897).

Quæstarii non sunt admittendi, nisi habeant debitam licentiam. Et a quibus talis licentia concedi possit, et quid pro tali concessione sit exigendum Vide *verb.* Quæstuarii, *num.* 1, 2 *et* 3.

Quomodo in quæstuatione se gerere debeant religiosi mendicantes, Vide *num.* 28. Declaratur auct., *num.* 17, 29.

Alia plura de ipsis, *num.* 4 *ad* 27.

Feminæ prohibentur quæstuare pro concionatoribus. Vide *verb.* Prædicator, *num.* 109.

## QUARTA FUNERALIS (VI, 877).

Quarta funeralis quo jure, et propter quid inducta, ad qualem portionem reduci, et quo tempore præscribi possit. Vide *verb.* Quarta funeralis, *num.* 1, 2 *et* 3 *et num.* 45 *et* 46.

Quarta funeralis quando debeatur ecclesiæ parochiali, et de quibus rebus ipsam prætendere possint parochi, et signanter juxta dispositionem Benedicti XIII in constitutione incip. *Romanus Pontifex*, quæ affertur. Et in quibus conventibus ipsam solvere teneantur regulares juxta dictam dispositionem, *n.* 4 *ad* 25.

Parochi an possint prætendere duplicem quartam ab hæredibus defunctorum, qui sepeliuntur in ecclesiis regularium. Et affertur ad rem constitutio Clementis X et novissima resolutio Sacræ Congregationis episcoporum et regularium, *num.* 26, 27 *et* 28.

Afferuntur ad rem varia decreta sacrarum congregationum Episcoporum, Rituum et Concilii. Vide *n.* 29 *ad* 32, et *n.* 40 *et* 41.

Parochi an licite possint majorem quartam exigere ab iis qui repentina morte decedunt, et ab exteris tumulandis in ecclesiis regularium, quam ab illis, qui testamentum condunt, et a civibus, n. 33 *et* 34.

Utrum ad regulares, an ad parochos spectet probare, quod ipsi regulares per quadraginta annos ante Tridentinum concilium quartam funeralem haud solverint, *num.* 43.

Differt ecclesia cathedralis ab aliis ecclesiis quoad acquirendam præscriptionis exemptionem a solutione quartæ funerariæ, et differentiam vide, *num.* 44.

Quarta funeraria peti haud potest ab hæredibus defuncti, sed ab ecclesia, ubi ille tumulatur, *num.* 46.

Alia ad rem, *num.* 35 *ad* 39.

## QUATUOR TEMPORA (VI, 895).

Jejunium Quatuor Temporum a quibus institutum, quale sit mysterium talis institutionis? et assignatur tempus tale jejunium celebrandi. Vide *verb.* Quatuor Tempora, *num.* 1 *ad* 6.

## QUINQUAGESIMA (VI, 901).

Quinquagesima a quo instituta, et qui olim in ipsa teneantur ad jejunium. Vide *verb.* Quinquagesima, *num.* 1 *et* 2.

Latius de tribus Dominicis, nempe septuagesimæ, sexagesimæ, et quinquagesimæ agitur, *num.* 3 *et seqq.*

# R

## RAPINA.

Vide *verb.* Furtum, et *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 180.

## RAPTOR, RAPTUS (VI, 903).

Raptor virginis quale delictum committat, et an gaudeat immunitate. Vide *verb.* Raptor, *num.* 1, 2 *et* 3

## RATIONIS USUS (VI, 303).

Circa septennium inchoari solet, reprobanturque Natta et Bursatus. Vide *verb.* Rationis usus, *num.* 1 *et seqq.*

## RECIDIVI.

Vide *verb.* Absolutio, *art.* 2, *num.* 14 *ad* 19.

## RECLAMATIO.

Contra validitatem professionis. Vide *verb.* Professio regularis, *num.* 65 *ad* 79.

## RECOGNITIO CORPORIS DELICTI (VI, 905).

Recognitio cadaveris in loco immuni de cujus licentia fieri debeat, et an, et quando possint cadavera exhumari ad eorumdem faciendam recognitionem. Vide *verb.* Recognitio Corporis delicti, *num.* 1 *ad* 21, *ubi plura ad rem.*

## RECURSUS (VI, 907).

Recurrentes ad judices laicos quando, et in quas incidant censuras. Vide *verb.* Recursus, *num.* 1 *ad* 37, ubi alia plura scitu necessaria referuntur.

Recurrentes ad sedem apostolicam, eorumque procuratores offendi prohibentur sub pœna excommunicationis, *num.* 39.

Alia ad rem facientia vid. *num.* 40 *et seqq.*

## REFERENDARII CURIÆ ROMANÆ (VI, 907).

Referendarii utriusque signaturæ papæ quibus gaudeant privilegiis, exemptionibus, honoribus, ac præcedentia. Quales esse debeant, quale eorum officium; quales materias proponere debeant in signaturis; ad quid teneantur in causarum expeditionibus, et ad quid possint se extendere; et quot ac quæ sint signaturæ. Vide *verb.* Referendarii, *num.* 1 *ad* 17.

## REFRACTARII (VI, 913).

An et quando refractarii bullæ *Unigenitus*, sint a sacra Eucharistia et viatico repellendi. Vid. *verb.* Refractarii, *per totum.*

## REGALIA (VI, 913).

Regalia quid sit, et illius jus præsertim in Galliis; unde oriatur, et quid adversus illam tentatum. Vid. *verb.* Regalia, *per totum.*

## REGES.

Reges quare non in capite, sed in humero ungantur. Vide *verb.* Episcopus, *art.* 2, *num.* 48.

## REGIMEN (VI, 913).

Regendi forma est triplex, monastica, œconomica et politica, et explicatur. Vide *verb.* Regimen, *num.* 1 *ad* 4.

Forma regendi politica est triplex, monarchica, aristocratica et democratica, et quæ sint singulæ, et qualis ex istis sit præstantior, *num.* 5 *ad* 12.

Animadvertitur in auctoris sententias, *in not. ad num.* 12.

Exhibentur tres species misturæ monarchiæ, ari-

Digitized by Google

stocratiæ, et democratiæ Vide *verb.* Regimen, *num.* 21 *ad* 27.
Forma regendi politica secundum aliquos est quintuplex, *num.* 13.
Regimen Ecclesiæ quale sit, *num.* 14 *ad* 20.
Vide notata *ad num.* 15 *et ad num.* 17, ubi auctor explicatur, ac paritas ab eo adducta rejicitur.

## REGULÆ.

### REGULÆ CANCELLARIÆ.

Vide *verb.* Beneficia, *art.* 9 *et* 10 *per tot.*

### REGULÆ JURIS CANONICI IN 5 ET 6 DECRETALIUM.

Vid. *verb.* Regulæ juris canonici *in* 5 *et* 6 *Decretalium per tot.*
Recensentur doctores, qui scripserunt in regulas juris canonici, monitaque datur circa illarum usum ac potestatem, *in add. ad finem.*

### REGULÆ JURIS CIVILIS.

Vide *verb.* Regulæ juris civilis, *per tot.*
Recensentur jurisconsulti, qui commentati sunt regulas juris civilis, earumque usus ac potestas indigitatur, *in add. ad finem.*

## REGULARES (VI, 1007).

### REGULARES QUOAD EA QUÆ POSSUNT ET DEBENT, VEL NON.

Regulares de cujus approbatione ac licentia audire possint confessiones, sive regularium, sive sæcularium, sive monialium, et a quibus casibus absolvere possint, et in quibus impedimentis dispensare. Vide *verb.* Regulares, *art.* 1, *num.* 1 *ad* 11; *art.* 2 *ad finem.*
Regulares an teneantur solvere decimas, et an possint mulieres post partum benedicere, et esse compatres, *num.* 12, 13 *et* 14.
Regulares an possint habere peculium in particulari, et quid de illis, qui proprietarii decedunt, ac de superioribus eorum spolia sibi appropriantibus, *num.* 15 *ad* 20.
Quoad ea quæ concernunt regulares apostatas, vel incorrigibiles, *num.* 21, 22 *et* 23.
Regulares, quoad recitationem divini Officii, eorum ordinationem, cum monialibus locutionem, eorum præcedentiam, prædicationem, possessiones, novitiatum, professionem, privilegia, quæstuationem, *num.* 24 *ad* 33.
Regulares quid possint, vel non, circa funera, quartam, et sepulturam, et administrationem sacramenti Eucharistiæ, ac extremæ unctionis hospitantibus in eorum monasteriis, quid circa bonorum alienationem, campanarum pulsationem, *num.* 34 *ad* 43.
Regulares an et de cujus licentia obtinere possint beneficia sæcularia, *num.* 44.
Quid de regularibus, vel aliis clericis sæcularibus aliquem quomodolibet inducentibus ad eligendam sepulturam in eorum ecclesiis, *num.* 45 *et* 46.
Regulares non possunt admittere presbyteros sæculares ad celebrandum in suis ecclesiis contra prohibitionem episcopi, et possunt inter missarum solemnia recipere ea quæ sibi offeruntur, *num.* 47 *et* 48.
Quid de numero religiosorum in monasteriis, seu conventibus, ac de subjectione eorum superioribus, et quid in eorum causis ad sanctum Officium spectantibus, *num.* 49 *ad* 54.
Alia plura de regularibus, et quoad transitum ad aliam religionem, quoad facultatem testandi, quoad largitionem munerum, quoad obligationem acceptandi reformationem tam pro ipsis quam pro monialibus. Et ad rem afferuntur constitutiones et decreta, *num.* 55 *ad* 85.
Regularium numerus in unoquoque conventu præfinitus non potest a superioribus augeri, neque potest unus habere locum in duobus monasteriis, *num.* 86, 87 *et* 88.
Alia ad rem, *num.* 89 *ad* 110.
Regulares et præsertim Franciscani, quibus cibis uti possint in suis jejuniis, *num.* 111 *et* 112.
Regulares an licite possint esse patrini, et qualis compaternitas ex vi regulæ prohibeatur fratribus Minoribus, *num.* 113 *ad* 118.
Alia ad rem, *usque ad num.* 156.
Quatuor examinantur quæstiones circa laicum post patratum delictum effectum regularem, *num.* 158, 159.
Quandonam regularis ex necessitate patri, matri, etc., superveniente exire e religione possit, et eis subvenire, *num.* 160.
Regularis an testis in testamento, procurator in judicio sæculari, exsecutor testamentarius sine superioris licentia, arbiter, tutor, tabellio, depositarius esse possit, *num.* 161 *ad* 168.
Regularis quid ubi exeat a religione, quid suppressa religione, et quid si transeat ad religionem capacem recuperet, *num.* 169 *ad* 171.
Quid item recuperet, si promoveatur ad episcopatum, *num.* 172.

### REGULARES, QUOAD EA IN QUIBUS SUBDUNTUR VEL NON JURISDICTIONI ORDINARIORUM.

Exemptio quid sit. Vide *verb.* Regulares, *art.* 2, *num.* 1.
An acquiri a regularibus possit communicatio privilegiorum, *num.* 139.
Episcopi in quibus habeant jurisdictionem tum ordinariam, tum delegatam in regulares, et affertur ad rem constitutio Gregorii XV de exemptorum privilegiis, et adducuntur responsa sacræ congregationis concilii ad varia dubia super dicta constitutione, et variæ resolutiones sacræ congregationis specialiter deputatæ in causa Angelopolitana jurisdictionis vertente inter episcopum et Patres Jesuitas, confirmatæ ab Innocentio X, *num.* 2 *ad* 8.
Regulares subjiciuntur episcopis in pluribus, quæ assignantur, *num.* 9 *ad* 76.
Ad *num.* 39, vide *num.* 77 *et* 87.
De casibus, quibus regulares licet exempti subjiciuntur delegatæ episcoporum juris dictioni, *num.* 140.
Regulares, non obstantibus eorum privilegiis et exemptionibus, an, et quando possint ab ordinariis constringi censuris, *num.* 78 *ad* 83.
Innuitur quid sit attendendum tam ab ordinariis, quam a regularibus, et ad rem affertur pro coronide monitum concilii Viennensis episcopis, et regularibus directum in mutuæ debitæ dilectionis argumentum, *num.* 84, 85 *et* 86.
Ad *num.* 84 auctoris vid. notata circa reverentiam a regularibus exemptis episcopo præstandam, *num.* 141 *et* 142.
An regulares exempti transeundo ante thronum episcopi teneantur eidem genuflectere, seu potius caput et humeros inclinare, *num.* 143 *ad* 149.
Regulares non tenentur ratificare suam professionem coram episcopis ante susceptionem sacrorum ordinum. Vide *verb.* Professio regularis, *num.* 118.

### REGULARIS DELINQUENS, ET QUOAD IMMUNITATEM.

Regulares delinquentes intra vel extra claustra, a quo puniendi. Vide *verb.* Regularis delinquens, *num.* 1.
Bona regularium decedentium extra claustra ad quem spectent, *num.* 2.
Alia plura ad rem et quoad immunitatem, *num.* 3 *ad* 86.

## REGULARIS PRÆLATUS (VI, 922)

Prælati nomen unde dictum et prælatura quid sit. Vide *verb.* Prælatus, *num.* 1 *et* 2.
Prælati regulares supremi, medii et infimi, cui sint et quam potestatem habeant in suos subditos, *num.* 3 *et* 4.



Digitized by Google

Pro eligendis prælatis regularibus, quæ forma sit servanda, *num.* 5, et *verb.* Electio, *art.* 1, *num.* 20.

Quoad illos, qui possunt eligere, vel eligi in prælatos, et quoad obligationem quam habent electores eligendi digniores; et ipsi prælati, si indigni sint, renuntiandi. Vide *verb.* Electio, *art.* 2, 3 *et* 4.

Prælati putativi gesta an, et quando sint valida, *num.* 8 *ad* 12.

Prælati regulares sub pœna excommunicationis prohibentur religiosis concedere officia aut dignitates, seu pœnas remittere ad instantiam quarumcunque personarum extra suos ordines, *num.* 13.

Prælati regulares, uti generales, et provinciales a quibus casibus possint vel non, absolvere suos subditos, *num.* 14 *ad* 31, et *verb.* Absolutio, *art.* 1, *num.* 29.

Verum ad *num.* 20 auctoris, vide *in not.*

Prælati regulares a quibus irregularitatibus possint vel non dispensare suos subditos, *num.* 32 *ad* 35, et *verb.* Irregularitas, *art.* 3, ac *verb.* Absolutio, *art.* 1.

Prælati regulares, et de eorum licentia sui religiosi confessarii quando possint dispensare super impedimento petendi debitum conjugale, *num.* 36 *et* 37, et *verb.* Matrimonium, quoad debitum conjugale, *art.* 2.

Prælati regulares quando et quomodo possint ingredi clausuram monialium, aliisque ingrediendi licentiam concedere, ac transgressores absolvere, *num.* 38 *ad* 46, et *verb.* Moniales, *art.* 3, *num.* 73.

Prælati regulares, quamvis generales nequeunt sine approbatione episcopi audire confessiones monialium sibi subjectarum; neque jure ordinario concedere indulgentias suis subditis, *num.* 47, 48 *et* 49. Moniales, *art.* 5 et *verb.* Indulgentia, *art.* 2.

Qui prælati regulares concedere possint monitoria pro suis subditis, *num.* 50, 51, et *verb.* Monitorium, *num.* 10.

Prælati regulares in quibus votis et juramentis possint dispensare. Vide *verb.* Juramentum, *art.* 3, et *verb.* Votum.

Prælati regulares, puta generales et provinciales undecim tantum casus reservare possunt, qui assignantur, *num.* 53 *ad* 55.

Soli prælati auctoritatem quasi episcopalem habentes possunt casus reservare, et nullatenus superiores locales; imo superiores locales nequeunt jure proprio a dictis casibus reservatis absolvere, nec sibi eligere confessarium non approbatum, *num.* 56 *ad* 59.

Regularis, qui inscio vel invito prælato sui ordinis, de licentia episcopi, audit confessiones, an valide eas excipiat. Vide *verb.* Approbatio, *art.* 1, *n.* 18 *et* 19.

Prælati regularium possunt suos subditos ab audiendis confessionibus suspendere, *num.* 61, et *verb.* Approbatio, *num.* 20.

Prælati regulares possunt suos subditos notarios creare et dispensare cum ipsis illegitimis ad prælaturas religionis, ac quando id censeantur facere, *num.* 62, 63 *et* 64.

Quid possit et debeat prælatus regularis, si alius prælatus sibi inferior capiatur a Turcis, seu ab aliis hostibus, *num.* 65 *et* 66.

Assignatur quid importent absolutiones generales solitæ dari a prælatis in quibusdam anni solemnitatibus, et in fine visitationis, quid datæ in articulo mortis, ac quid datæ a præsidente ante electionem, *num.* 67 *ad* 73, et *verb.* Indulgentia, *art.* 2, 4 *et* 5.

Prælati regulares possunt concedere specialibus benefactoribus filiantias, seu litteras filiationis, *num.* 74.

De privilegiis prælati regularis, tum de potestate ejusdem in suos subditos. Vide *num.* 80.

Prælati regulares, an, et quando teneantur applicare Missam pro ovibus suis. Vide *verb.* Missa, *art.* 3, *num.* 11 *circa finem.*

Prælati regulares nequeunt concedere licentiam exhumandi cadavera sepulta in eorum ecclesiis. Vide *verb.* Cadaver, *num.* 21 *et* 22.

## REGULARIS PROFESSIO (VI, 943).

Professio regularis quid sit? Et alia est expressa, et alia tacita, et quæ sit utraque. Vide *verb.* Professio, regularis *n.* 1 *et* 2.

Ad valorem professionis qualis ætas requiratur, *num.* 3, 4 *et* 5.

Quid de anno probationis prærequisito ad valorem professionis, et de professione emissa in articulo mortis ante completum dictum annum probationis, *n.* 6 *ad* 14.

Professio emissa juxta dispositionem concilii in ordine Minorum, et in religione sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum est valida, non obstantibus eorum municipalibus statutis contrarium disponentibus circa ætatem requisitam, *num.* 15 *et* 16.

Professio an possit per superiorem prolongari lapso tempore novitiatus, *num.* 17 *et* 18.

Ad valorem professionis requiritur, quod tam novitiatus, quam ipsa professio fiat in conventibus designatis; secus professio erit nulla, et ad rem adducitur decretum Urbani VIII, *num.* 19, 20 *et* 21.

Ratificare volentes professionem nullam ob defectum loci designati, an teneantur reiterare novitiatum, et exquirere novum consensum capituli, *num.* 22 *et* 23.

Professio per qualem metum reddatur nulla, vel non, *num.* 24 *ad* 39.

Ad valorem professionis requiritur consensus, et acceptatio illius vel illorum ad quos spectat aliquem ad professionem recipere; et quid de ipsis, *num.* 40 *ad* 47.

Ad valorem professionis expressæ an requiratur certa verborum forma, vel an fieri possit etiam signis, et nutibus, et etiam per procuratorem, *num.* 48 *ad* 51.

Professio tacita an sit ablata per concilium Tridentinum et quid requiratur ad ejus valorem, *num.* 52, 53 *et* 54.

Alia ad rem, *num.* 55.

An professus ignoranter ante decimum sextum ætatis annum ex errore fidei baptismatis, si exerceat postea actus solitos a professis fieri, censendus sit tacite professus, *num.* 56.

Hermaphroditus an possit ad professionem admitti, *num.* 57, 58 *et* 59.

Religiosus professus an possit ejici a religione sub prætextu quod aliquo morbo laboret, *n.* 60, 61 *et* 62.

Quid si reperiatur aliquis professus per simulationem in monasterio monialium, vel aliqua, per simulationem professa in conventu Virorum, *n.* 63.

Novitius de licentia superiorum exiens e monasterio, et rediens ad triennium, an statim profiteri possit, *n.* 64.

Quicunque nulliter professus potest reclamare, et ad legitimam reclamationem contra nullitatem professionis tres potissimum conditiones requiruntur, quæ assignantur et explicantur, *n.* 65 *ad* 80.

Nulliter professus certo sciens coram Deo, et in conscientia suam professionem esse nullam ex aliquo essentiali defectu an possit tuta conscientia discedere, ac etiam nubere, *ibid. num.* 81 *et* 82.

Nulliter professus dubitans an tacite, vel expresse professionem suam ratificaverit, an, et quando possit reclamare, *num.* 83.

Nulliter professus an, et quomodo possit professionem suam ratificare, *n.* 84 *ad* 87.

Quid de illo, qui receptus pro laico, seu converso, ante, vel post professionem transit ad statum clericalem, et de illo qui professus in aliqua religione, vult ad aliam transire, *n.* 88 *ad* 91.

Digitized by Google

Cogentes viros, vel mulieres ingredi monasterium vel retrahentes, aut impedientes ne ingrediantur quomodo peccent, et in quibus pœnis subjiciantur, n. 92 *ad* 97.

Professio regularis varios sortitur effectus, qui assignantur, *n.* 98 *ad* 107.

Regulares an teneantur ratificare professionem coram episcopo ante susceptionem sacrorum ordinum, *n.* 108 *et* 109.

Alia ad rem, *n.* 110 *ad* 127.

Multa utilia exarantur de professione ficta, *n.* 128 *ad* 136.

Professio regularis, vel ingressus alicujus religionis an liberet debitorem ab obligatione restituendi et solvendi debita antea contracta, et an similis debitor possit religionem ingredi, et professionem remittere. Vide *verb.* Restitutio, *art.* 5, *n.* 60, ubi plura ad rem.

Ad professionem legitimam quæ sint necessaria, vid. *in Appendice, per tot.*

RELEGATIO.

Relegationis pœna quid sit. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 22.

RELIGIO NATURALIS ET REVELATA (V, 1135).

Religio unde dicta, et quæ sit ejus utilitas, necessitas et origo. Vide *verb.* Religio naturalis et revelata, *num.* 1 *ad* 42.

Existentia naturalis religionis asseritur, ubi et de Deo et variis ejus attributis, præsertim de providentia, *num.* 43 *ad* 84.

Officia hominis, quæ ex Dei providentia sequuntur, *num.* 85 *ad* 98.

Divinæ revelationis utilitas, convenientia et existentia, *num.* 99 *ad* 125.

Revelationis divinæ characteres qui sint, et probatur hos dari et in sola Christi religione reperiri, non autem in pagana vel in mahumetana religione, *num.* 126 *ad* 42.

Religio Romano-catholica est sola, quæ revelatæ a Deo religionis characteres retineat, *num.* 43.

RELIGIONES REGULARES ET MILITARES (VI, 1201).

QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT RELIGIONES IN GENERE.

Religio unde dicta, et quid sit, et quid sit religiosus, et an idem significet ac regularis. Vide *verb.* Religiones regulares, etc., *art.* 1, *num.* 1 *ad* 6.

Tria vota paupertatis, obedientiæ et castitatis an, et quo jure sint de essentia religionis, *num.* 7, 8 *et* 9.

Status religiosus a quo fuerit primo institutus, et an ante Christi adventum fuerit aliqua proprie dicta religio, *num.* 10 *ad* 16.

Religiones in quibus inter se conveniant, ac differant, *num.* 17.

Religio alia est contemplativa, alia activa, et alia mista, et explicantur singulæ, *num.* 18 *ad* 21.

Religiones insuper aliæ sunt clericales, aliæ monachales, aliæ mendicantes, et aliæ militares, et quæ sint singulæ, *num.* 22 *ad* 27.

Professi in religionibus militaribus an et quales dicantur veri religiosi, *num.* 28 *et* 29.

Innuitur utilitas Ecclesiæ propter religionum institutionem, et religiones in specie assignantur, *num.* 30 *ad* 35.

RELIGIONES, QUOAD PRIMAM PRINCIPALIOREM REGULAM ET MILITANTES SUB IPSA.

Prima principalior regula est sancti Basilii ab eodem instituta. Vide *verb.* Religiones, *art.* 2, *num.* 1.

Anachronismus notatur, *in not. ad n.* 1.

Religiones a quibus olim approbarentur, ac confirmarentur, *num.* 2 *et* 3.

Monachi Sancti Basilii quando, et ubi fuerint reformati, ac divisi, et a quo fuerint in unam tantum congregationem redacti, *num.* 4 *ad* 7.

Qui olim militaverint, et nunc militent sub divi Basilii regula, *num.* 8 *ad* 14.

RELIGIONES, QUOAD SECUNDAM PRINCIPALIOREM REGULAM, ET MILITANTES SUB IPSA.

Secunda principalior regula et sancti Augustini, a quo duo fuerunt ordines instituti, eremitarum scilicet et canonicorum regularium, eorumque assignantur prærogativæ, et enumerantur omnes religiones tum regulares, tum equestres, quæ olim militarunt, et nunc militant sub dicta utriusque ordinis regula. Vide *verb.* Religiones, *art.* 3 *per tot.*

Lector monetur de auctoris hallucinationibus, *in not. ad num.* 1.

RELIGIONES, QUOAD TERTIAM PRINCIPALIOREM REGULAM ET MILITANTES SUB IPSA.

Tertia principalior regula est sancti Benedicti ab eodem instituta, et assignantur omnes congregationes, et equestres ordines sub ipsa militantes. Vide *verb.* Religiones, *art.* 4, *per tot.*

RELIGIONES, QUOAD QUARTAM PRINCIPALIOREM REGULAM ET MILITANTES SUB IPSA.

Quarta principalior regula est sancti Patris nostri Francisci, Deo, sibi revelante, et de verbo ad verbum dictante ab eodem conscripta. Vide *verb.* Religiones, *art.* 5, *num.* 1 *et* 2.

Religio fratrum Minorum quando incœperit, et a quo fuerit confirmata, *num.* 3.

Sub regula sancti Patris nostri Francisci militant varii utriusque sexus fratres, ac sorores, tum in claustris, tum extra claustra, et assignantur, *num.* 4 *ad* 17.

Ab ordine, seu religione seraphici Patris nostri Francisci originem, seu progressum, vel dependentiam habuerunt varii alii ordines, seu congregationes regulares et sæculares utriusque sexus, et assignantur, *num.* 18 *ad* 44.

Ab ordine prædicto promoti, vel dependentes sunt varii ordines equestres, qui assignantur, *n.* 45 *ad* 50.

Ordo seraphicus est perpetuo duraturus ex divina revelatione facta sancto Patri nostro Francisco, *num.* 51.

Afferuntur diversa encomia data eidem ordini a diversis summis pontificibus, *n.* 52, 53 *et* 54.

Affertur pro complemento novissima constitutio Benedicti XIII, dirimens controversias de ejus primatu et anterioritate, *num.* 55.

QUOAD PARTICULARES ALIAS RELIGIONES, ET CONGREGATIONES SUB NULLA DICTARUM QUATUOR PRINCIPALIORUM REGULARUM MILITANTES, SED PROPRIAS REGULAS ET CONSTITUTIONES HABENTES.

Assignantur varii particulares ordines ac congregationes, tum virorum, tum monialium; et varii ordines equestres. Vide *verb.* Religiones, *art.* 6, *num.* 1 *ad* 22.

Recensentur auctores, qui agunt de origine, et variis regularium speciebus, deque originibus monasticis tractant, *num.* 23 *ad* 28.

Reliquiarum detractio in elevatione corporum sanctorum quomodo puniatur. Vide *verb.* Reliquiæ *num.* 1 *ad* 5, et *verb.* Cultus sanctorum.

REMEX (VI, 1284).

Christiani captivi in triremibus Turcarum an licite remigare possint contra Catholicos ob evitandam mortem, vel grave damnum. Vide *verb.* Remex. *num.* 1.

Remiges confugientes an, et quando gaudeant immunitate ecclesiastica, *num.* 2 *ad* 19 *ubi plura ad rem.*

Digitized by Google

## REMISSIO.

Remissio mercedis, seu pensionis quando a locatore sit facienda, vel non. Vide *verb.* Locatio, *num.* 37, *verb.* Emphyteusis, *art.* 2, *num.* 29.

## REPETUNDÆ.

Repetundarum criminis pœna quæ sit. Vide *verb.* Pœna, *art.* 1, *num.* 183.

## REPRÆSENTATIONES.

Repræsentationes an, et quæ fieri possint in ecclesiis. Vide *verb.* Ecclesia, *art.* 5, *num.* 49.

## REPUDIUM.

Vide *verb.* Repudium. *n.* 1 *et seqq.*

## RESCISSIO AC NULLITAS MATRIMONII (VI, 1287).

Quid Benedictus XIV statuerit circa methodum in peragendis judiciis dissolutionis vinculi matrimonialis; et ejus affertur constitutio. Vide *verb.* Rescissio matrimonii, *num.* 1.

Quisnam in hujusmodi matrimonii causis, ex mente concilii Tridentini, sint judices. *num.* 2 *ad* 6.

An abbates et alii inferiores prælati potestate in prædictis causis judicandis polleant, *num.* 7 *et* 8.

## RESCRIPTUM (VI, 1294).

Rescriptum vi nominis quid importet, et quid sit. Vide *verb.* Rescriptum, *num.* 1 *et* 2.

Rescriptum aliud est justitiæ, et aliud gratiæ, et utrumque explicatur, *num.* 3 *ad* 6.

Rescripta tum justitiæ, tum gratiæ quis impetrare possit, vel non, *num.* 7 *ad* 10.

Rescripta tum justitiæ, tum gratiæ intra quod tempus præsentari debeant, et quale tempus sit in ipsis attendendum, *num.* 11 *ad* 16.

Innuitur quomodo rescripta sint interpretanda, et ad rem adducuntur exempla, *num.* 17 *ad* 22.

Qualis interpretatio facienda sit in rescriptis habentibus vim beneficii. Vide *verb.* Privilegium, *art.* 2, *num.* 19 *ad* 28.

Rescripta sive justitiæ, sive gratiæ per subreptionem, vel obreptionem obtenta, quando ipso jure sint nulla, vel non, et qualis sit differentia inter subreptionem, et obreptionem, et quomodo per ipsas rescriptum vitiari possit, *num.* 24 *ad* 33.

Quisnam probare debeat subreptionem et obreptionem rescripti, *num.* 50 *ad* 57.

Unde constare possit principem non ita rescriptum facturum fuisse, uti hæc, vel illa qualitas esset expressa, vel non, *num.* 58 *ad* 64.

Error Latinitatis, vel in nomine, aut pronomine an, et quando vitiet rescripta apostolica, aut testamenta, vel alias scripturas, *num.* 34 *ad* 37.

Rescripta apostolica, et alia quando præsumantur falsa, *num.* 38 *et* 39.

De indiciis, quibus vera rescripta a falsis discernuntur, *num.* 65.

Rescripta justitiæ quando exspirent re adhuc integra, vel non, et quando res adhuc integra dicatur, vel non, *num.* 40 *et* 41.

Rescripta gratiæ quando exspirent, vel non, *num.* 42 *ad* 48.

### RESCRIPTA, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT RENUNTIATIONEM ET REVOCATIONEM RESCRIPTORUM.

Vide *verb.* Privilegium, *art.* 3.

Formæ rescriptorum variæ quot sint, et explanantur, *num.* 66 *ad* 72.

Rescriptum *ad instantiam* et rescripto *motu proprio*, quæ sint, et quis sit illorum effectus, *num.* 73 *ad* 77.

Clausulæ in rescriptis addi solitæ enumerantur et explanantur, *num.* 78 *ad* 82.

Regulæ variæ ad rescriptorum interpretationem afferuntur et elucidantur, *num.* 83.

Quodnam rescriptum præferendum, et executioni mandandum, quando super una eademque causa duo vel plura rescripta sunt impetrata, *num.* 84 *ad* 87.

Quot modis vitiari et suspecta reddi possint rescripta, *num.* 88 *ad* 91.

An subsistat rescriptum, in quo ex duabus causis, simul et copulative allegatis, una sit vera, altera falsa, *num.* 92 *et* 93.

Rescripta an vitientur per errorem adjectæ qualitatis, *num.* 94.

## RESERVATIO CASUUM (VI, 1317).

Reservatio casuum, et casus reservatus quid sit, et per ipsum actum reservationis quæ persona afficiatur. Vide *verb.* Reservatio casuum, *num.* 1, 2 *et* 3.

Regulares in diœcesi episcopi approbantis possunt absolvere pœnitentes alterius diœcesis a casibus in ipsa reservatis, et an id etiam possint alii confessarii, *num.* 4 *et* 5.

Datur in Ecclesia Dei potestas reservandi casus, quæ peccata reservari debeant, et quibus competat, vel non, talis potestas, *num.* 6 *ad* 12.

Papa quæ peccata ordinarie sibi reservet, et quinam sint casus papæ reservati, *num.* 13, 14 *et* 15, *et verb.* Absolutio, *art.* 1, *verb.* Excommunicatio, *art.* 2, 3 *et* 4.

Quinam sint casus episcopis reservati, *n.* 16.

Quinam sint casus, qui reservari possunt a prælatis regularibus, *num.* 17 *ad* 23.

Regulares non exempti subjacent casibus ab episcopo reservatis, *num.* 24.

Episcopi quas absolutiones non debeant sibi reservare, *num.* 25, 26.

Quid de pœnitentiariis cathedralium circa casus reservatos, *num.* 27, 28 *et* 29.

A casibus reservatis, sive summo pontifici, sive episcopis, sive prælatis regularibus, quinam et a quibus possint absolvere, vel non. Vide *verb.* Absolutio, *per tot.*

Quando et quomodo, urgente necessitate celebrandi seu communicandi, possit pœnitens absolvi ab inferiori confessario a peccatis reservatis, etiam censuram adnexam habentibus, et quid de pœnitente habente unicum peccatum reservatum sine ullis aliis, vel obliviscente alicujus reservati, vel ipsum ignorante, *num.* 31 *ad* 38.

Quid de confessario inferiori dubitante dubio juris, sive facti, sive dubio positivo, sive negativo, an peccatum sit reservatum, et de pœnitente post confessionem talis peccati dubii cognoscente fuisse revera reservatum, *num.* 40, 41 *et* 42.

An, et quando possit absolvi, qui post obtentam facultatem, ut absolvatur, iterum committit alia reservata, *num.* 43.

Pueri usum rationis habentes ante annos pubertatis, incurrunt casus reservatos, *num.* 44.

Alia ad rem. Vide *verb.* Absolutio, Approbatio, Confessarius, Jubilæum, Moniales, Novitius, Prælatus, regularis Regulares.

Monetur lector ne laxioribus auctoris opinionibus in hoc articulo expositis se dedat, *num.* 55 *ad* 58.

## RESIDENTIA, RESIDERE (VI 1343).

Residere in ecclesia vel præbenda quid sit et importet, et ad residendum quid sufficiat et requiratur. Vide *verb.* Residentia, *num.* 1, 2 *et* 3.

Residentia est duplex, una vera, et altera ficta, et quæ utraque sit, *num.* 4.

Quæ beneficia requirant residentiam de jure, et quæ de consuetudine, *num.* 5 *ad* 8.

Quoad ea quæ concernunt canonicorum residentiam. Vide *verb.* Canonicus, *art.* 5, *per tot.*

Quoad ea quæ concernunt residentiam episcopo-

Digitized by Google

rum. Vide *num.* 11 *ad* 30; *et verb.* Episcopus, *art.* 3, *num.* 1 *ad* 39.

Quoad ea quæ concernunt residentiam parochorum. Vide *num.* 32 *ad* 45; *et verb.* Parochus, *art.* 2, *num.* 1 *ad* 56.

Quid circa residentiam clericorum simplex solum beneficium habentium, *num.* 12.

Episcopi residere debent in suis diœcesibus, a quibus non licet ipsis quotannis abesse sine justa causa, *num.* 46.

Alia vid. *num.* 47 *ad* 56.

Quid residentia præcisa, quid causativa, *num.* 57, 58.

Ex quibus dignosci possit, utrum beneficio imposita sit residentia præcisa, an residentia causativa, *num.* 59, 60.

Impetratio beneficii, quod sit obnoxium oneri residentiæ causativæ, valida est, vel si nihil dictum sit de residentia, vel si negatum sit habere ipsum residentiæ onus, *num.* 61.

Differentia judicatur, quæ intercedit residentiam præcisam a jure impositam inter et residentiam scriptam ab homine, *num.* 62.

## RESIDUUM CRIMEN.

De residui criminis pœna, quæ sit et quid sit crimen de residuis. Vide *verb.* Pœna. *art.* 2, *num.* 186.

## RESIGNATIO.

### RESIGNATIO, SEU RENUNTIATIO BENEFICIORUM, ET PERMUTATIO EORUM (VI, 1365).

Resignatio beneficii quid sit. Vide *verb.* Resignatio beneficiorum, *num.* 1.

Resignatio, renuntiatio et cessio inter se confunduntur, *num.* 2.

Resignatio beneficii alia est tacita, et alia expressa, et quæ utraque sit, *num.* 3 *ad* 6.

Resignatio expressa, alia est pura, et alia conditionalis, et quæ utraque sit, *num.* 7, 8 *et* 9.

Resignatio conditionalis fieri solet quinque modis, qui assignantur, *num.* 10.

Quilibet clericus cujuscunque dignitatis potest ex justa causa resignare beneficium, *num.* 11, 12 *et* 13.

Assignantur tamen multi, qui non possunt beneficia resignare, *num.* 14 *ad* 21.

Quid circa resignationem beneficiorum jurispatronatus, et electivorum, *num.* 22, 23 *et* 24.

Resignari non possunt, lite pendente, beneficia litigiosa, nec beneficia unita, *num.* 25 *et* 26.

Quid de praxi curiæ Romanæ circa resignationem parochialium ad favorem tertii, *num.* 27 *et* 28.

Assignantur justæ et legitimæ causæ, ob quas potest fieri beneficiorum resignatio, etiam ab episcopis, *num.* 29 *et* 30.

Assignantur causæ, ob quas possunt episcopi resignationes admittere, *num.* 31 *et* 32.

Facta resignatione pura, et a legitimo superiore admissa, non est amplius locus pœnitentiæ, bene vero ante ejus admissionem, *num.* 33 *et* 34.

Qui beneficium resignavit, potest redire ad idem beneficium ex novo titulo, *num.* 35.

Resignatio beneficiorum in quorum manibus fieri possit, vel non, et quomodo, *num.* 36 *ad* 41.

Episcopus quibus possit, vel non, conferre beneficia in suis manibus resignata, *num.* 42, 43 *et* 44.

Resignatio reciproca triangularis, seu quadrangularis a solo papa potest admitti, *num.* 45.

Resignatio conditionalis cum reservatione certæ pensionis a solo papa admitti potest, et quando, ac ex quibus causis possit episcopus pensionem imponere, *num.* 46 *et* 47.

Resignatio beneficii cum reservatione regressus, vel accessus; item beneficii reservatio facta cum aliquo pacto, conventione, aut confidentia, a solo papa admitti potest, *num.* 48 *ad* 53.

Resignatio beneficii, ut sit licita et valida, debet esse spontanea et libera, ac pura ab omni pactione, *num.* 54 *et* 55.

Resignatio pura et absoluta admitti potest ab episcopo sub justis causis, quæ assignantur, *num.* 56.

Permutatio beneficiorum quid sit, cum quibus causis fieri, et a quibus admitti possit, vel non, et quomodo, *num.* 57 *ad* 74.

Quid circa resignationem beneficiorum jurispatronatus, *num.* 75 *ad* 79.

Permutatio beneficii debet fieri cum altero vero beneficio, nec potest fieri coram episcopo cum pensione, *num.* 80.

Ad validitatem resignationum, et permutationum beneficiorum requiritur earum publicatio facta juxta formam indictam a Gregorio XIII, cujus constitutio ad id edita adducitur, et assignantur beneficia, quæ publicari debent vel non; qui teneantur, ubi, quomodo, et quando, ac sub quibus pœnis, *n.* 81 *ad* 104.

Impetrans beneficium vacatum ob neglectam publicationem ad quid teneatur, et quid si plures tale beneficium impetraverint, *num.* 105.

Impetrans tale beneficium tenetur concludenter probare neglectam fuisse publicationem; impeditus autem legitime non dicitur negligens, *num.* 106 *ad* 107.

Publicatio facta quomodo probetur, et quid ad id sufficiat, et an allata constitutio Gregoriana sit ubique usu recepta, *num.* 108 *ad* 111.

Quoad resignationes beneficiorum attendenda est novissima constitutio Benedicti XIV in qua varia statuuntur quæ assignantur, *num.* 112.

Magna intercedit differentia concilium Tridentinum inter et bullam Pianam, quoad resignationem beneficii ad cujus titulum fuit quis ordinatus, factam coram ordinario, sine hac mentione, *n.* 121 *ad* 125.

Bulla Piana, prohibens ne episcopi conferant beneficia coram ipsis resignata, consanguineis, affinibus et familiaribus, locum sibi non vindicat quoad beneficia, quæ resignantur ex causa permutationis, *num.* 126.

Quoad beneficia jurispatronatus multum interest, utrum resignatio facta sit nullatenus requisitio consensu patronorum, an requisito et non obtento consensu hoc, *num.* 127 *ad* 129.

Alia vid. *n.* 113 *ad* 126.

## RESOLUTIONES SACRARUM CONGREGATIONUM (VI, 1405).

Quoad resolutiones sacrarum congregationum. Vide *verb.* Resolutiones *per totum*, *et verb.* Declarationes.

## RESTITUTIO IN INTEGRUM (VI, 1405).

Restitutio in integrum generatim, et restitutio in specie quid sit. Vide *verb.* Restitutio in integrum, *n.* 1 *et* 2.

Ut restitutio in integrum concedatur, plura requiruntur, quæ assignantur, *num.* 3 *ad* 6.

Beneficium restitutionis in integrum conceditur pluribus, qui assignantur, *num.* 7 *ad* 17.

Restitutio in integrum coram quo judice sit petenda, et intra quod tempus et quando tempus præscriptum currere incipiat, *num.* 18 *ad* 25.

Tempus concessum pro petenda restitutione non currit juste impedito, *num.* 26.

Ecclesiæ aliaque loca pia sunt restituenda in integrum etiam post lapsum tempus statutum ob va-

Digitized by Google

rias justas causas quæ assignantur *num.* 27 *et* 28.

Petita restitutione in integrum an, et quando suspendatur exsecutio sententiæ, *n.* 29 *et* 30.

Restitutio in integrum quando, a quo, et ob quas causas concedenda sit regularibus, vel monialibus reclamantibus etiam post lapsum quinquennium contra nullitatem professionis et ut restitutio locum habeat, quid necesse sit probare, *num.* 31 *ad* 40.

Restitutione obtenta a sacra congregatione reliqui actus ubi sint faciendi, *num.* 41.

Quamvis prætor ut corrigeret jus civile induxerit restitutionem in integrum, sunt tamen restitutiones in integrum quas exemplo juris prætorii proposuit jus civile, et illarum exempla adducuntur, *num.* 41 *ad* 44.

Interest vero, num restitutio detur jure prætorio, an ex jure civili et quare, *n.* 45 *et seq.*

## RESTITUTIO (VI, 1415).

RESTITUTIO, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT RESTITUTIONIS NATURAM, RADICES, NECESSITATEM, ET OBLIGATOS AD IPSAM.

Restitutio unde dicta, quid sit, et unde oriatur ejus obligatio. Vide *verb.* Restitutio, *art.* 1, *num.* 1 *ad* 5.

Quot et quæ sint radices restitutionis, *num.* 6 *et* 7.

Restitutio quomodo sit necessaria ad salutem, *n.* 8, 9 *et* 10.

Ad restitutionem tenentur non solum qui per se et physice, sed etiam qui moraliter influunt in damnum alterius; et causæ moraliter in alterius damnum cooperantes, vel influentes, novem enumerantur in duobus versiculis comprehensæ, et eorum quælibet singillatim perstringitur, *num.* 11 *ad* 58.

Animadversio in auctoris sententiam, *in not. num.* 34 *et* 40 *in not.*

Explicatur auctor *num.* 52 *in not.*

Obligati ad damnum impediendum sive ex justitia, sive ex charitate, et non impedientes, an, quando et quales ex ipsis teneantur ad restitutionem? et istorum plurimi assignantur, *num.* 59 *ad* 71.

Vide etiam notas ad *num.* 73, 75 *et* 79.

Fure donante alicui partem rei furtivæ, vel de suo ad hoc ut teneat an teneatur ille talis ad restitutionem, *num.* 72 *et* 73.

Confessarius sive ex ignorantia, sive ex malitia, aut bona fide pœnitentem deobligans a restitutione quando tenetur, vel ipsum obligans, quando non tenetur, an teneatur ad damni compensationem, *num.* 74 *ad* 77.

Testis in judicio testimonium dicens cum damno innocentis, vel veritatem dissimulans, aut celans an teneatur ad damni compensationem, *num.* 78 *et* 79.

Ficti pauperes an teneantur restituere eleemosynas acceptas, *num.* 80.

Adulteri et stupratores an, et quomodo teneantur damna ex adulterio vel stupro causata compensare, *in* 81 *et* 82.

Parentes exponentes filios suos aliorum expensis alendos; emptores et venditores; possessor bonæ, vel malæ fidei; defraudantes gabellas; pascentes animalia in pascuis alienis, et lignantes in alienis silvis; impedientes aliquem a consecutione alicujus boni, an, et quando teneantur ad restitutionem, *n.* 83 *ad* 89.

An et quando fur ob furta minuta, et alia gravia teneatur ad restitutionem, *num.* 90.

Res inventæ, vel derelictæ, quomodo, et quibus restituendæ, *num.* 91.

Canonici, vel beneficiati an, et quando teneantur ad restitutionem fructuum ob non residentiam, vel non recitationem divini Officii, *num.* 92 *et* 93.

An, et quomodo facienda sit restitutio pro fama ablata. Vide *verb.* Detractio.

Alia ad rem, *num.* 95.

RESTITUTIO, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT RESTITUTIONEM PRO HOMICIDIO, VEL PERCUSSIONE, SEU MUTILATIONE.

Injustus et voluntarius homicida, percussor, vel mutilator quæ damna compensare teneatur, vel non. Vide *verb.* Restitutio, *art.* 2, *num.* 1 *ad* 5.

Pro vita, membro, vel cicatrice an sit de rigore justitiæ commutativæ facienda aliqua restitutio, et quid ad rem sentiant doctores exponitur, *num.* 6 *ad* 15.

Occidens injustum invasorem, vel provocantem, seu voluntarie consentientem in pugnam an teneatur ad damni inde secuti compensationem, *num.* 16 *ad* 21.

Provocans occidens provocatum, qui metu infamiæ debuit comparare, an teneatur ad damni compensationem, *num.* 22.

Committens occultum homicidium, quod postea per errorem alteri imputatur, an teneatur ad damna illi inde secuta compensanda, *num.* 23 *et* 24.

Auctoris sententia emendatur *num.* 23 *in not.*

Quid de illo qui cadaver occisi ponit ante domum, vel sepelit in horto innocentis, *num.* 25 *et* 26.

Intendens occidere feram, et occidens hominem, vel intendens occidere Caium inimicum, et occidens Titium, *num.* 27 *et* 28.

Ebrius alium occidens an teneatur ad restitutionem, *num.* 29.

Vulnerans alium vulnere non lethali, si occasione talis vulneris alius morbus inde subortus mortem inferat vulnerato, an teneatur vulnerans ad restitutionem, *num.* 30 *et* 31.

Occidens hominem, quem certo scit paulo post justa, vel injusta morte occidendum, an teneatur ad restitutionem, *num.* 32 *et* 33.

Occidens aliquem propter verba contumeliosa an teneatur ad restitutionem, *num.* 34 *et* 35.

Si occurrens ad rixantes separandos occidatur, an teneantur rixantes ad restitutionem, *num.* 36 *et* 37.

Teneri videtur, *num.* 37 *in not.*

Si quis a mandatariis requisitus ostendat domum Caii, qui fuit inde ab illis occisus, an teneatur ad restitutionem, *num.* 38.

Homicida an liberetur ab obligatione restituendi, si a magistratu capite plectatur, *num.* 39 *et* 40.

Damna ex homicidio secuta quibus et quomodo sint compensanda, *num.* 41 *ad* 48.

RESTITUTIO, QUID, CUI, ET QUANDO SIT RESTITUENDUM.

Quid sit ex justitia commutativa restituendum. Vide *verb.* Restitutio, *art.* 3, *num.* 1, 2 *et* 3.

Quid sit restituendum a possessore bonæ vel malæ fidei, quid a commodatario, conductore, mutuatorio, emptore, et venditore, emphyteuta, lusore et quid in rerum occupatione, alluvione, specificatione, accessione, confusione, commistione, et fructuum perceptione, *num.* 4 *ad* 12.

Accepta ob actionem malam, vel peccaminosam an, et quando sint restituenda, *num.* 13 *ad* 16.

Promissio, seu conventio de danda certa pecuniæ summa alicui ob turpem et peccaminosam actionem perpetrandam an habeat vim obligandi, et affertur quid super hac re sentiant doctores, *num.* 17 *ad* 23.

Femina an licite retinere possit munera ab amasio recepta, *num.* 24 *et* 25.

Accipiens pecuniam a dæmone ad quid teneatur, *num.* 26.

Digitized by Google

Vide notata *num.* 26.

Accepta pro actione debita ex justitia an sint restituenda, et assignantur plures, qui hoc modo justitiam violant cum onere restitutionis, *num.* 27 *ad* 30.

Quid in specie de judice circa munera recepta. Vide *verb.* Judex.

Accepta pro actione debita ex quacunque alia virtute præter justitiam, an et quando sint restituenda, et ad rem afferuntur exempla, *num.* 32, 33 *et* 34.

Restitutio ordinarie facienda est domino rei ablatæ; excipiuntur tamen plures casus, qui assignantur, *num.* 35 *ad* 41.

Vide not. ad *num.* 39 *et* 41.

Quid quando non constat de vero domino seu legitimo rei possessore, *num.* 42 *ad* 48.

Bona naufragata in mari, vel in ejus littore reperta cui sint restituenda, *num.* 49 *et* 50.

Quid de illo, qui ex delicto habet bona incerta, *num.* 51 *ad* 56.

Occurritur falsæ sententiæ, *in not. ad num.* 53.

Pro damnis illatis immediatæ alicui communitati vel collegio, et hujusmodi quæ unum corpus constituunt, cui sit facienda restitutio, *num.* 57.

Pro damnis illatis immediate personis particularibus in furtis minutis, quomodo sit ipsis facienda restitutio, et quid si particulares sint extranei, vel ignoti, *num.* 58 *et* 59.

An, et quibus restituendi sint thesauri inventi. Vide *verb.* Dominium, *art.* 3, *num.* 27 *ad* 45.

Capientes animalia in leporariis, vivariis, stagnis, etc., vel animalia domestica, seu naturaliter mansueta vel feras a venatoribus vulneratas, aut pisces in piscatorum retibus, quando, et quibus teneantur restituere, *num.* 61 *ad* 67.

Apes ex proprio alveari evolantes, et alterius alveare occupantes an, et quando sint restituendæ, *num.* 68 *et* 69.

Quid de illo, qui pecuniam ab ipso furatus, vel ab alio fure mala fide acceptam ita cum propria commiscuit, ut discerni amplius nequeat, *num.* 70.

Quid de illo qui pecuniam furtivam accepit bona fide in solutionem alicujus debiti, vel gratis; aut lucrationis causa, et bona fide pariter cum sua commiscuit, *num.* 71 *et* 72.

Emens rem furtivam bona fide ad quid teneatur, et quid possit, vel non, circa eamdem, *num.* 73 *ad* 77.

Emens rem pecunia furtiva ad quid teneatur, et quid de pecunia furtiva acquisita a venditore talis rei, *num.* 78 *et* 79.

Alia ad rem, *num.* 80.

Quibus facienda sit restitutio pro rebus in bello captis et damnis causatis, *num.* 81.

Bona vacantia cui devolvantur, *num.* 82.

Restitutio ordinarie facienda est statim, ac quis cognoscit se esse rei alienæ debitorem, seu injustum detentorem, *num.* 83.

Ly statim dupliciter sumitur, scilicet moraliter, et mathematice, *num.* 84 *et* 85.

Restitutio debitorum, sive ex delicto formali injustæ acceptionis, vel damnificationis; sive ex re accepta a possessione bonæ fidei; sive ex contractu, an sit facienda statim mathematice, vel moraliter sumpto, *num.* 86 *ad* 94.

Quid de debitore restituente successive per partes, quando potest simul solvere totum, et an, et quando possit debitor a confessario absolvi non prius facta restitutione, et quid de debitore, qui restitutionem differt usque ad mortem, *num.* 95 *ad* 102.

RESTITUTIO, UBI, QUOMODO, ET QUO ORDINE FACIENDA SIT.

Restitutio tum ex delicto, tum ex re accepta, ubi, et cujus expensis fieri debeat, et ad quid teneatur possessor bonæ fidei postquam intellexit rem esse alienam. Vide *verb.* Restitutio, *art.* 4, *num.* 1 *ad* 12.

Debita sive ex contractu simpliciter, sive oneroso sive gratuito, in quo loco, et quomodo sint solvenda vel restituenda, et quid si pro restitutione facienda sit res alio transportanda, *num.* 13 *ad* 17.

Restitutio facienda est tali modo, quo res sufficienter perveniat ad manus domini, vel creditoris, *num.* 18.

Restitutio ex delicto sive publico, sive occulto quomodo facienda, *num.* 19 *et* 20.

Debitor quicunque an, et quando liberetur ab onere restitutionis, debitum transmittendo per tertiam personam, et in casu quo res transmissa non perveniat ad manus Domini, vel pereat, an teneatur iterum restituere, *num.* 21 *ad* 28.

Quæ debita præferenda sint in ordine restitutionis, *num.* 29, 30 *et* 31.

Venditor rei an, et quando sit præferendus aliis creditoribus, *num.* 32, 33 *et* 34.

Debita ex delicto an sint æqualiter solvenda cum debitis ex contractu justo, *num.* 35, 36 *et* 37.

Debita hypothecata quibus sint præferenda, *num.* 38.

Inter creditores hypothecarios, ordinarie loquendo, illi sunt præferendi, qui sunt priores; excipiuntur tamen aliqui casus, in quibus ex privilegio hypothecæ quædam posteriores præferuntur prioribus non privilegiatis; et dicti casus assignantur, *num.* 39 *ad* 60.

Inter creditores hypothecarios et chirographarios qualis præferentiæ ordo sit servandus in ipsis facienda restitutione, *num.* 61 *ad* 65.

Inter debita mere personalia, paria, et ejusdem generis quæ prius sint solvenda, vel non, *num.* 66 *ad* 69.

Inter creditores mere personales quis sit præferendus, et an possit debitor sciens se non habere unde possit solvere omnibus, præferre aliis creditoribus aliquem suum amicum, seu familiarem non petentem, *num.* 70, 71 *et* 72.

Creditor pauper an possit intuitu paupertatis præferri creditori diviti, *num.* 73.

RESTITUTIO, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT CAUSAS EXCUSANTES, VEL NON EXCUSANTES A RESTITUTIONE, UT VEL DIFFERRI, VEL NON OMNINO OMITTI POSSIT.

Causæ excusantes pro restitutione differenda quot, et quæ sint, et quando propter ipsas possit debitor licite restitutionem differre, vel non. Vide *verb.* Restitutio, *art.* 5, *num.* 1 *ad* 25.

Assignantur et explicantur causæ omnino excusantes a restitutione facienda; et exponitur quando per ipsas restitutio a debitore licite omitti possit, vel non, *num.* 26 *ad* 43.

Moderantur, *in not. ad num.* 39.

Debitor solvens creditori sui creditoris, an et in quo foro liberetur ab onere denuo restituendi, 44 *ad* 48.

Debitor qui bonis cessit an liberetur ab onere restitutionis, et ad quid teneatur, si deveniat ad pinguiorem fortunam; et quid de bonis acquisitis ante cessionem ipse, vel ipsius hæredes disponere possint, *num.* 49 *ad* 57.

Occurritur quibusdam laxis opinionibus, *in not. ad num.* 53, 55 *et* 56.

Quid de debitore, vel fidejussore illius, qui bonis cessit, *num.* 58 *et* 59.

Ingressus, et professio religionis an liberet debitorem ab obligatione restituendi, seu solvendi debita antea contracta; et affertur quid ad rem sentiant doctores; et innuitur ad quid teneatur monasterium, vel religiosus debitor post emissam professionem, *num.* 60 *ad* 74.

Digitized by Google

Excommunicatio creditoris, vel debitoris non excusat a restitutione facienda. Vide *verb.* Restitutio, art. 5, *num.* 75.
An si debitor morte plectatur excusarentur ejus hæredes a restitutione damni causati per delictum, ob quod fuit ultimo supplicio punitus. Vide supra *art.* 2, *num.* 39 *et* 40.
In singulis superioribus quinque de restitutione articulis pluries carpitur auctor, *num.* 77.
Indicantur auctores, qui de restitutione, quod pertinet ad forum fori, docte scripserunt, *num.* 77.

## RESTRICTIO MENTALIS (VII, 9).

Restrictio mentalis duplex assignatur, et explicatur. Vide *verb.* Restrictio mentalis, *num.* 1.
Amphibologia, seu æquivocatio quid sit, *num.* 2.
Restrictio mentalis et amphibologia quomodo, et in quibus casibus excusent a mendacio, vel perjurio, et aliqui ex dictis casibus assignantur, *num.* 3 *ad* 10.
Sed vide *in not.*
Quomodo excusentur mercatores dicentes vel jurantes non posse pro tali pretio mercem vendere, vel sibi pluris constare, licet in rigore hoc verum non sit, *num.* 11.
Reus an, et quando teneatur, vel non, fateri veritatem judici ipsum interroganti cum juramento, *num.* 12 *ad* 14.

## RETRACTUS GENTILITIUS.

Retractus gentilitius quid sit. Vide *verb.* Contractus emptionis, *art.* 4, *num.* 26 *ad* 42.

## REUS (VII, 12).

Reus unde dicatur. Vide *verb.* Reus, *num.* 1.
Alia de ipso, *num.* 2 *ad* 11.
Reprehenditur auctor, *num.* 11 *in not.*
Reus an, quando, et quibus mediis licite fugere possit e carcere, et an quis possit licite ipsum juvare ad carcerem frangendum, *num.* 12 *ad* 21.
Reprehenditur auctor, *num.* 17 *in not.*
Reus ad quid teneatur, vel non, coram judice interrogante, vel in tormentis positus, *num.* 22 *ad* 35.
Sed vide ad *num.* 22 auctoris, *in not.*
Vide etiam not. ad *num.* 26 *et* 30, in *num.* 46 *ad* 58.
Quid circa viaticum tribuendum reo ultimo supplicio puniendo, *num.* 36 *ad* 39.
Alia ad rem, *num.* 40 *ad* 43.
De favore rei in jure, *num.* 45.
Reus, quoad confugium. Vide *verb.* Immunitas, *art.* 3, *per tot.*

## REVELANTES CONFESSIONES.

Revelantium confessionem sacramentalem pœnæ quæ sint. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 195, et *verb.* Sigillum sacramentalis confessionis, *num.* 25.

## REVELATIO.

Revelationis secretorum pœnæ quæ sint. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 188.

## RITUS (VII, 24).

Super ritibus Ecclesiæ eorumque observantia nemini licet dispensationem concedere, inconsulta sancta sede. Vide *verb.* Ritus, *num.* 1 *et* 2.
Quid Christiani homines circa ritus Ecclesiæ facere debeant, late exponitur, *num.* 3 *ad* 19.
De ritibus Malabaricis et Sinensibus cum aliquali historia controversiarum, *num.* 20 *ad* 26.
De sacrorum rituum congregatione, et illius consultoribus late, *num.* 27 *et seqq.*

## RIXA.

Rixa quid sit. Vide *verb.* Bellum, *num.* 4, et *verb.* Virtus, *num.* 86.

## ROGATIONES (VII, 30).

Rogationes a quo primo inventæ et institutæ, et a quo fuerit in ipsis indictum jejunium. Vide *verb.* Rogationes, *num.* 1 *ad* 5.
Animadversio in textum, *in not. ad num.* 3.
Quid de litaniis recitandis in triduo Rogationum, *num.* 6 *et* 7.
Corrigitur auctor, *num.* 7 *in not.*
Triduanæ Rogationes cur ab Ecclesia universali præcipiantur quotannis celebrari, *num.* 8.
Alia ad rem, *num.* 9.

## ROMANI PONTIFICES (VII, 31).

Affertur completa omnium summorum pontificum, a beato Petro usque ad Pium IX, series, ex celebriorum chronologorum tabulis deprompta. Vide *verb.* Romani pontifices, *per tot.*

## RUBRICÆ (VII, 41).

Rubricæ unde dictæ, et quid sint. Vide *verb.* Rubricæ, *num.* 1 *et* 2.
Rubricæ aliæ sunt præceptivæ, aliæ directivæ, et explicantur, *n.* 3.
Rubricæ præceptivæ quando, et quæ obligent sub mortali, *num.* 4 *et* 5.
Transgressio rubricarum præceptivarum ex suo genere mortalis potest esse venialis ex duplici capite et assignantur, *num.* 6.
Transgressio rubricarum præceptivarum ex suo genere levis seu venialis potest transire in mortalem quatuor principue modis qui assignantur, *n.* 7 *ad* 11.
Transgressio rubricarum mere directivarum, an, et quale sit peccatum, *num.* 12 *et* 13.
Aliquid omittere sive essentiale, sive accidentale in rubricis Missam concernentibus, quando, et quale sit peccatum, *num.* 14 *ad* 24.
Explicatur auctor *in not. ad num.* 16.
Addere aliquid in Missa sive in notabili quantitate, sive non, an, et quale sit peccatum, *num.* 25 *ad* 34.
Mutare ritum Missæ in rubricis designatum, quale sit peccatum, et quid in casu possint, vel non, locorum ordinarii, *num.* 35 *et* 36.
Mutare propria auctoritate et voluntate præscriptas preces in alias, vel mutare imperfecte aliquas actiones, aut invertere partes ejusdem, vel diversæ rationis, quale sit peccatum, *num.* 37, 38 *et* 39.
Alia ad rem, *num.* 40.

## RUMOR.

Rumor quid sit. Vide *verb.* Fama, *num.* 12 *ad* 32.
Rumor an sufficiat ad impediendum matrimonium. Vide *num.* 53.

# S

## SABBATUM (VII, 53).

Sabbatum, ejusque nomen quid indicet ac significet, et quid de eo in Veteri ac Novo Testamento. Vide *verb.* Sabbatum, *num.* 1 *ad* 4.
Dies Dominica quando celebrari inceperit pro die Sabbati, et quibus de causis, *num.* 5 *ad* 8.
Sabbato olim et feria VI jejunabatur, et quare, *num.* 9 *et* 10.
Sabbato magno, seu sancto, consecrari potest episcopus, *num.* 11.
Sabbato sancto non possunt pulsari campanæ in aliqua ecclesia, ante pulsationem in ecclesia cathedrali, vel matrice; et quid si secus, *num.* 12 *ad* 16.
Prohibitum est Christianis Sabbato præsertim inservire Hebræis, accedendo eis ignem, et similia, *num.* 17.
Sabbato sancto nullimodo dici potest Missa privata, *num.* 18.

Digitized by Google

Sabbati diebus abstinentia a carnibus non semper ubique fuit de præcepto. Vide *verb.* Sabbatum, *num.* 19 *ad* 27.

## SACERDOTIUM, SACERDOS (VII, 62).

Sacerdotium fuit in omni lege. Vid. *verb.* Sacerdotium, *num.* 1.

Sacerdos qui fuerit tempore legis naturæ, legis scriptæ, et legis gratiæ, *num.* 2 *ad* 4.

Sacerdotium legis veteris commutatum est in novum, *num.* 5.

Sacerdotium novæ legis a Christo est institutum, et est visibile, et externum signum; et qualem dicat potestatem, *num.* 6, 7 *et* 8.

Sacerdotalis ordo a quo incœperit et sacerdos unde dicatur, *num.* 9 *et* 10.

Sacerdos non potest iterum fieri laicus, *num.* 11.

Sacerdos malus non perdit ordinem; et æque ac bonus valide conficit corpus Christi, dignior autem facilius a Deo exauditur, *num.* 12 *ad* 18.

Sacerdos in mortali exsistens debet confiteri antequam celebret, et quid si desit confessarius, *num.* 19.

Sacerdos pollutionem patiens in nocte, an possit mane celebrare, *num.* 20.

Sacerdos quando et quomodo stolam deferre debeat, *num.* 21.

Sacerdos quando possit ex se ipso communicare, et sub qua specie, *num.* 22, 23 *et* 24.

Alia plura de sacerdotibus, *num.* 25 *usque ad* 146.

Auctor, ad *num.* 35 explicatur; *num.* 153 *ad* 172.

Sacerdotes exteri, et maxime peregrini non sunt admittendi ad missam celebrandam, et sacramenta administranda sine litteris commendatitiis suorum ordinariorum, *num.* 147 *et seqq.*

Limita si sacerdos aliquis externus per longum tempus in loco aliquo celebraverit, ejusque mores jam sint noti, *num.* 150, 151.

An episcopus prohibere valeat, ne sacerdotes regulares peregrini celebrent in ecclesiis regularium, *num.* 152.

Sacerdotes prohiberi possunt ab ordinario, ne minorem uno Julio eleemosynam pro Missa accipiant. Vide *verb.* Eleemosyna, *num.* 64

## SACRAMENTALIA.

Vide *verb.* Peccatum, *n.* 47 *ad* 55.

## SACRAMENTUM (VII, 85).

SACRAMENTUM, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT SACRAMENTORUM NATURAM, INSTITUTIONEM, NUMERUM, MATERIAM, FORMAM, MINISTRUM ET INTENTIONEM.

Sacramenti tres acceptiones assignantur, ejusque definitio traditur. Vide *verb.* Sacramentum, *art.* 1, *n.* 1, 2.

Sacramenta novæ legis quot sint, et a quo instituta, et in quo differant ab illis antiquæ legis, *num.* 3 *ad* 6 *et num.* 49.

Sacramenta novæ legis quædam dicuntur mortuorum, et alia vivorum; quædam iterabilia, et non characteristica, quædam iterabilia, et characteristica; quædam permanentia, et quædam transeuntia; quædam omnibus necessaria, et quædam non omnibus necessaria; et singula explicantur, *num.* 7 *ad* 14.

Sacramenta non sunt paria; neque sunt sola signa, seu notæ Christianitatis; neque instituta propter solam fidem nutriendam, *num.* 15, 16 *et* 17.

Sacramenta tribus perficiuntur, et tria requiruntur ad cujuslibet essentiam et assignantur, *n.* 18 *et* 19.

Materia et forma in quolibet sacramento, quæ et quotuplex sit, et assignatur, et explicatur, *num.* 20 *ad* 24.

Quænam sit materia remota, et proxima cujuslibet specialis sacramenti. Vide *verb.* Baptismus, Confirmatio, etc.

Ad valorem sacramentorum quæ simultas requiratur inter eorum materiam, et formam, *num.* 25 *et* 26.

Materiæ, et formæ sacramentorum a quo, et quomodo institutæ, *num.* 27 *et* 28.

Materiæ et formæ mutatio quando irritet sacramentum, *num.* 29 *et* 30.

Quandonam sacramenta per materiam et formam explicari cœptum a theologis, et quomodo antea theologi explicabant, *num.* 41 *et seqq.*

Quoad materiam et formam propriam cujuslibet sacramenti, eorumque mutationem substantialem, vel accidentalem. Vide in suis propriis locis, et signanter sub *verb.* Baptismus.

Sacramenta a malis ministris ministrata an sint bona et valida: et quibus noceant, *num.* 32, 33 *et* 34.

Sacramenta a quibus ministrari ac fieri possint, *num.* 35 *et* 36.

Alia quoad ministrum, et intentionem. Vide *verb.* Minister sacramentorum, et *verb.* Intentio, *num.* 14, et *num.* 39 *et* 40.

SACRAMENTUM, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT SACRAMENTORUM EFFECTUS.

Effectus sacramentorum novæ legis duplex assignatur, et explicatur. Vide *verb.* Sacramentum, *art.* 2, *num.* 1 *ad* 5.

Quoad ea quæ concernunt gratiam generatim, et gratiam sanctificantem. Vide *verb.* Gratia, ut est donum Dei.

Sacramenta novæ legis qualem, et quomodo conferant gratiam, *num.* 7, 8 *et* 9.

Sacramenta mortuorum et vivorum quare ita dicantur; et an conferant primam, vel secundam gratiam; et ista quæ sit, et quare sic dicatur, *num.* 10 *ad* 17, *et art.* 1, *num.* 8, et *verb.* Gratia, *num.* 5.

Sacramenta an omnia conferant semper æqualem gratiam, vel non, *num.* 18 *ad* 23.

Ad fructuose recipienda sacramenta sive vivorum, sive mortuorum, quid requiratur in adultis, *num.* 24, 25 *et* 26.

An, et quæ sacramenta reviviscant, recedente, seu sublata fictione, *num.* 27 *ad* 31.

Sacramenta non causant gratiam physice, sed moraliter, *num.* 32.

Character sacramentalis imprimitur tantum in baptismo, confirmatione et ordine, et quare, *n.* 33, 34 et 54.

Character quid sit, in quo subjectetur, et an indelebilis, *num.* 35 *ad* 41, et *num.* 55 *ad* 59.

De vetita iteratione trium sacramentorum, quæ charactere distinguuntur, *num.* 60 *ad* 63.

Cætera vide *num.* 42 *ad* 52, ubi præsertim de denegatione sacramentorum agitur.

## SACRA SCRIPTURA.

Vide *verb.* Scriptura sacra.

## SACRIFICIUM (VII, 109).

Sacrificium in genere duplex assignatur et explicatur. Vide *verb.* Sacrificium, *num.* 1, 2 *et* 3.

Sacrificium stricte sumptum definitur, et per singulas particulas explicatur, *num.* 4 *ad* 10.

Sacrificium ratione materiæ dividitur in victimam, seu hostiam, immolationem et libamen; et singula declarantur, *num.* 11.

Ratione formæ dividitur in holocaustum, hostiam pacificam, et hostiam pro peccato, quæ omnia declarantur, *num.* 12.

Ratione finis dividitur in latreuticum, eucharisticum, impetratorium, et satisfactorium, et omnia declarantur, *num.* 13.

Omnia dicta sacrificia coadunantur in sacrificio Missæ quod, ratione modi offerendi, est duplex, scilicet cruentum, et incruentum; et utrumque explicatur, *num.* 14 *et* 15.

Sacrificium Missæ penes diversos fines, et fructus

Digitized by Google

varie dividitur et assignatur. Vide *verb.* Sacrificium, *num.* 16 *et* 17, et *verb.* Missa, *art.* 1, *num.* 4 *ad* 7.
Sacrificium unde dicatur, *num.* 18.
Missa unde dicatur, *num.* 19.
Missæ sacrificium quando, et a quo institutum, et quid in ipso contineatur, et alia ejus celebrationem concernentia, *num.* 20 *ad* 30.
Missæ sacrificium quando, et a quibus fieri cœperit, *num.* 31.
Missa olim dividebatur in duas partes, et assignantur, *num.* 32.
Missa quid vere sit, *num.* 33.
In sacrificio missæ quid sit offerens principalis et minus principalis, et quid principale, et minus principale oblatum, *num.* 34 *ad* 38.
Assignantur actiones et partes sacrificii missæ et quid pertineat, vel non, ad ejus essentiam *n.* 39 *ad* 49.
Consecratio utriusque speciei est de necessitate præcepti divini, et an liceat sub una tantum specie consecrare, et an papa possit quoad hoc dispensare, *num.* 50 *ad* 55.
Reprehenditur auctor *num.* 55. Vide *in nota.*
Sacrificium missæ quomodo differat a sacrificio crucis, et a sacrificio ultimæ cœnæ, et a sacramento Eucharistiæ, *num.* 56 *ad* 59.
Sacramenta et sacrificia quomodo differant, *num.* 60.
Alia ad rem. Vide *verb.* Missa, *verb.* Eucharistia.

SACRILEGIUM (VII, 122).

Sacrilegium unde dicatur, et quid sit. Vide *verb.* Sacrilegium, *num.* 1 *et* 2.
Sacrilegium aliud est personale, aliud reale, et aliud locale, et quid sint singula, et quando committantur, *num.* 3 *ad* 7.
Sacrilegium quale sit peccatum, *num.* 8.
Alia ad rem. Vide *num.* 10 *ad* 13, et *verb.* Ecclesia, *art.* 4, *verb.* Luxuria, *n.* 29, *verb.* Pœna, *art.* 2, *n.* 196.

SACRISTA, SACRISTIA (VII, 123).

Sacristæ officium quid sit. Vide *verb.* Sacrista, *num.* 1, et *num.* 20 *et* 21.
Sacrista tenetur ad culpam levissimam, *num.* 22 *ad* 24.
Sacrista capellæ palatii apostolici quis esse debeat, *num.* 2.
Sacrista conclavis quibus gaudeat privilegiis, *num.* 3.
Alia plura sacristas et sacristiam concernentia, *num.* 4 *ad* 19.

SÆCULARISATIO BONORUM ECCLESIASTICORUM.

Sæcularisatio bonorum ecclesiasticorum quæ sit, unde ortum habuerit, et an sit licita, vel non. Vide *verb.* Sæcularisatio bonorum ecclesiasticorum, *per totum.*

SALUTATIO ANGELICA.

Salutatio angelica quibus constet verbis, et quæ sint illorum origo et antiquitas. Vide *verb.* Salutatio angelica, *per totum.*

SAMARITANA.

Samaritana a Christo conversa, quæ sit, et quo nomine ab Ecclesia honoretur. Vide *verb.* Samaritana, *per totum.*

SANCTITAS, SANCTI (VII, 128).

Sanctitas in quo consistat. Vide *verb.* Sanctitas, *num.* 1 *et* 2.
Sancti vocabulum primis Ecclesiæ temporibus Christianis omnibus ob religionis sanctitatem tributum fuit, *num.* 3.
Sequenti tempore fuit titulus dignitatis ecclesiasticæ, *num.* 4.
Tandem ad probatam vitæ sanctitatem indicandam privative translatum fuit, *num.* 5.
Sanctorum nomina et elogia in martyrologium inferri nequeunt sine auctoritate congregationis sacræ Rituum: et indicantur ea, quæ intulit Benedictus XIV, *num.* 6 *et seqq.*
Sanctorum Patrum unanimis consensus est infallibile testimonium divinæ revelationis, *n.* 11.
Sanctorum et beatorum cultus. Vide *verb.* Sanctorum cultus.

SAPIENS ERROREM PROPOSITIO.

Sapiens errorem propositio, quæ sit. Vide *verb.* Propositiones damnatæ, *num.* 52.
Sapiens hæresim propositio. Vide *num.* 41.

SAPIENTIA.

Sapientia quid sit. Vide *verb.* Theologia, *num.* 15.

SATISFACTIO.

Satisfactio sive pœnitentia sacramentalis. Vide *verb.* Pœnitentiæ sacramentum, *art.* 3.

SCANDALOSA PROPOSITIO.

Scandalosa propositio quæ sit. Vide *verb.* Propositiones damnatæ, *num.* 53.

SCANDALUM (VII, 132).

Scandalum quod importet, et quid sit physice et moraliter. Vide *verb.* Scandalum, *num.* 1, 2 *et* 3.
Scandalum dividitur in activum et passivum, et quid sit utrumque, *num.* 4, 5 *et* 6.
Scandalum activum est duplex, directum et indirectum; et utrumque explicatur, *num.* 7, 8 *et* 9.
Scandalum passivum pariter est duplex datum, et acceptum; et quid sit utrumque, *num.* 10, 11 *et* 12.
Scandalum passivum acceptum aliud est pusillorum et aliud pharisaicum, et quid sit utrumque, *num.* 13.
Scandalum activum quale sit peccatum, et qualem malitiam contrahat, *num.* 14 *et* 15.
Scandalum mere passivum quando sit evitandum, vel impediendum, *num.* 16 *et* 17.
Ob evitandum quodcunque aliorum scandalum quæ opera sint omittenda, vel non, et an et quando sit damnum patiendum, *num.* 18 *ad* 23.
Scandalum activum esse potest sine passivo, et econtra, *num.* 24.
Utilius scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur, *num.* 25.

SCENICI.

Vide *verb.* Infames, *num.* 11, *verb.* Irregularitas, *art.* 1, *num.* 12, *vers.* Octava.

SCHISMA, SCHISMATICI (VII, 138).

Schisma generice et large sumptum quid significet. Vide *verb.* Schisma, *num.* 1.
Schisma multipliciter contingere potest, et accipi in bonam et in malam partem; et simpliciter prolatum in malam partem usurpatur; et sic sumptum definitur, *num.* 2, 3 *et* 4.
Schisma dividitur in purum et mistum, et utrumque explicatur; et an detur nostris hisce diebus schisma purum, *num.* 5 *ad* 8.
Schismaticus vere, et proprie quis sit, vel non, *num.* 9 *et* 10.
Schisma in quo differat ab hæresi, *num.* 11, 12 *et* 13.
Schismatici subjacent variis pœnis, assignantur, *num.* 14 *ad* 21.
Quid si tempore schismatis sint plures pontifices, et unus sit certus; et quid si in casu nesciatur quis sit legitimus papa, *num.* 22 *ad* 23.

Digitized by Google

Quid si tempore schismatis commercia civili sine scandalo tolli nequeant. Vide *verb*. Schisma, *num*. 26.
Vide cætera *num*. 27 *ad* 35.
Num schisma merum sine hæresi sit delictum ecclesiasticum, *num*. 36.

## SCHISMATICA PROPOSITIO.

Vide *verb*. Propositiones damnatæ, *num*. 44.

## SCIENTIA CONFESSARII.

Vide *verb*. Confessarius, *art*. 1, *num*. 49.

## SCIENTIA IN BENEFICIARIIS (VII, 145).

Quæ scientia requiratur pro obtinendo beneficio ecclesiastico in genere. Vide *verb*. Scientia in beneficiariis, *num*. 1 *et* 2.
Quanta requiratur pro obtinenda pensione, et quanta pro beneficio simplici, *num*. 3 *ad* 5.
Quanta pro dignitatibus et canonicatibus sit necessaria, *num*. 6.
An valida sit collatio beneficii facta illitterato, *num*. 7 *ad* 11.
Scientia probanda venit per examen, *num*. 12 *et* 13.
In materia examinis quæ sint attendenda, *num*. 14 *ad* 23.

## SCRIPTURA SACRA (VII, 152).

Scriptura sacra unde dicatur Biblia et quid sit. Vide *verb*. Scriptura sacra, *num*. 1 *et* 2.
Volumen Scripturæ sacræ continet varios particulares libros quorum numerus et antiquitas assignantur, et dicti libri appellantur canonici, et quare, *num*. 3 *ad* 6.
Libri spectantes ad Testamentum Vetus et Testamentum Novum dividuntur in quatuor classes, quæ assignantur, *num*. 7 *et* 8.
Recollectio divinorum librorum vocatur Testamentum Vetus et Novum, duplici ratione, quæ assignatur, et quare unum appelletur Vetus, et aliud Novum, *num*. 9 *et* 10.
Omnes divini libri pro canonicis et sacris habendi sunt, et quid si secus, *num*. 11.
Assignantur varii libri, qui pro canonicis non habentur ab Ecclesia, *num*. 12, 13 *et* 14.
Plures ex libris sacris perierunt; et assignantur varii ex illis, *num*. 15.
Assignantur variæ editiones, ac versiones sacræ Scripturæ, et qui fuerint auctores, et quæ fides sit ipsis habenda, *num*. 16 *ad* 26.
Textus auctoris emendatur *in nota ad num*. 16.
Vide etiam not. *ad num*. 17.
Omnes sacræ Scripturæ sensus assignantur et explicantur, *num*. 27 *ad* 37.
Sacræ Scripturæ interpretatio a quo fieri possit, vel non, *num*. 38.
Sacra Scriptura an, et a quibus legi possit lingua vulgari, *num*. 39 *et* 40.
Sacra Scriptura abutentes in sortilegiis, incantationibus etc. vel convertentes in usus profanos verba jocosa, scurrilia, etc., qua pœna puniendi, *num*. 41, 42.
Sacræ Scripturæ lector, seu expositor, quibus in locis sit tenendus, et a quo examinandus, *num*. 43 *ad* 46.
Sacræ Scripturæ lectio in conventibus regularium fieri debet bis in hebdomada, *num*. 47.
De sacræ Scripturæ veritate, integritate et infallibilitate. Vide *num*. 48 *ad* 53.
An sacræ Scripturæ auctoribus Spiritus sanctus inspiraverit tantum res, quas narrant, an etiam voces singulas, terminos, expressiones, ac stylum, *num*. 54 *ad* 56.
Num sacri scriptores libere scripserint, *num*. 57.
De catalogo sacrorum librorum publica Ecclesiæ auctoritate condito, *num*. 58.
De Judæorum canone, et illius auctore, *num*. 59 *ad* 62.
Agitur de sacræ Scripturæ versionibus, *num*. 63.
Regulæ traduntur, quibus investigari, erui et dignosci potest verus sacræ Scripturæ sensus, *num*. 64.
Sacra Scriptura an inspirata fuerit non solum quoad singula verba, *num*. 65 *ad* 68.
An ex libris sacris aliqui, hominum incuria vel injuria hostium religionis, perierint, *num*. 69 *ad* 76.
An in Hierosolymitanæ urbis excidio et deportatione Babylonica libri sacri perierint, eosque ex integro reparaverit vel dictaverit Esdras, *num*. 77 *ad* 86.
Versio Septuaginta Interpretum quæ sit, et an fuerit olim, et sit modo authentica, *num*. 87 *ad* 93.
Vulgata versio an soli Hieronymo tribuenda, et singulari Spiritus sancti afflatu condita, *num*. 94 *ad* 101.
Vulgata versio Latina an sit authentica, *num*. 102 *ad* 104.

## SCRIPTURÆ SEU INSTRUMENTA (VII, 185).

Scripturæ aliæ sunt publicæ, et aliæ privatæ, et quæ sint publicæ. Vide *verb*. Scripturæ, Instrumenta, *num*. 1 *et* 2.
Scripturæ privatæ reducuntur ad tres species, quæ assignantur et explicantur, *num*. 3 *ad* 8.
Scriptura privata alia est authentica, et alia non authentica; et quæ sit utraque, *num*. 9.
Scriptura privata redditur authentica pluribus modis qui assignantur, *num*. 10 *ad* 15.
Quid quando scriptura privata negatur esse illius contra quem producitur, *num*. 16.
Scripturam privatam manu cujusquam fuisse scriptam, vel de ejus mandato fuisse ab alio conscriptam, vel subscriptam, per quid probari possit, vel non, *num*. 17 *ad* 22.
Scriptura privata confessa regulariter probat plene contra scribentem; excipiuntur tamen aliqui casus, qui assignantur, *num*. 23 *ad* 26.
Scriptura privata an, et quando probet in commodum scribentis, *num*. 27 *ad* 30.
Libri rationum an, et quando probent in commodum scribentis, et quid si sint libri rationum defuncti, vel tutoris, aut administratoris viventis, *num*. 31 *ad* 39.
Instrumentum unde dicatur, et proprie sumptum quid sit, *num*. 40 *et* 41.
Instrumentum aliud est publicum, et aliud privatum; et utrumque explicatur, *num*. 42 *ad* 46.
Instrumentum publicum a notario confectum est duplex, protocollum, et transumptum, et utrumque explicatur, *num*. 47 *ad* 50.
Instrumentum publicum dividitur in originale et exemplum, et quid sit utrumque, *num*. 51.
Instrumentum adhuc dividitur in authenticum, et non authenticum; et utrumque explicatur, *num*. 52 *et* 54.
Instrumentum publicum an differat ab authentico, *num*. 55.
Ad instrumentum publicum manu publici notarii confectum requiruntur de jure vel consuetudine plures solemnitates quæ assignantur, et quid si aliqua ex ipsis deficiat, *num*. 56 *ad* 71.
Instrumentum publicum manu notarii confectum cum dictis solemnitatibus qualem fidem faciat; et an faciat eamdem fidem etiam protocollum si habeat dictas solemnitates, *num*. 72 *et* 73.
Quid si ante perfectionem solemnis instrumenti moriatur notarius ille, qui ad petitionem partium fecit protocollum, *num*. 74 *ad* 80.
Exemplaria, seu transumpta originalium instrumentorum an, et quando habeant eamdem vim probandi, ac habent originalia ipsa, *num*. 81 *ad* 85.
Actor quas scripturas petere possit a reo, et

Digitized by Google

reus quales tradere debeat actori. Vide *verb.* Scripturæ, Instrumenta, *num.* 86, 87, 88.

Quid si instrumenta inter se contraria ab eadem vel a diversis partibus producantur, *num.* 89, 90.

Quid si instrumenta hinc inde producta sint æqualis dignitatis, *num.* 91.

Instrumentum in aliqua parte rasum an, et quando probet, *num.* 92.

Amissio scripturæ non nocet, si probatio negotii fieri possit per testes, vel alio legitimo modo, *num.* 93.

Quid si instrumentum sit amissum casu fortuito vel pereat malitiose facto adversarii, *num.* 94, 95.

* Falsificantes scripturas, seu instrumenta, quas pœnas incurrant. Vide *verb.* Falsum, Falsarius, *num.* 39 *ad* 73.

Scripturæ, et instrumenta facta a cancellario episcopi ubi asservari debeant, *num.* 97.

Alia ad rem, *num.* 98 *ad* 108, *et num.* 109, *et seqq.*, ubi totam hanc materiam in compendium sapientissimus addens complectitur.

## SCRUPULUS (VII, 210).

Scrupulus unde dictus, et quid sit. Vid. *verb.* Scrupulus, *num.* 1 *et* 2.

Scrupulosi alii sunt circa præsentia, et alii circa præterita; utrique qui sint, et quæ sint signa, causæ, remedia, et privilegia conscientiæ scrupulosæ, et quando liceat vel non, contra ipsam operari. Vide *verb.* Conscientia, *num.* 115 *ad* 126.

## SCUTUM.

Scutum aureum ex quot Paulis constituatur. Vide *verb.* Alienatio, *art.* 3, *num.* 4.

Scutum pro solvenda pensione quomodo intelligendum. Vide *verb.* Pensio, *num.* 115.

## SECRETARIUS, SECRETUM (VII, 212).

Secretarius ad quid teneatur. Vide *verb.* Secretarius, *num.* 1.

Secretarius peccat in pluribus, quæ assignantur, *num.* 2.

Quam mercedem possint exigere secretarii, seu cancellarii curiæ episcopalis. Vide *verb.* Cancellarius.

Secretarius, qui multa scribit, probabilius non excusatur a jejunio, *num.* 5.

Secretum (præter illud confessionis sacramentalis) potest aliquid dici quinque modis, qui assignantur; et revelare secretum in dictis quinque modis quale sit peccatum, *num.* 6 *ad* 11.

Justæ causæ revelandi secretum enumerantur, *num.* 12.

Per revelationem secreti quando, et qualis fiat injuria, *num.* 13 *ad* 16.

Superiores manifestantes personas, a quibus aliorum subditorum defectus corrigendos susceperint vocales omnes revelantes acta capituli, vel congregationis ac religiosi omnes manifestantes secreta religionis quomodo peccent, *num.* 17, 18, 19.

Alia ad rem. Vide *verb.* Detractio, *verb.* Litteræ.

## SEDES VACANS (VII, 221).

Nomine sedis vacantis quid intelligatur. Vide *verb.* Sedes vacans, *num.* 1 *ad* 4.

An sedes vacet, et capitulum possit procedere ad electionem vicarii capitularis, quando episcopus est excommunicatus, vel suspensus, factus captivus, relegatus, etc. Vide *verb.* Capitulum, *art.* 3, *num.* 32.

Sedes quando vacare incipiat, *num.* 6, et dict. *verb.* Capitulum, *art.* 3, *num.* 37.

Sedes quando censeatur vacare per translationem episcopi. Vide dict. *verb.* Capitulum, *art.* 3, *num.* 31, *et verb.* Episcopus, *art.* 3, *num.* 60.

Sedes semel vacans quandiu duret vacare, *num.* 8, 9.

Sede Romana vacante, quid de illis qui tenentur accedere, vel mittere ad curiam, *num.* 10.

Sede Romana vacante qualem habeat potestatem collegium cardinalium, *num.* 11 *et* 12.

Sede Romana vacante tempore concilii generalis, electio pontificis a quibus fieri debeat, *num.* 13.

Sede Romana vacante quid possint summus pœnitentiarius, vicarius papæ, ac episcopi, *num.* 14, 15 *et* 16.

Sede Romana vacante a quo sint conferenda beneficia papæ reservata, *num.* 17 *et* 18.

Sede episcopali vacante, quæcunque beneficia vacantia sunt papæ reservata; et quando talis reservatio procedat, vel non, *num.* 19 *ad* 23.

Quid de beneficiis quomodolibet papæ reservatis, si vacent sede Romana vacante, et nihil de ipsis, vel minus validè disponatur per ordinarios, vel collatores, *num.* 24.

Sede episcopali vacante nihil est innovandum; et quid in casu possit vel non possit capitulum, *num.* 25, 26 *et* 27, et *verb.* Capitulum, *art.* 3; *verb.* Vicarius Capitularis, *per tot.*

An parochiæ per assecutionem incompatibilium beneficiorum vacatæ pontificia sede vacante, vel antea vacatæ, sed ex secuta interim ejusdem pontificiæ sedis vacatione non collatæ possint ab ordinariis conferri vigore *cap.* Si apostolica, *De præbend. in* 6, *num.* 35 *et seqq.*

## SEDES, SCAMNA (VII, 228).

Sedes episcopi in choro exsistens debet esse fixa. Et quomodo ornanda? et quomodo collocanda in ecclesia exempta, in qua abbas habet usum mitræ, et quomodo reducendus chorus canonicorum. Vide *verb.* Sedes, Scamna, *num.* 1 *ad* 4.

Alia plura ad rem, *num.* 5 *ad* 22 et *verb.* Abbas, *num.* 31, *verb.* Ecclesia, *num.* 5 *ad* 27.

Scamna in Ecclesia haud possunt a laicis retineri ad sedendum, nisi cum licentia expressa, aut tacita episcopi, vel ipsarum rectoris, *num.* 24.

An concesso usu scamnorum laicis ab eo, qui hac potestate pollet, jus aliquod quæratur ipsis laicis pro tuitione hujus usus, *num.* 25 *ad* 27.

An usus concessus scamnorum in ecclesia personalis sit, et an transeat in hæredes, *num.* 28, alia ad rem, *num.* 29 *ad* 58.

## SEDITIO.

Seditio quid sit. Vide *verb.* Bellum, *art.* 1, *num.* 2, *et verb.* Virtus, *num.* 87.

## SEDITIOSA PROPOSITIO.

Vide *verb.* propositiones damnatæ, *num.* 55.

## SEMINARIUM (VII, 236).

Seminaria ubi erigi possint ac debeant, vel non. Vide *verb.* Seminarium *num.* 1 *ad* 5.

De exordio, et progressu seminariorum, tum de optima eorum regiminis ratione, *num.* 196.

Pueri alendi, ac recipiendi in seminariis quales, et cujus ætatis esse debeant, *num.* 6, 7 *et* 8.

Pro administratione et regimine seminarii faciendæ sunt tres species deputatorum, quorum onera ac privilegia recensentur. Et quando talis deputatio fieri debeat, *num.* 9 *ad* 17.

Id quod dicitur a sacris canonibus seminarii rectorem esse constituendum ab episcopo cum consilio deputatorum, limitatur quoad seminaria quæ legitima auctoritate tradita sunt curæ et regimini alicujus ordinis regularis, data prælato ejusdem ordinis facultate eligendi quem maluerit ex suis religiosis in rectorem, *num.* 197.

Pro expensis erectionis ac manutentionis seminarii, quales redditus eidem seminario sint applicandi, et si redditus desint, aut non sufficiant, qui teneantur contribuere pro dictis expensis, et qui a tali contributione sint exempti, assignantur, *num.* 18 *ad* 47.

Digitized by Google

Taxa solvenda seminario, in qua summa, et a quo constitui debeat, et in ea constituenda quæ ratio habenda sit, et quando augenda ac moderanda. Vide *verb.* Seminarium, *num.* 48 *ad* 53.
Debitores taxæ quomodo et a quo compelli possint ad solvendum, et quid si episcopus vel archiepiscopus nolit contribuere, *num.* 54 *et* 55.
Assignantur beneficia ab episcopo seminariis unienda, vel non, *num.* 56 *ad* 66.
Episcopus quando teneatur exigere rationem redituum seminarii, *num.* 67.
Necesse haud habet episcopus rationes redituum seminarii accipere ab administratoribus in synodo, *num.* 200.
Bona stabilia seminarii de cujus licentia locari et permutari possint, ac debeant, *num.* 68, 69.
Seminarium auctoritate episcopi erectum gaudet immunitate ecclesiastica, *num.* 70.
Seminarium a quibus oneribus sæcularibus sit exemptum, *num.* 70.
Seminarii clerici quomodo incedere debeant in processionibus, *num.* 71 *et* 72.
Seminarium non est membrum Ecclesiæ, *num.* 73.
Pro erectione seminarii cogitur quis vendere rem suam, *num.* 74.
Si duæ ecclesiæ cathedrales æque principaliter unitæ sint, non aliter episcopus satisfacit præcepto concilii Trident. quam si in una itemque altera ecclesia cathedrali erigat seminarium, *num.* 201.
Adducuntur ad rem varia decreta, prout ad litteram referuntur a Pignatello, quæ tamen moderanda sunt, et intelligenda juxta constitutionem Benedicti XIII, quæ affertur ad litteram, *num.* 75 *ad* 179.
Afferuntur instructiones, quæ de mandato Benedicti XIII emanarunt circa taxam seminariorum, cum sua epistola encyclica, *num.* 180 *et seqq.*
Variæ item sacræ congregationis concilii adducuntur ad propositam seminariorum materiam, *n.* 183 *et seqq.*
Alia ex Benedicto XIV de seminariis afferuntur, *num.* 202.

## SENES.

Senes an, et quando excusentur a jejunio. Vide *verb.* Jejunium, *art.* 1, *num.* 10.
Senes quando possint contrahere matrimonium. Vide *verb.* Matrimonium quoad impedimenta, *art.* 2, *num.* 17.

## SENTENTIA (VII, 287).

Sententia unde dicatur, et quid sit. Vide *verb.* Sententia, *num.* 1 *et* 2.
Sententia est duplex, una definitiva, et altera interlocutoria, et utraque explicatur, *num.* 3 *ad* 6.
Sententia interlocutoria subdividitur in mere interlocutoriam, et interlocutoriam habentem vim definitivæ, et utraque explicatur, *num.* 7 *ad* 10.
Inter sententiam diffinitivam, et mere interlocutoriam assignantur sex differentiæ, *num.* 11 *ad* 17.
Quando appellari possit ab hac utraque sententia. Vide *verb.* Appellatio, *art.* 4, *per tot.*
Antequam in judicio ordinario deveniatur a judice ad sententiam debet prius a partibus fieri conclusio in causa; secus in judicio summario, et talis conclusio quomodo fieri debeat, *num.* 19 *ad* 22.
Respectu judicis nunquam concluditur in causa et quid si una parte concludente altera pars nondum concludat, *num.* 23 *et* 24.
Facta a partibus conclusione in causa, debet servatis ad rectam sententiam requisitis, ad ipsam proferendam procedere, et dicta requisita sunt duplicis generis, et assignantur singula, *num.* 25 *ad* 36.
Sententia intra quod tempus ferenda sit tam in causis criminalibus, quam civilibus, *num.* 37 *ad* 44.
Sententia definitiva quando transeat, vel non, in rem judicatam, et res judicata proprie sumpta quæ sit, *num.* 45 *ad* 51.
Quandonam incipiat currere decennium, per quod sententia transit in rem judicatam. Vide *verb.* Appellatio, *art.* 7, *num.* 6.
Sententia inter aliquos lata, quando aliis nocere possit, vel prodesse, *num.* 53 *ad* 57.
Vide, *num.* 106 *et seqq.*, ubi late explicatur quinam in hac regula sub nomine « aliis » veniant.
An sententia lata super primogenitura, vel majoratu, et bonis inde dependentibus, noceat ei qui post illum, qui hactenus in lite fuit, sed superatus est, ad illam primogenituram aspirare potest, *num.* 122 *et seqq.*
In sententia victus, quando victori condemnandus sit in expensis. Et quid si judex non condemnet, si expensæ petitæ fuerint, *num.* 58 *ad* 62.
In eadem causa quoties appellari possit a sententia, *num.* 63 *ad* 68.
Is contra quem in aliqua causa latæ sunt tres sententiæ conformes, an admitti possit ad agendum de nullitate ipsarum, vel alicujus ex ipsis, vel ad excipiendum antequam hujusmodi sententiæ plene fuerint exsecutioni mandatæ, et quænam sententiæ dicantur conformes, vel non, *num.* 69 *ad* 77.
Exsecutio sententiæ a quo judice fieri possit, vel non, *num.* 78 *ad* 82.
Post latam a judice sententiam definitivam quando sit exsecutioni mandanda, *num.* 83, 84.
Quid si condemnatus ad mortem nolit se disponere ad Christiane moriendum, *num.* 85.
Alia ad rem. Vide *verb.* Appellatio, *verb.* Judex, *verb.* Judicium.
Affertur sententia Pilati condemnatoria Domini nostri Jesu Christi, *num.* 87.
Pro justa ferenda sententia, judices in quo instructi esse debeant, *num.* 88.
Doctores minus in jure periti cadunt sub censura, quæ affertur, *num.* 89 *ad* 92.
Sententia æqua sine diphthongo quæ dicatur, et affertur lepida responsio Bulgari Frederico imperatori, *num.* 93.
Specialiter agitur de sententia super nullitate matrimonii et professionis, *num.* 94 *et seqq.*
Lex pœnalis quando sit latæ, vel ferendæ sententiæ, et quando obliget, vel non, ad sententiam judicis. Vide *verb.* Lex, *art.* 2, *num.* 27 *ad* 44.

## SEPTENTRIO.

Septentrio ubi. Vide *verb.* Mundus, *num.* 88.

## SEPULTURA (VII, 314).

Sepulturæ nomen tripliciter sumitur, et assignatur, et sepultura tertio modo sumpta explicatur. Vide *verb.* Sepultura, *num.* 1 *et* 2.
Sepulturæ locus, qualis olim fuerit, et nunc sit, *num.* 3, 4 et 5.
Sepulturam eligere quis possit, *num.* 6 *et* 7.
Qui non eligit sepulturam, sepeliri debet in sepulcro majorum, et majorum nomine qui veniant. Et qui si majores sepulti sint in diversis sepulcris, *num.* 8 *ad* 13.
Si adsit sepulcrum gentilitium, et sepulcrum hæreditarium, quale sit attendendum, *num.* 14.
Infantes sepeliri possunt in sepulcro majorum, *num.* 15.
Filii illegitimi, et spurii, adoptivi, et arrogati, et infantes expositi ubi sint sepeliendi, *num.* 16 *ad* 18.
Regula de sepeliendo in sepulcro majorum non procedit e converso, *num.* 19.
Non habens sepulcrum majorum decedens non electa sepultura, ubi sit sepeliendus, *num.* 20 *et* 21.
Peregrini, et advenæ, studiosi, famuli, conducticii, milites aliique similes ubi sint sepeliendi, *num.* 22 *et* 23, et *verb.* Miles, *num.* 27.
Habens domicilium in civitate, et decedens in

Digitized by Google

villa rurali ubi sit sepeliendus, et quid de eo, qui habet domum hiemalem in civitate, et æstivam in rure. Vide *verb.* Sepultura, *num.* 24 *et* 25.

Advenæ, aliique casu decedentes in regularium conventibus, oblati, tertiarii ac sæculares regularibus inservientes ubi sint sepeliendi, *num.* 26, 27 *et* 28.

Monialium famuli et famulæ, puellæ educandæ, novitii et novitiæ, aliæque mulieres in monasteriis commorantes ubi sepeliri debeant, *num.* 29, 30 *et* 31.

Juvenes sæculares, et puellæ in monasteriis exsistentes in probatione per aliquot dies, et novitii ubi sint sepeliendi, et quorum expensis, *num.* 32 *et* 33.

Quid de regularibus professis, ac novitiis, si decedant extra claustra, *num.* 34 *ad* 42.

Regularis confessarius monialium quid si infirmetur ad mortem in domo prope monasterium, *n.* 43.

Regularis viator decedens in conventu alterius religionis ubi, et cujus expensis sepeliendus, *num.* 44, 45 *et* 46.

Regularis ejectus ubi, et cujus expensis sepeliendus, *num.* 47 *et* 48.

Tertiarii et tertiariæ ubi, et quomodo sepeliri debeant, et quid de sepultura chordigerorum, *num.* 49, 50 *et* 51.

Confratres confraternitatum exsistentium in ecclesiis regularium ubi sepeliendi, et quid de iis qui sepeliri volunt in habitu religiosorum, *num.* 52 *ad* 56.

Papa si in Urbe, vel extra Urbem decedat, non electa sibi sepultura, ubi sepeliendus, *num.* 57, 58 *et* 59.

Cardinales in Urbe, vel extra Urbem decedentes, ubi et quomodo sepeliendi, *num.* 60 *ad* 65.

Episcopi, canonici, et clerici quicumque, ubi sepeliendi, *num.* 66 *ad* 72.

Uxor an possit sibi eligere sepulturam, et quid si decedat absque tali electione, aut moriatur prægnans, *num.* 73 *ad* 83.

Habitans in confinio duarum parochiarum ubi sepeliendus, *num.* 84.

Quid si quis disposuerit in testamento, ut sepeliatur in aliena parochia, *num.* 85.

Quilibet habens debitam ætatem potest eligere sepulturam sibi benevisam, etiam extra propriam parochiam, et quid si eligat sepulturam alienam, *num.* 86, 87 *et* 88.

Sepulturæ patroni qui dicantur, et ipsis exstinctis quid possint rectores ecclesiæ quoad sepulturam, *num.* 89, 90 *et* 91.

Electa sepultura aliena, quid si plures sint patroni, aut si sit unus tantum, quid si deneget consensum, *num.* 92 *et* 93.

Sepulturam eligere possunt filii familias, si sint puberes possunt quoque servi, ac novitii, secus religiosi professi, quamvis superiores, *num.* 94 *ad* 98.

Impuberes non possunt sibi eligere sepulturam, et an possint pro ipsis eorum parentes, et ubi in casu sint sepeliendi, *num.* 99 *ad* 109.

Electio sepulturæ quomodo probari debeat, et an possit revocari, *num.* 110 *ad* 113.

Ad rem afferuntur varia responsa sacræ congregationis concilii, *num.* 114.

Inducentes ad electionem sepulturæ quibus pœnis subjaceant, et an valeat talis electio, *num.* 115 *ad* 126.

Sepulturæ quomodo construendæ, in quibus ecclesiis, in quibus ecclesiarum locis, et de cujus licentia, *num.* 127 *ad* 141.

Regulares an possint renuntiare jura sepeliendi cadavera eligentium sepulturam in eorum ecclesiis, *num.* 142 *ad* 146, et *verb.* Pactum, *art.* 2, *num.* 27.

Jus sepulturæ acquiri potest, etiam privative quoad alios, et quid requiratur ad tale jus acquirendum, et quando acquisitum censeatur, et per quid probari possit, *num.* 147 *ad* 152.

Jus sepulturæ familiaris et hæreditariæ ad quos transeat, *num.* 153, 154 *et* 155.

Pro jure sepulturæ aliquid exigere an sit simoniacum, *num.* 156, 157 *et* 158.

An sine beneplacito apostolico possint concedi, seu vendi, aut alienari sepulturæ, et capellæ, *num.* 159 *ad* 162.

An sit simoniacum vendere sepulturam quoad materiale fundi, vel quoad expensas factas in alia ædificanda, *num.* 163.

Jus sepulturæ quomodo amittatur, *num.* 164.

Conventus an possit auferre sepulturam alicui concessam pro se, et suis descendentibus, *num.* 165 *et* 166.

Arma seu insignia in sepulturis a prima fundatore posita nequeunt amoveri, *num.* 167.

Violatores sepulturæ qua pœna puniendi, *num.* 168, et *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 198.

Sepultura ecclesiastica non est a parocho retardanda cadaveribus sub prætextu compositionis quartæ funeralis, nec etiam propter jus sepulturæ minimæ solutum, *num.* 169 *et* 170.

Cadavera pauperum gratis sepeliri debent, *num.* 171.

Assignantur qui carere debent ecclesiastica sepultura, et recensentur pœnæ contra sepelientes, et innuitur quando in casu polluatur Ecclesia, *n.* 172 *ad* 196, et *verb.* Eccl., *art.* 4, *num.* 51.

Alia ad rem, *num.* 198 *ad* 206.

Constructio, manutentio, ampliatio, restauratio, expurgatio communis sepulcri seu cœmeterii quorum expensis fieri debeat, *num.* 207.

Occisus, seu casu moriens in confinio duarum parochiarum, ubi sepeliendus, *num.* 208.

Habitans in confinio duarum parochiarum, cujus domus habet duas portas, ubi sepeliendus, *num.* 209.

Habens sepulcrum majorum, et decedens non electa sibi sepultura, ubi sepeliendus, *num.* 210.

Moriens in carcere ubi sepeliendus et ubi relegati, *num.* 211.

Moriens cum fama sanctitatis est separatim sepeliendus, *num.* 212.

Patres Capucini debent tradere parochis quartam funeralem, *num.* 213.

Alia ad rem. Vide, *num.* 214 *et seqq.*

Quandiu sit exspectandum, ut sepulturæ mandetur hominis cadaver, *num.* 273.

An liceat sepelire in loco sacro infantes sub dubiis reviviscentiæ signis baptizatos, *num.* 276.

An ecclesiastica sepultura carere debeant, qui decesserint ex vulnere accepto in duello, quamvis extra locum conflictus occubuerint, et obtinuerint a peccatis simul et censuris absolutionem, *num.* 277 *et* 278.

Quando parochi parati sunt sepelire cadavera occisorum, non competit jus ea sepeliendi confraternitatibus aggregatis archiconfraternitati mortis de Urbe. Vide *verb.* Confraternit. *art.* 1, *num.* 44.

Sepultura in loco sacro an, et quando prosit defunctis. Vide *verb.* Suffragia, *num.* 24.

Catechumenis baptismum recipere negligentibus si ex hac vita migrare illis contingat, absque baptismate, ecclesiastica sepultura non est concedenda. Vide *in Append.*, *num.* 280 *ad* 284.

E contra illis non est deneganda, qui in religionis mysteriis instructi, et desiderio baptismi flagrant, sine propria culpa non baptizati decedunt, *num.* 285 *ad* 294.

Non tamen illis est indulgenda, qui adhuc capitalia Christianæ religionis dogmata ignorant, *num.* 295.

Quoad alia circa sepulturam. Vide *num.* 296 *ad* 332, ubi et de quarta funerali.

Digitized by Google

SEQUESTRATIO, SEU SEQUESTRUM (VII, 388).

Sequestratio quid sit, quomodo differat a deposito, et quis sit sequester. Vide *verb.* Sequestratio, *num.* 1, 2 *et* 3.
Sequestrum est duplex, voluntarium, seu conventionale, et necessarium, seu judiciale, et utrumque explicatur, *num.* 4 *ad* 6.
Quæ res sequestrari possint, *num.* 7.
Possunt etiam liberæ personæ sequestrari, et exempla traduntur, *num.* 33 *et seqq.*
Sequestrum voluntarium regulariter est permissum, et an liceat ab ipso recedere, *num.* 8, 9 *et* 10.
Sequestrum necessarium regulariter est prohibitum, excipiuntur tamen aliqui casus, qui assignantur, *num.* 11 *ad* 13.
Remedium juris ad evitandam sequestrationem quale sit, *num.* 24 *et* 25.
Alia ad rem, *num.* 26 *ad* 32.

SERVITUS (VII, 395).

Servitutis nomen dupliciter sumitur, et assignatur. Vide *verb.* Servitus, *num.* 1.
Servitus ut sic quid sit, et dividitur in realem mistam, et personalem, et singulæ explicantur, *n.* 2 *ad* 5.
Servitus realis alia est urbana, et alia rustica, et quæ sit utraque, *num.* 6.
Nomine prædii urbani in jure quid veniat, *num.* 7.
Prædium, cui servitus debetur vocatur dominus, alterum autem appellatur serviens, *num.* 8.
Servitus realis urbana adhuc duplex assignatur, et explicatur, *num.* 9.
Servitutes urbanæ tum affirmativæ, tum negativæ plures sunt, et assignantur, *num.* 10, 11 *et* 12.
Servitus realis rustica est duplex, nominata et innominata, et quæ sint nominata ejusque quatuor species assignantur, et explicantur, *num.* 13 *ad* 17.
Servitus rustica innominata quæ quotuplex sit, *num.* 18.
Servitus realis dividitur insuper in continuam, quasi continuam, et discontinuam, et singulæ explicantur, *num.* 19 *ad* 22.
Servitus mista triplex assignatur et explicatur, *num.* 23 *ad* 27.
Servitutem allegans tenetur eam probare, *n.* 28.
Quodnam tempus requiratur ad præscribendam quomodocunque sumptam. Vide *verb.* Præscriptio, § 5, *num.* 24 *ad* 29.
In servitutibus affirmativis, et negativis quomodo acquiratur possessio, *num.* 30 *ad* 33.
In materia servitutum conventiones observandæ quales esse debeant, *num.* 34.
Via, seu transitus a partibus contrahentibus præstari debet, et prætendentes talem servitutem, quid probare debeant, *num.* 35 *et* 36.
Ubi aliunde transitus haberi non potest an quis teneatur dare transitum in suo fundo, *num.* 37 *ad* 40.
Servitus aquæ ducendæ ex qua fundi parte, et quomodo constitui possit, et quæ sint specialiter attendenda circa aquæ cursum, *num.* 41 *ad* 45.
Ad quem effectum permittatur, ut dominus fundi mutare possit rivum et canale, *n.* 46.
Aquæ servitus an acquiratur ex cursu naturali, ejusque usu, *num.* 47.
Dominus fundi inferioris, an et quando teneatur recipere aquam fundi superioris, *n.* 48 *et* 49.
Servitus cadit sub extravagant. Ambitiosæ, *num.* 50 *et* 51, et *verb.* Ecclesia, *art.* 5, *verb.* Fenestræ, *verb.* Porta, *verb.* Prospectus.
Expenduntur melius reales servitutes, et insimul declarantur quatuor necessaria in omni reali servitute et primum, legitima constitutio a patre concedentis, *n.* 52 *ad* 60.
Secundum, legitima acquisitio respectu acquirentis, *n.* 61 *et* 68.
Tertium, duo eaque vicina prædio quorum alteri præstet utilitatem, *num.* 69 *ad* 79.
Quartum, causa perpetua, *n.* 80 *ad* 82.
Effectus constitutæ servitutis quinam sint, *num.* 83 *et seqq.*

SIGILLUM (VII, 405).

Quid sit sigillum. Vide *verb.* Sigillum, *num.* 25.
Sigilli usurpatio et antiquitas assignantur: ejusque quidditas, ac nominis derivatio explicatur; et quomodo esse debeat. Vide *verb.* Servitus, *num.* 1 *ad* 7.
Sigillum dividitur in authenticum, et non authenticum, et quale sit utrumque, *num.* 8.
Quatuor sunt, quibus redditur sigillum vacillans, et assignantur, *num.* 9 *ad* 12.
Sigillum dividitur insuper in publicum et privatum, et utrumque explicatur, *num.* 13, et *num.* 26 *ad* 28.
Sigillum in quibus scripturis probet, vel non, *num.* 14 *ad* 19.
Quænam requirantur, ut omne sigillum maxime privatum rectam ac legitimam faciat probationem, roburque scripturæ addat, *num.* 29 *ad* 32.
Sigillans scripturam quid fateri videatur, *n.* 20.
Sigillo cum propriis insignibus uti debeant, *n.* 21.
An ad validitatem instrumenti a notario confecti requiratur sigillum ipsius, *num.* 33.
Sigillo aureo, vel argento uti non possunt regulares, *num.* 22.
Minister generalis ordinis sancti Patris nostri Francisci quo sigillo uti possit, *num.* 23 *et* 24.

SIGILLUM SACRAMENTALIS CONFESSIONIS (VII, 413).

Sigillum sacramentalis confessionis quid sit, quo jure, quomodo, et ad quid obliget confessarium, et quid ad ipsum teneantur ultra confessarium. Vide *verb.* Sigillum sacramentalis confessionis, *n.* 1 *ad* 12.
Superiores seu confessarii an uti possint scientia confessionis ad exteriorem gubernationem, vel ad reparanda damna sibi imminentia, vel quid simile et afferuntur ad id decreta, et notabile documentum Scoti, *num.* 13 *ad* 17.
Confessarius an possit confessionem revelare de licentia pœnitentis, et de ipsa loqui cum eodem pœnitentiæ extra sacramentum, *num.* 18, 19 *et* 20.
Confessarius qui in confessione gravem errorem commisit, quid circa id debeat, et possit *num.* 21.
Quæ peccata cadant sub sigillo sacramentali, *num.* 22.
Assignantur varii casus, in quibus confessarius sigillum frangit, vel se exponit periculo frangendi, *num.* 23 *et* 24.
Confessarii violantes sigillum quibus pœnis subjacent, *num.* 25 *ad* 28.
Ad incurrendas dictas pœnas plura requiruntur quæ assignantur, *num.* 29 *ad* 34.
Judex violati sigilli sacramentalis quis sit, et quid requiratur ut possint contra violatorem processum instituere, *num.* 35, 36 *et* 37.
Num qui frangit sigillum confessionis subjici debeat judicio inquisitorum, *num.* 47 *et seqq.*
Quid quando confessarius violator sigilli se reum fatetur, aut dicit, peccatum a se revelatum non audivisse ex sacramenti confessione, aut revertisse de consensu pœnitentis, *num.* 38 *ad* 43.
An probationem violati sigilli sacramentalis sufficiunt etiam testes singulares, *num.* 44.
Ad rem affertur novissima dispositio Benedicti XIV, *num.* 45 *et* 46.
An propter delictum hæresis licita sit revelatio confessionis, tum an aliis ex causis possit aliquando esse licita revelatio confessionis, *num.* 53.

Digitized by Google

rias justas causas quæ assignantur *num.* 27 *et* 28.

Petita restitutione in integrum an, et quando suspendatur executio sententiæ, *n.* 29 *et* 30.

Restitutio in integrum quando, a quo, et ob quas causas concedenda sit regularibus, vel monialibus reclamantibus etiam post lapsum quinquennium contra nullitatem professionis et ut restitutio locum habeat, quid necesse sit probare, *num.* 31 *ad* 40.

Restitutione obtenta a sacra congregatione reliqui actus ubi sint faciendi, *num.* 41.

Quamvis prætor ut corrigeret jus civile induxerit restitutionem in integrum, sunt tamen restitutiones in integrum quas exemplo juris prætorii proposuit jus civile, et illarum exempla adducuntur, *num.* 41 *ad* 44.

Interest vero, num restitutio detur jure prætorio, an ex jure civili et quare, *n.* 45 *et seq.*

## RESTITUTIO (VI, 1415).

RESTITUTIO, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT RESTITUTIONIS NATURAM, RADICES, NECESSITATEM, ET OBLIGATOS AD IPSAM.

Restitutio unde dicta, quid sit, et unde oriatur ejus obligatio. Vide *verb.* Restitutio, *art.* 1, *num.* 1 *ad* 5.

Quot et quæ sint radices restitutionis, *num.* 6 *et* 7.

Restitutio quomodo sit necessaria ad salutem, *n.* 8, 9 *et* 10.

Ad restitutionem tenentur non solum qui per se et physice, sed etiam qui moraliter influunt in damnum alterius; et causæ moraliter in alterius damnum cooperantes, vel influentes, novem enumerantur in duobus versiculis comprehensæ, et eorum quælibet singillatim perstringitur, *num.* 11 *ad* 58.

Animadversio in auctoris sententiam, *in not.* *num.* 34 *et* 40 *in not.*

Explicatur auctor *num.* 52 *in not.*

Obligati ad damnum impediendum sive ex justitia, sive ex charitate, et non impedientes, an, quando et quales ex ipsis teneantur ad restitutionem? et istorum plurimi assignantur, *num.* 59 *ad* 71.

Vide etiam notas ad *num.* 73, 75 *et* 79.

Fure donante alicui partem rei furtivæ, vel de suo ad hoc ut teneat an teneatur ille talis ad restitutionem, *num.* 72 *et* 73.

Confessarius sive ex ignorantia, sive ex malitia, aut bona fide pœnitentem deobligans a restitutione quando tenetur, vel ipsum obligans, quando non tenetur, an teneatur ad damni compensationem, *num.* 74 *ad* 77.

Testis in judicio testimonium dicens cum damno innocentis, vel veritatem dissimulans, aut celans an teneatur ad damni compensationem, *num.* 78 *et* 79.

Ficti pauperes an teneantur restituere eleemosynas acceptas, *num.* 80.

Adulteri et stupratores an, et quomodo teneantur damna ex adulterio vel stupro causata compensare, *in* 81 *et* 82.

Parentes exponentes filios suos aliorum expensis alendos; emptores et venditores; possessor bonæ, vel malæ fidei; defraudantes gabellas; pascentes animalia in pascuis alienis, et lignantes in alienis silvis; impedientes aliquem a consecutione alicujus boni, an, et quando teneantur ad restitutionem, *n.* 83 *ad* 89.

An et quando fur ob furta minuta, et alia gravia teneatur ad restitutionem, *num.* 90.

Res inventæ, vel derelictæ, quomodo, et quibus restituendæ, *num.* 91.

Canonici, vel beneficiati an, et quando teneantur ad restitutionem fructuum ob non residentiam, vel non recitationem divini Officii, *num.* 92 *et* 93.

An, et quomodo facienda sit restitutio pro fama ablata. Vide *verb.* Detractio.

Alia ad rem, *num.* 95.

RESTITUTIO, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT RESTITUTIONEM PRO HOMICIDIO, VEL PERCUSSIONE, SEU MUTILATIONE.

Injustus et voluntarius homicida, percussor, vel mutilator quæ damna compensare teneatur, vel non. Vide *verb.* Restitutio, *art.* 2, *num.* 1 *ad* 5.

Pro vita, membro, vel cicatrice an sit de rigore justitiæ commutativæ facienda aliqua restitutio, et quid ad rem sentiant doctores exponitur, *num.* 6 *ad* 15.

Occidens injustum invasorem, vel provocantem, seu voluntarie consentientem in pugnam an teneatur ad damni inde secuti compensationem, *num.* 16 *ad* 21.

Provocans occidens provocatum, qui metu infamiæ debuit comparare, an teneatur ad damni compensationem, *num.* 22.

Committens occultum homicidium, quod postea per errorem alteri imputatur, an teneatur ad damna illi inde secuta compensanda, *num.* 23 *et* 24.

Auctoris sententia emendatur *num.* 23 *in not.*

Quid de illo qui cadaver occisi ponit ante domum, vel sepelit in horto innocentis, *num.* 25 *et* 26.

Intendens occidere feram, et occidens hominem, vel intendens occidere Caium inimicum, et occidens Titium, *num.* 27 *et* 28.

Ebrius alium occidens an teneatur ad restitutionem, *num.* 29.

Vulnerans alium vulnere non lethali, si occasione talis vulneris alius morbus inde subortus mortem inferat vulnerato, an teneatur vulnerans ad restitutionem, *num.* 30 *et* 31.

Occidens hominem, quem certo scit paulo post justa, vel injusta morte occidendum, an teneatur ad restitutionem, *num.* 32 *et* 33.

Occidens aliquem propter verba contumeliosa an teneatur ad restitutionem, *num.* 34 *et* 35.

Si occurrens ad rixantes separandos occidatur, an teneantur rixantes ad restitutionem, *num.* 36 *et* 37.

Teneri videtur, *num.* 37 *in not.*

Si quis a mandatariis requisitus ostendat domum Caii, qui fuit inde ab illis occisus, an teneatur ad restitutionem, *num.* 38.

Homicida an liberetur ab obligatione restituendi, si a magistratu capite plectatur, *num.* 39 *et* 40.

Damna ex homicidio secuta quibus et quomodo sint compensanda, *num.* 41 *ad* 48.

RESTITUTIO, QUID, CUI, ET QUANDO SIT RESTITUENDUM.

Quid sit ex justitia commutativa restituendum. Vide *verb.* Restitutio, *art.* 3, *num.* 1, 2 *et* 3.

Quid sit restituendum a possessore bonæ vel malæ fidei, quid a commodatario, conductore, mutuatorio, emptore, et venditore, emphyteuta, lusore et quid in rerum occupatione, alluvione, specificatione, accessione, confusione, commistione, et fructuum perceptione, *num.* 4 *ad* 12.

Accepta ob actionem malam, vel peccaminosam an, et quando sint restituenda, *num.* 13 *ad* 16.

Promissio, seu conventio de danda certa pecuniæ summa alicui ob turpem et peccaminosam actionem perpetrandam an habeat vim obligandi, et affertur quid super hac re sentiant doctores, *num.* 17 *ad* 23.

Femina an licite retinere possit munera ab amasio recepta, *num.* 24 *et* 25.

Accipiens pecuniam a dæmone ad quid teneatur, *num.* 26.

Digitized by Google

Vide notata *num*. 26.

Accepta pro actione debita ex justitia an sint restituenda, et assignantur plures, qui hoc modo justitiam violant cum onere restitutionis, *num*. 27 *ad* 30.

Quid in specie de judice circa munera recepta. Vide *verb*. Judex.

Accepta pro actione debita ex quacunque alia virtute præter justitiam, an et quando sint restituenda, et ad rem afferuntur exempla, *num*. 32, 33 *et* 34.

Restitutio ordinarie facienda est domino rei ablatæ; excipiuntur tamen plures casus, qui assignantur, *num*. 35 *ad* 41.

Vide not. ad *num*. 39 *et* 41.

Quid quando non constat de vero domino seu legitimo rei possessore, *num*. 42 *ad* 48.

Bona naufragata in mari, vel in ejus littore reperta cui sint restituenda, *num*. 49 *et* 50.

Quid de illo, qui ex delicto habet bona incerta, *num*. 51 *ad* 56.

Occurritur falsæ sententiæ, *in not. ad num*. 53.

Pro damnis illatis immediatæ alicui communitati vel collegio, et hujusmodi quæ unum corpus constituunt, cui sit facienda restitutio, *num*. 57.

Pro damnis illatis immediate personis particularibus in furtis minutis, quomodo sit ipsis facienda restitutio, et quid si particulares sint extranei, vel ignoti, *num*. 58 *et* 59.

An, et quibus restituendi sint thesauri inventi. Vide *verb*. Dominium, *art*. 3, *num*. 27 *ad* 45.

Capientes animalia in leporariis, vivariis, stagnis, etc., vel animalia domestica, seu naturaliter mansueta vel feras a venatoribus vulneratas, aut pisces in piscatorum retibus, quando, et quibus teneantur restituere, *num*. 61 *ad* 67.

Apes ex proprio alveari evolantes, et alterius alveare occupantes an, et quando sint restituendæ, *num*. 68 *et* 69.

Quid de illo, qui pecuniam ab ipso furatus, vel ab alio fure mala fide acceptam ita cum propria commiscuit, ut discerni amplius nequeat, *num*. 70.

Quid de illo qui pecuniam furtivam accepit bona fide in solutionem alicujus debiti, vel gratis; aut lucrationis causa, et bona fide pariter cum sua commiscuit, *num*. 71 *et* 72.

Emens rem furtivam bona fide ad quid teneatur, et quid possit, vel non, circa eamdem, *num*. 73 *ad* 77.

Emens rem pecunia furtiva ad quid teneatur, et quid de pecunia furtiva acquisita a venditore talis rei, *num*. 78 *et* 79.

Alia ad rem, *num*. 80.

Quibus facienda sit restitutio pro rebus in bello captis et damnis causatis, *num*. 81.

Bona vacantia cui devolvantur, *num*. 82.

Restitutio ordinarie facienda est statim, ac quis cognoscit se esse rei alienæ debitorem, seu injustum detentorem, *num*. 83.

Ly statim dupliciter sumitur, scilicet moraliter, et mathematice, *num*. 84 *et* 85.

Restitutio debitorum, sive ex delicto formali injustæ acceptionis, vel damnificationis; sive ex re accepta a possessione bonæ fidei; sive ex contractu, an sit facienda statim mathematice, vel moraliter sumpto, *num*. 86 *ad* 94.

Quid de debitore restituente successive per partes, quando potest simul solvere totum, et an, et quando possit debitor a confessario absolvi non prius facta restitutione, et quid de debitore, qui restitutionem differt usque ad mortem, *num*. 95 *ad* 102.

RESTITUTIO, UBI, QUOMODO, ET QUO ORDINE FACIENDA SIT.

Restitutio tum ex delicto, tum ex re accepta, ubi, et cujus expensis fieri debeat, et ad quid teneatur possessor bonæ fidei postquam intellexit rem esse alienam. Vide *verb*. Restitutio, *art*. 4, *num*. 1 *ad* 12.

Debita sive ex contractu simpliciter, sive oneroso sive gratuito, in quo loco, et quomodo sint solvenda vel restituenda, et quid si pro restitutione facienda sit res alio transportanda, *num*. 13 *ad* 17.

Restitutio facienda est tali modo, quo res sufficienter perveniat ad manus domini, vel creditoris, *num*. 18.

Restitutio ex delicto sive publico, sive occulto quomodo facienda, *num*. 19 *et* 20.

Debitor quicunque an, et quando liberetur ab onere restitutionis, debitum transmittendo per tertiam personam, et in casu quo res transmissa non perveniat ad manus Domini, vel pereat, an teneatur iterum restituere, *num*. 21 *ad* 28.

Quæ debita præferenda sint in ordine restitutionis, *num*. 29, 30 *et* 31.

Venditor rei an, et quando sit præferendus aliis creditoribus, *num*. 32, 33 *et* 34.

Debita ex delicto an sint æqualiter solvenda cum debitis ex contractu justo, *num*. 35, 36 *et* 37.

Debita hypothecata quibus sint præferenda, *num*. 38.

Inter creditores hypothecarios, ordinarie loquendo, illi sunt præferendi, qui sunt priores; excipiuntur tamen aliqui casus, in quibus ex privilegio hypothecæ quædam posteriores præferuntur prioribus non privilegiatis; et dicti casus assignantur, *num*. 39 *ad* 60.

Inter creditores hypothecarios et chirographarios qualis præferentiæ ordo sit servandus in ipsis facienda restitutione, *num*. 61 *ad* 65.

Inter debita mere personalia, paria, et ejusdem generis quæ prius sint solvenda, vel non, *num*. 66 *ad* 69.

Inter creditores mere personales quis sit præferendus, et an possit debitor sciens se non habere unde possit solvere omnibus, præferre aliis creditoribus aliquem suum amicum, seu familiarem non petentem, *num*. 70, 71 *et* 72.

Creditor pauper an possit intuitu paupertatis præferri creditori diviti, *num*. 73.

RESTITUTIO, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT CAUSAS EXCUSANTES, VEL NON EXCUSANTES A RESTITUTIONE, UT VEL DIFFERRI, VEL NON OMNINO OMITTI POSSIT.

Causæ excusantes pro restitutione differenda quot, et quæ sint, et quando propter ipsas possit debitor licite restitutionem differre, vel non. Vide *verb*. Restitutio, *art*. 5, *num*. 1 *ad* 25.

Assignantur et explicantur causæ omnino excusantes a restitutione facienda; et exponitur quando per ipsas restitutio a debitore licite omitti possit, vel non, *num*. 26 *ad* 43.

Moderantur, *in not. ad num*. 39.

Debitor solvens creditori sui creditoris, an et in quo foro liberetur ab onere denuo restituendi, 44 *ad* 48.

Debitor qui bonis cessit an liberetur ab onere restitutionis, et ad quid teneatur, si deveniat ad pinguiorem fortunam; et quid de bonis acquisitis ante cessionem ipse, vel ipsius hæredes disponere possint, *num*. 49 *ad* 57.

Occurritur quibusdam laxis opinionibus, *in not. ad num*. 53, 55 *et* 56.

Quid de debitore, vel fidejussore illius, qui bonis cessit, *num*. 58 *et* 59.

Ingressus, et professio religionis an liberet debitorem ab obligatione restituendi, seu solvendi debita antea contracta; et affertur quid ad rem sentiant doctores; et innuitur ad quid teneatur monasterium, vel religiosus debitor post emissam professionem, *num*. 60 *ad* 74.

Digitized by Google

Excommunicatio creditoris, vel debitoris non excusat a restitutione facienda. Vide *verb.* Restitutio, art. 5, *num.* 75.

An si debitor morte plectatur excusarentur ejus hæredes a restitutione damni causati per delictum, ob quod fuit ultimo supplicio punitus. Vide supra *art.* 2, *num.* 39 *et* 40.

In singulis superioribus quinque de restitutione articulis pluries carpitur auctor, *num.* 77.

Indicantur auctores, qui de restitutione, quod pertinet ad forum fori, docte scripserunt, *num.* 77.

### RESTRICTIO MENTALIS (VII, 9).

Restrictio mentalis duplex assignatur, et explicatur. Vide *verb.* Restrictio mentalis, *num.* 1.

Amphibologia, seu æquivocatio quid sit, *num.* 2.

Restrictio mentalis et amphibologia quomodo, et in quibus casibus excusent a mendacio, vel perjurio, et aliqui ex dictis casibus assignantur, *num.* 3 *ad* 10.

Sed vide *in not.*

Quomodo excusentur mercatores dicentes vel jurantes non posse pro tali pretio mercem vendere, vel sibi pluris constare, licet in rigore hoc verum non sit, *num.* 11.

Reus an, et quando teneatur, vel non, fateri veritatem judici ipsum interroganti cum juramento, *num.* 12 *ad* 14.

### RETRACTUS GENTILITIUS.

Retractus gentilitius quid sit. Vide *verb.* Contractus emptionis, *art.* 4, *num.* 26 *ad* 42.

### REUS (VII, 12).

Reus unde dicatur. Vide *verb.* Reus, *num.* 1.

Alia de ipso, *num.* 2 *ad* 11.

Reprehenditur auctor, *num.* 11 *in not.*

Reus an, quando, et quibus mediis licite fugere possit e carcere, et an quis possit licite ipsum juvare ad carcerem frangendum, *num.* 12 *ad* 21.

Reprehenditur auctor, *num.* 17 *in not.*

Reus ad quid teneatur, vel non, coram judice interrogante, vel in tormentis positus, *num.* 22 *ad* 35.

Sed vide ad *num.* 22 auctoris, *in not.*

Vide etiam not. ad *num.* 26 *et* 30, in *num.* 46 *ad* 58.

Quid circa viaticum tribuendum reo ultimo supplicio puniendo, *num.* 36 *ad* 39.

Alia ad rem, *num.* 40 *ad* 43.

De favore rei in jure, *num.* 45.

Reus, quoad confugium. Vide *verb.* Immunitas, *art.* 3, *per tot.*

### REVELANTES CONFESSIONES.

Revelantium confessionem sacramentalem pœnæ quæ sint. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 195, et *verb.* Sigillum sacramentalis confessionis, *num.* 25.

### REVELATIO.

Revelationis secretorum pœnæ quæ sint. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 188.

### RITUS (VII, 24).

Super ritibus Ecclesiæ eorumque observantia nemini licet dispensationem concedere, inconsulta sancta sede. Vide *verb.* Ritus, *num.* 1 *et* 2.

Quid Christiani homines circa ritus Ecclesiæ facere debeant, late exponitur, *num.* 3 *ad* 19.

De ritibus Malabaricis et Sinensibus cum aliquali historia controversiarum, *num.* 20 *ad* 26.

De sacrorum rituum congregatione, et illius consultoribus late, *num.* 27 *et seqq.*

### RIXA.

Rixa quid sit. Vide *verb.* Bellum, *num.* 4, et *verb.* Virtus, *num.* 86.

### ROGATIONES (VII, 30).

Rogationes a quo primo inventæ et institutæ, et a quo fuerit in ipsis indictum jejunium. Vide *verb.* Rogationes, *num.* 1 *ad* 5.

Animadversio in textum, *in not. ad num.* 3.

Quid de litaniis recitandis in triduo Rogationum, *num.* 6 *et* 7.

Corrigitur auctor, *num.* 7 *in not.*

Triduanæ Rogationes cur ab Ecclesia universali præcipiantur quotannis celebrari, *num.* 8.

Alia ad rem, *num.* 9.

### ROMANI PONTIFICES (VII, 31).

Affertur completa omnium summorum pontificum, a beato Petro usque ad Pium IX, series, ex celebriorum chronologorum tabulis deprompta. Vide *verb.* Romani pontifices, *per tot.*

### RUBRICÆ (VII, 41).

Rubricæ unde dictæ, et quid sint. Vide *verb.* Rubricæ, *num.* 1 *et* 2.

Rubricæ aliæ sunt præceptivæ, aliæ directivæ, et explicantur, *n.* 3.

Rubricæ præceptivæ quando, et quæ obligent sub mortali, *num.* 4 *et* 5.

Transgressio rubricarum præceptivarum ex suo genere mortalis potest esse venialis ex duplici capite et assignantur, *num.* 6.

Transgressio rubricarum præceptivarum ex suo genere levis seu venialis potest transire in mortalem quatuor principue modis qui assignantur, *n.* 7 *ad* 11.

Transgressio rubricarum mere directivarum, an, et quale sit peccatum, *num.* 12 *et* 13.

Aliquid omittere sive essentiale, sive accidentale in rubricis Missam concernentibus, quando, et quale sit peccatum, *num.* 14 *ad* 24.

Explicatur auctor *in not. ad num.* 16.

Addere aliquid in Missa sive in notabili quantitate, sive non, an, et quale sit peccatum, *num.* 25 *ad* 34.

Mutare ritum Missæ in rubricis designatum, quale sit peccatum, et quid in casu possint, vel non, locorum ordinarii, *num.* 35 *et* 36.

Mutare propria auctoritate et voluntate præscriptas preces in alias, vel mutare imperfecte aliquas actiones, aut invertere partes ejusdem, vel diversæ rationis, quale sit peccatum, *num.* 37, 38 *et* 39.

Alia ad rem, *num.* 40.

### RUMOR.

Rumor quid sit. Vide *verb.* Fama, *num.* 12 *ad* 32.

Rumor an sufficiat ad impediendum matrimonium. Vide *num.* 53.

# S

### SABBATUM (VII, 53).

Sabbatum, ejusque nomen quid indicet ac significet, et quid de eo in Veteri ac Novo Testamento. Vide *verb.* Sabbatum, *num.* 1 *ad* 4.

Dies Dominica quando celebrari incœperit pro die Sabbati, et quibus de causis, *num.* 5 *ad* 8.

Sabbato olim et feria VI jejunabatur, et quare, *num.* 9 *et* 10.

Sabbato magno, seu sancto, consecrari potest episcopus, *num.* 11.

Sabbato sancto non possunt pulsari campanæ in aliqua ecclesia, ante pulsationem in ecclesia cathedrali, vel matrice; et quid si secus, *num.* 12 *ad* 16.

Prohibitum est Christianis Sabbato præsertim inservire Hebræis, accedendo eis ignem, et similia, *num.* 17.

Sabbato sancto nullimode dici potest Missa privata, *num.* 18.

Digitized by Google

Sabbati diebus abstinentia a carnibus non semper ubique fuit de præcepto. Vide *verb.* Sabbatum, *num.* 19 *ad* 27.

SACERDOTIUM, SACERDOS (VII, 62).

Sacerdotium fuit in omni lege. Vid. *verb.* Sacerdotium, *num.* 1.

Sacerdos qui fuerit tempore legis naturæ, legis scriptæ, et legis gratiæ, *num.* 2 *ad* 4.

Sacerdotium legis veteris commutatum est in novum, *num.* 5.

Sacerdotium novæ legis a Christo est institutum, et est visibile, et externum signum; et qualem dicat potestatem, *num.* 6, 7 *et* 8.

Sacerdotalis ordo a quo incœperit et sacerdos unde dicatur, *num.* 9 *et* 10.

Sacerdos non potest iterum fieri laicus, *num.* 11.

Sacerdos malus non perdit ordinem; et æque ac bonus valide conficit corpus Christi, dignior autem facilius a Deo exauditur, *num.* 12 *ad* 18.

Sacerdos in mortali exsistens debet confiteri antequam celebret, et quid si desit confessarius, *num.* 19.

Sacerdos pollutionem patiens in nocte, an possit mane celebrare, *num.* 20.

Sacerdos quando et quomodo stolam deferre debeat, *num.* 21.

Sacerdos quando possit ex se ipso communicare, et sub qua specie, *num.* 22, 23 *et* 24.

Alia plura de sacerdotibus, *num.* 25 *usque ad* 146.

Auctor, ad *num.* 35 explicatur; *num.* 153 *ad* 172.

Sacerdotes exteri, et maxime peregrini non sunt admittendi ad missam celebrandam, et sacramenta administranda sine litteris commendatitiis suorum ordinariorum, *num.* 147 *et seqq.*

Limita si sacerdos aliquis exterus per longum tempus in loco aliquo celebraverit, ejusque mores jam sint noti, *num.* 150, 151.

An episcopus prohibere valeat, ne sacerdotes regulares peregrini celebrent in ecclesiis regularium, *num.* 152.

Sacerdotes prohiberi possunt ab ordinario, ne minorem uno Julio eleemosynam pro Missa accipiant. Vide *verb.* Eleemosyna, *num.* 64

SACRAMENTALIA.

Vide *verb.* Peccatum, *n.* 47 *ad* 55.

SACRAMENTUM (VII, 85).

SACRAMENTUM, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT SACRAMENTORUM NATURAM, INSTITUTIONEM, NUMERUM, MATERIAM, FORMAM, MINISTRUM ET INTENTIONEM.

Sacramenti tres acceptiones assignantur, ejusque definitio traditur. Vide *verb.* Sacramentum, *art.* 1, *n.* 1, 2.

Sacramenta novæ legis quot sint, et a quo instituta, et in quo differant ab illis antiquæ legis, *num.* 3 *ad* 6 *et num.* 49.

Sacramenta novæ legis quædam dicuntur mortuorum, et alia vivorum; quædam iterabilia, et non characteristica, quædam iterabilia, et characteristica; quædam permanentia, et quædam transeuntia; quædam omnibus necessaria, et quædam non omnibus necessaria; et singula explicantur, *num.* 7 *ad* 14.

Sacramenta non sunt paria; neque sunt sola signa, seu notæ Christianitatis; neque instituta propter solam fidem nutriendam, *num.* 15, 16 *et* 17.

Sacramenta tribus perficiuntur, et tria requiruntur ad cujuslibet essentiam et assignantur, *n.* 18 *et* 19.

Materia et forma in quolibet sacramento, quæ et quotuplex sit, et assignatur, et explicatur, *num.* 20 *ad* 24.

Quænam sit materia remota, et proxima cujuslibet specialis sacramenti. Vide *verb.* Baptismus, Confirmatio, etc.

Ad valorem sacramentorum quæ simultas requiratur inter eorum materiam, et formam, *num.* 25 *et* 26.

Materiæ, et formæ sacramentorum a quo, et quomodo institutæ, *num.* 27 *et* 28.

Materiæ et formæ mutatio quando irritet sacramentum, *num.* 29 *et* 30.

Quandonam sacramenta per materiam et formam explicari cœptum a theologis, et quomodo antea theologi explicabant, *num.* 41 *et seqq.*

Quoad materiam et formam propriam cujuslibet sacramenti, eorumque mutationem substantialem, vel accidentalem. Vide in suis propriis locis, et signanter sub *verb.* Baptismus.

Sacramenta a malis ministris ministrata an sint bona et valida: et quibus noceant, *num.* 32, 33 *et* 34.

Sacramenta a quibus ministrari ac fieri possint, *num.* 35 *et* 36.

Alia quoad ministrum, et intentionem. Vide *verb.* Minister sacramentorum, et *verb.* Intentio, *num.* 14, et *num.* 39 *et* 40.

SACRAMENTUM, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT SACRAMENTORUM EFFECTUS.

Effectus sacramentorum novæ legis duplex assignatur, et explicatur. Vide *verb.* Sacramentum, *art.* 2, *num.* 1 *ad* 5.

Quoad ea quæ concernunt gratiam generatim, et gratiam sanctificantem. Vide *verb.* Gratia, ut est donum Dei.

Sacramenta novæ legis qualem, et quomodo conferant gratiam, *num.* 7, 8 *et* 9.

Sacramenta mortuorum et vivorum quare ita dicantur; et an conferant primam, vel secundam gratiam; et ista quæ sit, et quare sic dicatur, *num.* 10 *ad* 17, *et art.* 1, *num.* 8, et *verb.* Gratia, *num.* 5.

Sacramenta an omnia conferant semper æqualem gratiam, vel non, *num.* 18 *ad* 23.

Ad fructuose recipienda sacramenta sive vivorum, sive mortuorum, quid requiratur in adultis, *num.* 24, 25 *et* 26.

An, et quæ sacramenta reviviscant, recedente, seu sublata fictione, *num.* 27 *ad* 31.

Sacramenta non causant gratiam physice, sed moraliter, *num.* 32.

Character sacramentalis imprimitur tantum in baptismo, confirmatione et ordine, et quare, *n.* 33, 34 et 54.

Character quid sit, in quo subjectetur, et an indelebilis, *num.* 35 *ad* 41, et *num.* 55 *ad* 59.

De vetita iteratione trium sacramentorum, quæ charactere distinguuntur, *num.* 60 *ad* 63.

Cætera vide *num.* 42 *ad* 52, ubi præsertim de denegatione sacramentorum agitur.

SACRA SCRIPTURA.

Vide *verb.* Scriptura sacra.

SACRIFICIUM (VII, 109).

Sacrificium in genere duplex assignatur et explicatur. Vide *verb.* Sacrificium, *num.* 1, 2 *et* 3.

Sacrificium stricte sumptum definitur, et per singulas particulas explicatur, *num.* 4 *ad* 10.

Sacrificium ratione materiæ dividitur in victimam, seu hostiam, immolationem et libamen; et singula declarantur, *num.* 11.

Ratione formæ dividitur in holocaustum, hostiam pacificam, et hostium pro peccato, quæ omnia declarantur, *num.* 12.

Ratione finis dividitur in latreuticum, eucharisticum, impetratorium, et satisfactorium, et omnia declarantur, *num.* 13.

Omnia dicta sacrificia coadunantur in sacrificio Missæ quod, ratione modi offerendi, est duplex, scilicet cruentum, et incruentum; et utrumque explicatur, *num.* 14 *et* 15.

Sacrificium Missæ penes diversos fines, et fructus

Digitized by Google

varie dividitur et assignatur. Vide *verb.* Sacrificium, *num.* 16 *et* 17, et *verb.* Missa, *art.* 1, *num.* 4 *ad* 7.

Sacrificium unde dicatur, *num.* 18.

Missa unde dicatur, *num.* 19.

Missæ sacrificium quando, et a quo institutum, et quid in ipso contineatur, et alia ejus celebrationem concernentia, *num.* 20 *ad* 30.

Missæ sacrificium quando, et a quibus fieri cœperit, *num.* 31.

Missa olim dividebatur in duas partes, et assignantur, *num.* 32.

Missa quid vere sit, *num.* 33.

In sacrificio missæ quid sit offerens principalis et minus principalis, et quid principale, et minus principale oblatum, *num.* 34 *ad* 38.

Assignantur actiones et partes sacrificii missæ et quid pertineat, vel non, ad ejus essentiam *n.* 39 *ad* 49.

Consecratio utriusque speciei est de necessitate præcepti divini, et an liceat sub una tantum specie consecrare, et an papa possit quoad hoc dispensare, *num.* 50 *ad* 55.

Reprehenditur auctor *num.* 55. Vide *in nota.*

Sacrificium missæ quomodo differat a sacrificio crucis, et a sacrificio ultimæ cœnæ, et a sacramento Eucharistiæ, *num.* 56 *ad* 59.

Sacramenta et sacrificia quomodo differant, *num.* 60.

Alia ad rem. Vide *verb.* Missa, *verb.* Eucharistia.

### SACRILEGIUM (VII, 122).

Sacrilegium unde dicatur, et quid sit. Vide *verb.* Sacrilegium, *num.* 1 *et* 2.

Sacrilegium aliud est personale, aliud reale, et aliud locale, et quid sint singula, et quando committantur, *num.* 3 *ad* 7.

Sacrilegium quale sit peccatum, *num.* 8.

Alia ad rem. Vide *num.* 10 *ad* 13, et *verb.* Ecclesia, *art.* 4, *verb.* Luxuria, *n.* 29, *verb.* Pœna, *art.* 2, *n.* 196.

### SACRISTA, SACRISTIA (VII, 123).

Sacristæ officium quid sit. Vide *verb.* Sacrista, *num.* 1, et *num.* 20 *et* 21.

Sacrista tenetur ad culpam levissimam, *num.* 22 *ad* 24.

Sacrista capellæ palatii apostolici quis esse debeat, *num.* 2.

Sacrista conclavis quibus gaudeat privilegiis, *num.* 3.

Alia plura sacristas et sacristiam concernentia, *num.* 4 *ad* 19.

### SÆCULARISATIO BONORUM ECCLESIASTICORUM.

Sæcularisatio bonorum ecclesiasticorum quæ sit, unde ortum habuerit, et an sit licita, vel non. Vide *verb.* Sæcularisatio bonorum ecclesiasticorum, *per totum.*

### SALUTATIO ANGELICA.

Salutatio angelica quibus constet verbis, et quæ sint illorum origo et antiquitas. Vide *verb.* Salutatio angelica, *per totum.*

### SAMARITANA.

Samaritana a Christo conversa, quæ sit, et quo nomine ab Ecclesia honoretur. Vide *verb.* Samaritana, *per totum.*

### SANCTITAS, SANCTI (VII, 128).

Sanctitas in quo consistat. Vide *verb.* Sanctitas, *num.* 1 *et* 2.

Sancti vocabulum primis Ecclesiæ temporibus Christianis omnibus ob religionis sanctitatem tributum fuit, *num.* 3.

Sequenti tempore fuit titulus dignitatis ecclesiasticæ, *num.* 4.

Tandem ad probatam vitæ sanctitatem indicandam privative translatum fuit, *num.* 5.

Sanctorum nomina et elogia in martyrologium inferri nequeunt sine auctoritate congregationis sacræ Rituum: et indicantur ea, quæ intulit Benedictus XIV, *num.* 6 *et seqq.*

Sanctorum Patrum unanimis consensus est infallibile testimonium divinæ revelationis, *n.* 11.

Sanctorum et beatorum cultus. Vide *verb.* Sanctorum cultus.

### SAPIENS ERROREM PROPOSITIO.

Sapiens errorem propositio, quæ sit. Vide *verb.* Propositiones damnatæ, *num.* 52.

Sapiens hæresim propositio. Vide *num.* 41.

### SAPIENTIA.

Sapientia quid sit. Vide *verb.* Theologia, *num.* 15.

### SATISFACTIO.

Satisfactio sive pœnitentia sacramentalis. Vide *verb.* Pœnitentiæ sacramentum, *art.* 3.

### SCANDALOSA PROPOSITIO.

Scandalosa propositio quæ sit. Vide *verb.* Propositiones damnatæ, *num.* 53.

### SCANDALUM (VII, 132).

Scandalum quod importet, et quid sit physice et moraliter. Vide *verb.* Scandalum, *num.* 1. 2 *et* 3.

Scandalum dividitur in activum et passivum, et quid sit utrumque, *num.* 4, 5 *et* 6.

Scandalum activum est duplex, directum et indirectum; et utrumque explicatur, *num.* 7, 8 *et* 9.

Scandalum passivum pariter est duplex datum, et acceptum; et quid sit utrumque, *num.* 10. 11 *et* 12.

Scandalum passivum acceptum aliud est pusillorum et aliud pharisaicum, et quid sit utrumque, *num.* 13.

Scandalum activum quale sit peccatum, et qualem malitiam contrahat, *num.* 14 *et* 15.

Scandalum mere passivum quando sit evitandum, vel impediendum, *num.* 16 *et* 17.

Ob evitandum quodcunque aliorum scandalum quæ opera sint omittenda, vel non, et an et quando sit damnum patiendum, *num.* 18 *ad* 23.

Scandalum activum esse potest sine passivo, et econtra, *num.* 24.

Utilius scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur, *num.* 25.

### SCENICI.

Vide *verb.* Infames, *num.* 11, *verb.* Irregularitas, *art.* 1, *num.* 12, *vers.* Octava.

### SCHISMA, SCHISMATICI (VII, 138).

Schisma generice et large sumptum quid significet. Vide *verb.* Schisma, *num.* 1.

Schisma multipliciter contingere potest, et accipi in bonam et in malam partem; et simpliciter prolatum in malam partem usurpatur; et sic sumptum definitur, *num.* 2, 3 *et* 4.

Schisma dividitur in purum et mistum, et utrumque explicatur; et an detur nostris hisce diebus schisma purum, *num.* 5 *ad* 8.

Schismaticus vere, et proprie quis sit, vel non, *num.* 9 *et* 10.

Schisma in quo differat ab hæresi, *num.* 11, 12 *et* 13.

Schismatici subjacent variis pœnis, assignantur, *num.* 14 *ad* 21.

Quid si tempore schismatis sint plures pontifices, et unus sit certus; et quid si in casu nesciatur quis sit legitimus papa, *num.* 22 *ad* 25.

Digitized by Google

Quid si tempore schismatis commercia civili sine scandalo tolli nequeant. Vide *verb.* Schisma, *num.* 26.

Vide cætera *num.* 27 *ad* 35.

Num schisma merum sine hæresi sit delictum ecclesiasticum, *num.* 36.

SCHISMATICA PROPOSITIO.

Vide *verb.* Propositiones damnatæ, *num.* 44.

SCIENTIA CONFESSARII.

Vide *verb.* Confessarius, *art.* 1, *num.* 49.

SCIENTIA IN BENEFICIARIIS (VII, 145).

Quæ scientia requiratur pro obtinendo beneficio ecclesiastico in genere. Vide *verb.* Scientia in beneficiariis, *num.* 1 *et* 2.

Quanta requiratur pro obtinenda pensione, et quanta pro beneficio simplici, *num.* 3 *ad* 5.

Quanta pro dignitatibus et canonicatibus sit necessaria, *num.* 6.

An valida sit collatio beneficii facta illitterato, *num.* 7 *ad* 11.

Scientia probanda venit per examen, *num.* 12 *et* 13.

In materia examinis quæ sint attendenda, *num.* 14 *ad* 23.

SCRIPTURA SACRA (VII, 152).

Scriptura sacra unde dicatur Biblia et quid sit. Vide *verb.* Scriptura sacra, *num.* 1 *et* 2.

Volumen Scripturæ sacræ continet varios particulares libros quorum numerus et antiquitas assignantur, et dicti libri appellantur canonici, et quare, *num.* 3 *ad* 6.

Libri spectantes ad Testamentum Vetus et Testamentum Novum dividuntur in quatuor classes, quæ assignantur, *num.* 7 *et* 8.

Recollectio divinorum librorum vocatur Testamentum Vetus et Novum, duplici ratione, quæ assignatur, et quare unum appelletur Vetus, et aliud Novum, *num.* 9 *et* 10.

Omnes divini libri pro canonicis et sacris habendi sunt, et quid si secus, *num.* 11.

Assignantur varii libri, qui pro canonicis non habentur ab Ecclesia, *num.* 12, 13 *et* 14.

Plures ex libris sacris perierunt; et assignantur varii ex illis, *num.* 15.

Assignantur variæ editiones, ac versiones sacræ Scripturæ, et qui fuerint auctores, et quæ fides sit ipsis habenda, *num.* 16 *ad* 26.

Textus auctoris emendatur *in nota ad num.* 16.

Vide etiam not. *ad num.* 17.

Omnes sacræ Scripturæ sensus assignantur et explicantur, *num.* 27 *ad* 37.

Sacræ Scripturæ interpretatio a quo fieri possit, vel non, *num.* 38.

Sacra Scriptura an, et a quibus legi possit lingua vulgari, *num.* 39 *et* 40.

Sacra Scriptura abutentes in sortilegiis, incantationibus etc. vel convertentes in usus profanos verba jocosa, scurrilia, etc., qua pœna puniendi, *num.* 41, 42.

Sacræ Scripturæ lector, seu expositor, quibus in locis sit tenendus, et a quo examinandus, *num.* 43 *ad* 46.

Sacræ Scripturæ lectio in conventibus regularium fieri debet bis in hebdomada, *num.* 47.

De sacræ Scripturæ veritate, integritate et infallibilitate. Vide *num.* 48 *ad* 53.

An sacræ Scripturæ auctoribus Spiritus sanctus inspiraverit tantum res, quas narrant, an etiam voces singulas, terminos, expressiones, ac stylum, *num.* 54 *ad* 56.

Num sacri scriptores libere scripserint, *num.* 57.

De catalogo sacrorum librorum publica Ecclesiæ auctoritate condito, *num.* 58.

De Judæorum canone, et illius auctore, *num.* 59 *ad* 62.

Agitur de sacræ Scripturæ versionibus, *num.* 63.

Regulæ traduntur, quibus investigari, erui et dignosci potest verus sacræ Scripturæ sensus, *num.* 64.

Sacra Scriptura an inspirata fuerit non solum quoad singula verba, *num.* 65 *ad* 68.

An ex libris sacris aliqui, hominum incuria vel injuria hostium religionis, perierint, *num.* 69 *ad* 76.

An in Hierosolymitanæ urbis excidio et deportatione Babylonica libri sacri perierint, eosque ex integro reparaverit vel dictaverit Esdras, *num.* 77 *ad* 86.

Versio Septuaginta Interpretum quæ sit, et an fuerit olim, et sit modo authentica, *num.* 87 *ad* 93.

Vulgata versio an soli Hieronymo tribuenda, et singulari Spiritus sancti afflatu condita, *num.* 94 *ad* 101.

Vulgata versio Latina an sit authentica, *num.* 102 *ad* 104.

SCRIPTURÆ SEU INSTRUMENTA (VII, 185).

Scripturæ aliæ sunt publicæ, et aliæ privatæ, et quæ sint publicæ. Vide *verb.* Scripturæ, Instrumenta, *num.* 1 *et* 2.

Scripturæ privatæ reducuntur ad tres species, quæ assignantur et explicantur, *num.* 3 *ad* 8.

Scriptura privata alia est authentica, et alia non authentica; et quæ sit utraque, *num.* 9.

Scriptura privata redditur authentica pluribus modis qui assignantur, *num.* 10 *ad* 15.

Quid quando scriptura privata negatur esse illius contra quem producitur, *num.* 16.

Scripturam privatam manu cujusquam fuisse scriptam, vel de ejus mandato fuisse ab alio conscriptam, vel subscriptam, per quid probari possit, vel non, *num.* 17 *ad* 22.

Scriptura privata confessa regulariter probat plene contra scribentem; excipiuntur tamen aliqui casus, qui assignantur, *num.* 23 *ad* 26.

Scriptura privata an, et quando probet in commodum scribentis, *num.* 27 *ad* 30.

Libri rationum an, et quando probent in commodum scribentis, et quid si sint libri rationum defuncti, vel tutoris, aut administratoris viventis, *num.* 31 *ad* 39.

Instrumentum unde dicatur, et proprie sumptum quid sit, *num.* 40 *et* 41.

Instrumentum aliud est publicum, et aliud privatum; et utrumque explicatur, *num.* 42 *ad* 46.

Instrumentum publicum a notario confectum est duplex, protocollum, et transumptum, et utrumque explicatur, *num.* 47 *ad* 50.

Instrumentum publicum dividitur in originale et exemplum, et quid sit utrumque, *num.* 51.

Instrumentum adhuc dividitur in authenticum, et non authenticum; et utrumque explicatur, *num.* 52 *et* 54.

Instrumentum publicum an differat ab authentico, *num.* 55.

Ad instrumentum publicum manu publici notarii confectum requiruntur de jure vel consuetudine plures solemnitates quæ assignantur, et quid si aliqua ex ipsis deficiat, *num.* 56 *ad* 71.

Instrumentum publicum manu notarii confectum cum dictis solemnitatibus qualem fidem faciat; et an faciat eamdem fidem etiam protocollum si habeat dictas solemnitates, *num.* 72 *et* 73.

Quid si ante perfectionem solemnis instrumenti moriatur notarius ille, qui ad petitionem partium fecit protocollum, *num.* 74 *ad* 80.

Exemplaria, seu transumpta originalium instrumentorum an, et quando habeant eamdem vim probandi, ac habent originalia ipsa, *num.* 81 *ad* 85.

Actor quas scripturas petere possit a reo, et

Digitized by Google

reus quales tradere debeat actori. Vide *verb.* Scripturæ, Instrumenta, *num.* 86, 87, 88.

Quid si instrumenta inter se contraria ab eadem vel a diversis partibus producantur, *num.* 89, 90.

Quid si instrumenta hinc inde producta sint æqualis dignitatis, *num.* 91.

Instrumentum in aliqua parte rasum an, et quando probet, *num.* 92.

Amissio scripturæ non nocet, si probatio negotii fieri possit per testes, vel alio legitimo modo, *num.* 93.

Quid si instrumentum sit amissum casu fortuito vel pereat malitiose facto adversarii, *num.* 94, 95.

* Falsificantes scripturas, seu instrumenta, quas pœnas incurrant. Vide *verb.* Falsum, Falsarius, *num.* 39 *ad* 73.

Scripturæ, et instrumenta facta a cancellario episcopi ubi asservari debeant, *num.* 97.

Alia ad rem, *num.* 98 *ad* 108, *et num.* 109, *et seqq.*, ubi totam hanc materiam in compendium sapientissimus addens complectitur.

## SCRUPULUS (VII, 210).

Scrupulus unde dictus, et quid sit. Vid. *verb.* Scrupulus, *num.* 1 *et* 2.

Scrupulosi alii sunt circa præsentia, et alii circa præterita; utrique qui sint, et quæ sint signa, causæ, remedia, et privilegia conscientiæ scrupulosæ, et quando liceat vel non, contra ipsam operari. Vide *verb.* Conscientia, *num.* 115 *ad* 126.

## SCUTUM.

Scutum aureum ex quot Paulis constituatur. Vide *verb.* Alienatio, *art.* 3, *num.* 4.

Scutum pro solvenda pensione quomodo intelligendum. Vide *verb.* Pensio, *num.* 115.

## SECRETARIUS, SECRETUM (VII, 212).

Secretarius ad quid teneatur. Vide *verb.* Secretarius, *num.* 1.

Secretarius peccat in pluribus, quæ assignantur, *num.* 2.

Quam mercedem possint exigere secretarii, seu cancellarii curiæ episcopalis. Vide *verb.* Cancellarius.

Secretarius, qui multa scribit, probabilius non excusatur a jejunio, *num.* 5.

Secretum (præter illud confessionis sacramentalis) potest aliquid dici quinque modis, qui assignantur; et revelare secretum in dictis quinque modis quale sit peccatum, *num.* 6 *ad* 11.

Justæ causæ revelandi secretum enumerantur, *num.* 12.

Per revelationem secreti quando, et qualis fiat injuria, *num.* 13 *ad* 16.

Superiores manifestantes personas, a quibus aliorum subditorum defectus corrigendos susceperint vocales omnes revelantes acta capituli, vel congregationis ac religiosi omnes manifestantes secreta religionis quomodo peccent, *num.* 17, 18, 19.

Alia ad rem. Vide *verb.* Detractio, *verb.* Litteræ.

## SEDES VACANS (VII, 221).

Nomine sedis vacantis quid intelligatur. Vide *verb.* Sedes vacans, *num.* 1 *ad* 4.

An sedes vacet, et capitulum possit procedere ad electionem vicarii capitularis, quando episcopus est excommunicatus, vel suspensus, factus captivus, relegatus, etc. Vide *verb.* Capitulum, *art.* 3, *num.* 32.

Sedes quando vacare incipiat, *num.* 6, et dict. *verb.* Capitulum, *art.* 3, *num.* 37.

Sedes quando censeatur vacare per translationem episcopi. Vide dict. *verb.* Capitulum, *art.* 3, *num.* 31, *et verb.* Episcopus, *art.* 3, *num.* 60.

Sedes semel vacans quandiu duret vacare, *num.* 8, 9.

Sede Romana vacante, quid de illis qui tenentur accedere, vel mittere ad curiam, *num.* 10.

Sede Romana vacante qualem habeat potestatem collegium cardinalium, *num.* 11 *et* 12.

Sede Romana vacante tempore concilii generalis, electio pontificis a quibus fieri debeat, *num.* 13.

Sede Romana vacante quid possint summus pœnitentiarius, vicarius papæ, ac episcopi, *num.* 14, 15 *et* 16.

Sede Romana vacante a quo sint conferenda beneficia papæ reservata, *num.* 17 *et* 18.

Sede episcopali vacante, quæcunque beneficia vacantia sunt papæ reservata; et quando talis reservatio procedat, vel non, *num.* 19 *ad* 23.

Quid de beneficiis quomodolibet papæ reservatis, si vacent sede Romana vacante, et nihil de ipsis, vel minus valide disponatur per ordinarios, vel collatores, *num.* 24.

Sede episcopali vacante nihil est innovandum; et quid in casu possit vel non possit capitulum, *num.* 25, 26 *et* 27, et *verb.* Capitulum, *art.* 3; *verb.* Vicarius Capitularis, *per tot.*

An parochiæ per assecutionem incompatibilium* beneficiorum vacatæ pontificia sede vacante, vel antea vacatæ, sed ex secuta interim ejusdem pontificiæ sedis vacatione non collatæ possint ab ordinariis conferri vigore *cap.* Si apostolica, *De præbend. in* 6, *num.* 35 *et seqq.*

## SEDES, SCAMNA (VII, 228).

Sedes episcopi in choro exsistens debet esse fixa. Et quomodo ornanda? et quomodo collocanda in ecclesia exempta, in qua abbas habet usum mitræ, et quomodo reducendus chorus canonicorum. Vide *verb.* Sedes, Scamna, *num.* 1 *ad* 4.

Alia plura ad rem, *num.* 5 *ad* 22 et *verb.* Abbas, *num.* 31, *verb.* Ecclesia, *num.* 5 *ad* 27.

Scamna in Ecclesia haud possunt a laicis retineri ad sedendum, nisi cum licentia expressa, aut tacita episcopi, vel ipsarum rectoris, *num.* 24.

An concesso usu scamnorum laicis ab eo, qui hac potestate pollet, jus aliquod quæratur ipsis laicis pro tuitione hujus usus, *num.* 25 *ad* 27.

An usus concessus scamnorum in ecclesia personalis sit, et an transeat in hæredes, *num.* 28, alia ad rem, *num.* 29 *ad* 58.

## SEDITIO.

Seditio quid sit. Vide *verb.* Bellum, *art.* 1, *num.* 2, *et verb.* Virtus, *num.* 87.

## SEDITIOSA PROPOSITIO.

Vide *verb.* propositiones damnatæ, *num.* 58.

## SEMINARIUM (VII, 236).

Seminaria ubi erigi possint ac debeant, vel non. Vide *verb.* Seminarium *num.* 1 *ad* 5.

De exordio, et progressu seminariorum, tum de optima eorum regiminis ratione, *num.* 196.

Pueri alendi, ac recipiendi in seminariis quales, et cujus ætatis esse debeant, *num.* 6, 7 *et* 8.

Pro administratione et regimine seminarii faciendæ sunt tres species deputatorum, quorum onera ac privilegia recensentur. Et quando talis deputatio fieri debeat, *num.* 9 *ad* 17.

Id quod dicitur a sacris canonibus seminarii rectorem esse constituendum ab episcopo cum consilio deputatorum, limitatur quoad seminaria quæ legitima auctoritate tradita sunt curæ et regimini alicujus ordinis regularis, data prælato ejusdem ordinis facultate eligendi quem maluerit ex suis religiosis in rectorem, *num.* 197.

Pro expensis erectionis ac manutentionis seminarii, quales redditus eidem seminario sint applicandi, et si redditus desint, aut non sufficiant, qui teneantur contribuere pro dictis expensis, et qui a tali contributione sint exempti, assignantur, *num.* 18 *ad* 47.

Digitized by Google

Taxa solvenda seminario, in qua summa, et a quo constitui debeat, et in ea constituenda quæ ratio habenda sit, et quando augenda ac moderanda. Vide *verb.* Seminarium, *num.* 48 *ad* 53.

Debitores taxæ quomodo et a quo compelli possint ad solvendum, et quid si episcopus vel archiepiscopus nolit contribuere, *num.* 54 *et* 55.

Assignantur beneficia ab episcopo seminariis unienda, vel non, *num.* 56 *ad* 66.

Episcopus quando teneatur exigere rationem reddituum seminarii, *num.* 67.

Necesse haud habet episcopus rationes redditaum seminarii accipere ab administratoribus in synodo, *num.* 200.

Bona stabilia seminarii de cujus licentia locari et permutari possint, ac debeant, *num.* 68, 69.

Seminarium auctoritate episcopi erectum gaudet immunitate ecclesiastica, *num.* 70.

Seminarium a quibus oneribus sæcularibus sit exemptum, *num.* 70.

Seminarii clerici quomodo incedere debeant in processionibus, *num.* 71 *et* 72.

Seminarium non est membrum Ecclesiæ, *num.* 73.

Pro erectione seminarii cogitur quis vendere rem suam, *num.* 74.

Si duæ ecclesiæ cathedrales æque principaliter unitæ sint, non aliter episcopus satisfacit præcepto concilii Trident. quam si in una itemque altera ecclesia cathedrali erigat seminarium, *num.* 201.

Adducuntur ad rem varia decreta, prout ad litteram referuntur a Pignatello, quæ tamen moderanda sunt, et intelligenda juxta constitutionem Benedicti XIII, quæ affertur ad litteram, *num.* 75 *ad* 179.

Afferuntur instructiones, quæ de mandato Benedicti XIII emanarunt circa taxam seminariorum, cum sua epistola encyclica, *num.* 180 *et seqq.*

Variæ item sacræ congregationis concilii adducuntur ad propositam seminariorum materiam, *n.* 183 *et seqq.*

Alia ex Benedicto XIV de seminariis afferuntur, *num.* 202.

## SENES.

Senes an, et quando excusentur a jejunio. Vide *verb.* Jejunium, *art.* 1, *num.* 10.

Senes quando possint contrahere matrimonium. Vide *verb.* Matrimonium quoad impedimenta, *art.* 2, *num.* 17.

## SENTENTIA (VII, 287).

Sententia unde dicatur, et quid sit. Vide *verb.* Sententia, *num.* 1 *et* 2.

Sententia est duplex, una definitiva, et altera interlocutoria, et utraque explicatur, *num.* 3 *ad* 6.

Sententia interlocutoria subdividitur in mere interlocutoriam, et interlocutoriam habentem vim definitivæ, et utraque explicatur, *num.* 7 *ad* 10.

Inter sententiam diffinitivam, et mere interlocutoriam assignantur sex differentiæ, *num.* 11 *ad* 17.

Quando appellari possit ab hac utraque sententia. Vide *verb.* Appellatio, *art.* 4, *per tot.*

Antequam in judicio ordinario deveniatur a judice ad sententiam debet prius a partibus fieri conclusio in causa; secus in judicio summario, et talis conclusio quomodo fieri debeat, *num.* 19 *ad* 22.

Respectu judicis nunquam concluditur in causa et quid si una parte concludente altera pars nondum concludat, *num.* 23 *et* 24.

Facta a partibus conclusione in causa, debet servatis ad rectam sententiam requisitis, ad ipsam proferendam procedere, et dicta requisita sunt duplicis generis, et assignantur singula, *num.* 25 *ad* 36.

Sententia intra quod tempus ferenda sit tam in causis criminalibus, quam civilibus, *num.* 37 *ad* 44.

Sententia definitiva quando transeat, vel non, in rem judicatam, et res judicata proprie sumpta quæ sit, *num.* 45 *ad* 51.

Quandonam incipiat currere decennium, per quod sententia transit in rem judicatam. Vide *verb.* Appellatio, *art.* 7, *num.* 6.

Sententia inter aliquos lata, quando aliis nocere possit, vel prodesse, *num.* 53 *ad* 57.

Vide, *num.* 106 *et seqq.*, ubi late explicatur quinam in hac regula sub nomine « aliis » veniant.

An sententia lata super primogenitura, vel majoratu, et bonis inde dependentibus, noceat ei qui post illum, qui hactenus in lite fuit, sed superatus est, ad illam primogenituram aspirare potest, *num.* 122 *et seqq.*

In sententia victus, quando victori condemnandus sit in expensis. Et quid si judex non condemnet, si expensæ petitæ fuerint, *num.* 58 *ad* 62.

In eadem causa quoties appellari possit a sententia, *num.* 63 *ad* 68.

Is contra quem in aliqua causa latæ sunt tres sententiæ conformes, an admitti possit ad agendum de nullitate ipsarum, vel alicujus ex ipsis, vel ad excipiendum antequam hujusmodi sententiæ plene fuerint exsecutioni mandatæ, et quænam sententiæ dicantur conformes, vel non, *num.* 69 *ad* 77.

Exsecutio sententiæ a quo judice fieri possit, vel non, *num.* 78 *ad* 82.

Post latam a judice sententiam definitivam quando sit exsecutioni mandanda, *num.* 83, 84.

Quid si condemnatus ad mortem nolit se disponere ad Christiane moriendum, *num.* 85.

Alia ad rem. Vide *verb.* Appellatio, *verb.* Judex, *verb.* Judicium.

Affertur sententia Pilati condemnatoria Domini nostri Jesu Christi, *num.* 87.

Pro justa ferenda sententia, judices in quo instructi esse debeant, *num.* 88.

Doctores minus in jure periti cadunt sub censura, quæ affertur, *num.* 89 *ad* 92.

Sententia æqua sine diphthongo quæ dicatur, et affertur lepida responsio Bulgari Frederico imperatori, *num.* 93.

Specialiter agitur de sententia super nullitate matrimonii et professionis, *num.* 94 *et seqq.*

Lex pœnalis quando sit latæ, vel ferendæ sententiæ, et quando obliget, vel non, ad sententiam judicis. Vide *verb.* Lex, *art.* 2, *num.* 27 *ad* 44.

## SEPTENTRIO.

Septentrio ubi. Vide *verb.* Mundus, *num.* 88.

## SEPULTURA (VII, 314).

Sepulturæ nomen tripliciter sumitur, et assignatur, et sepultura tertio modo sumpta explicatur. Vide *verb.* Sepultura, *num.* 1 *et* 2.

Sepulturæ locus, qualis olim fuerit, et nunc sit, *num.* 3, 4 et 5.

Sepulturam eligere quis possit, *num.* 6 *et* 7.

Qui non eligit sepulturam, sepeliri debet in sepulcro majorum, et majorum nomine qui veniant. Et qui si majores sepulti sint in diversis sepulcris, *num.* 8 *ad* 13.

Si adsit sepulcrum gentilitium, et sepulcrum hæreditarium, quale sit attendendum, *num.* 14.

Infantes sepeliri possunt in sepulcro majorum, *num.* 15.

Filii illegitimi, et spurii, adoptivi, et arrogati, et infantes expositi ubi sint sepeliendi, *num.* 16 *ad* 18.

Regula de sepeliendo in sepulcro majorum non procedit e converso, *num.* 19.

Non habens sepulcrum majorum decedens non electa sepultura, ubi sit sepeliendus, *num.* 20 *et* 21.

Peregrini, et advenæ, studiosi, famuli, conducititii, milites aliique similes ubi sint sepeliendi, *num.* 22 *et* 23, et *verb.* Miles, *num.* 27.

Habens domicilium in civitate, et decedens in

Digitized by Google

villa rurali ubi sit sepeliendus, et quid de eo, qui habet domum hiemalem in civitate, et æstivam in rure. Vide *verb.* Sepultura, *num.* 24 *et* 25.

Advenæ, aliique casu decedentes in regularium conventibus, oblati, tertiarii ac sæculares regularibus inservientes ubi sint sepeliendi, *num.* 26, 27 *et* 28.

Monialium famuli et famulæ, puellæ educandæ, novitii et novitiæ, aliæque mulieres in monasteriis commorantes ubi sepeliri debeant, *num.* 29, 30 *et* 31.

Juvenes sæculares, et puellæ in monasteriis exsistentes in probatione per aliquot dies, et novitii ubi sint sepeliendi, et quorum expensis, *num.* 32 *et* 33.

Quid de regularibus professis, ac novitiis, si decedant extra claustra, *num.* 34 *ad* 42.

Regularis confessarius monialium quid si infirmetur ad mortem in domo prope monasterium, *n.* 43.

Regularis viator decedens in conventu alterius religionis ubi, et cujus expensis sepeliendus, *num.* 44, 45 *et* 46.

Regularis ejectus ubi, et cujus expensis sepeliendus, *num.* 47 *et* 48.

Tertiarii et tertiariæ ubi, et quomodo sepeliri debeant, et quid de sepultura chordigerorum, *num.* 49, 50 *et* 51.

Confratres confraternitatum exsistentium in ecclesiis regularium ubi sepeliendi, et quid de iis qui sepeliri volunt in habitu religiosorum, *num.* 52 *ad* 56.

Papa si in Urbe, vel extra Urbem decedat, non electa sibi sepultura, ubi sepeliendus, *num.* 57, 58 *et* 59.

Cardinales in Urbe, vel extra Urbem decedentes, ubi et quomodo sepeliendi, *num.* 60 *ad* 65.

Episcopi, canonici, et clerici quicunque, ubi sepeliendi, *num.* 66 *ad* 72.

Uxor an possit sibi eligere sepulturam, et quid si decedat absque tali electione, aut moriatur prægnans, *num.* 73 *ad* 83.

Habitans in confinio duarum parochiarum ubi sepeliendus, *num.* 84.

Quid si quis disposuerit in testamento, ut sepeliatur in aliena parochia, *num.* 85.

Quilibet habens debitam ætatem potest eligere sepulturam sibi benevisam, etiam extra propriam parochiam, et quid si eligat sepulturam alienam, *num.* 86, 87 *et* 88.

Sepulturæ patroni qui dicantur, et ipsis exstinctis quid possint rectores ecclesiæ quoad sepulturam, *num.* 89, 90 *et* 91.

Electa sepultura aliena, quid si plures sint patroni, aut si sit unus tantum, quid si deneget consensum, *num.* 92 *et* 93.

Sepulturam eligere possunt filii familias, si sint puberes possunt quoque servi, ac novitii, secus religiosi professi, quamvis superiores, *num.* 94 *ad* 98.

Impuberes non possunt sibi eligere sepulturam, et an possint pro ipsis eorum parentes, et ubi in casu sint sepeliendi, *num.* 99 *ad* 109.

Electio sepulturæ quomodo probari debeat, et an possit revocari, *num.* 110 *ad* 113.

Ad rem afferuntur varia responsa sacræ congregationis concilii, *num.* 114.

Inducentes ad electionem sepulturæ quibus pœnis subjaceant, et an valeat talis electio, *num.* 115 *ad* 126.

Sepulturæ quomodo construendæ, in quibus ecclesiis, in quibus ecclesiarum locis, et de cujus licentia, *num.* 127 *ad* 141.

Regulares an possint renuntiare jura sepeliendi cadavera eligentium sepulturam in eorum ecclesiis, *num.* 142 *ad* 146, et *verb.* Pactum, *art.* 2, *num.* 27.

Jus sepulturæ acquiri potest, etiam privative quoad alios, et quid requiratur ad tale jus acquirendum, et quando acquisitum censeatur, et per quid probari possit, *num.* 147 *ad* 152.

Jus sepulturæ familiaris et hæreditariæ ad quos transeat, *num.* 153, 154 *et* 155.

Pro jure sepulturæ aliquid exigere an sit simoniacum, *num.* 156, 157 *et* 158.

An sine beneplacito apostolico possint concedi, seu vendi, aut alienari sepulturæ, et capellæ, *num.* 159 *ad* 162.

An sit simoniacum vendere sepulturam quoad materiale fundi, vel quoad expensas factas in alia ædificanda, *num.* 163.

Jus sepulturæ quomodo amittatur, *num.* 164.

Conventus an possit auferre sepulturam alicui concessam pro se, et suis descendentibus, *num.* 165 *et* 166.

Arma seu insignia in sepulturis a prima fundatore posita nequeunt amoveri, *num.* 167.

Violatores sepulturæ qua pœna puniendi, *num.* 168, et *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 198.

Sepultura ecclesiastica non est a parocho retardanda cadaveribus sub prætextu compositionis quartæ funeralis, nec etiam propter jus sepulturæ minimæ solutum, *num.* 169 *et* 170.

Cadavera pauperum gratis sepeliri debent, *num.* 171.

Assignantur qui carere debent ecclesiastica sepultura, et recensentur pœnæ contra sepelientes, et innuitur quando in casu polluatur Ecclesia, *n.* 172 *ad* 196, et *verb.* Eccl., *art.* 4, *num.* 51.

Alia ad rem, *num.* 198 *ad* 206.

Constructio, manutentio, ampliatio, restauratio, expurgatio communis sepulcri seu cœmeterii quorum expensis fieri debeat, *num.* 207.

Occisus, seu casu moriens in confinio duarum parochiarum, ubi sepeliendus, *num.* 208.

Habitans in confinio duarum parochiarum, cujus domus habet duas portas, ubi sepeliendus, *num.* 209.

Habens sepulcrum majorum, et decedens non electa sibi sepultura, ubi sepeliendus, *num.* 210.

Moriens in carcere ubi sepeliendus et ubi relegati, *num.* 211.

Moriens cum fama sanctitatis est separatim sepeliendus, *num.* 212.

Patres Capucini debent tradere parochis quartam funeralem, *num.* 213.

Alia ad rem. Vide, *num.* 214 *et seqq.*

Quandiu sit exspectandum, ut sepulturæ mandetur hominis cadaver, *num.* 273.

An liceat sepelire in loco sacro infantes sub dubiis reviviscentiæ signis baptizatos, *num.* 276.

An ecclesiastica sepultura carere debeant, qui decesserint ex vulnere accepto in duello, quamvis extra locum conflictus occubuerint, et obtinuerint a peccatis simul et censuris absolutionem, *num.* 277 *et* 278.

Quando parochi parati sunt sepelire cadavera occisorum, non competit jus ea sepeliendi confraternitatibus aggregatis archiconfraternitati mortis de Urbe. Vide *verb.* Confraternit. *art.* 1, *num.* 44.

Sepultura in loco sacro an, et quando prosit defunctis. Vide *verb.* Suffragia, *num.* 24.

Catechumenis baptismum recipere negligentibus si ex hac vita migrare illis contingat, absque baptismate, ecclesiastica sepultura non est concedenda. Vide *in Append.*, *num.* 280 *ad* 284.

E contra illis non est deneganda, qui in religionis mysteriis instructi, et desiderio baptismi flagrant, sine propria culpa non baptizati decedunt, *num.* 285 *ad* 294.

Non tamen illis est indulgenda, qui adhuc capitalia Christianæ religionis dogmata ignorant, *num.* 295.

Quoad alia circa sepulturam. Vide *num.* 296 *ad* 332, ubi et de quarta funerali.

Digitized by Google

## SEQUESTRATIO, SEU SEQUESTRUM (VII, 388).

Sequestratio quid sit, quomodo differat a deposito, et quis sit sequester. Vide *verb.* Sequestratio, *num.* 1, 2 *et* 3.
Sequestrum est duplex, voluntarium, seu conventionale, et necessarium, seu judiciale, et utrumque explicatur, *num.* 4 *ad* 6.
Quæ res sequestrari possint, *num.* 7.
Possunt etiam liberæ personæ sequestrari, et exempla traduntur, *num.* 33 *et seqq.*
Sequestrum voluntarium regulariter est permissum, et an liceat ab ipso recedere, *num.* 8, 9 *et* 10.
Sequestrum necessarium regulariter est prohibitum, excipiuntur tamen aliqui casus, qui assignantur, *num.* 11 *ad* 13.
Remedium juris ad evitandam sequestrationem quale sit, *num.* 24 *et* 25.
Alia ad rem, *num.* 26 *ad* 32.

## SERVITUS (VII, 395).

Servitutis nomen dupliciter sumitur, et assignatur. Vide *verb.* Servitus, *num.* 1.
Servitus ut sic quid sit, et dividitur in realem mistam, et personalem, et singulæ explicantur, *n.* 2 *ad* 5.
Servitus realis alia est urbana, et alia rustica, et quæ sit utraque, *num.* 6.
Nomine prædii urbani in jure quid veniat, *num.* 7.
Prædium, cui servitus debetur vocatur dominus, alterum autem appellatur serviens, *num.* 8.
Servitus realis urbana adhuc duplex assignatur, et explicatur, *num.* 9.
Servitutes urbanæ tum affirmativæ, tum negativæ plures sunt, et assignantur, *num.* 10, 11 *et* 12.
Servitus realis rustica est duplex, nominata et innominata, et quæ sint nominata ejusque quatuor species assignantur, et explicantur, *num.* 13 *ad* 17.
Servitus rustica innominata quæ quotuplex sit, *num.* 18.
Servitus realis dividitur insuper in continuam, quasi continuam, et discontinuam, et singulæ explicantur, *num.* 19 *ad* 22.
Servitus mista triplex assignatur et explicatur, *num.* 23 *ad* 27.
Servitutem allegans tenetur eam probare, *n.* 28.
Quodnam tempus requiratur ad præscribendam quomodocunque sumptam. Vide *verb.* Præscriptio, § 5, *num.* 24 *ad* 29.
In servitutibus affirmativis, et negativis quomodo acquiratur possessio, *num.* 30 *ad* 33.
In materia servitutum conventiones observandæ quales esse debeant, *num.* 34.
Via, seu transitus a partibus contrahentibus præstari debet, et prætendentes talem servitutem, quid probare debeant, *num.* 35 *et* 36.
Ubi aliunde transitus haberi non potest an quis teneatur dare transitum in suo fundo, *num.* 37 *ad* 40.
Servitus aquæ ducendæ ex qua fundi parte, et quomodo constitui possit, et quæ sint specialiter attendenda circa aquæ cursum, *num.* 41 *ad* 45.
Ad quem effectum permittatur, ut dominus fundi mutare possit rivum et canale, *n.* 46.
Aquæ servitus an acquiratur ex cursu naturali, ejusque usu, *num.* 47.
Dominus fundi inferioris, an et quando teneatur recipere aquam fundi superioris, *n.* 48 *et* 49.
Servitus cadit sub extravagant. Ambitiosæ, *num.* 50 *et* 51, et *verb.* Ecclesia, *art.* 5, *verb.* Fenestræ, *verb.* Porta, *verb.* Prospectus.
Expenduntur melius reales servitutes, et insimul declarantur quatuor necessaria in omni reali servitute et primum, legitima constitutio a patre concedentis, *n.* 52 *ad* 60.
Secundum, legitima acquisitio respectu acquirentis, *n.* 61 *et* 68.
Tertium, duo eaque vicina prædio quorum alteri præstet utilitatem, *num.* 69 *ad* 79.
Quartum, causa perpetua, *n.* 80 *ad* 82.
Effectus constitutæ servitutis quinam sint, *num.* 83 *et seqq.*

## SIGILLUM (VII, 405).

Quid sit sigillum. Vide *verb.* Sigillum, *num.* 25.
Sigilli usurpatio et antiquitas assignantur: ejusque quidditas, ac nominis derivatio explicatur; et quomodo esse debeat. Vide *verb.* Servitus, *num.* 1 *ad* 7.
Sigillum dividitur in authenticum, et non authenticum, et quale sit utrumque, *num.* 8.
Quatuor sunt, quibus redditur sigillum vacillans, et assignantur, *num.* 9 *ad* 12.
Sigillum dividitur insuper in publicum et privatum, et utrumque explicatur, *num.* 13, et *num.* 26 *ad* 28.
Sigillum in quibus scripturis probet, vel non, *num.* 14 *ad* 19.
Quænam requirantur, ut omne sigillum maxime privatum rectam ac legitimam faciat probationem, roburque scripturæ addat, *num.* 29 *ad* 32.
Sigillans scripturam quid fateri videatur, *n.* 20.
Sigillo cum propriis insignibus uti debeant, *n.* 21.
An ad validitatem instrumenti a notario confecti requiratur sigillum ipsius, *num.* 33.
Sigillo aureo, vel argento uti non possunt regulares, *num.* 22.
Minister generalis ordinis sancti Patris nostri Francisci quo sigillo uti possit, *num.* 23 *et* 24.

## SIGILLUM SACRAMENTALIS CONFESSIONIS (VII, 413).

Sigillum sacramentalis confessionis quid sit, quo jure, quomodo, et ad quid obliget confessarium, et quid ad ipsum teneantur ultra confessarium. Vide *verb.* Sigillum sacramentalis confessionis, *n.* 1 *ad* 12.
Superiores seu confessarii an uti possint scientia confessionis ad exteriorem gubernationem, vel ad reparanda damna sibi imminentia, vel quid simile et afferuntur ad id decreta, et notabile documentum Scoti, *num.* 13 *ad* 17.
Confessarius an possit confessionem revelare de licentia pœnitentis, et de ipsa loqui cum eodem pœnitentiæ extra sacramentum, *num.* 18, 19 *et* 20.
Confessarius qui in confessione gravem errorem commisit, quid circa id debeat, et possit *num.* 21.
Quæ peccata cadant sub sigillo sacramentali, *num.* 22.
Assignantur varii casus, in quibus confessarius sigillum frangit, vel se exponit periculo frangendi, *num.* 23 *et* 24.
Confessarii violantes sigillum quibus pœnis subjacent, *num.* 25 *ad* 28.
Ad incurrendas dictas pœnas plura requiruntur quæ assignantur, *num.* 29 *ad* 34.
Judex violati sigilli sacramentalis quis sit, et quid requiratur ut possint contra violatorem processum instituere, *num.* 35, 36 *et* 37.
Num qui frangit sigillum confessionis subjici debeat judicio inquisitorum, *num.* 47 *et seqq.*
Quid quando confessarius violator sigilli se reum fatetur, aut dicit, peccatum a se revelatum non audivisse ex sacramenti confessione, aut revertisse de consensu pœnitentis, *num.* 38 *ad* 43.
An probationem violati sigilli sacramentalis sufficiunt etiam testes singulares, *num.* 44.
Ad rem affertur novissima dispositio Benedicti XIV, *num.* 45 *et* 46.
An propter delictum hæresis licita sit revelatio confessionis, tum an aliis ex causis possit aliquando esse licita revelatio confessionis, *num.* 53.

Digitized by Google

## SIMONIA (VII, 427).

SIMONIA, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT EJUS ORIGINEM, NATURAM, DIVISIONEM, MATERIAM, ET PRETIUM.

Simonia unde dicta, et originem traxerit; quid sit, et quale peccatum. Vide *verb.* Simonia, *art.* 1, *num.* 1, 2 *et* 3, *et num.* 44 *et seqq.*, ubi referuntur ii, qui de simonia scripserunt.

Simonia dividitur in simoniam juris divini, seu naturalis, et juris humani, seu ecclesiastici, et utraque simonia subdividitur in mentalem, conventionalem, et realem, et quæ sint singulæ, et qualem pœnam inducant, *n.* 4 *ad* 13.

Ultra prædictas additur alia species simoniæ confidentialis, et quæ sit; et affertur ad id constitutio sancti Pii V, *num.* 14 *et* 15.

Materia simoniæ quæ sit, et quid sit ejus pretium, *num.* 16 *ad* 22.

Extra materiam beneficiorum nunquam committitur simonia, *num.* 23.

Pretium simoniacum in jure vocari solet munus, quod triplex explicatur, *num.* 24 *ad* 28.

Ad Simoniam requiritur pactum aliquod expressum vel tacitum, quod per singulas sui partes explicatur et innuitur quando committi possit simonia ratione ejusdem, *num.* 29 *ad* 42.

Etsi commendæ, prioratus, etc., ordinis Hierosolymitani juxta plurimos non sint materiæ simoniæ, collatio tamen de iis facta cum prædonibus, etc., sunt irritæ, *num.* 43.

Alia ad rem. Vide *verb.* Beneficia, Juspatronatus, Resignatio beneficiorum et *verb.* Electio, *art.* 3, *num.* 26.

SIMONIA, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT SIMONIAS, QUÆ COMMITTUNTUR IN ELECTIONE, PRÆSENTATIONE, PERMUTATIONE ET RESIGNATIONE BENEFICIORUM; IN INGRESSU, ET RECEPTIONE AD RELIGIONEM, ET IN ADMINISTRATIONE SACRAMENTORUM ET SACRAMENTALIUM, ET PRÆSTATIONE FUNCTIONUM ET ACTUUM SPIRITUALIUM.

Electio quando, et per quid evadat Simoniaca, et nulla; et ad quid teneatur simoniace electus; et variæ electiones simoniacæ propter illicitas pactiones electorum assignantur. Vide *verb.* Simonia, *art.* 2, *num.* 1 *ad* 6.

Patroni an possint aliquid a præsentatis exigere: et quid si aliquid detur, vel promittatur pro habendis vocibus, vel præsentationibus patronorum, *num.* 7, 8 *et* 9.

Resignatio beneficii a quo sit facienda; et quando evadat illicita, et simoniaca, *num.* 10 *ad* 14.

Pro voto habendo promittere officium, vel beneficium ecclesiasticum est simonia, *num.* 15.

Dare temporale, ne eligatur dignus, est Simonia, secus, ne eligatur indignus, *num.* 16, 17 *et* 18.

Dare aliquid temporale pro confirmatione obtinenda, aut ne ab aliquo impugnetur electio, an sit simonia, *num.* 19.

Dare aliquid pro ingressu et receptione ad religionem, an sit simonia, *num.* 20 *ad* 24, et *num.* 37 *ad* 39, et *verb.* Novitius, *verb.* Moniales.

Pro administratione sacramentorum, et pro functionibus ecclesiasticis ex pacto tacito vel expresso aliquid dare, seu accipere an, et quando sit simonia; et quando clerici, seu ecclesiæ ministri in casu eam committere possint, *num.* 25, 26 *et* 27.

Aliquid temporale accipere pro actu et exercitio jurisdictionis ecclesiasticæ an sit simonia, *num.* 28 *ad* 32, *et num.* 40.

Aliquid temporale accipere pro missis, concionibus aliisque bonis spiritualibus operibus an sit simonia et an liceant donationes, vel promissiones factæ intercessoribus pro obtinenda aliqua gratia apud sedem apostolicam, et ad rem affertur constitutio Alexandri VII, *num.* 33 *ad* 36.

SIMONIA, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT PŒNAS SIMONIÆ, ET RESTITUTIONEM SIMONIACE ACCEPTORUM.

Per qualem simoniam incurrantur juris pœnæ. Vide *verb.* Simonia, *art.* 3, *num.* 1, 2 *et* 3.

Assignatur triplex pœna, quæ incurritur propter simoniam realem commissam in ingressu religionis et an dicta pœna se extendat etiam ad moniales, *num.* 4 *ad* 9.

Assignatur pariter triplex pœna contra simoniam realem commissam in collatione ordinum, *num.* 10, 11 *et* 12.

Contra simoniam commissam in beneficiis ecclesiasticis, quæ pœnæ statuuntur, *num.* 13 *ad* 19.

Qui beneficium per simoniam ab alio commissam obtinuit, quando teneatur illud dimittere, vel non, *num.* 20 *ad* 24.

Quid si aliquis ignoranter per Simoniam alterius ordinetur, *num.* 25.

Simoniæ confidentialis pœnæ, quæ sint, *num.* 26 *ad* 31.

Qui obtinuit simoniace beneficium, vel aliquod officium ecclesiasticum, ad quid teneatur, *num.* 32.

Qui temporale accepit sub conditione dandi vel præstandi spirituale, ad quid teneatur, *num.* 33.

Qui pro electione, collatione, præsentatione, etc., alicujus ad beneficium ecclesiasticum aliquid temporale accepit, quo jure, quando, et cui teneatur illud restituere, *num.* 34 *ad* 38.

Simoniace accepta ob ingressum in religionem an, et cui restitui debeant, *num.* 39.

Simoniace accepta pro collatione ordinis, et administratione aliorum sacramentorum, et sacramentalium, quando, et quo jure restitui debeant, *num.* 40 *et* 41.

Alia ad rem. Vide *num.* 42 *et seqq.*, *et verb.* Electio, Juspatronatus, Præsentatio, Resignatio.

SIMONIA, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT CAUSAS, TITULOS EXCUSANTES A SIMONIA VEL A PŒNIS, AC RESTITUTIONE SIMONIACE ACCEPTORUM; ET QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT DISPENSATIONEM IN PŒNIS SIMONIÆ, ET ABSOLUTIONEM A CENSURIS OB EAM INCURSIS, ET JUDICEM, ET TESTES QUOAD EAM.

Causæ, et tituli excusantes a Simonia recensentur. Vide *verb.* Simonia, *art.* 4, *num.* 1.

Dare, vel exigere aliquid temporale, quando excuset, vel non, ab incursu Simoniæ, *num.* 2 *ad* 7.

Qualis ignorantia excuset, ab incursu Simoniæ, et ab ejusdem pœnis, et an excuset etiam præscriptio, *num.* 8 *ad* 14.

A censuris, et pœnis ob Simoniam quocunque modo incursis quis absolvere ac dispensare possit, vel non, *num.* 15 *ad* 24.

In causis Simoniæ qualis judex procedere possit, et qui testes admittantur, *num.* 25 *et* 26.

Late de dispensatione pro Simoniace scienter, vel ignoranter proviso a summo pontifice facienda per organum pœnitentiariæ, vel datariæ juxta casus circumstantias, *in add. auct.*, *num.* 27 *ad* 37.

## SIMPLICIUM.

Simplicium seductiva propositio quæ sit. Vide *verb.* Propositiones damnatæ, *num.* 59.

## SOBRINÆ.

Sobrinæ, et sobrini quæ et qui sint. Vide *verb.* Affinitas, *art.* 1, *num.* 15.

## SOCER.

Socer, et socrus quis et quæ sit. Vide, *ibid. num.* 16.

## SOCIETAS, SEU SOCIETATIS CONTRACTUS (VII, 485).

Societas quid sit. Vide *verb.* Societas, seu Societatis contractus, *num.* 1.

Digitized by Google

Ut societas quæstuosa sit licita, requiruntur quatuor conditiones, quæ assignantur. Vide *verb.* Societas seu Societatis contractus, *num.* 2.

Contractus vulgo dictus *trium contractuum* an sit licitus, necne, *num.* 3 *ad* 11, *et num.* 52 *ad* 54.

Animadversio in auctoris sententiam, *in not. ad num.* 4.

Socii quomodo teneantur ad damnum, si in societatis contractu aliquid pereat, *num.* 12 *ad* 17.

Expensæ quæ fiunt in necessitate societatis, quomodo solvendæ ac deducendæ, *num.* 18 *ad* 21.

Si socius aliquis damnum incurrat, an, et quomodo sit ei compensandum, *num.* 22, 23 *et* 24.

Societas finitur, seu dissolvitur quatuor præcipuis modis, qui assignantur et explicantur, *num.* 25 *ad* 40.

Finita, seu dissoluta societate, quomodo facienda sit divisio bonorum, et cui restituendum sit capitale, *num.* 41 *ad* 45.

Societas jus quodammodo habet fraternitatis, et quænam ex hoc principio consequantur, *num.* 46 *ad* 51.

## SOCIETAS INTER FRATRES (VII, 505).

Fratres, defunctis parentibus, possunt inire inter se societatis contractum. Et an talis contractus censeatur initus per mensam communem, et patrimonium indivisum. Vide *verb.* Societas inter fratres, *num.* 1 *ad* 6, *et num.* 57 *et seqq.*

Fratres, inita societate, an possint repetere quod contulerunt ad victum communem, *num.* 7, 8 *et* 9.

Frater qui, inita societate, dotavit de propriis bonis sororem, potest ab aliis fratribus compensationem repetere, *n.* 10.

Quid si frater, non inita societate, dotet filiam suam de bonis communibus, *num.* 11 *et* 12.

Quid si frater habeat præ aliis filios laborantes in utilitatem communionis fraternæ, *num.* 13 *et* 14.

Frater an teneatur aliis fratribus communicare lucra acquisita ex peculiari arte, vel professione uxoris, vel ex ipsius bonis paraphernalibus, *num.* 15, 16 *et* 17.

Ratione rigorosæ societatis, quæ bona communicari debeant, et talis societas quando intelligatur contracta, vel non, *num.* 18 *ad* 26.

Societas universalis, vel requirit expressam mentionem vel deducenda est ex necessariis actibus et argumentis, *num.* 60.

Num acquisitio proprio nomine facta ab uno ex fratribus excludat inter ipsos societatem universalem, *num.* 61 *et seqq.*

Debitum contractum ab uno fratrum post obitum patris quomodo solvendum, et quid si contendatur in quem usum conversum fuerit tale debitum, *num.* 27 *ad* 30.

Delictum unius fratris socii non nocet aliis, *num.* 31.

Ex indole societatis universalis res communi periculo ita pereunt, ut unus alteri ex sociis nonnisi de inexcusabili culpa, ac dolo teneatur, *n.* 64.

In partitione hæreditatis, quæ sint deducenda, vel non, *num.* 32 *ad* 56.

## SODOMIA.

Vide *verb.* Luxuria, *n.* 50.

## SOL.

Sol quot gradus percurrat quolibet integro anno. Vide *verb.* Mundus, *n.* 38.

## SOLEMNITATES.

### SOLEMNITATES PRO ALIENANDIS REBUS ECCLESIASTICIS.

Vide *verb.* Alienatio, *art.* 2, 3 *et* 4.

### SOLEMNITATES CONTRACTUUM.

Vide *verb.* Contractus *per tot.*

### SOLEMNITATES FESTORUM.

Vide *verb.* Festa.

## SOLIDUS.

Solidus quid sit. Vide *verb.* Cathedraticum, *n.* 4, *et verb.* Donatio, *art.* 1, *num.* 30.

## SOLLICITANTIUM.

Sollicitantium ad turpia extra sacramentalem confessionem pœna quæ sit. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 201.

## SOLLICITATIO AD TURPIA.

Vide *verb.* Confessarius, *art.* 7, *per totum.*

Affertur constitutio Benedicti XIV circa sollicitationem. Vide *verb.* Sollicitatio ad turpia, *num.* 65 *ad* 67.

Adducuntur decreta et propositiones damnatæ de re eadem, *num.* 68 *ad* 70.

Confessarius consentiens mulieri sollicitanti in confessione, an sit denuntiandus, *num.* 71 *ad* 73.

Crimen sollicitationis an sufficienter probetur per testes singulares, *num.* 74 *ad* 76.

Ordinarii approbando confessores tenentur injungere constitutionem *Contra sollicitantes*, *num.* 77.

Mulier sollicitata, si consenserit, vel non, ad quid teneatur quoad denuntiationem, *num.* 78 *ad* 82.

Quid sentiendum de his qui in partes schismaticorum et hæreticorum degunt, *num.* 83.

Pœnæ contra sollicitantes quæ sint, *num.* 84.

## SOLUTIO (VII, 537).

Solutio proprie sumpta quid sit, et quis teneatur ad ipsam. Vide *verb.* Solutio, *num.* 1 *et* 2.

Debitor, qui solvendo amplius non est, sive clericus, sive sit laicus, ad quid teneatur, *num.* 3 *ad* 6.

Qui liberam administrationem rerum suarum non habent, an valide solvere possint, *num.* 7.

Procurator solvere potest pro debitore, cujus est procurator; et quivis alius solvere potest pro debitore etiam invito, vel ignorante, *num.* 8, 9 *et* 10.

Successor in beneficio ecclesiastico quæ debita a suo antecessore facta solvere teneatur, *num.* 11 *ad* 15.

Solutio primum fieri debet ipsi creditori, et quid si creditor nolit eam accipere, *num.* 16.

Solutio fieri nequit creditori non habenti liberam administrationem rerum suarum; bene vero fieri potest ejus tutori, vel procuratori; et quid si, debitore penitus ignorante, procurator a creditore tali officio privetur, vel ei, ne solutionem accipiat, specialiter mandetur, *num.* 17 *ad* 20.

Solutio an fieri possit servis, filiis familias, et creditori creditoris, *num.* 21 *et* 22.

In qua specie, et quo valore monetæ facienda sit solutio. Vide *verb.* Moneta, *num.* 13 *ad* 25.

Quid si debitore exsistente in culpabili mora solvendi interim fiat monetarum mutatio, *num.* 26.

Debitor an possit solvere creditori ante finitum tempus, aut, si nullum tempus pro solutione sit determinatum, possit solutionem differre donec creditor eam petat, *num.* 27 *ad* 32.

Alia ad rem de tempore solutionis, seu restitutionis faciendæ. Vide *verb.* Restitutio, *art.* 3, *n.* 83 *ad* 103.

Solutio in quo loco, et cujus expensis fieri debeat. Vide *verb.* Restitutio, *art.* 4, *n.* 1 *ad* 27.

Solutio an et quando a debitore fieri possit per partes, a creditore et sic recipi, *n.* 35 *ad* 41.

Debitum tollitur etiam per acceptilationem, et



Digitized by Google

quid sit acceptilatio, quidque ad ejus valorem requiratur. Vide *verb.* Solutio, *n.* 42 *ad* 45.

Debitum tollitur etiam per compensationem; et compensatio quæ sit, *n.* 46, *et verb.* Compensatio, *per tot.*

Qui per errorem solvit indebitum, an, et quando possit ipsum condicere, et repetere, *n.* 47 *ad* 54.

Asserens se indebitum solvisse, et condictionem intentans, quid probare debeat. Et ad rem datur *Condictionis* et *Indebiti* definitio, *num.* 55 *ad* 58.

De solutione, quæ præsumptionibus probari possit, *n.* 59 *ad* 74.

Clericus aliquando ab obligatione solvendi an dispensari possit, et quid tunc requiratur, *num.* 75 *ad* 92.

Quinam clerici hoc privilegio gaudere queant, *num.* 92 *ad* 94.

An clericus dicto privilegio renuntiare possit, *num.* 95.

## SOMNIUM (VII, 553).

Somnium quid sit? Et varia somniorum genera assignantur, quæ postea dividuntur in divina, dæmoniaca et naturalia, et singula explicantur, et plura ex ipsis referuntur. Vide *verb.* Somnium, *n.* 1 *ad* 11.

Somnia naturalia proficiscuntur a diversis causis, quæ assignantur, et explicantur, *n.* 12 *ad* 16.

Species imaginabiles in somnis causatæ producunt in somniantibus varios effectus, qui assignantur, *num.* 17.

Traditur regula pro somniis discernendis, *n.* 18 *et* 19.

Somniorum observatio quando licita, vel non, eorumque interpretatio a quo fieri possit, *n.* 20, 21 *et* 22.

Quid si causa naturalis somniorum sit extrinseca, *n.* 23.

Qui divinant ex somniis, vel somnia procurant, et in ipsis credunt, quomodo peccent, *num.* 24, 25 *et* 26.

Qui fodit thesaurum in somnis manifestatum, an sit culpandus, et quæ fides sit dictis somniis præstanda, *num.* 27 *ad* 31.

## SOMNUS (VII, 561).

Somnus quid sit, et quomodo causetur. Vide *verb.* Somnus, *num.* 1, 2 *et* 3.

Somnus alius est diurnus, et alius nocturnus, somnus diurnus alius antemeridianus, et alius pomeridianus, *num.* 4, 5 *et* 6.

Afferuntur mala, quæ gignere solet somnus pomeridianus sine debitis cautionibus captus, et assignantur cautiones adhibendæ ad dicta mala evitanda, *num.* 7 *et* 8.

Aptissimum tempus pro somno capiendo est nocturnum, et assignantur qui diurnum somnum capere solent, *num.* 9 *ad* 13.

Quotis horis sit somnus capiendus, *num.* 14.

Alia de somno, *num.* 15 *ad* 18.

## SORORES.

Vide *verb.* Affinitas, *art.* 1, *num.* 15.

## SORORIUS.

Vide *num.* 16.

## SORS (VII, 564).

Sors in genere varie accipitur, et specialiori, ac usitatiori modo sumpta definitur. Vide *verb.* Sors, *n.* 1 *et* 2.

Sors dividitur in divinatoriam, consultoriam, et divisoriam, et singulæ explicantur. Et quæ sint licitæ, vel non, *num.* 3 *ad* 15.

Electiones ecclesiasticæ an fieri possint per sortes, et an eodem modo dirimi possint lites in causis beneficialibus, *num.* 17 *ad* 23. Vide *verb.* Electio, *art.* 1, *num.* 9 *et duobus seqq.*

An revera Honorius III, *in cap.* 3 *De sacrileg.*, in electione canonica omnino improbaverit usum sortis, *num.* 24 *ad* 35.

## SORTILEGIUM

Vide *verb.* Superstitio, *num.* 33.

## SPADONES.

Vide *verb.* Patria, Potestas, *num.* 37.

Spadones, castrati, etc., an sint capaces matrimonii. Vide *verb.* Matrimonium quoad impedimenta, *art.* 2, *num.* 28.

## SPATULOMANTIA.

Vide *verb.* Superstitio, *num.* 24.

## SPECTACULA.

Inverecunda spectacula an prohibeantur. Vide *verb.* Spectacula; VII, 751, *per totum.*

## SPES.

Vide *verb.* Virtus, *num.* 21 *ad* 35.

## SPHÆRA.

Sphæræ nomine quid intelligatur. Vide *verb.* Mundus, *num.* 117, 204.

Sphæra potissimum pro artificiali sumitur, quid sit, quare sic vocetur, et quis fuerit ejus inventor, et auctor, *num.* 118 *et* 119.

Sphæra ista vocatur armillaris, et quare, *num.* 120.

In sphæra armillari decem circuli vulgo repræsentantur, sex majores, et quatuor minores, qui assignantur cum suis qualitatibus, et differentiis ad invicem, *num.* 121 *ad* 123.

Sphæra, alia recta, alia obliqua, alia parallela, et singulæ explicantur, ac assignatur differentia habitantium in ipsa, *num.* 157 *ad* 164.

## SPICA.

Spicarum collectio post absolutam messem pauperibus permittenda indicitur a Benedicto XIV. Vide *verb.* Spica, *num.* 1 *et* 2.

Spicarum egenis collectionibus permittitur sine alio libera extractio quocunque tempore in ditione ecclesiastica etiam extra statum ecclesiasticum, *num.* 3.

## SPIRITUS SANCTUS.

Spiritus sancti, a Patre Filioque processio. Qui omittere in Symbolo possint particulam *Filioque*, et qui pronuntiare eam teneantur. Vide *verb.* Spiritus sanctus, *num.* 1 *et* 2.

Spiritus sancti imagines sub humana juvenis forma damnantur, et prohibentur, *n.* 3.

## SPOLIATOR, SPOLIATUS (VII, 574).

Spoliator quis dicatur. Vide *verb.* Spoliator, Spoliatus, *num.* 1.

Spoliatus quis sit. Et quæ remedia habeat ad recuperandam possessionem, et quid dicta remedia importent, *num.* 2 *ad* 11, *et num.* 29 *et seqq.*

Ut spoliatus ante omnia sit restituendus, quid probare debeat, *num.* 12.

Dicta regula « spoliatus ante omnia est restituendus, » quando procedat, et assignantur aliqui casus, in quibus fallit, *num.* 13 *ad* 18.

Mulier propria auctoritate sub prætextu impedimenti a marito se separans, sicque eum possessione spolians, quid si non habeat probationes paratas ad probandum impedimentum dirimens, *num.* 19 *et* 20.

Spoliator violentus quid teneatur restituere spoliato, *num.* 21 *ad* 24.

Spoliatoris exceptio in quibus causis admittatur,

Digitized by Google

et ad quid teneatur spoliator excipiens spoliationem. Vide verb. Spoliator, Spoliatus, num. 25, 26 et 27.

Agenti super rebus ecclesiasticis non obstat exceptio spoliationis privatarum rerum, vel e contra, num. 28.

## SPOLIUM (VII, 580).

Spolia ecclesiasticorum beneficiatorum et aliorum clericorum et regularium quomodocunque, et ubicunque decedentium ad quos pertineant. Vide verb. Spolium, num. 1 ad 8, et num. 39 et seqq.

De origine spoliorum ecclesiasticorum, num. 45 et seqq.

Spolia cardinalium, curialium, prælatorum habentium facultatem testandi non pertinent ad cameram apostolicam, num. 9 et 10.

Conclavistæ non subjacent spolio, num. 11.

Clerico Romæ moriente ab intestato, succedunt hæredes, num. 12.

Spolia a collectoribus, etc., de quibus beneficatis fieri possint, num. 13.

Spoliorum causæ quomodo agitandæ, num. 14.

Spoliorum nomine, quæ ad cameram apostolicam pertinent, non intelliguntur paramenta ecclesiæ, num. 15.

Ecclesiæ ornamenta, vasa, et hujusmodi clerici decedentis ab intestato an, et quando spectent ad hæredes, aut ad ecclesiam, num. 16 ad 26.

Spolia episcoporum in insula Sardinia decedentium ad quem spectent, num. 27.

Spolium clericorum non est in usu in statu Mediolanensi, num. 28.

Spolia episcoporum in regno Neapolis ad quem spectent, num. 29.

Jus spolii ubi, et quomodo sit receptum, num. 30.

Spolia canonicorum Sancti Salvatoris Bononiæ ad quem spectent, num. 31.

Spolia equitum Hierosolymitanorum ad quem spectent, num. 32, 33 et 34.

Quid de spolio episcopi translati ad aliam ecclesiam, num. 35.

Spolia episcoporum et aliorum beneficiatorum ex rebus ad divinum cultum spectantibus debentur illis ecclesiis, quibus præfuerunt, num. 36, 37 et 38.

## SPONSALIA (VII, 593).

Sponsalia et sponsus unde dicantur. Vide verb. Sponsalia, num. 1.

Sponsalia tripliciter potissimum sumuntur, et quomodo, num. 2.

Sponsalia proprie accepta definiuntur, num. 3.

Ad valorem sponsalium de futuro plura requiruntur, quæ assignantur, et explicantur, num. 4 ad 11.

Ætas requisita pro contrahendis sponsalibus assignatur, num. 12 ad 15.

Impuberes septennio majores sponsalia contrahentes an et quando possint ab ipsis resilire, et facultas resiliendi in quo fore locum habeat, et quando censeatur impuberibus concessa, num. 16 ad 21.

Matrimonium ab impuberibus nulliter contractum resolvitur in sponsalia de futuro. Secus de matrimonio nullo ex aliquo alio essentiali defectu, num. 22 et 23.

Præsentia parochi et testium, et consensus parentum an requirantur ad valorem sponsalium, num. 24, 25 et 26.

Parentes an possint pro filiis sponsalia contrahere, et quando sint valida, vel non, sponsalia a filiis per metum contracta, num. 27 ad 34.

Sponsalia an censeantur contracta per verba illa, quæ juxta communem intelligentiam, et loci usum loquendi veram promissionem futuri matrimonii significant, et dicta verba assignantur, num. 35 ad 39.

Sponsalia contrahuntur etiam per signa, vel facta consensum interdum exprimentia, et innuitur, quando sponsalia per prædicta signa contracta valida esse possint, vel non, num. 40 ad 48.

Sponsalia vera quamvis occulta obligant sub mortali, num. 49.

Sponsalia quo tempore obligent ad contrahendum, et quid si nullum certum tempus ad id præfigatur, num. 50 ad 54.

Quid de illo qui post legitima sponsalia recuset contrahere matrimonium, et innuitur quid in casu exigere possit pars innocens, num. 55 ad 74.

Ad num. 55 et seqq. auctoris, vide, num. 144 et seqq.

Itemque ad num. 60 et duos seqq. auctoris, vide animadversa num. 148 et seqq.

An et quando resilientes a sponsalibus amittant arrhas, num. 75.

Sponsalia rite contracta variis justis de causis dissolvi possunt; et singulæ assignantur, et explicantur, num. 76 ad 119.

Ad dissolvenda sponsalia an, et quando requiratur auctoritas judicis; et judex in casu qualis esse debeat, et possit, vel non, num. 120 ad 127.

Alia ad rem, de sponsalibus Judæorum. Vide, num. 129 ad 139, et a num. 140 ad num. 143.

An ad valorem sponsalium requiratur præsentia parochi et testium, num. 160 ad 162.

Sponsalia quomodo sint probanda, num. 163 ad 168.

An et quando copula carnalis, et defloratio habeatur pro signo consensus sponsalium, num. 169 et 170.

Sponsalia cum sint futurarum nuptiarum mutua promissio, quid dicendum, si viri et mulieres polliceantur de præsenti, num. 171.

Si contrahentes coram parocho et testibus utantur verbis de præsenti, an censeri debeat matrimonium initum, num. 172

Si sponsalia in facie Ecclesiæ fuerint contracta, et copula secuta fuerit, an transeant in matrimonium, num. 173, 174.

Constans parentum contradictio an et quomodo sufficientem præbeat causam ad sponsalia solvenda, num. 176 ad 180.

Quid in casu gravium inimicitiarum inter sponsorum parentes, num. 181 ad 183.

Alia ad rem. Vide verb. Matrimonium quoad impedimenta, verb. Sponsi, verb. Stuprator.

## SPONSI (VII, 652).

Sponsus et sponsa unde dicantur. Vide verb. Sponsi, num. 1.

Sponsorum conversationes quomodo, et a quo prohibendæ, et quando possint esse licitæ, num. 2, 3 et 4.

Sponsus an et quomodo visitare possit sponsam in clausura monialium existentem. Vide verb. Moniales, art. 1, num. 30.

Sponsorum fornicatio cum aliis commissa. Vide verb. Luxuria, num. 9.

Tactus, oscula, amplexus et hujusmodi inter sponsos an et quæ sint peccata, num. 7.

Corrigitur hic auctor in not.

Sponsus qui sponsam seducit ad copulam non potest puniri pœna stupri, num. 11.

Sponsi quando peccent circa delectationem de copula futura. Vide verb. Delectatio morosa, num. 27 ad 32.

Alia ad rem. Vide verb. Matrimonium quoad impedimenta, verb. Matrimonium, Sponsalia, Stuprator.

Digitized by Google

## SPORTULÆ.

Sportulæ quid sint, et quando a judice exigi possint, vel non. Vide *verb.* Judex, *num.* 42 *ad* 46.

## SPURIUS.

Spurius quis sit, et quis possit cum eo dispensare ad ordines suscipiendos. Vide *verb.* Filius, *num.* 27 *ad* 59.

Spurius an hæres institui possit. Vide *verb.* Hæres, *num.* 23.

## STATICA.

Statica quid. Vide *verb.* Mundus, *num.* 198 *ad* 201.

## STATIO.

Quid sit statio, unde sic dicta, et illius origo. Vide *verb.* Statio, VII, 653, *per totum*; et *verb.* Litaniæ.

## STELLA.

Stella quid sit. Vide *verb.* Mundus, *num.* 172.

Stellæ fixæ distinguuntur a planetis tripliciter, et assignatur quomodo, *num.* 175.

Stellarum fixarum quanta ab astronomis et mathematicis assignetur multitudo, *num.* 176.

Stellæ fixæ distinguuntur in sex classes, et assignantur. His additur septima classis, quæ assignatur, *num.* 177 *et* 178.

## STELLIONATUS.

Stellionatus crimen quid sit, et quæ ejus pœna. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 204.

## STIPES.

Stipes quid sit. Vide *verb.* Matrimonium quoad impedimenta, *art.* 1, *num.* 28.

## STOLA (VII, 657).

Stolæ delatio an importet jurisdictionem. Vide *verb.* Stola, *num.* 1 *et* 2, *et* 15.

Parochi an ingredi possint ecclesias regularium cum stola, et cruce elevata, *num.* 3.

Capellani confraternitatum in quibus processionibus possint stolam deferre, et quomodo eam deferre competat archipresbytero collegiatæ, *num.* 4, 5 *et* 6.

Parochi civitatis an possint stolam deferre in processionibus publicis, *num.* 7.

Regulares an possint uti stola in benedictionibus sine licentia parochi, *num.* 8.

Sacerdotes et diaconi accedentes ad communionem quomodo stolam deferre debeant, et innuitur quomodo gestanda sit stola sacerdotalis et diaconalis, *num.* 9, 10 *et* 11.

Stola cur ab episcopo non ducatur ante pectus ad formam crucis, *num.* 12.

Stola cur non utantur Romæ concionatores, *num.* 13.

Alia ad rem. Vide *verb.* Parochus, *art.* 3, *num.* 36.

## STUPRATOR, STUPRUM (VII, 661).

Stuprum proprie sumptum quid sit, et quale peccatum, et quando virgo censeatur vere stuprata, et ad quid in casu teneatur stuprator. Vide *verb.* Stuprum, Stuprator, *num.* 1 *ad* 6.

Deflorator virginis per vim vel metum, vel matrimonii promissionem, an et quando teneatur illam ducere, *num.* 8 *ad* 12.

Quoad ducendam defloratam adducuntur limitationes, *num.* 13 *ad* 20.

An habens votum castitatis, virginem deflorando, teneatur eam ducere, *num.* 21.

Ad quid tenetur violans virginem sibi conjunctam sub matrimonii promissione, *num.* 22.

Alia ad rem. Vide *verb.* Dos, *art.* 2, *num.* 14, *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 206.

## SUBCOLLECTOR APOSTOLICUS (VII, 665).

Subcollectores quibus gaudeant privilegiis, quando, et in quibus subjiciantur ordinariorum jurisdictioni. Vide *verb.* Subcollector apostolicus, *num.* 1 *ad* 22, ubi plura de ipsis, *et num.* 23 *et seqq.*

A quibus deputentur subcollectores spoliorum, *num.* 44.

In subcollectores non possunt deputari nisi ii, qui de legitimo matrimonio nati sunt, *num.* 45.

## SUBDIACONATUS.

Vide *verb.* Ordo, *art.* 1, *num.* 40.

## SUBORNATIO.

Subornationis pœna quæ sit. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 208 *et* 209.

## SUBREPTIO.

Vide *verb.* Rescriptum, *num.* 27 *ad* 33.

## SUBSIDIUM CHARITATIVUM (VII, 673).

Subsidium charitativum quare sic appelletur; quid sit, quis possit illud exigere, vel non, et ad illud exigendum quid requiratur. Vide *verb.* Subsidium charitativum, *num.* 1 *ad* 20.

Ad *num.* 14 auctor, vide *num.* 50.

Quantitas subsidii charitativi a quo determinari debeat, et quæ taxa sit servanda, et an pluries, vel una vice tantum exigi possit, *num.* 21 *ad* 28.

Ad solvendum subsidium charitativum qui teneantur, vel non, *num.* 29 *ad* 46.

Referuntur quædam sacræ congregationis Concilii resolutiones ad rem facientes, *num.* 47 *et seqq.*

## SUCCESSIO AB INTESTATO (VII, 683).

Quis dicatur decedere intestatus, et succedere ab intestato. Vide *verb.* Successio ab intestato, *n.* 1 *ad* 4.

Successio ab intestato quid sit, et alia est in capita, alia in stirpes, et quæ sit utraque, *num.* 5 *ad* 8.

Succedentium ab intestato quinque ordines assignantur, *n.* 9.

An, quando, et quomodo ab intestato succedant filii sive legitimi, et naturales, sive illegitimi, vel legitimati, sive spurii, vel ex damnato coitu, et qui tales sint, et dicantur, *num.* 10 *ad* 22, *et verb.* Filii.

Nepotes et pronepotes quomodo succedant, *num.* 24.

Deficientibus descendentibus, et fratribus, seu sororibus germanis, quis succedat; et quid, si moriatur filius sine liberis relicto patre superstite, et avo materno, matre jam mortua, *num.* 25 *et* 26.

Quid si, defunctis patre et matre, exstent plures ascendentes sine fratribus, vel sororibus defuncti, *num.* 27.

Quid quando cum ascendentibus æqualis gradus exstant etiam germani fratres et sorores defuncti, *num.* 28 *et* 29.

Germanorum filii quomodo succedant, et quomodo nepotes, aut pronepotes fratris præmortui, *num.* 30 *et* 31.

Filii naturales, et illegitimi succedunt parentibus, et e contra, *num.* 32.

Deficientibus ascendentibus et descendentibus quis succedat, *num.* 33.

Quid, si cum defuncti fratribus et sororibus germanis, exstent etiam filii alterius fratris, aut sororis germanæ prædefunctæ, *num.* 34.

Fratres germani, eorumque filii excludunt fratres solum uterinos et solum consanguineos, *n.* 35.

Quid, si soli filii diversorum fratrum, vel sororum exstent, et nullus frater defuncti, *n.* 36 *et* 37.

Digitized by Google

Quid si nulli existant liberi legitimi, nec germani fratres, aut sorores defuncti, de cujus hæreditate agitur, et quid si defunctus relinquat quosdam fratres consanguineos, et quosdam uterinos. Vide *verb.* Successio ab intestato, *n.* 38, 39 *et* 40.

Deficientibus omnibus fratribus, eorumque omnibus filiis, quis succedat, *n.* 41.

Cognati et agnati usque ad quem gradum succedere possint ab intestato, *n.* 42 *et* 43.

Filii adoptivi, naturales, spurii, et collaterales ex damnato coitu an possint sibi invicem, vel aliis succedere, *n.* 44 *ad* 48.

Deficientibus omnibus consanguineis defuncti, quis succedat, *n.* 49 *et* 50.

Uxor pauper an, quando, et quomodo succedat marito diviti, et e contra, *n.* 51 *ad* 55.

Fiscus quando et quibus succedat, et quid in casu prius agere debeat, *n.* 56, 57 *et* 58.

In bona clericorum quæcunque quis succedat, et quis succedere debeat in bona religiosorum professorum, *n.* 59 *ad* 65.

Cum qui possunt invicem sibi ab intestato succedere simul mori contigerit, dantur regulæ, quibus discerni queat quisnam ex iis prius mortuus habendus sit, *n.* 67 *et seqq.*

Alia ad rem. Vide *verb.* Beneficiatus, Hæres, Filii, Parentes, Regulares, Testamentum.

## SUCCESSIO IN FEUDA.

Vide *verb.* Feudum, *n.* 18 *ad* 46.

## SUCCESSOR.

Successor in beneficio ecclesiastico, an, et quando teneatur stare locationi factæ ab antecessore, ejusque debita solvere. Vide *verb.* Locatio, *n.* 8, *verb.* Solutio, *n.* 11, Melioramenta, *n.* 32.

## SUFFRAGIA (VII, 700).

Suffragium unde dicatur. Vide *verb.* Suffragia, *n.* 1.

Suffragium dupliciter sumitur et assignatur, et prout ad præsens attinet definitur, *num.* 2 *et* 3.

Suffragium tripliciter contingere potest, et assignatur, *num.* 4.

Suffragium ex opere operantis duobus modis contingere potest, et assignatur, *num.* 5.

Personæ fideles quibus suffragia applicantur, sunt duplicis generis, et assignantur, *num.* 6.

De fide est dari inter fideles suffragiorum communicationem, et quomodo talis communicatio fieri possit ac debeat, explicatur, *num.* 7 *ad* 19.

Usus cereorum ardentium, aspersio aquæ benedictæ, incensatio thuris, campanarum pulsus, sepultura in loco sacro an et quomodo prosint defunctis, *num.* 20 *ad* 24.

Ut suffragium sortiatur suum effectum, quid requiratur, *num.* 25 *et* 26.

Generales et provinciales ordinum regularium possunt extra religionem specialibus suis benefactoribus spiritualia bona, et suffragia sui ordinis communicare, et quomodo possint ipsis, innuitur, *num.* 27 *ad* 31.

## SUPERBIA.

Superbia unde dicatur, quid sit, quale peccatum, quæ ejus filiæ. Vide *verb.* Superbia, *num.* 1 *ad* 11.

## SUPERIOR.

An valeat consuetudo tribuens locum digniorem inferiori præ superiore. Vide *verb.* Superior, *per totum.*

Alia ad rem. Vide *verb.* Præcedentia, *num.* 90 *et* 91.

## SUPERIORES (VII, 712).

Regulæ, quas exacte observare debent superiores regulares. Vide *verb.* Superiores, *num.* 1 *et* 2.

Superiores regulares, quoad litteras dimissoriales, *num.* 3 *et* 4.

Superiores regulares monialium bis, aut ter in anno confessarium extraordinarium offerre tenentur universæ communitati, *n.* 5 *et seqq.*

Superior regularis, quoad cognitionem causæ super nullitate professionis, *n.* 8 *et seqq.*

## SUPERSTITIO (VII, 712).

Superstitio unde dicta, et quid sit. Vide *verb.* Superstitio, *num.* 1.

Superstitio alia est ratione rei cultæ, et alia ratione cultus, et quæ sit utraque, *num.* 2.

Superstitio ratione cultus dividitur in tres species, quæ assignantur et explicantur, *num.* 3 *ad* 6.

In varias auctoris sententias animadvertitur, *in not. ad num.* 6.

Superstitio ratione rei cultæ dividitur in quinque species, quæ assignantur, *num.* 7.

Idololatria quid et quotuplex sit, *num.* 8 *et* 9.

Emendatur auctor *in not. ad num.* 9.

Magia est duplex, naturalis et superstitiosa, et utraque explicatur, *num.* 10 *et* 11.

Divinatio quid sit, ejusque viginti species assignantur, et explicantur, *num.* 12 *ad* 33.

Sortes sunt triplices, divinatoriæ, consultoriæ, et divisoriæ, et quæ sint singulæ, et an prohibitæ, et quæ sint sortilegiorum pœnæ, tam de jure civili quam canonico, et quis in hac re sit judex competens, *num.* 34 *ad* 44.

Vana observantia quid sit, quomodo differat a divinatione, et quæ ejus species, *num.* 45 *ad* 54.

Auctor emendatur, *num.* 48.

Assignantur decem regulæ ad cognoscendas vanas superstitiones culpabiles, *num.* 55 *ad* 64.

Maleficium unde dictum, quid et quotuplex sit, assignatur et explicatur, *num.* 65 *ad* 68.

An liceat solvere maleficium alio maleficio, aut permittere, vel petere talem solutionem a maleficio, et quibus remediis, *num.* 69 *ad* 75.

Superstitiosi quando sint denuntiandi, *num.* 76.

Assignantur præcipua remedia spiritualia adversus maleficia adhibenda, *num.* 77.

Assignantur pœnæ statutæ contra maleficos, aliosque similes superstitiosos, et quis sit eorum competens judex; et quomodo confessarii se gerere debeant cum ipsis, *num.* 78 *ad* 81.

De surripientibus hostias, seu particulas consecratas, et pœnis eisdem inflictis. Vide *verb.* Surripientes, *per tot.*

Quoad ea, quæ concernunt astrologiam judicialem. Vide *verb.* Astrologia, Astrologus.

## SURDUS.

Surdus potest contrahere matrimonium. Vide *verb.* Matrimonium, *art.* 1, *num.* 26.

## SURRIPIENTES (VII, 733).

Asportantes, vel apud se retinentes hostias consecratas, etsi sint ecclesiastici, aut minores, curiæ sæculari tradi debent puniendi. Vide *verb.* Surripientes, *num.* 1 *ad* 4.

Affertur de hac re sanctio Clementis XIII, *num.* 5.

## SUSPECTA PROPOSITIO

Suspecta de hæresi propositio quæ sit. Vide *verb.* Propositiones damnatæ, *num.* 42.

## SUSPENSIO (VII, 734).

### SUSPENSIO, QUOAD EJUS ESSE, ET DIVISIONEM.

Suspensio quid sit. Vide *verb.* Suspensio, *art.* 1, *num.* 1.

Suspensio alia est ab officio, alia a beneficio, et

Digitized by Google

alia ab officio et beneficio simul, et quæ sint. Vide *verb*. Suspensio, *art*. 1, *num*.2 *ad* 5.

Suspensio ab officio et beneficio dividitur in totalem et particularem, et utraque explicatur, *num*. 6, 7 *et* 8.

Suspensio absolute imposita quomodo intelligenda, *num*. 9.

Suspensio alia est a jure, et alia ab homine, et quæ sit utraque, *num*. 10, 11 *et* 12.

Late agitur de suspensione ex informata conscientia, *num*. 12 *ad* 25.

SUSPENSIO, QUOAD EOS QUI POSSUNT SUSPENDERE, VEL SUSPENDI.

Suspensio a quibus infligi possit, et quomodo. Vide *verb*. Suspensio, *art*. 6, *num*. 1, 2 *et* 3.

Quæ personæ suspendi possint, et quæ excipiantur, *num*. 4, 5 *et* 6.

Capitulum, seu communitas dupliciter suspendi potest, et assignatur, *num*. 7 *et* 8.

SUSPENSIO, QUOAD EJUS EFFECTUS.

Quid si suspensus exerceat aliquem actum, a quo est suspensus. Vide *verb*. Suspensio, *art*. 7, *num*. 1.

Suspensus ab officio, et beneficio non potest eligere, et est incapax beneficii, *num*. 2.

Quid si suspensus ab ordine et beneficio audeat suspensionem violare, vel se ingerere usurpando fructus ejusdem beneficii, *num*. 3, 4 *et* 5.

Quid si suspensus ob vitium incontinentiæ audeat celebrare divina, *n*. 6.

Suspensus a minori ordine quando possit ad majores ascendere, *n*. 7.

Quid si suspensus ab ingressu ecclesiæ, in ea celebrare audeat, *n*. 8.

Suspensus in uno loco an censeatur ubique suspensus, *n*. 9.

Ordines et alii actus per suspensionem prohibiti, an validi, *n*. 10 *et* 11.

Ad *n*. 11, auct., vide correctionem *in not*.

Suspensio a divinis tempore appellationis est nulla, *n*. 12.

SUSPENSIO QUOAD MODOS, QUIBUS TOLLITUR.

Suspensio inflicta propter contumaciam quomodo, et a quo tolli possit. Vide *verb*. Suspensio, *art*. 8, *n*. 1 *et* 2.

Suspensio inflicta ad determinatum tempus quomodo tollatur, *num*. 2.

Suspensio lata pro pœna delicti quomodo, et a quibus tolli possit, *n*. 3.

Pro suspensionis absolutione, quæ forma sit adhibenda, et quid in casu attendendum, *num*. 4 *ad* 8.

## SUSPENSIONES.

SUSPENSIONES CONTRA EPISCOPOS.

Suspensiones contra episcopos quæ sint. Vide *verb*. Suspensio, *art*. 2, *num*. 1 *ad* 25.

SUSPENSIONES CONTRA CAPITULA.

Suspensiones contra capitula, seu capitulares, quæ sint. Vide *verb*. Suspensio, *art*. 3, *num*. 1 *ad* 9.

SUSPENSIONES CONTRA CLERICOS.

Suspensiones contra clericos, quæ sint. Vide *verb*. Suspensio, *art*. 4, *num*. 1 *ad* 43.

SUSPENSIONES CONTRA RELIGIOSOS.

Suspensiones contra religiosos, quæ sint. Vide *verb*. Suspensio, *art*. 5, *num*. 1 *ad* 10.

## SUSPICIO.

Suspicio quid et quotuplex sit, et quando peccaminosa. Vide *verb*. Judicium temerarium *num*. 13.

## SUSURRATIO.

Susurratio quid sit. Vide *verb*. Detractio, *art*. 1, *n*. 10.

## SYDUS.

Sidus quid sit. Vide *verb*. Mundus, *n*. 170.

## SYMBOLUM (VII, 745).

Symbolum unde dictum, et quid sit. Vide *verb*. Symbolum, *n*. 1 *et* 2.

Symbola principaliora sunt quatuor: apostolicum, Nicænum, Constantinopolitanum et sancti Athanasii; et innuitur quomodo, quando et a quibus fuerint composita et inceperint; ubi et de additione particulæ *Filioque*, *n*. 3 *ad* 18.

Symbolum in quibus festis et missis sit dicendum, vel non, et cur ac quomodo, *n*. 19 *ad* 31, *et verb*. Missa, *art*. 12, *n*. 17 *et* 21, *et art*. 13, *n*. 7 *ad* 19.

## SYNDICUS (VII, 757).

Syndicus quid sit, ac significet, et quomodo distinguatur a procuratore, actore et administratore, seu œconomo. Vide *verb*. Syndicus, *n*. 1 *ad* 5.

Syndicus quomodo sit constituendus, *n*. 6.

Religiosi an possint esse syndici pro causis in monasteriis, *n*. 7 *et* 8.

Syndici in ordine fratrum minorum a quo fuerint concessi, a quibus, et pro quibus deputari possint; et an religiosi particulares possint habere deposita apud ipsos, *n*. 9 *ad* 23.

Quid si conventus damnum aliquod patiatur ex mala syndici administratione, *n*. 24 *ad* 27.

Conventus possunt præter syndicum habere etiam unum, vel plures substitutos, qui a syndicis sunt deputandi, et non a fratribus, *num*. 28, 29.

Quis possit a syndicis rationem exigere, et an possit sine ipsis aliquid emi, vel vendi, *num*. 30, 31 *et* 32.

Syndici apostolici qualem habeant facultatem, quibus gaudeant privilegiis, et quæ sint, vel non, eorum exemptiones; et afferuntur ad rem constitutiones et decreta, *num*. 33 *ad* 67.

## SYNODUS DIŒCESANA.

Vide *verb*. Concilium, *art*. 13.

## SYSTEMA.

Systema mundi quid sit, et quæ sint ejus præcipua systemata. Vide *verb*. Mundus, *num*. 90 *et* 91.

Systema Ptolemaicum unde sit dictum, quid sit, quidve de ipso, *num*. 91 *ad* 94.

Systema Copernicanum unde sit dictum, quid sit, quidve de ipso, *num*. 95 *ad* 100.

Systema Tichonicum unde sit dictum, quid sit, quidve de ipso, *num*. 102 *et* 103.

De mundi systematibus notabilia dicta, *n*. 104.

# T

## TABACCUM (VII, 775).

Tabaccum sumere in ecclesiis diœcesis Hispalensis qua pœna sit prohibitum, et qua pœna fuerit prohibitum illud sumere in basilica Vaticana. Vide *verb*. Tabaccum, *num*. 1 *ad* 4.

Non est hodie insistendum antiquis quarumdam synodorum canonibus, qui sub excommunicatione vetant tabacci usum ante sacræ Eucharistiæ perceptionem, aut ante missæ celebrationem, *num*. 18.

An liceat sumere tabaccum ante missam, et an in casu frangat jejunium naturale, *num*. 5, 6 *et* 7.

Tabacci excessivus usus non parva affert incommoda, quæ assignantur, *num*. 8 *et* 9.

Tabaccum fuit prohibitum a Jacobo VI, Britannorum rege, et ab Amurathe IV Turcarum imperatore, et quare, *num*. 10.

Digitized by Google

Adducitur de tabacco lepidum scriptum. Vide *verb.* Tabaccum, *num.* 11.
Ad rem adducuntur varia decreta sacræ congregationis immunitatum, *num.* 12 *ad* 17.

**TABERNA, TABERNARII, SEU CAUPONES (VII, 783).**

Tabernæ nomine quid veniat. Vide *verb*. Tabernas, *n.* 1.
An liceat clericis ingredi tabernas, vel eas retinere, *num.* 2 *et* 3.
Tabernarii peccant in pluribus quæ assignantur, *num.* 4 *ad* 8.
Alia ad rem, *num.* 9, 10 *et* 11, *et verb.* Contractus emptionis et venditionis, *art.* 3, *et verb.* Infames, *num.* 11, *verb.* Irregularitas, *art.* 1, *num.* 12.

**TABERNACULUM (VII, 781).**

Claves tabernaculi ubi, et a quibus asservari debeant, et an in ipso retineri possint sanctorum reliquiæ, vel alia vasa. Vide *verb.* Tabernaculum, *n.* 1 *ad* 6, *et verb.* Eucharistia, *num.* 49.
Tabernaculum sanctissimi Sacramenti in cathedralibus non debet esse in altari majori, *num.* 7, *et verb.* Eucharistia, *num.* 56.
Alia ad rem, *num.* 8 *et* 9.

**TACTUS IMPUDICI (VII, 785).**

Tactus impudici sive in se ipso, sive in aliis, sive ejusdem, sive diversi sexus in quacunque corporis parte facti quando sint peccaminosi, vel non. Vide *verb.* Tactus impudici, *num.* 1 *ad* 5.
Feminæ permittentes se tangi, et ancillæ nutrices pueros vestientes, lavantes, eorum pudenda tangentes, quomodo, et quando peccant, *num.* 6 *et* 7.
Tactus impudici inter personas ejusdem sexus sunt graviora peccata, quam inter personas solutas diversi sexus, *num.* 8.
Tactus facti a medicis, chirurgis causa necessitatis non sunt peccaminosi, *num.* 9 *et* 10.
Tangere pueros ex affectu teneræ infantilis ætatis an sit peccatum, *num.* 11.
Tactus inter conjuges vel sponsos facti an et quando sint peccaminosi, *num.* 12 *ad* 15.
Sed in hanc rem vide *in nota.*
Bruta et animalia minora præsertim molliter tractare, demulcere, eorumque pudenda tangere an et quando sit peccatum, *num.* 16 *et* 17.
Alia ad rem. Vide *verb.* Fœmina, *verb.* Luxuria, *verb.* Sponsi.
Affertur ad complementum dictum poeticum, *num* 18.

**TALIO.**

Talionis pœna quæ sit. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 24, *verb.* Falsarius, *num.* 69 et *verb.* Accusator, *num.* 3, 4.

**TAXA, TAXARE (VII, 790).**

Affertur taxa Innocentiana fori ecclesiastici in materiis spiritualibus. Vide *verb.* Taxa, *num.* 1, 2.
Affertur taxa pro advocatis et procuratoribus patrocinantibus causas beatificationum et canonizationum, *num.* 3.
Affertur taxa observanda a notario sacræ congregationis cum aliquibus ejusdem ordinibus, *num.* 4.
Taxa facta a laicis non afficiat ecclesiasticos, *num.* 5.
Adducuntur plures resolutiones sacræ congregationis quoad taxam, tum pro funeribus, tum pro seminario, tum pro cathedratico, ac observantia taxæ Innocentianæ, *num.* 6 *ad* 14.
De auctoritate, quam episcopi habent taxandi stipendium pro missis, et quid inde sequatur, *num.* 15 *ad* 17.
A potestate sæculari taxari minime potest stipendium missæ, *num.* 19.
Num pro exsequiis et sepulturis sint debita aliqua emolumenta, possintque ea taxari ab episcopo, *num.* 20 *et* 21.

**TE DEUM LAUDAMUS (VII, 805).**

Quæ sit hujus cantici antiquitas, et quis auctor, late disseritur. Vide *verb.* Te Deum laudamus, *per totum.*

**TEMERARIA PROPOSITIO.**

Temeraria propositio quæ sit. Vide *verb.* Propositiones damnatæ, *num.* 54.

**TEMPERANTIA.**

Temperantia quid sit. Vide *verb.* Virtus, *num.* 130.

**TEMPLUM (VII, 813).**

In templis gentilium et illorum sacrificiis prohibentur Christiani tibicinibus, musicis instrumentis, aliisque modis operam præstare. Vide *verb.* Templa gentilium, *num.* 1.

**TERGIVERSATIO.**

Tergiversationis pœna quæ sit. Vide *verb.* pœna, *art.* 2, *num.* 210.

**TERMINUS.**

Termini moti pœna quæ sit, et quale crimen. Vide *verb.* Pœna, *num.* 211 *et* 212.

**TERRA.**

Terra est rotunda, seu sphærica pendens in medio aeris sine ullo substentaculo. Vide *verb.* Mundus, *num.* 113.
Terræ circuitus, aut ambitus quantus sit, *num.* 111.

**TERRACONENSE CONCILIUM.**

Terraconensis concilii methodus festorum imminuendorum gratia excogitata, et adhibita a Benedicto XIV. Vide *verb.* Tarraconense concilium, *num.* 1.

**TERRITORIUM SEPARATUM.**

Territorium separatum quid importet. Vide *verb.* Territorium separatum, *num.* 1, 2 *et* 3, et *verb.* Abbas, *verb.* Jurisdictio *et verb.* Prælatus.

**TERTIARII, TERTIARIÆ (VII, 814).**

Tertiarii et tertiariæ ut gaudeant omnibus privilegiis sui ordinis habere debent plura requisita, et qualitates, quæ ab ordinario cognosci debent, et ad id traditur formula. Vide *verb.* Tertiarii, Tertiariæ, *num.* 1 *ad* 8.
Si non serventur dicta requisita, an professio sit nulla, *num.* 9.
Tertiariæ habentes dicta requisita pluribus gaudent exemptionibus quæ assignantur, *n.* 10 *ad* 14.
Tertiariæ viventes in congregatione absque clausura non gaudent dictis privilegiis, *n.* 15, 16 *et* 17.
Tertiarii et Tertiariæ habentes requisita, quid si decedant non electa sibi sepultura, *num.* 18.
Tertiariæ post votum castitatis, et emissam professionem, quid si matrimonium contrahant, et an possint acquirere legatum relictum pro puellis, *num.* 19 *et* 20.
Tertiarii utriusque sexus in claustro non viventes an gaudeant privilegio fori, et in quibus subjiciantur proprio parocho, *num.* 21, 22 *et* 23.
Tertiarii utriusque sexus a quibus regularibus admitti possint ad habitum, *num.* 14.
Quoad tertiarios utriusque sexus ordinis Minorum afferuntur novissimæ constitutiones editæ a Benedicto XIII, tam pro Patribus de Observantia quam pro Patribus Capucinis et Conventualibus, ex quibus patent eorum privilegia et gratiæ spirituales,

Digitized by Google

et innitur a quibus erigi possit talis ordo. Vide *verb. num.* Tertiarii, Tertiariæ, 25 *ad* 30.

Prædicti Tertiarii in eorum domibus degentes, et non habentes necessaria requisita non gaudent privilegio fori et canonis, gaudent tamen omnibus indulgentiis ordinis, ad quas lucrandas requiritur ut deferant habitum juxta morem regionis. Et a quo talis habitus conferri possit, *num.* 31 *ad* 37.

Affertur formula professionis faciendæ a dictis Tertiariis post annum novitiatus, *num.* 38, 39 *et* 40.

Assignatur tertii ordinis institutio, et antiquitas, et miraculosa Christi apparitio in ejusdem comprobatione. Et quare in coronatione papæ dicatur oratio sancti Patris nostri Francisci, *num.* 41 *ad* 44.

Tertiarii prædicti quomodo teneantur ad regulæ præcepta, et ad rem traditur monitum quomodo sint instruendi ante professionem, *num.* 45 *et* 46.

Tertiarii nostri ordinis in sæculo degentes uti possunt nostro breviario Franciscano, *num.* 47.

Alia ad rem, *num.* 48 *ad* 61 et *verb.* Eremita, *num.* 18 ; *verb.* Religiones regulares, *art.* 5, *num.* 14 ; *verb.* Vestis, *num.* 17.

## TESTAMENTUM (VII, 834).

### TESTAMENTUM, QUOAD EJUS NATURAM, DIVISIONEM ET SOLEMNITATES AD IPSUM REQUISITAS.

Testamentum unde dictum, et quid sit. Vide *verb.* Testamentum, *art.* 1, *num.* 1 *ad* 3.

Testamentum dividitur in solemne et non solemne, et utrumque explicatur, *num.* 4.

Testamentum solemne subdividitur in scriptum et nuncupativum, et quale sit utrumque, *num.* 5 *ad* 8.

Ad valorem testamenti solemnis scripti plura requiruntur, quæ assignantur, *num.* 9 *ad* 31.

Ad valorem testamenti solemnis nuncupativi quid requiratur, *num.* 32 *et* 33.

Testamentum nuncupativum, et scriptum quomodo inter se differant, *num.* 34.

Assignantur solemnitates quæ requiruntur ad valorem testamenti de jure canonico tam ad causas pias, quam profanas, *num.* 35 *ad* 39.

Testamenta in terris imperii, ac ditione Romani pontificis, ac aliorum regnorum secundum quas solemnitates fieri ac judicari debeant, *num.* 40 *ad* 43.

Testamentum ad causas profanas carens una, vel pluribus solemnitatibus a jure positivo requisitis est invalidum in foro externo. An autem sit invalidum etiam in foro interno, variant doctores, quorum sententiæ referuntur, *num.* 44 *ad* 58. De testamento facto coram parocho. Vide *num.* 59 *et seqq.*

Ad hanc quæstionem. Vide *num.* 63 *et seqq.*

### TESTAMENTUM, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT OMNIA TESTAMENTA PRIVILEGIATA.

Testamenta privilegiata quid sint, et assignantur. Vide *verb.* Testamentum, *art.* 2, *num.* 1 *et* 2.

Testamentum ad pias causas quale sit, an sit privilegiatum; et quot testes requirantur; an testamentum, in quo pia causa per fideicommissum vocata est dici queat ad pias causas, *num.* 3 *ad* 10 et *num.* 64, 65, 66.

Testamentum inchoatum, et non perfectum, et quamvis corruat ob defectum alicujus solemnitatis civilis, valet tamen quoad legata pia in eo relicta, *num.* 11 *et* 12.

Testamentum sine solemnitatibus a jure civili requisitis conditum ad pias causas valet etiam quoad legata profana in eo contenta, *num.* 13 *et num.* 67 *et* 68.

In concernentibus voluntatem nullum est privilegium testamenti ad pias causas, *num.* 69.

Testamentum quamvis conditum ad interrogationem alterius, vel solis nutibus, vel sine institutione hæredis vel cum hærede incerto, vel cum hæreditate distribuenda alterius arbitrio valet tamen quoad pias causas, *num.* 14 *ad* 17.

Si in testamento ad pias causas aliunde sufficienter non constet de voluntate testatoris, quid requiratur, *num.* 18 *ad* 22.

An ex legatis relictis in testamento ad pias causas detrahi possit Falcidia. Vide *verb.* Falcidia, et *verb.* Legatum, *num.* 137.

Testamentum inter liberos quale sit? quidve requiratur ad ejus valorem; et in quibus casibus sit validum, vel non, *num.* 24 *ad* 36.

Testamentum militis quando, et quas juris solemnitates requirat; et quibus gaudeat privilegiis, si fiat in actuali expeditione bellica, *num.* 37 *ad* 42.

Testamentum rustici quot, et quales testes requirat; et quales rustici in casu sint intelligendi; et an rusticorum privilegio gaudeant etiam cives, et nobiles ruri recreationis gratia degentes, et ibi ægrotantes, ac testantes, *num.* 43 *ad* 50.

Ad testamentum factum tempore pestis quot testes requirantur, *num.* 51, 52 *et* 53.

Testamentum principi oblatum et coram principe factum quale sit, et quomodo fieri possit; et an sit validum absque juris solemnitate, *num.* 54 *ad* 57.

Testamentum ad acta datum, et apud acta factum quale sit, quidve ad ejus valorem requiratur, *num.* 58, 59 *et* 60.

Testamenta cardinalium sunt æque privilegiata, ac testamenta militum. Et quid in illis attendi debeat; ac sufficiat, *num.* 61, 62 *et* 63.

### TESTAMENTUM, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT ILLOS QUI POSSUNT, VEL NON, IPSUM FACERE, HÆREDES IN IPSO INSTITUI, ET EJUSDEM EXSECUTORES ESSE, EORUMQUE OBLIGATIONEM.

Quilibet testamentum facere potest, qui nec jure naturali nec positivo prohibetur. Vide *verb.* Testamentum, *art.* 3, *num.* 1.

Assignantur, qui jure naturæ testari nequeunt, *num.* 2 *ad* 21.

Inhabiles ad testandum de jure naturæ, vel civili an possint ad pias causas testari, *num.* 22 *ad* 25.

Clerici sæculares an, et de quibus bonis testari possint : et de quibus testari ac disponere possint clerici incolæ, et cives urbis Romanæ, si inibi, vel in ejus districtu testentur, *num.* 26 *ad* 31.

Regulares omnes professi nullimode testari, nec testamentum a se conditum ante professionem moderari possunt, bene vero possunt illud interpretari, *num.* 32 *ad* 37.

Novitius quando testari, et quid de rebus suis sive pro se, sive pro aliis disponere possit, *num.* 38 *ad* 43.

Qui possint, vel non hæredes institui in testamento. Vide *verb.* Hæres, *per totum.*

Exsecutores testamentorum qui sint, et dicantur? et alii sunt legitimi, alii testamentarii, et alii dativi, et singuli explicantur, *num.* 45 *et* 46.

Si nullus a testatore sit deputatus executor, quis teneatur exsequi ejus voluntatem, *num.* 47, 48 *et* 49.

Quot exsecutores deputari possint a testatore. Qui tales esse possint, vel non; ad quid teneantur; et si sint ecclesiastici, vel regulares, a quo judice compelli possint ad exsequendam voluntatem defuncti, *num.* 50 *ad* 67.

Quid, si plures sint exsecutores a testatore deputati, et unus eorum sit mortuus, vel in remotis exsistat, vel exsequi nolit, *num.* 68.

Utrum ubi sunt plures exsecutores testamentarii conveniri in solidum queant de gesta administratione tametsi non omnes administraverint, *num.* 73 *et* 74.

Relicta a testatore ad certas causas, a quo mutari possint in alios usus, *num.* 69.

Alia de testatoris voluntate, ejusque exsecutoribus, *num.* 70, 71, *et* 72.

Digitized by Google

TESTAMENTUM, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT CODICILLUM, SEU CLAUSULAM CODICILLAREM.

Codicillus quare sic dictus, quid sit, quomodo esse debeat, quot testes ad ipsum requirantur, quis ipsum facere possit, et quomodo, an ante, vel post, aut etiam sine testamento fieri possit; si fiat ante testamentum quid requiratur ad ejus valorem; et an licite fieri possint duo, vel plures. Vide *verb.* Testamentum, *art.* 4, *num.* 1, *ad* 16.

Dispositio testatoris, si ob aliquem defectum non valeat ut testamentum, an et quando valere possit ut codicillus, *num.* 17, 18 *et* 19.

Clausula codicillaris quæ et quotuplex sit, qui ejus effectus; et quid requiratur ad hoc ut testamentum minus solemne valeat vi talis clausulæ, *num.* 20 *ad* 27.

Assignantur ad quid sint introducti, et ad quid inserviant codicilli, et quis primus illos introduxerit, *num.* 28 *et* 29.

An clausula codicillaris expressa in testamentis rusticorum, mulierum et aliorum, qui ejus vim non intelligunt, effectus suos pariat, *num.* 30 *et seqq.*

Alia ad rem. Vid. *verb.* Fideicommissum, *verb.* Legatum.

TESTAMENTUM, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT REVOCATIONEM, SEU MUTATIONEM, IRRITATIONEM, RUPTIONEM, DESTITUTIONEM TESTAMENTI ET CODICILLI.

Quilibet testator potest testamentum suum usque ad mortem pro libito revocare, vel mutare; et quid ad talem revocationem necesse sit, innuitur. Vide *verb.* Testamentum. *art.* 5, *num.* 1 *ad* 5.

An revocari possit testamentum, quod testator juravit se non revocaturum, *num.* 6 *et* 7.

Testamentum reciprocum inter conjuges, vel alias personas revocari potest ab una parte, etiam inscia, vel invita altera; et innuitur quomodo tale testamentum fieri possit, et datur ad id specialis advertentia, *num.* 8, *ad* 14.

Testamentum revocari potest et verbis et factis, *num.* 15.

Revocatio testamenti facta nudis verbis duo copulative requirit, quæ assignantur, *num.* 16.

Testamentum facto multipliciter revocari potest; et innuitur quando censeatur vere revocatum, vel non, et quid requiratur ad talem revocationem, *n.* 17 *ad* 30.

Testamentum prius legitime factum rumpitur per posterius privilegiatum, *num.* 31.

Testamentum prius ad acta, seu coram principe factum per quid revocari possit, *num.* 32.

Testamentum parentum inter liberos revocatur per aliud testamentum legitime factum coram septem testibus, *num.* 33.

Testamentum irritari, rumpi ac destitui quid sit; quomodo, ac quando fiat, *num.* 34 *ad* 37.

Legata, codicilli et donationes multipliciter revocari possunt; et assignatur quando censeantur vere revocata, vel non, *num.* 38 *ad* 53.

An posterius testamentum rumpat prius testamentum, si huic adjecta sit clausula derogatoria, eaque non fuerit in posteriori testamento revocata, *num.* 54 *ad* 56.

## TESTIMONIALES ET COMMENDATITIÆ LITTERÆ (VII, 909).

Litteræ testimoniales et commendatitiæ quæ sint. Vide *verb.* Testimoniales et commendatitiæ litteræ, *num.* 1 *ad* 6.

An episcopus litteras commendatitias sacerdotibus et clericis proficisci volentibus e diœcesi, nullum residentiale beneficium possidentibus denegare possit, *num.* 7 *ad* 15.

Quid requiritur pro transitu ab una in aliam diœcesim, *num.* 16.

## TESTIS (VII, 915).

TESTIS, QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT ILLOS, QUI POSSUNT, VEL NON, ESSE TESTES, TUM GENERALITER QUOAD OMNIA, TUM SPECIALITER QUOAD CERTAS PERSONAS ET CAUSAS.

Testes unde sint dicti, et qui sint, et quæ conditiones in ipsis requirantur. Vide *verb.* Testis, *art.* 1, *n.* 2 *et* 3.

Qui habiles sint, vel inhabiles ad testificandum sive in totum, sive in partem, *num.* 4 *ad* 7.

Generaliter et absolute inhabiles ad testificandum tam in causis civilibus, quam criminalibus sunt infantes et impuberes, amentes et furiosi, surdi simul et muti a nativitate, cæci, servi, seu mancipia, et qui pretio ad id sunt conducti, *num.* 8 *ad* 16.

Infames tam infamia juris, quam facti, criminosi, perjuri, excommunicati, pauperes, quando, et in quibus causis admitti possint ad testificandum, vel non, *num.* 17 *ad* 40.

Sed vide, *num.* 132 *ad* 140.

Feminæ, pupilli, seu impuberes, parentes consanguinei, et affines domestici, quando admittantur, et in quibus causis, *num.* 41 *ad* 85.

Inimici, an, quando, et in quibus causis possint esse testes contra suos inimicos, parentes contra suos filios, et e contra, liberti contra suos patronos, Judæi contra Christianos, laici contra clericos, clerici contra laicos, *num.* 86 *ad* 108.

An clerici et religiosi possint sine licentia suorum respective superiorum valide et licite esse testes in testamentis, instrumentis et contractibus laicorum. Vide *verb.* Testamentum, *art.* 1, *num.* 24 *et* 25.

Nemo potest esse testis in propria causa; ideoque judices, advocati, tutores, administratores, aliique similes nequeunt esse testes in causa quam judicarunt, vel cui patrocinium præstiterunt, et quæ sit causa propria, assignatur, *num.* 110 *ad* 114.

Proxeneta, seu mediator inter contrahentes quando possit esse testis, *num.* 115 *ad* 118.

Prælati, aliique clerici, etiam regulares, et canonici possunt esse testes in causa civili suæ ecclesiæ, vel monasterii; secus si sint aliqua rationali causa impediti, aut in eadem causa sint actores, vel procuratores, *num.* 119 *ad* 126.

In causa universitatis sæcularibus an et quando possint esse testes illi, qui sunt de eadem universitate, vel communitate, *num.* 127 *ad* 131.

Quoad ea, quæ concernunt testium numerum, testes contestes, testes singulares, testes de scientia, testes de auditu, testium productionem, juramentum, et examen, ac interrogatoria suggestiva.

Assignantur variæ causæ, in quibus tum de jure civili, tum canonico requiruntur plures testes. Vide *verb.* Testis, *art.* 2, *num.* 1 *ad* 4.

An, et in quibus casibus sufficiat unus testis ad legitimam probationem, *num.* 5 *et* 6 *et num.* 59 *et seqq.*, *et art.* 3, *n.* 49 *et seqq.*

Testes quoad probationem, alii vocantur testes contestes, et alii testes singulares, et quid sint, *num.* 7.

Singularitas testium triplex assignatur, et explicatur; et innuitur in quibus causis probent testes hac triplici singularitate, *num.* 8 *ad* 16.

Testes quoad probationem alii dicuntur testes de scientia, alii testes de credulitate, et alii testes de auditu; et qui sint singuli, et qui ex istis requirantur, vel sufficiant ad legitimam facti probationem, *num.* 17 *ad* 20.

Testes quando sint producendi, et quot productiones testium fieri, vel admitti possint, *num.* 21 *ad* 33.

Testes e longinquo cujus expensis sint produ-

Digitized by Google

cendi; et producens tales testes ad quid teneatur. Vide *verb.* Testis, *num.* 34 *et* 35.

Impediens testium productionem quomodo peccet, *num.* 36.

Testes antequam deponant, jurare debent et tale juramentum undequaque explicatur, *num.* 37 *ad* 41.

Testes quomodo et a quo sint examinandi, *num.* 42 *ad* 46.

Testium examinatio quando et in quo loco fieri debeat, et quid si testes examinandi sint personæ egregiæ, vel senes, aut valetudinarii, aut paupertate depressi, aut feminæ, *num.* 47 *ad* 53.

Assignantur interrogatoria, quæ facienda, et quæ cavenda sunt in examinatione testium, *num.* 54 *ad* 58.

QUOAD TESTIUM EXCEPTIONEM, SEU REPROBATIONEM COACTIONEM, ET OBLIGATIONEM.

Exceptiones, quæ testibus possunt objici, sunt triplicis generis; et assignatur quomodo fieri possint, et quando sint opponendæ. Vide *verb.* Testis, *art.* 3, *num.* 1 *ad* 7.

An, et quando quis possit reprobare testes a se, et pro se antea productos, *n.* 8 *et* 9.

Testes probatorii possunt reprobari per alios testes reprobatorios reprobatoriorum, et assignantur qui sint tales testes, *num.* 10, 11.

Testes recusantes testificari quando, in quibus causis, et contra quos ad testificandum compelli possint, vel non, *num.* 12 *ad* 29.

Testis, qui juravit se nihil depositurum in judicio, an compelli possit ad deponendum, *num.* 30, 31 *et* 32.

Testes an, et quando possint in juramento præstando uti restrictione mentali, seu amphibologia, aut æquivocatione. Vide *verb.* Juramentum, *art.* 1, *n.* 15; *verb.* Restrictio mentalis; *verb.* Reus.

Testis ex quo titulo, et quando teneatur testificari sponte, vel solum quando a judice competente interrogatur, *num.* 34 *et* 35.

Judex quando censeatur juste et juridice exigere a testibus testimonium, *num.* 36.

Assignantur aliqui casus, in quibus testis sub mortali tenetur testimonium ferre in legitimo judicio; et alii casus assignantur, in quibus non tenetur etiam judice præcipiente, *num.* 37, 38, 39.

Testis peccat in pluribus quæ assignantur, *num.* 40.

Testis, qui ex malitia, vel ex ignorantia falsum deponit, quas pœnas incurrat, et ad quid teneatur, vel non, *num.* 41 *ad* 45.

De testibus habentibus notam manum. Item de testibus pluribus, sed singularibus quoad varios actus. De testibus pro electione sepulturæ requisitis. De testibus synodalibus, et iis qui matrimonio assistunt, *num.* 47 *et seqq.*

Testes produci debent coram judice cui fides est facienda, qui tamen judex solet quandoque examen delegare, qua delegatione non intercedente examen a notario factum ex proprio libitu est nullum, *num.* 63 *ad* 67.

Alia ad rem. Vide *verb.* Judex, Juramentum, Restitutio, Restrictio mentalis, Reus.

Testium præsentia quoad matrimonium. Vide *verb.* Matrimonium quoad impedimenta, *art.* 1, *num.* 19 *ad* 113.

## TETRAGONOMETRIA.

Tetragonometria quid. Vide *verb.* Mundus, *num.* 200.

## THALMUD HEBRÆORUM (VII, 971).

Judæi et Hebræi unde sint dicti; quid sit et importet eorum Thalmud, quando, et a quibus fuerit compilatum. Vide *verb.* Thalmud Hebræorum, *n.* 1, 2 *et* 3.

Thalmud aliud est Hierosolymitanum, et aliud Babylonicum; et utrumque quid contineat, *n.* 4, 5 *et* 6.

Thalmud cujus jussu fuerit prohibitum, combustum; et quæ pœnæ fuerint impositæ transgressoribus, *num.* 7 *ad* 13.

Thalmud plura continet apta Judæorum pertinaciæ emolliendæ, *num.* 14.

Quin etiam ad catholica dogmata confirmanda adversus heterodoxos, *num.* 15.

Judicia virorum doctissimorum de eodem Thalmud, *num.* 16.

## THEOLOGIA, THEOLOGUS (VII, 978).

Theologia quid, et quotuplex sit assignatur et explicatur. Vide *verb.* Theologia, *num.* 1 *ad* 7.

Theologia tum ratione subjecti, in quo recipitur, tum ratione objecti, circa quod versatur; varie dividitur, et singulæ divisiones assignantur et explicantur, *num.* 8 *ad* 17.

Affertur origo cathedræ scholasticæ religionis seraphicæ, *num.* 18.

THEOLOGIA QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT THEOLOGUM.

Vide *verb.* Canonicus, *art.* 2, *num.* 1 *ad* 44.

## THEORICA.

Theorica planetarum quid. Vide *verb.* Mundus *num.* 204.

## THESAURUS.

Thesaurus Sanctæ Matris Ecclesiæ. Vide *verb.* Indulgentiæ, *art.* 1, *num.* 4.

Thesaurus. Vide *verb.* Dominium, *art.* 3, *num.* 26 *ad* 45, et *verb.* Societas inter fratres, *num.* 24.

## THESIS.

Thesis quid, et ejus differentia ab hypothesi. Vide *verb.* Mundus, *num.* 100, 101.

## THURIFICATIO (VII, 980).

Thurificatio quomodo, quando, quibus et a quibus fieri possit, ac debeat, et quæ præcedentia servanda sit in ipsa facienda. Vide *verb.* Thurificatio, *per tot.*, ubi ad rem adducuntur varia decreta sacræ Rituum congregationis.

Thurificatio ad sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, sive expositum illud sit, sive in tabernaculo altaris reconditum. Vide *num.* 72 *et seqq.* Thurificatio an, et quomodo prosit defunctis. Vide *verb.* Suffragia, *num.* 22.

## TITULUS (VII, 993).

Titulus *crucis Domini* quando Romæ inventus. Vide *verb.* Titulus, *num.* 1.

Titulus *Servus servorum Dei*, quo utitur papa in bullis, a quo fuerit primo inventus, et quare is sic se vocet, *num.* 2 *et* 3.

Titulus *Eminentissimi* quando cœperit dari cardinalibus et tituli cardinalitii qui olim fuerint tum in Urbe tum extra Urbem; et a quo præscripti, numerati, ac designati fuerint, *num.* 4 *ad* 10.

Assignatur qualis titulus tribuebatur olim nobilibus personis, et qualis competat monialibus, *num.* 11, 12 *et* 13.

Alia ad rem, *num.* 14 *ad* 28, et *verb.* Capitulum, *art.* 3, *num.* 66.

De tituli assignatione pro sacris ordinibus, *num.* 31 *ad* 35.

Titulus insignis cuinam competat, et quibus competat titulus capitularium, *n.* 36.

Titulus *Illustrissimi* non debetur vicario apostolico. Vide *verb.* Vicarius apostolicus, *num.* 53.

## TOLERANTIA DIVERSARUM RELIGIONUM.

Tolerantia diversarum religionum quæ sit et quid importet. Vid. *verb.* Tolerantia, *per totum.*

Digitized by Google

### TONSURA.

Vide *verb*. Ordo, *art*. 1, *num*. 8, *et art*. 2, *num*. 1.

### TOPOGRAPHIA.

Topographia quid. Vide *verb*. Mundus, *num*. 205.

### TRADITIONES (VII, 1004).

Traditio sive generatim, sive magis stricte sumpta explicatur. Vide *verb*. Traditio, *num*. 1 *et* 2.

Traditio dividitur in divinam, apostolicam, et ecclesiasticam. Et quæ sint singulæ quomodo admittendæ, ac observandæ; et qualem habeant auctoritatem, *num*. 3 *ad* 7.

### TRANSACTIO (VII, 1005).

Transactio dupliciter sumpta assignatur et explicatur. Vide *verb*. Transactio, *n*. 1, 2 *et* 3.

Ad transactionem stricte sumptam tria requiruntur et assignantur, *num*. 4 *ad* 8.

Quæ personæ possint transigere, et de quibus rebus possit fieri transactio, vel non, *num*. 9 *ad* 23.

Transactio bona fide celebrata, an, et quomodo revocari possit, *n*. 24 *ad* 30.

Afferuntur varia decreta sacræ congregationis immunitatum concernentia transactionem inter ecclesiasticos, et laicos, *num*. 31 *ad* 38.

An transactio non inspectis tabulis testamentariis super relictis in testamento facta, sustineatur, si inspectioni illi fuerit renuntiatum, vel juramento ipsa transactio fuerit confirmata, *n*. 39 *et seqq*.

De alimentorum in testamento relictorum transactione, *n*. 44 *et seqq*.

An transactio hodie involvat novationem, *num*. 48 *et* 49.

### TRANSITUS (VII, 1015).

REGULARES PROFESSI DE CUJUS LICENTIA TRANSIRE POSSINT AD ALIAM RELIGIONEM, ET CUM DEBITA LICENTIA TRANSEUNTES AD QUID TENEANTUR, ET AN TRANSIRE POSSINT AD LAXIOREM.

Vide *verb*. Transitus, *n*. 1 *ad* 4.

Transitus regularium conversorum ad statum clericalem, et de statu clericali ad statum conversorum de cujus licentia fieri possit, *num*. 5 *ad* 9.

Quoad ea quæ concernunt affiliationes regularium in aliis conventibus, et transitus eorum ad alienas provincias. Vide *verb*. Affiliatio, *per tot*.

Transitus de ritu Græco ad Latinum, et e contra, de cujus licentia fieri possit, *n*. 11 *et* 12.

Transitus cadaveris per alienas diœceses, et parochias quomodo fieri possit? et an possint parochi ratione talis transitus aliquid exigere, *num*. 13 *et* 14.

Quis concedere possit transitum regularium de uno ad alium ordinem, *num*. 15 *ad* 20.

Transitus de uno ordine ad alium fieri nequit sine causa, *n*. 21 *et* 22.

Quid episcopus auctoritatis habeat in revisione indulti dati illis qui ab uno ad alium ordinem transeunt, *n*. 23 *et* 24.

De transitu a ritu Græco ad Latinum, et de Latino ad Græcum, *n*. 25 *ad* 30.

An transeunte abbate alicujus monasterii ad religionem strictioris observantiæ procedi statim valeat ad electionem successoris in prælaturam, *num*. 31 *ad* 33.

### TRANSITUS SENTENTIÆ IN REM JUDICATAM (VII, 1021).

Sententia quando et quomodo in rem judicatam transeat, vel non. Vid. *verb*. Transitus sententiæ, *per totum*; ubi etiam de condemnatione in expensis.

### TRANSLATIO (VII, 1025).

Translato festo ordinarie non transfertur indulgentia. Vide *verb*. Translatio, *n*. 1.

Alia plura attendenda circa translationem festorum imaginum, vel reliquiarum; et circa translationem monialis, vel regularis, ad aliud monasterium; episcopi ad aliam Ecclesiam, et circa translationem conventuum, *num*. 2 *ad* 26.

### TREBELLIANICA.

Vide *verb*. Falcidia, *n*. 4.

### TREUGA (VII, 1029).

Treuga quid sit, et quomodo vocetur in jure civili, et in quo differat a pace. Vide *verb*. Treuga, *n*. 1, 2 *et* 3.

Treuga est duplex, conventionalis, et canonica, et quæ sit utraque, *num*. 4, 5 *et* 6.

Treugæ canonicæ quibus diebus sint servandæ, et quæ pœnæ contra eas violantes sint statutæ, *n*. 7 *et* 8.

Quæ personæ gaudeant treuga, seu securitate perpetua, *num*. 9 *et* 10.

An, quando, et quibus de causis inita pax, et treuga cum hostibus frangi possit, *num*. 11.

### TRIBUTUM.

Tributum quid, et quotuplex sit. Vide *verb*. Gabella, *n*. 4 *et* 5.

### TRIDENTINI CONCILII DECRETA (VII, 1031).

Summatim enuntiantur illi, circa quos concilii Tridentini decreta impleri jubentur. Vid. *verb*. Tridentini concilii decreta, *per totum*.

### TRIGONOMETRIA.

Trigonometria quid. Vid. *verb*. Mundus, *n*. 200.

### TRIREMIUM.

Triremium pœna quæ sit. Vide *verb*. Pœna, *art*. 2, *num*. 25.

### TRISAGIUM (VII, 1032).

Affertur motivum cur cœperit cani trisagium, quo tres divinæ personæ laudantur. Vide *verb*. Trisagium, *per totum*.

### TRITAVIA, TRITAVUS.

Tritavia, tritavus quæ, et quis sint. Vide *verb*. Affinitas, *art*. 1, *n*. 15.

### TROPICI.

Tropici unde dicti, et cur unus vocetur tropicus Cancri, et alter tropicus Capricorni. Vide *verb*. Mundus, *num*. 150.

### TRUFFATORES.

Truffatorum pœnæ quæ sint. Vide *verb*. Pœna, *art*. 2, *n*. 213.

### TUTELA, TUTOR, CURA, CURATOR (VII, 103).

Tutela quid sit, et qui sint tutores. Vide *verb*. Tutela, *num*. 1 *et* 2.

Tutela alia est testamentaria, alia legitima, et alia dativa, et quæ sint singulæ, *num*. 3 *ad* 7.

Tutela quando finiatur, *num*. 8 *et num*. 117.

Tutela finita, incipit cura; et assignatur tempus, quo durare solet, *num*. 9 *ad* 12.

Curator quid sit, et in quo differat a tutore, *num*. 13 *ad* 16.

Tutor, finita tutela, an adhuc perseverare possit tanquam curator, *num*. 17, 18 *et* 19.

Tutor dativus, perveniente altero ex fratribus ad majoritatem, cessat quoad omnes fratres, secus de tutore testamentario, *num*. 20 *et* 21.

Tutor a quo judice sit constituendus; et quid si pupillus sit clericus, vel si plures pupilli, partim sint laici, et partim ecclesiastici, *num*. 22 *ad* 28.

Curator tam personis, quam rebus quomodo, et

a quo judice sit constituendus. Vide *verb.* Tutela, *num.* 29, 30 *et* 31.

Parentes an, quando, quomodo, et quibus filiis possint tutores constitui, *num.* 32 *ad* 46.

Constituendus tutor cujus ætatis esse debeat ; et qui possint esse, vel non esse tutores, *n.* 47 *ad* 63.

Uxor tutrix a marito constituta an renuntiare debeat secundis nuptiis, *num.* 64 *et* 65.

Tutela legitima competit proximiori pupilli; si vero fuerint plures in eodem gradu, omnes admitti debent ad tutelam, et traditur præferentiæ ordo servandus in ipsa tutela assignanda, *num.* 66 *ad* 84.

Tutores et curatores quando teneantur inventarium conficere, *num.* 85, 86 *et* 87.

Curatores quibus personis dari, seu constitui possint, *num.* 88 *ad* 104.

Tutores et curatores tenentur satisdare, exceptis tamen tutoribus testamentariis, et illis qui dati sunt ex inquisitione, *num.* 105, 106, 107.

Tutores et curatores ad quid teneantur circa administrationem bonorum pupillorum et minorum, *num.* 108, 109 *et* 110.

Tutor cogi haud potest a pupillo ad rationem administratæ tutelæ reddendam, si ipse pupillus effectus major eum ab hac redditione rationum liberavit, *num.* 118 *ad* 120.

Tutor haud potest reportare cessiones contra pupillum et ita quidem, ut si quas reportaverit, eæ cedant beneficio ipsius pupilli, *num.* 121 *et* 122.

Tutores et curatores an possint accipere, vel petere salarium, *num.* 111 *ad* 115.

An, et quando pupilli et minores possint sine auctoritate tutorum et curatorum contractus celebrare, *num.* 116.

# U

## ULTIMI SUPPLICII POENA.

Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *n.* 27.

## UNCTIO EXTREMA.

Vide *verb.* Extrema unctio.

## UNIO BENEFICIORUM, seu ECCLESIARUM (VII, 1288).

Unio beneficiorum, seu ecclesiarum quid sit, et quot modis fieri possit. Vide *verb.* Unio beneficiorum, *num.* 1 *ad* 5.

Quamvis regulariter unio beneficiorum inter odiosa recenseatur, tamen non ita subito contra illam pronuntiandum, quia necessitas, et justitia dant ei causam, *n.* 86 *ad* 92.

Unio beneficiorum alia est perpetua, et alia temporalis; et quæ sit utraque, *num.* 6.

Unire episcopatus, et alia beneficia quis possit, vel non, *num.* 7 *ad* 16.

Ad faciendam beneficiorum unionem præter legitimam facultatem requiruntur tres præsertim conditiones, quæ assignantur et explicantur, *n.* 17 *ad* 40.

Episcopus quæ beneficia unire possit, vel non, et quorum beneficiorum unio fieri possit seminario, *num.* 41 *ad* 72.

Unio legitime facta qualem effectum sortiri debeat, *num.* 73, 74 *et* 75.

Quales uniones examinari possint ab ordinariis, *num.* 76.

Uniones, quæ nec in toto, nec in parte sortitæ sunt effectum, quando nullæ sint, ac revocentur, *n.* 77 *et* 78.

Unio quando censeatur effectum sortita, *num.* 79.

Unio in dubio a quo probari debeat, *num.* 80.

Unio probatur pluribus modis, qui assignantur, *num.* 81.

Unionem beneficiorum dissolvere quis possit et quid in casu requiratur, *num.* 82, 83 et 84.

Alia ad rem. Vide *n.* 93 *ad finem*, *et verb.* Dismembratio, *verb.* Seminarium.

## URANOGRAPHIA.

Uranographia quid. Vide *verb.* Mundus, *n.* 104.

## USUCAPIO (VII, 1441).

Vide *verb.* Præscriptio.

### PRÆSCRIPTIO QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT NATURAM, EFFECTUM, CONDITIONES PRÆSCRIPTIONIS, SEU USUCAPIONIS.

Præscriptio sumitur generatim, et magis proprie et quid utraque sit. Vide *verb.* Præscriptio, *art.* 1, *num.* 1, 2 *et* 3.

Præscriptio per quid distinguatur ab usucapione, *num.* 4 *et* 5, *et* 11 *ad* 13.

Usucapionis effectus præscriptioni a Justiniano fuit attributus, *num.* 14.

Quod etiam a jure canonico fuit acceptum, *n.* 14.

Præscriptionis definitio traditur, et assignantur causæ, ob quas fuit introducta, *num.* 6, 7 *et* 8.

Præscriptio, seu usucapio est valida et licita in utroque foro, et innuitur quid requiratur, ut sit legitima, et habeat vim licite et juste transferendi rerum dominium, *num.* 9 *et* 10.

### PRÆSCRIPTIO QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT RES QUÆ POSSUNT PRÆSCRIBI, VEL NON.

Personæ præscribere valentes quæ sint et enumerantur. Vide *verb.* Præscriptio, § 1, *num.* 1 *ad* 5.

Omnes res possunt præscribi nisi lege aliqua, vel speciali ratione prohibeantur, *num.* 6 *ad* 8.

Homines liberi præscribi non possunt ; et innuitur quando homines servi possunt præscribere libertatem contra dominum, *num.* 13 *et* 14.

Res sacræ a quibus præscribi possint, vel non, *num* 15 *et* 16.

An possit dari, ut valeat præscriptio contra onera, et fundationes beneficiorum, et contra onus et numerum missarum, *num.* 17 *ad* 20.

Alia plura assignantur, quæ præscribi nequeunt, *num.* 21 *ad* 35.

Præsertim de jure canonico, *num.* 36 *ad* 44.

An ea quæ a præscriptione longissimi temporis eximuntur, immunia quoque sint a præscriptione immemorabili vel centenaria, *num.* 45.

Quod tempus sit ad præscriptionem necessarium, *num.* 9 *ad* 12.

### PRÆSCRIPTIO QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT BONAM FIDEM AD PRÆSCRIPTIONEM REQUISITAM.

Bona fides in proposito quid sit, et quis dicatur mala fide possidere. Vide *verb.* Præscriptio, § 2, *n.* 1 *et* 2.

Bona fides an, et quando requiratur tum jure canonico, tum civili ad legitimam præscriptionem ? et an possessor malæ fidei possit rem alienam præscribere, *num.* 3 *ad* 14.

Dubitans, an res sit sua, necne, an possit illam præscribere, *num.* 15 *et* 16, et *num.* 22.

Ignorantia tam juris quam facti an, et quando impediat bonam fidem requisitam ad legitimam præscriptionem, *num.* 17 *ad* 21.

An doctrina juris canonici de bona fide locum etiam sibi vindicet in præscriptione actionum maxime personalium, *num.* 23.

An de jure canonico mala fides obstet etiam immemorabili præscriptioni, *num.* 25.

An communitas semel in mala fide exsistens semper dicatur exsistere in mala fide, *num.* 25.

Digitized by Google

PRÆSCRIPTIO QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT TITULUM AD PRÆSCRIPTIONEM REQUISITUM.

Justus titulus ad præscriptionem requisitus quis sit. Vide *verb.* Præscriptio § 3, *num.* 1 *et* 2.

Talis titulus potest esse multiplex et assignatur qualis sufficiat, vel non, ad præscriptionem, et quando, et quare sufficiat unus, et non alius, *num.* 3 *ad* 9.

Præscriptio immemorabilis quæ sit, an habeat vim veri tituli et per quid probari debeat, *num.* 10, 11 *et* 12.

PRÆSCRIPTIO QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT POSSESSIONEM AD PRÆSCRIPTIONEM REQUISITAM, EJUSQUE DORMITIONEM, INTERRUPTIONEM, AC RESTITUTIONEM IN INTEGRUM CONTRA EAM.

Ad præscriptionem qualis possessio requiratur, ac sufficiat. Vide *verb.* Præscriptio, § 4, *num.* 1 *ad* 7.

Præscriptio quando dicatur non procedere, *n.* 8.

Præscriptio jam inchoata quando dicatur dormire et interrumpi; et assignatur differentia inter dormitionem et interruptionem præscriptionis, *num.* 9, 10 *et* 11.

Interruptio præscriptionis est duplex, *naturalis*, et *civilis*, et quæ sit utraque, *num.* 12.

Utrum ad dormitionem possessionis ad præscribendum comparatæ sufficiat sola hostilitas, vel belli status, an requiratur præterea justitia, *num.* 19 *et seqq.*

Notabilis est differentia inter casum, quo dormit præscriptio, et casum, quo interrumpitur, *num.* 22.

Ut pariter differt interruptio naturalis præscriptionis ab interruptione civili, *n.* 23.

Vide ad materiam cætera, *num.* 24 *et* 25.

Præscriptio an, et quando interrumpi possit per litis contestationem, et quando, et per quid interrumpi possit civiliter; et interrupta an, et a quo possit denuo inchoari, *num.* 13 *ad* 17.

Beneficium, seu remedium restitutionis in integrum quibus concedatur, *num.* 18.

PRÆSCRIPTIO QUOAD EA, QUÆ CONCERNUNT TEMPUS AD COMPLENDAM PRÆSCRIPTIONEM RERUM, SERVITUTUM, ET ACTIONUM REQUISITUM.

Res mobiles et immobiles privatorum cum titulo quo tempore præscribi possint, quæ veniant nomine rerum mobilium et immobilium. Vide *verb.* Præscriptio, § 5, *num.* 1 *ad* 4.

Præsentes et absentes quantum ad propositum quinam dicantur, et quid de eo, qui fuit quibusdam annis præsens, et quibusdam absens, *num.* 5, 6 *et* 7.

Res furtivæ, seu vi possessæ quo tempore, et a quo possessore præscribi possint, *num.* 8 *ad* 11.

Vide *in nota.*

Res tam mobiles, quam immobiles privatorum sine titulo, quo tempore præscribantur, *num.* 12.

Res sive mobiles, sive immobiles Ecclesiæ Romanæ, et aliarum ecclesiarum, monasteriorum ordinum regularium et aliorum locorum piorum, et bona patrimonialia clericorum, quo tempore præscribantur, *num.* 13 *ad* 19.

Bona fisco sæculari incorporata, vel eidem debita ob mortem alicujus decedentis sine legitimo hærede, quo tempore præscribantur, *num.* 20 *ad* 23.

Servitus sive personalis, sive realis, sive mista, an, quomodo, et quo tempore præscribi possit, *num.* 24 *ad* 29.

Actiones civiles tam reales quam personales, et obligationes, seu debita rerum mobilium et immobilium, an, et quo tempore præscribantur, *n.* 30, 31 *et* 32.

Quo tempore præscribantur legata, et fideicommissa contra legatarium et fideicommissarium; et quo actiones et obligationes adversus ecclesias et loca pia, *num.* 35 et 34.

Actiones criminales, seu ad aliquod crimen accusandum quo tempore extinguantur, *num.* 35 *ad* 42.

Actio redhibitoria quæ et quo tempore præscribatur, *num.* 43.

Actio *quanti minoris* quæ et quo tempore præscribatur, *num.* 44.

Ad præscribendum contra legem sive civilem, sive canonicam, quot anni requirantur ac sufficiant; et an requiratur bona fides, *num.* 45 *ad* 48.

Quantum tempus requiratur ad præscriptionem jurispatronatus; et in quo præscriptio principaliter differat a consuetudine, *num.* 49 et 50.

Jus divinum non præscribitur, et raro præscribitur jus ecclesiasticum commune, § 1, *num.* 53.

Cætera, vide *n.* 51 et 52.

De effectu usucapionis, et longi temporis præscriptionis, spectato etiam jure Justiniano. Vide *verb.* Usucapio, *art.* 2. *per totum.*

USURA (VII, 1479).

Usura juxta varias sui acceptiones describitur. Vide *verb.* Usura, *n.* 1 *et* 2.

Usura dividitur in mentalem et realem, in manifestam et tacitam, in lucratoriam, compensatoriam et punitoriam, et singulæ explicantur, *num.* 3, 4 *et* 5.

Ostenditur usuram proprie dictam, seu lucratoriam esse prohibitam de jure divino, canonico et naturali, *num.* 6 *ad* 11.

Usura usurarum lucratoria quid sit, et quo jure prohibita, *num.* 12 *et* 13.

Usura quomodo, et quando sit permissa jure Cæsareo, seu civili communi. Et ad quid principes circa ipsam teneantur, *num.* 14 *ad* 20.

Usura compensatoria quomodo sit licita, *n.* 21.

Usura punitoria, seu moratoria est licita, et quare, *num.* 22.

Mutuans accipiens pignus a mutuatario cum pacto ut interim fructus pignoris lucretur, an committat usuram, *num.* 23 *et* 24.

Pactum Anticriseos, et legis commissoriæ an sit usurarium, *num.* 25 *et* 26.

Usuræ non possunt exigi ob favorem causæ piæ, neque ad id dari potest dispensatio; sunt tamen liciti montes pietatis, *n.* 27, 28 *et* 29.

Assignatur in variis casibus quomodo ratione mutui committi possit usura, *num.* 30 *ad* 49.

Contractus ille, qui vulgo dicitur *a godere*, quomodo ab usura possit excusari, *num.* 50.

Qui recusat mutuare pecuniam, sed ipsam tradit indigenti, dicendo, quod emit ab ipso suas vaccas, et easdem ei locat pro pensione annua ei solvenda, vel dicendo, quod tali pecunia conducit suas operas ad futuram messem, an excusetur ab usura, *num.* 51 *et* 52.

Ementes res, chirographa, et alia credita minori pretio quam valeant, quando excusentur ab usura et restitutione, vel non, *num.* 53 *et* 54.

Emere, vel vendere rem sine justo titulo infra, vel supra pretium, ob solam anticipatam, vel dilatam solutionem est usura, *num.* 55 *et* 56.

Venditores quando excusentur ab usura, et restitutione, vel non, *num.* 57.

Contractus *mohatra* est usurarius, *num.* 58.

An mutuans possit ex contractu usurario celebrato, percipere, et retinere lucrum, quod ex alio justo contractu (quem celebrasset, si scivisset) recipere, et retinere potuisset, *num.* 59 *ad* 62.

Contractus vulgo dictus trium contractuum an sit usurarius, vel non, *num.* 63.

Assignantur plures, qui cooperantes ad exigendas, vel solvendas usuras peccant mortaliter, et tenentur ad restitutionem, *num.* 64.

Mutuatarius petendo mutuum sub usuris, quando, et quomodo peccet, *num.* 65 *et* 66.

Mutuatarius post acceptum mutuum sub usuris

Digitized by Google

an peccet usuram solvendo; et in casu an, et quales usuras solvere teneatur. Vide *verb.* Usura, *num.* 67 *ad* 72.

Usurarius quando, et quale usurarum dominium acquirat, et quid circa ipsas teneatur restituere, vel non, *num.* 73 *ad* 78.

Judæi compelli debent ad restitutionem usurarum, *num.* 79.

Obligatio restituendi usuras transit ad hæredes; et innuitur quando ac quomodo hæredes restituere debeant, et quando excusentur, vel non, a tali restitutione, *num.* 80 *ad* 84.

Per usuram mentalem qui intelligatur, et an etiam ipsa obliget ad restitutionem, *n.* 85, 86 *et* 87.

Assignantur pœnæ quibus subjacent usurarii, aliique ad usuras cooperantes, et quid requiratur ad hoc ut dictas pœnas incurrant usurarii, *n.* 88 *ad* 99.

Judex criminum usurariorum quis sit, et esse possit, *num.* 100 *et* 101.

Alia ad rem, *num.* 102 *ad* 113, ubi ad propositum affertur encyclica Benedicti XIV, qui ad exterminandas usuras plura declaravit, quæ referuntur.

Non solum ex mutuo, sed ex quocunque alio credito mere pecuniario regulariter vetitum est quidquam ultra sortem accipere, non concurrentibus notissimis requisitis, Castrensis *in leg.* 3 *ff. de eo, quod certo loco.* Quæ requisita castrensis explicantur, *num.* 114 *et seqq.*

## USUSFRUCTUS, USUS (VII, 1514).

Quid sit ususfructus, et quid sit usus, et quomodo usuarius differat ab usufructuario. Vide *verb.* Ususfructus, *num.* 1 *ad* 4.

Ususfructus an constitui possit in rebus usu consumptibilibus, *num.* 5 *et* 6.

Usus alius est facti, et alius juris, et uterque explicatur, *num.* 7.

Datur alius usus, scilicet usus facti simplex, qui separatur a dominio rei, etiam unico usu consumptibilis, *num.* 8, 9 *et* 10.

Ususfructus bonorum adventitiorum filii ad quem spectet, *num.* 11 *et* 12.

Ususfructus hæreditatis relictæ filio sub hac lege, ut in ea nihil juris acquirat pater, non spectat ad ipsum patrem, neque pater acquirit usumfructum in hæreditate adita a filio contra voluntatem ipsius patris, *num.* 13 *et* 14.

An ut ususfructus prohibeatur patri in bonis adventitiis filii tacita sufficiat prohibitio, *num.* 65.

An prohibito usufructu patri nihilominus competat ei administratio bonorum, si filius ætatis defectu laboret, *num.* 66 *ad* 68.

Ususfructus in bonis adventitiis filii per professionem patris ad quem transeat, *num.* 15.

Pater per professionem filii in religione, vel per ejusdem enorme delictum non amittit usumfructum in bonis adventitiis ejusdem filii; neque per transitum ad secundas nuptias privatur usufructu bonorum filiorum prioris matrimonii, *num.* 16, 17 *et* 18.

Pater potest usumfructum bonorum adventitiorum filii eidem remittere, *num.* 19 *et* 20.

Ususfructus bonorum dotalium ad quem spectet, et an esse possit materia dotis, *num.* 21, 22 *et* 23.

Si uxor fuerit proprietaria, et dederit in dotem solum usumfructum retenta sibi proprietate, soluto matrimonio, ad quem spectet ille ususfructus, *num.* 24, 25, 26.

Usufructuarius quales fructus percipere possit ex re fructifera, et an possit illos alteri donare, vendere, vel transferre, etiam invito domino, *n.* 27 *ad* 33.

Usufructuarius quomodo teneatur proprietatis rem conservare et quid de ipsa disponere possit, vel non, *num.* 34 *ad* 39.

Usufructuarius ædium quid possit in ipsis facere, vel non, et quid si ædes, vel incendio, vel casu fortuito destruantur, *num.* 40 *ad* 44.

Usufructuarius, cui legatus est ususfructus certi gregis ad determinatum tempus, ad quid teneatur elapso dicto tempore, *num.* 45 *et* 46.

Usufructuarius quando usum capere incipiat, *n.* 47.

Assignantur aliqua ad usufructuarium, et ad rei proprietarium spectantia, *num.* 48.

Si ususfructus sit relictus pluribus usufructuariis conjunctim, uno eorum decedente, quid de ejus portione, *num.* 49.

Usufructuarii hæres non tenetur restituere proprietario fructus, quos defunctus collegerat, antequam essent maturi, *num.* 50.

Usufructuarius potest interrumpere locationem factam a proprietario, *num.* 51.

Hæres, seu legatarius testatoris tenetur usufructuario præstare viam, et transitum necessarium ad utendum suo usufructu, *num.* 52.

Usufructuarius quæ onera sustinere et solvere teneatur, et quid ipsi addere, vel ab ipso exigere possit proprietarius, *num.* 53 *ad* 56.

Ususfructus per quid finiatur, et quid si usufructuarius in religione professionem emittat, *n.* 57 *ad* 64.

Alia ad rem, *num.* 65.

Commentarius de illa regula: *Ut ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.* Vid. in *Appendice, per tot.*

## UTENSILIA (VII, 1533).

Assignatur taxa pro utensilibus sacris Missæ quotidianæ. Vide *verb.* Utensilia, *num.* 1.

Parochi et rectores ecclesiarum an, et quibus sacerdotibus celebrari volentibus in eorum ecclesiis teneantur utensilia sacra ministrare, et an possint retinere aliquam portionem ex eleemosynis missarum pro expensis manutentionis ecclesiæ, *n.* 2 *ad* 6.

Episcopus quomodo possit astringere beneficiatos ad providenda paramenta de proprio, *num.* 7.

Manutentio, et provisio de necessariis pro altaribus de jurepatronatus ad quem spectet, et ad quæ onera teneatur patronatus, *num.* 8 *ad* 15.

Utensilia et paramenta sacra aliis commodare prohibentur fratres Minores de Observantia sub gravissimis pœnis. Vide *verb.* Paramenta sacra, *num.* 39.

## UTILITAS.

Utilitas ecclesiæ quando sufficiat pro alienatione ejus bonorum. Vide *verb.* Alienatio, *art.* 2, *num.* 2.

Utilitas ecclesiæ, seu reipublicæ, quando sufficiat pro absentia a residentia. Vide *verb.* Canonicus, *art.* 5, *num.* 37; *verb.* Episcopus, *art.* 3, *num.* 7 *ad* 11, et *verb.* Parochus, *art.* 2, *num.* 42.

## UXOR (VII, 1538).

Uxor quando teneatur sequi maritum mutantem domicilium, et e contra, quomodo teneantur ambo simul cohabitare, et propter quas causas fieri possit divortium. Vide *verb.* Uxor, *num.* 1 *ad* 10.

Quid de conjuge qui propter adulterium spirituale alterius conjugis, divortium facit auctoritate propria, *num.* 11 *ad* 14.

Uxor adultera post pœnitentiam recipienda est a marito et si separata impudice vivit, punienda est pœna mortis, et si occidit fetum animatum, aut infantem natum, excommunicatur et punitur ut homicida, *num.* 15, 16 *et* 17.

Quid de uxore adultera, vel sterili, quæ artificiose sibi supposuit partum alienum, *n.* 18, 19 *et* 20.

Uxor in adulterio deprehensa nequit a marito ob id occidi *num.* 21.

Uxor quid amittat propter adulterium; et quid, si a marito recedat, *num.* 22, 23 *et* 24.

Digitized by Google

An et quando dos quoad proprietatem et usumfructum spectet ad uxorem. Vide *verb.* Uxor, *num.* 25.

Quando uxor possit petere, et teneatur reddere debitum conjugale, vel non, *num.* 26.

Quid de voluptate, seu delectatione; ac de tactibus, osculis, amplexibus inter conjuges, *n.* 27 *ad* 31.

Conjuges an, et quando possint, vel non, religionem ingredi, *num.* 32.

Maritus an, et quando possit cum, vel sine uxoris licentia ad sacros ordines promoveri, *n.* 33.

Quid de conjugibus infidelibus, quando unus convertitur, et alter non, vel quando ambo convertuntur; et quid de eorum matrimonio et prole, *num.* 34.

Plures uxores simul habere est prohibitum de jure divino, *num.* 35.

Uxor an, et quas donationes possit facere marito, et maritus uxori, *num.* 36.

Uxor de quibus bonis habeat dominium, vel usumfructum, et de quibus, et quando possit disponere, et facere donationes et eleemosynas, et succurrere suis parentibus, *num.* 37.

Uxor, sicut et maritus, quibus prius subvenire teneatur in extrema, gravi et communi necessitate, *num.* 38.

Uxor quando possit, vel non, irritare vota mariti, et e contra, *num.* 39.

Uxor transiens ad secundas nuptias quid amittat, *num.* 40 *ad* 44.

Uxor an possit sibi eligere sepulturam, et si non elegerit, ubi sit sepelienda, *num.* 45.

Uxoris soror improprie dicitur cognata, *num.* 46.

Uxor, sicuti et maritus, proprium filium baptizans, vel ambo alterius filium de sacro fonte suscipientes non impediuntur debitum petere, *num.* 47 *et* 48.

Uxor prægnans choreas ducens quomodo peccet, *num.* 49.

Uxor notorie adultera non potest religionem ingredi cum solo consensu viri, *num.* 50.

Uxor an, et quæ bona possit inscio, vel invito marito ludo exponere, *num.* 51 *ad* 54.

Alia ad rem. *num.* 55 *ad* 91.

Feminæ vox in homine an sit mali hominis indicium, *num.* 92.

Uxor quando est pulchra aufert nomen domus marito, *num.* 93.

Uxor eximens maritum de manu curiæ, et e contra, non committit crimen læsæ majestatis, *num.* 94.

Referuntur privilegia mulierum inhonestarum, et de ipsis præsertim verificatur celebre sancti Antonii Alphabetum, quod adducitur, *num.* 95 *et* 96.

Prærogativæ mulierum honestarum indicantur, *num.* 97.

Refertur curiosus et scandalosus modus ducendi uxorem in regno Congi, *num.* 98.

Reprehenditur auctor ob ea, quæ habet *a n.* 66 *ad* 98, *num.* 101 *ad* 104.

Uxor cum sit in mariti potestate juxta legem Moysis, ideo maritus a Judaismo ad Ecclesiæ fidem conversus, eam ad baptismum offerre potest, *num.* 99 *et* 100.

Alia ad rem. Vid. *verb.* Femina.

# V

## VACANS SEDES.

Vide *verb.* Sedes vacans.

Vacante sede apostolica major pœnitentiarius, seu ejus officiales facere, et expedire possunt quæcumque ad forum conscientiæ pertinent. Vide *verb.* Sedes vacans, *n.* 29 *ad* 34.

Vacante sede apostolica processio generalis corporis Christi celebrari debet apud Vaticanam basilicam, *n.* 35.

## VACATIO, VACARE (VII, 1057).

Vacatio per mortem, et per renuntiationem non sunt eædem, nec eosdem effectus causant. Vide *verb.* Vacatio, Vacare, *n.* 1.

Alia quoad vacationem beneficiorum, locorum, montium, et officiorum Romanæ curiæ, *n.* 2 *ad* 7.

De vacatione beneficiorum per solemnem professionis emissionem, late, *num.* 8 *ad* 14.

De casibus, in quibus beneficia haud vacant ipso jure, sed per judicis sententiam, *n.* 15 *ad* 19.

In iis casibus, in quibus vacatio beneficiorum ipso jure inducitur, collator qui ejus notitiam habet, ad quid teneatur. Vide *n.* 20.

De casibus vacationum beneficiorum ipso jure. Vide *verb.* Beneficium, *art.* 7 *per totum.*

## VAGUS, VAGABUNDUS (VII, 1060).

Vagus seu vagabundus quis proprie sit; ubi sortiatur forum, apud quem parochum possit matrimonium contrahere, quibus legibus subjiciatur, ubi sit sepeliendus. Vide *verb.* Vagus, Vagabundus, *num.* 1 *ad* 6.

Vagus an absolvi possit in una diœcesi a reservatis alterius diœcesis, *num.* 7.

## VANA GLORIA.

Vide *verb.* Superbia, *n.* 8.

## VANA OBSERVANTIA.

Vide *verb.* Superstitio, *n.* 45.

## VASA SACRA (VII, 1062).

Vasa sacra, aliaque ornamenta ecclesiastica benedicendi facultas cui competat, vel non. Vide *verb.* Vasa sacra, *n.* 1 *ad* 7.

Quis licite possit vasa, aliaque sacra ornamenta tangere, vel non, *num.* 8 *ad* 14.

Vasa et alia sacra ornamenta ad usus profanos convertens quomodo peccet et quibus pœnis subjiciatur, *num.* 15, 16 *et* 17.

Vasa et alia ecclesiastica supellectilia Judæis vendens qua pœna plectendus, *n.* 18.

Alia ad rem, *num.* 19.

## VATICANA BASILICA (VII, 1063).

Vaticanæ basilicæ prærogativa est, ut in ea benedicantur pallia, quæ a Romano pontifice patriarchis, et archiepiscopis mittuntur. Vide *verb.* Vaticana basilica, *n.* 1 *ad* 4.

Vaticanæ basilicæ clero concessum est, ut de singulis sanctis pontificibus Romanis officia propria recitent, *n.* 6.

In Vaticana basilica celebrari debent beatificationes et canonizationes, et ipsius sacrario certæ præstationes afferuntur illarum occasione, *n.* 7 *ad* 10.

## VECTIGAL.

Vide *verb.* Gabella.

## VENATIO, VENATOR (VII, 1063).

Venatio qualis, et quando sit clericis, et religiosis specialiter interdicta, et qualis aliquando sit eis concessa. Vide *verb.* Venatio, Venator, *n.* 1.

Venatio, seu piscatio an, et quando possit a principe, vel republica, vel a quovis alio jus privativum habente prohiberi, et contra talem prohibitionem venantes, seu piscantes quomodo peccent, et ad quid teneantur, *num.* 2 *ad* 9.

Principes, si propter venationis prohibitionem grave damnum afferant subditis, an teneantur ad compensationem, *num.* 10.

Principes, aliique privati venantes tenentur ad compensationem si venando notabiliter proterant sata, grana excutiant, vineas ac sepes lædant et similia, *num.* 11 *et* 12.

Digitized by Google

Quæ animalia, et in quibus locis prosequi, seu capi liceat. Vide *verb.* Venatio, Venator, *num.* 13, 14 *et* 15.

An liceat prosequi, vel capere feram ab alio vulneratam, *num.* 16, 17 *et* 18.

Quid si aliquis animal vagum insequatur, et illud incidat in rete alterius, *num.* 19.

Si quis eripiat piscem implexum in retibus alicujus piscatoris, an teneatur ad restitutionem, *n.* 20.

An liceat diebus festis, vel tempore Quadragesimæ venationem exercere, et cur venatores communiter se induant veste virili, *num.* 21 *ad* 25.

Ad *num.* 24 auctor, vide correctionem *in not.*

Ad rem alia. Vide *num.* 26.

## VENDITIO.

Clerici beneficiati prohibentur vendere commodum, vel utilitatem percipiendi fructus beneficii. Vide *verb.* Venditio, *n.* 1.

Alia ad rem. Vide sequentia, et *verb.* Emptio.

## VENENUM (VII, 1073).

Venenum componens, vendens, apud se retinens, propinans, vel mandans propinari, ad hominis necem, reus est homicidii, et homicidium sic patratum punitur pœna ultimi supplicii. Vide *verb.* Venenum, *n.* 1 *ad* 5.

Alia ad rem, *num.* 6, 7 *et* 8.

## VENERABILE SACRAMENTUM.

Vide *verb.* Missa, Processio, Sacramentum, Sacrificium, Tabernaculum.

## VENERATIO SANCTORUM.

Vide *verb.* Cultus sanctorum.

## VENTI.

Venti cardinales secundum quatuor mundi plagas cardinales, sunt quatuor qui assignantur. Vide *verb.* Mundus, *n.* 89.

Ventus eurus, seu subsolanus quis, *n.* 89.

Ventus zephirus, seu favonius quis, *num.* 89.

Ventus auster, seu notus quis, *num.* 89.

Ventus boreas, seu aquilo quis, *num.* 89.

## VERBA.

Verba vim sponsalium habentia, vel non. Vide *verb.* Sponsalia, *n.* 35 *ad* 48.

## VERBERATIO.

Verberationis pœna quæ sit. Vide *verb.* Pœna, *art.* 2, *num.* 26.

## VESTIS (VII, 1074).

Femina utens veste virili, et vir veste feminea : ac sæculares utentes vestibus religiosis quale peccatum committant. Vide *verb.* Vestis, *num.* 1 *ad* 4.

Moniales tempore bacchanalium nequeunt uti alienis vestibus ad mascheras, *num.* 5.

Vestes sacræ in quos usus converti possint vel non, et quid de ipsis, si sint veteres, *num.* 6, 7 *et* 8.

Clerici quibus vestibus uti debeant, et quæ sint necessariæ pro Missæ celebratione, et quis possit illas benedicere, *num.* 9 *ad* 12.

Quando liceat, vel non, uti vestibus infidelium, *n.* 13 *et* 14.

Emendatur et explicatur auctoris sententia, *in not. ad n.* 13.

Adducitur notabile factum cujusdam theologi male recepti in suo monasterio, dum erat humiliter indutus, et splendide postea recepti cappa pretiosa vestiti, *n.* 15.

Alia ad rem, *n.* 16.

Cadavera ecclesiasticorum quibus vestibus sint inducenda, quando exponuntur in funeralibus officiis, et affertur ad rem novissimum edictum, *num.* 17.

Catechumeni quando sint induendi veste candida, *n.* 18.

Vestis talaris usus an, quibus, et sub qua pœna præcipi valeat ab episcopis, *n.* 19 *et* 20.

Affertur lepida observatio de veste talari, ob quam sine abbatia multi vocantur abbates, *num.* 21.

Sacræ vestes cujusque dignitatis, seu ordinis propriæ gestandæ sunt a clericis synodo interessentibus, *n.* 22, 23, 29 *et seqq.*

Non item pallium ab archiepiscopis extra propriam diœcesim, *n.* 25 *et seqq.*

Vicarius generalis quanam veste uti debeat in synodo diœcesana, *n.* 33.

De veste clericorum, *n.* 43 *ad fin.*

## VIA LACTEA.

Via Lactea quid et unde sic dicta. Vide *verb.* Mundus, *n.* 204.

## VIATICUM (VII, 1083).

Viatici nomen undequaque explicatur. Vide *verb.* Viaticum, *n.* 1, 2 *et* 3.

Eucharistiam sumere per modum viatici quid sit, quando teneatur ægrotus ipsam sumere; et quoties in eadem infirmitate; et quibus diebus, et sub qua formula sit ipsi præstanda, *n.* 4 *ad* 9.

Juxta Rituale Romanum non potest viaticum ministrari de novo, nisi infirmus per aliquot dies supervivat, *n.* 16.

Quotnam dies intercedere debeant, *num.* 17 *et* 18.

Alia ad rem, *n.* 15.

De viatico administrando, vel non ministrando iis, qui suspecti sunt contumaciæ in constitutionem *Unigenitus.* Vide *num.* 10 *et seqq.*, ubi per extensum datur epistola, encyclica Benedicti XIV ad Gallicanos episcopos data.

## VICARIUS APOSTOLICUS (VII, 1091).

Pro vicario apostolico quis hic intelligatur. Vide *verb.* Vicarius apostolicus, *n.* 1.

Quanam occasione mittatur, *n.* 64.

Quæ sit vicarii apostolici jurisdictio ac facultas; quid possit, vel non, in diœcesi disponere independenter ab episcopo; quales functiones exercere possit; et quibus gaudeat prærogativis tum missæ solemni assistendo, tum missam privatam celebrando, *n.* 2 *ad* 21.

Quænam sit facultas et jurisdictio vicarii apostolici missi sede episcopali vacante, *n.* 65 *et seqq.*

Quæstio proponitur, an possit tunc erigere beneficia cum reservatione jurispatronatus, *n.* 70.

Quibus vero insignibus et honoribus decoretur, *n.* 72.

Vicarius apostolicus quandiu duret; ubi residere debeat; quæ sit ejus præcedentia in choro; an possit salarium, expensas ac alia emolumenta prætendere, et quæ; et alia ejus facultatem concernentia, *n.* 22 *ad* 49.

Assignantur causæ, propter quas vicarius apostolicus deputari, ac removeri solet, *num.* 50, 51 *et* 52.

Vicarius apostolicus illis tantum gaudere debet prærogativis : quibus gaudet vicarius generalis episcopi, *n.* 53.

## VICARIUS CAPITULARIS (VII, 1100).

### VICARIUS CAPITULARIS, QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT EJUS ELECTIONEM, QUALITATEM, INITIUM, ET FINEM SUÆ JURISDICTIONIS

Vicarius capitularis a quo, et intra quod tempus sit eligendus; et quid si intra præfixum tempus

Digitized by Google

non eligatur. Vide *verb.* Vicarius capitularis, *art.* 1, *n.* 1 *ad* 40, ubi alia plura quoad ejus electionem, *et n.* 34 *et seqq.*

Vicarius capitularis, an possit esse canonicus, vel parochus, et cujus ætatis esse debeat, et qui sint præferendi in ejusdem electione, *n.* 41 *ad* 44.

Quid si electio non concludatur in tempore, a concilio Tridentino præscripto, *n.* 45.

Quid si in tali electione duo canonici doctores habuerint vota paria, *n.* 46.

Quid si ecclesia vacans sive suffraganea, sive non, careat capitulo, *n.* 47 *et* 48.

Vicarius capitularis an provideri debeat de competenti salario, et an lucrari possit distributiones etiamsi choro non intersit, et ad quid teneatur pro ipsis lucrandis, *n.* 49 *ad* 52.

Vicarius capitularis non potest occupare sedem archidiaconi in ecclesia, *n.* 53.

Archidiaconus, seu alia dignitas major post pontificalem præfertur vicario capitulari, *n.* 54.

Vicarii capitularis jurisdictio quando, et per quid cesset, *n.* 55 *ad* 58.

Quid de vicario capitulari Ecclesiæ collegiatæ exemptæ, vel nullius diœcesis, *n.* 59, 60 *et* 61.

Non est pacifica auctoris opinio proposita, *num.* 60, quod capitulum collegiatæ ecclesiæ defuncto prælato nullius debeat constituere vicarium capitularem, *n.* 63.

Affertur novissima resolutio sacræ congregationis Concilii quoad varia dubia de vicario capitulari, *n.* 62.

VICARIUS CAPITULARIS QUOAD EA QUÆ FACERE POTEST VEL NON.

Vicarius capitularis in quibus episcopo succedat, vel non. Vide *verb.* Vicarius capitularis, *art.* 2, *n.* 1.

Vicarius capitularis quid possit circa dimissorias concedendas pro ordinibus suscipiendis ab exteris episcopis, sive intra, sive extra diœcesim, *n.* 2 *ad* 8.

Assignantur plura, quæ vicarius capitularis facere potest, et plura alia quæ facere non potest, et ad rem adducitur novissima resolutio sacræ congregationis Concilii quot varia dubia de ipso, *n.* 9 *ad* 69.

Alia quoad facultatem vicarii capitularis, *n.* 70 *ad* 98.

Num capitulum eligendo vicarium capitularem possit aliqua reservare a se ipso exercenda, *num.* 103 *et seqq.*

VICARIUS FORANEUS (VII, 1123).

Vicarius foraneus quis sit, et quare sic dicatur; a quo constituendus, et quis ad tale munus eligi possit; quæ sit ejus jurisdictio; et in quibus se possit intromittere, vel non. Vide *verb.* Vicarius foraneus, *n.* 1 *ad* 8.

Alia circa vicarii foranei facultatem, et officium, *num.* 9 *ad* 44.

A vicario foraneo distinguitur is, qui extra Urbem cum aliqua delegatione universitatis causarum ab episcopo constituitur, et referuntur quædam distinctionis argumenta, *n.* 45 *et seqq.*

VICARIUS GENERALIS EPISCOPI QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT EJUS ESSE, CONSTITUTIONEM, ET JURISDICTIONEM.

Vicarii generalis nomine quis intelligatur; et quomodo in jure appelletur. Vide *verb.* Vicarius generalis, *n.* 1 *et* 2.

Episcopus an teneatur vicarium generalem constituere, *n.* 3 *ad* 7.

Episcopus an possit binos vicarios generales æque principales constituere, *n.* 8 *ad* 14.

Episcopus an habere possit plures vicarios juxta numerum dominiorum, ad quæ se extendit diœcesis, *num.* 15.

Vicarius constitutus in aliqua parte diœcesis cum opportuna facultate an sit censendus generalis, *n.* 16.

Episcopus quando, et quem ad munus vicarii generalis eligere possit, et quis ad tale munus sit eligendus; quæ alia officia habere possit, qualem ætatem, et quas habere debeat prærogativas, *n.* 17 *ad* 40.

Vicarius generalis qualem habeat jurisdictionem, *num.* 41 *ad* 43.

Utri, quando duo vicarii generales æque principales constituuntur ab episcopo, delegationes apostolicæ censeantur commissæ, *n.* 44 *et seqq.*

QUOAD EA QUÆ POTEST, VEL NON POTEST VICARIUS GENERALIS.

Vicarius generalis ad hoc ut munus suum plene et libere exercere possit, quid requiratur, et quæ concedi soleant in constitutione ejusdem. Vide *verb.* Vicarius generalis, *art.* 2, *n.* 1 *et* 2.

Assignatur quid possit vicarius generalis ex vi officii sibi commissi. Et quid si sit vicarius archiepiscopi, *n.* 3 *ad* 8.

Assignantur ea omnia, quæ absque speciali mandato facere non potest vicarius generalis, et quomodo dignosci possit in quibus casibus, habeat speciale mandatum, vel non, *num.* 9 *ad* 84.

Alia plura ad rem, *num.* 85 *ad* 114, *et n.* 115 *et* 116.

QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT LOCUM, PRÆCEDENTIAM ET MODUM, QUO EXSPIRAT VICARII GENERALIS JURISDICTIO.

Qualis sit locus, ac præcedentia vicarii generalis sive in choro, sive in processionibus, sive in sessionibus; et quo habitu incedere, ac in quo loco sedere debeat ad hoc ut lucretur quotidianas distributiones. Vide *verb.* Vicarius generalis, *art.* 3, *n.* 1 *ad* 15.

Qualis præcedentiæ ordo sit servandus inter vicarium generalem, et canonicos paratos, et dignitates episcopo assistentes, *n.* 16 *ad* 24.

Vicarius generalis an præcedat gubernatoribus civitatis potestatibus, vel commissariis, *n.* 25 *et* 26.

Vicarii generalis jurisdictio quando, et per quid exspiret, *n.* 27 *ad* 46.

Alia de præcedentia vicarii generalis. Vide *n.* 47 *et seqq.*

QUOAD DIFFERENTIAS VERTENTES INTER VICARIUM GENERALEM, CAPITULAREM, ET FORANEUM.

Assignantur undecim differentiæ inter vicarium generalem et capitularem. Vide *verb.* Vicarius generalis, *art.* 4, *n.* 1 *ad* 12.

Afferuntur aliæ differentiæ assignatæ a Pellegrino, *n* 13.

Vicarius generalis differt a foraneo quinque modis, qui exponuntur, *n.* 14 *ad* 17.

Vicarius capitularis differt a foraneo quinque pariter modis, qui assignantur, *n.* 18 *ad* 22.

Ad rem, vide *n.* 23 *ad* 35, ubi improbatur cardinalis de Luca opinio circa electionem alterius quam doctoris in vicarium capitularem, quando in capitulo non est nisi unus doctor.

VICARIUS PAROCHIALIS (VII, 1165).

Vicarius parochialis alius est temporaneus, et alius perpetuus; et qualis sit uterque. Vide *verb.* Vicarius parochialis, *n.* 1, 2 *et* 3.

Vicarius perpetuus a quo, et in quibus Ecclesiis constitui possit, *n.* 4 *ad* 7.

Episcopus nequit vicarium perpetuum deputare in pluribus casibus, qui assignantur, *n.* 8 *ad* 13.

Quid de congrua portione vicario perpetuo assignanda, *n.* 14 *ad* 17.

Vicarius perpetuus, ejusque vicaria in quibus æquiparetur rectori animarum, et ecclesiæ parochiali, vel non, *n.* 18 *ad* 30.



Digitized by Google

Vicarii perpetui quomodo instituendi; et an possint ab episcopo, quamvis in ecclesiis exemptis, pro libito examinari. Vide *verb.* Vicarius parochialis, *n.* 31 *ad* 35.

Vicarii perpetui ecclesiarum parochialium qua gaudeant præcedentia, et sub qua cruce incedere debeant, *n.* 36, 37 *et* 38.

Quæ præcedentia debeatur vicario perpetuo Sancti Joannis Lateranensis, et quæ onera subire debet vicarius perpetuus abbatiæ, *n.* 39 *et* 40.

Vicarius temporalis an sit beneficiatus, et ob quas causas deputari possit, et soleat, *n.* 41 *et* 42.

Ad quem spectet deputatio vicarii temporalis, seu œconomi clerici sæcularis, *n.* 43, 44 *et* 45.

Aliorum vicariorum temporalium nominatio ad quem spectet, et jam nominati an possint pro libito removeri, *n.* 46 *ad* 49.

Num sanctio concilii Tridentini, *sess.* 7, *cap.* 7, *De reform.* pertineat etiam ad parochias unitas monasteriis, et conventibus regularium, *num.* 60 *et seqq.*

Quid de congrua vicario temporali assignanda; *num.* 50 *ad* 54, et *verb.* Congrua.

Vicariorum cujusvis generis materia item pertingitur. Vide *verb.* Vicarius, *n.* 1, *et seqq. per totum.*

## VICINUS.

Vicinus pluribus partibus præfertur aliis vicinis in emptione domus. Vide *verb.* Vicinus, *num. unic.*

## VIDUA, VIDUUS (VII, 1183).

Vidua an, et de cujus licentia recipi possit in monasterium, et quale velum recipere debeat in professione; et an eligi possit in abbatissam. Vide *verb.* Vidua, *num.* 1 *ad* 8.

Vidua quanto tempore possit licite missam omittere post mortem mariti, *num.* 9.

Vidua nubens intra annum luctus obnoxia erat infamiæ aliisque pœnis ex jure civili, *n.* 11.

Alia de viduis circa delectationem de copula præterita. Vide *verb.* Delectatio morosa, *n.* 30.

## VIGILIA (VII, 1183).

Vigilia quid sit, et unde dicatur. Vide *verb.* Vigilia, *n.* 1 *et* 2.

Vigiliæ nocturnæ usque dum et apud quos viguerint; in quibus locis de ipsis mentio fiat; cur fuerint abolitæ et cur earum nomen remanserit in Ecclesia, *n.* 3 *ad* 8.

Cur in variis vigiliis sit jejunandum, et in aliquibus non, *num.* 9 *ad* 12.

Vigilia Sancti Bartholomæi quando celebranda, *num.* 13.

Quid si vigilia occurrat in Dominica, *num.* 14.

Quid si vigilia Sancti Joannis Baptistæ, vel Sancti Antonii de Padua cadat in festo Corporis Christi, *num.* 15, 16 *et* 17.

Vigilia an, et quando possit ab episcopo commutari in die præcedenti, *num.* 18 *et* 19.

Officium de vigilia quando celebrandum, vel anticipandum, et quando de ipsa fieri debeat tantum commemoratio, vel non, *n.* 20 *ad* 28.

In vigilia Nativitatis Domini, et in ejus octava, et in vigilia Epiphaniæ quæ missæ prohibeantur, *num.* 29 *et* 30.

Quid si in vigilia Ascensionis occurrat festum primæ classis, aut duplex, vel semiduplex, *n.* 31.

In vigilia Pentecostes, et per totam Octavam quæ officia et missæ prohibeantur, *n.* 32.

Episcopus an possit novas vigilias in Kalendario Romano non appositas ordinare, *num.* 33.

## VINUM (VII, 1191).

Quale vinum sit materia apta consecrationis, vel non. Vide *verb.* Vinum, *n.* 1 *ad* 18. Vinum ex uvis passis expressum est apta materia ad Eucharistiam perficiendam, *in not. ad n.* 16.

An liceat solum panem sine vino consecrare, *num.* 19 *et* 20.

Guttæ vini exsistentes intra calicem discontinuæ an remaneant consecratæ, et an abstergi possint post consecrationem, *num.* 21 *et* 22.

Quid de aqua in calice vino miscenda, *num.* 23 *ad* 27.

Vini venditores an, et quando, et in qua quantitate possint licite aquam vino miscere, *num.* 28 *et* 29.

Vide *etiam notam n.* 27 *appositam.*

Alia ad rem, *num.* 30 *ad* 32.

Adducuntur ad rem varii sanctæ Scripturæ textus valde attendendi, *num.* 33.

## VIOLENTIA.

Violentia quid sit, et quando dicatur manifesta. Vide *verb.* Conservatores, *art.* 2, *n.* 5 *et* 6.

## VIR (VII, 1195).

Vir extra paradisum fuit formatus; mulier vero intra paradisum. Vide *verb.* Vir, *n.* 1.

Viri in principio mundi acceperunt sorores in uxores, *num.* 2.

Vir circa uxorem peccat graviter in octo casibus, qui assignantur, *num.* 3.

Alia de viro et uxore, *num.* 4 *et* 5.

## VIRGA PŒNITENTIARIORUM (VII, 1197).

An canonicus pœnitentiarius in cathedrali ecclesia uti possit virga, sive ut aiunt, bacchetta. Vide *verb.* Virga pœnitentiariorum, *num.* 1, 2 *et* 3.

Major pœnitentiarius quas indulgentias concedere possit, *num.* 4.

## VIRTUS (VII, 1197).

Virtus generatim, et specifice capta quid sit. Vide *verb.* Virtus, *n.* 1 *et* 2.

Virtus tripliciter dividitur, videlicet ex parte subjecti in virtutes intellectuales et mortales, ex parte causæ efficientis in infusas et acquisitas, et ex parte objecti in theologicas et morales; et singulæ assignantur, et quæ, ac quare in medio consistant, et vitia ad extrema tendant, *num.* 3 *ad* 15.

Virtutes theologicæ quot, et quæ sint; et quæ earum perfectio ac necessitas ad salutem, *num.* 16 *ad* 19.

Quoad ea quæ concernunt fidem, vide *verb.* Fides *per tot.*

Spes quid sit, quomodo distinguatur a charitate, quale ejus tum materiale, tum formale objectum, in quibus reperiatur, et quæ sint vitia ei opposita, *num.* 32 *ad* 33.

Charitas quid sit, quale ejus objectum; quomodo distinguatur a fide et spe, et an remaneat in beatis, *num.* 34 *ad* 39.

Deus quomodo, quando, et sub quo præcepto sit diligendus, *num.* 40 *ad* 50.

Quid de charitate erga proximum, et erga inimicos, *num.* 51 *ad* 59.

Ad *num.* 55 *et* 57 auctoris, vide *ibid. num.* 136.

Qualis ordo charitatis servandus sit in proximo diligendo, vel subveniendo, *num.* 60 *ad* 67. Vide *not. ad num.* 63.

Offensor ad quid teneatur ex vi charitatis, *num.* 68 *et* 69.

Obligatio veniam petendi ab inimico offenso, quando adsit, vel non, et quis teneatur prius petere reconciliationem ex duobus se mutuo offendentibus, *num.* 70, 71 *et* 72.

Offensus an, et quomodo teneatur offensori injuriam remittere, *num.* 73, 74 *et* 75.

Assignantur et explicantur plura vitia opposita charitati, *num.* 76 *ad* 87.

Digitized by Google

Virtutes cardinales quot, et quæ sint, et quare sic nuncupentur. Vide *verb.* Virtus, *num.* 88 *et* 89.

Cæteræ morales virtutes respectu virtutum cardinalium sunt positæ in triplici differentia, quæ assignatur, *num.* 90.

Omnes virtutes morales quomodo sint inter se connexæ, et quid sit virtus moralis propriæ sumpta, *num.* 91 *ad* 93.

Mediocritas, seu medium duplex assignatur, et explicatur; et quid sit vitium morale, *num.* 94 *et* 95.

Prudentia quid sit, quæ virtus, quæ ejus partes sive integrales, sive subjectivæ, sive potentiales; et quæ sint vitia ei opposita, *num.* 96 *ad* 107.

Justitia quid sit, quæ ejus partes subjectivæ, integrales, et potentiales, et quæ sint vitia ei et singulis ejus partibus opposita, *num.* 108 *ad* 119.

Fortitudo quid sit, quæ ejus partes, et quæ vitia opposita, *num.* 120 *ad* 129.

Temperantia quid sit, quæ ejus partes, et quæ ei ejusque partibus opposita, *n.* 130 *ad* 135.

## VIS (VII, 1237).

Vis quid sit. Vid. *verb.* Vis, *n.* 1.

Vis in genere alia est publica, et alia privata, et quæ sit utraque, et quot modis committi soleat, *n.* 2 *ad* 22.

Vis in specie quæ, et quotuplex sit assignatur, et explicatur, *n.* 23 *ad* 28.

Quibus pœnis puniatur vis publica et privata, *num.* 29.

Vim vi repellere quomodo, quando, et contra quem liceat, *n.* 30, 31 *et* 32.

Vis et metus quomodo differant inter se, *n.* 33 *et* 34.

De vi tres potissimum leges latæ fuerunt a Romanis, una Plautia, et duæ Juliæ, quæ explicantur, *n.* 35 *et seqq.*

Vis et metus distinguitur in gravem, et levem, habito respectu ad personam cui infertur, *n.* 44.

De vi, et metu illato ei qui intravit in religionem, et professionem regularem emisit, *num.* 44.

Vis et metus adhiberi non debet, ut Judæi in Christianorum regionibus asyli jure gaudentes, baptismum suscipiant, *n.* 45.

Quid si Judæus per vim et metum fuerit baptizatus, 45.

## VISITARE, VISITATIO, VISITATOR (VII, 1231).

Visitare, visitatio quid sit. Vide *verb.* Visitare, *n.* 1.

Visitandi jus, et potestas quibus competat, vel non, et qui teneantur visitare sive per se, sive per alium, *num.* 2 *ad* 20.

Episcopus quoties, quas ecclesias vel personas visitare possit, *n.* 21 *ad* 48.

Episcopus quid observare debeat in visitatione monasteriorum monialium regularibus subjectarum, *num.* 49 *et* 50.

Prælati sæculares quavis dignitate præditi quando ingredi possint clausuram monialium, et quot personas secum ducere possint, *num.* 51 *ad* 55.

In visitatione monasteriorum monialium quid sit a prælatis regularibus attendendum, *num.* 56 *ad* 59.

Episcopus an, et quæ hospitalia visitare possit, et quid circa ipsa, eorumque administratores disponere queat, *num.* 60 *ad* 71.

Episcopus an, et quas confraternitates visitare possit, et quid possit exigere ab earum administratoribus, *num.* 72 *ad* 76.

An ex concilio Tridentino *sess.* 24, *c.* 9, *De reformat.* loca nullius diœcesis visitari queant ab episcopo qua apostolico delegato, cujus cathedralis ecclesia est proximior, *num.* 151 *et seqq.*

Episcopus in visitatione quomodo se expedire debeat, et quid de procuratione ipsi et aliis visitatoribus debita, *n.* 77 *ad* 80.

Antequam inchoetur visitatio proponuntur edicta, et quid de ipsis, ac de tempore, vel ordine visitationis inchoandæ, *num.* 81 ad 85.

Quid de convisitatoribus ab episcopo eligendis ac de ejus facultate circa visitationem capituli cathedralis, *n.* 86 *ad* 92.

Episcopus in visitatione tenetur per se, vel per alium prædicare verbum Dei, *num.* 93.

Quid si visitator inveniat altaria de jurepatronatus laicorum non provisa de necessariis supellectilibus aut vetustate consumpta, *num.* 94.

Visitator quid possit vel debeat disponere circa reliquias, *num.* 95 *et* 96.

Visitator non potest recusari, et quid si ei impediatur aditus ad visitandum, et in quas censuras incurrant impedientes, *num.* 97 *ad* 100.

Commendatarii in quibus visitare possint monasteria sibi commendata, *num.* 101 *et* 102.

Superiores regulares an possint visitare ecclesias sui ordinis commendatas sæcularibus, *n.* 103.

Provincialis in actu non potest esse visitator extra suam provinciam, *num.* 104.

Visitator provinciæ an possit substituere, *n.* 105 *et* 106.

Visitator in ordine Fratrum Minorum de Observantia a quo deputandus, in quas pœnas incurrant eidem resistentes et quid de ipso, ejusque munere ac facultate, *num.* 107 *ad* 119.

Quid de visitatoribus aliorum regularium ordinum, *num.* 120.

Adducuntur quæ attendenda sunt ab episcopis, et aliis visitatoribus in generali visitatione, *n.* 121.

Adducuntur variæ novissimæ resolutiones sacræ congregationis Concilii ad rem spectantes, *num.* 122.

Ad rem postremo subjiciuntur quædam pro Minoribus de Observantia, *num.* 123.

Alia ad rem, *num.* 124 *ad* 149.

## VITA COMMUNIS (VIII, 1275).

Vita communis a quibus olim servata fuerit; et qui nunc teneantur ad ipsam observandam. Vide *verb.* Vita communis *n.* 1 *ad* 9.

Quid de regularibus, vel monialibus reformationem quoad vitæ communis et regulæ observantiam acceptare renuentibus, *n.* 10 *ad* 17.

Quid in illis monasteriis, in quibus partim vitam communem recipiunt, et partim non; et quid de illis, qui professionem emiserunt antequam introduceretur reformatio, *num.* 18, 19 *et* 20.

Vita communis in quibus rebus introduci debeat, *num.* 21 *ad* 27.

Alia ad rem, *num.* 28.

## VITIUM.

Vide *verb.* Virtus, *n.* 13 *ad* 95.

## VITRICUS.

Vitricus quid sit, et quid de ipso. Vide *verb.* Vitricus, *num.* 1 *et* 2.

## VIVÆ VOCIS ORACULA.

Vide *verb.* Oracula vivæ vocis.

## VOTUM (VII, 1311).

### VOTUM QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT VOTI NATURAM, DIVISIONEM, MATERIAM, ET INTERPRETATIONEM.

Voti nomen accipitur variis modis, qui assignantur. Vide *verb.* Votum, *art.* 1, *n.* 1.

Voti stricte sumpti definitio traditur, et per singulas sui partes explicatur, *num.* 2, *ad* 11.

Digitized by Google

Assignantur, et explicantur quinque voti divisiones. Vide *verb.* Votum. *art.* 1, *num.* 12 *ad* 16.

Materia voti qualis esse debeat, et assignantur plura vota, quæ ratione materiæ fiunt invalida, *num.* 17 *ad* 33.

Opera præcepta possunt esse materia voti, *num.* 34.

Magis meritoria sunt opera bona facta ex voto quam sponte, *num.* 35 *et* 36.

Vovere quis possit; votum qualem inducat obligationem, et an possit vovens se obligare ad rem gravem sub culpa levi, vel e contra, *num.* 37 *ad* 43.

Votum personale quomodo obliget, *num.* 44 *et* 45.

Cujus voti obligatio transeat ad hæredes, et quomodo ab ipsis vota defuncti solvi debeant, *num.* 46 *ad* 50.

Votum conditionale quomodo obliget, et quid de ipso, ac de sub conditione vovente, *num.* 51 *ad* 54.

Votum pœnale quando obliget, et quid si emittatur sine determinatione quoad numerum pœnæ solvendæ, *num.* 55 *et* 56.

Votum emissum ad certum tempus quando adimplendum, et quando teneatur vovens prævenire, si prævideat voti exsecutionis impedimentum, *num.* 57, 58 *et* 59.

Votum emissum sine temporis determinatione quando adimpleri debeat, et ob quas causas differi possit, et dilatio sine justa causa quale sit peccatum, *n.* 60 *ad* 66.

Vide *ad n.* 66 auct.

Qui determinate vel indeterminate vovit religionem, sive strictiorem, sive laxiorem, ad quid teneatur, vel non, *num.* 67 *ad* 76.

Quid in dubio, num quis voverit tantum religionem et probationem, an vero etiam professionem in ipsa, *num.* 77, 78 *et* 79.

Expresse vovens religionem et professionem ad quid teneatur, *num.* 80.

Quid de eo qui expresse vovit religionem et castitatem, *num.* 81 *et* 82.

Voto religionis astrictus, quid si episcopatum suscipiat, vel contrahat matrimonium, *num.* 83 *et* 84.

Votum simplex solvitur per professionem religionis approbatæ, *num.* 85.

In dubio quando aliter colligi nequit ex circumstantiis, interpretatio voti facienda est in favorem voventis; et exemplis ostenditur quomodo vota in casu sint exsequenda, *num.* 86 *ad* 90.

Quid de illo, qui post adhibitam moralem diligentiam adhuc dubitat an emiserit verum votum, vel simplex propositum, vel an habuerit intentionem se obligandi, *num.* 91 *et* 92.

Quid de illo qui dubitat, an quando vovit habuerit plenum usum rationis, *num.* 93 *et* 94.

Quid de illo qui dubitat an voverit cum sufficienti deliberatione, eo quod votum emiserit tempore subitæ passionis, iræ, terroris, ebrietatis, et hujusmodi, *num.* 95.

Votum ex metu vel ignorantia emissum quando sit validum, vel non, *num.* 96, 97 *et* 98.

Qui vovit rem determinatam, si talis res pereat, an teneatur ad aliam, *num.* 99 *et* 100.

Dubius an votum adimpleverit, tenetur adimplere, *num.* 101.

Qui vovit non ludere, aut non bibere vinum, an et quando teneatur a lusu, aut a vino abstinere, *num.* 102 *ad* 112.

Alia ad rem, *num.* 113.

Reprehenditur et explicatur auct. *n.* 104, 105 *et* 109 *in not.*

Beata Maria Virgo non obstante voto castitatis, valide et licite contraxit matrimonium cum sancto Josepho, *num.* 114, 115 *et* 116.

Affertur ad rem celebris causa venerabilis fratris nostri Sebastiani ab Apparitio, vulgo nuncupati Pyrauste, *num.* 117 *ad* 120.

QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT VOTA SUBSTANTIALIA RELIGIONUM REGULARIUM.

Tria substantialia vota, obedientiæ, paupertatis, et castitatis, requiruntur ad essentiam religionis regularis; et sunt ex jure divino. Vide *verb.* Votum, *art.* 2, *n.* 1, 2 *et* 3.

Status religiosus fuit a Christo Domino institutus cum dictis tribus votis, quorum tamen solemnitas inventa est ab Ecclesia, *num.* 4 *ad* 8.

Obedientia religiosa quid sit, et unde dicatur, et quid requiratur ad hoc ut sit Deo grata, *num.* 9 *ad* 12.

Religiosus ex vi voti obedientiæ in quibus teneatur superiori obedire, vel non, et quid possit superior sive generalis, sive provincialis ipsi præcipere, vel non, *num.* 13 *ad* 27.

Religiosi specialiter tenentur obedire summo pontifici, ac etiam sacræ congregationi super regulares et super disciplinam regularem, sacro collegio cardinalium sede vacante, et etiam episcopis in illis conventibus eorum jurisdictioni subjectis, *num.* 28 *ad* 34.

Duobus prælatis diversa præcipientibus, cui teneatur subditus obedire, *num.* 35.

Prælato exsistente extra provinciam vel monasterium, tenetur subditus ejus præcepta adimplere, secus si prælatus sit excommunicatus, *num.* 36 *et* 37.

Quis possit eximere subditum ab obedientia immediati superioris, *num.* 38 *et* 39.

Regulares nequeunt accipere dignitates extra ordinem, inscio superiore, *num.* 40.

Moniales tenentur obedire abbatissæ, et quid possit ipsa præcipere, vel non, *num.* 41 *et* 42.

Paupertas religiosa quid sit, et a qua alia paupertate differat, *num.* 43 *et* 44.

Regulares nequeunt habere aliquid proprium in particulari, neque de licentia generalis; et quid in illis conventibus, in quibus non potest introduci vita communis, *num.* 45 *ad* 50.

Quomodo partitæ capsæ communis, seu depositi inscribi debeant, *num.* 51.

Regulares utriusque sexus in conventibus, et monasteriis, ubi non adest vita communis, ut licite possint exigere, retinere et expendere livella, debent concurrere quinque conditiones, quæ assignantur, *num.* 52.

Regulares utriusque sexus quid de suis livellis disponere possint, vel non; et quomodo ipsis uti debeant, et an possint in particulari acceptare legata, *num.* 53 *ad* 70.

Ad *num.* 55 auct. vide animadversa *in not.*

Conventus bonorum incapaces, uti sunt conventus fratrum Minorum de Observantia, Reformatorum, et Capucinorum, possunt accipere legata per modum puræ et simplicis eleemosynæ; et ad rem adducuntur varia decreta, *num.* 71 *ad* 86.

Fratres Minores de corpore Observantiæ, et Capucini an possint in erectione, seu acceptione conventuum exigere, seu recipere ab universitatibus, vel communitatibus annuatim certam pecuniæ summam pro eorum necessitatibus subveniendis, *n.* 87 *ad* 113, ubi alia plura ad rem scitu digna exhibentur.

Syndici apostolici nequeunt dominium vel usum professionum in se recipere, ut redditus annuos fratribus tribuant, neque alienare possunt mobilia pretiosa Ecclesiæ incorporata sine beneplacito apostolico, *num.* 114 *et* 115.

Fratres Minores qualem usum rerum habeant, vel non, *num.* 116 *et* 117.

Domus professæ societatis Jesu sunt capaces legatorum et bonorum stabilium, *num.* 118.

Scholastici et coadjutores temporales, qui in dicta

Digitized by Google

Societate Jesu post biennium probationis simplicia vota ediderunt, quale dominium acquirere possint. Vide *verb.* Votum, *art.* 2, *num.* 119 *ad* 121.

Regulares, ut licite uti possint aliquibus rebus intra terminatos religiosæ paupertatis, requiruntur quatuor conditiones, quæ assignantur et explicantur, *num.* 122 *ad* 141.

Religiosi disponentes de suis manuscriptis an sint proprietarii, *num.* 142 *ad* 146.

Regulares ex alterius cella recipientes manuscripta cujuscunque generis ad sibi transcribendum peccant contra votum paupertatis, et tenentur ad restitutionem, *num.* 147.

Regulares utriusque sexus peccant contra votum paupertatis in multis, quæ assignantur, *num.* 148.

Regulares utriusque sexus subripientes de bonis monasterii quantitatem notabilem duplex peccatum incurrunt; et quæ quantitas requiratur ac sufficiat ad peccatum mortale, *num.* 149 *et* 150.

Quid de regularibus utriusque sexus in morte deprehensis proprietariis, *num.* 152 *ad* 156.

Castitas religiosa quid sit; et ad quid per ipsam obligentur regulares; et quot modis ipsam violare possint, *num.* 157 *ad* 160.

Votum castitatis an, et quando irritet sponsalia, vel matrimonium, *num.* 161 *ad* 170.

Episcopi regulares a quibus votis absolvantur, vel non, *num.* 171 *et* 172.

Regulares a religione ejecti, et in sæculo degentes ad quæ vota teneantur, *num.* 173 *ad* 176.

Alia ad rem, vide *verb.* Legatum, *verb.* Moniales, *art.* 2, *verb.* Regularis professio, *verb.* Regulares.

**QUOAD EA QUÆ CONCERNUNT VOTORUM OBLIGATIONIS CESSATIONEM.**

Votorum obligatio cessat, seu tollitur generatim loquendo quatuor præcipue modis, qui assignantur, vide *verb.* Votum, *art.* 3, *num.* 1.

Per exstinctionem cessat, exspirat, seu tollitur votorum obligatio in sex casibus, qui assignantur, *num.* 2 *ad* 9.

Irritatio voti quid sit et quomodo differat a dispensatione et commutatione, *num.* 10, 11 *et* 12.

Irritatio alia est directa, et alia indirecta, et utraque explicatur; et innuitur quid sit directe, vel indirecte vota irritare, *num.* 13 *et* 14.

Assignantur omnes illi, qui possunt sive directe, sive indirecte vota irritare, vel non; et quid requiratur ad licitam voti irritationem, *num.* 15 *ad* 54.

Arguitur auct. *num.* 54 *in not.*

Vota irritata quando, et quæ reviviscant, *n.* 55, 56 *et* 57.

Dispensatio voti quid sit, et quid ad ipsam requiratur, *num.* 58 *et* 59.

Præcipuæ, justæ et rationabiles causæ dispensandi in votis sunt quatuor, et assignantur, *num.* 60 *ad* 63.

Ad dispensandum in votis tria præcipue attendenda sunt, quæ adducuntur, *num.* 64.

Quid si dispensatio data sit cum bona fide et postea inveniatur data sine sufficienti causa, aut si data cum causa dubia, deinde inveniatur data sine causa, *num.* 65.

Petens, vel dispensans scienter sine justa causa quomodo peccet, *num.* 66.

Justa interveniente causa an teneatur superior dispensare, *num.* 67.

Papa, episcopi, capitulum, sede vacante, legati seu nuntii apostolici, archiepiscopi, seu metropolitani, aliique prælati tum sæculares, tum regulares, et confessarii regulares ordinum Mendicantium in quibus votis dispensare possint, *num.* 68 *ad* 77.

Assignantur vota summo pontifici reservata; et innuitur quomodo sit interpretanda eorum reservatio et quando censeantur reservata, vel non, *num.* 78 *ad* 91.

Ad *num.* 87 auct. vide *in not.*

Votum absolutum omnimodæ castitatis emissum ab uno conjuge post consummatum matrimonium absque alterius licentia non est reservatum, secus si cum alterius conjugis consensu sit emissum, *n.* 92 *et* 93.

Votum servandi perpetuam virginitatem quando sit reservatum, vel non, *num.* 94 *et* 95.

Vovens continentiam, et postea culpabiliter contrahens matrimonium sine dispensatione a quo dispensari possit, *num.* 96.

Votum perpetuæ castitatis vel religionis ante contractum matrimonium, cui sit reservatum, et a quo dispensari possit, *num.* 97 *ad* 103.

Votum sacros ordines suscipiendi non est reservatum, *num.* 104.

Votum religionis ad hoc, ut sit reservatum, quid requiratur, *num.* 105.

Votum ingrediendæ religionis Sancti Joannis Hierosolymitani est reservatum, secus de aliis, *n.* 106 *et* 107.

Quid de voto ingrediendi religionem strictiorem, et perseverandi in religione, ac de votis peregrinationum, *num.* 108 *ad* 112.

Materia subrogata pro voto reservato a quibus dispensari, vel commutari possit, *num.* 113.

Assignatur in quo confessarii regulares conveniant cum episcopis quoad dispensationem votorum, et in quo differant ab eis, *num.* 114.

Commutatio voti quid sit et in quale aliud opus fieri possit, *num.* 115 *et* 116.

Commutatio voti in opus melius, vel æquale, vel minus bonum, a quo fieri possit, vel non, *num.* 117, 118 *et* 119.

Qui potest in votis dispensare potest etiam illa commutare, non vero e contra, *num.* 120 *et* 121.

Habentes facultatem possunt commutare vota, quamvis jurata, et facta in favorem tertii, et nondum acceptata, et in aliquibus casibus possunt etiam commutare jam acceptata, *num.* 122 *ad* 125.

Confessarii privilegiati, et regulares quæ vota commutare possint, et an fieri possit commutatio etiam extra confessionem, vel a confessario non audiente confessionem pœnitentis, *num.* 126 *ad* 129.

Ad commutationem voti in opus melius, vel æquale, vel minus bonum, an requiratur aliqua legitima causa, *num.* 130 *ad* 132.

Ad auct. *n.* 131, vide animadversa *in not.*

In commutatione facienda tria attendenda sunt, quæ assignantur, *num.* 133.

Assignatur in quæ alia opera generaliter et specialiter commutari possint quæcunque vota, *n.* 134 *ad* 153.

Innuitur quid sit in potestate voventis facta commutatione voti, *num.* 154.

Quid, si post commutationem voti, opus subrogatum fiat impossibile, vel inutile, *num.* 155.

Qui potest commutare votum, commutare potest et pœnam ratione voti transgressi. Et tenetur vota commutare quoties ad id juste rogatur; *num.* 156 *et* 157.

Alia ad rem, *num.* 158 *et* 159, *et n.* 160 *ad* 167.

**VOTUM PRO ELECTIONE.**

Vide *verb.* Electio, *art.* 2 *et* 4.

**VOTUM PROUT EST IMPEDIMENTUM MATRIMONII.**

Vide *verb.* Impedimenta quoad matrimonium, *art.* 1, *num.* 23.

# X

**XENIA (VII, 1535).**

Xenia dari solita per cardinales absentes noviter promotos, quibus debeantur, si contingat obitus papæ. Vide *verb.* Xenia, *n.* 1.

Digitized by Google

Judices quo jure teneantur a receptione munerum abstinere, et quid si recipiant, et quando; ac quæ munera recipere possint, vel non. Vide *verb.* Xenia, *num.* 2 *ad* 15.
Auditores Rotæ, episcopi et regulares, quid de ipsis circa munerum receptionem, vel largitionem, *num.* 16 *ad* 23.
Quæ personæ donare possint, vel non, et in qua quantitate, *num.* 24.
Alia ad rem, *num.* 25 *ad* 31.

Z

ZELOTYPIA (VII, 1555).

Zelotypia quid sit, et quid de ipsa. Vide *verb.* Zelotypia, *n.* 1 *ad* 5.

ZENITH.

Zenith quid sit, et significet. Vide *verb.* Mundus, *n.* 129.

ZINGARI, ZINGARÆ (VII, 1557).

Zingari, vel Zingaræ bonam, vel malam fortunam se divinare jactantes quomodo peccent, et quando puniri possint ab inquisitoribus. Vide *verb.* Zingari, *n.* 1, 2 *et* 3.
Zingari in quo possint esse testes idonei, *num.* 4.
Emens rem a Zingaris ad quid teneatur, *n.* 5, 6 *et* 7.
Alia de Zingarorum moribus descendentia, ac mulieribus, *num.* 8 *ad* 12.

ZIZANIA (VII, 1559).

Parabola Christi de zizania elucidatur. Vid. *verb.* Zizania, *per totum.*

ZODIACUS.

Zodiacus quid sit cum duodecim ejus signis. Vide *verb.* Mundus, *num.* 135 *et* 136.
Quodlibet ex zodiaci signis continet triginta gradus, *num.* 137.
Zodiaci signa peculiaribus figuris exprimuntur, *num.* 139.
Dicta duodecim signa dividunt zodiacum in duodecim partes correspondentes duodecim mensibus anni, *num.* 140.

ZONA.

Zona quid sit, et quotuplex. Vide *verb.* Mundus, *n.* 153.
Zona torrida quæ sit, et quare sic dicta, *num.* 154.
Zonæ temperatæ quæ sint, et quare sic dictæ, *n.* 155.
Zonæ frigidæ quæ sint, et quare sic dictæ, *n.* 156.

# INDEX BIOGRAPHICUS ET BIBLIOGRAPHICUS

# AUCTORUM QUI IN L. FERRARIS BIBLIOTHECA REFERUNTUR,

ORDINE ALPHABETICO DIGESTUS,

necnon et

INTERPRETATIO SIGLIORUM QUÆ IN EORUM NOMINIBUS, ADHIBENTUR.

## A

Abb. — Nicolaus de Tudeschis (Tedeschi), natione Siculus, ordinis S. Benedicti, *Abbas* Monacensis, archiepiscopus *Panormitanus*, et utroque hic nomine citatus, scripsit *Commentaria in libros Decretalium*, — *Consilia*, — *Quæstiones*, — *Practica*, et plurima alia. E vita exiit anno 1445.

Abbad. — Abbadie Jacobus, Bearnensis, pastor et theologus heterodoxus, multos scripsit libros, inter quos præsertim : *Tractatus de veritate religionis Christianæ*, — *De divinitate Christi*, — *De arte cognoscendi seipsum*, qui a Catholicis etiam merito commendantur. Obiit anno 1727.

Abbaud. — Abbaudus abbas, natione Gallus, floruit sæculo xi, et scripsit librum cui titulus : *De fractione corporis Christi*, qui exstat inter *Analecta* Mabillonii.

Abell. — Abelli Ludovicus, e Gallia oriundus, episcopus Ruthenensis, migravit ad Dominum anno 1691. Illius opera præcipua sunt : *Medulla theologica*; — *Vita S. Vincentii a Paulo*, — *Traditio Ecclesiæ de cultu B. Mariæ*, — *Meditationes*, etc., etc. Quoad alia ejus scripta, vide *Mémoires de Nicéron*, tom. XLI.

Ab Insul. — Petrus ab Insula, monachus ordinis Minorum, dictus *Doctor notabilis*, scripsit *Commentaria in Psalmos Davidis*, — *In quatuor libros Sententiarum*, etc., etc.

A Borg. — Ludovicus a Borgia, monachus, scripsit librum cui titulus : *Propugnaculum theologicum pro conceptione B. Mariæ Virginis.*

Abraban. — Abrabanel Isaacus, patria Olyssiponensis, religione Judæus, Venetiis e vita sublatus anno 1508, multa scripsit idiomate Hebraico, scilicet : *Commentaria in Vetus Testamentum*, — *Tractatus de creatione mundi*, — *De principiis religionis*, etc., etc. Vide Nicéron, tom. XLI.

Abul. — Alphonsus Tostatus (Tostat), natione Hispanus, episcopus Abulensis, quo nomine citari solet, obiit anno 1454. Illius in tumulo inscribitur versus sequens :

*Hic stupor est mundi qui scibile discutit omne.*

Scripsit *Commentaria in sacram Scripturam*, — *Tractatus de sanctissima Trinitate*, — *De conceptu virginali*, — *De optima politica*, et multa alia, quæ edita sunt Coloniæ, 1612, 17 vol. in-fol.

Accurs. — Accursius Franciscus (Accurse), natione Florentinus, jurisconsultus eximius, scripsit *Glossam Magnam*, in qua collegit decisiones jurisperitorum præcedentium in Jus Romanum. Obiit anno 1279.

Accurs. — Accursius Franciscus, filius præcedentis, Bononiæ Juris civilis et Pontificii professor, e vivis sublatus circa annum 1330, nomen suum posteritati commendavit scriptis sequentibus : *Corpus Juris canonici*, — *Glossæ ad Institutiones Justiniani*, — *Glossæ in Joannem antiquum glossatorem*, — *Casus longi super v libros Decretalium*, — *Casus summarii super sextum Decretalium*, — *Casus*

Digitized by Google

*breves super sextum Decretalium et Clementinas*, etc., etc.

Achery. — Joannes Lucas d'Achery, natione Gallus, monachus ordinis S. Benedicti, anno 1685 vita functus, concinnavit opus eximium cui titulus : *Spicilegium veterum scriptorum*.

Acost. — Acosta Josephus, natione Hispanus, patria Methymnensis, Societatis Jesu theologus, vir facunda et doctrina excellens, Salmanticensis collegii cum teneret habenas, mortalitatem exuit, anno 1600, ætatis suæ 60. Scripsit *De Christo revelato libros novem*, — *De temporibus novissimis libros quatuor*. — *De natura novi orbis libros* II; — *De promulgatione Evangelii apud barbaros*, sive *De procuranda salute Indorum libros sex*, — *Historiæ naturalis et moralis Indiæ libros septem*, etc., etc.

Act. Eccles. Mediolan. — Acta Ecclesiæ Mediolanensis, quæ sunt septem concilia provincialia olim Bergomi impressa.

A Cugn —Theodosius a Cugna, natione Lusitanus, patria Olyssiponensis, ordinis S. Augustini monachus, labore et studiis exhaustus, vitam Deo reddidit anno 1742. De illius scriptis subjecta feruntur : *Proœmialia theologiæ universæ*, — *De incarnatione*; — *De adoratione*, — *De resurrectione*, et plurima alia Lusitano idiomate concinnata.

Ado Vienn.— Sanctus Ado, archiepiscopus Viennensis, migravit ad Dominum anno 875, et scripsit *Chronicon universale* et *Martyrologium*.

Adrian.—Adrianus Adriani, natione Belga, patria Antverpiensis, e Societate Jesu, vir religione et pietate valde clarus, asceticus scriptor, vitam reliquit anno 1580. Dedit idiomate Belgio opuscula varia spiritualium exercitationum, sæpius recusa his titulis : *De inspiratione, seu interna locutione*, — *Mons pietatis*, — *In orationem Dominicam*, — Tres nitidi tractatus, I. *De vita activa*, II. *De bonis temporalibus*, III. *De operibus misericordiæ*; — *De origine et progressu vitæ cœnobiticæ*, — *De obedientia*, — *De paupertate evangelica*, — *De confessione*, — *De communione frequenti*, etc., etc.

Ægid. Rom. — Ægidius Romanus (Gilles Colonne ou Gilles de Rome), natione Italus, e Columnensium familia, ordinis S. Augustini prior generalis, archiepiscopus Bituricensis, S. Thomæ Aquinatis quondam auditor, dictus *Doctor fundatissimus*, obiit Avenione anno 1316, et Parisiis tumulatus est cum hoc epitaphio : « Hic jacet aula morum, vitæ munditia, archiphilosophiæ Aristotelis perspicacissimus commentator, clavis et doctor theologiæ, » etc. Scripsit *Tractatum de regimine principis*, —*Commentaria in primum et secundum librum sententiarum*, — *In Canticum*, — *In Epistolam ad Romanos*, et plura alia tum philosophica tum theologica opera.

Afflict. — Afflictus Matthæus (Afflitto), jurisconsultus Neapolitanus, vita functus anno 1510, multa scripsit, sed præsertim de legislatione regnorum Neapolis et Siciliæ.

Afflictus alter (Joannes Maria), Neapolitanus, monachus ordinis S. Dominici, scientia mathematicorum clarus, obiit anno 1673, et scripsit : *Miscellanea philosophica ac theologica*, — *Tractatum de arte urbes muniendi*, etc.

Aguir.—Aguirre (Josephus Faenza de). natione Hispanus, ordinis S. Benedicti monachus, S. E. R. cardinalis, scientia et pietate clarus, migravit ad Dominum anno 1699. Illius scripta sunt : *Collectio conciliorum Hispaniæ*, — *Historia conciliorum Hispaniæ*, — *Theologia S. Anselmi*, — *Defensio cathedræ S. Petri*, — *Ludi Salmanticenses*, vel *Dissertationes theologicæ*, etc., etc. Bossuetius, Meldensis episcopus, qui fuit olim ejus adversarius, illum vocat *La lumière de l'Eglise, le modèle des mœurs, l'exemple de la piété*.

Ajal. — Ajala vel Ayala (Martinus Percsius de), natione Hispanus, archiepiscopus Valentinensis, anno 1566 fato functus, scripsit : *Tractatum de traditionibus apostolicis*, — *De vera ratione Christianismi instructionem*, etc.

Ajala alter, prænomine Balthasar, scripsit *Tractatum de jure, officio et disciplina militari*.

Alban.—Albanus Joannes Hieronymus (Albani), Bergomensis inquisitor, S. R. Ecclesiæ cardinalis, multa scripsit in Jus canonicum et civile, scilicet : *De immunitate Ecclesiarum*, — *De potestate Papæ et concilii*, — *De cardinalibus et de donatione Constantini*, etc., etc. Deo animam reddidit anno 1591.

Albaspin. — Albaspineus Gabriel (de l'Aubespine), natione Gallus, episcopus Aurelianensis, Henrici IV et Ludovici XIII consiliarius, anno 1630 vita functus, scripsit : *Tractatum de veteribus Ecclesiæ ritibus*, — *Tractatum de administratione Eucharistiæ*, — *Notas in concilia*, — *In Tertullianum*, etc., etc.

Albergh. — Alberghinus Joannes, Panormitanus, ordinis S. Francisci monachus, sacræ theologiæ doctor, S. Officii consultor et censor, scripsit : *Manuale qualificatorum SS. Inquisitionis*, — *Lucubrationes scholasticas*, etc., etc. Obiit Panormi, anno 1644.

Alberic. — Albericus Trium Fontium, monachus ordinis Cisterciensis in episcopatu Catalaunensi, natione Gallus, historiographus, claruit sæculo XIII, et scripsit *Chronicon*, quod incipiens a constitutione mundi, in gestis anni 1242 desinit.

Albert. — Albertus Petrus (Alberti), monachus et prior cœnobii Cluniacensis, vita functus anno 1457, scripsit *Tractatum de decimis novalibus*.

Albertus Leander (Alberti), natione Boloniensis, monachus ordinis S. Dominici, historiographus scriptor, e vivis sublatus anno 1552, concinnavit *Historiam Boloniæ*, — *Chronicon familiarum Boloniensium*, —*Descriptionem Italiæ*, etc.

Albertus Joannes (Alberti), natione Batavus, theologus et philologus, anno 1752 fato functus, scripsit *Glossarium Græcum in sacros libros*.

Albertus Valentinus (Alberti), natione Silesius, theologus et poeta, vitam finivit anno 1697, et scripsit *Compendium juris naturalis*.

Albert. Magn. — Albertus, ob singularem sapientiam cognomento Magnus, natione Suevus, Ordinis S. Dominici monachus, Ratisponensis episcopus, animam Domino reddidit anno 1282. Scripsit *Summam theologicam*, — *Commentaria in Magistrum sententiarum*, et alia pene innumera, in 21 volum. in fol. collecta, quæ Trithemius recenset.

Albert. de Albert. — Albertus de Albertis, natione Germanus, patria Tridentinus, Societatis Jesu theologus, obiit anno 1676. Scripsit : *Generales vindicias adversus famosos Gasparis Scioppii libellos*, — *Paradoxa moralia de ornatu mulierum*, — *Actionem in eloquentiæ tum profanæ tum sacræ corruptores*, — *Lucubrationem theologicam, scholasticam et canonicam*, etc., etc.

Albit. — Albitius Franciscus (Albizzi), natione Italus, S. R. Ecclesiæ cardinalis, mortalitatem exuit anno 1684. Scripsit *Tractatum de jurisdictione cardinalium*, — *Tractatum de inconstantia in fide*, etc.

Alcaz. — Ludovicus ab Alcazar, patria Hispalensis, e Societate Jesu theologus, anno 1613 defunctus, scripsit opus cui titulus : *Vestigatio arcani sensus in Apocalypsi*, — opusculum *De ponderibus et mensuris*, — *De malis medicis*, et alia *In Scripturam*.

Alciat. —Alciatus Andreas (Alciat), natione Italus, jurisconsultus maximus, multa scripsit in *Jus civile* et de multis aliis quæ in sex volum. in fol. collecta sunt. Obiit anno 1550.

Alcoz. — Joannes de Alcozer, natione Hispanus, ordinis S. Francisci monachus, edidit *Cæremoniale Missale*, iis qui de sacris ritibus tractant, valde acceptum.

Digitized by Google

Alcoz. — Franciscus de Alcozer, natione Hispanus, ordinis S. Francisci monachus, vir judicio et scientia divinarum et humanarum litterarum præstans. Hispanice prelo dedit : *Confessonarium breve*, seu *Summam casuum conscientiæ*, — *Tractatum de ludo*, etc.

Alcuin. — Alcuinus Flaccus Albinus, natione Anglus, Bedæ Venerabilis alumnus et Caroli Magni præceptor, obdormivit in Domino anno 802. Plurima scripsit, collecta in 2 vol. in fol. Ratisb. 1777.

Alder — Bernardus de Alderete natione Hispanus, patria Zamorensis, e Societate Jesu, professor theologiæ et primus sui ordinis doctor Universitatis Salmanticensis, anno 1657 vita functus, scripsit *Commentaria* et disputationes in tertiam partem D. Thomæ, — I. *De incarnati Verbi mysteriis et perfectionibus*, — II. *De visione et scientia Dei*, — III. *De voluntate Dei, prædestinatione et reprobatione*, etc., etc.

Alegam. — Alegambe Philippus, natione Belga, patria Bruxellensis, e Societate Jesu, anno 1652 e vivis ablatus, concinnavit *Bibliothecam scriptorum Societatis Jesu*, — *Vitam P. Joannis Cardim Lusitani*, — *Heroas et victimas charitatis*, — *Mortes illustres et gesta eorum de Societate Jesu, qui in odium fidei ab hæreticis vel aliis occisi sunt*, etc., etc.

Aleman. — Alemanicus Alexander, natione Saxo, monachus ordinis Minorum S. Francisci, dictus *Doctor illibatus*, scripsit *In quatuor libros Sententiarum*, — *Commentaria in Apocalypsim*, etc. De tempore quo ad patres abierit, nihil apud auctores invenitur.

Alens. — Alensis, vel Alexander de Ales, natione Anglus, ordinis Minorum S. Francisci monachus, cognomento dictus *Doctor irrefragabilis*, S. Bonaventuræ, Scoti, ac secundum multos, etiam D. Thomæ præceptor, et hinc vocatus *Doctor doctorum*, mortalitatem exuit anno 1245. Scripsit *Summam theologiæ*, — *Grammaticalia*, — *In quatuor libros Sententiarum*, — *Commentaria* in omnes fere libros SS. Scripturæ, multaque alia, quæ recensentur in *Bibliotheca Franciscana*, tom. I, pag. 21.

Alex. ab Alexand. — Alexander ab Alexandria, patria Mediolanensis, minister generalis totius ordinis Minorum, diem clausit extremum anno 1314. Scripsisse fertur : *In Magistrum sententiarum*, — *Summam quæstionum S. Bonaventuræ*, — *De memoria rerum difficilium*, — *In quatuor libros sententiarum*; — *Tractatum de usuris*, — *Postillas in Ecclesiasticum, Tobiam, Isaiam, in Evangelium Joannis, in Epistolas S. Pauli*, etc., multaque alia.

Alex. ab Alexand. — Alexander ab Alexandro (Alessandro Alessandri), jurisconsultus Neapolitanus, Romæ defunctus anno 1523, scripsit librum cui titulus : *Genialium dierum libri sex*.

Allat. — Allatius Leo (Allacci), natione Chius, bibliothecarius Vaticanus, vir scientia clarus, obiit anno 1669. Scripsit : *De Ecclesiæ Orientalis et Occidentalis perpetua consensione*, — *Græciæ orthodoxæ scriptores*, — *De utriusque Ecclesiæ in dogmate de purgatorio consensione*, — *De libris ecclesiasticis Græcorum*, — *De templis Græcorum recentioribus*, etc., etc. Quoad omnia ejus opera, vid. Nicéron, tom. VIII et X.

Alliacen. — Alliacensis, vel Petrus de Alliaco, Cameracensis episcopus, S. R. Ecclesiæ cardinalis, natione Gallus, plenus laboris et dierum anno 1425 migravit ad Dominum, et corpus ejus Cameraci in ecclesia cathedrali sepultum est. Multum scripsit tum edita tum manuscripta, et præsertim librum cui titulus : *De potestatis ecclesiasticæ origine*.

Alloz. — Joannes de Alloza, natione Peruanus, patria Limensis, origine Hispanus, Societatis Jesu theologus, ex hac vita decessit cum opinione eximiæ sanctitatis Limæ anno 1666. Scripsit : *Cœlum stellatum Mariæ*, — *Convivium divini amoris*, — *De excellentiis S. Josephi*, — *Flores summarum*, vel *Alphabetum morale omnium fere casuum, qui confessariis contingere possunt*, etc.

Almain. — Almainus Jacobus (Almain), natione Gallus, patria Senonensis, doctor Sorbonicus, theologiæ in Parisiensi Academia professor meritissimus, anno 1515 defunctus, scripsit : *Moralia*, — *In tertium librum Sententiarum*, — *De potestate Summi Pontificis*, etc.

Altimur. — Altimura Stephanus, vide Lequien Michael.

Altogr. — Altogradus Lælius (Altogradi), natione Italus, patria Lucensis, jurisconsultus eximius, claruit sæculo xvii, et diversa scripsit de jure, sed præsertim opus cui titulus : *Consultationes*.

Alvar. — Alvarez Balthasar, natione Lusitanus, vir insigniter doctus, e Societate Jesu theologus, obiit anno 1630. Concinnavit *Indicem expurgatorium librorum ab exorto Luthero*, — *Tractatum de anima separata*, etc.

Alvar. — Jacobus Alvarez de Paz, natione Hispanus, patria Toletanus, e Societate Jesu theologus, anno 1620 fato functus, scripsit : *De vita spirituali ejusque perfectione libros novem*, — *De exterminatione mali et promotione boni lib. quinque*, — *De inquisitione pacis, sive studio orationis lib. quinque*, — *De vita religiose instituenda*, — *Meditationes*, — *De humilitate*, — *De virtutum adeptione*, — *De sacerdotum institutione*, et alia ascetica.

Alvar. — Alvarez Didacus, natione Hispanus, patria Granatensis, e Societate Jesu theologus, anno 1618 defunctus, edidit opusculum hac inscriptione : *Decisio casuum occurrentium in articulo mortis circa sacramenta*, — *Tractatum de testamentis*, etc.

Alvar. — Alvarez Didacus, natione Hispanus, ordinis S. Dominici monachus, archiepiscopus Tranensis, migravit ad cœlos anno 1635. Scripsit : *De auxiliis divinæ gratiæ*, — *Concordiam liberi arbitrii cum prædestinatione*, — *Commentaria in Isaiam*, — *In summam D. Thomæ*, etc.

Alvar. Pel. — Alvarus Pelagius (Paez), natione Hispanus, ordinis S. Francisci monachus, episcopus Silvensis, e vivis anno 1352 sublatus, scripsit opus insigne cui titulus : *De planctu Ecclesiæ*. Libros duos opus continet, in quibus ecclesiasticorum, omniumque reipublicæ Christianæ statuum defectus clarissimo ordine reprehendit, adjunctis ferme ad singula verba textibus utriusque juris et sanctæ Scripturæ locis, — *Summam theologicam*, — *Commentaria* in quatuor libros *Sententiarum*, etc.

Alvis. — Alviset Vincentius, natione Gallus, patria Vesontiensis, ordinis S. Benedicti monachus, miseram hanc vitam pro meliore relinquens anno 1673, posteritati legavit librum cui titulus : *Murenulæ sacræ vestis sponsæ Regis æterni vermiculatæ*, opus de privilegiis ordinum regularium ; Venetiis, 1661, in-4°.

Amalar. — Amalarius Fortunatus, episcopus Trevirensis, Alcuini discipulus, ordinis S. Benedicti, anno 814 vita functus, scripsit *libros quatuor de divinis officiis*, — *Tractatum de sacramento baptismi*, etc.

Amat. — Michael de Amato, natione Neapolitanus, utriusque juris doctor eminentissimus, congregationis Missionum protonotarius, obiit anno 1729. Scripsit *dissertationes theologicas*, inter quas : *De inferni situ*, — *De ritu quo in primitiva Ecclesia fideles sanctam Eucharistiam percepturi manibus excipiebant*, — *Quomodo Christus in ultima cœna Eucharistiam benedixerit*, — *De opobalsami specie ad sacrum chrisma conficiendum requisita*, etc., etc.

Ambian. — Georgius Ambianensis (Georges d'Amiens), natione Gallus, religione Capuccinus, eruditissimus theologiæ professor, e vita exiit anno 1657. Varia reliquit opera, quorum præcipua : *Tertullianus redivivus, scholiis et annotationibus illustratus*, — *Trina S. Pauli theologia; moralis, positiva et mystica*, — *Theologia SS. Patrum in sex tomos distributa*, etc., etc.

Digitized by Google

**Ambros.** — Sanctus Ambrosius Romanus, archiepiscopus Mediolanensis, doctor Ecclesiæ Latinæ, 397, multa scripsit, quæ videnda in cursum completum Patrologiæ Latinæ, edit. J. P. Migne, tom. XIV, XV, XVI et XVII.

**Amendol.** — Amendolia Thomas, monachus ordinis Prædicatorum, scripsit *Opera moralia de septem sacramentis.*

**Amenus.** — Ludovicus de Ameno, monachus Ordinis Minorum, scripsit librum cui titulus : Practica criminalis de delictis et pœnis.

**Ames.** — Amesius Guillelmus (Ames), natione Anglus, theologus et pastor heterodoxus, anno 1633 fato functus, scripsit : *Tractatum de casibus conscientiæ*, — *De conscientia et ejus jure*, — *Medullam theologicam*, — *Puritanismum Anglicanum*, etc., etc.

**Ameyd.** — Ameyden, vel Ameydenius Theodorus, advocatus Romanus, scripsit *Tractatum de officio et jurisdictione Datarii*, — *De stylo Datariæ*, etc.

**Amic.** — Amicus Bartholomæus (Amico), natione Italus, e Societate Jesu theologus scholasticus, e vita migravit anno 1649. Scripsit : *In universam Aristotelis philosophiam notas et disputationes*, — *De communibus principiis philosophiæ et theologiæ*, — *De plagis et vulneribus Jesu et Mariæ Meditationes*, — *Regulas conscientiæ meticulosæ*, etc.

**Amic.** — Amicus Franciscus (Amico), natione Italus, patria Cosentinus, theologiæ doctor Societatis Jesu, ad laborum præmia vocatus anno 1651, scripsit *Cursum theologicum juxta scholasticum hujus temporis Societatis Jesu methodum*, in quo sequentes reperiuntur tractatus : I. *De Deo uno et trino*, — II. *De natura angelorum*, — III. *De fine hominis ultimo*, — IV. *De fide, spe et charitate*, — V. *De justitia et jure*, — VI. *De Incarnationis mysterio*, — VII. *De sacramentis in genere, de baptismo, confirmatione et Eucharistia*, — VIII. *De sacramento pœnitentiæ et extremæ unctionis*. — IX. *De matrimonio.*

**Ammon.** — Ammonius Alexandrinus, Saccas cognomento dictus, philosophus Christianus, Origenis et Plotini Ægyptii magister, claruit sæculo III, et scripsit : *De consonantia Matris et Jesu*, *Canones evangelicos.*

**Amort.** — Amortius Eusebius (Amort), natione Bavariensis, regularis canonicus ordinis S. Augustini, astronomica scientia clarus, varia scripsit sub his titulis : *Philosophia Pollingena*, — *Tractatus historico-theologicus de indulgentiis*, — *De casibus conscientiæ supplementum*, — *Regulæ ex Scriptura, conciliis et SS. Patribus excerptæ de apparitionibus, revelationibus*, etc. Obiit anno 1775.

**A Mostaz.** — Franciscus a Mostazo, doctor utriusque juris, scripsit : *De causis piis in genere, et in specie.*

**Anaclet.** — Anacletus Reiffenstuel, vide Reiffenstuel.

**Anast. (S)** — Sanctus Anastasius Sinaita, monachus, theologus et scriptor asceticus, ad cœlos migravit anno 680. Varia concinnavit opera : *Anagogicas contemplationes in Hexaemeron*, — *Quæstiones*, *Synaxim*, etc.

**Anastas. Bibliot.** — Anastasius S. R. Ecclesiæ Bibliothecarius, scriptor ecclesiasticus, obiit circa annum 875. Scripsit *Historiam ecclesiasticam de Vitis Romanorum pontificum*, — *Librum pontificalem*, etc.

**Ancharan.** — Petrus de Ancharano, natione Italus, patria Bononiensis, jurisconsultus peritus, obiit anno 1417. Scripsit *Commentaria in Decretales*, — *In Clementinas*, — *In Digestum*, — *Consilia juris*, etc. In epitaphio ejus tumulo inscripto vocatur *Juris canonici speculum*, et *civilis anchora.*

**Andrad.** — Didacus Payva de Andrada, natione Lusitanus, patria Conimbrigensis, theologus eximius, scripsit *Defensionem Tridentinæ fidei*, — *Orthodoxas quæstiones adversus hæreticos*, etc. Obiit anno 1575.

**Andrad.** — Alphonsus de Andrada, natione Hispanus, patria Toletanus, Societatis Jesu theologus, S. Inquisitionis in Hispania qualificator, vitam finiit Madriti, anno 1672. Multa scripsit ascetica idiomate Hispanico : *Militiam spiritualem*, — *Monita spiritualia*, — *Meditationes*, — *Viam vitæ*, — *De veneratione sanctarum imaginum*, etc., etc.

**Andreas.** — Joannes Andreas (Jean d'Andrea), natione Italus, patria Bononiensis, jurisconsultus et canonista, anno 1348 defunctus, multa de jure canonico scripsit et præsertim : *Commentaria in Clementinas*, — *In sex libros Decretalium*, — *Novellas*, etc.

**Andres.** — Antonius Andres, seu Andreas, natione Hispanus, ordinis Minorum S. Francisci monachus, Scoti discipulus, a suis et non suis *Doctor dulcifluus* nuncupatus, claruit circa annum 1320. Scripsit, et accurate : *Commentarios in artem veterem Aristotelis*, — *In quatuor libros Sententiarum*, etc.

**Angel.** — Emmanuel ab Angelis, natione Lusitanus, ordinis S. Francisci monachus tertiarius, scripsit : *Triumphum S. Virginis Mariæ sine peccato originali conceptæ*, — *Historiam universalem regnorum mundi*, — *Doctrinam moralem, ac politicam prædicabilem pro mundi guberuio*, etc. Tempus quo floruerit adhuc latet.

**Angel.** — Mutius de Angelis, natione Italus, patria Spoletinus, Societatis Jesu theologus eximius, repentino vehementique morbo exstinctus est, anno salutis 1597, ætatis vero 39. Reliquit *Commentarios in omnes fere libros philosophicos Aristotelis*, — *In summam S. Thomæ*, — *Notas in Epistolas D. Pauli*, — *In Evangelium S. Matthæi*, etc.

**Angelom.** — Angelomus, natione Gallus, Ordinis S. Benedicti monachus Lexoviensis, sæculo IX clarus, scripsit *Commentaria in quatuor libros Regum, et Canticum.*

**Angelus a Clavas.** — Angelus a Clavasio, dictus Carlettus, natione Italus, Ordinis S. Francisci monachus, familiæ Observantium vicarius generalis, sanctæ cruciatæ commissarius apostolicus, utroque jure peritus, pro fide laudabiliter et acerrime pugnavit, et occubuit anno 1495. Supersunt ejus ingenii et pietatis monumenta : *Summa casuum conscientiæ*, vulgo dicta *summa angelica*, — *Arca fidei*, — *De restitutionibus*, etc.

**Angles.** — Josephus Angles, natione Hispanus, patria Valentinus, ordinis S. Francisci monachus, episcopus Bosanensis, floruit circa annum 1580. Opus scripsit valde commendatum cui titulus : *Flores theologicarum quæstionum in secundum et quartum librum Sententiarum.*

**Angrian.** — Michael Angrianus (Angriani), vel Aygnani, patria Bononiensis, ordinis Carmelitarum monachus, Universitatis Parisiensis doctor, obiit anno 1400. Varia reliquit opera quibus tituli : *Incognitus in Psalmos*, id est commentarius, — *Quæstiones disputatæ in librum IV sententiarum*, etc.

**Annat.** — Franciscus Annatus, natione Gallus, patria Rutheneusis, Societatis Jesu decus eximium, orthodoxæ fidei patronus, hæresum malleus, e terra in cœlum abiit, anno 1670. Multa Latine et Gallice scripsit, tribus tomis in-4° collecta, Parisiis, 1666.

**Annat.** — Petrus Annatus, doctrinæ Christianæ congregationis superior, scripsit *Apparatum ad positivam theologiam methodicum*, 2 vol. in-4°, 1705.

**Ansald.** — Castus Innocentius Ansaldus (Casto Innocente Ansaldi), natione Italus, patria Placentinus, monachus ordinis S. Dominici, theologiæ professor eximius, vitam exuit mortalem anno 1779. Plurima concinnavit opera, inter quæ exstant : *Dissertatio de veteri Ægyptiorum idololatria*, — *De principiorum legis naturalis traditione libri tres*, — *De baptismate in Spiritu sancto et igni commentarius philologus*, etc., etc. — Alter Ansaldi Thomas, theologus, scripsit librum cui titulus : *Thesaurus theologicus.*

Digitized by Google

ANSELM. (S.) — Sanctus Anselmus, Cantuariensis archiepiscopus, natione Italus, ex ordine S. Benedicti, migravit ad cœlos anno 1109. Scripsit *Commentaria in Matthæum*, — *Meditationes*, — *Orationes*, etc., etc.

ANTONELL. — Nicolaus Maria Antonelli, natione Italus, S. R. Ecclesiæ cardinalis, vir eruditione clarus, obiit anno 1767. Multa scripsit de veteri Ecclesiæ disciplina, quorum præcipua : *Vetus Missale Romanum, præfationibus et notis illustratum*, — *De titulis quos S. Evaristus Romanis presbyteris distribuit*, etc., etc.

ANTONELL. — Joannes Carolus Antonellus (Antonelli), episcopus Ferentinus, juris utriusque doctor, theologus et canonista eximius, scripsit *Tractatum de juribus et oneribus clericorum*, — *De regimine Ecclesiæ, de tempore legati, de loco legati*, etc.

ANTONIN. (S.) — Sanctus Antoninus, natione Italus, patria Florentinus, ordinis Prædicatorum monachus, archiepiscopus Florentiæ, migravit ad Dominum anno 1459, ætatis suæ 70. Reliquit *Summam theologiæ moralis, partibus* IV *distinctam*, — *Summam historialem*, — *Summulam confessionis*, vel *Tractatum de instructione simplicium confessorum*, etc., etc.

ANTONIUS (S.) de Pad. — Sanctus Antonius de Padua, natione Lusitanus, patria Olyssiponensis, ex sepulturæ loco *de Padua* nuncupatus, ordinis S. Augustini monachus, theologiæ professor, cœlos petiit anno salutis 1231, ætatis vero 35. Scripsit *Expositionem mysticam* in omnes ferme sacræ Scripturæ libros, — *Concordantias S. Scripturæ*, et multa alia.

ANTONIUS VENET. — Antonius a Venetiis, natione Italus, ordinis Minorum S. Francisci monachus, scripsit Italico idiomate librum sub hoc titulo : *Ecclesia Jesu Christi contra Picenninum*.

ANTONIUS GUEV. — Antonius Guevara, natione Hispanus, patria Alavensis, ordinis S. Francisci monachus, episcopus Mindoniensis, concionator, chronographus, et a consiliis imperatoris Caroli V, obiit anno 1544. Multa scripsit idiomate Hispanico, sed in omnes ferme Europæ gentis linguas translata, et quorum præcipua sunt : *Mons Calvariæ*, — *Oratorium religiosorum*, — *Horologium principum*, — *Epistolæ familiares*, — *Disputatio contra Judæos*, — *De contemnenda vita aulica*, — *Monita Gratiosorum*, — *De inventoribus artis nauticæ*, — *Chronica imperialia Caroli V*, etc., etc.

ANTONIUS — Antonius Paulus Gabriel, natione Gallus, e Societate Jesu, philosophiæ et theologiæ professor clarus, anno 1743 vita functus, scripsit *Theologiam universam dogmaticam*, — *Theologiam moralem universam, omnia morum et præceptorum principia complectentem*; plurima etiam dedit opuscula ascetica.

ANTONIUS GEN. — Antonius Genuensis, philosophica simul et theologica scientia clarus, scripsit *Institutiones theologicas*, — *Elementa artis logicocriticæ*, — *Elementa metaphysica*, etc. Obiit anno 1770.

ARAGON. — Petrus de Aragon, natione Hispanus, ordinis S. Augustini monachus, theologiæ doctor Salmanticensis et hujus Universitatis professor, claruit sæculo XVI. In lucem emisit *Commentarium in secundam secundæ D. Thomæ de fide, spe et charitate*, — *Item de justitia et jure*, etc.

ARCHIDIAC. — Guido Bosius, Bononiensis archidiaconus, et hoc nomine citatus, edidit commentarium in Decretum Gratiani *Rosarium* inscriptum. Est et alter Archidiaconus, Joannes de Anania dictus, qui edidit *Commentaria in Decretales*, et unum volumen *Conciliorum*.

ARCUD. — Petrus Arcudius, natione Græcus, patria Corcyranus, obiit circa annum 1634. Scripsit : *De concordia Ecclesiæ occidentalis et orientalis in septem sacramentorum administratione*, — *Utrum detur purgatorium ?* — Opuscula de processione Spiritus sancti.

ARET. — Angelus Gambellinus ab Aretio sua patria sic dictus. Edidit *Commentarium in instituta, consilia*, etc.

ARETIN. — Franciscus Aretinus, ordinis S. Francisci monachus, scripsit *Commentaria in quatuor libros Sententiarum*, — *Practica*, — *Criminalia*, etc.

ARGENT. — Thomas de Argentina, natione Germanus, Hagenoæ in Alsatia natus, Argentinensis communiter dictus a cathedra Argentinensi quam gloriosissime moderatus est, ordinis S. Augustini monachus, theologiæ doctor Parisiensis, scientia et pietate clarus, obdormivit in Domino anno 1357. Ad posteros exaravit : *Libros quatuor in Magistrum sententiarum*, — *Sermones ad clerum*, — *Solutiones e sacra Scriptura*, — *Decreta et Constitutiones*, etc.

ARIAS. — Alvarus Arias de Armenta, natione Hispanus, Societatis Jesu theologus, anno 1643 e vivis ablatus, scripsit Hispanice : *Contractum spiritualem hominis cum Deo*, — *Encomia SS. Eucharistiæ et B. V. Mariæ ex sacra Scriptura deprompta*, — *Meditationes ad S. Ignatii exercitia*, etc.

ARIAS Franciscus, natione Hispanus, Societatis Jesu theologus, vir singulari ingenio, eximia religione et prudentia clarus, anno 1605 obiit, et scripsit : *De profectu spirituali, de vera diffidentia suiipsius, de mortificatione sui*, — *De oratione mentali, de imitatione B. V. Mariæ et de Rosario ejusdem*, — *De præsentia Dei et de confessionis et Eucharistiæ sacramentis*, — *De gravitate peccati mortalis et damnis quæ affert animæ*, — *De imitatione Christi*, etc.

ARIAS alter, prænomine Franciscus, scripsit *Tractatum de bello et ejus justitia*.

ARING. — Paulus Aringhius (Aringhi), natione Italus, patria Romanus, congregationis Oratorii presbyter, anno 1676 fato functus, scripsit : *Romam subterraneam*, — *Monumenta infelicitatis*, sive *Mortes peccatorum pessimas*, — *Triumphum pœnitentiæ*, seu *Selectas pœnitentium mortes*.

ARISTOT. — Aristoteles Stagirita, Nicomachi filius, Platonis discipulus, Alexandri Magni præceptor, natus ante Christum anno 384, obiit anno ante Christum 322, ætatis vero suæ 62. Scripta concinnavit pene innumera : *Organon*, — *Rhetoricæ et poeticæ*, — *Ethica ad Nicomachum*, — *Ethica magna*, — *De animalium historia*, — *De mundo*, — *De anima*, etc., etc.

ARMILLA. — Bartholomæus Fumus, Villaurensis Placentinus, ordinis Prædicatorum S. Dominici religiosus, hæreticæ pravitatis inquisitor, utriusque juris doctissimus et theologus insignis, circa annum 1567 obiit, et scripsit : *Armillam auream*, sive *Summam casuum conscientiæ*, quo nomine sæpius citatur, — *Philotheam immortalis animi dignitatem*, etc.

ARNALD. — Antonius Arnaldus (Arnauld), natione Gallus, patria Parisiensis, Sorbonicus doctor et theologus eximius, obiit anno 1694. Multa scripsit vernacula lingua, quorum præcipua : *l'Art de penser*, — *De la fréquente communion*, — *Traité des vraies et des fausses idées*, — *Perpétuité de la foi*, etc., etc.

ARNOB. — Arnobius, Senior dictus, natione Afer, rhetor et philosophus Christianus, obiit circa annum 320, et scripsit libros octo *adversus Gentes*.

ARNOLD. — Gotofredus Arnoldus (Arnold), natione Germanus, theologus et pastor heterodoxus, Borussiæ regis historiographus, fato functus anno 1714, scripsit : *Historiam Sclavorum*, — *Historiam Ecclesiæ et hæreseon*, — *Historiam theologiæ mysticæ*, etc.

ARRIAG. — Rodericus de Arriaga, natione Hispanus, patria Lucroniensis, Societatem Jesu anno 1606 ingressus, theologiam scholasticam Pragæ in collegio professus est, ejusdem urbis Universitatis cancellarius, studiorum præfectus generalis et do-

Digitized by Google

ctor, multos post labores mercede cœlesti donandus abiit, anno 1667. Scripsit *Cursum philosophicum* et *Cursum theologicum* tomis 8 in-fol. distinctum.

Arriag. — Paulus Josephus de Arriaga, natione Hispanus, gente Cantaber, patria Vergarensis, Societatis Jesu sacerdos, scientia, zelo et pietate clarus, post naufragium in aquis periit anno 1622. Scripsit : *Rhetoris Christiani partes septem*, — *Directorium spirituale*, — *Tractatum de exstirpatione idololatriæ, et de mediis ad conversionem Indorum aptissimis*, etc.

Arrib. — Franciscus de Arriba, natione Hispanus, ordinis S. Francisci monachus, theologus, provincialis minister, reginæ Christianissimæ Annæ Austriacæ confessor, episcopus primum Segoviensis, demum Civitatensis designatus, claruit circa annum 1605. Scripsit opus egregium cui titulus: *De conciliatione prædestinationis et gratiæ cum humana libertate*.

Arrig. — Joannes Baptista Arrighi, natione Italus, patria Florentinus, ordinis S. Francisci monachus, vir theologicis et lingua Græca versatissimus, theologiæ magister, et theologorum Facultatis decanus, animam cœlo reddidit anno 1605. In publicum commodum evulgari curavit: *Libros quatuor de elementis sacræ theologiæ*, — *Libros tres de beatitudine hominis*, — *Axiomata*, sive *Conclusiones prænotatas*, — *Enumerationem artium liberalium, et omnium scientiarum*, — *Elegantes orationes variorum argumentorum*, etc.

Arsd. — Richardus Arsdekin, vel potius Archdekin, natione Hibernus, patria Kilkenniensis, in Societatem Jesu anno 1642 admissus, vicissim docuit humaniores litteras, philosophiam, theologiam moralem et sacræ Scripturæ oracula partim Lovanii, partim Antverpiæ, ubi studiorum altiorum præfecti munus egit. Obiit circa annum 1683, et edidit idiomate Anglicano et Hibernico : *Tractatum de miraculis*, —*Theologiam polemicam, practicam, sacram*, — *Theologiam apostolicam*, — *Epitomen vitæ et miraculorum S. Patritii Hiberniæ apostoli*, etc.

Artur. — Arturus a Monasterio (Du Monstier), natione Gallus, patria Rothomagensis, ordinis S. Francisci monachus, vir ingenio et eruditione clarus, obdormivit in Domino anno 1662. Multa et eximia tum Latine tum Gallice edidit opera, quorum tituli : *Vitæ multorum sanctorum et beatorum*, — *Pietas seu Devotio Gallica erga sanctam Dei genitricem Mariam*, — *Martyrologium Franciscanum*, — *Neustria pia*, — *Sacrum Gynæceum, seu Martyrologium amplissimum*, — *Sanctitas monarchiæ Gallicæ, regum Christianissimorum eorumque filiorum*, — *Artifices hæreticorum*, — *De rebus Neustriacis volumina quinque*, etc.

Asculan. — Franciscus Asculanus, ordinis S. Francisci monachus, *Doctoris succincti* nomen sortitus, scripsit : *In quatuor libros Sententiarum*, — *Reportata in eosdem*; — *Opus contradictionum*, — *Improbationes quasdam*, etc. Claruit circa annum 1344.

Asseman. — Josephus Simon Assemanus (Assemani), Maronita, archiepiscopus Tyrinensis, et canonicus Vaticanus, Romæ vita functus anno 1768, scripsit *Bibliothecam orientalem Clementico-Vaticanam, recensentem manuscriptos codices Syriacos, Arabicos, Persicos, Turcicos*, etc.

Asseman. — Josephus Moyses Assemanus (Assemani), e familia præcedentis, linguæ Syriacæ professor, obiit anno 1782, et plura reliquit opera, quorum tituli : *Codex liturgicus Ecclesiæ*, — *Dissertatio de sacris ritibus*, — *Commentaria de ecclesiis, eorum reverentia et asylo*, — *Commentaria de catholicis seu patriarchis Chaldeorum et Nestorianorum*.

Astesan. — Astesanus ab Asta in Subalpinis, ordinis S. Francisci minorita, theologus et canonista eximius, vir scientia clarus, ingenio profundus, struxit magnum volumen in libros VIII distinctum de casibus conscientiæ sub titulo : *Summa Astesana*; scripsit insuper *Canones pœnitentiales*. Obiit anno 1338. — Astesanus alter, natione Italus, theologiæ doctor, qui parum post præcedentem floruit in ordine ejusdem S. Francisci, scripsit *Commentaria in Apocalypsim*, et *in libros Sententiarum*.

Asti. — Joannes Baptista d'Asti, natione Italus, patria Genuensis de Albenga, ordinis S. Augustini monachus, Phœnix theologorum in Italia vocatus, obiit anno 1620, Sacrarii apostolici præfectus et episcopus Tagastensis a summo Pontifice designatus. Posteritati scriptis consignavit : *Commentaria in IV libros sententiarum*, — *Commentaria in philosophiam Aristotelis*.

Athanas (S.). — S. Athanasius, episcopus Alexandrinus, laboribus, sanctitate et scriptis perceleber, Ecclesiæ Græcæ doctor eximius, migravit ad cœlos anno salutis 373, multa relinquens opera quæ videnda in *Cursum* completum Patrologiæ Græcæ, edit. J. P. Migne; tom. XXV, XXVI, XXVII et XXVIII.

Atto. — Atto episcopus Vercellensis, circa annum 960 vita functus, scripsit *Commentaria*, *Decreta*, *Epistolas et Sermones*.

August (S.). — Sanctus Augustinus Aurelius, Hipponensis episcopus, Ecclesiæ Latinæ doctor eximius, anno salutis 430, ætatis vero 76, obdormivit in Domino. Omnia ejus opera videnda in Cursum completum Patrologiæ Latinæ, edit. J. P. Migne, a tom. XXXII ad tom. XLVI.

August. Ant. — Augustinus Antonius, natione Hispanus, archiepiscopus Tarraconensis, jurisconsultus et canonista eximius, obiit anno 1586. Multa et utilissima posteritati legavit opera : *De emendatione Gratiani*, — *Antiquas collectiones decretalium*, — *Constitutiones Tarraconensis Ecclesiæ*, — *Canones pœnitentiales*, — *Epitomen juris canonici*, — *De propriis nominibus Pandectarum Florentinarum*, etc.

August. de Ancon. — Augustinus de Ancona, sive Augustinus Triumphus, natione Italus, patria Anconitanus, ordinis Eremitarum S. Augustini, vir scientia et pietate clarus, ad cœlum translatus anno 1328, pene innumera suo angelico ingenio edidit opera, 36 voluminibus distincta, quorum præcipua sunt : *Summa de potestate ecclesiastica*, — *Novella super V et VI Decretalium*, — *Tractatus de potentiis animæ*, — *De resurrectione mortuorum*, — *De potestate prælatorum*; — *De thesauro Ecclesiæ*, — *De prædestinatione, præscientia et libero arbitrio*, — *Commentaria in IV libros Sententiarum*, — *Expositiones* et *Commentaria* in totam ferme Scripturam, etc.

Aulis. — Petrus Aulisius (d'Aulisio), natione Italus, patria Neapolitanus, a Sancto Januario canonicus, multa scripsit de jurisprudentia, de architectura, rhetorica, etc. Reliquit *Commentaria ad Pandectas*, — *Animadversiones ad jurisprudentiam Capuanam*, etc. Obiit anno 1717.

Aulus Gel. — Aulus Gellius, grammaticus Romanus, floruit circa annum salutis 130, et scripsit *Noctes Atticas*.

Aureol. — Petrus Aureolus (Oriol), natione Gallus, Vermetiæ, oppido ad Isaram fluvium natus, ordinis S. Francisci monachus, Aquensis archiepiscopus et cardinalis, *Doctor facundus et elegans* dictus, laurea doctorali in Parisiensi Facultate insignitus, multa et eximia posteritati dedit opera, quorum præcipua : *Compendium theologiæ in libros 8 partitum*, — *Commentarios in quatuor libros Sententiarum*, — *Breviarium Bibliorum*, — *Tractatum de decem præceptis*, — *Tractatum de paupertate*, — *Librum qui inscribitur Rosæ distinctiones*, etc. Obiit circa annum 1346.

Auson. — Ausonius Decius Magnus, natione Gal-

Digitized by Google

lus, patria Burdigalensis, poeta eximius, circa annum 393 fato functus, varia dedit poemata.

Avend. — Didacus de Avendano, natione Hispanus, patria Segoviensis, Societatis Jesu theologus, laurea de Artibus donatus, vir præcellentis doctrinæ, prudentiæ et virtutis, animam Deo reddidit circa annum 1660, edidit : *Epithalamium Christi et sacræ sponsæ*, — *Problemata theologica*, — *Thesaurum Indicum pro regimine conscientiæ in iis, quæ ad Indias spectant*, etc.

Avend. — Michael de Avendano Estenaga, natione Hispanus, patria Pampilonensis, Societati Jesu nomen dedit anno 1635, philosophiam quadriennio, theologiam scholasticam annis 12 docuit, varia rexit collegia, et circa annum 1695. Edidit idiomate Hispanico *De perfectione status religiosi*, et Latine, *De divina scientia, et de prædestinatione*, — *De fide, justificatione et merito*, etc.

Averan. — Josephus Averanus (Averani), natione Italus, patria Florentinus, jurisconsultus scientia et eruditione clarus, obiit anno 1738, et varia dedit opera : *Interpretationum juris libros duo*, — *Orationem de jurisprudentia, medicina et theologia*, — *De calculorum seu latrunculorum ludo dissertationem*, etc.

Averrhoes. — Averrhoes vel Ibn-Rochd, natione Arabs, patria Cordubensis, *Commentator* dictus, medicus et philosophus, obiit anno 1198. Scripsit *Commentaria in Aristotelem*, — *De natura orbis*, — *De re medica*, — *De theriaca*, — *De generatione animalium*, etc.

Avers. — Raphael Aversa, natione Italus, ordinis S. Francisci monachus Minorita, a S. Severino clericus regularis, edidit volumen in-4°. *De Eucharistia, pœnitentia et extrema unctione*, Bononiæ, anno 1642. Illius patria simul et tempus quo vixerit latent.

Avicen. — Avicenna vel Abu-Ali-Ibn-Sina, Hispalensis Arabs, medicus celeberrimus et philosophus, fato functus anno 1050, plurima scripsit de re medica, alchimia, logica, metaphysica, etc.

Avil. — Stephanus de Avila, natione Hispanus, patria Abulensis, Societatis Jesu theologus eminentissimus, Doctoris angelici acerrimus defensor, immatura morte ablatus est anno 1601, ætatis vero suæ 50. Ex omnibus suis lucubrationibus, quæ certæ multæ sunt, absolutum magis reliquit : *Tractatum de censuris ecclesiasticis*, — *Compendium summæ seu Manuale* Doctoris Navarri in ordinem alphabeticum redactum.

Ayrer. — Georgius Henricus Ayrerus (Ayrer), natione Germanus, jurisconsultus eximius et professor, multas scripsit de jure dissertationes duobus voluminibus collectas, cum hoc titulo : *Opuscula varii argumenti*. Volumen alter inscribitur *Sylloge nova opusculorum minorum varii argumenti*. Obiit anno 1774.

Ayres. — Franciscus Ayres, natione Lusitanus, patria Amyeira, Societati Jesu ascriptus, theologiæ moralis professor, rector collegii Pharensis in regno Algarbiorum, oculorum visu orbatus, vitam finiit anno 1664. Multa ascetica scripsit, scilicet : *Directorium spirituale in viam cœli*, — *Theatrum divinorum triumphorum*, — *Exemplaria metaphorica originis virtutum*, — *Parallela academica in duas universalitates, divinam et profanam*, etc. Omnia hæc idiomate Lusitanico exarata.

Azeved. — Joannes de Azevedo, natione Lusitanus, patria Irenopolitanus, ordinis S. Augustini monachus, theologiæ moralis, in qua maxime claruit, professor, rector collegii Bracarensis, prior et examinator conventus Olyssiponensis, labore et annis consumptus, migravit ad cœlum anno 1746, ætatis suæ 81, religionis 60. Plurima inter opera, præclarissimi sui ingenii dedit monumentum, cui titulus : *Tribunal theologicum et juridicum contra subdolos confessarios in sacramento pœnitentiæ ad Venerem sollicitantes*, etc. Olyssip. 1726, in 4°.

Azor. — Joannes Azorius (Azor), natione Hispanus, patria Murcianus, e Societate Jesu, theologiæ professor, vir ingenio, memoria et linguarum peritia clarus, vitam cum morte mutavit Romæ, anno 1607. Scripsit *Institutionum moralium tomos tres*, valde eruditos, — *Commentaria in Cantica canticorum*, etc.

Azpilcuet. — Martinus Azpilcueta, natione Hispanus, *Navarræus*, vel *Navarriensis*, e patria dictus, a S. Augustino canonicus regularis, jurisconsultus et canonista clarus, Romæ obiit anno 1580. Plurima scripsit, præsertim *Commentarios in jus canonicum*, — *Enchiridion*, seu *Manuale*, etc. Omnia ejus opera in VI voluminibus in-fol. collecta sunt, Lugduni, 1597.

# B

Babenbur. — Ludolfus de Babenburch, natione Germanus, juris pontificii professor, Bambergensis episcopus, vir scientia clarus, obiit anno 1363, et scripsit tractatus duos, I. *De zelo veterum regum Galliæ, et Germaniæ principibus*, II. *De juribus regni et imperii*.

Babenst. — Ludovicus Babenstuber, Etalensis in Bavaria, monachus S. Benedicti, in academia Salisburgensi theologiæ professor, vir summæ doctrinæ, edidit *Cursum theologiæ*, — *Cursum philosophiæ* etc., etc.

Bacchin. — Benedictus Bacchinus (Bacchini), natione Italus, patria Parmensis, ordinis S. Benedicti monachus, scientia clarus, e vivis abiit anno 1721. Varia scripsit tum Italico tum Latino idiomate, inter quæ : *De ecclesiasticæ hierarchiæ origine dissertationem*, — *Dialogos tres, de constantia, de dignitate tuenda, de amore erga rempublicam*, — *Dissertationem de sistris eorumque figuris ac differentia*, etc., etc.

Bacci. — Andreas Baccius, natione Italus, patria Elpidianus, medica simul et philosophica arte præclarus, Romæ docuit et Sixti Papæ V medicus fuit. Italice plura et plura Latine scripsit : I. *De thermis libros septem*, II. *De naturali vinorum historia*, III. *De venenis et antidotis*, IV. *De gemmis et lapidibus pretiosis, eorumque viribus et usu tractatum*, V. *De conviviis antiquorum*, etc. Obiit circa finem sæculi XVI.

Bachov. — Reinhardus Bachovius (Bachov), natione Germanus, patria Lipsiensis, jurisprudentiæ professor, circa medium sæculi XVII vita functus, multa de jure scripsit : *Tractatum de pignoribus*, — *Commentaria in Digesta*, et *In Justiniani institutiones*, etc.

Baco. — Joannes de Baco, vel Baconthorp, natione Anglus, ordinis Carmelitarum monachus, doctor Sorbonicus, et de more temporis quo vixerit *Doctor resolutus* nuncupatus, obiit circa annum 1346. Dedit *Commentaria in quatuor libros Sententiarum*, — *Tractatum de Regula Carmelitarum*, etc.

Bacon. — Rogerus Baconus (Bacon), natione Anglus, ordinis S. Francisci monachus, theologiæ doctor Oxoniensis, accurate calluit poesim, rhetoricam, omnes artes liberales, philosophiam, theologiam, jurisprudentiam, et propterea dictus *Doctor mirabilis*, quem Joannes Picus Mirandulæ comes *Virum ingeniosissimum* prædicavit; obiit anno salutis 1294, ætatis vero suæ 80. Opera concinnavit pene innumera, ex quibus : *Commentaria in IV libros Sententiarum*, — *De mirabili potestate artis et naturæ*, — *De sacræ Scripturæ profundis mysteriis*, — *De arte chimiæ*, etc., etc. Quoad alia vide Bibliothecam Franciscanam, tom. III, pag. 68.

Baduar. — Bonaventura Baduarius, natione Italus, patria Patavinus, ordinis S. Augustini monachus, Universitate Parisiensi laurea doctorali ornatus,

Digitized by Google

inter novem doctores Bononienses adscitus, ad ordinis sui gubernium exaltatus, S. R. Ecclesiæ cardinalis, nuntius apostolicus in Hungariæ regno, morte violenta interemptus obiit anno 1388. Eruditionis et doctrinæ ejus vestigia in sequentibus habemus, prostant enim ab eo : *Commentaria in IV libros Sententiarum*, — *Vita Christi*, vel *Meditationes devotæ in vitam Christi*, — *De conceptione B. V. Mariæ*, — *Commentaria in Epistolam canonicam S. Jacobi*, etc., etc.

BAEZ. — Didacus Baeza, natione Hispanus, Societatis Jesu theologus et concionator, scientia, zelo et pietate insignis, meritis dives e vita decessit anno 1647. Latine scripsit *Commentarios morales in evangelicam historiam tomis 11 in fol. constantes*, — et Hispanice *Mariale seu Conciones de B. V. Mariæ ternas, in singulis ejus festis*, et multa alia.

BAGOT. — Joannes Bagotius (Bagot), natione Gallus, patria Rhedonensis, e Societate Jesu, vir omni litteratura eximie excultus, humaniores litteras triennio, philosophiam quinquennio, theologiam vero totis tredecim annis docuit; censor librorum a Societate edendorum, præpositis generalis Romæ theologus, obiit Parisiis dum professam domum ibi gubernaret, anno 1664. Scripsit *Apologeticum fidei*, — *Libertatis et gratiæ defensionem*, — *Dissertationes theologicas de pœnitentia*, — *Juris episcopalis defensionem*, etc., etc.

BAIF. — Lazarus Baiffius (Lazare de Baif), natione Gallus, patria Flexiensis, Granateriensis abbas, regi Francisco I a consiliis fato functus anno 1547, scripsit : *De re vestiaria*, — *De re navali*, etc.

BAIL. — Ludovicus Bail, natione Gallus, patria Abbavillæus, Sorbonicus doctor, Parisiensis pœnitentiarii vices gerens simul et decanus Montis-Martyrum, mortem subiit anno 1669, varia relinquens opera his sub titulis : *Sapientia foris prædicans*, — *Summa conciliorum*, — *De beneficio crucis*, — *Theologia affectiva*, etc.

BAILLET. — Adrianus Baillet a Villa Nova (Baillet de la Neuville), sic dictus a pago in quo lucem duxit, natione Gallus, sacerdos studio et scientia clarus, historiographus celeber et criticus, obiit anno 1706. Plurima Gallice scripsit sub his titulis : *Les vies des saints*, — *Jugements des savants sur les principaux ouvrages des auteurs*, — *De la dévotion à la sainte Vierge*, etc.

BALDEL. — Nicolaus Baldellus, natione Italus, patria Cortonensis, e Societate Jesu, vir egregie doctus, philosophiæ vicissim et theologiæ professor, plenus dierum ad cœlos migravit anno 1655 et ætatis suæ 83. Edidit *Disputationes ex morali theologia*.

BALDUINUS. — Franciscus Balduinus (Baudoin), natione Gallus, patria Atrebatensis, jurisconsultus peritus et professor, ad concilium Tridentinum regis Navarræ orator, Parisiis vita functus anno 1573, plurima de jure scripsit : *De legibus Constantini*, — *In legem duodecim Tabularum*, etc.

BALDUS. — Petrus Baldus de Ubaldis, natione Italus, patria Perusinus, jurisconsultus eximius, Bartholi discipulus, circa annum 1400 obiit, et multa scripsit in jus civile et canonicum. Omnia ejus opera in 5 volum. in-fol. collecta sunt.

BALING. — Antonius de Balinghem, natione Belga, domo Audomaropolitanus natus, Societatem Jesu anno 1588 ingressus, philosophiæ professor, et deinceps concionator eximius, partim suo marte, partim ex alia in aliam linguam traducendo edidit permulta, quæ magnum habent usum ad pietatem, inter quæ : *Congressus pomeridianos et congressus symposiacos, contra cibi et potus intemperantiam*, — *Sacram Scripturam in locos communes morum digestam*, etc., etc. Obiit anno 1630.

BALLERIN. — Petrus et Hieronymus Ballerini, fratres, natione Itali, patria Veronenses, ambo presbyteri et scientia clari, plurima ediderunt Patrum opera, quæ notis illustravere, et suo marte plura scripserunt : *De jure divino et naturali circa usuram*, — *De methodo studendi*, etc. Obiere, prior anno 1764, posterior vero circa annum 1767.

BALSAM. — Theodorus Balsamon, natione Græcus, patria Constantinopolitanus, Antiochenus patriarcha, jurisperitus et canonista clarus, scripsit : *Commentaria in Homocanon Photii*, — *In canones apostolicos*, etc., etc. Obiit circa annum 1214.

BALTER. — Joannes Christophorus Balterus, natione Belga, patria Gessoriacensis, jurisconsultus eximius, inter opera quæ reliquit, scripsit librum cui titulus : *De libertate religionis*.

BALUZ. — Stephanus Baluzius (Baluze), natione Gallus, patria Tutelensis, historiographus eximius et juris canonici professor, vir scientia et eruditione præclarus, Colberti bibliothecarius, multa scripsit et edidit opera : I. *Regum Francorum capitularia*, — II. *Conciliorum nova collectio*, — III. *Miscellanea*, — IV. *Vie des Papes d'Avignon*, V. *Historia Tutelensis*, etc., etc. Parisiis obiit anno 1718, ætatis suæ 88.

BANCEL. — Ludovicus Bancelius, ordinis Prædicatorum monachus, theologiæ professor eximius, scripsit *Cursum theologiæ moralis et scholasticæ*.

BANES. — Dominicus Banes, natione Hispanus, patria Vallisoletensis, ordinis Prædicatorum monachus, scientia et pietate clarus, a confessionibus sanctæ Theresæ, per triginta annos theologiam docuit, et plenus dierum, obdormivit in Domino anno 1604. Scripsit : *De generatione et corruptione, sive in Aristotelis eos libros commentaria et quæstiones*, — *In Aristotelis dialecticam*, — *Commentaria scholastica in primam partem Summæ D. Thomæ, necnon in secundam secundæ*, — *Relectionem de merito et augmento charitatis*, etc.

BANN. — Bannardus Joannes, natione Anglus, ordinis S. Augustini monachus, vir omni litteratura doctissimus, theologus sui temporis nobilissimus, cancellarius Academiæ Oxoniensis, sæculo XV claruit, et edidit : *Eruditas quæstiones in Magistrum Sententiarum*.

BARAT. — Joannes Philippus Baraterius (Baratier), natione Germanus, patria Bavariensis, puer præcoci ingenio clarissimus, omnem fere scientiam callebat, plurimis loquebatur linguis; obiit anno 1740, ætatis vero suæ 19. Varias scripsit *Dissertationes*, *Epistolas*, et multa alia, præsertim librum cui titulus : *Disquisitio chronologica de successione antiquissima episcoporum Romanorum, a Petro usque ad Victorem*, etc.

BARB. — Bernardinus Barba, natione Hispanus, patria Aragonensis, ordinis S. Francisci monachus et noviliorum moderator, rebus asceticis et regularibus deditus, prelo dedit sermone Hispanico : *Documenta principalia disciplinæ monasticæ et religiosæ*, — *Seraphicam regulam*, etc. Floruit sæculo XVII.

BARBEYR. — Joannes Barbeyrac, natione Gallus, patria Biterrensis, jurisconsultus et professor clarus, fato functus anno 1747, scripsit : *Commentaria in Tractatum de jure naturæ et gentium Puffendorffii*, — *In Tractatum de jure belli et pacis Grotii*, — *Tractatum de ludo*, — *Tractatum de ethica Patrum*, etc.

BARBO. — Paulus Barbo, natione Italus, patria Cremonensis, ordinis S. Dominici monachus, et prior, theologus et philosophus clarus, obiit anno 1494. Scripsit *Elegantissimam expositionem in artem veterem Aristotelis*, — *Quæstiones metaphysicas super divina sapientia Aristotelis*, etc., etc.

BARBOSA. — Augustinus Barbosa, natione Lusitanus, Uxentinus episcopus, jurisperitus et canonista clarus, multa scripsit *In jus civile et canonicum*, — *De jure ecclesiastico*, — *De officio episcopi*, et alia.

Digitized by Google

Omnia ejus opera prostant 14 volum. in-fol. edita Lugduni, 1716. Obiit anno 1649, ætatis suæ 59.

Barbosa. Em.—Emmanuel Barbosa, natione Lusitanus, jurisconsultus et in inferiore curia Lusitaniæ causarum actor, anno 1638 morte functus, opus edidit eximium cui titulus : *De potestate episcopi.*

Barbosa. P. — Petrus Barbosa, natione Lusitanus, jurisconsultus celeber, in Universitate Conimbrigensi professor, et postea regni cancellarius, obiit anno 1595, et multa de jure scripsit opera, quorum præcipua sunt : *Commentaria in varios digesti titulos*, — *De judiciis*, — *De soluto matrimonio*, — *De legatis et substitutionibus*, — *De donationibus*, etc., etc.

Bard. — Franciscus Bardus (Bardi), natione Siculus, patria Panormitanus, illustri ex genere natus, Societatis Jesu theologus et professor, sacro tribunali et S. Inquisitionis a censuris et a consiliis fuit, et obiit anno 1661. Edidit : *Bullam Cruciatæ explicatam et illustratam*, — *Disputationes morales de conscientia*, — *Selectas quæstiones ex universa morali conscientia*, — *In regulas juris canonici in sexto commentaria*, etc.

Bariol.—Aloysius Bariola, natione Italus, ordinis S. Francisci monachus, theologiæ magister. S. Inquisitionis consultor, vir insigni virtute præditus, ac in sacris canonibus summopere versatus, prelo dedit : *Summarium bullarum sacro officio deservientium*, — *Flores commentariorum Fr. Begnæ*, — *Flores directorii Inquisitorum*, — *Consilia pro foro conscientiæ utilia*, etc. Mortalitatem exuit anno 1628.

Baro.—Bonaventura Baro, vel Baronius, natione Hibernus, patria Colonmeliensis, ordinis S. Francisci monachus, sacræ theologiæ lector emeritus, vir omnigenæ eruditionis, varias posteris reliquit lucubrationes, inter quas eminent : *Boetius absolutus*, *Profusiones philosophicæ*, — *Scotus defensus*, — *Doctor subtilis in materia de Trinitate defensus*, —*Resolutiones academicæ in potiores theologiæ materias*, etc., etc. Obiit anno 1696.

Baron. — Cæsar Baronius, natione Neapolitanus, patria Soranus, Oratorii congregationis historiographus et S. R. Ecclesiæ cardinalis, vir eruditione clarus, multos post labores, animam Deo reddidit, anno 1609, ætatis suæ 50. Varia edidit opera sub his titulis : *Annales ecclesiastici*,—*Notæ in Martyrologium Romanum*, etc.

Baron. — Vincentius Baronius, natione Gallus, patria Rivenensis, ordinis S. Dominici monachus, provincialis et definitor, theologiam docuit et obiit anno 1674. Posteris reliquit *Cursum theologiæ moralis.*

Barri. — Paulus Barri (Paul de Barry), natione Gallus, patria Leocatensis, Societatis Jesu rector et provincialis, vir admodum pius et observantiæ religiosæ peramans, multa scripsit ascetica : *Blanditias sacras et suaves*, *quibus Philagia captat amorem Christi*, — *Sacrum Philagiæ cum sanctis fœdus*, — *Philagiæ solitudinem, vel exercitia spiritualia*, etc., etc. In sanctitate bona transiit ad Dominum anno 1661.

Barthel.— Joannes Gaspar Barthelius (Barthel), natione Germanus, jurisconsultus perceleber, cardinalis Lambertini, postea Benedicti XIV discipulus, utriusque juris doctor et canonicus, anno 1771 e vivis ablatus multa et eximia, præsertim de jure, concinnavit opera, quorum præcipua : *Historia pacificationum imperii circa religionem consistens*, — *De jure reformandi antiquo et novo*, — *De restituta canonicarum in Germania electionum politia*, — *Tractatus de eo quod circa libertatem exercitii religionis ex lege divina et ex lege imperii justum est*, etc., etc.

Barthol. — Thomas Bartholinus (Bartholin), natione Germanus, patria Hafniensis, medicus eximius et vir scientia clarus, multa posteris reliquit opera, quorum præcipua sub his titulis : *Paralytici Novi Testamenti medico et philologico commentario illustrati*, — *Dissertatio de Passione Christi*, — *De latere Christi aperto*, — *De luce hominum et brutorum libri tres*, — *De cruce Christi*, etc. Obiit anno 1680.

Barthol.—Andreas de Bartholomeo, Sicilianus, cognomine *Barbatus* (Barbazza), jurisperitus celeber, scripsit : *Conciliorum volumina quatuor*, — *Lecturam in Clementinarum compilationem*, — *De præstantia cardinalium*, — *De cardinalibus legatis a latere*, — *De testibus*, — *Additiones ad commentaria in jus feudorum Ubaldi Baldi*, etc., etc.

Barthol. a S. Faust. —Bartholomæus a Sancto Fausto, monachus Cisterciensis, scripsit : *Thesaurum religiosorum*, — *Speculum confessariorum*, *et pœnitentium*, etc., etc.

Bartholom. Brix. — Bartholomæus Brixiensis, jurisconsultus et canonista eximius, familia nobilium causidicorum ortus, unus ex comitibus S. Dominici, dum Brixiam veniret, juris canonici professor, circa annum 1250 vita functus, scripsit : *Commentarium in Decretum Gratiani*, — *In digestum vetus*, — *De casibus conscientiæ*, — *Ordinem judiciarium*, — *Summam quæstionum Dominicalium et venalium*, — *Chronicon Italiæ*, etc., etc.

Bartolus.—Bartolus, natione Italus, jurisconsultus celeberrimus, fato functus anno 1356, ætatis suæ 44, edidit *Commentaria in jus civile et canonicum*, et alia multa.

Barufald. — Hieronymus Baruffaldus (Baruffaldi), natione Italus, patria Ferrariensis, quem Benedictus XIV diligebat, vir rei litterariæ peritus, plurima tum Latine tum Italice edidit opera inter quæ : *Commentaria ad Rituale Romanum*. Obiit anno 1755.

Basil. (S.)—Sanctus Basilius Magnus, Cæsariensis archiepiscopus, Ecclesiæ Græcæ doctor, migravit ad cœlos anno 379. Multa scripsit opera, nuper collecta in cursu Patrologiæ Græcæ quem edidit J. P. Migne, tom. XXIX, XXX, XXXI et XXXII, quem vide.

Basnag. — Jacobus Basnagius (Basnagius de Beauval), natione Gallus, patria Rothomagensis, theologus et historiographus heterodoxus, plurima Gallice scripsit opera, quæ sunt : *Histoire de l'Église*, — *Histoire des Juifs depuis J. C.*, — *Antiquités judaïques*, — *Dissertations sur les duels et la chevalerie*, — *Traité de la conscience*, etc., etc. Obiit anno 1723.

Bass. — Bonaventura Bassæus (Bonaventure de la Bassée), natione Gallus, ordinis S. Francisci Capucinus, philosophiæ professor, et provincialis, scripsit : *Parochianum obedientem*, *seu de duplici debito parochianorum audiendi verbi et Missæ parochialis*, — *Theophilum parochialem, sive de quadruplici debito in propria parochia persolvendo*, etc. Migravit ad Dominum anno 1650.

Bass. — Clemens Bassæus, ordinis Minorum monachus, scripsit *Viridarium Scoticum*.

Bass. — Eligius Bassæus, natione Belga, ordinis S. Francisci monachus, vitæ integritate et scientia laudabilis, circa annum 1645 morte functus, in lucem emisit duo volumina, quibus hunc apposuit titulum : *Flores totius theologiæ practicæ*, *tum sacramentalis*, *tum moralis ex probatissimis doctoribus fideli manu collecti*.

Bassol. — Joannes Bassolius vel de Bassolis, natione Scotus, ordinis S. Francisci monachus, subtilis Doctoris auditor, et inter discipulos a magistro præcipue dilectus, ipse *doctor ordinatissimus* dictus, posteris transmisit : *Commentaria in quatuor libros Sententiarum*, — *Miscellanea philosophica et medica*. Floruit sæculo XIV.

Battagl. — Marcus Battaglinus (Battaglini), na-

Digitized by Google

tione Italus, episcopus Nucerensis, historiographus, obiit anno 1717, ætatis suæ 72, et scripsit : *Historiam universalem conciliorum*, — *Annales sacerdotii et imperii in sæculo* XVII, etc., etc.

BAULD. — Michael Bauldry, ordinis S. Benedictini monachus et prior, concinnavit opus præstantissimum, cui titulus : *Manuale sacrarum cæremoniarum juxta ritum S. R. Ecclesiæ*, Venetiis, 1703, in-4.

BAUN. — Stephanus Baunes (Bauny), natione Gallus, patria Mesomensis, Societatem Jesu anno 1593 ingressus, vir antiquæ probitatis et singularis circa quæstiones omnes eruditionis, rhetoricam et amœniores litteras annis undecim, theologiam moralem annis sexdecim, docuit, et animam Deo reddidit anno 1649. Edidit *Theologiam moralem*, — *Summam casuum conscientiæ*, seu *Manuale confessorum in gratiam eorum quibus animarum cura incumbit*, etc.

BAYL. — Petrus Baylus (Bayle), natione Gallus, patria Fuxensis, philosophus et criticus celeber, religione heterodoxus, plurima Gallico sermone edidit opera, scilicet : *Dictionnaire historique et critique*, — *Réponse aux questions d'un Provincial*, etc. Obiit anno 1706.

BEC. — Martinus Becanus, natione Belga, patria Brabantus, e Societate Jesu, vir ingenio magno, in philosophia et theologia, quas vicissim docuit, clarus, Ferdinando II Cæsari Augusto a confessionibus factus, malleus Calvinistarum a plurimis nuncupatus, Viennæ obiit anno salutis 1624, ætatis 63. Varia edidit opera : *Summam theologiæ*, — *Analogiam Veteris et Novi Testamenti*, — *De republica ecclesiastica*, — *Tractatum scholasticum de libero arbitrio*, — *Quæstiones de fide servanda hæreticis*, — *Manuale controversiarum*, etc., etc.

BECCAR. — Jacobus Bartholomæus Beccarus (Beccari), natione Italus, patria Bononiensis, vir scientia et ingenio clarus, artem medicam et historiam naturalem vicissim docuit, et obiit anno 1766. Multa dedit Italice et Latine opera et opuscula : *De longis jejuniis*, — *De servorum Dei beatificatione, et beatorum canonizatione*, etc., etc.

BECCHET. — Joannes Becchetus, natione Italus, patria Fabrianensis, ordinis S. Augustini monachus, theologiæ magister, et acerrimus disputator; cum magna sanctitatis fama obiit anno 1420. Hujus calamo prodierunt : *Libri quatuor expositionis in Evangelia*, — *Libri decem in Ethicam Aristotelis*, — *Libri octo in Politicam ejusdem*, — *Liber de concordia Platonis ad Scripturam*, etc.

BECCHET. — Philippus Angelicus Becchetus (Becchetti), natione Italus, episcopus Perugiensis, et antea ordinis S. Dominici monachus, scripsit *Historiam ecclesiasticam*, et obiit anno 1814, ætatis suæ 72.

BECCHI. — Guillelmus Becchius, natione Italus, ordinis S. Augustini monachus et generalis, deinceps episcopus Fesulanus, vir divinis et humanis scientiis mirifice instructus, et theologus profundus, plenus dierum ad cœlos abiit circa annum 1496. Prostant ab eo in publicum emissa : *Liber de lege Mahometana*, — *Commentaria in Aristotelem*, — *Interpretatio in primum Sententiarum*, — *De potestate ecclesiastica*, etc., etc.

BECH. — Suicardus Bech, ordinis Minorum monachus, scripsit *Conciones morales de gravitate peccati*.

BECH. — Joannes Joachim Becherus (Becher), natione Germanus, patria Nemetensis, medicus eximius et artis medicæ professor, ut invidorum iram vitaret, Londinum petiit, et ibi obiit anno 1685. Plurima edidit opera, quibus tituli : *Physica subterranea*, — *Character pro notitia linguarum universali*, — *Institutiones chimicæ, seu Manuductio ad philosophiam hermeticam*, — *Metallurgica*, — *Parnassus medicinalis*, etc., etc.

BECK. — Dominicus Beckius (Beck), natione Germanus, patria Ulmensis, ordinis S. Benedicti monachus, vir mathematicorum et rerum naturalium scientia clarus, fato functus anno 1791, edidit : *Prælectiones mathematicas*, — *Institutiones physicas*, — *Institutiones mathematicas*, — *Ephemerides physico-mathematicas*, etc, etc.

BEDA. — Beda, dictus *Venerabilis*, natione Anglo-Saxo, patria Giruvicensis, ordinis S. Benedicti monachus, anno 735 vita functus, plurima scripsit, et præsertim *Commentaria in sacram Scripturam*, omnia ejus opera collecta sunt in cursu Patrologiæ Latinæ quem edidit J. P. Migne, tom. XC ad XCV.

BEDER. — Henricus Bedericus vel Budericus (de Buri), natione Anglus, patria Sudovolcas, ordinis S. Augustini monachus, theologiæ doctor Parisiensis Sorbonicus, philosophus insignis, theologus et concionator celeberrimus, claruit sæculo XIV, et præclarissima sui ingenii dedit monumenta : *Libros quatuor in Magistrum Sententiarum*, — *Lectiones theologicas*, etc.

BEJA. — Ludovicus de Beja, sive de Berestrello, natione Lusitanus, ordinis S. Augustini monachus, theologiæ magister et in Academia Bononiensi primarius professor publicus, S. Inquisitionis in Lusitania deputatus, vir propter doctrinam in magno pretio habitus, circa finem sæculi XVI vita functus, posteris reliquit : *Responsiones casuum conscientiæ*, — *De parochi et confitentis officio*, etc., etc.

BELLAMER. — Ægidius Bellamera, jurisconsultus et canonista, scripsit *Commentarium in decretum Gratiani*.

BELLARIN. — Joannes Bellarinus, clericus regularis, posteris reliquit *Doctrinam concilii Tridentini explicatam*.

BELLARM. VEN. — Robertus Bellarminus, natione Italus, patria Politianus, Marcellini II Papæ sororis filius, e Societate Jesu, archiepiscopus Capuanus et S. R. Ecclesiæ cardinalis, theologus scientia clarus et veritatis acerrimus propugnator, migravit ad cœlos anno 1621, posteris plurima et eximia relinquens opera, quibus tituli : *De controversiis Christianæ fidei adversus sui temporis hæreticos*, — *Explanatio in Psalmos*, — *De scriptoribus ecclesiasticis*, — *De indulgentiis et jubilæo*, — *De potestate summi Pontificis in rebus temporalibus*, — *Doctrinæ Christianæ explicatio*, etc., etc., etc.

BELLEG. — Franciscus Bellegambe, natione Gallus, patria Duacensis, e Societate Jesu, varia scripsit ascetica et theologica, præsertim opus eximium cui titulus : *Enchiridion theologico-practicum, tripartitum, de jubilæo ecclesiastico*. Insulis obiit anno 1700, ætatis suæ 72.

BELLET. — Joannes Maria Bellettus, scripsit *Disquisitionem clericalem*.

BELLIN. (N.) — Bellinus, natione Italus, patria Patavinus, ordinis S. Augustini monachus, prior et provincialis, theologus pius et doctus, ad coronam sanctorum properavit circa annum 1513, relinquens : *Martyrologium correctum et illustratum*, etc.

BELLOCH. — Petrus Bellochius, Anconitanus, ordinis S. Francisci monachus, theologiæ et utriusque juris peritus, varia scripsit tum Latine tum Italice, quorum præcipua sunt : *Praxis moralis theologiæ, de casibus reservatis*, — *Tractatus de confessariis sanctimonialium, et de illarum clausura*, — *Novissima omnium summarum summa generalissima*, etc.

BELLON. — Paulus Bellonius (Belloni), natione Italus, patria Ticinensis, jurisconsultus eximius, fato functus anno 1625, edidit opus cui titulus : *In titulum de testamentis ordinandis*, et plura alia.

BENEDICT. XIII. — Benedictus XIII (Ursinus), natione Italus, patria Romanus, monachus ordinis

Digitized by Google

S. Dominici, archiepiscopus, cardinalis, et tandem summus Pontifex, obiit anno 1730, et scripsit *Opuscula liturgica. Decreta, Concilium Romanum*, etc., etc.

BENEDICT. XIV — Benedictus XIV (Lambertini), natione Italus, patria Bononiensis, vicissim canonicus basilicæ S. Petri, S. Officii canonista, congregationis concilii amanuensis, archiepiscopus Bononiensis, cardinalis et tandem Papa electus anno 1740, vir scientia et laboribus clarus, animam Deo reddidit anno 1758. Multa scripsit et præsertim : *De servorum Dei beatificatione et canonisatione sanctorum*, *Tractatum de festis*, — *De sacrificio Missæ*, etc. Omnia ejus opera in 16 volum. in-fol. collecta sunt.

BENS. — Bernardus Bensius (Bensi), natione Italus, patria Venetus, e Societate Jesu, theologiæ moralis professor, et fato functus anno 1760, scripsit : *Praxim tribunalis conscientiæ*, — *Dissertationem de casibus reservatis*, etc.

BENSON. — Georgius Bensonius, natione Anglus, patria Cumbriensis, theologus et pastor heterodoxus, fato functus anno 1762, scripsit : *Historiam religionis Christianæ; Tractatum de persecutionibus*, — *De religionis Christianæ excellentia*, etc.

BENVENUT. — Carolus Benvenuti, natione Italus, patria Ligurnensis, Societatem Jesu anno 1732, vir arte physica et mathematica clarus, multa tum Latine, tum Italice concinnavit opera, quorum præcipua sunt : *Synopsis physicæ generalis*, — *De lumine dissertatio physica*, etc., etc. Obiit anno 1789.

BENVENUT — Cæsar Benvenuti, natione Romanus, clericus regularis Lateranensis ecclesiæ, vir pietate clarus, scripsit : *Instructionem pro celebrante in Missa privata et solemni*, — *De vita communi clericorum*, etc., etc.

BENZON. — Rutilius Benzonius scripsit *Speculum episcoporum.*

BERARD. — Carolus Sebastianus Berardus (Berardi), natione Italus, patria Sardiniensis, utriusque juris doctor, vir scientia clarus, in universitate Taurinensi jus canonicum docuit, et obiit circa annum 1766. Scripsit *institutiones juris canonici*, et opus aliud eximium cui titulus : *Gratianæi canones genuini ab apocryphis discreti, corrupti ad emendatiorum codicum fidem exacti, difficiliores commoda interpretatione illustrati.*

BERCHOR. — Petrus Berchorius (Bercheura), natione Gallus patria Pictaviensis, ordinis S. Benedicti monachus, S. Eligii Parisiensis prior, migravit ad Dominum anno 1362. Charissimus fuit Joanni Galliarum regi, et clarissimus ob opera in lucem emissa, scilicet : *Dictionarium morale biblicum*, — *Reductorium morale utriusque Testamenti*, — *Inductorium morale biblicum*, etc., etc.

BERGER. — Joannis Henricus Bergerius (J. H. de Berger), natione Germanus, jurisconsultus scientia et ingenio clarus, inter plurima de jure scripsit : *Electa disceptationum forensium*, — *Responsa ex omni jure*, — *Œconomia juris*, — *Electa jurisprudentiæ criminalis*, etc., etc. Obiit anno 1732.

BERLEND. — Franciscus Berlendi, clericus regularis, scripsit opus cui titulus : *De oblationibus ad altare.*

BERMING. — Franciscus Bermingham a Galvia, ordinis S. Francisci monachus, provinciæ strictioris observantiæ Hiberniæ Pater, theologiæ lector jubilatus, et ex-definitor generalis, dedit : *Summam Scoticam theologiæ de uno et trino Deo, juxta angelici Doctoris methodum et subtilis Doctoris mentem.* Claruit in Romano collegio S. Isidori, sæculo XVI.

BERNAL. — Augustinus Bernal, natione Hispanus, patria Magollonensis in Aragonia, e Societate Jesu theologiæ doctor, meritis cumulatus pie occubuit Cæsaraugustæ, anno 1642. Inter primos sui temporis theologos numerandus, edidit : *Disputationes de divini Verbi Incarnatione*, — *Disputationes de sacramentis in genere, et de Eucharistia et ordine*, etc.

BERNARDIN. (S.). — S. Bernardinus Senensis, ex nobili Albizaschorum familia, Massanæ in Etruria natus, ordinis S. Francisci monachus, migravit ad Dominum anno 1444. Plurima scripsit opera quæ collecta sunt in 11 volum. in-fol. Venetiis, 1745.

BERNARDUS (S.)—Sanctus Bernardus, natione Gallus, primus abbas Claravallensis, dictus *Doctor mellifluus*, ad cœlos obiit anno 1153, ætatis suæ 63. Multa scripsit quæ collecta sunt in cursu Patrologiæ Latinæ quem nuper edidit J. P. Migne, tom. CLXXXII ad CLXXXV.

BERNARDUS.—Jacobus Bernardus, natione Gallus, theologus et pastor heterodoxus, philosophiam docuit, et varia edidit Gallico sermone opera, quorum tituli : *Nouvelles de la république des lettres*, —*Excellence de la religion chrétienne*, — *Traité de la repentance tardive*, etc. Obiit anno 1718.

BERNIN. — Dominicus Berninus (Bernini), natione Italus, patria Neapolitanus, antistes Romanus, Italico idiomate scripsit *Historiam hæresum*, 4 volum. in-fol., et obiit circa annum 1710.

BERO. — Augustinus Bero, natione Italus, patria Bononiensis, jurisconsultus peritus, multa de jure scripsit opera quorum præcipua : *In jus canonicum quæstiones*, — *Consilia*, — *Documenta in decretales*, etc. Obiit anno 1554.

BERTACHIN. — Joannes Bertachinus, jurisconsultus, scripsit *Tractatum de gabellis.*

BERTEAU. — Bartholus Berteau scripsit *Regulam prudentis et pii confessoris.*

BERTHIER. — Guillelmus Franciscus Berthier, natione Gallus, patria Exoldunensis, e Societate Jesu, vir scientia et virtutibus clarus, concinnavit *Commentaria in Psalmos et in Isaiam*, — *Historiam Ecclesiæ Gallicanæ*, etc., etc. Obiit anno 1782.

BERTHOLD. — Joannes Bertholdus, natione Germanus, patria Tirolensis, Societatem Jesu ingressus, philosophiam et theologiam docuit in Universitate Græcensi, cujus etiam fuit cancellarius. Viennæ decessit anno 1673. Edidit, dum theologiam profiteretur, *Assertionum theologicarum volumina duo.*

BERTI. — Joannes Laurentius Berti, natione Italus, patria Tuscus, ordinis S. Francisci monachus, vir scientia et ingenio clarus, et theologus præstantissimus, migravit ad Dominum anno 1766. Idiomate Latino scripsit : *Historiam ecclesiasticam*, — *Dissertationes*, — *Dialogos*, et opus eximium cui titulus : *De disciplinis theologicis*, etc.

BERTRAND. — Bertrandus a Turri, ex Cambolico, Cadurcensis diœcesis, Aquitanus, ordinis S. Francisci monachus, vir doctissimus et pro illorum temporum more *Doctor famosus* nuncupatus, archiepiscopus Salernitanus et cardinalis, multos post labores, obiit Avenione anno 1334. Supersunt ejus ingenii et pietatis monumenta : *Commentaria in IV libros Sententiarum*, — *Collationes theologicæ*, — *Explicationes in Evangelia et epistolas quæ per anni circulum recitantur*, etc., etc. Ejus in laudem accinebat quidam :

*Castrorum, templique Dei fortissima turris*
*Magnus Bertrandus nomine, reque fuit.*

BESOLD. — Christophorus Besoldus (Besold), natione Germanus, patria Wirtembergensis, jurisconsultus et historiographus, in religione catholica decessit anno 1638. Scripsit *Dissertationes philologicas*, — *Documenta rediviva monasteriorum*, — *Virginum sacrarum monumenta*, — *Synopsis rerum ab orbe condito gestarum*, etc., etc.

BESUT. — Innocentius Besutius (Besozzi), natione Italus, presbyter Brixiensis, doctor theologiæ, scripsit librum cui titulus : *Anatome conversationis amatoriæ pro disciplina juvenum conjugia quærentium.*

Digitized by Google

**Beverg.** — Guillelmus Beveregius (Béveridge), natione Anglus, patria Licestriensis, episcopus heterodoxus, vir scientia et eruditione clarus, vita functus anno 1708, varia et eximia concinnavit opera, quibus tituli : *Institutionum chronologicarum libri quatuor*, — *Pandectæ canonum S. apostolorum et conciliorum ab Ecclesia Græca receptorum*, — *Codex canonum Ecclesiæ primitivæ vindicatus et illustratus*, etc., etc.

**Beyerlin.** — Laurentius Beyerlinck, natione Belga, patria Antuerpiensis, canonicus et archipresbyter, theologus eximius, e vita decessit anno 1627, suæ scientiæ relinquens monumenta posteris : *Apophthegmata Christianorum*, — *Biblia sacra variarum translationum*, — *Promptuarium morale super Evangelia communia*, — *Magnum theatrum vitæ humanæ*, etc.

**Beyerus.** — Georgius Beyerus (Beyer), natione Germanus, patria Lipsiensis, jurisconsultus scientia clarus, scripta reliquit sub his titulis : *Notitiæ auctorum juridirorum et juri arti inservientium, tria specimina*, — *Declinatio juris divini naturalis et positivi universalis*. Obiit anno 1714.

**Bianc.** — Marcus Antonius Bianchi, natione Italus, patria Patavinus, jurisconsultus facundia et ingenio celeber, juris criminalis professor, obiit anno 1548. Varia edidit opera sub his titulis : *Tractatus de indiciis homicidii ex proposito commissi*, — *Practica criminalis aurea*, — *Cautelæ singulares ad reorum defensam*, — *Tractatus de compromissis faciendis inter conjunctos*, etc.

**Bianc.** — Joannes Antonius Bianchi, natione Italus, patria Lucensis, ordinis S. Francisci monachus, philosophiæ et theologiæ professor, provincialis, cleri Romani cognitor, litteris deditus et amicus musarum, plurima tum Latine, tum Italice scripsit opera, quorum præcipua : *De spectaculis theatralibus*, — *Della potestà e polizia della Chiesa*, etc. Obiit anno 1758.

*Bibliothec.* — Bibliotheca maxima Patrum veterum, et antiquorum scriptorum ecclesiasticorum tomis 27 Lugduni impressa.

**Billuart.** — Carolus Renatus Billuartius (Billuart), natione Gallus, ordinis S. Dominici monachus et provincialis, theologiæ doctor, vita functus anno 1757, edidit *Cursum theologiæ*, 19 vol. in-8°, vel 3 vol. in fol.

**Biner.** — Josephus Binerus (Biner), natione Germanus, Societatis Jesu theologus et jurisconsultus, defunctus anno 1778, opus scripsit eximium cui titulus : *Apparatus eruditionis ad jurisprudentiam præsertim ecclesiasticam*.

**Bingh.** — Josephus Binghamus, natione Anglus, religionis heterodoxæ pastor, vir scientia et eruditione clarus, opus concinnavit eximium cui titulus : *Origines ecclesiasticæ*. Obiit anno 1723.

**Bini.** — Severinus Binius, natione Germanus, patria Juliacensis, canonicus Coloniensis et theologiæ professor, e vita decessit anno 1641, posteris relinquens *Collectionem conciliorum*, 10 vol. in fol. Parisiis, 1636.

**Binkersh.** — Cornelius van Binkershoek, natione Batavus, patria Metelloburgensis, utriusque juris doctor, jurisconsultus scientia insignis, morte functus anno 1743, edidit : *Tractatum de jure publico*, — *Quæstiones*, — *Tractatum de foro legatorum competenti*, etc.

**Binsfeld.** — Petrus Binsfeldius, natione Germanus, canonicus et episcopus Trevirensis suffraganeus, vir morum amœnitate, laboribus et zelo notus, migravit ad cœlos anno 1606. Varia concinnavit opera : *Enchiridion theologiæ pastoralis*, — *Commentarium de Simonia*, — *Tractatum de confessionibus maleficorum et sagarum*, etc.

**Biss.** — Bernardus Bissus, natione Italus, patria Genuensis, ordinis S. Benedicti monachus, fato functus anno 1716, ætatis suæ 68, plurima, sui ingenii monumenta, reliquit opera his sub titulis : *Hierurgia, sive rei divinæ peractio*, — *Decas ad moralem scientiam, sive selecta pro conscientiæ casibus in sacro pœnitentiali foro passim occurrentibus, ubi quam plurimæ novæ difficultates dilucidantur*, — *Crisis de probabilitate*, præterea scripsit alios undecim tomos in fol. *De rebus moralibus*.

**Bissy.** — Henricus Thiard de Bissy, natione Gallus, doctor sorbonicus, episcopus Meldensis et S. R. Ecclesiæ cardinalis, vir scientia et pietate clarus, migravit ad cœlos anno 1737, ætatis suæ 80. Edidit *Tractatum theologiæ in constitutionem* Unigenitus.

**Bivar.** — Franciscus Bivarius, natione Hispanus, patria Matritensis, ordinis Cisterciensis monachus, philosophiam vicissim et theologiam docuit, et plenus dierum obdormivit in Domino, anno 1636. Scripsit : *Tractatum de Incarnatione*, — *Commentaria in Aristotelem*, — *Sententias SS. Patrum de Immaculata Conceptione, de veteri monachatu et regulis monasticis*, etc., etc.

**Bizozer.** — Joannes Baptista Bizozerius, scripsit summam casuum conscientiæ.

**Blanchin.** — Josephus Blanchinus, presbyter congregationis Oratorii, edidit *Enarrationem pseudo-Athanasianam in symbolum*.

**Bloc.** — Joannes Blochius (Bloch), natione Germanus, patria Bohemus, ordinis S. Augustini monachus, vir pro fide catholica zelosissimus, claruit sæculo xv, et scripsit *Commentaria in Magistrum Sententiarum*.

**Blondel.** — Franciscus Blondellus (Blondel), natione Gallus, patria Picardus, mathematicis et architectonicis scientiis clarus, obiit Parisiis anno 1686, sui ingenii monumentum relinquens Arcum vulgo dictum *Porte Saint-Denis*. Varia Gallice scripsit opera quorum tituli : *Cours d'architecture*, — *Histoire du calendrier romain*, etc., etc.

**Bocquill.** — Lazarus Andreas Bocquillotius (Bocquillot), natione Gallus, patria Aballonensis et canonicus, sermone Gallico scripsit : *Homilias*, — *Tractatum historicum de liturgia sacra* — *Dissertationes*, etc. Obiit anno 1728.

**Boecler.** — Joannes Henricus Boeclerus, natione Germanus, patria Franconiensis, historiographus celeber, obiit anno 1692. Varia scripsit opera, quorum tituli : *Historia universalis*, — *Notitia sancti Romani imperii*, — *Historia universalis* iv *sæculorum post Christum*, — *Bibliographia critica*, — *Commentaria in Grotii librum de jure belli et pacis*, — *De jure Galliæ in Lotharingiam*, etc., etc.

**Boehmer.** — Justus Henningius Boehmerus (Boehmer), natione Germanus, patria Hanoverensis, jurisconsultus scientia et ingenio clarus, universitatis Halensis doctor, eximia de jure concinnavit opera, quorum plura, licet heterodoxus, Benedicto XIV Papæ, dedicavit. Hæc sunt : *Jus ecclesiasticum Protestantium*, — *Dissertationes de veteri jure ecclesiastico*, — *Corpus juris ecclesiastici*, — *Tractatus ecclesiasticus de jure parochiali*, — *Introductio in jus publicum universale*, etc. Obiit anno 1749.

**Boehmer.** — Joannes Samuel Boehmerus, præcedentis filius, jurisconsultus celeber, a consiliis intimis Friderici II, qui eum nobilitavit, fato functus anno 1772, plurima et eximia posteris legavit opera : *Observationes in Carpzovii practicam novam rerum criminalium*, — *Meditationes in constitutionem criminalem Carolinam*, — *Elementa jurisprudentiæ criminalis*, — *De exsecutionis pœnarum capitalium honestate*, — *De rigore juris in stupratores violentes*, etc.

**Boehmer.** — Georgius Ludovicus Boehmerus, frater præcedentis, jurisconsultus et professor, ingenio et scientia clarus, eximia edidit opera, scilicet : *Principia juris canonici*, — *Principia juris feudalis*, — *Observationes juris canonici*; — *Electa juris feudalis*, — *Electa juris civilis*, etc. Obiit anno 1797.



Digitized by Google

Boer. — Nicolaus Boerius (Bohier), natione Gallus, Monte Pessulano ortus, jurisperitus et causidicus perceleber, obiit anno 1536, et varia reliquit scripta : *Decisiones in senatu Burdigalensium discussas*, — *Tractatum de officio et potestate legati a latere in regno Franciæ*, — *Tractatum de seditiosis*, etc.

Boern. — Christianus Fridericus Boernerus (Boerner), natione Germanus, patria Dresdensis, theologus et pastor heterodoxus, scientia et eruditione notus, Lipsiæ theologiam docuit, et obiit anno 1753. Posteris edidit : *Dissertationes sacras*, — *Institutiones theologiæ symbolicæ*, — *De ortu atque progressu philosophiæ moralis*, — *De Lutheri actis*, etc., etc.

Boeth. — Boethius prænomine Manlius Torquatus Severinus, consul Romanus, sapientia, eloquentia et pietate illustris, a Theodorico rege Gothorum, una cum Symmacho socero suo interfectus, anno 525, scripsit : *De consolatione philosophiæ*, — *De Trinitate*, etc. Omnia ejus opera collecta sunt in cursu Patrologiæ Latinæ, quem nuper edidit J. P. Migne, tom. LXIII et LXIV.

Boich. — Henricus Boich, doctor utriusque juris, scripsit *Commentarium in libros Decretalium*, etc.

Boileau. — Jacobus Boileau, natione Gallus, patria Parisiensis, doctor Sorbonicus, canonicus et Facultatis theologiæ Parisiensis decanus, obiit anno 1716, ætatis suæ 82. Plurima posteris legavit opera sub his titulis : *De antiquo jure presbyterorum in regimine ecclesiastico*, — *De antiquis et majoribus episcoporum causis*, — *Tractatus de corpore et sanguine Domini*, — *De re beneficiaria*, — *Historia confessionis auricularis*, — *Historia Flagellantium*, etc., etc.

Boldet. — Marcus Antonius Boldettus (Boldetti), natione Italus, patria Romanus, litteris antiquis et præsertim Hebraicis peritus, vita functus anno 1749, ætatis suæ 86, scripsit : *Observationes ad cœmeteria sacra martyrum et Christianorum.*

Bolgen. — Joannes Vincentius Bolgenius (Bolgeni), natione Italus, patria Bergomensis, Societatis Jesu theologus, vir scientia et eruditione clarus, obiit anno 1811, et plurima concinnavit opera : *Examen de vera idea S. Sedis*, — *De episcopatu*, — *De jurisdictione ecclesiastica* — *De actibus humanis*, — *De amore Dei*, etc., etc.

Bolland. — Joannes Bollandus, natione Belga, patria Tulii Monte in ducatu Limburgiæ natus, Societatem Jesu ingressus anno 1612, litteras humaniores et theologiam docuit, et annis gravis, laboribus confectus, ad cœlos migravit anno 1665. Edidit simul cum aliis SS. Patribus *Acta sanctorum* a mense Jan. ad August., etc.

Bologníni. — Ludovicus Bologninus (Bolognini), natione Italus, patria Bononiensis, jurisconsultus eximius, multa de jure concinnavit opera sub his titulis : *Interpretationes novæ in jus civile*, — *Consilia*, — *Epistolæ decretales Gregorii IX*, — *De triplici disciplina*, — *Collectio florum in jus canonicum*, etc., etc.

Bona. — Joannes Bona, natione Italus, patria Pedemontensis, Cisterciensis monachus, S. R. Ecclesiæ cardinalis, vir scientia et amplissima eruditione necnon et pietate clarus, migravit ad Dominum anno 1674, ætatis suæ 65. Plurima et eximia edidit opera, quorum tituli : *De rebus liturgicis*, — *Manuductio ad cœlum*, — *Horologium asceticum*, — *De principiis vitæ Christianæ*, — *Psallentis Ecclesiæ harmonia*, — *De sacra psalmodia*, etc., etc.

Bonacin. — Martinus Bonacina, natione Italus, patria Mediolanensis, utriusque juris doctor, edidit *Tractatum de electione summorum Pontificum*, — *Tractatum de beneficiis*. Obiit anno 1631.

Bonæspei. — Franciscus Bonæspei, ordinis Carmelitarum monachus, varia concinnavit opera, quibus tituli : *Commentarii tres theologiam scholasticam*, — *Eliæ visio*, — *De immaculata conceptione B. V. Mariæ.*

Bonagrat. — Franciscus Bonagratia, Habsensis dictus, natione Alsata, ordinis S. Francisci monachus, theologiæ professor, suæ provinciæ diffinitor, vir litteris eruditus divinis et longa temporis exercitatione peritus, elaboravit et edidit : *Summam selectarum quæstionum Regularium*, — *Elucidationem quorumdam quæstionum et locorum theologicorum de sacramentis*, — *Disceptationem de matrimoniis hæreticorum*, — *Libros duos quæstionum*, *in quibus quæritur causa : cur hodie multi religiosi a religione catholica deficiant*, etc. Obiit circa finem sæculi XVII.

Bonal. — Franciscus Bonal, natione Gallus, ordinis S. Francisci monachus et provincialis pietate et scientia claruit sæculo XVII et Gallice conscripsit opus prænotatum : *Christianus hujus temporis in quatuor partes divisus*. Agit in parte I *de origine Christianismi*, in II *de vocatione omnium hominum ad fidem Christianam*, in III *de puritate primævæ Christianismi*, in IV *de dissolutis moribus Christiani temporis hujus*. Latinitati donatum studio R. P. Udalrici, S. J. alumni, excusum fuit Augustæ Vindelicorum, in-fol., anno 1718.

Bonald. — Franciscus Bonaldus, natione Gallus, patria Mimatensis apud Gabalos, Societatem Jesu anno 1572 ingressus, humaniores litteras et theologiam moralem professus, et pietate clarus obdormivit in Domino anno 1614. Exstant Gallice ab eo conscripta : *Stella mystica*, — *Divina Ecclesiæ œconomia*, — *Praxis Christiana*, *sive ratio bene vivendi*, — *Speculum sapientiæ divinæ*, etc.

Bonan. — Philippus Bonannus (Buonanni), natione Italus, patria Romanus, Societatem Jesu ingressus, claruit pietate, scientia et laboribus. Plurima Italice et Latine scripsit præsertim de rebus naturalibus. Inter ejus opera numerantur : *Observationes circa viventia in non viventibus*, — *De omnibus ordinibus regularibus et militaribus sub propriis habitibus et insigniis*, etc. Obiit anno 1725.

Bonart. — Oliverius Bonartius (Boonaerts), natione Belga, patria Iprensis, Societatis Jesu alumnus, theologiam moralem octennio professus, obiit anno 1655, et in lucem edidit : *De horis canonicis libros tres*, — *Commentarium in Ecclesiasticum*, — *De sacrosancto Missæ sacrificio*, etc.

Bonav. S. — Sanctus Bonaventura, Joannes in baptismo dictus, paterno cognomento Fidantius, a Græcis in Lugdunensi concilio Eutychius vel Eustadius appellatus, de Balneoregio natus, ordinis Minorum octavus generalis, Albaniensis episcopus, S. R. Ecclesiæ cardinalis, vir in divinis Scripturis eruditissimus, ingenio subtilis et clarus eloquio et propterea *Doctor seraphicus* nuncupatus, migravit ad cœlos anno 1274. Plurima et eximia concinnavit opera : *Commentaria in sacram Scripturam*, — *In libros quatuor Sententiarum*, et alia septem tomis in-fol. comprehensa.

Bonef. — Enimundus Bonefidius (Bonnefoi), natione Gallus, patria Cerebelliacensis, religione heterodoxus, jurisconsultus celeber et professor, edidit : *Juris orientalis libros tres, notis illustratos*, etc. Obiit anno 1574.

Bonet. Nicolaus Bonettus, natione Siculus, patria Messanensis, ordinis S. Francisci monachus, ad Melitensem episcopatum a Clemente VII, anno 1342, sublimatus, vir scientia, meritis, prudentia clarus, *Doctor proficuus* nuncupatus, scripsit : *Postillam in Genesim*, — *Commentaria in Aristotelem*, — *In libros IV Sententiarum*, — *Tractatum de conceptione B. V. Mariæ*, etc., etc. Obiit circa medium sæculi XIV.

Bonfad. — Julius Bonfadius, natione Italus, eximium edidit opus prænotatum : *Thesaurus ecclesiasticarum decisionum.*

Digitized by Google

Bonfrer. — Jacobus Bonfrerius, natione Belga, patria Dionantensis, Societatem Jesu anno 1592 ingressus, philosophiam et theologiam in collegio Duacensi docuit. Vir multiplicis eruditionis, ingenii sagacitate, judicii maturitate, styli facilitate ac nitore, memoriæ denique tenacitate excellens, insignia edidit opera his sub titulis : *Præloquia in totam Scripturam sacram, — Onomasticon urbium et locorum sacræ Scripturæ, — Pentateuchus Moysis commentario illustratus, — Josue, Judices et Ruth commentario illustrati*, etc., etc. In senectute bona obiit Tornaci, anno 1642.

Bongar. — Jacobus Bongarsius (Bongars), natione Gallus, patria Aurelianensis, religione heterodoxus, a consiliis Henrici IV, historiographus et criticus celeber, fato functus Parisiis anno 1612, scripsit : *Gesta Dei per Francos, — Collectionem Hungaricarum rerum scriptorum, — Epistolas*, etc., etc.

Bongiov. — Simon Bongiovanni, natione Italus, scripsit librum prænotatum : *Silva sacrarum cæremoniarum*.

Bongo. — Petrus Bongo, natione Italus, patria Bergomensis et canonicus, vir in litteris Latinis, Græcis et Hebraicis doctus, in philosophia theologia, Scriptura sacra, astronomia præsertim et astrologia eruditissimus, edidit opus singulare prænotatum : *Numerorum mysteria ex abditis plurimarum disciplinarum fontibus hausta*. Obiit anno 1601.

Bononia. — Sigismundus a Bononia, natione Italus, ordinis S. Francisci monachus, theologiæ ac juris pontificii professor, vir pius et humilis, opus scripsit hoc titulo insignitum : *De electione et potestate prælatorum, et aliorum officialium regularium*.

Bordon. — Franciscus Bordonus, natione Italus, patria Parmensis, ordinis S. Francisci monachus, generalis minister, ac sancti officii consultor, vir apprime doctus varioque scientiarum genere ornatus, migravit ad cœlos anno 1671. Opera edidit pene innumera quorum præcipua : *Syllogistarium, — Tractatus de professione regulari ad leges juris communis, — Controversiæ morales, — Propugnaculum humanæ libertatis, — Sacrum tribunal judicum in causis sanctæ fidei, — Decisiones miscellaneæ, — Appendices ad manuale consultorum, — De beatificatione et canonizatione sanctorum, — De blasphemiis, — De sortilegiis*, etc.

Borel. — Petrus Borellus (Borel), natione Gallus, patria Castrensis, a consiliis regis Francorum et medicus, vir in rebus physicis eruditus, varia tum Gallice, tum Latine scripsit opera, quorum tituli : *Bibliotheca chimica, — Historiarum et observationum medico physicarum centuriæ quatuor, — Trésor des antiquités gauloises et françaises*, etc., etc.

Borgia. — Alexander Borgia, natione Italus, patria Velitrensis, archiepiscopus Firmanus, varia tum Latine tum Italice edidit opera : *Concilium provinciale Firmanum, — Istoria della chiesa e città di Velletri, in quattro libri, — Vita Papæ Benedicti XIII*, etc. Obiit anno 1764.

Borgia. — Stephanus Borgia, natione Italus, patria Velitrensis, filius sororis præcedentis, vir scientia et eruditione clarus, S. R. Ecclesiæ cardinalis, plurima Latino vel Italico idiomate scripta quibus tituli : *Monumento di papa Giovanni XVI, — Istoria della città di Benevento, — Vaticana confessio B. Petri, chronologicis testimoniis illustrata, — Breve istoria del dominio temporale della sede apostolica nelle due Sicilie, — De benedictionibus*, etc., etc. Vitam præsentem pro meliore commutavit, anno 1804.

Borrich. — Olaus Borrichius, natione Danus, medicus et professor, fato functus anno 1590, varia sub his titulis concinnavit opera : *De ortu et progressu chemiæ dissertatio, — Antiquæ Romæ imago, — De causis diversitatis linguarum, — Hermetis Ægyptiorum et chemicorum sapientia, — Lingua pharmacopœorum*, etc.

Borrom. (S.) — Sanctus Carolus Borromæus, natione Italus, archiepiscopus Mediolanensis, S. R. Ecclesiæ cardinalis, vir scientia, zelo et pietate præclarus, ad cœlos abiit anno 1584, ætatis suæ 47. Scripsit : *Acta Ecclesiæ Mediolanensis, — Institutiones ad confessarios*, multaque alia tum dogmatica tum moralia, 5 vol. in-fol. excusa, Mediolan. 1747.

Bortol. — Joannes Baptista Bortoli vel Bartoli, natione Italus, patria Venetus, episcopus Feltriensis, theologus et canonista celeber, obiit anno 1776, posteris relinquens : *Institutiones juris canonici*, etc.

Bosco. — Joannes a Bosco, natione Germanus, ordinis S. Francisci monachus, provinciæ Recollectorum inferioris Germaniæ lector jubilatus, sæpius diffinitor ac in Academia Lovaniensi lector, edidit sex volumina in-fol. *Theologiæ sacramentalis, scholasticæ et moralis* : et alia duo volumina in-fol. sub titulo : *Theologia spiritualis, scholastica et moralis*. Tempus quo obierit adhuc nos latet.

Bosio. — Antonius Bosius (Bosio), natione Italus, patria Mediolanensis, Italice scripsit opus prænotatum *Roma sotterranea*, et anno 1629 obiit.

Bosius. — Evangelista Bosius, ordinis S. Augustini monachus vitæ sanctitate et doctrinæ præstantia celebris, obiit anno 1593, et se posteris memorabilem fecit per *Theoremata theologica, naturalia et logica*.

Bosquier. — Philippus Boskierus (Bosquier), natione Belga, Montibus Hanoniæ originem ducens, ordinis S. Francisci monachus, vir fuit apprime eruditus, ac versu et prosa ad scribendum promptus. Multa et egregia tum Latine tum Gallice concinnavit opera et opuscula tribus voluminibus in-fol. Coloniæ anno 1621 impressa, inter quæ præcipua : *Carcer Laureatus, sive Echo concionum de rebus in carcere gestis a Joanne Baptista, — Legatus apostolicus, — Ara cœli, — Orbis terror, — Orator terræ sanctæ*, etc., etc. Obiit anno 1636.

Boss. — Joannes Angelus Bossius, religione Barnabita, varia concinnavit opera, his sub titulis : *De triplici Jubilæo, — De scrupulis*, etc.

Bossuet. — Jacobus Benignus Bossuetius (Bossuet), natione Gallus, patria Divionensis, doctor Sorbonicus, episcopus Meldensis, vir scientia, eruditione et facundia clarus, obiit anno 1704. Multa et egregia, tum Latino tum Gallico sermone, concinnavit opera, quæ nuper tomis 11 in-4° collegit J. P. Migne, Bibliothecæ cleri universalis editor.

Bottar. — Joannes Gaetanus Bottarius (Bottari), natione Italus, patria Florentinus, inter prælatos Romanos doctissimus, Italice plurima edidit opera : *Del museo Capitolino, — Sculture e pitture sacre estratte da' cimeterj di Roma*, etc. Obiit anno 1775, ætatis suæ 86.

Boucat. — Antonius Boucatus, ordinis S. Francisci de Paula monachus, edidit *Theologiam Patrum dogmaticam, scholasticam et positivam*.

Boudard. — Jacobus Boudardus (Boudart), natione Belga, patria Hannoius, canonicus S. Petri ab Insulis, theologiæ professor, edidit *Cursum theologiæ dogmaticæ et moralis* ; obiit anno 1702.

Boudew. — Michael Boudewius, edidit *Ventilabrum medico-theologicum*.

Bougeant. — Guillelmus Hyacinthius Bougeant, natione Gallus, patria Corisopitensis, e Societate Jesu, humaniores docuit litteras et varia Gallice scripsit opera quibus apud posteros factus est clarus : *Histoire du traité de Wesphalie, — Exposition de la doctrine chrétienne, — Amusement philosophique sur le langage des bêtes*, etc., etc.

Bover. — Zacharias Boverius, natione Italus, patria Salutiensis, in provincia Pedemontana, ordinis S. Francisci monachus, definitor generalis, historiographus, Romanæ inquisitionis consultor,

Digitized by Google

theologus eminentissimi cardinalis Barberini, hæreticorum validus impugnator, egregia posteris legavit opera prænotata : *Demonstrationes symbolorum veræ et falsæ religionis adversus præcipuos religionis catholicæ hostes*, — *Censura parænetica in quatuor libros de republica ecclesiastica Antonii à Dominis*, — *Orthodoxa consultatio de ratione veræ fidei*, — *Directorium fori judicialis pro regularibus*, etc., etc. Migravit e vita anno 1638.

Boyvin. — Joannes Gabriel Boyvin, natione Gallus, ex urbe Viria Normanniæ inferioris oriundus, ordinis S. Francisci monachus, lector bis jubilatus, ac provinciæ Pater, edidit a prolixitate liberam : *Philosophiam Scoti*, — *Theologiam scholasticam et moralem ad mentem Scoti quadripartitam.* Claruit sæculo XVII, sed tempus, quo obierit, latet.

Brancat. — Franciscus Laurentius Brancati, de Lauria dictus, ab urbe ex qua oriundus, Neapolitanus, S. R. Ecclesiæ cardinalis, obiit Romæ, anno 1693, ætatis suæ 82, et varia concinnavit opera, scilicet : *Disputationes de pœnitentia*, — *De prædestinatione et reprobatione*, etc.

Branden. — Georgius Brandenus, natione Germanus, canonicus Augustanus, edidit librum cui titulus : *Collectanea super concordatis inter sedem apostolicam et nationem Germaniæ.*

Brando. — Joannes Brando, natione Flander, ex pago Hontenessa, territori Hulstensis, ordinis Cisterciensis monachus, theologiæ doctor Parisiensis, historiographus, vita functus anno 1436, scripsit chronicon celebre ab origine mundi usque ad annum Incarnati Verbi 1414, quod ipse intitulavit *Chronodromon*, sive *Cursus temporum.*

Brasch. — Joannes Baptista Braschius (Braschi), natione Italus, ex nobili Cæsenatis familia oriundus, episcopus Sarsinensis, plurima tum theologica, tum historica posteris reliquit opera prænotata : *De libertate Ecclesiæ in conferendis beneficiis*, — *Relatio status Ecclesiæ Sarsinatis*, — *Memoriæ Cæsenates sacræ et profanæ*, etc. Obiit anno 1727.

Bremond. — Antoninus Bremondus (Bremond), natione Gallus, patria Carsiciensis, in Provincia, ordinis S. Dominici monachus et generalis, scientia et eruditione clarus, obiit Romæ anno 1755, ætatis suæ 64, et edidit : *Bullarium ordinis Dominicorum*, — *De Germana stirpe S. Dominici.*

Breno. — Carolus Franciscus a Breno vel Bregno, ordinis S. Francisci monachus, fidei controversiarum lector generalis, necnon ordinis scriptor generalis, tam in theologia quam in divinis Scripturis nobiliter et egregie doctus, ad virorum apostolicorum instructionem concinnavit : *Manuale missionariorum orientalium, in quo nedum hæreses omnes orientalem Ecclesiam turpiter fœdantes eliduntur, verum etiam casus morales resolvuntur*, — *Tractatum de missionariorum instructione.* Tempus quo obierit ignoratur.

Brentan. — Ignatius Brentanus, ordinis S. Benedicti monachus scripsit *Chronologiam mundi Christiani a Christo nascente ad annum 1327.*

Breviscox. — Joannes Breviscoxa (Courtecuisse), natione Gallus, in agro Cenomannorum pagoque Halena natus, theologiæ doctor et professor excellentissimus, nuntius regis Franciæ ad Benedictum et Bonifacium propter pacem, episcopus Gebennensis et Parisiensis designatus, obiit circa annum 1430. Scripsit : *Tractatum de potestate Ecclesiæ et concilii*, — *Varias quæstiones theologicas et morales*, — *Quatuor principia super lecturam Bibliorum*, — *Commentarium in Evangelium Joannis*, etc.

Briet. — Philippus Briettus (Briet), natione Gallus, patria Abbavillæus, e Societate Jesu, vir in chronologicis et geographicis disciplinis versatissimus, animam efflavit Parisiis, anno 1668. Edidit in lucem : *Parallela geographiæ veteris et novæ*, — *Annales mundi, sive chronicon ab orbe condito ad annum Christi 1663*, — *Concordiam chronologicam*, — *Theatrum geographicum Europæ veteris*, etc., etc.

Brigit. S. — Sancta Brigitta, Sueciæ princeps, Brigeri et Sigridis filia, Wulphonis Hericiæ principis uxor, scripsit : *Regulam triginta et uno capitibus*, — *Octo libros Revelationum.* Ad cœlos migravit anno 1373.

Brinkel. — Gualterus Brinkleus vel Brinkel, natione Anglus, ordinis S. Francisci monachus, theologiæ doctor et professor Oxoniensis, *Doctor bonus* nuncupatus, vir acuti et subtilis ingenii, scripsit : *Distinctiones scholasticas*, — *Determinationes*, — *In libros quatuor Sententiarum*, — *Accuratos commentarios in varia opera Aristotelis*, etc., etc. Obiit circa annum 1325.

Brisson. — Barnabas Brissonius (Brisson), natione Gallus, causidicus et jurisconsultus celeber, regis Henrici III a consiliis et nuntius, vir scientia et eruditione insignis, varia scripsit opera sub his titulis : *De jure connubiorum liber singularis*, — *De verborum quæ ad jus pertinent significatione*, — *De formulis et solemnibus populi Romani verbis*, — *Codex Henrici III*, etc., etc. Violenta morte suspensus obiit anno 1591.

Britt. — Bernardus a Brito vel Britto, natione Lusitanus, monachus Cisterciensis, historiographus, fato functus anno 1617, scripsit : *Monarchiam Lusitanam*, — *Geographiam*, — *Chronicon Cisterciense*, etc.

Brognol. — Candidus Brognolus (Brognolo), natione Italus, patria Bergomensis, ordinis S. Francisci monachus, vir sane eruditus et theologiæ professor, Latine scripsit : *Manuale exorcistarum et parochorum*, — *Alexicacon, seu de maleficiis*, — *Speculum clericorum*, — *Tractatum de regularibus*, etc. Claruit sæculo XVII.

Bronchorst. — Everhardus Bronchorstius (Bronchorst), natione Batavus, jurisconsultus insignis et professor, vir scientia et litteris clarus, varia de jure edidit opera sub his titulis : *Controversiarum juris centuriæ*, — *Miscellanea*, etc., etc. Obiit anno 1627.

Bruck. — Joannes Jacobus Bruckerus (Brucker), natione Germanus, patria Augustanus, heterodoxæ religionis pastor, vir eruditione clarus, morte functus anno 1770, edidit in lucem : *Tentamen introductionis in historiam doctrinæ de ideis*, — *Historiam criticam philosophiæ a mundi incunabulis ad nostra tempora deductam*, — *Miscellanea*, etc.

Brucken. — Joannes Jacobus Brucknerus (Bruckner), natione Germanus, patria Basiliensis, heterodoxus minister, varia scripsit sub his titulis : *De custodia templorum*, — *Disputatio theologica de morientium apparitione*, etc. Migravit e vita circa annum 1725.

Brumm. — Fridericus Brummerus (Brummer), natione Germanus, patria Lipsiensis, jurisconsultus insignis, vir litteris Græcis et Latinis valde eruditus, edidit : *Commentarium in legem Ciciam*, — *Tractatum de locatione et conductione.* Obiit in aquis, anno 1668.

Brunnemann. — Joannes Brunnemannus (Brunnemann), natione Germanus, patria Coloniensis, jurisconsultus, Francofurti defunctus, in lucem emisit : *Commentaria in Pandectas*, — *De jure ecclesiastico*, — *Concilia academica*, — *Jus institutionum controversum*, etc.

Bruno (S.). — Sanctus Bruno, vulgo Astensis, patria Solerinus, ordinis S. Benedicti monachus et abbas, episcopus Signinus, transiit de hoc mundo ad cœlos anno 1125. Scripsit : *Commentaria in sacram Scripturam*, — *Homilias in Evangelia*, — *Tractatus de sacramentis*, — *De ritibus ecclesiasticis*, etc. Omnia ejus opera collecta sunt in cursu Patrologiæ Latinæ, edit. J. P. Migne, tom. CLII, CLIII.

Digitized by Google

Brunus. — Petrus Brunus (Pierre Le Brun), natione Gallus, patria Brignoniensis, in Provincia, e congregatione Oratorii presbyter, in rebus ecclesiasticis et profanis valde eruditus, Parisiis obiit anno 1729. Varia Gallice edidit opera sub his titulis: *Histoire critique des pratiques superstitieuses qui ont séduit les peuples*, — *Explication des cérémonies de la Messe*, — *Traité historique et dogmatique des jeux de théâtre*, etc., etc.

Budd. — Joannes Franciscus Buddæus, natione Germanus, religionis heterodoxæ minister, theologus insignis, plurima concinnavit opera : *Elementa philosophiæ practicæ, instrumentalis et theoreticæ*,— *Theologiæ cursum*, — *Tractatum de atheismo et superstitione*, — *Selectorum juris naturæ et gentium dissertationes*, etc. Obiit anno 1705.

Buder. — Christianus Gottlieb Buderus (Buder), natione Germanus, jurisperitus scientia et eruditione insignis, varia edidit opera, quorum præcipua sunt : *Bibliotheca juris Struviana adaucta*, — *Amœnitates juris feudalis*, — *Miscellanea*, etc. Vitam exuit anno 1763.

Bugnon. — Philibertus Bugnonius (Bugnyon), natione Gallus, patria Matisconensis, regis causidicus et jurisperitus eximius, obiit anno 1590, posteris relinquens : *Legum abrogatarum in curiis regni Franciæ tractatum*, — *Chronicon Matisconense*, etc.

Bullar. Rom. — Bullarium Romanum in plures tomos in-fol. distributum.

Burchar. — Joannes Burchardus (Burchard), patria Argentoracensis, Castellensis episcopus, in rebus liturgicis peritus, varia dedit opera sub his titulis : *Ordo pro informatione sacerdotum*, — *Diarium Alexandri VI*, — *Tractatus de cæremoniis*, etc. Obiit anno 1505.

Burckhar. — Franciscus Burckhardus (Burckhard), natione Germanus, cancellarius Coloniensis, fato functus anno 1584, scripsit librum cui titulus : *De Automnia religionis*.

Burghab. — Adamus Burghaber, natione Germanus, patria Veldensis in Bavaria, Societati Jesu addictus, theologiam moralem biennio, polemicam de controversiis fidei septennio, scholasticam annis 16 insigniter docuit, scripsit Latine edidit-que : *Centurias selectorum casuum conscientiæ tres*, — *Discussionem theologicam adiaphoriæ seu controversiæ, an quilibet in sua fide salvari possit*, — *Disputationes fusiores varias*, etc., etc. Vitam pro meliore commutavit circa finem sæculi xvii.

Burgos. — Antonius Burgosius (Burgos), natione Hispanus, patria Salmanticensis, utriusque juris doctor, vir ingenio et eruditione clarus, multa in varios Decretalium titulos scripsit, et præsertim : *Tractatum super utili et quotidiano de emptione et venditione in Decretalibus*. Obiit anno 1525.

Burgund. — Nicolaus Burgundius (Bourgoigne), natione Belga, patria Angiensis, vir litteris et jurisprudentia clarus, historiographus celeber, juris civilis doctor, comes palatinus a Ferdinando II electus, obiit anno 1649. Inter opera quæ concinnavit pene innumera, clarescunt hæc prænotata : *Ad consuetudines Flandriæ*, — *Commentarius de evectionibus*, — *De duobus reis*, — *Historia Belgica*, — *Historia Bavarica*, etc., etc.

Buri. — Guillelmus Burius (Bury), natione Belga, patria Bruxellensis, Melchiniensis canonicus, fato functus anno 1700, scripsit : *Romanorum Pontificum brevem notitiam*, — *Onomasticon etymologicum*.

Busemb. — Hermannus Busembaum, natione Germanus, patria Nottelenensis in Westphalia, in Societate Jesu Deo dicatus, in ea docuit humaniora, philosophiam et theologiam moralem; collegia Hildesiense et Monasteriense rexit, et prudentia doctrinaque insignis animam Deo reddidit anno 1668. Scripsit : *Medullam theologiæ moralis*, — *Lilium inter spinas, de virginibus Deo devotis, eique in sæculo inservientibus*.

Bustis (A.). — Bernardinus a Bostis, natione Italus, patria Mediolanensis, ordinis S. Francisci monachus, vir philosophicis, theologicis et juris utriusque disciplinis insigniter eruditus, et eximius concionator, multa et eximia concinnavit opera, quæ sunt : *Mariale de singulis festivitatibus B. Virginis*, — *Rosarium sermonum*, — *Tractatus de imitatione Christi*, etc., etc. Claruit circam finem sæculi xv.

Butrio. — Antonius Butrius vel a Butrio, natione Italus, patria Bononiensis, jurisconsultus peritus, edidit : *Repertorium juris canonici ac civilis*, — *Commentaria in Decretales et Clementinas*, etc. Obiit circa annum 1417.

Bzov. — Abrahamus Bzovius (Bzowski), natione Polonus, ordinis S. Dominici monachus, Mediolani philosophiam, Bononiæ theologiam docuit; in lucem edidit : *Continuationem Annalium Baronii*, 9 vol. in-fol., et Romæ obiit, anno 1637.

# C

Cabasil. — Nicolaus Cabasilas, Thessalonicensis archiepiscopus, vir scientia et eruditione insignis, claruit circa medium sæculi xiv (1350), et plurima de Græcorum schismate scripsit. Illius inter opera eminent : *Expositio liturgiæ Græcæ*, — *Vita Jesu Christi*.

Cabass. — Joannes Cabassutius, natione Gallus, patria Aquensis, Oratorii congregationis presbyter, juris canonici professor, vir ingenio, litteris et prudentia insignis, obiit anno 1685, ætatis suæ 81. Eximia posteris legavit opera sub his titulis : *Juris canonici theoria et praxis*, — *Notitia ecclesiastica conciliorum, canonum, veterumque Ecclesiæ rituum*, — *Tractatus de usuris*, — *Horæ subsecivæ*, etc.

Cabrer. — Felix Cabrera, natione Hispanus, ordinis S. Francisci monachus, Latine concinnavit opus prænotatum : *Catena moralis diversorum annulorum*, ex tribus partibus composita, in quarum prima habetur : *De reservatione in communi et in genere*; in ii : *De reservatis in diœcesibus Gotholoniæ*, in iii : *De bulla S. Cruciatæ*. Floruit sæculo xvi.

Cabrin. — Josephus Cabrinus, edidit librum cui titulus : *Directorium ordinandorum in forma catechismi*.

Caccialup. — Joannes Baptista Caccialupus (Caccialupi), natione Italus, patria Napolitis, jurisconsultus celeber et professor, claruit sæculo xv (1465) et plurima de jure edidit opera : *De justitia et jure*, — *De debitore suspecto fugitivo*, — *De pactis*, — *De modo studendi*, — *De transactione defensoris juris*, etc.

Cacheran. — Joannes Cacheranus, clericus regularis, scripsit : *Theologiam assertivam*.

Cæremon. — Cæremoniale papale, seu sacrarum cæremoniarum et rituum ecclesiasticorum S. R. Ecclesiæ, editum a Christophoro Marcello Corcyrensi episcopo.— Nec non et cæremoniale episcoporum.

Cagnol. — Hieronymus Cagnolus (Cagnoli), natione Siculus, patria Venetus, ordinis S. Lazari eques, a consiliis ducis Sabaudiæ et amicus, jurisconsultus celeber et professor, obiit anno 1551, plurima posteris relinquens opera, quorum præcipua sub his titulis : *Variæ legum enarrationes*, — *De vita et regimini boni principis*, etc., etc.

Cajetan. — Thomas de Vio, natione Italus, ex urbe Gaeta oriundus et inde dictus Cajetanus, ordinis S. Dominici monachus et generalis, S. R. Ecclesiæ cardinalis, theologiæ professor et doctor, vir scientia et ingenio clarus, obiit Romæ, anno 1534, et scripsit : *De auctoritate Papæ et concilii, sive Ecclesiæ, comparata*, — *Paradigmata de quatuor*

Digitized by Google

*linguis orientalibus præcipuis*, *Arabica*, *Armeniaca*, *Syriaca et Æthiopica*, etc., etc.

Cajetan. — Octavius Cajetanus, natione Siculus, patria Syracusanus, nobilissima comitum Sortini familia ortus, e Societate Jesu historiographus, varia scripsit sub his titulis : *De vitis sanctorum Siculorum*, *ex antiquis Græcis Latinisque monumentis*, — *Martyrologium Siculum in singulos anni dies*, — *De sanctissimæ Deiparæ cultu in Sicilia*, etc., etc.

Cajetan. — Sebastianus Cajetanus, natione Italus, ordinis S. Francisci monachus, theologus et Terræ-Laboris provincialis minister, edidit : *Commentarium in decreta cardinalium congregationis Rituum, circa Missarum celebrationem.* Floruit ineunte sæculo xvii.

Calderin. — Joannes Calderinus, jurisconsultus, edidit *Commentaria in Decretales.*

Calep. — Ambrosius Calepinus, vel Da' Calepino, natione Italus, patria Bergomensis, filius nobilis Trusardi comitis vallis Calepiæ, unde nomen duxit, ordinis S. Augustini monachus, vitam pene totam in conscribendo suo *Dictionario* impendit, et visu orbatus, ad cœlos abiit anno 1511. Scripsit *Dictionarium linguæ Latinæ*, — *Interpretamenta distinctionum ab ipso in juvenili ætate expositarum*, — *Vitam B. Joannis Boni*, etc.

Calmet. — Augustinus Calmetus (Calmet), natione Gallus, patria Comerciensis in Lotharingia, ordinis S. Benedicti monachus, S. Leopoldi Nanciensis vicissim et Senoniensis abbas, vir scientia, pietate et eruditione amplissima insignis, annis et laboribus confectus, migravit ad Dominum anno 1757, ætatis suæ 85. Plurima tum Latine tum Gallice conscripsit opera sub his titulis : *Commentaria in sacram Scripturam*, — *Dictionarium Biblicum*, — *Historia Veteris et Novi Testamenti*, — *Dissertationes*, — *Commentarius litteralis, historicus et moralis in Regulam S. Benedicti*, etc., etc.

Calvin. — Joannes Calvinus (Kahl), natione Germanus, patria Badensis, utriusque juris doctor, jurisconsultus celebris, opus edidit eximium et perutile cui titulus : *Lexicon magnum juridicum;* et aliud prænotatum : *Themis Hebræo-Romana.* Claruit sæculo xvi.

Calvol. — Nicolaus Calvolus, jurisconsultus, edidit librum sub hac inscriptione : *Prax s judicialis.*

Camard. — Franciscus Antonius Seraphinus Camarda, natione Italus, opus concinnavit cui titulus : *Synopsis constitutionum apostolicarum.*

Camarg. — Ignatius de Camargo, natione Hispanus, doctor Salmanticensis, Societatis Jesu theologus, scripsit opus prænotatum : *Regula honestatis moralis.*

Campan. — Joannes Hieronymus Campanillus (Campanile), natione Italus, patria Neapolitanus, episcopus Iserniensis, utriusque juris doctor, edidit : *Diversorium juris canonici.* Obiit anno 1626.

Campeg. — Alexander Campegius (Campeggi), natione Italus, patria Bononiensis, S. R. Ecclesiæ cardinalis, fato functus anno 1554, scripsit : *De auctoritate pontificis Romani.*

Campeg. — Thomas Campegius (Campeggi), natione Italus, patria Bononiensis, Feltriensis episcopus, vir litteris et scientia clarus, varios conscripsit tractatus : *De auctoritate SS. conciliorum*, — *De beneficiis*, — *De cœlibatu ecclesiastico*, etc., etc. Romæ obiit anno 1564.

Campian. — Edmundus Campianus (Campian), natione Anglus, patria Londinensis, e Societate Jesu, theologiæ laurea insignitus, pro religione Catholica mactatus anno 1581, inter multa opera scripsit : *Chronologiam universalem.*

Campian. — Maria Augustinus Campianus (Campiani), natione Italus, patria Bononiensis, juris canonici professor, varia edidit opera sub his titulis, *De officio et potestate magistratuum Romanorum*, — *Formularum et orationum liber singularis*, — *De arte critica in canonum prudentia*, etc. Claruit sæculo xviii.

Campion. — Franciscus Maria Campionus (Campion), natione Hispanus, patria Lucensis, congregationis Matris Dei monachus, scripsit *Instructionem pro se præparantibus ad audiendas confessiones.*

Campion. — Hyacinthus Campionus (Campion), natione Germanus, ordinis S. Francisci monachus et provincialis, theologiæ professor, repentina morte obiit anno 1767. Edidit *Animadversiones physico-historico-morales de baptismo non natis, abortivis et projectis conferendo*, et alia.

Campius. — Petrus Maria Campius (Campi), natione Italus, patria Placentinus et canonicus, historiographus celeber, Italice scripsit *Historiam ecclesiasticam Placentinam*, Latine vero *Vitam Gregorii X.* Claruit sæculo xvii.

Cancer. — Jacobus Cancerius, jurisconsultus, concinnavit opus de jure, cui titulus : *Variæ resolutiones.*

Candel. — Antonius a Candelaria, ordinis Minorum monachus, scripsit *Opusculum casuum conscientiæ.*

Candid. — Vincentius Candidus (Candido), natione Siculus, patria Syracusius, ordinis Prædicatorum monachus, vir scientia et meritis clarus, scripsit quatuor volumina *Illustrium disquisitionum moralium*, *quibus omnes conscientiæ casus maxime practicabiles explicantur*, — *De primatu Petri*, etc. Obiit anno 1653.

Cang. — Carolus Fresnius du Cange (Du Fresne du Cange), natione Gallus, patria Ambianensis, ærarii tribunus, historiographus et philologus insignis, multa et eximia edidit opera : *Glossarium infimæ Latinitatis*, — *Glossarium Græcitatis*, — *Historiam Byzantinam illustratam*, — *Illyricum vetus et novum*, etc., etc. Obiit anno 1688.

Canis. — Joannes Jacobus Canis vel a Canibus, natione Italus, patria Patavinus, jurisconsultus celeber et professor, vita functus anno 1494, multa de jure concinnavit opera, quorum præcipua sub his titulis : *Libellus de tabellionibus*, — *Libellus de modo studendi in jure*, — *Commentaria in Decretales*, — *In Pandectas*, etc.

Canis. — Petrus Canisius, natione Belga, patria Noviomagensis, primus omnium Germanorum in Societatem Jesu cooptatus, vir doctrina et præstanti ingenio insignis, scripsit : *Summam doctrinæ Christianæ*, — *Institutiones Christianæ pietatis*, — *Commentariorum de verbi Dei corruptelis libros duo*, — *De B. Maria Virgine libros quinque*, etc., etc. Plenus dierum migravit ad cœlos anno 1597, ætatis suæ 77.

Canis. — Henricus Canisius, natione Belga, patria Noviomagensis, juris canonici professor, supremum diem obiit anno 1609, et plurima, sui ingenii monumenta, concinnavit opera sub his titulis : *Summa juris canonici*, — *Commentarium in regulas juris*, — *Antiquæ lectiones*, *seu antiqua monumenta ad historiam mediæ ætatis illustrandam*, etc., etc.

Cant. — Petrus Josephus Cantelius (Cantel), natione Gallus, patria Caletensis, e Societate Jesu, studio et labore confectus obiit anno 1684, ætatis suæ 39. Scripsit : *Tractatum de Romana republica*, — *Metropolitanarum urbium historiæ civilis et ecclesiasticæ tomum primum*, etc., etc.

Canter. — Theodorus Cantera (Canter), natione Batavus, patria Ultrajectensis, jurisconsultus, fato functus anno 1617, edidit : *Varias lectiones*, — *Quæstiones criminales*, etc.

Cantiunc. — Claudius Cantiuncula, patria Lotharingus, jurisconsultus insignis, claruit sæculo xvi, et scripsit : *De potestate Papæ*, *imperatoris et concilii*, — *Topica exemplis legum illustrata*, — *Paraphrases in tres primos libros Institutionum Justiniani*, — *De officio judicis libros duo*, etc.

Capell. — Marcus Antonius Capellus (Cappelli), natione Italus, patria Venetus, ordinis S. Francisci monachus, sacrorum dogmatum propugnator acer-

Digitized by Google

rimus, canonista insignis, in philosophia clarus, celebrisque theologus, inter alia opera quæ, morte præventus, inedita reliquit, communis juris fecit : *De summo pontificatu Petri, — De successione episcopi Romani, — De cœna Christi, — De controversiis Venetorum cum Paulo V*, etc., etc. Obiit Romæ, anno 1625.

CAPISUC. — Raymundus Capisuccus (Capisucchi), natione Italus, patria Romanus, ordinis S. Dominici monachus et S. R. Ecclesiæ cardinalis, vir ingenio et doctrina clarus, philosophiam et theologiam docuit, et varia conscripsit opera, quorum tituli : *Controversiæ theologicæ selectæ, — Quæstiones morales et dogmaticæ*, etc. Obiit Romæ, anno 1691, ætatis suæ 75.

CAPPON. — Seraphinus Capponus (Capponi), natione Italus, patria Bononiensis, ordinis S. Dominici monachus, vir pietate et scientia insignis, maxima non sine laude philosophiam et theologiam docuit, et Bononiæ vitam posuit anno 1614. Scripsit : *Veritates aureas super totam veterem legem, — Commentaria in Matthæum, — in Joannem, — in psalmos, — Elucidationes in Summam S. Thomæ*, etc.

CARAC. — Landulphus Caracciolus, natione Italus, nobilis Neapolitanus, ordinis S. Francisci Minorita, doctor Parisiensis, Scoti auditor, regni Siciliæ logotheta, Amalphitanus archiepiscopus, plurima scripsit, ex quibus : *Commentaria in 4 Evangelia, — In quatuor libros Sententiarum, — Postilla in Scripturam, — Tractatus de conceptione Virginis, — Quodlibeta theologica*, etc., etc. Obiit circa annum 1350.

CARACC. — Robertus Caracciolus, natione Italus, vulgo dictus Robertus de Licio, ordinis S. Francisci monachus et generalis, theologiæ professor et concionator insignis, Aquinas et Lyciensis episcopus, obiit anno 1495, posteris relinquens : *Tractatus de incarnatione Christi, — De immortalitate animæ, — De æterna beatitudine, — De hominis formatione, — Speculum fidei Christianæ, — Sermones*, etc., etc.

CARAF. — Vincentius Caraffa, natione Italus, patria Neapolitanus, Societatis Jesu generalis, vir pietate et scientia clarus, vita functus anno 1649, scripsit : *Fasciculum myrrhæ, — Iter cœli, — Ideam Christiani hominis, — Itinerarium ad alteram vitam*, etc.

CARAM. — Joannes Caramuel de Lobkowitz, origine Germanus, patria Matritensis, ordinis Cisterciensis monachus, episcopus Vigevanensis, theologiæ doctor, vir scientia et eruditione clarus, migravit ad Dominum 1682, ætatis suæ 76. Edidit *Theologiam fundamentalem et moralem, — Theologiam regularem, — Trithemii steganographiam vindicatam*, etc., etc.

CARANZ. — Bartholomæus Caranza, natione Hispanus, ordinis S. Benedicti monachus, archiepiscopus Toletanus, magnus fidei propugnator, hæreticorum flagellum, edidit : *Summam conciliorum*, et obiit anno 1575.

CARAV. — Prosper Caravita, natione Italus, patria Neapolitanus, jurisconsultus insignis, scripsit librum cui titulus : *Commentaria super ritibus magnæ curiæ vicariæ*. Obiit circa annum 1580.

CARDEN. — Joannes Cardenas, natione Hispanus, patria Hispalensis, e Societate Jesu theologus, edidit tractatum inscriptum : *Geminum sidus, sive duplex disputatio de infinita dignitate Matris Dei, atque de ejus gratia habituali infinita, — Crisim theologicam, sive disputationes duas selectas ex morali theologia in duas partes divisas*, etc. Obiit circa finem sæculi XVII.

CAREL. — Hieronymus Carellus, natione Italus, ordinis Minorum monachus, idiomate Italico concinnavit librum cui titulus : *Doctrina sacrorum Rituum super rubrica Breviarii Romani ad usum monialium in modum dialogi*. Claruit sæculo XVI.

CAREN. — Cæsar Carena, natione Italus, patria Cremonensis, theologus et jurisconsultus insignis, Sancti Officii inquisitionis consultor, et doctor utriusque juris, claruit sæculo XVII, et edidit : *De officio inquisitorum, — De modo procedendi in causis S. Officii, rerum in foro Cremonensi judicatarum*, etc.

CARER. — Ludovicus Carerius (Carerio), natione Italus, patria Rhegiensis in Calabria, jurisconsultus celeber, edidit anno 1560, *Una pratica di causa criminale*. Obiit circa annum 1575.

CARON. — Raymundus Caron, natione Hibernus, ordinis S. Francisci monachus, theologus Parisiis jubilatus, circa annum 1663 vita functus, varia concinnavit opera sub his titulis : *Controversiæ generales fidei contra Judæos, Mahometanos, paganos et cujuscunque sectæ hæreticos, — Apostolatus missionariorum per universum mundum, — Remonstrantia Hibernorum contra Lovanienses ultramontanasque censuras*, etc.

CARPAN. — Horatius Carpanus (Carpani), natione Italus, patria Mediolanensis, edidit anno 1616 librum cui titulus : *Leges et statuta ducatus Mediolanensis, cum commentariis*.

CARPAN. — Josephus Carpanus (Carpani), natione Italus, patria Romanus, e Societate Jesu, theologus insignis et poeta, vicissim rhetoricam, philosophiam et theologiam docuit, et varia tum poetica tum theologica conscripsit opera. Obiit anno 1765.

CARPI. — Franciscus Carpius (Carpi vel Carpio), natione Italus, jurisconsultus clarus, plura de jure scripsit, inter quæ *De executione testamentorum*.

CARPZ. — Benedictus Carpzovius (Carpzow), natione Germanus, jurisconsultus celeber et professor, vita functus anno 1624, plurima de jure scripsit et præsertim *Disputationes juridicas*.

CARPZ. — Conradus Carpzovius (Carpzow), natione Germanus, jurisperitus clarus, scripsit : *De inofficioso testamento, — De interdictis et exhæredationibus, — De concubinatu, — De injuriis et famosis libellis, — De regalibus*, etc. Obiit anno 1688, ætatis 65.

CARRIER. — Alexander Carriero, natione Italus, sancti Andreæ Patavini præfectus, vita functus anno 1626, varia posteris scripta reliquit sub his titulis : *De potestate summi pontificis, — De sponsalibus et matrimonio, — De gestis Patavinorum*, etc.

CARTHAGEN. — Joannes de Carthagena, natione Hispanus, primitus societatis Jesu, deinceps ordinis S. Francisci monachus, in cœnobio S. Petri Montis Aurei publice theologiam magno discipulorum profectu docuit; Paulo V fuit summe charus propter gravia et erudita in rebus theologicis responsa, et scripsit : *Propugnaculum catholicum de jure belli Romani pontificis adversus Ecclesiæ jura violantes, — Tractatum de prædestinatione, — Disputationem contra latentem usuram, — De sacramentis*, etc., etc. Obiit anno 1617.

CASAL. — Joannes Baptista Casalius (Casali), natione Italus, patria Romanus, antiquarius insignis, plurimas et eximias concinnavit dissertationes : *De ritibus veterum Ægyptiorum, — De ritu nuptiarum veterum, — De tragœdia et comœdia, — De tricliniis, conviviis et tesseris veterum, — De insignibus, — De veteribus sacris Christianorum ritibus*, etc. Claruit sæculo XVII, circa annum 1650.

CASAREG. — Josephus Laurentius Casaregius (Casaregi), natione Italus, patria Genuensis, causidicus clarus, plura de jure scripsit, et obiit circa annum 1760.

CASARUB. — Alphonsus de Casa-Rubios, natione Hispanus, ordinis S. Francisci monachus, edidit : *Compendium privilegiorum fratrum Minorum*, etc. Claruit sæculo XVI.

CASPENS. — Ludovicus Caspensis, natione Hispa-

Digitized by Google

nus, ordinis S. Francisci monachus, theologus, provincialis minister necnon generalis definitor, vir doctrina et religiosis moribus ornatus, posteris dedit: *Cursum philosophicum*, — *Integrum cursum theologicum complectentem omnes materias secundum ordinem D. Thomæ*, etc. Floruit sæculo XVII.

CASS. — Bartholomæus Cassius, natione Dalmata, patria Curictensis, e Societate Jesu, Romæ obiit anno 1650, relinquens: *Institutiones linguæ Illyricæ*, — *Historiam Lauretanam*, — *Compendium doctrinæ Christianæ*, — *Speculum confessionis*, etc., etc.

CASTEL. — Lucas Castellinus (Castellini), natione Calaber, patria Faventinus, ordinis S. Dominici monachus, theologiæ professor, canonista insignis et Cantazarensis episcopus, vita functus circa annum 1635, varia conscripsit opera prænotata: *De electione et confirmatione canonica prælatorum*, — *De canonizatione sanctorum*, — *Tractatus de miraculis*, etc.

CASTEL. — Gerardus Castellus (Casteel), natione Germanus, patria Coloniensis, canonicus regularis a Sancta Cruce, vita functus anno 1733, concinnavit *Controversias ecclesiastico-historicas*.

CASTRENS. — Paulus Castrensis (Paul de Castro), natione Italus, jurisconsultus insignis scientia et eruditione, multos per annos jus docuit, et obiit anno 1437. Plurima et eximia de jure concinnavit opera, de quibus Cujacius aiebat: *Qui non habet Paulum de Castro, tunicam vendat et emat*. Hæc sunt: *Commentaria super codicem Digestum vetus et novum*, — *Aliquot repetitiones juris civilis*, — *Consilia*, — *Singularia cum additamentis*, — *Responsa*, etc., etc. Quæ omnia collecta sunt volum. 8 in-fol.

CASTRO. — Alphonsus de Castro, natione Hispanus, patria Zamorensis, ordinis S. Francisci monachus, theologus pietate et doctrina insignis, *potens hæreticorum flagellum* dictus, unus ex Patribus concilii Tridentini, obiit anno 1558, ætatis suæ 63, archiepiscopus Compostellanus designatus. Scripsit: *Tractatum adversus hæreses*, — *De justa hæreticorum punitione*, — *De potestate legis pœnalis*, etc., etc.

CASTRONOV. — Hugo de Castronovo, natione Anglus, in regione Dunelmensi, ordinis S. Francisci monachus, vulgo cognominatus *Doctor scholasticus*, Joannis Scoti diligens sectator, scripsit: *Super Magistrum sententiarum libros IV*, — *Reportata super eumdem*, — *De finali judicio*, — *De victoria Christi contra Anti christum*, — *Collationes*, etc. Obiit circa annum 1322.

CASTROPAL. — Ferdinandus de Castropalao, natione Hispanus, patria Legionensis, e Societate Jesu, Vallisoleti philosophiam, Compostellæ theologiam moralem, Salmanticæ scholasticam magna eruditionis fama docuit; Inquisitionis censor fuit et consultor; rexit collegium Compostellanum et Methymnense, in quo naturæ concessit anno 1633. Edidit *Opera moralia* tomis 7 in-fol. collecta, — *Manuale Christiani*, etc.

CATAL. — Josephus Catalani, natione Italus, scripsit *In cæremoniale episcoporum*, — *In rituale Romanum*.

CATHARIN. — Ambrosius Catharinus, natione Italus, patria Senensis, ordinis S. Dominici monachus, ante dictus Lancellotus de Politis, episcopus Minorensis et archiepiscopus Compsanus, vir doctrina et virtutibus spectabilis, apoplexia percussus Neapoli interiit anno 1553, plurima sui ingenii monumenta posteris relinquens, scilicet: *Commentaria in Scripturas*, — *Speculum hæreticorum*, — *De veneratione sanctorum*, — *De cœlibatu adversus Erasmum*, — *Libros quinque contra Lutherum*, — *Contra Baldum*, — *In Cajetanum libros sex*, — *Contra Scotum*, etc., etc., etc.

CAVALIER. — Joannes Michael Cavalieri, natione Italus, patria Bergomensis, ordinis S. Francisci monachus, vir magnæ eruditionis et in sacris ritibus peritissimus, obiit anno 1754. Scripsit: *Commentaria in authentica sacræ congregationis Rituum decreta*.

CAVALIER. — Marcellus Cavalieri, natione Italus, patria Bergomensis, ordinis S. Dominici monachus et Gravinensis episcopus, edidit: *Statuta synodalia*, — *In regulas et cæremonias ecclesiasticas*, etc. Obiit anno 1705.

CAVE. — Guillelmus Caveus, natione Anglus, historiographus et minister heterodoxus, vir scientia et eruditione insignis, plurima concinnavit opera sub his titulis: *Historia litteraria auctorum ecclesiasticorum*, — *Antiquitates apostolicæ*, — *Vitæ Patrum sæculi quarti*, — *Tabulæ ecclesiasticæ*, etc., etc. Obiit anno 1713, ætatis suæ 78.

CEA. — Didacus de Cea, natione Hispanus, patria Agudensis, ordinis S. Francisci monachus, commissarius generalis in curia Romana, vita functus anno 1640, scripsit: *Archæologiam sacram principum Petri et Pauli*, — *Thesaurum Terræ Sanctæ*, etc.

CECCOPER. — Franciscus Ceccoperius, edidit *Lucubrationes canonicas*.

CELLER. — Remigius Cellerius (dom Ceillier), natione Gallus, e Bario Ducis oriundus, ordinis S. Benedicti monachus, historiographus eruditione clarus, varia sermone gallico concinnavit opera quibus tituli: *Histoire générale des auteurs sacrés et ecclésiastiques*, — *Apologie de la morale des Pères*, etc. Obiit anno 1761.

CELLOT. — Ludovicus Cellotius (Cellot), natione Gallus, patria Parisiensis, e Societate Jesu, sacerdos, vir in litteris Hebraicis, Græcis et Latinis apprime versatus, vicissim humaniores disciplinas, rhetoricam et sacram Scripturam docuit; collegium Rothomagense, Flexiense et demum Franciæ provinciam rexit, et annis laboribusque confectus, vitam deseruit Parisiis, anno 1658, ætatis suæ 70. Plurima concinnavit opera, et præcipue opus prænotatum: *De hierarchia et hierarchis*.

CENAL. — Robertus Cenalis (Ceneau), natione Gallus, patria Parisiensis, theologus clarus, et Sorbonicus doctor, episcopus Abrincensis, vita functus anno 1560, scripsit: *Tractatum de ponderibus et mensuris*, — *Pro tuendo sacro cœlibatu*, — *Larvam sycophanticam in Calvinum*, — *Methodum de compescenda hæreticorum ferocia*, — *Tractatum de utriusque gladii facultate et usu*, etc.

CENATEMP. — Dominicus Cenatempo, natione Italus, patria Neapolitanus, theologus insignis, Sancti Officii consultor et inquisitor, circa finem sæculi XVII floruit et scripsit: *De jure inquisitorum*, — *Praxis S. Officii*.

CENED. — Petrus Ceneda, varia concinnavit opera sub his titulis: *Practica*, — *Quæstiones canonicæ*, — *Collectanea juris canonici*, etc.

CENNI. — Gaetanus Cennius (Cenni), natione Italus, patria Romanus, Vaticanæ ecclesiæ presbyter, in scientia juris gentium vir peritissimus, scripsit: *De antiquitate Ecclesiæ Hispanæ*, — *Monumenta dominationis pontificiæ*, etc. Claruit sæculo XVIII.

CENSORIN. — Censorinus, vir arte grammatica pollens, sæculo III floruit et conscripsit librum prænotatum: *De die natali*.

CEPHAL. — Constantinus Cephalas, sæculo X floruit, et e variis auctoribus excerpta colligens, edidit opus prænotatum *Anthologia*.

CHAMBER. — Ephraim Chamber's, natione Anglus, vir scientia clarus, fato functus anno 1740, edidit: *Dictionarium artium et scientiarum*.

CHAMILL. — Gastonus Chamillart, natione Gallus, Sorbonicus doctor, vir scientia et eruditione insignis, concinnavit librum cui titulus: *De corona*,

Digitized by Google

*tonsura et habitu clericorum*. Obiit anno 1690.

CHAPEAUV. — Joannes Chapeauville, natione Gallus, patria Leodiensis, canonicus et provicarius, vir scientia et litteris clarus, obiit anno 1617, ætatis suæ 66. Varia conscripsit opera his sub titulis: *Historia ecclesiastica Leodiensis, — Tractatus de necessitate et modo ministrandi sacramenta tempore pestis, — De casibus reservatis*, etc., etc.

CHARDON. — Mathias Chardonius (Chardon), natione Gallus, ordinis S. Benedicti monachus, vir in litteris Hebraicis, Græcis et Syriacis apprime versatus, scientia et eruditione insignis, rhetoricam, philosophiam et theologiam vicissim docuit, et e vita discessit anno 1771. Varia conscripsit opera theologica : *De sacramento pœnitentiæ, — Histoire des sacrements, — Histoire des variations dans la discipline de l'Eglise*, etc.

CHASS. — Bruno Chassainus vel Chassaing, natione Gallus, ordinis S. Francisci monachus et minister provincialis, summorum pontificum Gregorii XV et Urbani VIII, in basilica Lateranensi pœnitentiarius, vir regulari ac theologica disciplina nulli impar, posteris dedit opera prænotata : *De regimine prælati regularis, — Privilegia regularium, — Franciscanus redivivus regulæ Minorum*, etc. Obiit circa medium sæculi XVII.

CHASSAN. — Bartholomæus a Chassaneo (Chasseneux), natione Gallus, patria Augustodunensis, jurisconsultus insignis, varia de jure concinnavit opera, quibus tituli : *Catalogus gloriæ mundi, — Consilia, — Commentaria in mores et instituta Bituricarum*, etc. Obiit anno 1541.

CHERUBIN. — Laertius Cherubinus (Laerzio Cherubini), natione Italus, patria Spoletanus, vita functus anno 1626, edidit : *Bullarium magnum Romanum a Leone Magno ad Benedictum XIV*.

CHERUBIN. — Flavius Cherubinus (Flavio Cherubini), filius præcedentis, edidit *Compendium Bullarii magni*.

CHIUSOL. — Antonius Chiusolius (Chiusole), natione Italus, vir arte mathematica, geometrica et geographica insigniter pollens, plurima Italico sermone scripsit, inter quæ *Geographiam mundi antiqui et moderni*. Obiit anno 1755.

CHOK. — Erasmus Surletus a Chokier (Erasme de Surlet sieur de Chokier), natione Gallus, patria Leodiensis, jurisconsultus perceleber, obiit anno 1625. Varia concinnavit opera sub his titulis : *De jurisdictione ordinarii in exemptos, — De advocatis feudalibus, — De privilegiis senectutis*.

CHOK. — Joannes Ernestus Surletus a Chokier, præcedentis frater, canonicus Leodiensis, varia scripsit prænotata : *De re nummaria prisci ævi, Facis historiarum centuriæ duæ, — De commutationibus beneficiorum, — In regulas cancellariæ, — De casibus reservatis, — Controversiæ*, etc., etc. Obiit anno 16[illegible]0.

CHOP. — Renatus Chopinus (Chopin), natione Gallus, patria Andegavensis, causidicus et jurisconsultus insignis, varios de jure scripsit tractatus : *De domanio, — De sacra politica monastica, — De privilegiis rusticorum*, etc. Obiit Parisiis anno 1606.

*Chronolog. Seraph.* — *Chronologia historico-legalis ordinis Seraphici*, opus sæpius citatum, et concinnatum a Julio de Venetiis, ordinis S. Francisci monacho et provinciali, simul et a Michaele Angelo de Neapoli, ejusdem ordinis monacho et episcopo Jovenacensi.

CHRYSOLOG. (S.) — Sanctus Petrus Chrysologus, archiepiscopus Ravennensis, scripsit : *Sermones aureos, — Sermones in Evangelia, — Opera varia*. Migravit ad Dominum anno 452.

CHRYSOSTOM. (S.) — Sanctus Joannes Chrysostomus, archiepiscopus Constantinopolitanus, multa et eximia sermone Græco concinnavit opera, quæ Latine versa nuper edidit J. P. Migne in 9 vol. in 4° distributa. Obiit anno 407.

CIACCO. — Alphonsus Ciacconius (Chacon), natione Hispanus, patria Beaciensis, S. Dominici ordinis monachus, pœnitentiarius apostolicus, deinde Alexandrinus patriarcha, obiit Romæ anno 1599. Plurima conscripsit opera, quorum præcipua sub his titulis : *Vitæ et gesta Romanorum pontificum et cardinalium, — Tractatus de jejuniis et de varia eorum apud antiquos observantia, — Historia de utroque bello Dacico, — De tribus Magis regibus, — De monetis antiquis, — De signis sanctæ crucis*, etc., etc.

CIAMP. — Joannes Justinus Ciampini, natione Italus, patria Romanus, vice-cancellarius curiæ Romanæ, vir litteris et scientia clarus, vita functus anno 1698, ætatis suæ 65, multa tum Latino tum Italico sermone edidit opera, scilicet : *Conjecturæ de perpetuo azymorum usu in Ecclesia Latina, — Vetera monumenta, in quibus præcipue musiva opera, sacrarum profanarumque ædium structura dissertationibus iconibusque illustrantur, — De sacris ædificiis a Constantino Magno constructis, — De vice-cancellario, — De abbreviatoribus de curia*, etc., etc.

CIENFUEG. — Alvarus Cienfuegos, natione Hispanus, Societatis Jesu presbyter, philosophiæ et theologiæ professor, episcopus Catanensis, Montis Regalis archiepiscopus in Sicilia, et S. R. Ecclesiæ cardinalis, vir clarus scientia et ingenio, Romæ obiit anno 1739, ætatis suæ 82. Varia tum Latina tum Italice scripta posteris reliquit opera, quorum præcipua sub his titulis : *Ænigma theologicum, seu quæstiones de Trinitate divina, — Vita abscondita sub speciebus Eucharisticis*, etc., etc.

CIRON. — Innocentius Cironius (Ciron), natione Gallus, universitatis Tolosanæ cancellarius, juris professor in sæculo XVII eximius, scripsit *Observationes ad jus canonicum*.

CIRUEL. — Petrus Ciruelo, natione Hispanus, patria Aragonensis, philosophiæ et theologiæ professor insignis, et Salmanticensis canonicus, obiit anno 1580, varia relinquens opera sub his titulis : *Cursus quatuor mathematicarum artium liberalium, — Liber arithmeticæ practicæ, — Expositio libri missalis pereximia*.

CLARK. — Samuel Clarkius (Clarke), natione Anglus, philosophus et heterodoxus pastor, vir ingenio et scientia clarus, obiit anno 1729, ætatis 54, et permulta Anglico sermone concinnavit opera : *Sermones, — Dissertationes*, etc.

CLARUS. — Julius Clarus, natione Italus, patria Alexandrinus, jurisconsultus insignis, senator et a consiliis regi Hispaniæ Philippo II, obiit anno 1575, et varia de jure edidit opera quorum tituli : *Practica criminalis, — Opera juridica, — Receptarum sententiarum opus*, etc.

CLAUDER. — Gabriel Clauderus (Clauder), natione Germanus, patria Altinburgensis, medicus celeber, vita functus anno 1691, varia edidit opera quorum præcipua : *Dissertatio de tinctura universali, vulgo lapis philosophorum dicta, — Praxis medicinæ generalia monumenta*, etc., etc.

CLAUDIAN. — Claudius Claudianus, patria Alexandrinus, poeta, obiit circa annum 415, et varia posteris reliquit poemata.

CLEMENS ALEX. (S.) — Sanctus Clemens Alexandrinus, Ecclesiæ doctor, vita functus anno 217, varia sermone Græco conscripsit opera, nuper tom. 2 in 4° collecta in *Patrologia Græca* quam edidit J. P. Migne.

CLEMENT. — David Clement, natione Germanus, bibliographus celebris, vir scientia et eruditione clarus, obiit anno 1760, posteris relinquens opus imperfectum cui titulus : *Bibliothèque curieuse*, vel *Catalogue raisonné des livres rares et difficiles à trouver*.

CLERICAT. — Joannes Clericatus, natione Italus, præpositus Patavinus, vir scientia insignis, edidit :

Digitized by Google

*Decisiones canonicas et sacramentales*, — *Tractatum de sacrificio Missæ*, etc.

Clicthov. — Jocodus Clicthoveus (Josse Clicthoue), natione Flander, doctor Sorbonicus, canonicus Carnotensis, vir scientia et ingenio clarus, obiit anno 1543. Plurima concinnavit opera sub his titulis: *Uberrimus rerum optimarum fons*, — *Introductio in terminos, in artium divisionem*, — *Introductorium astronomicum*, — *Defensio Ecclesiæ Romanæ contra Lutheranos*, — *De veneratione sanctorum*, — *De officio regis*, etc.

Cling. — Conradus Clingius (Cling), natione Germanus, ordinis S. Francisci monachus, doctor facundissimus, et hæreticorum insectator, scripsit: *Locorum communium sacræ theologiæ sylvam*, — *Catechismum Romanum libris quatuor comprehensum*, — *De securitate conscientiæ tractatum*, — *Controversias*, etc. Circa medium sæculi XVI floruit.

Coccej. — Henricus Cocceji, natione Germanus, patria Bremensis, jurisconsultus et juris professor insignis, imperii baro jubilatus, vir clarus scientia et ingenio, plurima edidit opera sic prænotata: *Juris publici prudentia compendiose exhibita*, — *Autonomia juris*, — *Prodromus justitiæ gentium*, — *Deductiones*, — *Consilia*, etc. Obiit anno 1719.

Coccej. — Joannes Coccejus, natione Germanus, patria Bremensis, theologiæ doctor, vir ingenio singularis, scripsit: *Commentaria in Scripturam*, — *Anecdota theologica et philologica*, etc. Obiit anno 1669.

Cocci. — Jodocus Coccius, natione Germanus, heterodoxus, postea catholicus et canonicus Juliacensis, vir scientia, litteris et ingenio clarus, varias de religione et rebus sacris controversias edidit sub hoc titulo: *Thesaurus catholicus*. Obiit anno 1618.

Cocq. — Florentius Cocquus (Florent de Cocq), natione Belga, ordinis Præmonstratensis canonicus regularis Antverpiæ, vir Litteris sacris et scientia præclarus, theologiæ professor, vita functus anno 1691, scripsit varios theologiæ tractatus, inter quos: *Principia totius theologiæ moralis et speculativæ ex sacra Scriptura, sanctis Patribus, maximo sancto Augustino et aliis probatis auctoribus deprompta*, etc.

Codin. - Georgius Codinus (Codin), patria Constantinopolitanus, et Palatii curator, circa finem sæculi XV floruit, et scripsit: *De antiquitatibus Constantinopolis*, — *De officiis Palatii et Ecclesiarum*, etc.

Cognat. — Joannes Cognatus (Cousin), natione Belga, patria Tornacensis et canonicus, circa initium sæculi XVII vita functus, scripsit *Tractatum de fundamentis religionis*, — *Historiam Tornacensem*, etc.

Coler. — Joannes Christophorus Colerius (Coler), natione Germanus, heterodoxus pastor, theologus et bibliographus insignis, obiit anno 1736, et conscripsit: *Bibliothecam theologicam*, — *Anthologiam, seu Epistolas varii argumenti*, — *Dissertationes*, etc.

Colet. — Nicolaus Coletus (Coleti), natione Italus, patria Venetus, presbyter scientia et eruditione insignis, edidit et auxit opera quibus tituli: *Italia sacra*, — *Collectio Conciliorum*, et concinnavit: *Seriem episcoporum Cremonensium auctam*, — *Monumenta Ecclesiæ Venetæ Sancti Moysis*, — *Dissertationes varias*, etc. Obiit anno 1765, ætatis suæ 80.

Collat. Andeg. — Collator Andegavensis. Sub hoc nomine designatur opus eximium cui Gallice titulus est: *Conférences d'Angers*.

Colleg. Salmant. — Collegium Salmanticense, quo nomine indicatur *Cursus theologicus, scholasticus, dogmaticus et moralis* ad usum Collegii Salmanticensis.

Collet. — Petrus Colletus (Collet), natione Gallus, patria Vindocinensis, e congregatione Missionis presbyter, inter theologos et asceticos auctores clarus, varia tum Latino tum Gallico idiomate concinnavit opera sub his titulis: *Theologia moralis universa*, — *Institutiones theologicæ*, — *Traité des saints mystères*, — *Traité des dispenses*, — *de l'Office divin*, — *des indulgences*, etc., etc., etc. Obiit anno 1770, ætatis suæ 77.

Colombière. — Claudius (de la), natione Gallus, patria Lugdunensis, Societatem Jesu ingressus, eloquentia, ingenio et pietate claruit ac obiit anno 1682: Edidit *Sermones*, — *Epistolas spirituales*, etc., et opusculum cui titulus: *Revelatio Margaritæ a Deo facta*.

Combef. — Franciscus Combefisius (Combefis), natione Gallus, patria Aquitanus, ordinis S. Dominici monachus, vir scientia et eruditione insignis, varia concinnavit opera sub his titulis: *Bibliotheca Patrum*, — *Historia Monothelitarum*, — *Originum rerumque Constantinopolitanarum manipulus*, etc. Obiit Parisiis anno 1679.

Comit. — Paulus Comitolus (Comitolo), natione Italus, patria Perusinus, e Societate Jesu presbyter, vir disciplinis humanioribus, Latinis et Græcis eximie perpolitus, obiit anno 1626, ætatis suæ 84. Scripsit: *Catenam illustrium auctorum in librum Job*, — *Consilia moralia*, — *Tractatum de contractibus*, — *Centum et triginta privilegia B. Virginis*, etc., etc.

Concin. — Daniel Concina, natione Italus, ordinis S. Dominici monachus, vir facundia et eruditione clarus, theologus et jurisperitus insignis, et cujus consiliis sæpissime usus est Benedictus XIV, multa et eximia tum Latino tum Italico idiomate conscripsit opera, quorum præcipua prænotata: *Theologia Christiana dogmatico-moralis*, — *De sacramentali absolutione impertienda aut differenda recidivis consuetudinariis*, — *De spectaculis theatralibus*, etc., etc., etc. Obiit Venetiis, anno 1756.

Concin. — Nicolaus Concina, præcedentis frater, ejusdem ordinis monachus, philosophiam, theologiam et metaphysicam in universitate Paduensi docuit, et obiit Venetiis, anno 1763. Varia posteris opera reliquit sub his titulis: *Synopsis tertiæ partis metaphysicæ, hoc est, theologiæ naturalis*, — *Origines et fundamenta et capita prima delineata juris naturalis et gentium*, — *Juris naturalis et gentium doctrina metaphysicæ asserta*, etc.

Confect. — Joannes Baptista Confectius, juris canonici doctor eximius, concinnavit opus prænotatum: *Collectio privilegiorum ordinis Mendicantium et non Mendicantium*.

Coninck. — Ægidius de Coninck, natione Belga, Bellioli in Flandria natus, Societatis Jesu discipulus, vir omni politiori litteratura insigniter ornatus, scholasticæ theologiæ cathedram obtinuit et docuit Lovanii cum insigni laude, et obiit anno 1633. Edidit: *Commentarium ac disputationes in universam doctrinam S. Thomæ de sacramentis et censuris*, — *De moralitate, natura et effectibus actuum supernaturalium in genere, et fide, spe et charitate speciatim*, — *Opusculum de absolutione moribundi sensibus privati*, — *De Deo trino et incarnato*, etc.

Contens. — Vincentius Contensonius (Contenson), natione Gallus, ex diœcesi Condomensi oriundus, ordinis S. Dominici monachus, vir facundia et ingenio insignis, obiit anno 1674, et edidit *Theologiam mentis et cordis*.

Conti. — Prosdocimo Conti, natione Italus, patria Patavinus, jurisconsultus insignis sæculi XV, leges canonicas docuit, et scripsit: *De differentiis juris civilis et canonici*, — *De consanguinitate et affinitate*, etc.

Coras. — Joannes Corasius (Coras), natione Gallus, patria Albiensis, jurisconsultus perceleber et professor, cancellarius Navarræ, plurima de jure tum Gallico tum Latino sermone scripsit, inter quæ, *Miscellanea juris civilis*. Obiit anno 1572.

Digitized by Google

CORDUB. — Antonius Cordubensis vel de Corduba, natione Hispanus, ordinis S. Francisci monachus et minister, vir scientia clarus et humilitate, nam episcopatum Placentinum noluit accipere, plura luculenter scripsit, scilicet : *De potestate Papæ*, — *Commentarios in regulam S. Francisci*, — *In IV libros Sententiarum*. — *Quæstiones de detractione ac restitutione famæ*, — *Summam casuum*, — *Expositionem casuum prælatis reservatorum*, etc., etc. Plenus dierum migravit ad cœlos, anno 1578, ætatis suæ 93

COREN. — Jacobus Corenus, natione Gallus, ordinis S. Francisci monachus et minister provincialis, vir doctrina et facundia clarus, scripsit : *Observationes in Evangelia quadragesimalia*, — *Tractatum de dignitate sacerdotali*, — *Clypeum patientiæ pro omnibus morbis et calamitatibus*, etc. Floruit circa finem sæculi XVI.

CORIOLAN. — Franciscus Longus a Coriolano, natione Italus, ordinis S. Francisci monachus, definitor et minister provincialis, vir doctrina et eleganti sapientia præornatus, plures per annos theologiam docuit et scripsit: *Summam theologiæ ad instar summæ D. Thomæ ex operibus S. Bonaventuræ compactam*, — *Tractatum de casibus reservatis juxta regulam Clementis VIII*, — *De judicio regulari*, — *Summam conciliorum*, etc., etc. Mortalis vitæ cursum peregit Romæ, anno 1625, ætatis suæ 63.

CORNEL. — Flaminius Cornelio vel Cornaro, aut Corner, natione Italus, Venetus senator, vir scientia et eruditione clarus, varia tam Latino quam Italico idiomate concinnavit opera, quorum præcipua sub his titulis : *Ecclesiæ Venetæ antiquis monumentis illustratæ*, — *Creta sacra, sive de episcopis utriusque ritus Græci et Latini in insula Cretæ*, — *Hagiologicum Italicum*, — *Apparitionum B. V. Mariæ in civitate et domanio Venetiarum enarrationes historicæ*, etc., etc. Obiit Venetiis, anno 1778, ætatis suæ 85.

CORNEL A LAP. — Cornelius Cornelii a Lapide, natione Belga, patria Eburo Bucholdianus, Societatis Jesu sacerdos, vir scientia, eruditione et litteris sacris clarus, animam Deo reddidit Romæ, anno 1637, ætatis suæ 71. Scripsit *Commentaria in Scripturas*, quæ collecta sunt tomis 10 in-fol. Antverpiæ, 1681.

CORONEL. — Marcus Vincentius Coronelli, natione Italus, patria Venetus, ordinis S. Francisci monachus et generalis, historiographus et cosmographus insignis, varia tum Latine tum Italice scripsit : *Historiam Venetam ab anno 421 ad an. 1504*, — *Catalogum ordinum religiosorum*, — *Bibliothecam universalem sacro-profanam*, etc. Obiit Venetiis, anno 1718.

CORRAD. — Petrus Marcellinus Corradini de Sezza, natione Italus, S. R. Ecclesiæ cardinalis, vir scientia clarus, obiit Romæ, anno 1743, varia posteris relinquens opera : *De jure prælationis*, — *De civitate et ecclesia Setina*, — *Latium profanum et sacrum*, — *De primariis precibus imperialibus*, etc. Hoc opus ultimum edidit sub nomine Corradi Oligenii.

CORRAD. — Pyrrhus Corradus (Corrado), natione Italus, protonotarius apostolicus, canonicus Neapolitanus, Romæ inquisitor, et canonista insignis, claruit in sæculo XVII et eximia conscripsit opera sub his titulis : *Praxis beneficiaria*, — *Praxis dispensationum apostolicarum*.

CORVIN. — Arnoldus Corvinus de Belderen, natione Germanus, jurisconsultus et professor, Moguntiæ archiepiscopo a consiliis, circa finem sæculi XVII vita functus, varia edidit opera prænotata : *Digesta per aphorismos strictim explicata*, — *Jurisprudentia Romana Vulteii contracta*, — *Jus feudale per aphorismos strictim explicatum*, — *De personis et beneficiis ecclesiasticis*, etc.

COTELER. — Joannes Baptista Cotelerius (Cotelier), natione Gallus, patria Nemausensis, baccalaureus Sorbonicus, linguæ Græcæ professor, vir scientia et eruditione clarus, varia edidit opera quorum tituli : *Monumenta Ecclesiæ Græcæ*, — *Patres ævi apostolici*, etc., etc. Obiit anno 1686.

COTT. — Joannes Fridericus Cotta, natione Germanus, patria Tubingensis, theologiæ professor et universitatis cancellarius, obiit anno 1779. Scripsit: *Historiam theologiæ litterariam*, — *Historiam ecclesiasticam*, — *Memorabilia*, etc.

COTTON. — Robertus Cottonus vel Counton, natione Anglus, ordinis S. Francisci monachus, Oxoniæ philosophicis, theologicis vero operam dedit Parisiis, ubi inter doctores Sorbonicos *doctor amœnus* vulgo vocatus est. Vir fuit solidi judicii et acuti ingenii, et floruit anno 1344. Exstant hujusce Roberti : *Commentaria in tertium et quartum librum Sententiarum*, — *In quatuor libros Sententiarum*, — *Disceptationes magistrales*, — *Quodlibeta scholastica*, etc., etc.

COTTON. — Petrus Cottonus (Cotton), natione Gallus, patria Foresianus ex diœcesi Lugdunensi natus, Societatis Jesu, Henrico IV et Ludovico XIII a confessionibus, vir ingenio et facundia clarus, obiit anno 1626. Gallico sermone scripsit : *Tractatum de sacrificio Missæ*, — *Controversias*, — *Sermones*, etc., etc.

COUST. — Petrus Coustant, natione Gallus, patria Compendiensis, ordinis S. Benedicti monachus, vir scientia et eruditione insignis, vita functus Parisiis, anno 1721, ætatis suæ 67, varia edidit opera : *Epistolas pontificum Romanorum*, — *Vindicias manuscriptorum codicum*, etc., etc.

COVAR. — Didacus Covarruvias, natione Hispanus, patria Toletanus, jurisconsultus insignis et Segoviensis episcopus, vir humanioribus litteris, theologia et jure eximie ornatus, plurima concinnavit opera, quorum præcipua sunt : *Commentaria in* V *et* VI *decretales*, — *In Clementinas*, — *De regulis juris*; — *Variæ resolutiones*, etc., etc.

COZZA. — Laurentius Cozza a S. Laurentio, natione Italus, ordinis S. Francisci monachus, vir singulari prudentia, suavitate ac eruditione præditus, muneribus lectoris jubilatus, Guardini Montis Sion, totiusque Terræ Sanctæ custos, sacræ congregationis Indicis consultor, qualificator supremæ Romanæ inquisitionis, totius ordinis ministri generalis, ac tandem a Benedicto XIII in collegium S. R. Ecclesiæ cardinalium cooptatus, diem extremum Romæ clausit anno 1729, ætatis suæ 75. Publici juris fecit : *Vindicias Areopagiticas*, — *Commentaria historico-dogmatica ad librum* De hæresibus *sancti Augustini*, — *Dubia selecta de confessario sollicitante*, — *Historico-polemica schismatis Græcorum*, — *De jejunio tractatum dogmatico-moralem*, etc.

CRAG. — Thomas Cragius (Craig), natione Scotus, jurisconsultus insignis, vita functus anno 1608, eximium edidit opus sub hoc titulo : *Jus feudale*, seu *Consuetudines feudales Scotiæ, Angliæ, plerorumque Galliæ locorum*.

CRAVET. — Edmundus Cravetta, natione Italus, patria Pedemontanus, causidicus celebris et juris professor, obiit anno 1569. Varia posteris legavit opera sub his titulis : *Consilia*, — *De antiquitate temporum*, etc.

CRESP. — Ludovicus Crespinus a Borgia, natione Hispanus, vir scientia et doctrina clarus, episcopus Oriolensis, floruit sæculo XVI, et scripsit : *Quæstiones selectas morales*.

CROIX. — Claudius la Croix, natione Batavus, patria Limburgensis, et pago Sancti Andreæ oriundus, Societatis Jesu theologus, obiit anno 1714. Scripsit *Theologiam moralem*.

CROUS. — Cyprianus Crousers, natione Belga, patria Antverpiensis, S. Francisci ordinis monachus et definitor generalis, scripsit : *Lectiones parænelicas in regulam Minorum*. Obiit Genuæ, anno 1637.

CRUSEN. — Nicolaus Crusenius, natione Germa-

Digitized by Google

nus, patria Belga Mosæ Trajectensis, ordinis S. Augustini monachus et visitator generalis, Ferdinandi imperatoris consiliarius et historiographus, publici juris fecit : *Monasticon Augustinianum, complectens omnes ordines sub D. Augustini regula militantes*, — *Constitutiones ordinis S. Augustini*, etc. Viennæ diem clausit extremum, anno 1629.

Crusius. — Christianus Augustus Crusius, natione Germanus, philosophus et theologus heterodoxus, vita functus anno 1775, multa tum philosophica tum theologica edidit opera, inter quæ *Philosophiam moralem*, — *Logicam*, etc.

Crux. — Joannes de la Crux, natione Hispanus, ordinis S. Dominici monachus, edidit : *Directorium conscientiæ*, — *De statu religionis et de privilegiis*, etc. Floruit sæculo xvi.

Cucch. — Marcus Antonius Cucchus (Cucco), natione Italus, patria Papiensis, jurisconsultus perceleber, plurima de jure concinnavit opera, inter quæ: *Institutiones juris canonici.*

Cudwor. — Rodolphus Cudworth, natione Anglus, theologus scientia et eruditione clarus, fato functus anno 1688, plurima scripsit opera, quorum præcipua sunt : *Tractatus de æternitate et immutabilitate justi et injusti*, — *De immortalitate animæ*, — *De amore Dei*, etc.

Cujac. — Jacobus Cujacius (Cujas), natione Gallus, patria Tolosas, jurisconsultus insignis, et per multos annos professor, obiit anno 1590, ætatis suæ 70. Multa de jure scripsit, 10 vol. in-fol. impressa Parisiis, 1658.

Cuniliat. — Fulgentius Cuniliati, natione Italus, patria Venetus, ordinis S. Dominici monachus, vir scientia et doctrina clarus, theologiam docuit, et varia tum Latine tum Italice concinnavit opera, sub his titulis : *Universæ theologiæ moralis accurata complexio*, — *Bibliotheca eucharistica*, — *Il religioso claustrale negli esercizj spirituali*, etc., etc. Obiit anno 1759.

Curiel. — Joannes Alphonsus Curiel, natione Hispanus, canonicus et doctor Salmanticensis, theologiæ professor, annis et labore confectus obiit, anno 1609. Scripsit *Controversias in diversa loca sanctæ Scripturæ*, — *Commentaria in secundam secundæ D. Thomæ*, etc.

Curtenbosch. — Joannes a Curtenbosch, natione Belga, patria Gandavensis, vir litteris et scientia ecclesiastica insigniter ornatus, scripsit : *Acta concilii Tridentini*, et obiit Romæ, anno 1550.

Cusan. — Nicolaus a Cusa vel Cusanus, natione Germanus, patria Trevirensis, S. R. Ecclesiæ cardinalis, vir scientia et eruditione clarus, obiit anno 1464. Varia concinnavit opera, quorum præcipua : *Tractatus de mysteriis*, — *Exercitationes*, — *Controversiæ*, — *Concordantia catholica*, — *De conjecturis novissimorum temporum*, etc.

Cyprian. (S.) — Sanctus Cyprianus, episcopus Carthaginiensis et martyr anno 258, varia concinnavit opera, quorum præcipua : *De testimoniis*, — *De unitate Ecclesiæ*, — *De lapsis*, etc. Vide *Patrologiam Latinam*, tom. IV, edit. J. P. Migne.

Cyrill. Alex. (S.) — Sanctus Cyrillus Alexandrinus episcopus, multos post labores obiit, anno 444. Multa et eximia scripsit, collecta in *Patrolog a Græca* quam edid. J. P. Migne.

Cyrill. Hier. (S.) — Sanctus Cyrillus, Hierosolymitanus archiepiscopus, scientia et laboribus insignis, obiit anno 386. Varia reliquit opera quæ nuper collegit J. P. Migne, in *Cursu Patrologiæ Græcæ*, tom. XXXIII.

# D

Dall. — Joannes Dallæus (Jean Daillé), natione Gallus, pastor heterodoxus, apud Protestantes percelebris, obiit Lutetiæ, 15 april. anno 1670. Multa opera scripsit, inter quæ : *De jejuniis et quadragesima*, — *De fidei ex Scripturis demonstratione*, etc., — *De sacramentali, sive auriculari confessione.*

Damasc. — S. Joannes Damascenus, Damasci natus, doctissimus sacerdos et fidei defensor, monasterium Sancti Sabæ apud Hierosolymam adiit, ubi decessit circiter anno 760. Plures composuit *Tractatus theologiæ*, et *Hymnos*, *Dialecticam* et *Physicam*.

Damhouder. — Jossius Damhouderius vel Damhauderius (Josse de Damhouder ou Damhauder), natione Belga, doctus jurisconsultus, decessit anno 1581. Scripsit : *Patrocinium pupillorum, minorum et prodigorum*, — *Enchiridion rerum criminalium*, — *Praxim rerum civilium*, — *Praxim rerum criminalium*.

Damian — Petrus Damianus cardinalis, episcopus Ostiæ creatus ex priore Sanctæ Crucis Avellanæ, Faenzæ decessit 22 febr. anno 1072. Scripsit: *Epistolas*, *Sermones* et *Opuscula*. Vide Damiani opera, tom. CXLIV, CXLV *Patrologiæ Latinæ*.

Dan. — Daniel Gabriel, Rothomagi natus, e Societate Jesu, Lutetiæ decessit, 23 jun. anno 1728. Studio deditissimus per longam vitam multa opera composuit quorum præcipua sunt : *Le Voyage au monde de Descartes*, — *Histoire de la milice française*, — *Histoire de France*.

Daoix. — Daoix Stephanus, natione Hispanus, canonicus regularis S. Augustini, decessit anno 1619. Scripsit : *Lexicon juris civilis et canonici*.

Daud. — Adrianus Daude, monachus, natione Germanus, decessit anno 1755. Scripsit *Historiam universalem et pragmaticam romani imperii*.

De Alexand. — Cajetanus de Alexandris, clericus regularis, edidit opus cui titulus est : *Confessarius monialium*.

Debreyn. — Debreyne, natione Gallus, medicus, medicinæ professor, ordinis Cisterciensis monachus, librum edidit cui titulus : *Essai sur la théologie morale, considérée dans ses rapports avec la physiologie et la médecine*....

De Cass. — Simon de Cassia edidit opus cui titulus est : *Commentar. in Evangelia*.

Decian. — Tiberius Decianus, natione Germanus, Utinæ natus, jurisconsultus, decessit anno 1581. Scripsit *Responsa*......

Decius. — Philippus Decius (Decio), natione Italus, jurisconsultus Mediolanensis, exsul e patria Galliam adiit, ubi jus professus est. Obiit anno 1535. Multa opera edidit quorum præcipua sunt : *Consilia*, — *De regulis juris*.

*Decretum Gratiani*, vid. Gratianus.

De Graffis, Jacobus, vid. Graffis.

De Justis, Vincentius, vid. Justis.

Delben. — Thomas Delbene (Delbeni), natione Italus in diœcesi Tarentina floruit xvii sæculo. Clericus regularis erat optimusque theologus. Scripsit opera cui tituli sunt : *De comitiis, seu parlamentis dubitationes morales*, — *De immunitate et jurisdictione ecclesiastica*, — *Summa theologica*, — *Tractatus morales*

Delill. — Dominus Josephus Delille, natione Gallus, ordinis S. Benedicti monachus, obiit 24 januar. 1766. Scripsit *Historiam jejunii*, — *Tractatum dogmaticum et historicum de eleemosyna*.

Deling. — Josephus Pius Joannes Delingau, edidit opus cui titulus est : *Cælibatus vindiciæ*.

Del Pas. — Angelus Del Pas, natione Hispanus, Perpinianensis, ordin. Min., desinente xvi sæculo floruit. Jussus a Sixto V, scripsit *Commentaria in quatuor evangelistas*. Alia opera etiam edidit quorum præcipua sunt : *Commentaria in Abdiam prophetam*, — *De cœna eucharistica*.

Delrio. — Martinus Antonius Delrio, natione Belga, illustris professor Societatis Jesu, Antuerpiæ natus 1551, Lovani obiit 29 octob. 1608. Præcipua

Digitized by Google

inter opera sunt: *Disquisitiones magicæ*, — *Commentaria in Genesim*, *Canticum canticorum et Jeremiæ Lamentationes*, — *Commentaria in loca difficiliora et utiliora Scripturæ sacræ.*

De Lugo Joannes, vid. Lugo.

Dempst. — Thomas Dempster, natione Scotus et nobilis, jurisconsultus, orator, poeta, unus inter eruditissimos istius sæculi, florebat ineunte xvii sæculo. Scripsit: *Historiam ecclesiasticam Scotiæ*, — *Etruriam regalem*, — *De antiquitatibus Romanis Rosini.*

Desch. — Stephanus Deschamps, natione Gallus, e Societate Jesu, obiit plenus dierum et virtutum, anno 1701. Scripsit opus cui titulus est: *De hæresi Jansenianâ.*

Desess. — Alexius Desessarts, natione Gallus, Lutetiæ natus anno 1687, clericus, obiit 22 maii 1774. *Dissertationem* edidit, in qua probatur S. Paulum matrimonium dissolutum esse non docuisse, quando vir vel uxor religionem Christianam amplectitur. Præterea scripsit: *Défense du sentiment des SS. Pères et des docteurs catholiques sur le retour d'Elie*, et *Examen du sentiment des SS. Pères et des anciens Juifs sur la durée des siècles.*

Devot. — Devoti Joannes, Romæ natus 11 julii anno 1744, obiit ibidem 18 septemb. anno 1820. Jurisprudentiæ et juris canonici peritus fuit. Primum juris canonici professor, episc. Anagniæ, deinde Carthaginis *in partibus infidelium* creatus est; tandem muneribus camerarii secreti Pie VII et consultatoris congregationum *Immunitatis* et *Indicis* functus est. Pontifex hic doctus duo eximia opera edidit: *De notissimis in jure legibus*, — *Institutiones canonicæ*, quibus addendum est: *Jus canonicum universum.*

Dian. — Diana Antoninus, clericus regularis, natione Italus, migravit ad Dominum, anno 1663. Scripsit præcipue opus cui titulus est: *Resolutionum moralium pars prima et secunda.*

Diaz. — Joannes Bernardus Diaz de Lugo, natione Hispanus, natus est anno 1495. Illustris est sanctitate, ingenio et scriptis. Primum professor juris canonici apud Salamancam, episc. Calagurris a Carolo quinto creatus est. Concilio Tridentino adfuit. Scripsit opera cui tituli sunt: *Practica criminalis canonica in qua omnia fere flagitia quæ a clericis committi possunt cum eorum pœnis describuntur*, — *Regulæ juris, cum suis ampliationibus et restrictionibus.*

Dicastill. — Joannes de Dicastillo, Neapoli natus anno 1585, ingressus est in Societatem Jesu anno 1600. Rhetoricam, philosophiam, ac viginti quinque annis theologiam Toleti, Murciæ et Viennæ docuit. Subinde functus est munere Delinganæ Academiæ Cancellarii et Ingolstadii studiorum præfecti. Ingolstadii decessit, die 6 martii 1653. Edidit: *De justitia et jure*, — *De sacramentis*, — *De juramento et censuris.*

Didac. — Didacus de Arragonia (Petrus Franciscus) edidit, anno 1753, opus cui titulus: *Elucidatio privilegiorum ordinis regularium.*

Diodor. — Diodorus Siculus, celeber historicus, imperantibus Julio Cæsare et Augusto florebat. Scripsit *Bibliothecam historicam.*

Dionys. Alex. — S. Dionysius, patriarcha Alexandrinus, florebat anno 247. Contra Sabellium, durante Novatianorum schismate, et Cornelium papam, fortiter egit. Obiit anno 265. Hujusce docti sanctique episc. solummodo supersunt: *Fragmenta*, — *Epistola canonica*, — *Epistola adversus Paulum Samosatenum.*

Dionys. (S.) Areop. — S. Dionysius Areopagita a S. Paulo ad fidem conversus, episcopus Atheniensis institutus est. Palmam martyrii adeptus est Athenis, anno 95: *Opera S. Dionysio attributa, cum scholiis S. Maximi, et paraphrasi Pachimeræ Græce et Latine....*

Dionys. (S.) Cart. — Dionysius Carthusianus, natione Belga, in diœcesi Leodii natus, migravit ad Dominum, anno 1471. Scientia pariter et virtutibus clarus fuit. *Doctor exstaticus* cognominatus est. Multa hujus sunt opera: *De quatuor hominis novissimis*, — *De Immaculata Conceptione*, — *Tractatus adversus Alcoranum*, — *Speculum conversionis peccatoris.....*

Dionys. Halicarn. — Dionysius Halicarnassæus Romam adiit, ubi per 22 annos mansit, anno circiter 30 ante J. C. Composuit librum cui titulus est: *De antiquitatibus Romanis.*

Dodwell. — Dodwellus Henricus, natione Anglus, Dublanæ natus, anno 1641, professor historiæ Oxonii, obiit anno 1711. Quamvis laicus, scientiis ecclesiasticis sese dedit et multa opera composuit quorum præcipua: *Dissertationes Cyprianicæ*, — *Acta sincera martyrum*, etc., etc.

Dominic. Gubern. — Dominicus Gubernatis a Sospitello, ex reformata provincia D. Thomæ Apostoli, sacræ theologiæ lector, ac chronologus totius ordinis Minorum, florebat sæculo xvii. Plura edidit opera quorum præcipua: *Orbis seraphicus, historia de tribus ordinibus a seraphico patriarcha S. Francisco institutis, deque eorum progressibus et honoribus per quatuor mundi partes*, — *Umbra illuminata...*, — *Descriptio status, quem seraphica religio habebat anno 1680.*

Dominis. — Marcus Antonius De Dominis, primum monachus Societatis Jesu, deinde episcopus, et partibus Protestantium addictissimus, ad veram fidem rediit, deinde suæ conversionis pœnituit. Prope Dalmatiam natus est, anno 1566, ex familia Gregorii X et veneno interiit Romæ, anno 1624, Scripsit *Tractatum de republica ecclesiastica*, et alterum opus cui titulus est: *De radiis visus et lucis in vitris perspectivis et iride.*

Donat. — Hyacinthus Donatus, ordinis Prædicatorum, scripsit opus cui titulus est: *Praxis rerum regularium.*

Doneau. — Hugo Donellus, jurisconsultus xvi sæculi, Avarici et Aureliæ juris professor, sanus evasit e cæde Protestantium et Allemaniam adiit, ubi decessit professor jurisprudentiæ, anno 1591. Juris et litterarum peritissimus erat. Hujus opera sunt: *Commentaria juris civilis*, — *Opera posthuma*, et *De testamentis.*

Doujat. — Doujatius Joannes, Lutetiæ advocatus ad Parliamentum, natione Gallus, Lutetiæ decessit anno 1688. Doctorum juris facultatis Parisiensis decanus, solus lector et regalis professor juris canonici in collegio Galliæ, regis historiographus, et unus ex Academia erat. Modestia, æquitate, misericordia ergâ pauperes insignis. Cujus sunt opera præcipua: *Epitome historiæ Græcæ et Romanæ*, — *Prænotiones canonicæ et civiles*, — *Historia juris canonici*, — *Laudes virorum illustrium Veteris Testamenti.*

Dried. — Joannes Driedo vel Dridoens, clarus theologus xvi sæculi, natione Belga, studuit Lovanii. Canonici S. Petri Lovaniensis et parochi S. Jacobi ejusdem urbis muneribus functus est. Migravit ad Dominum anno 1535. Inter opera theologica quæ scripsit eminent: *De gratia et libero arbitrio*, — *De eccl. scripturis*, — *De libertate Christiana*, — *De captivitate et redemptione generis humani*, — *De concordia liberi arbitrii et prædestinationis.*

Dript. — Laurentius A Dript, Gladbacensis SS. Theologiæ lector, principis Paderbornensis in ecclesiasticis consiliarius, et in spiritualibus commissarius, florebat xvii sæculo. Cujus sunt opera præcipua: *Anti-Decalogus*, — *Theologus politicus...*

Digitized by Google

DROUWEN. — Renatus Drouvenius (René Dronin), natione Gallus, ingenio et virtute clarus, ordinis Prædicatorum, in Italia decessit quam adierat exsul e patria propter res Jansenianas, anno 1742. Scripsit opus cui titulus est : *De re sacramentaria.*

DUARD. — Duardus Leonardus edidit *Commentarium bullæ Cœnæ.*

DUAREN. — Franciscus Duarenus, clarus professor juris Avarici ubi decessit anno 1559. Si historico de Thou adhibeas fidem, optimus erat sui ævi jurisconsultus. Scripsit opera sequentia : *Pro libertate Ecclesiæ Gallicæ adversus Romanam, defensio Parisiensis curiæ, — De sacris Ecclesiæ ministeriis ac beneficiis libri octo, — Commentaires sur le code et sur le Digeste, — Lettre sur les plagiaires.*

DUBOIS. — Girardus Dubois, e congregatione Oratorii, Aureliæ natus anno 1628, migravit ad Dominum anno 1696. Bibliothecarii muneribus functus est, domus Sancti Honorati et manuscripta P. Le Cointre habuit. Cujus : *Historia Ecclesiæ Parisiensis.*

DUCASS. — Ducasse Franciscus, clarus canonista, natione Gallus, canonicus, deinde archidiaconus et officialis Condomii, in hac urbe decessit anno 1706. Scripsit duo opera cui tituli sunt : *De jurisdictione ecclesiastica contentiosa, — De jurisdictione voluntaria.*

DUCHESN. — Duchesnius Andreas (André Duchesne), natione Gallus, historiarum clarus et doctus scriptor, cum ad villam iret, obtritus curru fuit et Lutetiæ decessit, anno 1640. Cujus præcipua sunt opera : *Historiæ Francorum et Normannorum scriptores, — Summorum pontificum historia, — Cardinalium Gallorum historia, — Collectio scriptorum historiæ Gallicæ.*

DUENN. — Petrus Duennas edidit opus cui titulus est : *Regulæ.*

DUGUET. — Jacobus Josephus Duguet, natione Gallus, theologiæ professor Lutetiæ, Quesnelli amicus, sese opposuit constitutioni *Unigenitus*, ideoque per multas regiones vitam errantem degere coactus est. Obiit Lutetiæ, 1733. Multa et optima scripsit opera. *Duguet, solide et touchant,* inquit abbas Trublet, *tient de Nicole et de Fénelon : Traités dogmatiques sur l'Eucharistie, sur les exorcismes et sur l'usure, — Commentaires sur l'ouvrage des six jours et sur la Genèse, — Explication du livre de Job, — Explication de 75 psaumes, — Plusieurs autres commentaires sur l'Ecriture, — Traité des principes de la foi chrétienne, — Conférences ecclésiastiques, — De l'institution d'un prince,* ou *Traité des qualités, des vertus et des devoirs des souverains.*

DUHAM. — Duhamel Joannes Baptista, natione Gallus, in Normannia natus, e congregatione Oratorii, deinde parochus, cancellarius tandem Ecclesiæ Bajocensis, electus a Colbert fuit secretarius Academiæ scientiarum. Clarus est et ingenio et scientia necnon operibus quorum præcipua sunt : *Theologia speculatrix et practica, — Astronomia physica, — De meteoris et fossilibus, — De consensu veteris et novæ philosophiæ, — Histoire de l'Académie des sciences.*

DUN. DE CHARN. — Franciscus Ignatius Dunod de Charnage, natione Gallus, decessit anno 1752, scientia et probitate clarus. Scripsit opera plura inter quæ : *Traité des prescriptions, — De la mainmorte et des retraits, — Mémoires du comté de Bourgogne.*

DUPASQ. — Sebastianus Dupasquier, Minorita conv., sacræ theologiæ doctor emeritus; pater provinc. S. Bonaventuræ, et conventus Camberiensis alumnus, XVII sæculo florebat. Litteris mandavit : *Summam philosophiæ scholasticæ,* — et *Summam theologiæ Scoticæ.*

DU PIN. — Gabriel Du Pineau, natione Gallus, Andegavi natus anno 1573, in eadem urbe decessit 15 octob. 1644. Jurisconsultus celebris fuit; vicissim consiliarius ad præsidiale et dux generalis magisterque Andegavi. Cujus opera sunt : *Quæstiones et consultationes, — Notæ in jus canonicum Latinæ.*

DUPIN. — Ludovicus Elies Dupinius, natione Gallus, in Normannia natus anno 1657, clericus, illustris doctor Sorbonicus, agitatam post vitam, Lutetiæ decessit anno 1719. Jansenianæ parti addictus erat. Maximus ordo, stylus parum correctus, sed facilis et nobilis, moderatæque opiniones in suis operibus eminent. Hujus præcipuum opus est : *Nova bibliotheca auctorum ecclesiasticorum, cum tractatu de antiqua Ecclesiæ disciplina.*

DURAND. — Bartholomæus Durandus, Gallus, Antipolensis, jubilatus lector provinciæ S. Ludovici regul. observ. ac pater, vir ingenio clarus, sermone scholasticus ac religiosissimus, florebat desinente XVII sæculo. Scripsit ac edidit opera sequentia : *Clypeus Scoticæ theologiæ contra novos ejus impugnatores, — Fides vindicata, quatuor libris comprehensa, in quibus refutantur hæreses, — Dissertationes ecclesiasticæ pro foro tam sacramentali, quam contentioso, — Rationale divinorum Officiorum.*

DURAND. — Guillelmus Durandus, cognominatus *Speculator,* natione Gallus, doctor, juris canonici professor apud Modenas, capellanus summi pontificis Clementis IV, et auditor palatii, missus ad concilium Lugdunense celebratum anno 1274, denique episcopus factus Mimatensis anno 1286, Romæ migravit ad Dominum anno 1296. Cujus opera : *Speculum judiciale, — Repertorium aureum juris, — Rationale divinorum Officiorum.*

DURAND. — Joannes Stephanus Durandus (Duranti), natione Gallus, advocatus generalis, deinde primus præses ad parliamentum factus ab Henrico III, occisus fuit tempore furorum (de la Ligue), anno 1589. Opus illi attributum fuit optimum cui titulus est : *De ritibus Ecclesiæ catholicæ.*

DUV. — Andreas Duvallius, natione Gallus, regius in Sorbona professor, theologus non magni pretii, Richerii infensus hostis, obiit anno 1638. Plura opera composuit : *Commentarium* scilicet *in Summam S. Thomæ, — De suprema Romani pontificis in Ecclesiam potestate.*

# E

ECHARD. — Echardus Jacobus, natione Gallus, Rothomagi natus anno 1644, ordinis Prædicatorum, Lutetiæ obiit 1724. Partim scripsit opus cui titulus est : *Scriptores ordinis Prædicatorum recensiti notisque historicis et criticis illustrati.* Scripsit quoque : *Sancti Thomæ Summam suo auctori vindicatam.*

ECKED. — *Forsitan* Eikelius, Eichelius De Rautenkron Joannes, jurisconsultus et litterarum cultor, natione Germanus, qui plura opera ad jurisprudentiam attinentia composuerat, obiit 1688. Citantur hujus Ecked : *Commentaria ad titulum ff de rebus dubiis.*

ECKIUS. — Eckius vel Echius Joannes, natione Germanus, natus anno 1486, theologiæ professor doctissimus, multa scripsit adversus Lutherum, Carlostadt, Melanchthon, et fortiter egit contra Protestantes; migravit ad Dominum anno 1543. Cujus sunt : *Homiliæ, — Opera contra Lutherum, — Tractatus duplex de sacrificio Missæ, — Commentaria in prophetam Aggæum.*

EHVENT. — Adamus Ehventreich, Societatis Jesu, cui attribuitur opus : *Principiorum de usu probabilis opinionis declaratio.*

EISELIN. — Michael Eiselinus, natione Germanus, patria Gamundianus in Suevia, sacræ theologiæ

Digitized by Google

doctor, accessit ad Societatem Jesu anno 1584. Philosophiam triennio, theologiam 21 annis professus est Dilengæ et Ingolstadii, ingenti plausu atque fructu. Ictus apoplexia prope Constantiam migravit ad Dominum die 16 novemb. 1613. Edidit : *Disputationes theologicas de divina gratia.*

Eisenh. — Eisenhart Joannes Fridericus, doctus jurisconsultus, natione Germanus, juris professor, obiit 1783. Multa opera scripsit, inter quæ præcipua sunt : *De jure diplomatico*, — *Institutiones historiæ juris litterariæ*, — *Institutiones juris Germanici privati.*

Eliel. — Benjaminus Eliel, Belga, ex Minoritis Recollectis prov. Argentinæ, seu superioris Germaniæ, sacræ theologiæ professor publici juris, ineunte XVIII sæculo fecit : *Theologiam moralem sacramentalem, per modum conferentiarum ca ibus practicis applicatam.*

Eliz. — Michael de Elizalde, natione Hispanus, patria Echalarensis in diœcesi Pampilonensi, Societatem Jesu complexus est anno 1635. Docuit humaniores litteras, philosophiam et decem annis theologiam scholasticam partim Vallisoleti, partim Salmanticæ, partim Romæ, deinde Neapolim missus, collegii S. Francisci Xaverii studiis præfuit. Redux in Hispaniam Vallisoleti præfecturam studiorum aliquandiu gessit. Edidit dum Neapoli degeret : *Formam veræ religionis quærendæ et inveniendæ.*

Emman. a Mont. Olivet. — Emmanuel a Monte Oliveti, Lusitanus, ex oppido Villa del Conde, provinciæ Portugalliæ Regul. observant. alumnus, jubilatus lector, definitor, ac in jure canonico et regulari eruditissimus, prælo dedit vernacule satis egregium opus inscriptum : *Practica regularis, ac modus procedendi in visitationibus judicialibus alumnorum Seraphicæ religionis*, — *De casibus reservatis.*

Engel. — Ludovicus Engel, Austriacus, Walgramiensis, ordinis S. Benedicti, Mellicii professus, in universitate Salisburgensi SS. Canonum professor longe celeberrimus in lucem emisit versus medium XVII sæculi : *Collegium universi juris canonici.*

Engelbr. — Hermannus Henricus Engelbrecht, natione Germanus, jurisconsultus, juris professor, et tribunalis præses, obiit 1760. Cujus præcipua opera : *De meritis Pomeranorum in jurisprudentiam naturalem*, — *Selectiores consultationes collegii jurisconsultorum academiæ Gryphiswaldensis.*

Engelgrav. — Henricus Engelgrave, natione Belga, Antuerpiæ natus, Societatis Jesu, professor in multis collegiis et denique rector Antuerpiæ. Obiit Antuerpiæ 8 mart. 1670. Magna scientia præditus erat. Multa opera edidit quorum præcipua sunt : *Lux evangelica in omnes dominicas, duobus tomis*, — *Cœleste pantheon in festa et gesta sanctorum*, — *Cœlum empyreum in festa per annum, et in omnes ordinum patriarchas et particulares tutelares..*

Epiphan. — S. Epiphanius, Ecclesiæ Pater, in Palæstina natus, Salaminæ episcopus factus, anno 368, adversus Origenem, Arium, Apollinarem impugnavit, migravit ad Dominum, anno 403. Vide S. Epiphanii opera in *Patrologia Græca*, edit. Migne.

Erasm. — Desiderius Erasmus in Hollandia natus, anno 1467, obiit 12 julii 1536. Totum mundum fere peragraverat, apud omnes benigne receptus curias; ingenio, scientia et scriptis clarus erat. Multa opera edidit inter quæ : *Dementiæ laudes*, — *Colloquia*, — *Novi Testamenti versio.*

Ercol. — Ercolus Hieronymus, jurisconsultus Romanus : *Dissert. del giuoco del lotto, che sia degno di essere da per tutto proibito.* (Tom. V, 238.)

Esbach. — Esbach, jurisconsultus, opera jurisconsulti Carpzovii notis ampliavit.

Escob. — Antonius de Escobar et Mendoza, natione Hispanus, patria Vallisoletanus, Societatem Jesu complexus anno 1604; vir scientia, zelo, sanctitate, devotione erga sacram Virginem clarus, et eximius prædicator, efflavit animam omnibus virtutibus ornatam Vallisoleti, die 4 julii, anno 1669. Edidit laboriosissimus ille plura opera, quorum præcipua : *Commentaria in Evangelia sanctorum, et temporis, panegyricis moralibus illustrata*, — *Vetus et novum Testamentum litteralibus et moralibus commentariis illustratum*, — *Universæ theologiæ receptiores sententiæ*, — *Liber theologiæ moralis.*

Espars. — Martinus de Esparsa Artieda, natione Hispanus, e Societate Jesu, quam complexus est anno 1621, florebat XVII sæculo. In pluribus locis professor fuit philosophiæ et theologiæ, deinde censor librorum a Societate Jesu edendorum, qualificator sacræ Inquisitionis Romanæ et consultor sacræ congregationis Rituum. Edidit *Cursum theologicum, libris decem*, — *De immaculata conceptione B. Mariæ Virginis deducta ex origine peccati originalis*, — *De virtutibus moralibus in communi.*

Espen. — Claudius d'Espence, Latine Espencæus, natione Gallus, Sorbonicus doctor, vir judicio et modestia eminens, bonus prædicator, Lutetiæ decessit 1571. Multa reliquit opera eleganter et nobiliter scripta : præcipua sunt : *De matrimoniis clandestinis*, — *Commentaria in epistolas S. Pauli ad Timotheum et ad Titum*, — *De institutione principis Christiani.*

Espen., vide Van Espen.

Esti. — Guillelmus Estius (William Hessels Van Est), natus in Hollandia, anno 1542, clarus theologus, doctor Lovaniensis, theologiæ professor Duaci, seminarii superior, præfectus ecclesiæ S. Petri et cancellarius Universitatis, obiit in hac urbe 1613. Edidit multa opera quorum præcipua : *Commentaria in Magistrum sententiarum*, — *Commentaria in Epistolas S. Pauli*, — *Notæ in loca difficiliora Scripturæ sacræ....*

Eugen. Lombard., vid. Sfondratus.

Euripid. — Euripides, natione Græcus, Salaminæ natus anno (A. C.) 480, illustris poeta tragicus, primus minister Archelai, rex Macedoniæ, decessit anno 407. Composuerat 75 tragœdias, quarum 19 supersunt et 132 versus vicesimæ.

Euseb. — Pamphilus Eusebius, circiter 267 natus, episcop. Cæsariensis anno 313, concilio Nicæno adfuit 325, et condemnationi errorum Arii subscripsit. Obiit anno 338. Multa reliquit eximia opera : *Historia ecclesiastica*, — *Chronicon*, — *De præparatione et demonstratione evangelica*, — *Commentaria in Psalmos et Isaiam.* Vide hujus opera in *Patrologia Græca*, edit. Migne.

Euthim. — Euthimius Zigabena, monachus Constantinopolitanus in XII sæculo, jussus ab Alexio I, opus composuit cui titulus est : *Panoplia*, seu confutatio omnium errorum. Scripsit quoque *Commentaria in Psalmos, in Cantica et in Evangelia.*

Evagr. — Evagrius, cognomine Scholasticus, Epiphaniæ natus anno 536, advocatus, deinde Antiochiæ quæstor, *Historiam ecclesiasticam* composuit, in sex libros distributam.

Evei. — Jacobus Eveillon, natione Gallus, canonicus Andegavensis, natus anno 1572, migravit ad Dominum 1651. Misericordia erga pauperes insignis, hic doctus clericus plura composuit opera quorum præcipua sunt : *De processionibus ecclesiasticis*, — *De recta psallendi ratione*, — *Traité des excommunications et des monitoires.*

Everard. — Everardi Nicolas (Klaas Everts), in Zelandia natus, jurisconsultus, canonicus Bruxellarum, consiliarius curiæ supremæ, in hac urbe decessit anno 1532. Edidit : *Topica juris, sive loci argumentorum legales*, — *Consilia, sive responsa juris.*

Eyb. — Eybel Josephus Valentinus, natione Gallus, professor juris canonici Viennæ, obiit 1805. Cujus duo præcipua opera sunt : *Ordre des principes de la jurisprudence ecclésiastique*, — *Corps de droit*

Digitized by Google

*pastoral moderne*, — *Introduction au droit ecclésiastique des catholiques.*

EYMERIC. — Eymericus Nicolaus, ordinis Prædicatorum, natione Hispanus, Gerundæ obiit anno 1399. Inquisitor fuit contra Valdenses, capellanus Gregorii XI, et causarum hæreticarum judex. Cujus præcipuum opus : *Directorium inquisitorium.*

# F

FAB. (A.)—Antonius Faber (Favre), jurisconsultus celebris XVII sæculi, natione Gallus, Sabaudiæ senatus protopræses, obiit 1624. Plurima de jure egregie scripsit : *De erroribus interpretum juris*, —*Comment. in Pandectas*, — *Codex Fabrianus....*

FAB. (M.) — Mathias Faber, natione Germanus, gente Bavarus, procancellarius Universitatis de Catholica religione in Palatinatu optime meritus, Societatem Jesu jam senex complexus est, et obiit Tyrnaniæ anno 1353. Ante ingressum in Societatem Jesu ediderat Latine : *Concionum opus tripartitum*, — *Controversias contra Altorfienses professores.*

FAB. (Ph.) — Philippus Faber, Faventinus, Convent. theologus vere doctus, in universitate Patavina sacræ theologiæ publicus professor, ordinis Minorum, ineunte XVII sæculo florebat. Scripsit : *Quæstiones præcipuas philosophiæ, juxta mentem Scoti*, — *Commentaria in quatuor libros Sententiarum*, — *Disputationes theologicas de pœnitentia*, — *Expositiones in metaphysicam....* — Alius est Faber Xaverius, ordinis Minorum, qui scripsit opus cui titulus est : *Compendium de casibus reservatis.*

— Cujusdam Fab. Pet. citantur Commentaria ad titulum *De regalibus juribus.*

FABRIC. — Fabricius Joannes Albertus, natione Germanus, eloquentiæ professor Hammoniæ, eruditissimus et doctissimus bibliographorum, natus Lipsiæ anno 1668, apud Hammonienses decessit, 5 april. 1736. Scripsit multa opera quorum præcipua sunt : *Codex apocryphus Novi Testamenti collectus*, — *Bibliotheca Græca, sive notitia scriptorum veterum Græcorum quorumcunque monumenta integra aut fragmenta edita exstant*, — *Bibliotheca Latina ecclesiastica.*

FABROT. — Fabrotus Carolus Annibal, natione Gallus, in Provincia natus anno 1580, in eadem Provincia professor juris et consiliarius ad Parliamentum, obiit 1659. Cujus præcipua opera sunt : *Notæ in Instituta Justiniani*, — *Tractatus de usura*, — *Collectio constitutionum ecclesiasticarum*, — *Bibliotheca juris canonici.*

FACHIN.—Fachineus vel Fachinus, forte jurisconsultus cui attribuitur opus quod titulum præbet : *Controversia juris.*

FAGNAN. — Fagnanus Prosper, patria Romanus, peritus jurisconsultus, per quindecim annos secretarius sacræ Congregationis, oculis orbatus 44 anno ætatis suæ, attamen usque ad obitum 1678 labori incubuit. Scripsit eximium opus cui titulus est : *Commentaria in decretales.*

FAGUND. — Stephanus Fagundez, Societatis Jesu, natione Hispanus, vir doctus et pius, migravit ad Dominum anno 1645. Scripsit : *In præcepta Ecclesiæ et Decalogi*, — *De justitia et contractibus.*

FARGN. — Franciscus de Fargna, doctor utriusque juris, scripsit opus cui titulus est : *De jurepatronatus.*

FARINAC. — Prosper Farinacius (Farinacci), celebris jurisconsultus, patria Romanus, natus anno 1554, vir dubia probitate, munere procuratoris fiscalis maxima cum severitate functus est; non pauca scripsit opera inter quæ : *Decisiones Rotæ Romanæ*, — *Theoria criminalis*, — *Consilia.*

FASSON. — Fassoni Liberatus, doctus monachus ordinis Scholarum piarum, obiit Romæ anno 1767. Scripsit : *De cultu Christo a magis adhibito*, — *De piorum in sinu Abrahæ beatitudine ante Christi mortem*, — *De Leibnitiano rationis principio*, — *De miraculis adversus Ben. Spinosam.*

FELIN. — Felinus Sandæus, jurisconsultus, ineunte XVI sæculo florebat; Rotæ causarum auditor fuit sub Alexandro VI. Scripsit : *Commentarios in libros decretalium*, — *Historiam Alphonsi Aragonis.*

FENECH. — Fenech Joannes Lucas, juris utriusque doctor, Romæ parochus, scripsit librum cui titulus est : *Flores casuum conscientiæ.*

FERRAR. — Ferrari vel Ferrarius Franciscus Bernardinus, Mediolanensis doctor, anno natus 1577, obiit 1669. Peragravit Italiam et Hispaniam ut libros colligeret. Scripsit : *De ritu sacrarum concionum*, — *De veterum acclamationibus et plausu libri septem* — *Thesaurum antiquitatis Romanorum....*

FERRET. — Emilius Ferret, peritus jurisconsultus XVI sæculi, natione Italus, secretarius S. Pontificis Leonis X, consiliarius ad Lutetiæ parliamentum, obiit 1552. Scripsit : *Opera juridica.*

FEVARD. — Franciscus Fevardentius, ordinis Minorum, natione Gallus, sacræ theologiæ doctor, Constantiæ Neustriacæ natus 1541, contra hæreticos ardenter prædicavit : multa cujus exstant opera : *Theomachia Calvinista*, — *Historia Jobi*, — *Homiliæ.* Migravit ad Dominum anno 1610.

FILARG. — Petrus Filargus, ordinis Minorum, doctor refulgidus, episcopus Mediolanensis, cardinalis, deinde papa electus 1409, sub nomine Alexandri V, multa opera scripsit, quorum præcipua : *Commentaria in quatuor libros Sententiarum*, — *Quodlibeta*, — *Regulas cancellariæ.*

FILLIUC.—Vincentius Filliucius, natione Italus, patria Senensis, e Societate Jesu, rector primum Senensis collegii, pœnitentiarius deinde papæ constitutus est et responsor ad quæstiones conscientiæ, donec obierit Romæ anno 1622. Scripsit : *Moralium quæstionum de Christianis officiis, et casibus conscientiæ ad formam cursus*, — *Appendicem posthumam de statu clericorum.*

FLAV. JOSEPH., vide Josephus.

FLEURY. — Fleury Claudius, clericus, natione Gallus, sub-præceptor puerorum principum Galliæ, unus ex Academia, vir doctrina, scientia et virtutibus omnibus clarus, migravit ad Dominum anno 1723. Multa opera scripsit quorum præcipua : *Histoire ecclésiastique*, — *Histoire de l'Eglise gallicane*, — *Institution au droit ecclésiastique*, — *Mœurs des premiers Chrétiens*, — *Catechismus philosophicus*, — *Histoire du droit français.*

FLODOARD. — Flodoardus seu Frodoardus, historicus Ecclesiæ Rhemensis, natione Gallus, clericus, deinde monachus, obiit in monasterio S. Remigii anno 966. Scripsit : *Chronicon seu historiam Ecclesiæ Rhemensis.*

FLOREZ. — Florez Henricus, natione Hispanus, natus anno 1701, ordinis S. Augustini, doctissimus monachus, obiit 1772. Scripsit opus cui titulus est : *España sagrada, theatro geografico-historico de la Iglesa de España.*

FLORIAN. — Joannes Petrus Claris de Florian, natione Gallus, unus ex Academia, obiit Cellis 1794. Multa opera edidit sermonis suavitate insignia, quorum præcipua : *Nouvelles*, — *Fables nouvelles*, — *Numa Pompilius*, — *Contes.*

FLORIMUND. DE REMUND. — Florimundus de Remundo, natione Gallus, consiliarius ad parliamentum Burdigalense, obiit anno 1602. Scripsit plures tractatus inter quos eminent : *Tractatus de Antichristo*, — *De origine hæreseon.*

FONTAN. — Franciscus Fontana, provinciæ Lombardiæ, patria Comensis, ordinis Prædicatorum, concionator celebris, theologus apprime doctus, cujus cum laude meminerunt Alphonsus Fernandez et Maraccius. Floruit anno 1595, et fuit prior in pluribus conventibus. Edidit *De rosario beatissimæ V. Mariæ librum unum.*

FONTAN. JACOB. — Fontana Jacobus, natione

Flandrensis, e Societate Jesu, Romæ decessit, anno 1761; peritus et ardentissimus fuit Ecclesiæ defensor. Edidit præcipue opus *De bulla Unigenitus.*

FONTANIN. — Fontanini Justus, natione Italus, archiepisc. Ancyrensis, canonicus Ecclesiæ S. Mariæ Majoris, Romæ obiit anno 1736. Doctissimus erat et fere cum omnibus doctis commercio utebatur epistolarum. Inter præcipua opera hujus episcopi numerantur: *De corona ferrea,* — *Biblioteca dell' eloquenza italiana,* — *Achates Isiacus annularis commentariolo illustratus ex musæo Alex. Capponii,* — *Vindiciæ antiquorum diplomatum,* — *De antiquitatibus Hortæ coloniæ Etruscorum.*

FORNAR. — Martinus Fornarius, natione Italus, patria Brundusinus, e Societate Jesu, professor litterarum humaniorum, migravit ad Dominum Romæ, in domo professorum, anno 1612. Scripsit: *Institutionem confessariorum ea continentem, quæ ad praxim audiendi confessiones pertinent,* — *Annotationes et additiones de sacro ordine.*

FORSTER. — Forsterus Nathaniel, theologus, philologus, natione Anglus, sacræ theologiæ doctor, plurium episcoporum capellanus, canonicus Ecclesiæ Bristollii, deinde prædicator regis, apud Westmonasterium migravit ad Dominum, anno 1757. Præcipua hujus opera sunt: *Platonis dialogi quinque,* — *Tractatus de matrimonio minorum,* — *De antiquitate artium,* — *Popery destructive of the evidence of christianyty.*

FORTI. — Forti Petrus Maria, e Societate Jesu, scripsit opus cui titulus est: *Tractatus de conservatoribus.*

FORTUNAT. — Fortunatus a Brixia, hujusce civitatis episcopus, in Longobardia, philosophus Longobardorum cognominatus est. Familiaris erat S. Germano Parisiensi. Migravit ad Dominum anno 569. Ei attribuitur: *Philosophia sensuum mechanica.*

FORTUNAT. VENANT. — Fortunatus Venantius, episcopus Pictaviensis, natione Italus, egregius poeta, migravit ad Dominum anno 609. Vide opera fortunati in *Patrologia Latina,* edit. Migne, tom. LXXXVIII.

FRANCES. M. — Michael Antonius Frances de Urrutigoyti, archid. Cæsaraugustanus, cujus citatur opus cui titulus est: *De ecclesiis cathedralibus.*

FRANCES. THOM. — Thomas Frances de Urrutigoyti, Hispanus, Cæsaraugustæ natus et Didaci Barbastrensis episcopi germanus frater, provinc. Aragonum regularis observ. filius, ac ex-minister provincialis, lector jubilatus, et ordinis ex-secretarius generalis, florebat XVII sæculo, vir quidem apprime doctus, Latine edidit: *Certamen scholasticum, expositivum argumentum pro Deipara, continens, quæ de instanti conceptionis possunt.* . . . . et alia multa opera.

FRANCIOTT. — Franciotti Cæsar, natione Italus, clericus regularis S. Mariæ de Luca, edidit opus cui titulus est: *Historia sacra Lucensis,* 1613.

FRANCISC. (S.) PAT. — S. P. Franciscus Assisias, natione Italus, natus in Umbria, anno 1182, patriarcha Minorum, vir insigni virtute præditus, migravit ad Dominum, anno 1226. *Varia* scripsit *opuscula,* — *Orationes diversas,* — *Epistolas,* — *Collationes monasticas,* — *Apophthegmata,* — *Familiaria,* — *Colloquia,* — *Parabolas,* — *Oracula et sententias,* ac varia alia.

FRANCISC. A MARC. — Franciscus de Marchia, Picenus, Minorita, scripsit: *Commentaria in libros naturales Aristotelis,* — *In quatuor libros Sententiarum,* — *In quatuor evangelistas.*

FRANCISC. DE CAND. — Franciscus a Candia, *doctor fertilis* appellatus, scripsit: *In quatuor libros Magistri sententiarum uberes commentarios.*

FRANCK. — Franck Joannes Christianus, jurisconsultus, natione Germanus, scripsit: *Bibliothecam academicam,* — *Institutiones juris cambialis.*

FRANCOLIN. — Balthasar Francolinus, natione Italus, Societatem Jesu complexus est anno 1666, theologiam et philosophiam Romæ docuit, et in collegio Romano obiit anno 1709 eximius scientia et virtute. Scripsit: *Tyrocinium theologicum,* — *Disciplinam pœnitentiæ.*

FRANCUS. — Philippus Francus, jurisconsultus cui tribuitur opus: *Commentaria in Decretales.*

FRANTZKE. — Frantzke Georgius, jurisconsultus, natione Germanus, juris professor et cancellarius curiæ justitiæ apud Gotham, anno 1659 obiit. Scripsit: *Doctrinam de laudemiis,* — *Commentaria ad priores XXI libros Digestorum,* — *Resolutionum libros tres,* — *Commentarium ad instituta.*

FRASS. — Claudius Frassen, natione Gallus, natus anno 1620, ordinis Minorum, definitor generalis S. Francisci Observantiæ, doctor Sorbonicus, custos Lutetiæ, in hac urbe migravit ad Dominum, anno 1711. Scripsit: *Scotum academicum,* — *Philosophiam,* — *Theologiam,* — *Disquisitiones theologicas.*

FRAXINELL. — Fraxinellus Paulus, natione Italus, alumnus congregationis Lombardiæ, vixit sæculo XVII, S. Theologiæ doctor, vir insigni eruditione ornatus, Bononiæ theologiæ professor. Erat consultor S. Inquisitionis, et ab Urbano VIII pontifice maximo constitutus fuit vicarius generalis apostolicus congregationis Carbonariæ: Bononiæ 1639 exspiravit. Ordinis erat S. Augustini. Edidit opus cui titulus est: *De sacerdotum obligationibus ad missas pro aliis ex justitia celebrandas.*

FREHER. — Freherus Marguardus, natione Germanus, jurisconsultus, juris professor, adhibitus in rebus difficillimis ab electore Friderico IV, obiit 13 Maii 1614. Multa opera scripsit quorum præcipua: *Origines Palatinæ,* — *De inquisitionis processu,* — *Rerum Bohemicarum scriptores,* — *Rerum Germanicarum scriptores,* — *Corpus historiæ Franciæ.*

FRITSCH. — Fritsch Ahasyerus, natione Germanus, erudítus, jurisconsultus, philosophus, obiit anno 1701. Composuit ducenta opera, sexaginta jurisprudentiæ, et ascetica tredecim: *De primariis precibus imperialibus.*

FROMAG. — Vincentius Fromageau, theologus et casuista Lutetiæ natus XVII sæculo, doctor Sorbonicus, humilitate, pietate et scientia clarus, migravit ad Dominum anno 1705. Edidit *Decisiones casuum conscientiæ.*

FUGA. — Vincentius Fuga, historiæ et geographiæ in seminario Patavino lector, edidit opus cui titulus est: *Notitiæ orbis sacri et profani.*

FULGENT. (S.) — Fabius Claudius Gordianus Fulgentius, natione Africanus, primum monachus, dein episc. Ruspensis, adversus Arianos fortiter restitit, exsulque a Trasimundo, rege Vandalorum, Sardiniam adiit. Hilderico regnante in Italiam rediit; obiit 533. Vir ille eximius virtute et scientia multa theologica opera composuit quæ legere est in *Patrologia Latina,* edit. Migne, tom. LXV.

FUM. Bartholom., vide Armilla.

# G

GAB. BIEL. — Gabriel Biel, unus ex illustrissimis scholasticis sui sæculi, philosophiam et theologiam diu Tubingæ docuit, ubi decessit, anno 1495. Edidit: *Commentaria in lib. Sententiarum,* — *Expositionem in canonem Missæ.*

GAB. — Gabriel, ordinis Minorum, lector capucinus, edidit opus cui titulus est: *Theologia moralis.*

GAGLIARD. — Gagliardus Paulus (Gagliardi), doctus canonicus Brixiæ, ubi decessit anno 1742.



Digitized by Google

Multa opera scripsit inter quæ eminent : *Note a' vescovi Bresciani d'Ughelli*, — *Institutiones juris canonici.*

Gail. — Gailus Andreas, natione Germanus, peritus jurisconsultus, in negotiis difficilioribus adhibitus ab imperat. Maximil. II et Rudolpho II, multos edidit tractatus de jure : *Decisiones cameræ imperialis*, — *Practicas observationes.*

Gaitt. — Jacobus Gaitte, Sorbonicus doctor, canonicus Lucconensis, Lugduni edidit opus (1678) cui titulus est : *Tractatus de usura et fœnore.*

Galan. — Galanus Clemens, natione Italus, patria Neapolitanus, Theatinus, missionarius in Armenia, edidit in lucem opus percelebre cui titulus est : *Conciliatio Ecclesiæ Armeniæ cum Ecclesia Romana, ex testimonio Patrum et doctorum Armeniæ.*

Galatin. — Galatinus Petrus Colonna cognominatus, ordinis Minorum, peritus in linguis et in theologia, contra Judæos in lucem emisit opus cui titulus est : *Opus de arcanis catholicæ veritatis.* Adhuc inter vivos erat Galatinus anno 1532.

Galen. — Galenus Claudius, Pergami natus, in Asia Minore, anno 131, celeberrimus medicus si excipias Hippocratem, Antonio, Marco Aurelio et Lucio Vero imperantibus florebat. Scripsit opera sequentia : *De anatomicis administrationibus*, — *De usu partium*, — *De loc. affectu*, — *De curandi ratione per sanguinis missionem*, — *Commentaria ad aphorismata Hippocratis.*

Galeot. — Galeota Fabio Capece, Neapolitanus, consiliarius regis, dein regens consilii magni Italiæ in xvii sæculo, edidit opus cui titulus est : *De officiorum ac realium prohibita sine principis auctoritate commutatione et alienatione, eorumque restricta successione*, — et alia, quibus tituli : *Responsa fiscalia*, — *Controversiæ legales.*

Galesin. — Petrus Galesini, Mediolanensis protonotarius, historicus, clericus, sub Gregorio XIII et Sixto V florebat. Annotavit *Martyrologium Romanum.* Scripsit opus cui titulum dedit : *Teatro pontificale.* Migravit ad Dominum circiter anno 1590.

Galfrid. — Galfredus vel Godefridus de Fontibus, Anglus, a morum gravitate cognominatus *Doctor venerandus*, florebat circa annum 1240 : Vir egregia præstans auctoritate ad regendum, eruditione ad docendum, guardianum Parisiensem egit, ubi etiam publice prælegit. Scripsit : *In Magistrum sententiarum, lib. quatuor*, — *Quodlibeta multa*, — *Expositionem in regulam S. Francisci*, — *De infantia S. Edmundi.*

Galifect. — Galifect Josephus, e Societate Jesu, composuit percelebre opus cui titulus est : *De cultu sacrosancti cordis Jesu*, Romæ editum, 1726.

Gallett. — Galletti Petrus Ludovicus, Romæ natus anno 1721, ordinis S. Benedicti, præsul Cyrenensis, obiit anno 1790. Scripsit multa opera inter quæ præcipua sunt : *Del primicerio della santa sede Apostol.*, — *Ragionamento dell' origine e de' primi tempi dell' abadia Florentina.*

Gall. — Franciscus Galli, jurisconsultus Brixianus, edidit opus cui titulus est : *De contractibus.*

Gallicc. — Galliccioli Joannes Baptista, natione Italus, in Orientis cognitione peritus, Venetiis linguam Hebraicam et Græcam docuit. In hac urbe decessit anno 1806. Scripsit : *In edit. Gregorii Magni*, — *Isagog.* — *Dizionario Latino-Italiano della sacra biblia*, — *Dissertatione dell' antica lezione degli Ebrei, e dell' origine de' punti*, — *Memorie Venete antiche, profane ed ecclesiastiche.*

Gamach. — Gamachæus Philippus, abbas S. Juliani Turonensis, doctor et professor Sorbonicus, vir scientia, eruditione, ratiocinio eximius, migravit ad Dominum, anno 1625. Scripsit : *Commentaria in Summam S. Thomæ.*

Gambacurt. — Petrus Gambacurta, natione Siculus, e Societate Jesu, philosophiam docuit necnon theologiam in Sicilia, in Gallia, denique Romæ. Vir summo consilio ac prudentia clarus, Panormi, collegium ac domum professorum cum laude administravit. Migravit ad dominum Calendis septembris, anno 1605. Edidit : *De immunitate Ecclesiarum, in constitutionem Gregorii XIV, lib. octo.*

Gandav. — Henricus Gandavensis, Doctor solemnis, natione Belga, doctor et professor Sorbonicus, Tornacensis archidiaconus, in hac urbe decessit anno 1293. Scripsit : *In libros Sententiarum*, — *Catalogum scriptorum ecclesiasticorum.*

Garamp. — Garampi Josephus, natione Italus, gente nobilis, multoties legatus fuit ad reges a Clemente XIII, et Clemente XIV, et Pio IV. Cardinalis et episcopus creatus fuit Montis Faliscorum. Edidit : *Memorie ecclesiastiche, appartenenti all' istoria ed al culto della beata Chiara di Rimini*, — *Saggio di osservazioni sul valore delle antiche monete pontificie.*

Garc. — Nicolaus Garcias, natione Hispanus, doctus jurisconsultus, canonicus Abulensis, florebat xvii sæculo. Scripsit : *Tractatum de beneficiis.*

Garnier. — Garnierus Joannes, natione Gallus, Lutetiæ natus, e Societate Jesu, migravit ad Dominum anno 1681. Vir scientia, judicio clarus, in casibus conscientiæ dirimendis peritissimus. Edidit : *Librum diurnum Romanorum pontificum*, — *Systema bibliothecæ collegii Parisiensis Societatis Jesu*, — *Organi philosophiæ rudimenta.*

*Gastald. — Gastaldus Hieronymus (Gastaldi), natione Italus, archiepiscopus Beneventi et cardinalis, vir charitate et beneficiis illustris, migravit ad Dominum anno 1685. Scripsit : *Tractatum de avertenda et profliganda peste politico legali.*

Gattic. — Gattico Joannes Baptista, natione Italus, e congregatione S. Joannis Lateranensis, Romæ studuit et Neapoli, Lucis Romæque philosophiam et theologiam docuit. Obiit anno 1754. Scripsit : *De oratoriis domesticis, et de usu altaris portatilis juxta veterem ac recentem Ecclesiæ disciplinam ecclesiasticorum sæculariumque virorum singula jura et privilegia complectentem.*

Gaudent. a Jan. — Gaudentius a Janna edidit opus cui titulus est : *De visitat.*

Gaudent. — Gaudentius Capucinus edidit opus cui titulus est : *Theologia scholastica ad mentem S. Bonaventuræ.*

Gault. — Gault Eustachius, natione Gallus, episcopus Massiliensis, primum e congregatione Oratorii, migravit ad Dominum anno 1640. Edidit : *Tabulas chronologicas*, — *Discours de l'Etat et couronne de Suède.*

Gavant. — Gavantus Bartholomæus, natione Italus, clericus regularis S. Pauli, Mediolani decessit anno 1638. Consultatoris congregationis Rituum et Barnabitarum ducis muneribus functus erat. Edidit : *Thesaurum sacr. rit. in rubricas missales et breviarium*, — *Manuale episcop.*, — *Praxim diœcesanæ synodi*, — *Visitationis episcopalis*, — *Octavarium Romanum.*

Gedd. — Geddæus (Geddes) Alexander, natione Scotus, jurisconsultus, ineunte xviii sæculo florebat, obiit anno 1802. Scripsit : *De verborum significatione.*

Gelen. — Victor Gelenius vel Gelenus, Germanus, patria Trevirensis, Rhenanæ provinciæ minorum Capucinorum minister, vir exemplaritate vitæ clarus, ac in scholastica et mystica theologia doctor egregius, florebat xvii sæculo. Prælo dedit Latine : *Summam practicæ theologiæ mysticæ in omnes ab infimis usque ad supremos divini animi status*, — *operationes et dispositiones magis notabiles.*

Gelen. — Gelenius Sigismundus, Erasmi amicus, Germanus, philologus Pragensis, obiit 1555. Edidit opera quorum tituli sunt : *Vindex libertatis Ecclesiæ*, — *Lexicon symphonum quatuor linguarum Græcæ scilicet, Latinæ, Germanicæ et Sclavinicæ.*

Genebrard. — Genebrardus Gislebertus, natione

Gallus, linguæ Hebraicæ professor in collegio regali, archiepiscopus Aquarum Gratianarum, unus ex doctissimis hujusce sæculi, sed non judicio præstantissimus, obiit 1597. (Il avait partagé les fureurs de la Ligue.) Scripsit multa opera quorum præcipua sunt : *Chronographiæ libri quatuor,—Commentarium in Psalmos,—Libros de Trinitate,—Scripta polemica.*

Genet. — Genetus Franciscus, patria Avenionensis, primum canonicus, deinde theologalis Avenionensis, tandem episcopus Vaisonensis, migravit ad Dominum anno 1702. Scripsit : *Theologiam moralem, seu solutionem casuum conscientiæ.*

Gennad. — Gennadius, presbyter Massiliensis, qui S. Augustini opiniones non admittebat de gratia et libero arbitrio, et ideo incidit in suspicionem Pelagianismi, obiit circa annum 492-493. Scripsit duos libros : *De viris illustribus, — Tractatum de dogmatibus ecclesiasticis.*

Genov. vel Genu. — Jurisconsultus, edidit opus cui titulus est : *Tractatus de scriptura privata.*

Genoves. — Genovesi Antonius, natione Italus, philosophus, in urbe Neapolis professor, œconomiæ civilis fundator, apud Neapolim obiit anno 1769. Plura opera composuit quorum præcipua : *Philosophia civilis, — De elementis metaphysicis, — De elementis theologiæ, — Philosophiæ meditationes de religione et ethica.*

Genuen. — Marcus Antonius Genuensis edidit opus cui titulus est : *Praxis archiepiscopalis curiæ Neapolitanæ.*

Georg. — Georgius Dominicus (Georgi), bibliographus, antiquitatis cultor, prælatus litterarum peritissimus, migravit ad Dominum Romæ, anno 1747. Scripsit multa opera quorum præcipua sunt : *De antiquis Italiæ metropolibus, — De varietate fortunæ, — De liturgia Romani Pontificis, — De cathedra episcopali.*

Ger. — Gerard Ephraim, natione Germanus, jurisconsultus, juris professor, obiit 1718. Scripsit varia opera jurisprudentiæ et philosophiæ inter quæ eminent : *De judiciis duellicis, — Delineatio philosophiæ orientalis, — De præcipuis sapientiæ impedimentis.*

Gerardacc. — Gerardaccius vel Ghirardaccius Cherubinus, natione Italus, alumnus congregationis Lombardiæ, filius cœnobii Bononiensis, ordinis S. Augustini, vixit sæculo xvi. Vir insigni eruditione ornatus et historiæ peritus, in lingua Italica duo volumina contexuit, quorum titulus : *Historia di Bologna.*

Gerardus. — Gerardus Rodolphus Graviensis edidit opus cui titulus est : *De litteris canonicis.*

Gerbert. — Gerbertus Martinus, natione Germanus, doctissimus prælatus, ordinis S. Benedicti, abbas monasterii S. Blasii, vir scientia, laboris amore, virtutibus clarus, migravit ad Dominum anno 1793. Multa opera scripsit : *Historia musicæ Ecclesiæ, — Apparatus ad eruditionem theologicam, — Theologia vetus et nova circa realem præsentiam Christi in Eucharistia, — Principia theologiæ exegeticæ, — Principia theologiæ dogmaticæ, — symbolicæ, — mysticæ, — moralis, — canonicæ, — liturgicæ, — scholasticæ, — De legitima Ecclesiæ potestate circa sacra, — De cantu et musica sacra....*

Gerbes. — Gerbesius Joannes (Gerbais), natione Gallus, doctor Sorbonicus, eloquentiæ professor in collegio regali, vir eruditione et ingenio clarus, migravit ad Dominum anno 1699. Scripsit Latine et Gallice, cujus sunt præcipua opera : *De causis majoribus, — Traité du pouvoir de l'Eglise et des rois sur le mariage....*

Gerdil. — Gerdilius Hyacinthus Sigismundus, natus in Sabaudia anno 1718, ordinis Barnabitarum, Maceratæ philosophiæ professor, cardinalis institutus a Pio VI, anno 1777, vir sapientia, virtutibus, scientia et scriptis clarus, sui temporis philosophus doctissimus et peritissimus, J. J. Russæum et Lockium miro modo confutavit, fatente ipso Russæo, migravit ad Dominum Romæ 1802. Cujus præcipua scripta sunt : *L'immatérialité de l'âme démontrée contre M. Locke, par les mêmes principes par lesquels ce philosophe démontre l'existence et l'immatérialité de Dieu, — Défense du sentiment du P. Mallebranche sur la nature et l'origine des idées, contre l'examen de M. Locke, — Introduction a l'étude de la religion, — Dissertations....*

Germon. — Germonio Anastasius, celeber canonista, in universitate Augustæ Taurinorum juris canonici professor, protonotarius apostolicus, et archidiaconus metropolitanæ ejusdem urbis, apud summos Pontifices legatus comitis Sabaudiæ, deinde legatus in Hispania summi Pontificis, ubi decessit anno 1627. Cujus præcipuum opus est *De jurisdictione ecclesiastica.*

Germon. — Germonius Bartholomæus, e Societate Jesu, Aureliæ natus anno 1663, in eadem urbe obiit anno 1718. Disputationibus suis celeber fuit cum Mabillonio et Constantio Benedictinis. Hujus citatur opus cui titulus est : *De Indult. Card.* Scripsit quoque : *Lettres et Questions sur l'histoire des congrégations* de Auxiliis *Patris Serry, Dominicani.*

Gerson. — Joannes Gerson, cognomento Cancellarius, natione Gallus, ex ordine Cœlestinorum, doctor *Christianissimus*, theologus doctissimus xiv sæculi, in diœcesi Rhemensi natus anno 1363, cancellarius Parisiensis, concilii Constantiæ lux et splendor fuit. Lugduni migravit ad Dominum 12 julii anno 1429. Plurima scripsit quatuor tomis distincta, stylo duro et incorrecto, sed nervoso. Utrum fuerit auctor *Imitationis J. C.*, vel non, quæstio fuit inter doctos.

Gerund. — Gerunda Andreas, natione Italus, patria Bariensis in Apulia, e Societate Jesu ; multis annis docuit philosophiam et theologiam, in Firmano collegio studiis præfuit, et Neapoli naturæ concessit anno 1652. Edidit *De episcopo libros quatuor sive De episcopatus ratione, necessitate, statu, causa....*

Gervas. Tilberiens. — Gervasius Tilberiensis, natione Anglus, Henrici II, Angliæ regis, nepos, florebat xiii sæculo, præfectus primarius castrorum regni Arelatensis factus fuit ab Othone imperatore IV. Scripsit : *Chronicon mundi, — Librum facetiarum, — Historiam Angliæ, — Mirabilia orbis.*

Geyler. — Geylerus, Geiles vel Gailer, Kaisersberg Joannes, natione Germanus, illustris doctor, percelebris prædicator, præbendarius magni chori Argentorati, anno decessit in hac urbe 1510. Scripsit : *Speculum consolationis, — Speculum mundi, et sermones.*

Gherardi Aloisius, episc. Carnotensis, edidit opus cui titulus est : *Dissertatio defectus in missæ.*

Ghet. — Ghetius (Ghezzi), Josephus, natione Italus, ordinis Prædicatorum, professor Cremonæ, Pataviæ, Placentiæ, magister in theologia, consultator sæpe tribunalis inquisitionis, vir prudentia et integritate clarus, florebat ineunte xvii sæculo. Scripsit : *Theologiam moralem, sive casuum conscientiæ doctrinam, ex Thoma Aquinate, — Arcana Theologiæ selectiora de Deo, de Verbo incarnato, de sacramentis, — Thesaurum animæ.*

Giarlin. — Giarlinus jurisconsultus edidit opus cui titulus est : *Controversiæ forenses.*

Gibal. — Gibalinus Josephus, natione Gallus, patria Gambalitanus, e Societaet Jesu. Vir inter doctissimos hujus ævi, philosophiam et theologiam docuit. Rexit collegium Lugdunense et domum probationis ibidem. Magnam atque illimem doctrinam qua claruit, purioris vitæ sanctitudine illustravit. Varias sodalitates instituit, reformavit disciplinam plurium ordinum religiosorum. Migravit ad Dominum Lugduni 1671. Scripsit : *Disquisitiones canonicas de clausura regulari, — De irregularitate, — De censuris, — De usuris et commerciis,*

Digitized by Google

— *De scientia canonica et Hieropolitica,* — *De universa rerum humanarum negotiatione.*

Gibert. — Giberti Joannes Matthæus, episcopus Veronensis, vir sapientia et virtute clarus, amicus litterarum, diœcesi suæ eximias leges tulit. Migravit ad Dominum anno 1543. Opera hujus docti episcopi edita fuere xviii sæculo. Veronæ, in-4° anno 1733.

Gibert. — Gibertus (Gibert), Joannes-Petrus, doctus Galliæ canonista, doctor utriusque juris, in pluribus seminariis professor, Lutetiæ obiit anno 1736. Multa opera edidit quorum præcipua sunt : *Corpus juris canonici per regulas naturali ordine dispositas,* — *Cas de pratique concernant les sacrements en général et en particulier,* — *Mémoires concernant l'Ecriture sainte, la théologie scholastique et l'histoire de l'Eglise,* — *Institutions ecclésiastiques bénéficiales,* — *Usages de l'Eglise gallicane.*

Gig. — Gigas Hieronymus, natione Italus, creatus referendarius apostolicus a Clemente VII. Migravit ad Dominum anno 1560. Jurisconsultus peritus habetur. Scripsit præcipue *De pensionibus,* — *Notas in Decretales,* — *De residentia episcoporum,* — *De crimine læsæ majestatis tractatum.*

Gilleaus. — Gilleausen jurisconsultus cui tribuitur *Arbor judicialium criminum.*

Gilli. — Gillius Philippus Salvator (Gilli), natione Romanus, e Societate Jesu profectus est anno 1740 circiter, ad prædicandum Evangelium in America Meridionali. Ordine supresso, Romam rediit. Scripsit opus cui titulus est : *Essai sur l'histoire d'Amérique,* vel *Histoire naturelle civile et sacrée des royaume et province espagnole de la Terre Ferme dans l'Amérique Méridionale.*

Giphan. — Giphanius (Giffen Hubert Van), natione Germanus, juris professor, a Rodulpho II creatus consiliarius et referendarius imperii, obiit 1604. Scripsit *Commentaria in Aristotelem, Homerum,* — *Notas in Instituta Justiniani.*

Girald. — Giraldi Ubaldus scripsit opus cui titulus est : *Expositio juris pontifici.*

Giribald. — Giribaldi Matthæus, natione Pedemontanus, jurisconsultus et juris professor in pluribus suburbanis urbibus patriæ suæ, florebat in medio xvi sæculi. Scripsit *De methodo ac ratione studendi in jure civili,* — *Commentarium in legem Falcidiam,* — et aliquot opera jurisprudentiæ.

Giunip. — Giuniparus, ordinis Minorum, edidit opus cui titulus est : *Defensio juris pontificii.*

Giurb. Mar. — Giurba Mario, natione Italus, Messinæ jurisconsultus celebris, obiit anno 1648. Scripsit : *Decisiones regni Siciliæ,* — *Lucubrationum consilia seu decisiones criminales,* — *Repetitiones de successione feudorum inter ascendentes et descendentes masculos,* — *Tribunalium regni Siciliæ decisæ observationes.*

Glyc. — Glycas Michael, historicus xv vel xii sæculi, in Sicilia fere totam vitam degit. Scripsit : *Annales* ab Adamo usque ad Alexium Comnenum.

Goar. — Goar Jacobus, natione Gallus, ordinis Prædicatorum, missus fuit ad orientales missiones, deinde Romam regressus, plurima scripta composuit quorum præcipuum est : *Eucologus Græcus.* Hic monachus eruditissimus migravit ad Dominum anno 1653.

Gobat. — Gobat Georgius, natione Germanus, e Societate Jesu, Constantiæ decessit, anno 1679. Edidit *Theologiam* in qua sunt plura ad ethicam laxatam pertinentia.

Gobi. — Gobius jurisconsultus : *Consultationes.*

Goguet. — Goguetus Antonius Yvo, consiliarius ad Parliamentum, obiit 2 Maii, anno 1758. Concinnavit opus cui titulus est : *De origine legum, artium, scientiarum, deque earum progressu apud antiquos.*

Goldhag. — Goldhagen Hermannus, natione Germanus, e Societate Jesu, consiliarius ecclesiasticus. Moguntiæ, obiit 1794. Multa scripsit opera quorum præcipua sunt : *Lexicon Græco-Latinum,* — *Progymnasmata sacra in linguam Græcam secundum veritates catholicas.* — *Meletema philosophicum de religione Hebræorum sub lege naturali,* — *Introductio in sacram Scripturam.*

Gomes. — Gomes Ludovicus, natione Hispanus, et episcopus urbis Fano, vir eruditione et pietate clarus, migravit ad Dominum anno 1545. Cujus præcipuum opus est : *Variarum resolutionum juris civilis, communis et regii.*

Gommard. — Gommarius Franciscus, natione Belga, theologus religionis reformatæ, theologiæ professor, concilio Dordrecth adfuit, duxque *Gomaristarum* et princeps. Obiit 1641. Hujus collecta fuerunt *opera* in-fol Amsterdam.

Gonet. — Gonet Joannes Baptista, natione Gallus, ordinis Prædicatorum, doctor universitatis Burdigalensis et professor theologiæ, vir clarus pietate et scientia, migravit ad Dominum anno 1681. Concinnavit opera quibus tituli sunt : *Clypeus theologiæ Thomisticæ,* — *Manuale Thomistarum,* — *Dissertatio theologica de probabilitate.*

Gonny. — Gonny; jurisconsultus cui tribuitur opus titulum habens : *Tractatus de subsidio charitativo.*

Gonzag. — Gonzaga Franciscus, ex illustri familia quæ hoc nomine cognoscitur, jurisprudentiæ et litterarum cultor, cardinalis institutus est, anno 1561, et migravit ad Dominum, anno 1566.

Gonzal. Emman. — Gonzalez Emmanuel, natione Hispanus, juris professor, scripsit *Commentaria in decretales.* Vivebat in medio xvii sæculi.

Gonzal. Hieron. — Gonzalez Hieronymus edidit *Glossema ad regulas VIII cancellariæ,* — *De reservatione mensium, et alternativa episcoporum.*

Gonzal. Thyrs. — Gonzalez Thyrsus, natione Hispanus, generalis Societatis Jesu, Romæ obiit, anno 1715 Multa opera concinnavit quorum præcipua sunt : *Tractatus contra doctrinam probabilitatis,* — *Traité contre les propositions de l'assemblée du clergé de France en* 1682, — *Manuductio ad conversionem Mahumetanorum,* — *Veritas religionis Christianæ demonstrata.*

Gordon. — Gordonus Jacobus Lesmorus, natione Scotus, e Societate Jesu, confessarius Ludovici XIII, Lutetiæ obiit, anno 1641. Edidit *Commentarium Latinum in Bibliam,* — et *Chronologiam Latinam.*

Gori. — Gorius Joannes Antonius (Gori), historiæ professor doctissimus Florentiæ, obiit anno 1757. Multa concinnavit opera, quorum præcipua sunt : *Musæum Florentinum,* — *Thesaurus Morellianus,* — *Dissertatio de mitrato capite J. C.*

Gorm. — Gormaz Joannes Baptista, natione Hispanus, Romæ theologiæ professor, et Aragonis provincialis. Migravit ad Dominum anno 1708. Scripsit *Cursum theologicum.*

Gothofred. — Gothofredus Dionysius, natione Gallus, in Germania jus docuit, et in eadem regione obiit anno 1622. Multa opera jurisprudentiæ concinnavit : *Corpus juris civilis,* — *Notas in quatuor libros institutionum,* — *Praxim civilem, ex antiquis et recentioribus scriptoribus,* — *Quæstiones politicas,* — *Originem juris.....*

Gothofred. Jacob. — Gothofredus Jacobus, e Gallia ortus, patria Genevensis, ejusdem urbis quinquies syndicus, jurisconsultus peritissimus, vir judicio et eruditione eximius, obiit 1652. Multa opera concinnavit quorum præcipua : *Opuscula varia juridica, politica, historica, critica,* — *Codex Theodosianus.*

Gott. — Gotti Vincentius Ludovicus, natione Italus, ordinis Prædicatorum, creatus cardinalis a Benedicto XIII, anno 1728, vir scientia, studio, virtutibus clarus, migravit ad Dominum anno 1742. Cujus præcipua opera sunt : *Theologia scholastico-dogmatica,* — *Colloquia theologico polemica,* — *Veritas theologiæ Christianæ, contra atheos, polytheos, idololatras, Mahumetanos et Judæos.*

Digitized by Google

GODDIN. — Goudin Antonius, ex ordine Prædicatorum, edidit *Theologiam et philosophiam Thomisticam.*

GRAB. — Grabius Joannes Ernestus, natione Batavus, theologus heterodoxus, adiit Angliam et doctor receptus fuit in hac regione, ubi pensionem accepit a Guillelmo rege et ab Anna regina. Londinii obiit anno 1711. Hic scripsit : *Spicilegium Patrologiæ*, — *De forma consecrationis Eucharistiæ.*

GRAFF. — Jacobus de Graffis, natione Italus, abbas Montis-Cassini, theologus celeberrimus, plurima scripta concinnavit de ethica et casibus conscientiæ. Florebat XVI sæculo.

GRANAD. — Granado Jacobus, natione Hispanus, e Societate Jesu, vir pietate et charitate insignis, migravit ad Dominum anno 1632. Scripsit : *In Summam S. Thomæ.*

GRANAT. — Ludovicus, patria Granatensis, ordinis Prædicatorum, fuit D. Catharinæ Joannis III uxori a sacris confessionibus. Vir religione, scientia, pietate et modestia insignis, migravit ad Dominum, anno 1589. Scripsit : *Conciones*, — *Vitam beati Bartholomæi*, — *Philosophiam Christianam*, — *Vitam Christi*, — *De oratione*, — *De meditatione*, — *Parabolas evangelicas explicatas*, etc., etc., etc.....

GRANCOL. — Grancolas Joannes, natione Gallus, doctor Sorbonicus, capellanus principis, fratris Ludovicis XIV, canonicus ordinis S. Benedicti, migravit ad Dominum anno 1732. Multa scripta concinnaverat, quorum præcipua sunt : *Antiquæ liturgiæ*, — *Vetus Ecclesiæ sacramentarium*, — *Tractatus de Missa et Officio divino*, — *Le quiétisme contraire à la doctrine des sacrements*, — *La science des confesseurs*, etc., etc., etc.

GRASS. — Grassi (Achilles de), natione Italus, Rotæ auditor, episcopus Civita di Castello, a papa legatus in Galliam et in Germaniam, cardinalis institutus anno 1511, episcopus Boloniensis deinde factus, et thesaurarius conclavis, migravit ad Dominum Romæ, anno 1523. *Collectionem decisionum Rotarum curiæ* reliquit.

GRASS. — Grassi (Paris de), frater Achillis, magister cæremoniarum sub Leone X, episcopus Pezariensis (Pezaro), obiit anno 1528. Composuit *Cæremoniale Ecclesiæ Romanæ.*

GRASS. — Grassi (Cæsar de), canonicus, protonotarius apostolicus et Rotæ auditor, Romæ obiit 1580.

GRASS. — Grassi (Paduanus de) ex ordine Minorum, natione Italus, XVI sæculo florebat; magna cum fama scripsit et prædicavit. Scripsit duo opera qui titulos habent : *De republica ecclesiastica*, et, *Enchiridion ecclesiasticum.*

GRATIAN. — Gratianus, natione Italus, ordinis S. Benedicti, compilator *Decreti* quod perfecit anno 1151.

GRATIAN. — Gratianus Stephanus, jurisconsultus, edidit consultationes forenses.

GRAVES. — Graveson (Ignatius Hyacinthus Amatus de), natione Gallus, ordinis Prædicatorum, theologus Romani concilii, Arelati migravit ad Dominum, anno 1763. Multa opera concinnavit quorum præcipua sunt : *Historia Veteris Testamenti*, — *Historia ecclesiastica*, — *Tractatus de Scriptura sacra*, *de mysteriis et annis Christi.*

GRAVIN. — Gravina Dominicus de, historicus, in medio XIV sæculi florebat; patria Neapolitanus erat. Latine scripserat *Diarium eventuum qui in Apulia acti sunt*, ab anno 1332, usque ad annum 1350.

Gravina alius est, ex ordine Prædicatorum, cui nomen erat (Dominicus de). Romæ migravit ad Dominum, anno 1643. Scripsit : *Stato della religione de san Domenico*, — *De catholicis præscriptionibus*, — *Epitome Summæ S. Thomæ.*

GRAVINA. — Gravina, Joannes Vincentius, natione Italus, juris canonici et civilis professor, Romæ obiit, anno 1718. Multa concinnavit opera quorum præcipua sunt : *De ortu et progressu juris civilis*, — *Liber singularis de Romano imperio*, — *Institutiones canonicæ.*

GREBN. — Grebner Leonardus, monachus, edidit opus cui titulus est : *Tractatus hist. jurisd. de statu Ecclesiæ.*

GREGOR. ARIM. — Gregorius Ariminensis, generalis monachorum ordinis S. Augustini, *doctor authenticus* cognominatus, florebat anno 1357. Edidit *Commentarium in Magistrum sententiarum*, — *Tractatum usuræ*, et alia opera.

GREGOR. (S.) — S. Gregorius Magnus papa, Romæ natus anno 550, primum hujusce urbis præfectus, unus ex septem Romæ diaconis, legatus Benedicti I ad Constantinopolim, secretarius Pelagi papæ, dein ipse summus Pontifex. Migravit ad Dominum 12 Mart. 604. Vide opera S. Gregorii Magni in *Patrologia Latina*, edit. Migne, tom. LXXV-LXXIX.

GREG. (S.) NAZIANZ. — S. Gregorius Nazianzenus, in hac urbe natus, anno 328, *Theologus* cognominatus, pluries Nazianzenam Ecclesiam rexit, loco patris sui episcopi hujusce urbis et annis confecti; adversus Arianos fortiter apud Constantinopolim dimicavit. Migravit ad Dominum anno 391. Vide opera S. Gregorii Nazianzeni in *Patrologia Græca*, edit Migne, tom.

GREGOR. (S.) NEOCÆS. — S. Gregorius Neocæsar. cognomine Thaumaturgus, discipulus Origenis, episcopus Neocæsariensis creatus anno 240. Vir scientia, zelo, virtutibus clarus, migravit ad Dominum anno 265. Vide opera S. Gregorii Neocæsariensis in *Patrologia Græca*, edit. Migne, tom.

GREG. (S.) NYSSEN. — S. Gregorius Nyssenus, episcopus hujusce urbis, Ecclesiæ doctor, frater S. Basilii Magni, in exsilium missus ab imperatore Valente anno 374, redux anno 378. Theodosio regnante; adfuit concilio Antiocheno; ut impugnaret Arianos Hierosolymam adiit; migravit ad Dominum 9 Martii, anno 396, vel juxta alios, 10 Januar. anno 400. Vide opera S. Gregorii Nyss. in *Patrologia Græca*, tom.....

GREGOR. PET. — Gregorius Petrus, natione Gallus, illustris juris professor, obiit 1597. Scripsit : *Syntagma juris universi*, — *De republica.*

GREG. (S.) TURON. — S. Gregorius Turonensis, hujusce urbis episcopus anno 573. natione Gallus, vir scientia et virtutibus clarus. Migravit ad Dominum anno 595. Vide opera Greg. Turon. in *Patrologia Latina*, edit. Migne, tom. LXXI.

GRETSER. — Gretserus Jacobus, natione Germanus, professor in Germaniæ universitate (Ingolstadt), migravit ad Dominum anno 1625. Vir in historia, in theologia, in linguis peritus, multa scripsit, sed confusa et indigesta. Præcipua scripta sunt : *De cruce*, — *De jure et more prohibendi, expurgandi et abolendi libros hæreticos et noxios*, — *Rudimenta linguæ Græcæ.*

GRILLAND. — Grillandus jurisconsultus edidit opus cui titulus est : *De diversis criminibus.*

GRIMAUD. — Grimaudet Franciscus, advocatus regis Andegavi, in eadem urbe natus, et mortuus anno 1580. Edidit opus cui titulus est : *Tractatus de decimis.*

GRONEWEGEN. — Gronewegen, vel Groenewegen Simon Van, jurisconsultus, in Hollandia florebat in XVII sæculo, opus conspicuum scripsit, cui titulus est : *De legibus abrogatis et inusitatis in Hollandia viciniisque regionibus.*

GRONOV. — Gronovius Jacobus, natione Germanus, doctissimus philologus XVII sæculi, Italiam et Angliam peragravit, in Tuscia et in Germania professor fuit, et obiit 1716. Cujus præcipuum opus est : *Thesaurus antiquitatum Græcarum.*

GROT. — Grotius Hugo, natione Belga, percelebris jurisconsultus, Rotterdam syndicus primum, dein ad perpetuum carcerem damnatus e quo evasit

Digitized by Google

feliciter. Fuit a consiliis Christinæ Sueviæ reginæ, legatus in Galliam et obiit anno 1645. Grotius unus est ex doctissimis Europæ viris. Multa opera concinnavit quorum aliquot inscribimus : *Tractatum de jure belli et pacis*,— *Tractatus de religionis veritate*, — *Commentaria in sacram Scripturam*, — *Tractatus de imperio summarum potestatum circa sacra*,— *Diversa opera theologica*.

GRUBER.—Gruber Gregorius Maximilianus, natione Germanus, jurisconsultus, obiit anno 1799. Edidit opus cui titulus est : *De beneficiis*.

GRUTER.—Gruter Joannes, Antuerpiæ natus anno 1560, vir XVI sæculi, professor primum Wittemberg, deinde Heidelberg professor et bibliothecarius, obiit 1627. Ordinavit : *Collectionem inscriptionum*. Concinnavit quoque opus cui titulus est : *Lampas seu fax artium liberalium*, hoc est, *Thesaurus criticus a bibliothecis erutus*.

GUADAN. — Guadani vel Guadagni Leopoldus Andreas, natione Italus, excellens jurisconsultus, Pandectarum professor, obiit 1785. Scripsit : *De legibus censoriis*, — *In instituta Justiniani*, — *In Pandectas*.

GUALD.—Gualdus, jurisconsultus, edidit opus cui titulus est : *De ultima voluntate*.

GUALL.—Joannes Valensis. aliis Uvalensis, Gallensis, Guallensis, et Valeix, natione Anglus, cœnobii Unigorniensis alumnus, ordinis Minorum, vir fuit devotissimus, pietate, oratione, suavitate eloquii ac doctrina insignis, qui *Arbor vitæ* passim appellatus, viginti volumina in lucem emisit. Migravit ad Dominum anno 1494. Cujus præcipua opera sunt : *Margarita doctorum*, —*Communiloquium*, *Tractatus de Pœnitentia ejusque partibus, una cum ordinario vitæ religiosæ*,—*In quatuor libros Sententiarum*, etc., etc., etc.

GUARN.—Antonius Guarnierius de monte Regali, ordinis Minorum, magister theologus, in Assisiensi provincia minister provincialis, et commissarius generalis, pro instructione et commoditate tyronum suæ religionis, publici juris fecit : *Opus de Ecclesia militante*. Florebat XVII sæculo.

GUARR.—Guarrinus Sebastianus edidit opus cui titulus est : *Defensio inquisitionis*.

GUDEN.—Guden Joannes Mauritius, natione Germanus, doctus jurisconsultus, obiit anno 1688. Scripsit *Dissertationem ad jus publicum*.

GUEVAR.—GUEVARA (Antonius de), prior S. Miguelis de Escalada, et eleemosynarius Philippi II, regis Hispaniæ, curiæ vale dixit, ut studio vacaret. Florebat in XVI sæculo. Scripsit : *Commentaria in Scripturam sacram*, —*Tractatum de auctoritate Vulgatis*, — *De contemptu curiæ*.

GUIBERT.—Guibertus abbas S. Mariæ de Novigento, in abbatia sua migravit ad Dominum, anno 1124. Vir fuit pietate et virtutibus insignis. Vide opera Venerab. Guiberti in *Patrologia Latina*, edit. Migne, tom. CLVI.

GUILL. ARVERN.—Guillelmus Arverniensis, episcopus Parisiensis, sapienter hanc Ecclesiam rexit, monasteria ædificavit, et multos ad fidem convertit suis sermonibus et migravit ad Dominum anno 1249. Scripsit : *Sermones*, *Tractatus* et *Dialogos in septem sacramenta*.

GUILL. AUTISSIOD.—Guillelmus Autissiodorensis hujusce urbis episc., dein episc. Parisiensis; migravit ad Dominum anno 1225. Scripsit : *Summam theologiæ*.

GUILLIMAN. Francis. — Guillimannus Franciscus (Wuillemain), vir doctissimus, ex Helvetia oriundus, decessit anno 1575. Plura opera concinnavit : *De antiquitatibus Helvetiæ*, — *Historia episcoporum* (*Argentorati*, etc.

GUNTHER.—Guntherus (Gonthier), monachus S. Amandi, florebat XII sæculo. Scripsit : *Martyrium S. Cyriaci*, — *Historiam miraculorum S. Amandi*. Alius est Guntherus, poeta eximius XIII sæculi qui multa de sacris scripsit.

GUTIER.—Guthierez vel Gutierez, a Vera Cruce Alphonsus, natione Hispanus, ordinis S. Augustini, vixit sæculo XVI. Erat e numero illorum viginti quatuor Patrum, quos Philippus II, Hispaniarum rex, ad insulas Maluccas misit, ubi primi verum Dei cultum disseminaverunt. Erat vir, doctrinæ claritate, et splendore, et pronitate morum insignis, in academia Complutensi olim artium regens. Fuit Mexicanæ provinciæ præsul, vicarius generalis insularum Philippinarum, provinciæ novæ Hispaniæ visitator generalis, prior cœnobii Madritensis...., Migravit ad Dominum anno 1584. Scripsit : *Commentaria in Epistolam S. Pauli ad Romanos*,—*Comment. in Logicam et Physicam Aristotelis*. — *Speculum conjugatorum, in quo nodos omnes in matrimonii et pœnitentiæ sacramentis difficiles subtiliter expedivit*.

GUTLER.—Gutler, theologus heterodoxus, ex Helvetia oriundus, theologiæ professor, obiit anno 1714. Multa scripsit opera quorum præcipua sunt : *Lexicon linguæ Latinæ, Germanæ, Græcæ et Gallicæ*, —*Historia Templariorum*,—*Origines mundi*,—*Institutiones theologicæ*.

GUYET.—Guyetus Carolus, natione Gallus, Societatis Jesu, professor litterarum et theologiæ, migravit ad Dominum anno 1664. Scripsit : *Heortologiam; sive de festis propriis locorum*,—*Ordinem generalem et perpetuum divini Officii recitandi*.

# H

HABERT.—Isaac Habertus (Habert), natione Gallus, patria Parisiensis, doctor Sorbonicus et episcopus Vabrencensis, vir facundia et eruditione clarus, scripsit : *De consensu hierarchiæ et monarchiæ*,—*De cathedra seu primatu S. Petri*, — *De justitia connubialis edicti*, etc., etc. Obiit anno 1668.

HABERT. — Ludovicus Habertus (Habert), natione Gallus, patria Blesensis, doctor Sorbonicus et theologus insignis, obiit Parisiis anno 1718, ætatis suæ 83, et varia posteris legavit opera sub his titulis : *Praxis pœnitentiæ*, — *Cursus theologiæ completus*, — *Tractatus de legibus*, etc.

HÆFTEN.—Jacobus Van Hæftenus (Hæften), natione Batavus, patria Ultrajectensis, ordinis S. Benedicti monachus et abbas, morte functus anno 1648, scripsit : *Disquisitiones monasticas*,— *Venationem sacram*, seu *De arte quærendi Deum* libros duodecim,— *Viam regiam sanctæ crucis*, — *Meditationes*, etc.

HAID.—Joannes Haiden, natione Germanus, Societatem Jesu ingressus anno 1736, scientia, litteris et eruditione claruit, ac laboribus et annis confectus obiit circa annum 1787. Varia et præclara concinnavit opera, quorum tituli : *Dissertationes de therapeutis Philonis Judæi*, — *Dissertatio de instituto Ecclesiæ infantibus mox cum baptismo conferendi sacramenta confirmationis et Eucharistiæ*, — *Animadversiones criticæ in chronologiam*, — *Exercitationes chronologicæ de tribus præcipuis annis Christi, nati, baptizati et morientis*, etc., etc.

HALER. — Franciscus Halerius (Hallier), natione Gallus, patria Carnutensis, doctor et professor Sorbonicus, episcopus Cavariensis, vir ingenio, scientia et eruditione clarus, animam Deo reddidit anno 1658, ætatis suæ 63. Scripsit : *Tractatum de hierarchia ecclesiastica*, — *Commentaria in regulas cleri Gallicani de regularibus*,— *De eligendis et ordinandis*,— *Polemica*, etc.

HANSIZ. — Marcus Hansizius (Hansitz), natione Germanus, patria Carinthius, e Societate Jesu, vir eruditione clarus, varia concinnavit opera prænotata : *Germania sacra*, opus quod reliquit imperfectum,—*Analecta pro historia Carinthia*, — *Trias epistolarum de ætate S. Ruperti*. Obiit anno 1766.

HARDUIN.—Joannes Harduinus (Hardouin), natione Gallus, patria Corisopitensis, Societatis Jesu

Digitized by Google

sacerdos, vir magna eruditione et singulari ingenio insignis, plurima edidit opera, quorum præcipua sunt : *Collectio conciliorum*, — *Commentaria in Novum Testamentum*, — *Opuscula selecta*, — *Opuscula varia*, etc., etc. Obiit anno 1729, ætatis suæ 83.

HARMENOP. — Constantinus Harmenopulus, Constantinopolitanus, jurisconsultus Græcus, Thessalonicensis cancellarius, obiit anno 1383, et varia posteris de jure reliquit opera, scilicet : *Promptuarium juris civilis, seu manuale legum dictum Hexabiblos*, — *Epitome divinorum sacrorum canonum*, — *De opinionibus hæreticorum qui singulis temporibus exstiterunt*, — *De fide orthodoxa libellus*, etc.

HARPRECT. — Joannes Harprectus (Harprecht), natione Germanus, jurisconsultus insignis et professor, fato functus anno 1639, edidit : *Commentarium in quatuor libros Institutionum juris civilis Justiniani*.

HARTZHEIM. — Josephus Hartzheim, natione Germanus, patria Coloniensis, Societatis Jesu presbyter, vir litteris humanioribus et sacris, doctrina et eruditione clarus, obiit anno 1763. Edidit : *Summam conciliorum Germaniæ*, — *Summam historiæ omnis ab exordio rerum ad annum a Christo nato 1718*, — *Dissertationes historico-criticas in sacram Scripturam*, etc., etc.

HEINEC. — Joannes Michael Heineccius (Heinekke), natione Germanus, patria Eisembergensis in Saxonia theologus doctissimus, vita functus anno 1732, varia et eximia conscripsit sub his titulis : *De dialectica S. Pauli dissertatio*, — *Scriptores rerum Germanicarum*, — *De veteribus Germanorum aliarumque nationum sygillis syntagma*, etc.

HEINEC. — Joannes Theophilus Heineccius, præcedentis frater, jurisconsultus insignis, philosophiæ vicissim et juris professor, aulicus consiliarius, obiit anno 1741, ætatis suæ 60. Scripsit : *Antiquitatum Romanarum jurisprudentiam illustrantium syntagma*, — *Elementa juris civilis*, — *Elementa juris naturæ et gentium*, — *Elementa juris cænobialis*, — *Dissertationes*, etc., etc.

HELYOT. — Petrus Helyot, origine Anglus, patria Parisiensis, ordinis Minorum S. Francisci monachus, vir eruditione insignis, Gallico sermone scripsit opus prænotatum : *Histoire des ordres monastiques religieux et militaires*, etc. Obiit Parisiis anno 1716, ætatis suæ 56.

HENAO. — Gabriel de Henao, natione Hispanus, patria Vallisoletanus, Societatem Jesu ingressus anno 1620, litteras humaniores, philosophiam, theologiam moralem et scholasticam vicissim Oveti et Vallisoleti docuit ; Salmanticæ sacras litteras magna fama interpretatus est, collegium Methymnense rexit et tandem annis et labore confectus, animam Deo reddidit, anno 1704, ætatis suæ 93. Scripsit : *Empyreologiam*, seu *Philosophiam Christianam, de empyreo cælo*, — *Tractationem theologicam de sacrificio Missæ*, — *De Eucharistia*, — *De scientia media*, etc., etc.

HENNO. — Franciscus Henno, natione Germanus, ordinis S. Francisci monachus, vir religiosis moribus præditus, ac doctrina nulli ex doctioribus sui temporis postponendus, concinnavit : *Theologiam dogmaticam, moralem et scholasticam*. Claruit sæculo XVI.

HENRIC. — Henricus a Sancto-Ignatio, natione Belga, patria Athensis, ordinis Carmelitarum monachus, vir ingenio et scientia celebris, vita functus Leodii, anno 1720, plura edidit opera sub his titulis : *Ethica amoris*, — *Theologia vetus, fundamentalis*, — *Monilismus profligatus*, etc.

HENRIQ. — Henricus Henriquez, natione Lusitanus, patria Portuensis, Societatis Jesu, vir philosophicis ac theologicis disciplinis perfecte eruditus, et studiorum præfectus, obiit Tibure anno 1608, posteris relinquens : *Summam theologiæ moralis*, tomis III, in-fol. collectam, — *De clavibus Ecclesiæ*, — *De fine hominis*, etc.

HENRIQ. — Joannes Chrysostomus Henriquez, natione Hispanus, patria Matritensis, Cisterciensis monachus et historiographus, plurima scripsit, scilicet : *Menologium Cisterciense*, — *Fasciculum sanctorum ordinis Cisterciensis*, — *Lilia Cisterciensia*, etc., etc. Morte præmatura Lovanii obiit anno 1632, ætatis suæ 37.

HENRYS. — Claudius Henrys, natione Gallus, e Monte-Brisonis oriundus, jurisconsultus insignis et causidicus regius, obiit anno 1662. Varia sermone Gallico scripta edidit opera sub his titulis : *Recueil d'arrêts*, — *Harangues*, — *L'Homme-Dieu, ou Parallèle des actions divines et humaines de Jésus-Christ*.

HENSCHEN. — Godefridus Henschenius, natione Belga, Venradæ in Geldria natus, Societatis Jesu presbyter, vir Græcis et Latinis litteris insigniter excultus, et in historiis ecclesiasticis versatissimus, collata opera cum Joanne Bollando edidit : *Acta sanctorum Januarii et Februarii*, — *Diatribam de episcopatu Trajectensi*, — *Diatribam de tribus Dagobertis Francorum regibus*, etc. Obiit anno 1681, ætatis suæ 81.

HERICURT. — Ludovicus Hericurtius (Louis de Héricourt), natione Gallus, patria Suessionensis, jurisconsultus, canonista et causidicus præclarus, vita functus anno 1752, varia sui ingenii monumenta reliquit sub his titulis : *Lois ecclésiastiques de France, mises dans leur ordre naturel*, — *Traité de la vente des immeubles par décret*, — *Abrégé de la discipline de l'Eglise*, etc.

HERING. — Guillelmus Hering, natione Belga, patria Helmontensis, ordinis S. Francisci monachus, doctor Lovaniensis academiæ et Iprensis episcopus, publici juris fecit : *Summam theologiam scolasticam et moralem*, — *Centiloquium theologicum*, etc. Obiit anno 1678, ætatis 58.

HERMIN. — Nicolaus Herminierus (L'Herminier), natione Gallus, doctor Sorbonicus, theologus et archidiaconus Cenomanensis, vir doctrina et virtutibus insignis, edidit *Theologiam scolasticam*, — *Tractatum de sacramentis*, etc. Plenus dierum animam Deo reddidit anno 1735, ætatis suæ 78

HERR. — Franciscus de Herrera, natione Hispanus, ordinis S. Francisci monachus, apud Salmanticenses insignis theologiæ professor, vita functus circa annum 1600, scripsit : *Tractatum de angelis*, — *De peccatis*, — *Commentaria in primum et secundum Sententiarum*, — *Expositionem in regulam Minorum*, — *Manuale theologicum, et resolutissimam dilucidationem principalium quæstionum, quæ communiter in quatuor libris Sententiarum disputantur*, etc.

HERR. — Joannes Herrera, natione Hispanus, in curia Romana Rotæ auditor, vir doctrina et moribus insignis, claruit sæculo XVIII, et edidit : *Decisiones S. Rotæ Romanæ*, — *Librum de cæremoniis Missæ*.

HERT. — Joannes, Nicolaus Hertius vel Hert, natione Germanus, juris professor et cancellarius in Universitate Giessenensi, plura et eximia concinnavit opera, quorum præcipua sub his titulis : *Elementa prudentiæ civilis*, — *De fide diplomatum Germaniæ imperatorum et regum*, — *Notitia veteris Francorum regni*, etc. Obiit anno 1710.

HESYCH. — Hesychius Alexandrinus, lexicographus Græcus, concinnavit *Lexicon*. Tempus quo vixerit adhuc latet.

HIERON. (S.) — Sanctus Hieronymus, Ecclesiæ doctor, multa et eximia concinnavit opera, quæ nuper collegit J. P. Migne, in *Patrologia Latina*, a tom. XXII ad XXX. Obiit anno 420.

HILAR. (S.) — Sanctus Hilarius, episcopus Pictaviensis, Ecclesiæ doctor, migravit ad Dominum anno 367. Quoad illius opera vide *Patrologiam Latinam* edit. Migne, tom. IX et X.

HINCMAR. — Hincmarus, nobili apud Gallos loco natus, a pueritia in cœnobio S. Dionysii prope Parisios sub Hilduino abbate educatus, Remensis

Digitized by Google

archiepiscopus, ingenio et scientia claruit, et diem clausit extremum anno 882. Plurima concinnavit opera, multa quidem eruditione, doctrina et pietate referta, quæ videnda in *Patrologia Latina*, edit. Migne, tom. CXXV et CXXVI.

Hippocr. — Hippocrates, medicus præstantissimus, natione Græcus, plurima et eximia de medica arte scripsit, præsertim *Aphorismos*, et labore annisque confectus, obiit anno ante Christum 104.

Hoffman. — Christianus Fridericus Hoffmannus (Hoffmann), natione Germanus, patria Lusatiensis, jurisconsultus celeberrimus, plurima de jure tum Latino tum Germanico idiomate scripsit opera, quorum præcipua: *Bibliotheca juris publici Germanici, secundum materiarum argumenta, — De dissensionibus juris in puniendis adulteris*, etc., etc. Obiit anno 1735.

Hojed. — Alphonsus Hojeda, scripsit librum cui titulus: *De incompatibilitate beneficiorum.*

Holl. — Franciscus Xaverius Holl, natione Germanus, Societatis Jesu, vir litteris humanioribus et juris scientia clarus, obiit anno 1784, ætatis suæ 64. Plurima inter opera edidit statisticam Ecclesiæ Germanicæ.

Holsten. —Lucas Holstenius, natione Germanus, patria Hamburgensis, Romæ Sancti Petri canonicus et Vaticanus bibliothecarius, vir ingenio et scientia insignis, plura concinnavit opera quorum præcipua sub his titulis: *Codex regularum monasticarum et canonicarum, — De ministro et forma sacramenti confirmationis apud Græcos*, etc., etc. Obiit anno 1661, ætatis suæ 65.

Homonob.—Homobonus de Bonis, ordinis clericorum regularium Sancti Pauli, vir Litteris sacris at theologicis apprime eruditus, publici juris fecit *Theologiam moralem.*

Honor. a. S. Mar. — Honorius a Sancta Maria, in sæculo Blasius Vauxellus nuncupatus, natione Gallus, patria Lemovicensis, ordinis Carmelitarum discalceatorum monachus, vir scientia et virtutibus insignis, obiit Insulis, anno 1729, ætatis suæ 78. Plurima tum Latine tum Gallice concinnavit opera sub his titulis: *Animadversiones in regulas et usus critices, — Tractatus de indulgentiis et jubilæo, — Dissertationes in constitutionem Unigenitus, — Dissertations historiques et critiques sur la chevalerie ancienne et moderne, séculière et régulière*, etc., etc., etc.

Honor. Sol. —Honorius Solitarius vel Augustodunensis, theologus, scientia, eruditione et virtutibus claruit circa annum 1120 et plurima posteris legavit opera prænotata: *De prædestinatione et gratia, — De luminaribus Ecclesiæ, — Gemma animæ, — Libellus de hæresibus, — Sinopsis mundi*, etc.

Hontheim. — Joannes Nicolaus Hontheim, natione Germanus, patria Trevirensis, ecclesiæ Sancti Simeonis capituli decanus, et *in partibus infidelium* episcopus Myriophitensis, vir eruditione clarus, obiit anno 1790, ætatis suæ 89. Varia edidit opera quibus tituli: *Decas legum illustrium, — Historia Trevirensis diplomatica et pragmatica*, etc.

Hook. — Lucas Josephus Hooke, natione Anglus, doctor Sorbonicus et theologiæ professor, vita functus anno 1796, ætatis suæ 80, varia scripsit sub his titulis: *Religionis naturalis et revelatæ principia in usum academicæ juventutis, — Discours et réflexions critiques sur l'histoire et le gouvernement de l'ancienne Rome*, etc.

Hopfner. — H.... Hopfnerus, natione Germanus, patria Giessenensis, vir litteris tum antiquis, tum recentioribus apprime versatus, jurisprudentiæ professor, vita functus anno 1797, plurima de jure scripsit opera et præsertim: *Commentaria in Institutiones juris civilis Heineccii.*

Hopper. — Joachimus Hopperius (Hoppers), natione Batavus, patria Frisius, jurisconsultus scientia, eruditione et prudentia insignis, plura de jure concinnavit opera, quorum præcipua: *Ad Justinianum, de obligationibus Πειθάνων, libri quinque,—De vera jurisprudentia libri duodecim, — De institutione principis,—Isagoge in veram jurisprudentiam libri octo,—Paraphrasis in psalmos Davidicos*, etc., etc. Obiit anno 1576.

Horn. — Conradus Horneius, natione Germanus, patria Brunopolitanus, philosophiam vicissim et theologiam magna cum fama docuit et e vita decessit anno 1649. Inter plurima edidit opus eximium cui titulus: *Philosophiæ moralis, sive civilis doctrinæ de moribus libri quatuor.*

Horst. — Jacobus Merlo, Horstius dictus e pago ubi natus est, natione Belga, decanus Coloniensis, morte functus anno 1644, plurima Latine conscripsit opera ascetica, inter quæ: *Paradisus animæ Christianæ, — Viator Christianus*, etc.

Hospin. — Rodulphus Hospinianus (Hospinien), Tiguri in Helvetia oriundus, heterodoxus pastor, plurima juris publici fecit opera, de quibus dici potest:

*Sunt mala mista bonis et bona mista malis.*

Præcipua sunt: *De templis, hoc est de origine, usu et abusu templorum, — De monachis, — De festis Judæorum et ethnicorum, — Festa Christianorum, Historia sacramentaria*, etc. Obiit anno 1626.

Hostiens. — Henricus de Segusia (Henri de Suze), episcopus Hostiensis, quo nomine communiter appellatur et citatur, S. R. Ecclesiæ cardinalis, vir in scientia juris canonici et civilis insigniter eruditus, et ideo *Juris splendor* nuncupatur, anno 1271 animam Deo reddidit et posteris reliquit: *Summam auream,— Commentaria in Decretales*, etc.

Hotoman. — Franciscus Hotomanus (Hotman), natione Germanus, patria Parisiensis, jurisconsultus clarus et professor, fato functus anno 1590, varia de jure conscripsit opera sub his titulis: *Commentarius in quatuor Institutionum juris civilis libros, —De consolatione a sacris Litteris*, etc.

Hotoman. — Antonius Hotomanus (Hotman), frater præcedentis, vir eruditione et scientia insignis, in curia Parisiensi suprema regiarum causarum actor, plurima de jure tum Latino tum Gallico sermone edidit opera, quorum tituli: *Tractatus de castis nuptiis,— Dialogus de barba et coma, —Traité de la dissolution du mariage pour cause d'impuissance, — Traité des droits ecclésiastiques, franchises et libertés de l'Eglise gallicane*, etc., etc.

Huber. — Ulricus Huberius (Huber), natione Batavus, jurisconsultus clarus et professor, scripsit: *De jure civitatis, — Jurisprudentiam Frisicam, — Specimen philosophiæ civilis, — Institutiones historiæ civilis, — Prælectiones juris civilis secundum institutiones et digesta*, etc. Obiit anno 1694.

Huet. — Petrus Daniel Huetius (Huet), natione Gallus, patria Cadomensis, Abrincensis episcopus, vir scientia et eruditione præstantissimus, et in Academia Parisiensi cooptatus, plurima tum stricto tum soluto sermone Latine et Gallice concinnavit opera, quorum præcipua sub his titulis: *Demonstratio evangelica, — De claris interpretibus, et de optimo genere interpretandi, — Notæ in Origenem, — Quæstiones Alnetanæ de concordia rationis et fidei, — Traité de la faiblesse de l'esprit humain, — Traité sur la situation du paradis terrestre*, etc., etc. Obiit anno 1721, ætatis suæ 91.

Hug. Car. — Hugo Carensis (Hugues de Saint-Cher, natione Burgundus, ordinis S. Dominici monachus, doctor Sorbonicus et S. R. Ecclesiæ cardinalis, vir scientia, Litteris sacris et pietate clarus, posteris reliquit: *Commentaria in universum S. Scripturam,— Concordantiam Bibliorum, — Speculum sacerdotum, seu Compendium theologiæ,—Commentaria super quatuor libros Sententiarum*, etc., etc. Migravit ad Dominum anno 1262.

Hug. de S. Vict. — Hugo de sancto Victore, canonicus regularis S. Augustini, in cœnobio Sancti

Digitized by Google

Victoris Parisiensis, ubi septenuio theologiam insigniter docuit, et obiit anno 1140. Scripsit : *Commentaria in Scripturas,—Summam sententiarum, — Tractatum de sacramentis,* etc. Vide *Patrologiam Latinam,* edit. Migne, tom. CLXXV-CLXXVII.

HUGON. — Hermannus Hugon, natione Belga, patria Bruxellensis, e Societate Jesu, vir vivido ingenio, canendi et scribendi arte præstans, humanioribus litteris eximiam adjunxit philosophiæ ac theologiæ peritiam. Scripsit : *De prima scribendi origine et universæ rei litterariæ antiquitate, — De vera fide capessenda, — De militia equestri antiqua et nova,* etc, etc. Obiit anno 1639, ætatis 41.

HUND. — Wigalæus Hundius de Sultzen, natione Germanus, in suprema curiæ Bavariæ præses, vir scientia et ingenio clarus, morte functus anno 1588, edidit librum cui titulus : *Metropolis Salisburgensis.*

HURTAD. (T.) Thomas Hurtadu, natione Hispanus, patriæ Toletanus, clericus regularis Minorum, theologiæ professor insignis, obiit anno 1659, et publici juris fecit : *Cursum philosophiæ, — Resolutiones orthodoxo-morales, — De residentia, — De unico martyrio,* etc.

HURTAD. (G.) Gaspar Hurtadus, natione Hispanus, patria Mondexarensis, doctor theologiæ laureatus, Societatem Jesu complexus est anno 1607, in ea theologiam perpetuo tum Murciæ, tum Matriti, tum Compluti annos amplius triginta docuit, et mortalitatis exuvias posuit anno 1646. Edidit in lucem : *Disputationes de matrimonio et censuris, — De sacramentis, — De justitia et jure, — De legibus,* etc., etc.

HURTAD. (P.) — Petrus Hurtadus de Mendoza, natione Hispanus, gente Cantaber, domo Valmasedanus, e Societate Jesu, vir ingenio et doctrina insignis, multos per annos theologiam docuit et obiit anno 1651. Scripsit : *Commentarios in universam philosophiam, — De fide, spe, et charitate, — In primam partem S. Thomæ,* etc.

HYQ. — Antonius Hyquæus, natione Hibernus, patria Tuomonensis, ordinis S. Francisci monachus, sacræ theologiæ Coloniæ, Lovanii et demum S. Isidori in urbe diuturnus professor, ac totius ordinis diffinitor generalis, vir omni eruditionis genere ornatissimus, philosophia, theologia, sacra Scriptura, conciliis, SS. Patribus, jure canonico, historia ecclesiastica et fidei controversiis apprime versatus, concinnavit : *Commentaria in quatuor libros Sententiarum,—De stigmatibus S. Catharinæ Senensis, — Responsiones gravissimas ad pleraque dubia moralia et ascetica, — De conceptione immaculata B. Mariæ Virginis,* etc. Diem clausit ultimum anno 1641.

# I

ICKSTAD. — Joannes Adamus Ickstadus (baron d'Ickstadt), natione Germanus, jurisconsultus scientia, eruditione et prudentia insignis, scripsit : *Elementa juris gentium,* etc. Obiit anno 1776.

IGNAT. LOYOL. — Sanctus Ignatius de Loyola, natione Hispanus, patria Cantaber, parens et institutor ordinis clericorum regularium Societatis Jesu, vir scientia, zelo et sanctitate clarus, animam Deo reddidit anno 1556, ætatis suæ 65. Scripsit : *Exercitia spiritualia, — Librum constitutionum Societatis Jesu, — De religiosa obedientia epistolam, — De perfectione religiosa, — De sanctissima Trinitate tractatum,* etc.

ILLESC. — Gonsalvus Illescas, natione Hispanus, sacerdos catholicus et historiographus, vita functus anno 1580. Scripsit : *Historiam Pontificum Romanorum.*

ILLSUNG. Jacobus Illsung, ordinis clericorum regularium Societatis Jesu, juris publici fecit : *Theologiam practicam universam.*

IMHOF. — Jacobus Guillelmus Imhof; natione Germanus, patria Horimbergensis, historiographus et genealogus insignis, vita functus anno 1728, ætatis 77, scripsit : *De notitia procerum Germaniæ, — Historia genealogica Italiæ et Hispaniæ, — Familiarum Galliæ, — Portugaliæ, — Magnæ Britanniæ,* etc, etc.

IMOL. — Joannes de Imola, natione Italus, Baldi majoris discipulus, juris professor clarissimus, obiit anno 1436, posteris relinquens : *Commentaria in Decretales et Clementinas.*

IMOLENS. — Alexander Tartagnus (Tartagni), natione Italus, patria Imolensis, quo nomine sæpius appellatur et citatur, jurisconsultus peritissimus, *Doctor veritatis* cognominatus, vita functus anno 1477, edidit : *Consilia, — Commentaria,* etc.

IREN. (S.). — Sanctus Irenæus, natione Græcus, episcopus Lugdunensis, et martyr, anno 202, varia edidit opera, quæ videnda in *Patrologia Græca,* edit. J. P. Migne, tom. VII.

ISAMBER. — Nicolaus Isambertus (Isambert), natione Gallus, patriæ Aurelianensis, doctor et professor Sorbonicus, multos per annos insigniter theologiam docuit, et plenus dierum, animam Deo reddidit anno 1642, ætatis suæ 77, posteris relinquens : *Tractatum theologiæ, — Commentaria in Summam D. Thomæ,* etc.

ISIDOR. (S.) — Sanctus Isidorus, natione Hispanus, Hispalensis episcopus, vir ingenio et scientia clarus, migravit ad Dominum anno 636, ætatis suæ 66. Plura et eximia scripsit opera, quæ videnda in *Patrologia Latina,* quam nuper edidit J. P. Migne, a tom. LXXXI ad LXXXIV.

# J

JACOB. — Dominicus Jacobatius (Jacobati), natione Italus, patria Romanus, S. R. Ecclesiæ cardinalis, vir juris et theologiæ scientia præstantissimus, e vivis decessus anno 1527, ætatis suæ 84, edidit in lucem *Tractatum de conciliis.*

JACQ. — Franciscus Jacquier, natione Gallus, e Victoriaco-Francico oriundus, ordinis Minorum S. Francisci monachus, vir scientia et virtutibus insignis, Romæ obiit anno 1788. Plura et eximia conscripsit opera, quorum præcipua sub his titulis : *Institutiones philosophicæ ad studia theologica potissimum accommodatæ, — Dissertationes de musica, architectura,* etc. — *Newtonis philosophiæ naturalis principia mathematica, perpetuis commentariis illustrata,— Éléments du calcul intégral,* etc, etc.

JANKOV. — Josephus Jankovinch a Valcovarino, ordinis Minorum S. Francisci, juris publici fecit librum cui titulus : *Promptuarium commissarii visitatoris.*

JANSEN. — Leonardus Jansen, ordinis clericorum regularium Societatis Jesu, concinnavit *Theologiam moralem.*

JANSON. — Jacobus Jansonius, natione Batavus, patria Amstelodamensis, professor theologiæ et doctor Lovaniensis, ecclesiæ collegialis S. Petri decanus, vita functus anno 1625, edidit : *Commentaria in Psalmos, — Institutionem catholici ecclesiastæ,* etc.

JANSSEN. — Hermannus Janssens, natione Belga, ex provincia Germaniæ inferioris oriundus, ordinis S. Francisci Recollectus, theologiæ lector jubilatus, sacrarum Litterarum professor, varia et perutilia conscripsit opera sub his titulis : *Prodromus sacer ad Scripturas,— Explanatio rubricarum Missalis Romani,* etc. Obiit anno 1762.

JAQUEL. — Isaacus Jaquelotius (Jaquelot), natione Gallus, theologus et minister heterodoxus, vir facundia et ingenio insignis, varia conscripsit

Digitized by Google

opera, quorum præcipua : *Dissertationes de existentia Dei*, — *De sacrificio Missæ*, — *Conformité de la foi avec la raison*, etc., etc. Obiit anno 1708.

JAVEL. — Chrysostomus Javellus, natione Italus, patria Pedemontanus, ordinis S. Dominici monachus et Bononiæ regens, vir incomparabili pene ingenii felicitate præditus, philosophus et theologus longe insignis, e vita cessit anno 1540. Vulgavit : *Commentaria in universam logicam*, — *In Moralem Platonis philosophicam et politicam*, — *Expositionem in Summam D. Thomæ*, — *Tractatum de Trinitate*, — *De sacramento matrimonii*, etc.

JOAN. CAPIST. (S.) — Sanctus Joannes de Capistrano, natione Italus, ordinis S. Francisci monachus, vir facundia, zelo et litteris clarus, migravit ad Dominum anno 1456. Multa et eximia posteris concinnavit opera, quorum præcipua sub his titulis : *Tractatus de auctoritate Papæ et concilii*, — *De excommunicatione*, — *De matrimonio*, — *De jure civili*, — *De usuris et contractibus*, — *Speculum clericorum*, etc., etc.

JOAN. DIAC.— Joannes Diaconus, natione Italus, patria Neopolitanus, circa initium sæculi x floruit, et scripsit : *Chronicon de episcopis Neapolitanis*, — *Vitam Joannis episcopi Neapolitani*, etc.

JOAN. MONAC. — Joannes Monachus (Jean le Moine), natione Gallus, patria Pontiniensis, Bajocensis decanus et S. R. Ecclesiæ cardinalis, vir in jure et theologia eruditissimus, animam Deo reddidit anno 1315. Posteris reliquit : *Commentaria in Decretales*, etc.

JOLY. — Claudius Joly, natione Gallus, patria Parisiensis et cathedralis ecclesiæ canonicus, vir ingenio, scientia et moribus insignis, obiit anno 1700, ætatis suæ 93. Plurima tum Latine tum Gallice concinnavit opera, quorum præcipua sub his titulis : *De reformandis horis canonicis, ac rite constituendis clericorum muneribus*, — *Traditio antiqua ecclesiarum Franciæ circa assumptionem Mariæ*, — *Traité de la restitution des grands*, — *De l'état du mariage*, — *Traité historique des écoles épiscopales*, etc., etc.

JON. — Jonas Fontanellæ monachus, in diœcesi Rothomagensi, hagiographus, floruit sæculo VIII, et scripsit : *Vitam S. Joannis abbatis monasterii Reomaensis*.

JORD. PAX. — Jordanus Pax, monachus, varia edidit opera *De rebus sacris, episcopis et beneficiis*.

JOSEPH. FLAV. — Josephus Flavius, historiographus Judæus, vita functus circa annum salutis 95, sermone Græco scripsit : *Historiam belli Judæorum*, — *Antiquitates Judaicas*, etc.

JOUX. — Petrus Joux (De Joux de la Chapelle), e Geneva oriundus, religione heterodoxus, in extremis vero catholicus, vir litteris et ingenio clarus, obiit Parisiis, anno 1825, et plurima Gallice concinnavit, præsertim opus cui titulus : *Lettres sur l'Italie considérée sous le rapport de la religion*.

JUEN. — Gaspar Juenninus (Juennin), natione Gallus, in Brixia natus, congregationis Oratorii presbyter, vir eruditione et pietate insignis, multos per annos theologiam docuit et obiit Parisiis anno 1713, ætatis suæ 63. Plura tum Latine tum Gallice conscripsit opera, inter quæ : *Institutiones theologicas ad usum seminariorum*, — *Commentarium historicum et dogmaticum de sacramentis*, — *Théologie morale*, — *Résolution des cas de conscience sur la vertu de justice et d'équité*, etc., etc.

JUL. CLAR. — Julius Clarus, *Vide* CLARUS JULIUS.

JUNIP. DREP. — Juniperus Drepanensis, vel a Drepano, natione Siculus, ordinis S. Francisci monachus, provinciæ Panormitanæ theologus, provincialis minister ac Lateranensis pœnitentiarius, vir doctrina insignis, in lucem emisit : *Disputationes commentarias pro juris pontificii defensione*, — *De casibus reservatis*, — *Emblemata civilia*, — *De immunitate et libertate ecclesiastica*, — *Totius theologiæ moralis omnium controversiarum securiores sequendas conclusiones*, etc. Obiit in ministeriatu suæ provinciæ anno 1648.

JUSTEL. — Christophorus Justellius (Justel), natione Gallus, patria Parisiensis, vir eruditione clarus et in historia præsertim ecclesiastica versatissimus, a consiliis et secretis regi Galliæ, vita functus Parisiis, anno 1649, ætatis suæ 69. Scripsit opus eximium cui titulus : *Codex canonum Ecclesiæ universæ*, et aliud prænotatum : *Histoire généalogique de la maison d'Auvergne*.

JUSTEL. (Henr.) — Henricus Justellius, præcedentis filius, Parisiis natus, Londini vero defunctus anno 1693, vir pariter doctissimus et bibliothecarius regius, edidit simul cum Guillelmo Voetio opus prænotatum : *Bibliotheca juris canonici veteris*.

JUSTIN. (S.) — Sanctus Justinus, Ecclesiæ Græcæ doctor et martyr anno 167, plurima scripsit opera, quæ nuper in *Patrologia Græca*, tom. IV, edit. J. P. Migne, collecta sunt ; quam vide.

JUSTIS (De). — Vincentius de Justis, nobilis Lucensis, scripsit opus prænotatum : *De impedimentis et dispensationibus matrimonialibus*.

# K

KAZEMB. — Kilianus Kazemberger, natione Germanus, strictioris Observantiæ S. Francisci alumnus in recollecta provincia Argentinæ, sacræ theologiæ lector jubilatus ac diffinitor, elaboravit : *Supplementum theologiæ moralis R. P. Fr. Patritii Sporer*, — *Centifolia theologica*, etc. Scripsit quoque Germanice : *De seraphica religione*. Claruit sæculo XVII.

KELLEN. — Ludovicus Kellen, natione Germanus, ordinis S. Francisci monachus, vicissim minister provincialis, commissarius ac diffinitor generalis, vir sane eruditus, plura elucubravit, ex quibus excusa exstant : *Medulla cedri, seu conciones Dominicales et festivales*, — *Adventuale novum* etc. etc. Floruit sæculo XVII.

KEMPIS (A). — Thomas Malleolus (Haemmerlein.) A Kempis dictus ab urbe Kempen prope Coloniam, ubi natus est, canonicus regularis monasterii Montis Sanctæ Agnetis, vita functus anno 1471, plurima concinnavit ascetiæ opera curis Sommalii edita Antverpiis, anno 1607, tres vol. in-4°

KERCHM. — Simon Kerchm, natione Germanus, ordinis clericorum regularium Societatis Jesu presbyter, vir scientiis philosophicis et theologicis apprime doctus, publici juris fecit : *Dissertationem de actibus humanis*, — *In quartum Decretalium*, etc.

KERCHOV. Gaudentius Vanden Kerchove, natione Germanus, ordinis S. Francisci monachus, lector jubilatus, ex-provincialis et commissarius, opus emisit egregium cui titulum donavit : *Commentarii in generalia statuta ordinis S. Francisci*, et aliud prænotatum : *Methodus corrigendi regulares*, sive *Praxis criminalis fratribus Minoribus propria, omni regulari judici accommodata*. Claruit sæculo XVII.

KEUL. — Mathias Keul, natione Belga, ordinis S. Francisci monachus, theologiæ lector emeritus, et diffinitor provinciæ Coloniensis, vir eruditus et de republica litteraria optime meritus, recognovit valdeque auctum dedit Latine *Thesaurum doctrinæ Christianæ* quondam a D. Nicolao Turlot Ecclesiæ Namurcensis vicario generali concinnatum, — *Rosetum seraphicum, seu Compendium operum S. Bonaventuræ*, — *Apiarium mellifluum continens favos dulciores et delectabiliores ex operibus S. Bernardi*, etc., etc. Floruit sæculo XVII.

KIRCHER. — Athanasius Kircherus, natione Germanus, patria Fuldensis, e Societate Jesu sacerdos, vir scientia, litteris et eruditione præstantissimus, philosophiam moralem, mathesim, linguas Hebræam et Syriacam in variis collegiis professus, plenus

Digitized by Google

dierum, Romæ obiit circa annum 1680. Plurima et eximia concinnavit opera, quorum præcipua : *Magnesia*, sive *Conclusiones experimentales de effectibus magnetis*, — *Ars magnetica*, — *Mundus subterraneus*, — *Historia Eustachio-Marinna*, *qua vita, genealogia et locus conversionis S. Eustachii describuntur*, etc., etc., etc.

**Klotz.** — Stephanus Klotzius, natione Germanus, theologus et pastor heterodoxus, fato functus anno 1668, tum theologica tum metaphysica edidit opera, inter quæ : *Theologiam naturalem*.

**Koel.** — Joannes David Koeler, natione Germanus, historiographus celebris et philosophiæ professor, publici juris fecit : *Chronologiam historiæ univers. ab orbe condito ad annum* 1730, — *Descriptionem orbis antiqui*. Obiit anno 1765.

**Koenig** — Georgius Koenig, natione Germanus, theologiæ professor, vita functus anno 1654, inter plura theologica edidit opus prænotatum : *Tractatus de casibus conscientiæ*. — Georgius Mathias Koenig, præcedentis filius, biographus et litterarum professor, defunctus anno 1699, inter multa, quæ conscripsit, opera, reliquit librum cui titulus : *Bibliotheca vetus et nova*.

**Kohl.** — Joannes Petrus Kohl, natione Danus theologus et litterator, plurimos per annos insigniter docuit historiam ecclesiasticam et humaniores litteras, et obiit anno 1778. Varia conscripsit opera sub his titulis : *Theologia gentilis Cimbricæ purioris*, — *Ecclesia Græca lutherizans*, — *Introductio in historiam et rem litterariam Slavorum imprimis sacram*, etc., etc.

**Kolb.** — Petrus Kolbæus, natione Germanus, viator eruditus, vita functus anno 1726, scripsit : *Dissertationem in cometarum naturam*, — *Observationes de aquis capitis Bonæ-Spei*, etc.

**Kornman.** — Henricus Kornmannus (Kornmann), natione Germanus et jurisconsultus celebris, plurima juris publici fecit sub his titulis : *Templum naturæ, seu de miraculis quatuor elementorum*, — *De miraculis vivorum*, — *De miraculis mortuorum*, — *De virginitatis jure*, — *De annulo triplici, usitato, sponsalitio, signatorio*, etc. Obiit anno 1620.

**Korthol.** — Christianus Kortholtus (Kortholt), natione Germanus, theologus heterodoxus et professor, vir eruditione et scientia præstantissimus, diem obiit supremum anno 1694, ætatis suæ 61, posteris varia relinquens opera sub his titulis : *Paganus obtrectator, sive De calumniis paganorum in veteres Christianos*, — *De origine et natura Christianismi ex mente gentilium*, — *De persecutionibus Ecclesiæ primativæ*, — *De religione ethnica, Mahummetana et Judaica*, etc., etc.

**Krimer.** — Ferdinandus Krimerus, natione Germanus, ordinis clericorum regularium Societatis Jesu, vir scientia insignis et utriusque juris peritus, varia scripsit, sed præsertim opus prænotatum : *Quæstiones canonicæ in quinque libros Decretalium*.

**Krisper.** — Crescentius Krisper, natione Germanus, ordinis S. Francisci monachus, vicissim lector, diffinitor et pro-commissarius generalis, vir doctrina, eruditione et virtutibus insignis, scripsit : *Nubila Jansenismi et Quesnellianismi luce dogmatico-scholastica depulsa*, — *Theologiam scholæ Scotisticæ, seu Expositionem quatuor librorum Sententiarum Scoti*, etc. Migravit ad Dominum circa annum 1730.

**Krug.** — Osuvaldus Kruger, natione Pruthenus, e Societate Jesu, theologiæ moralis, linguæ sanctæ et mathesis vicissim professor, vir doctrina clarus, Grohnæ obiit, anno 1665. Varia scripsit : *Theoremata et problemata mathematica*, — *Arithmeticam*, — *Calendarium Romanum*, — *Centurium astronomicam*, — *Horolographiam practicam*, etc., etc.

**Kulg.** — Joannes Kulger, natione Germanus, ordinis clericorum regularium Societatis Jesu alumnus, vir scientiis theologicis præstans, edidit : *Tractatum theologico-canonicum de sponsalibus et matrimonio*.

# L

**Labb.** — Philippus Labbæus (Labbe), natione Gallus, patria Biturix, natus Avarici Biturigum, Societatem Jesu anno 1623 amplexus, disciplinas amœniores, rhetoricam, philosophiam et theologiam vicissim docuit; doctrina, eruditione et pietate insigniter claruit, et obiit Parisiis anno 1667. Quam plurima edidit opera, quorum præcipua sub his titulis : *Collectio conciliorum*, 17 vol. in-fol., — *Hagiologium Franco-Galliæ*, — *Chronicon Dolensis cœnobii*, — *De scriptoribus ecclesiasticis*, — *Conciliorum historiæ synopsis*, etc., etc., etc.

**Laborans.** — Laborans S. R. Ecclesiæ presbyter cardinalis, philosophus et theologus eximius, edidit : *Collectionem canonum*, — *De vera libertate*, — *De justitia et justo*, — *De appellationibus*, etc. Claruit circa finem sæculi xii.

**La Croix.** — Claudius La Croix, *Vide* Croix.

**Lactant.** — Lucius Cœlius Firmianus Lactantius, natione Afer, ut recte creditur, vir ingenio insignis claruit sæculo iv, et scripsit : *Institutionum libros septem*, etc. Vid. *Patrologiam Latinam*, quam edidit J. P. Migne, t. VI et VII.

**Laet.** — Joannes de Laet, natione Belga, patria Antverpiensis, Societatis Indiarum director, historiographus et geographus insignis, obiit anno 1649, plurima posteris relinquens opera sub his titulis : *Novus orbis, seu Descriptio Indiæ occidentalis*, — *De regis Hispaniæ regnis et opibus*, — *Turcici imperii status*, — *Notæ ad dissertationem Hugonis Grotii de origine gentium Americanarum*, etc., etc.

**Lafitau.** — Josephus Franciscus Lafitau, natione Gallus, patria Burdigalensis, e Societate Jesu historiographus, vir ingenio et scientia insignis, varia Gallico sermone conscripsit opera, quorum præcipua : *Mœurs des sauvages américains, comparées aux mœurs des premiers temps*, — *Histoire des découvertes des Portugais dans le Nouveau-Monde*, etc. Obiit anno 1740.

**La Fontaine.** — Jacobus La Fontaine, natione Germanus, ordinis clericorum regularium Societatis Jesu presbyter, vir scientiis theologicis peritus, Romæ defunctus anno 1728, publici juris fecit opus eximium cui titulus : *Constitutio Unigenitus theologice propugnata*, 4 vol. in-fol.

**Lagomarsin.** — Hieronymus Lagomarsinius (Lagomarsini), natione Italus, patria Genuensis, e Societate Jesu philologus insignis, litteras humaniores, rhetoricam et linguam Græcam multos per annos professus, Romæ obiit, anno 1773, ætatis suæ 75. Scripsit : *Notas ad Julium Poggianum Senensem*, — *Ad Antonium Mariam Gratianum*, — *Actionem in J. Aug. Thuanum*, — *Orationes*, — *Epistolas*, etc.

**La Haie.** — Joannes de la Haie, natione Gallus, patria Parisiensis, ordinis S. Francisci monachus discalceatus, concionator regius, vir in scientiis theologicis et Litteris sacris eruditissimus, migravit ad Dominum anno 1661. Plurima et eximia concinnavit opera, quorum præcipua sub his titulis : *Commentaria in totam sacram Scripturam cum notis et versionibus*, — *Expositio casuum reservatorum*, — *Deliciæ prædicantium*, — *Quadragesimale de Evangelio æterno*, — *Duo adventualia*, etc., etc.

**Lalande.** — Jacobus de Lalande, natione Gallus, patria Aurelianensis, jurisconsultus et professor insignis, beneficentia et charitate notus, et ideo *Pater populi* cognominatus, obiit anno 1703. Varia de jure tum Latino tum Gallico sermone concinnavit opera sub his titulis : *Specimen juris Romano-Gallici ad Pandectas*, — *Prolegomena ad Decretales de decimis*, — *Commentaire sur la coutume d'Orléans*, etc., etc.

Digitized by Google

LALLEMAND. — Joannes Lallemandet, natione Gallus, patria Vesontinus, ordinis S. Francisci monachus, vir scientiis philosophicis et theologicis peritus, edidit: *Decisiones philosophicas tribus partibus, comprehensas*, — *Cursum theologiæ completum*, etc. Obiit anno 1647.

LAMBEC. — Petrus Lambecius, natione Germanus, patria Hamburgensis, historiographus et bibliographus insignis et catholicus, obiit anno 1680. Varia publici juris fecit opera quorum tituli : *Prodromus lucubrationum criticarum in A. Gellii Noctes Atticas*, — *Animadversiones ad Codini Origines Constantinopolitanas*, — *Commentarii de bibliotheca Cæsarea-Vindobonensi*, etc., etc.

LAMBERTIN. — Prosper Lambertinus (Lambertini). Vide BENEDICTUS XIV.

LAMBRUSCHIN. — Joannes Baptista Lambruschini, natione Italus, Oropitensis episcopus, vir doctrina et ingenio insignis, scripsit : *Theologica dogmata*, — *Compendium theologiæ*, — *Dissertationes de Immaculata Conceptione B. Mariæ*, etc., etc. Obiit anno 1827, ætatis suæ 72.

LAMI. — Bernardus Lami, natione Gallus, patria Cenomanensis, congregationis Oratorii presbyter, theologiæ professor, eruditissimus, obiit anno 1715, ætatis suæ 70, posteris varia et eximia tum Latine tum Gallice concinnata relinquens opera, sub his titulis : *Harmonia sive Concordia evangelica*, — *De tabernaculo fœderis, de sancta civitate Jerusalem et de templo ejus*, — *Introductio ad Scripturam sacram*, — *Démonstration de la sainteté et de la morale chrétienne*, etc., etc.

LAMI. — Joannes Lami, natione Italus, theologus et historiographus insignis, plura edidit opera prænotata : *Deliciæ eruditorum*. — *Chronologia virorum eruditione præstantium*, — *Sanctæ Ecclesiæ Florentinæ monumenta*, etc, etc. Obiit anno 1770.

LANCELL. — Joannes Paulus Lancellotus (Lancelloti), natione Italus, patria Perusinus, jurisconsultus celebris, morte functus anno 1591, ætatis suæ 80, edidit : *Institutiones juris canonici cum doctissimis notis*, — *Corpus juris canonici*, etc.

LANFRANC. — Lanfrancus, Italia ortus, Cantuariensis archiepiscopus et Angliæ primas, vir eruditione et scientia insignis, diem clausit extremum anno 1089, et scripsit : *Commentaria in Epistolas S. Pauli*, — *De corpore et sanguine Christi*, — *De celanda confessione*, etc. Vid. *Patrologiam Latinam*, edit. J. P. Migne, tom. CL.

LANFRED. — Jacobus Lanfredini, natione Italus, patria Florentinus, vir scientia, prudentia et pietate clarus, S. R. Ecclesiæ cardinalis, morte functus anno 1741, ætatis vero 60, varia tum Latine tum Italice concinnavit opera quorum tituli : *Responsiones ecclesiasticæ*, — *Raccolta d'orazioni sinodali, e lettere pastorali*, etc., etc.

LANG. — Joannes Langius (Lange), natione Germanus, jurisconsultus celeberrimus, a consiliis imperatori Ferdinando I, vir litteris humanioribus et jure doctissimus, vita functus anno 1567, varia scripsit, et præsertim : *De progressu juris civilis Saxoniæ*, etc.

LANTER. — Carolus Lanterius, natione Italus, patria Genuensis, ordinis S. Francisci monachus, theologus jubilatus, ex-provincialis, diffinitor et commissarius generalis, claruit sæculo XVII, et juris publici fecit opera prænotata : *De sanctissimo Incarnationis mysterio*, — *Tractatus duo theologici*, etc.

LANTUSC. — Angelus Lantusca, natione Italus, ordinis S. Francisci monachus, vir non minus doctrina quam pietate æstimandus, theologus, concionator illustris et Romanæ provinciæ secretarius, plura minime contemnenda scripsit, e quibus exstant : *Octavarium exercitiorum spiritualium*, — *Regulam tertii ordinis S. Francisci*, — *Theatrum Regularium*, — *Bullarium Romanum ab Urbano VIII ad Clementem X*, etc. Claruit sæculo XVII (1665).

LAPIDE (A.). — Cornelius a Lapide, natione Belga, patria Eburo Bucholdianus, Societatis Jesu sacerdos, sacram linguam et Litteras divinas tum Lovanii, tum Romæ complures per annos summa cum celebritate publice professus est et migravit ad Dominum anno 1637, ætatis suæ 81. Edidit *Commentaria* in fere totam Scripturam.

LA SELV. — Zacharias La Selve, natione Gallus, ordinis S. Francisci monachus, theologus ac doctrina insignis, uti testantur ejus lucubrationes, concionatoribus communia fecit opera prænotata : *Annus apostolicus pro toto Adventu*, — *Pro tempore Quadragesimæ*, — *Pro omnibus Dominicis*, etc., etc. Floruit sæculo XVII.

LAUD. — Andreas Laude, natione Siculus, patria Catanensis, ordinis Sanctæ Mariæ a Monte Carmelo monachus, theologiæ professor et sui ordinis procurator generalis, vita functus anno 1675, in lucem emisit : *Disputationes theologicas in Summam D. Thomæ*.

LAUN. — Joannes Launoius (Jean de Launoy), natione Gallus, patria Constantiensis, Parisiensis theologus, jurium Ecclesiæ et regis acerrimus vindex, vitam exegit innoxiam, et optimam famam, maximamque venerationem adeptus, obiit anno 1678. *Plurima et eximia concinnavit opera*, quorum præcipua : *De veteribus Parisiensium basilicis*, — *De frequenti confessionis et Eucharistiæ usu*, — *De cura Ecclesiæ pro miseris et pauperibus*, — *De veteri ciborum delectu in jejuniis*, — *De sacramento unctionis extremæ*, — *Romanæ Ecclesiæ circa Simoniam traditio*, etc., etc.

LAURENT. — Laurentius Brancatius de Laurea, Vide BRANCATIUS.

LAURENT. — Andreas Laurentius (Du Laurens), natione Gallus, patria Arelatensis, regis Henrici IV medicus, fato functus anno 1609, scripsit opus eximium cui titulus : *Historia anatomica corporis humani*.

LAURENT. — Augustinus Laurentius (Laurenço), natione Hispanus, e Societate Jesu, philosophiæ et theologiæ professor, obiit anno 1695. Varia edidit opera, quorum præcipua sub his titulis : *Cursus philosophicus de triplici ente*, — *Syntagmata theologica sive principalis theologiæ tractatus*, etc., etc.

LAUTERBACH. — Adamus Wolfgangus Lauterbach, natione Germanus, jurisconsultus et professor eximius, vita functus anno 1678, edidit : *Consilia juridica Tubingensia*, — *Collegium theorico-practicum in Pandectas*, etc.

LAYMAN. — Paulus Laymannus, natione Germanus, patria Œnipontanus, e Societate Jesu, vir juris canonici peritissimus, peste contactus obiit Constantiæ, anno 1625. Edidit : *Quæstiones canonicas de prælatorum, ecclesiasticorum electione, institutione et potestate*, — *Theologiam moralem*, — *Processum juridicum contra Sagas*, — *Commentaria in Decretales*, etc., etc.

LAZER. — Petrus Lazerius (Lazeri), natione Italus, patria Senensis, Societatis Jesu presbyter, theologus insignis et linguis eruditissimus, obiit anno 1789. Varia tum Latine tum Italice scripsit opera, quorum præcipua sunt : *De arte critica et generalibus ejus regulis*, — *De antiquis formulis fidei*, — *De falsa veterum Christianorum rituum a ritibus ethnicorum origine diatriba*, etc., etc.

LEAND. DIVION. — Leander Divionensis, natione Gallus, ordinis S. Francisci monachus, disertissimus concionator, theologus celeber ac definitor, vir omnigena doctrina insignitus, vita functus anno 1667, publici juris fecit : *Veritates evangelicas*, — *Commentaria in Epistolas S. Pauli*, — *Discursus prædicabiles super aureas sententias S. Pauli*, — *Super Cantica canticorum*, etc.

LEAND. MONT. — Leander Montanus, natione Hispanus, patria Murciensis, ordinis S. Francisci mo-

nachus, provincialis minister, Inquisitionis qualificator, et a concionibus regiis, vir eruditus et in utroque jure nobiliter versatus, prelo mandavit : *Commentaria litteraria et moralia in librum Esther,* — *Disquisitiones morales in primam secundæ S. Thomæ*, — *Quæstiones selectas regulares*, — *Quæstiones selectas morales*, — *Expositionem bullæ Cruciatæ*, etc. Obiit circa annum 1670.

Le Cointe. — Carolus Le Cointe, natione Gallus, patria Trecensis, congregationis Oratorii presbyter, vir scientia et eruditione insignis, edidit opus prænotatum : *Annales ecclesiastici Francorum*, ab anno 417 ad annum 845, 8 vol. in-fol. Obiit Parisiis anno 1681, ætatis suæ 70.

Ledesm. (B.) — Bartholomæus Ledesma, natione Hispanus, patria Salmanticensis, ordinis S. Dominici monachus et episcopus Antequitensis, vir eruditissimus, inter multa, quæ concinnavit, opera, reliquit : *Tractatum de sacramentis*, et obiit anno 1604.

Ledesm. (Cl.) — Clemens de Ledesma, natione Hispanus, ordinis S. Francisci monachus, philosophiæ lector, concionator Jubilatus et Pater, circa annum 1700 vita functus, scripsit : *Compendium excellentiarum seraphici tertii ordinis*, — *Theses de Jesu Nazareno, de Angelopolitani templi dedicatione*, etc.

Ledesm. (Jac.) — Jacobus Ledesma, natione Hispanus, patria ex Cuellar Castellæ oppido, e Societate Jesu regularis, vir ingenii et doctrinæ magnitudine nobilissimus, theologus et canonista insignis, migravit ad Dominum anno 1575. Multa conscripsit opera, quorum præcipua sub his titulis : *De dialectica ejusque tradendæ methodo*, — *Ethica, seu philosophia et theologia de moribus*, — *Controversiarum quæstiones contra hæreticos*, — *De modo catechizandi*, — *Tabula brevis Summæ S. Thomæ*, etc., etc.

Ledesm. (Joan.) — Joannes Ledesma, natione Americanus, patria Mexicanus, nobilibus parentibus Hispanis natus, Societatis Jesu presbyter, scientiis philosophicis et theologicis peritissimus, e vivis decessus anno 1637, scripsit : *Commentaria in S. Thomam*, — *Varias lucubrationes*, etc. Omnia opera collecta sunt tom. 14 in-fol.

Ledesm. (M.) — Martinus de Ledesma, sive Ledesmius, sic dictus ab oppido suo natali, quod adjacet fluvio Tormi, ordinis S. Dominici monachus, vir ingenii præcellentis et litteris celeberrimus, ac omnibus disciplinis ornatus, diem obiit supremum anno 1574. Edidit : *In quartum librum magistri Sententiarum volumina duo*, — *Scripta plura in Summa D. Thomæ*.

Ledesm. (P.) — Petrus Ledesma, natione Hispanus, patria Salmanticensis, ordinis S. Dominici monachus, theologiæ professor celeberrimus, scripsit : *Tractatum de matrimonio*, — *Summam sacramentorum*, etc., etc. Obiit anno 1616.

Le Drou. — Petrus Lambertus Le Drou, natione Germanus, patria Huyensis, ordinis S. Augustini monachus, doctor Lovaniensis et theologiæ professor, Porphyriensis episcopus, vir eruditione, et modestia clarus, cum omnium bonorum luctu octuagenarius pientissime Leodii obiit anno 1721. Scripsit : *Dissertationes quatuor de contritione et attritione*, — et opus aliud cui titulus : *Trias Patrum, sive theologia ex tribus Patribus, S. Augustino, Gregorio Magno et S. Bernardo deprompta*.

Legnano. — Joannes de Legnano, sic dictus ab oppido suo natali, natione Italus, jurisconsultus, vir in litteris humanioribus, philosophia, jurisprudentia et astronomia versatissimus, in Universitate Bononiensi jus canonicum magna cum fama professus est et diem obiit supremum Bononiæ anno 1383. Plurima concinnavit opera sub his titulis : *Super Clementinis liber 1*, — *De censura ecclesiastica*, — *De interdicto ecclesiastico*, — *Disputatio de decreto*, — *De beneficiorum ecclesiasticorum pluralitate*, — *De horis canonicis*, — *De repræsaliis*, — *De duello*, — *Lectura super primo, secundo et tertio Decretalium*, etc.

Leibnit. — Guillelmus Godefridus Leibnitius (Leibnitz), natione Germanus, patria Lipsiensis, vir ingenio et eruditione præstantissimus, historiographus, et jurisconsultus insignis, metaphysica et mathematica pollens, obiit anno 1716, ætatis suæ 70. Plura et eximia sui ingenii monumenta posteris legavit sub his titulis : *Scriptores rerum Brunswicarum*, — *Codex juris gentium diplomaticus*, — *De jure suprematus ac legationis principum Germaniæ*, — *De arte combinatoria*, — *Accessiones historicæ*, — *De origine Francorum*, etc., etc.

Leitan. — Franciscus Leitan, ordinis clericorum regularium Societatis Jesu presbyter, vir scientia clarus, juris publici fecit opus eximium cui titulus : *Clypeus pontificiæ dignitatis*.

Lemer. — Nicolaus Lemerius (Lemery), natione Gallus, patria Rothomagensis, medica et chimica arte peritissimus, inter plura alia, edidit opus eximium cui titulus : *Cours de chimie*. Obiit anno 1715, ætatis suæ 70.

Lenglet. Dufresn. — Nicolaus Lengletus Dufresnius (Lenglet Dufresnoy), natione Gallus, patria Bellovacensis, Sorbonicus doctor designatus, vir litteris, scientia et eruditione clarus, vita functus anno 1755, plurima sermone Gallico concinnavit opera, quorum præcipua sunt : *Méthode pour étudier l'histoire*, — *Traité historique et dogmatique sur les apparitions*, — *Traité historique et dogmatique du secret de la confession*, etc., etc., etc.

Lengnich. — Godefridus Lengnich, natione Germanus, patria Gedanensis, historiographus et jure publico peritus, plura tum Latino tum Germanico idiomate conscripsit opera, quibus tituli : *De origine et progressu pœnæ adulterorum apud Romanos*, — *Historia Poloniæ*, — *Animadversiones in auctores classicos*, etc., etc. Obiit anno 1774, ætatis suæ 84.

Leo M. (S.). — Sanctus Leo I, papa, cognomine Magnus, natione Italus, patria Romanus, factis et scriptis clarus, migravit ad Dominum anno 461. Plura et eximia reliquit opera, quæ nuper collecta sunt in *Patrologia Latina*, edit. J. P. Migne, tom. LIV-LVI.

Leo (J. F.). — Joannes Franciscus Leo, natione Italus, episcopus Telesiæ, opus edidit eximium cui titulus : *Thesaurus fori ecclesiastici*.

Leo (M.). — Marcus Paulus Leo, natione Italus, patria Romanus, juris utriusque doctor, multos per annos negotiis ad sacram Pœnitentiariam spectantibus deditus, postea vero Societatem Jesu anno ætatis suæ 41 ingressus, migravit ad Dominum die 11 Octobris 1657. Scripsit : *Praxim ad litteras majoris Pœnitentiarii*, — *De auctoritate et usu pallii pontificii*, etc.

Lequien. — Michael Lequien, natione Gallus, patria Bononiensis, ordinis S. Dominici monachus, vir linguis, theologia et sacris Litteris eruditissimus, obiit Parisiis anno 1733. Plura et doctissima concinnavit opera sub his titulis : *Panoplia contra schisma Græcorum*, — *Oriens Christianus, in quatuor patriarchatus digestus, in quo exhibentur Ecclesiæ, patriarchæ, cæterique præsules Orientis*, — *Nullité des ordinations anglicanes*, etc., etc.

Leran. — Joannes Baptista de Lerana, natione Hispanus, patria Matritensis, ordinis Carmelitarum monachus, theologiam magna cum fama docuit et obiit Romæ anno 1659, ætatis suæ 73, posteris sui ingenii monumenta relinquens opera, quorum tituli : *Summa quæstionum regularium*, — *Summæ theologiæ sacræ*, — *Annales sacri, prophetici et Eliani ordinis*, — *De regularium reformatione*, etc., etc.

Lerid. — Petrus Leridantus (Leridant), natione Gallus, patria Armoricus, causidicus Parisiensis, vir scientia juris apprime eruditus, vita functus anno 1768, varia tum Latine tum Gallice conscripsit opera

Digitized by Google

quibus tituli : *Institutiones philosophicæ*, — *Dissertatio historico-theologica in conceptionem B. Mariæ*, — *Code matrimonial*, etc.

Lerius. —Joannes Lerius (de Léry), natione Gallus, Æduus Burgundio, heterodoxus minister, multas peragravit regiones, et Gallice simul ac Latine edidit librum cui titulus : *Voyage du Brésil*. Obiit anno 1611.

Lescarb. — Marcus Lescarbot, natione Gallus, patria Verbinensis, Parisiensis causidicus, Americas perlustravit regiones et juris publici fecit opus prænotatum : *Histoire de la Nouvelle France*. Obiit circa annum 1630.

Lessius.—Leonardus Lessius, natione Belga, patria Brechtanus in Brabantia, e Societate Jesu, theologus insignis, et ingenio ac eruditione præclarus, plura et eximia concinnavit opera, scilicet : *De justitia et jure*, — *De Montibus pietatis*, — *De perfectionibus moribusque divinis*, — *De Antichristo et ejus præcursoribus*, — *De statu vitæ deligendo*, — *De summo bono*, etc., etc. Migravit ad Dominum anno 1623, ætatis suæ 69.

Leuren. — Petrus Leurenius, ordinis clericorum regularium Societatis Jesu sacerdos, vir scientiis theologicis et canonicis peritus, scripsit : *Forum ecclesiasticum*, — *Forum beneficiale*, — *De vicario episcopi*, etc.

Leusden. — Joannes Leusdenius, natione Batavus, patria Ultrajectensis, philologus insignis et Hebraicæ linguæ professor, plura edidit eximia opera sub his titulis : *Onomasticon sacrum*, — *Compendium biblicum Veteris Testamenti*, — *Philologus Hebræus*, — etc., etc. Obiit anno 1699.

Leeuwen — Simon van Leeuwen, natione Batavus, causidicus et juris peritus celebris, fato functus anno 1682, inter plurima de jure opera, edidit prænotata : *Censura forensis*, — *De origine et progressu juris civilis Romani*, etc.

Leyser. — Augustinus Leyserus (Leyser), natione Germanus, patria Wittembergensis, jurisconsultus et professor insignis, varia de jure concinnavit opera sub his titulis : *De logomachiis in jure dissertatio*, — *De assentationibus jurisconsultorum*, — *Meditationes ad Pandectas*, etc. Obiit anno 1752.

Liberi. — Liberius a Jesu, natione Italus, patria Novariensis, ordinis Carmelitarum monachus, congregationis Fidei Propagandæ præfectus, per triginta et octo annos scholasticam theologiam Romæ docuit, et obiit anno 1719, posteris relinquens *Controversias dogmaticas*, 11 vol. in-fol.

Licet. — Fortunius Licetus (Fortunio Liceti), natione Italus, patria Genuensis, medicus insignis et professor, plurimos concinnavit tractatus quorum præcipui sunt : *De monstris*, — *De mundi et hominis analogia*, — *De annulis antiquis*, — *De animorum rationalium immortalitate*, — *De lucernis antiquis*, etc., etc. Obiit anno 1657.

Lichet. — Franciscus Lichetus de Brixia (Licheto), natione Italus, ordinis S. Francisci monachus, in Scotistica doctrina toto orbe celeberrimus, vir felicissimi et sagacissimi ingenii, multis annis theologiam professus, minister generalis totius ordinis electus fuit, et obiit circa annum 1524. Palestræ litterariæ mandavit : *Commentaria in primum, secundum et tertium Scoti*,—*In quatuor libros Sententiarum*, — *In metaphysicam Doctoris subtilis*, etc., etc.

Liguor. (S.) — Alphonsus Maria Liguorius (S. Liguori), natione Italus, patria Neapolitanus, episcopus S. Agathæ, vir scientia et sanctitate clarissimus, Redemptoris congregationis fundator, migravit ad Dominum anno 1787. Multa et eximia tum Latine tum Italice concinnavit opera, quorum præcipua sunt : *Theologia moralis*, — *Homo apostolicus*, — *Directorium ordinandorum*, — *Institutio cathechistica*, — *Praxis confessarii*, etc., etc., etc.

Lilius. — Aloysius Lilius (Louis Lilio), natione Italus, patria Cirensis in Calabria, medicus et astronomus insignis, fato functus anno 1576, Kalendarium Gregorianum reformavit, et scripsit : *De propagando numero aureo*.

Limborch. — Philippus van Limborchius, natione Batavus, patria Amstelodani natus, theologus et pastor heterodoxus, vir scientia clarus, fato functus anno 1712, varia edidit opera sub his titulis : *Amica collatio de veritate religionis Christianæ cum Judæo*, — *Theologiæ Christianæ ad praxim pietatis directa*, — *Historia Inquisitionis*, etc.

Limn. — Joannes Limnæus, natione Germanus, historiographus et jurisconsultus insignis, vita functus anno 1663, publici juris fecit varia opera, quorum tituli : *De jure imperii Romano-Germanici*, — *Commentarius ad bullam Auream*, — *Capitulationes imperatorum*, — *De academiis*, — *Notitia regni Galliæ*, etc.

Lindeborn. — Joannes Lindebornius, natione Batavus, patria Daventriensis, et episcopi provicarius, historiographus et theologus eruditione clarus, varia conscripsit opera prænotata : *Historia seu Notitia episcopatus Daventriensis*, — *Tractatus de efficacia sacrificiorum quæ obtulit lex divino-Mosaica*,— *Notæ catecheticæ in baptismatis*, *pœnitentiæ*, *extremæ unctionis*, *ordinis et matrimonii sacramentis*, etc. Obiit anno 1696.

Lindenbrog. — Fridericus Lindenbrogius (Lindebrog), natione Flander, patria Hamburgensis, vir litteris et eruditione clarus, scripsit : *Commentarium de ludis veterum*,— *Codicem legum antiquarum*, etc. Obiit anno 1647.

Linglos. — Petrus Franciscus Linglosius (Linglois), natione Gallus, patria Vesuntinus, jurisconsultus, varia de jure concinnavit opera, inter quæ : *De hypotheca*. Obiit anno 1629.

Link. — Henricus Linkius, vel potius Linckius (Linck), natione Saxo, patria Misniensis, jurisconsultus insignis et professor, varia de jure scripsit opera : *Tractatum de jure templorum*, — *De exhæredatione bona mente facta*, etc., etc. Floruit sæculo XVII.

Lippoman. — Ludovicus Lippomanus (Lippomani), natione Italus, patria Venetus, episcopus Bergomensis, vir scientia et eruditione celeberrimus, varia tum Latine tum Italice edidit opera, quorum præcipua sunt : *Acta et vitæ sanctorum*, — *Catena in Genesim*, *Exodum et Psalmos*, — *Constitutiones synodales super reformatione cleri*, etc., etc. Obiit anno 1559.

Lips. — Justus Lipsius, natione Belga, patria Bruxellensis, philologus et aristarchus insignis, scientia clarus, vita functus anno 1606, plurima et varia conscripsit opera sub his titulis : *Variæ lectiones*, — *Excursio ad Taciti Annales*, — *Tractatus de politica*, — *De militia Romana*, — *De constantia*, etc. Omnia ejus opera collecta sunt tom. quatuor, in-fol. Antverpiæ, 1637.

Liron. — Joannes Liron, natione Gallus, patria Carnotensis, ordinis S. Benedicti monachus, vir eruditione insignis, plura Gallice scripsit sub his titulis : *Bibliothèque des auteurs chartrains*, — *Aménités de la critique*, — *Singularités historiques et littéraires*, etc. Migravit ad Dominum anno 1748.

Llamas. — Hieronymus Llamas, theologiæ doctor, varia juris publici fecit opera prænotata : *Summa ecclesiastica*, seu *Instructio confessariorum*, — *Methodus curandi animas*.

Llamaz. — Thomas Llamazares, natione Hispanus, patria Pinciensis, ordinis S. Francisci monachus, lector bis jubilatus et custos, vir apprime eruditus, plura tum Latine tum Hispanice conscripsit opera, quorum præcipua : *Quæstiones theologicæ, dogmaticæ et morales ad mentem Doctoris subtilis*, — *Cursus philosophicus*, — *Apophtegmata*, —

Digitized by Google

*Cornucopia sacro-profana*, etc., etc. Florebat circa annum 1690.

LOAYSA. — Garcias Gironius de Loaysa, natione Hispanus, archiepiscopus Toletanus, vir scientia et eruditione insignis, vita functus anno 1599, edidit : *Concilia Hispanica*, — *De jure universali*, etc.

LOCAT. — Ubertus Locatus, natione Italus, patria Placentinus, ordinis S. Dominici monachus et episcopus Balneoregiensis, scripsit : *Librum de episcopis Placentinis*, — *Praxim judiciariam inquisitorum*, etc. Obiit anno 1570.

LOCHMAIER. — Michael Lochmajerus, natione Germanus, Pataviensis canonicus, theologiæ ac juris pontificii doctor, e vivis ablatus circa annum 1430, scripsit opus eximium cui titulus : *Parochiale curatorum*, in quo tractat de jure parochiali, de decimis, de oblationibus, sepulturis, etc.

LOCK. — Joannes Lockius (Loche), natione Anglus, vir eruditione et litteris insignis, philosophus præstantissimus, multa sermone vernaculo edidit opera, inter quæ : *Tractatum de regimine civili*. Obiit anno 1704. Omnia ejus opera collecta sunt, Londini, 1801, 10 vol. in-8°.

LOHNER. — Tobias Lohnerus, natione Germanus, gente Boius, patria Neo-Œtinganus, diœceseos Salisburgensis. Societatis Jesu presbyter, litteras amœniores, philosophiam et theologiam vicissim professus, rector collegium Lucernense gubernavit et typis commisit : *Instructionem practicam de SS. Missæ sacrificio*, — *Instructionem practicam de Officio divino*, — *Scholam universalem cœlestis sapientiæ*, — *Marianam maternitatem*, etc. Obiit circa annum 1685.

LOMBARD. — Petrus Lombardus, natione Italus, patria Novariensis in Longobardia, nuncupatus *Magister sententiarum*, quo nomine sæpius vocatur et citatur, canonicus Carnotensis et dein Parisiensis archiepiscopus, vir ingenio, doctrina et eruditione insigniter clarus, obiit anno 1164. Scripsit : *Libros quatuor Sententiarum*, — *Commentaria in Psalmos*, etc., etc.

LOPES. — Ludovicus Lopesius (Lopez), natione Hispanus, ordinis S. Dominici monachus, eruditus sacræ theologiæ magister et concionator celebris, connexuit instar catenæ aureæ : *Summam super quatuor evangelistas*, — *Tractatum de contractibus et negotiationibus*,— *Instructorium conscientiæ*, etc., etc. Vivebat adhuc Matriti anno 1595.

LORIN. — Joannes Lorinus (Lorin), natione Gallus, patria Avenionensis, Societatis Jesu presbyter, vir apprime doctus, philosophiam Romæ, theologiam et Litteras sacras Lutetiæ, Mediolani et Romæ cum laude professus, theologus præpositi generalis, et librorum imprimendorum censor, in Gallias ex Urbe reversus, Dolæ obiit anno 1634. Edidit in lucem : *Commentaria in varios Scripturæ sacræ libros*, — *Commentaria in Aristotelis Logicam*, etc.

LOSÆUS. — Carolus Losæus (Loyseau), natione Gallus, patria Carnutensis, jurisconsultus peritus et causidicus Parisiis, varia de jure concinnavit opera tum Latine, tum Gallice, quorum præcipua sunt : *De jure universali*, — *Des seigneuries*, — *Traité du déguerpissement*, etc., etc., Obiit Parisiis, anno 1627, ætatis suæ 63.

LOTH. — Ludovicus Bertrandus Loth, natione Germanus, ordinis Prædicatorum, S. Dominici monachus, et theologus, edidit : *Resolutiones theologicas*. Florebat sæculo XVII.

LOTTER. — Melchior Lotterius, natione Germanus, jurisconsultus scientia et eruditione clarus, varia de jure, tum civili tum canonico, concinnavit opera, inter quæ, *De re beneficiaria*, etc. Claruit sæculo XVI.

LOUVREX. — Mathias Guillelmus Louvrex, natione Belga, patria Leodiensis, jurisconsultus celeberrimus, vir tam eruditione quam simplicitate morum et modestia insignis, plura de jure canonico et civili conscripsit opera, scilicet : *Dissertationes canonicas de origine, electione, officiis et jure præfectorum et decanorum Ecclesiarum*, — *Notas ad observationes et res judicatas Caroli Mœani*, — *Historiam Leodiensem*, etc. Obiit Leodii, anno 1734, ætatis suæ 69.

LUCA. — Joannes Baptista de Luca, natione Italus, patria Venusiensis, S. R. Ecclesiæ cardinalis, vir scientia et eruditione clarus, obiit anno 1683, ætatis suæ 66, posteris relinquens : *Theatrum justitiæ et veritatis*, in 12 vol. in-fol., Romæ, 1680, — *Notas ad concilium Tridentinum*, etc.

LUDEWIG. — Joannes Petrus Ludewigus, natione Germanus, patria Suevus, jurisconsultus et professor insignis, fato functus anno 1743, plura de jure publico et civili scripsit, quæ collecta sunt sub hoc titulo : *Miscellanea*. Edidit etiam : *Scriptores rerum Germanicarum*, — *Collectio scriptorum historiæ episcopatus Herbipolensis*, etc., etc.

LUDOV. A CRUC. — Ludovicus a Cruce, natione Lusitanus, patria Brigantinus, ordinis S. Francisci monachus, vicarius generalis et sacro Lateranensi templo pœnitentiarius, obiit Cæsaraugustæ anno 1633. Scripsit : *Disputationes morales in tres bullas apostolicas Cruciatæ, defunctorum et compositionis*,— *In bullam Cœnæ Domini*, — *Tractatum de piis legibus relictis Patribus Minoribus*, — *Dubia moralia*, — *Tractatum de Jubilæo*, etc.

LUDOV. A S. JOA. — Ludovicus a S. Joanne Evangelista, natione Hispanus, ordinis S. Francisci monachus, vicissim commissarius et diffinitor generalis, vir doctrina et virtutibus insignis, publici juris fecit : *Super quatuor librum Sententiarum summam casuum conscientiæ*, — *De administratione sacramentorum in casibus repentinis*, — *De instabilitate vitæ*, etc. Floruit sæculo XVII.

LUGO. — Franciscus de Lugo, natione Hispanus, patria Hispalensis, jam in jure licentiatus, Societatem Jesu amplexus est anno 1600. Vir ingenio et doctrina insignis, philosophiam vicissim et theologiam docuit, et migravit ad Dominum anno 1652, non sine fama tam apud externos, quam domesticos sanctitatis. Edidit naufragio superstites *Commentarios in primam partem S. Thomæ de Deo, Trinitate et angelis*, — *De sacramentis in genere, baptismo, confirmatione et sacra Eucharistia*, — *Discursum prævium ad theologiam moralem*, — *Quæstiones morales de sacramentis*, etc.

LUGO. — Joannes de Lugo, natione Hispanus, patria Hispalensis, frater præcedentis minor, Societatis Jesu theologus, eminentissimus S. R. Ecclesiæ cardinalis, et sua charitate erga pauperes notus, obiit Romæ anno 1660, ætatis suæ 77. Edidit tomos septem theologicos, videlicet : *De Incarnatione*,—*De sacramentis in genere et Eucharistiæ sacramento ac sacrificio*, — *De virtute et sacramento pœnitentiæ*, — *De justitia et jure*, — *De virtute fidei*, — *Responsorum moralium libr. sex*, etc., etc.

LUITPRAND. — Luitprandus vel Liutprandus, natione Longobardus, patria Ticinensis, Cremonensis episcopus, vir ingenio, eruditione, et eloquentia clarus, obiit circa annum 973, plurima relinquens opera, quæ videnda in cursu *Patrologiæ Latinæ*, edit. J. P. Migne, tom. CXXXVI.

LULLUS. — Raymundus Lullus, natione Hispanus, patria Palmensis, apud insulas Baleares, Tertii ordinis S. Francisci monachus, vir pius, doctus, divino plenus amore et cœlesti prorsus scientia imbutus, Bugiæ in Africa sanguine pro fide effuso, lapidibus obrutus, obiit anno 1315. Opera pene innumera concinnavit : *De artibus generalibus*, — *De grammatica et rhetorica*, — *De theologia*, etc., etc. Vide Bibliothecam Franciscanam, tom. III, pag. 35.

LUNIG. — Joannes Christianus Lunigius, natione Germanus, urbis Lipsiæ secretarius, tractandis in-

Digitized by Google

ter gentes negotiis peritissimus, fato functus anno 1740, plura de jure edidit opera quorum præcipua : *Codex Augusteus*, — *Orationes procerum Europæ*, — *Corpus juris militaris*, etc., etc.

Lupi. — Antonius Maria Lupi, natione Italus, patria Florentinus, Societatis Jesu presbyter, vir litteris humanioribus, scientia et eruditione præclarus, obiit anno 1737, ætatis suæ 42. Varia tum Latine tum Italice conscripsit opera inter quæ : *Dissertationes historicas, chronologicas, de baptisteriis*, — *De inventione sanctæ crucis*, etc., etc.

Lupus. — Christianus Lupus, natione Germanus, Ipris apud Flandros natus, ordinis S. Augustini monachus, Academiæ Lovaniensis theologiæ doctor, regius ac primarius professor et sui ordinis provincialis, vir litteris, scientia et eruditione clarus, obiit anno 1681. Per eximia opera nominis sui memoriam ad posteros transmisit quæ hic sequuntur et sunt : *Apologiæ*, — *Quæstiones de origine eremitarum*, — *Synodorum generalium statuta et canones*, — *Dissertationes dogmaticæ*, etc. Omnia ejus opera tomis duodecim in-fol. collecta sunt, Venetiis, an. 1724-1729.

Luzerne. — Cæsar Guillelmus La Luzerne, natione Gallus, patria Parisiensis, Lingonensis episcopus et S. R. Ecclesiæ cardinalis, vir ingenio, facundia et virtutibus præstantissimus, obiit Parisiis anno 1821, ætatis suæ 83. Plura et varia sermone Gallico concinnavit opera, inter quæ *Institutiones ad rituale Lingonense*. Omnia ejus scripta tum edita tum inedita nuper collegit D. J. P. Migne, 6 vol. in-4°.

Lynck. — Nicolaus Christophorus Lyncker, natione Germanus, jurisconsultus insignis et professor, vir ingenio et scientia juris clarus, multa et eximia de jure publico et civili Latine conscripsit, sub hoc titulo : *Dissertationes academicæ* excusa 5 vol. in-4°, 1696. Obiit anno 1726.

Lyrau. — Nicolaus de Lyra, vel Lyranus, natione Gallus, Normanniæ oppido, Judæus genere non fide natus, ordinis S. Francisci monachus, vir doctrina et vitæ sanctitate insignis, vera, pura et germana in exponendis sacris Scripturis intelligentia præditus, exaravit : *Perpetuas postillas et commentarios in universa Biblia*, — *Plura quodlibeta theologica*, — *Tractatum de corpore Christi*, — *Commentarios in quatuor libros Sententiarum*, — *De arte bene vivendi et moriendi*, — *De cura clericali*, etc., etc., etc. Obiit in magno conventu Parisiensi, anno 1340.

# M

Mabillon. — Mabillonius Joannes, natione Gallus, ordinis S. Benedicti, unus inter doctissimos hujusce temporis, vir scientia pariter et virtutibus clarus, migravit ad Dominum anno 1707. Fere innumera scripsit et edidit opera : *Acta sanctorum ordinis S. Benedicti*, — *De re diplomatica*, — *De liturgia Gallicana*, — *Iter Italicum*, — *Tractatus de studiis monachorum*, etc., etc., etc.

Maccarinell. — Maccarinelli Seraphinus Maria, ordinis Prædicatorum, edidit opus cui titulus est : *Exercitationes theologicæ morales*.

Macedo. — Franciscus de Macedo, natione Lusitanus, patria Conimbricensis, primum e Societate Jesu, transivit ad Minores. Hic philosophiam, rhetoricam, chronologiam docuit. Vir erat plane eruditus et impingendis carminibus felicissimus, ac venæ uberrimæ. Florebat XVII sæculo. Edidit : *Theses rhetoricas, plurima de arte poetica*, — *Collationes Scoti cum D. Thoma*, — *Medullam historiæ ecclesiasticæ*.

Macerat. — Macerata Marius Antonius, theologus Italicus, edidit opus cui titulus est : *Perfectus confessarius*.

Machad. — Franciscus Machadus (Machado), natione Lusitanus, patria Villaponensis, e Societate Jesu. Eloquentiam et humaniores litteras sexennio tradidit. Migravit ad Dominum 1659. Edidit in lucem : *Mausolæum majestatis Joannis IV*.

Macr. vel Magr. — Magri Dominicus, natione Siculus, sacerdos congregationis Oratorii, canonicus Viterbiensis, doctissimus theologus, migravit ad Dominum, anno 1672 ; duo utilissima opera concinnavit : *Hierolexicon*, — et *Tractatum de contradictionibus Scripturæ apparentibus*.

Macrob. — Macrobius, philosophus sectæ Platonis, et grammaticus V sæculi. Edidit : *Saturnales*, — *De differentiis et societatibus Græci Latinique verbis*, — *Variorum commentaria*. — Alius est Macrobius sacerdos Africanus, qui IV sæculo vivebat. Scripsit epistolam *Ad confessores et virgines*, — et epistolam *Ad populum Carthaginensem*.

Madd. — Maddius Julius Cæsar, edidit opus cui titulus est : *De sacris ordinibus*.

Mader. — Madernus Joachim Joannes, natione Germanus, doctus bibliographus et philologus, obiit anno 1680. Multa scripsit opera quorum præcipua : *Scriptores Lipsienses, Wittembergenses et Francofordienses*, — *Disputatio de conciliis*, — *Dissertatio de S. Laurentio*, — *Vetustas ; sanctimonia domus Brunswicensis*, — *De bibliothecis*.

Maest. — Maestertius Jacobus, natione Belga, jurisconsultus doctus, jus docuit usque ad mortem suam, anno 1657. — Maestertius edidit opus cui titulus est : *De compensationibus*. Edidit quoque : *Tractatum de senatus-consulto Velleiano*, — *De emptione et venditione*, — *Tractatus tres de lege commissaria in pignoribus*.

Maff. — Maffei Franciscus Scipio, natione Italus, doctus litterarum cultor XVII et XVIII sæculorum, multas peragravit regiones et magnis honoribus a principibus cumulatus fuit. Veronæ obiit anno 1755. Fere innumera edidit opera : *Rime et prose*, — *La scienza cavalleresca*, — *Merope*, — *Traduttori Italiani, ossia notizia di volgarizzamenti d'antichi scrittori Latini et Græci*, etc., etc., etc.

Maff. — Joannes Petrus Maffæius, natione Italus, patria Bergomas. Vir si quis alius in hoc sæculo Latine Italiceque peritus scribendi. Obiit anno 1603. Scripsit perelegantí stylo : *Historiarum indicarum, lib.* sexdecim, — *Selectarum epistolarum ex India, lib.* quatuor — *De vita S. P. N. Loyolæ*. — *Commentarium de rebus indicis*, — *Rerum a Societate Jesu in Oriente gestarum volumen*, — *Vitas SS. confessorum*, — *Vitam Gregorii XIII*, — *Res gestas Clementis VIII*.

Mager. — Magerus Martinus, jurisconsultus, qui scripsit opus cui titulus est : *Tractatus juridico-politico-historicus de advocatia armata*.

Magg. — Maggi Franciscus Maria, natione Italus, canonicus regularis, obiit anno 1686. Vir erat magna prudentia zeloque insignis. Edidit : *Syntagmata linguarum Orientalium*, — *De sacris cæremoniis*, — *De Pauli IV inculpata vita disquisitiones historicæ*, — *Societas Jesu-Mariana, sive a Deipara Maria Virgine insignioribus beneficiis illustrata*.

Magister Sententiarum, Vide Lombardus

Maimburg. — Maimburgus Ludovicus, natione Gallus, e Societate Jesu, illustris prædicator hujusce temporis, vir magni zeli sed parvi judicii ; obiit anno 1686. Multa opera edidit quorum præcipua : *Historia Lutheranismi*, — *Historia bellorum sacrorum*, — *Tractatus historicus prærogativarum Ecclesiæ Romanæ*, — *Sermones*.

Maimon. — Maimonides vel Ben-Maimon, apud Judæos celeberrimus rabbinus, natione Hispanus, Ægyptum adiit et fuit Turcarum imperatoris medicus primus. Obiit anno 1209. Scripsit : *Commentarium in Mischna*, — *Talmudis epitome*, — *More Nebochim* vel *Nevochim*.

Mairon. — Maironis (Franciscus de), natione Gallus, ordinis Minorum, *doctor illuminatus* cogno-

Digitized by Google

minatus, florebat XIV sæculo. Edidit plures tractatus *theologiæ et philosophiæ*.

MAISTRE. — Maistre (Josephus de), in Sabaudia natus anno 1753, Pedemontanam regionem adiit anno 1793, Sardiniæ regis legatus fuit ad Russiam, et minister ejusdem regis. Obiit anno 1821. Scripsit opera quorum tituli sequuntur : *Eloge du roi Victor-Amédée*, — *Lettres d'un royaliste savoisien à ses compatriotes*, — *Jean Claude Têtu, maire de Montagnole*, — *Adresse de quelques parents des militaires savoisiens à la nation française*, — *Considérations sur la France*, — *Essai sur le principe générateur des constitutions politiques*, — *Sur les délais de la justice divine dans la punition des coupables*, — *Du Pape*, — *Soirées de Saint-Pétersbourg*.

MAISTRE. — Maistre (Antonius le), advocatus, Lutetiæ natus anno 1608. In monasterium (Port-Royal) secessit et mundo valedixit ; obiit anno 1658. Cum secretam vitam ageret scripsit : *Recueil de divers plaidoyers et harangues prononcées au parlement*, — *Vie de S. Bernard*, — *L'aumône chrétienne*, — *Vie de dom Barthélemy des Martyrs*.

MAJOL. — Maiolo Simon, canonista doctus, episcopus regni Neapolitani, migravit ad Dominum, anno 1598. Scripsit : *Dies caniculares*, — *De irregularitatibus et aliis canonicis impedimentis*, — *Historiarum totius orbis omniumque temporum decades sexdecim*.

MAJOR. — Major Joannes (Jean Lemaire), natione Scotus, theologus et historicus, Sancti Andreæ, professor theologiæ, in patria sua obiit anno 1550. Edidit : *Historiam Scotiæ*, — *Libros duos fallaciorum*, — *Commentaria in Magistrum Sententiarum*, — *Litteralem in Matthæum expositionem*.

MALDER. — Malderus Joannes, natione Belga, professor exstitit in pædagogio Porci ; S. theologiæ magisterio insignitus Lovanii, ad cathedram episcopalem Antverpiensem assumptus fuit, qua in dignitate annos vixit unum et viginti, desiitque in vivis esse anno 1633. Scripsit : *De SS. Trinitate, creatione in genere, et de angelis*, — *De fine et beatitudine hominis*, — *De virtutibus theologicis*, — *De abusu restrictionum mentalium*, — *De sigillo confessionis sacramentalis*, — *Commentarios in Cantica canticorum*, — *Meditationes theologicas*.

MALDONAT. — Maldonatus Joannes, natione Hispanus, in Hispania, deinde in Gallia philosophiam et theologiam docuit. Gregorius eum accersivit Romam ut impenderet curas editioni Bibliæ Græcæ. Vir iste scientia clarus migravit ad Dominum anno 1583, 49 annis natus. Edidit : *Commentaria in Scripturam sacram*, — *Disputationem de fide*, — *Librum de dæmonibus*, — *Summam casuum conscientiæ*, — *Disputationum ac controversiarum decisarum circa septem Ecclesiæ Romanæ sacramenta*.

MALLINK. — Mallinkrot (Bernardus de), philologus XVII sæculi, decanus ecclesiæ cathedralis Munster, vir inquieti et ambitiosi ingenii. Obiit anno 1664. Scripsit : *Tractatum de archicancellariis imperii Romani, Summorum Pontificum et cardinalium Germanorum...*, — *Paralipomenon de historicis Græcis*.

MALVEND. — Malvenda Thomas, natione Hispanus, ordinis Prædicatorum, magno cum plausu theologiam et philosophiam docuit. Miro modo adjuvavit Baronium cardinalem in editione *Martyrologii* quam hic cardinalis præparavit. Migravit ad Dominum anno 1628. Edidit : *Tractatum de Antichristo*, — *Commentarium de paradiso voluptatis*, — *Vida y canonizacion de san Pedro martir*, — *Commentarium in sacram Scripturam*, — *Annales ordinis Prædicatorum*, — *Opusculum de Hosanna voce Hebraica*.

MAMACH. — Mamachi Thomas Maria, natione Græcus, doctissimus monachus ordinis S. Benedicti, professor primum philosophiæ et theologiæ, et ut theologus ad Romam accersitus, creatus est secretarius Indicis et magister sacri palatii. Migravit ad Dominum anno 1792. Scripsit : *De ethnicorum oraculis*, — *De cruce Constantino visa*, — *De evangelica chronotaxi*, — *Originum et antiquitatum Christianarum libros viginti*, — *De animabus justorum in sinu Abrahæ*...., etc., etc., etc.

MANDOS. — Mandosius Quintilianus, jurisconsultus, edidit opus cui titulus est : *De repetitione ad constitutiones*.

MANFRED. — Manfredi Hieronymus, doctor philosophus et medicus, docuit medicinam Bononiæ usque ad annum 1492. Opera nonnulla scripsit quæ redundant astrologiæ insanias.

MANGION. — Mangionus Valentinus, natione Italus, patria Perusinus, e Societate Jesu, doctor et professor theologiæ, plurium collegiorum gubernator, visitator provinciæ Romanæ, postea admonitor præpositi generalis a congregatione decima creatus, deinde in assistentem pro Italia subrogatus, vir scientia, virtute et zelo conspicuus migravit ad Dominum anno 1660. Edidit typis : *Consultationem de vi voti simplicis paupertatis...*, — *Apologiam pro Bonifacio VIII et Gregorio XIII*, — *De religiosa paupertate...*, — *Orationem de Passione Domini*, — *Enchiridion ad cruciatus Christi*.

MANH. — Manhart Franciscus Xaverius, natione Germanus, e Societate Jesu, in diversis collegiis et academiis scientias docuit. Scripsit : *Theologicas dissertationes de indole, ortu ac progressu, et fontibus sacræ doctrinæ* ; — *Bibliothecam domesticam bonarum artium...*, — *Ideam magni Dei contra atheismum hujus ævi*, — *Antiquitates Christianorum*.

MANIGIA. — Joannes Henricus Manigiard edidit opus cui titulus est : *Praxis pastoralis, seu Manipulus theologiæ moralis*.

MANSI. — Mansi Aloysius jurisconsultus scripsit : *Consultationes*.

MANSI. — Mansi Joannes Dominicus, natione Italus, primum clericus regularis Congregationis S. Matris Dei, dein archiep. Lucensis, vir scientia et virtute insignis, per longam vitam labori continuo incubuit multasque ad scientiam comparandam provincias peragravit. Haberi debet ut unus ex doctissimis viris istiusce sæculi. E vivis recessit anno 1769. Multa edidit opera quorum aliquos revocamus : *Dictionarium historicum, criticum, chronologicum, geographicum et litterale sacræ Scripturæ*, — *Commentarium in Scripturam*, — *De veteri et nova Ecclesiæ disciplina*, — *Theologiam moralem*, — *Historiam ecclesiasticam*.

MANSO. — Manso Petrus, natione Hispanus, ordinis S. Augustini, ad initium sæculi XVIII adhuc vivebat. Erat doctor Salmanticensis sanctæ theologiæ, in qua universitate per aliquot annos cathedram S. Thomæ magna cum gloria et profectu auditorum, et postea conventum Salmanticensem non minori laude rexit. Orbi litterato innotuit per opus tripartitum, cujus titulus : *Sanctus Augustinus sanctæ vocationis exaltator contra hæreticos priscos et recentes*.

MANTICA. — Mantica Franciscus, natione Italus, Patavii jus docuit, dein auditor Rotæ creatus fuit a Sixto V. Clemens VIII cardinalem eum fecit anno 1596. Romæ Mantica migravit ad Dominum anno 1650. Scripsit : *De conjecturis ultimarum voluntatum libros duodecim*, — *Lucubrationes Vaticanas*, seu *De tacitis et ambiguis convent.onibus*, — *Decisiones Rotæ Romanæ*.

MARACC. — Marraccius vel Maraccius (Marracci) Ludovicus, e congregatione Clericorum Regularium Matris Dei, natione Italus, Innocentii XI Summo Pontifici a confessione, vir scientia et virtute egregius, Romæ migravit ad Dominum anno 1644. Optimum opus edidit cui titulus est : *Alcorani textus universus, Arabice et Latine*. In hoc opere Mahumetanorum religionem confutat.

MARANT. — Maranta Carolus edidit opus cui titulus est : *Speculum aureum*.

MARAVIGL. — Maraviglia Josephus Maria, episc. Novariensis, edidit opus cui titulus est : *Leges Prudent. episcopal.*

MARCA. — Petrus de Marca, natione Hispanus, primum episc. Consorranorum, deinde archiepisc. Tolosanus, dein Parisiensis et regni minister, migravit ad Dominum anno 1662. Scripsit : *Dissertationes de concordia sacerdotii et imperii*, — *Histoire du Béarn*, — *Marcam Hispanicam*, — *Dissertationem de primatu Lugdunensi*, — Alia perplura theologiæ opera.

MARCELL. — Marcellus Christophorus, natione Italus, canonicus Paduensis, dein episc. Corcyrensis. Cum capta fuit Roma, anno 1527, comprehensus est, et ab hostibus miro modo cruciatus. Inter atrocissimos dolores occubuit. Scripsit : *Tractatum de anima*, — *Ritus ecclesiasticos.*

MARCHANT. — Marchantius Jacobus, natione Gallus, parochus et decanus, qui obiit 1635, scripsit opus cui titulus est : *Hortus pastorum.*

MARCHANT. — Marchantius Petrus, natione Gallus, ordinis Minorum, apud quos prima munera exercuit, vir virtute et scientia egregius, obiit 1661. Scripsit : *Expositionem litteralem in regulam S. Francisci*, — *Tribunal sacramentale*, — *Sanctificationem sancti Josephi in utero.*

MARCHES. — Marchesan edidit opus cui titulus est : *De commiss*

MARCHETT. — Marchetti Joannes, natione Italus, illustris prædicator, præses collegii Societatis Jesu, in carcerem conjectus a Gallis, episcopus Ancyrensis *in partibus*, secretarius congregationis Episcoporum, obiit anno 1829. Vir erat fidei integritate, virtutibus et scientia conspicuus. Scripsit : *Critique de l'Histoire ecclésiastique et des discours de M. l'abbé Fleury*, — *L'autorité suprême du Pontife romain démontrée par un seul fait*, — Et alia perplura opera non minus egregia.

MARCHETT. — Marchetty Franciscus, congregationis Oratorii, Massiliæ natus, in eadem urbe decessit anno 1688. Scripsit : *Paraphrase sur les Epîtres de S. Pierre*, — *Traité sur la Messe.*

MARECH. — Maréchal Antonius, natione Gallus, advocatus, obiit Lutetiæ anno 1645.

MARESCOTT. — Marescottus forte jurisconsultus qui edidit opus cui titulus est : *Variæ resolutiones.*

MARGARIN. — Margarinus auctor est *Bull. Cas.*, — *Bullar. Roman.*

MARGGRAFF. — Marggraff Georgius, natione Germanus, medicus, in Africa decessit anno 1644. Vir in diversis scientiis peritus scripsit : *G. Pisonis de medicina Brasiliensi libros quatuor*, — *Georgii Margravii historiæ rerum naturalium Brasiliæ libros octo.*

MARIANA. — Mariana (Joannes de), natione Hispanus, Societatis Jesu, professor theologiæ Romæ, in Sicilia, Lutetiæ. Migravit ad Dominum anno 1624. Vir iste ingenio fecundus multa reliquit opera : *Historiam generalem Hispaniæ*, — *De rege et regis institutione libros tredecim*, — *De ponderibus et mensuris*, — *Septem Tractatus*, — et *Scolias.*

MARIN. — Marinæo Lucius, natione Siculus, historicus, obiit anno 1540. Scripsit : *De rebus Hispaniæ.*

MARQUARD. — Marquard Freher, natione Germanus, eruditus, jurisconsultus, obiit anno 1601. Edidit opus cui titulus est : *De jure mercatorio.*

MARSHAM. — Marsman vel potius Marsham, natione Anglus, clericus cancellariæ, vir in historia antiqua et in chronologia peritissimus, Londinii obiit anno 1685. Scripsit : *Diatribam chronologicam*, — *Canonem chronicum Ægyptiacum*, — *Hebraicum, Græcum et disquisitiones*, — *De re numeraria.*

MARSICA. — Marsico, alias Marisco (Adamus de), natione Anglus, ordinis Minorum, Oxoniensis Academiæ theologus litteratus, ac moribus clarus, electus episcopus Ellensis, alio autem loco ipsius consecrato, ut legatus cum Fr. Joanne Canciano destinatur. Propter luculentam in omnium meliorum disciplinarum genere scientiam, *Doctoris Illustrati* pro illius ætate consuetudine cognomen obtinuit. Scripsit : *Elucidarium S. Scripturæ*, — *Commentaria in quatuor libros Sententiarum*, etc., etc.

MARSIGLI COLON. — Marsigli Colonna, natione Italus, primum capellanus Philippi II, regis Hispaniæ, archiepisc. deinde Salernensis, ad præfecturam Camerino missus a Sixto V, vir in philosophia, in theologia, in linguis eruditissimus, eleganti stylo scriptor, edidit : *De ecclesiasticorum redituum origine ac jure*, — *Hydragiologiam, seu de aqua benedicta*, — *Constitutiones editas in diœcesana synodo.*

MARTA. — Marta Horatius, natione Italus, doctor et professor juris in XVII sæculo. Scripsit : *Tractatum de jurisdictione per et inter judicem ecclesiasticum et sæcularem exercenda in omni foro*, — *Compilationem totius juris controversi*, — *Memoria locale.*

MARTEN. — Martene Edmundus, natione Gallus, ordinis S. Benedicti S. Mauri, vir scientia clarus, edidit multa egregia opera : *Commentaria in Regulam S. Benedicti*, — *Tractatum de antiquis ritibus monachorum*, — *De antiquis Ecclesiæ ritibus.*

MARTIAL. — Martialis (Marcus-Valerius), natione Hispanus, Romam venit, anno circiter 40, factusque fuit tribunus a Domitiano. Ad patriam rediit post mortem Domitiani, et decessit anno 100 circiter. Scripsit : *Epigrammata.*

MARTIN. — Martinez Joannes, natione Hispanus, theologus, ordinis Prædicatorum, obiit anno 1668. Edidit : *Theologiam moralem.*

MARTINON. — Martinonus Joannes, natione Gallus, gente Arvernus, patria Brivatensis, theologiæ magister celebris Societatis Jesu Philosophiam biennio professus est, theologiam totis viginti annis in collegio Burdigalensi summa nominis existimatione; sed non minus virtute, quam doctrina excelluit. Migravit ad Dominum, 5 Febr. anno 1662. *Theologiam universam* quinque tomis pertractavit, clare, breviter et accurate, relatis optima fide, nec minore solertia discussis doctorum sententiis videlicet.

MARTINUS. — Martinus Edmundus, natione Gallus, Lutetiæ juris professor, per totam vitam studio incubuit. Octogenarius decessit anno 1793. Scripsit : *Institutiones juris canonici.*

MARUL. — Silvester Marulus, edidit opus cui titulus est : *Oceanus religionum.*

MASCARD. — Mascardi Josephus, natione Italus, vicarius generalis S. Caroli-Borromæi, Mediolani, dein vicarius generalis in urbe Neapoli, Paduæ, Placentiæ, protonotarius apostolicus, et coadjutor episcopi Adjacii, migravit ad Dominum anno 1630. Scripsit opus cui titulus est : *Conclusiones omnium probationum quæ in utroque foro quotidie versantur, cum additionibus Joannis Aloysii Riccii canonici Neapolitani et Bartoli nigri.*

MASCHAT A. S. ERAS. — Maschatus A. S. Erasmo edidit opus cui titulus est : *Institutiones canonicæ de judiciis.*

MASCOV. — Mascovius Joannes Jacobus (Jean-Jacques Mascov ou Mascou), natione Germanus, jurisconsultus peritus, juris professor. Erat consiliarius assessor, consiliarius aulicus et proconsul quando mortuus est anno 1762. Scripsit : *Epitomem historiæ Germanorum*, — *Principia juris publici imperii Germanici*, — *Dissertationes.*

MASSOB. — Joannes Antonius Massobrius, aulæpresbyter cathedralis Alexandriæ, juris utriusque doctor edidit opus cui titulus est : *Praxis habendi concursus.....*

MASSON. — Masson Joannes Papirius, natione Gallus, jus docuit Andegavi, deinde Lutetiæ advocatus fuit, et procognitor regius. Obiit Lutetiæ anno 1611. Scripsit : *Annalium libros quatuor*, — *Notitiam episcoporum Galliæ*, — et alia multa opera.

MASTRILL. — Mastrillus, jurisconsultus, edidit opus cui titulus est : *De magistratibus.*

MASTRIUS. — Bartholomæus Mastrius, natione Ita-

lus, Meldulensis provinciæ, Bononiensis Minorum convent. minister, S. theologiæ doctor, et in Patavio Gymnasio olim regens, vir in Scotica doctrina diligenter excultus, in disponendo distinctus, perspicuusque in disputando. Florebat XVII sæculo. Scripsit in *Metaphysicam*, — *In quatuor libros Sententiarum ad mentem Scoti*, — *Theologiam moralem*, etc.

MATHESIL. MATTH. — Mathesilianus Matthæus, jurisconsultus, edidit : *In Practica*,—*Tractatum extensionis*.

MATTA. — Matta edidit opus cui titulus est : *De causis consistorialibus*.

MATTHÆUCC. — Matthæuccius Augustinus, natione Italus, Lucensis, regul. Observ. provinciæ Romanæ theologus, custos, ac sacræ Rituum congregationis consultor, plura et egregia opera conscripsit; vivebat ineunte XVIII sæculo. Cujus sunt opera : *Opus dogmaticum adversus heterodoxos, tum antiquos, tum recentes*, — *Cautelam confessarii pro foro sacramentali*, — *Practica theologo canonica ad causas beatificationum, canonizationum...* — *Observationes doctrinales adversus quietistarum proscriptos errores ab Innocentio II.*

MATTHÆUS.—Matthæus Antonius, natione Germanus, jurisconsultus, obiit anno 1653. Multa opera concinnavit quorum præcipua : *Commentarius de criminibus*, —*Disputationes de judiciis, de successionibus*,—*Notæ in libros quatuor Institutionum*,—*Parœmiæ, propter Romanorum aliarumque gentium mores et instituta jus ultrajectinum exponentes*.

MATTHÆUS.PAR.—Matthæus-Paris, natione Anglus, ordinis S. Benedicti, migravit ad Dominum, anno 1259. Erat poeta et orator, pictor, architecta, mathematicus, historicus et theologus. Scripsit : *Historiam majorem Angliæ*, sive *rerum Anglicanarum Historiam, a Guillelmi conquestoris adventu* (1066) *ad annum* 43 *Henrici III* (1259).

MAURIT. — Mauritius Antonius, natione Gallus, heterodoxus, Genevæ theologiam docuit et ibidem fuit pastor. Obiit 1756. Scripsit : *Dissertationes*, — *Sermones*—*Theses philosophicas varias*, —*Propugnationem Protestantium*.

MAURO. — Silvester Maurus, natione Italus, patria Spoletinus, e Societate Jesu. Post traditas disciplinas humaniores, philosophiam partim Maceratæ, partim Romæ sexennio professus est. Ethicam annis aliquot, theologiam scholasticam per longum tempus in Romano collegio docuit magnæ doctrinæ commendatione. Migravit ad Dominum anno 1687. Edidit : *Quæstionum philosophicarum libros quinque*, —*Aristotelis opera omnia cum paraphrasi et indice copiosissimo*.

MAYER. — Mayerus Christianus, natione Germanus, e Societate Jesu, philosophiæ professor, in astronomia peritus, migravit ad Dominum anno 1783. Scripsit : *Basim Palatinam*, — *De transitu Veneris*, — *De novis in sidereo cœlo phenomenis*, — *Pantometrum Pauchianum*, — *Octo annorum observationes astronomicas*.

MAZZEI. — Mazzei Franciscus, natione Italus, Romæ advocatus, clericus deinde, per 42 annos Romæ mansit ubi decessit anno 1788. Scripsit : *De matrimonio conscientiæ vulgo nuncupato : accedit dissertatio de matrimonio personarum diversæ religionis*, — *De legitimo actionis spolii usu commentarius*, — *De ædilitiis actionibus libri tres*.

MAZZELL. — Mazzella Scipio, historicus Neapolitanus, florebat XVI sæculo. Plura scripsit opera historica : — *Le vite de' re di Napoli*, — *Descrizione del regno di Napoli*.

MAZZINELL. — Mazzinelli Alexander edidit opus cui titulus est : *De locis theologicis*.

MAZZIOTT. — Mazziotta Bernardinus, natione Italus, patria Capuensis, e Societate Jesu, philosophiæ professor, theologiæ moralis et Scripturæ sacræ, migravit ad Dominum anno 1656. Plura opera concinnavit : *Quæstiones selectas philosophicas*, — *Quæstiones selectas theologicas*.

MAZZOCH. — Mazzochius Alexis Symmachus, natione Italus, sacerdos factus anno 1709, professor linguæ Hebraicæ et Græcæ in seminario archiepiscopali Neapolitano, canonicus Capuensis, Neapolitanus theologalis, et professor regius Scripturæ sacræ, obiit 1771. Multa opera concinnavit quorum præcipua : *Francisci Mariæ Muscettolæ archiepisc. Rossanensis dissertatio theologico-legalis de sponsalibus et matrimoniis, quæ a filiis-familias contrahuntur, parentibus insciis vel injuste invitis*, — *Spicilegium biblicum*.

MAZZUCHELL. — Mazzuchellus Hector, ordinis Minorum, natione Italus, vir peritus in linguis, obiit 4 Maii 1776. Scripsit : *Capitolo consolatorio di un amico ad un altro in occasione di lutto*; — *Manuale di massime, sentenze, et pensieri sopra diverse materie*.

MEAN. — Méan (Carolus de), natione Belga, familiæ nobilis, res publicas gessit summa cum prudentia; obiit anno 1674. Scripsit : *Observationes et res judicatas ad jus civile Leodiensium Romanorum*.

MEDIAVILL. — Richardus de Mediavilla, natione Anglus, ordinis Minorum, theologiæ doctoris lauream accepit. Inter Parisienses doctores nomen magnum consecutus est. Ibi *Doctoris solidi, et copiosissimi et fundatissimi et authoritati* cognomen sortitus est. Obiit vir iste scientia et virtutibus clarus anno 1300. Scripsit multa pereruditе, scilicet : *Commentaria in Scripturam*, — *In quatuor libros Sententiarum*, — *Quadragesimale*, — Quodlibeta tria qq. 80 continentia, — *Tractatum super Ave Maria*, — *Libros de Conceptione*.

MEDIC. — Medices Sebastianus, jurisconsultus, qui plures tractatus scripsit : *De venatione, piscatione et aucupatione*, — *De sepultura*.

MEDIN. — Bartholomæus de Medina, natione Hispanus, ordinis Prædicatorum, migravit ad Dominum anno 1581, annis 53 natus. Edidit : *Commentaria in S. Thomam*, — *Instructiones in sacramentum pœnitentiæ*. Habetur ut auctor opinionis *Probabilitatis*.

MEDIN. — Medina Joannes, natione Hispanus, Compluti natus, theologiæ professor in universitate hujusce urbis, obiit anno 1546. Scripsit : *De restitutione*,— *De contractibus*, — *De pœnitentia*.

MEDIN. — Medina Michael, natione Hispanus, ordinis Minorum, vir scientia et scriptis pariter insignis, Cordubæ natus, Toleti decessit anno 1580. Scripsit : *De pœnitentia salutari*, — *De purgatorio*, *De recta fide in Deum*.

MEGAL. — Megala edidit : *De opt. canon.*, — *De contractibus*.

MEGAL. — Megalio Marcellus, Syllacei natus in regno Neapolitano, clericus regularis, florebat desinente XVI sæculo et ineunte XVII sæculo. Multa concinnavit opera : *Institutiones peregrinorum confessariorum, et pœnitentium*, — *Promptuarium theologiæ moralis scholastico-canonicum et civile*,— *Praxis criminalis canonica pro foro ecclesiastico et sæculari*.

MELPHICTENS. — Hieronymus Melphictensis, Capuccinus, natione Italus, provinciæ Barii concionator, cujus virtutum memoria, Genuensi teste, adhuc viget, vir fuit in divinis scientiis eruditus, religiosis moribus venerandus, in verbi Dei prædicatione sollicitus, cœlesti amore, ac salutis animarum zelo totus incensus, florebat desinente XVI sæculo. Scripsit : *Dialogos de Divino amore*.

MENAG. — Menagius Ægidius, natione Gallus, vir ingenio et scriptis clarus, florebat XVII sæculo. Obiit 1692. Multa hic auctor opera edidit, quorum præcipua sunt : *Dictionnaire étymologique*, ou *Origines de la langue française*. — *Mulierum philoso-*

Digitized by Google

phorum historia, — *Juris civilis amœnitates*, — *Menagiana*.

MENARD. — Menardus Nicolaus Hugo, natione Gallus, ordinis S. Benedicti S. Mauri, Lutetiæ obiit anno 1644. Vir iste scientia et judicio clarus, plura concinnavit opera : *Martyrologium sanctorum ordinis sancti Benedicti*, — *Concordia regularum*. — *Sacramentarium S. Gregorii Magni*, — *Diatriba de Dionysio*.

MEND. — Andreas Mendo, natione Hispanus, patria Lucroniensis, philosophiam, theologiam scholasticam et moralem nec non sacras Litteras annis 12 explicuit Salmanticæ magna nominis celebritate. Hinc iti concionatorem regium est ascitus, et in censorem seu qualificatorem a sacro senatu Supremæ Inquisitionis in Hispania, et in examinatorem synodalem diœcesis Onetensis, et Salmantinæ socius fuit curarum et laborum præpositi provincialis Castellæ. Postea ab excellentissimo duce Ossunensi in arbitrum suæ conscientiæ adlectus, illum comitatus est in Gotholanniam, deinde Mediolanum. Mendo florebat XVII sæculo. Scripsit : *Elucidationem bullæ Cruciatæ*, — *De jure academico*, — *De ordinibus militaribus disquisitiones catholicas* ,—*Stateram opinionum benignarum in controversiis moralibus circa sacramenta ac præcepta Decalogi et Ecclesiæ*, — *Epitome opinionum moralium*.

MENDOZ. — Mendoza (Ferdinandus de), natione Hispanus, jurisconsultus, natus circiter anno 1566, vir in linguis et jure peritissimus, scripsit : *De confirmando concilio Illiberitano ad Clementem VIII*, — *Disputationes in locos difficiliores tituli de pactis in Digestorum libris*.

MENEN. — Menenius Franciscus edidit opus cui titulus est : *De origine ordinis militaris*.

MENG. — Mengus Hieronymus, Vitellianensis, Regularis Observantiæ,florebat desinente XVI sæculo. Scripsit : *Flagellum dæmonum*, — *Fustis dæmonum*, — *Compendium artis exorcistæ*, — *Hortum deliciosum fratrum Minorum omnium fructuum copiosissimum ad scientiam rerum saluti necessariarum*.

MENOCH. — Menochius Jacobus, illustris jurisconsultus Papiensis, in diversis Italiæ universitatibus jus professus est, Mediolanensis consilii præses factus est, obiit 1607. Scripsit : *De recuperanda possessione*, — *De præsumptionibus*, — *De arbitrariis judicum quæstionibus, et causis conciliorum*, — *Consilia*.

MENZ. — Menzius Fridericus, natione Germanus, doctus antiquarius, professor in Universitate Leipsick, obiit anno 1749. Scripsit multas dissertationes et opuscula : *Aristippum, philosophum Socraticum*, — *De Socratis methodo docendi*, — *De Solonis legibus*.

MERAT. Merati Cajetanus Maria (Gaetan Marie Merati) natione Italus, clericus theatinus, consultor congregationis Rituum Romæ, in hac urbe decessit anno 1744. Plurima opera concinnavit : *Decreta sacræ Rituum congregationis ex Gavanto desumpta, et novissime adaucta*, — *La verita della religione cristiana e catolica demostrata ne suoi fondamenti e ne' suoi caratteri*.

MERBES. — Merbesius Bonus (Bon de Merbes), natione Gallus, doctor Sorbonicus et sacerdos congregationis Oratorii quam reliquit, postquam in ea litteras docuisset. Creatus deinde fuit prælectus collegii Montis Desiderii; sed hoc munus quoque reliquit, ut liber vacaret studio. Lutetiæ decessit anno 1684. Scripsit : *Summam christianam* seu *Orthodoxam morum disciplinam ex sacris Litteris*.

MERCAT. — Mercator Gerardus, natione Belga, geographus illustris quem Carolus quintus æstimabat. Obiit anno 1594. Plura opera reliquit : *Chronologiam*, — *Atlas*, — *Harmoniam evangelistarum*, — *De creatione et fabrica mundi*, — *Rationem scribendarum litterarum Latinarum quas Italicas cursoriasque vocant*.

MERCOR. — Julius Mercorus, ordinis Prædicatorum, edidit opus cui titulus est : *Basis theologiæ moralis*.

MEREND. — Merenda Antonius, natione Italus, Papiæ jus docuit magna cum fama, et Bononiæ obiit anno 1657. Scripsit : *Consilia criminalia*, — *Controversiarum juris libros duodecim*.

MÉRILL. — Merillius Edmundus, natione Gallus, unus ex doctissimis jurisconsultis XVII sæculi, Avarici magna cum fama jus docuit et decessit anno 1647. Multa concinnavit opera : *Libros tres variantium ex Cujacio*, — *Librum singularem differentiarum juris*, — *Commentarios principales in libros quatuor Institutionum, quibus addita est synopsis a Cl. Mongin*. — *Expositiones in 50 decisiones Justiniani*

MERLIN. — Merlinus Mercurialis, juris utriusque doctor, edidit : *De legitima*, — *De pignoribus*.

MEROL. — Merolla Hieronymus, ordinis Minorum, Capuccinus, natione Italus, fidem prædicatum ivit ad Congo, patriamque repetiit. Scripsit : *Relationem itineris sui*.

MERUL. — Merula edidit opus cui titulus est : *In praxi*.

MESS. — Messias Petrus (Mexia Pierre), natione Hispanus, historiographus Caroli Quinti, vir eruditione conspicuus, obiit anno 1552. Scripsit : *Silvam variarum lectionum*, — *Historiam Cæsarum*, — *Colloquia* vel *Dialogos*, — *Historiam Caroli Quinti*, — *Historia imperial y Cesarea desde Julio Cesare-hasta Maximiliano*.

MEURISS. — Martinus Meurisse, Gallus natione, Royensis, doctor et professor Parisiensis, episcopus Medaurensis, et suffraganeus Metensis, florebat ineunte XVII sæculo. Scripsit : *De sacrosancto et admirabili Eucharistiæ sacramento*, — *De virtutibus cardinalibus*, — *Statuta secundæ synodi Metensis*, — *Tractatum de Trinitate*, — *Rerum metaphysicarum libros tres*.

MEV. — Mevius jurisconsultus edidit opus cui titulus est : *Ad jus Lubec*.

MEYER. — Meyerus Lævinus (Lavin de Meyer), e Societate Jesu, vir in theologia, in historia et poesi peritus, Lovanii decessit anno 1730. Scripsit : *De ira libros tres*, — *De institutione principis libros tres*, — *Historiam congregationum de auxiliis*.

MEZEG. — Mezeger vel Mezger (Paulus) ad S. Petrum Salisburgi cœnobita doctissimus, ordinis S. Benedicti, in Universitate Salisburgensi per plures annos magna cum laude ac celebritate sacræ theologiæ professor, ac procancellarius, vir scientia inclytus, florebat ineunte XVIII sæculo. Prodiit opus celebre cui titulus est : *Theologia scholastica Salisburgensis*.

MICH. FUENT. — Mich. *forte* Didacus de la Fuente, seu a fonte Hurtado, natione Hispanus, e Societate Jesu, florebat XVII sæculo. Post traditas litteras amœniores, philosophiam professus est Compostellæ, theologiam scholasticam Salmanticæ annis 13; rector fuit collegii Pompeiopolitani et Salmanticensis.... Edidit : *Cursum philosophicum*, — *De potestate episcop. circa excommunicationem*, — *Selectarum moralium quæstionum*....

MICHAL. — Michalor, jurisconsultus . *De fratribus*.

MILANT. — Milante Pius Thomas, natione Italus, patria Neapolitanus, ordinis Prædicatorum, episcopo Castellamaris di Stabia', migravit ad Dominum, anno 1749. Scripsit : *Orationem extemporaneam in electione Summi Pontifici Benedicti*, — *Theses theologico-dogmatico-polemicas*, — *Exercitationes theologicas*.....

MINDER. — Minderer edidit : *Tractatum de indulgentiis*.

MINUT. FEL. — Minutius Felix, natione Africanus, munus advocati Romæ magna cum fama exercuit

Digitized by Google

in III sæculo. Propugnator habetur Christianismi ut Arnobius et Lactantius. Edidit opus cui titulus est : *Octavius.*

Miræus. — Miræus Aubertus (Aubert le Mire), natione Belga, primum litteras humaniores docuit, deinde canonicatum in ecclesia cathedrali Antverpiensi obtinuit. Vir iste amore discendi inflammatus, indesinenter studio vacabat. Obiit decanus Antuerpiensis, anno 1640, ætatis suæ 67, relinquens perennem summæ eruditionis famam. Multa concinnavit opera : *Bibliothecam ecclesiasticam, — Origines equestrium ordinum, — Chronicon Cisterciense, — Chronicon ordinis Præmonstratensis, — Rerum Belgicarum chronicon.*

Miranda. — Miranda Ludovicus, Hispanus, Pincianus, Regularis Observantiæ Compostellanæ provinciæ alumnus, ac provincialis minister, nulli theologorum suæ tempestatis secundus, causarum S. Officii qualificator, ac in Romana curia procurator generalis, florebat ineunte XVI sæculo. Reliquit hæc ingenii monumenta : *Directorium sive Manuale prælatorum, — De ordine judiciario, ac modo procedendi in causis criminalibus, — De Immaculata Conceptione....* et alia perplura opera tum Latine, tum Hispanice scripta.

Missorius. — Missorius Raymundus, natione Italus, professor primum theologiæ dogmaticæ, deinde juris canonici et theologiæ moralis, theologus cardinalis Michaelis Angeli Comti (*Innocentius XIII*, quando electus fuit papa, cognominati), migravit ad Dominum anno 1772. Vir iste, scientia insignis, multa opera edidit : *Ingenuarum artium, solidarumque scientiarum theoremata centum singularia, discussa in comitiis Romanæ provinciæ data cuilibet oppugnandi facultate,—In duas celeberrimas epistolas S. Firmiliani et Cypriani adversus decretum S. Stephani Papæ I, de non iterando hæreticorum baptismo disputationes criticas.*

Modestin. — Modestinus Herennius, unus ex novem jurisconsultis quorum, Theodosio Juniore jubente, opiniones ut leges habebantur. Florebat III sæculo, fuit Ulpiani discipulus, a consiliis Alexandro Severo et præceptor filii Maximini. Simul ac Probus electus est consul anno 228. Composuerat *libros* 19 *Responsionum, — libros* 12 *Pandectarum, libros* 9 *Differentiarum, — libros* 6 *Excusationum, libros* 4 *De pœnis.* Scripsit iterum : *De præscriptionibus, — De inofficioso testamento, — De testamentis.*

Moine.—Petrus Lemoine, natione Gallus, e Societate Jesu, diversis muneribus in hoc ordine functus est et Lutetiæ migravit ad Dominum anno 1671. Hic monachus operibus poeticis clarus est : *Triomphe de Louis XIII*, etc., etc, etc... Opera etiam plura ascetica edidit : *Dévotion aisée, — Pensées morales, — Etrille du Pégase janséniste.*

Molan. — Molanus vel Vermeulen Joannes, natione Belga, doctor et professor theologiæ Lovaniensis, deinde censor librorum, obiit 1585. Hæc opera scripsit: *Notas in Martyrologium Usuardi,— Natales sanctorum Belgii, —Historiam S. imaginum et picturarum, — De canonicis, — De fide hæreticis servanda,—De piis testamentis,—Theologiæ practicæ compendium.*

Molfesius. — Molfesius Andreas (André de Molfesio), jurisconsultus Neapolitanus et theologus, natione Italus, florebat XVII sæculo; edidit : *Commentariorum in consuetudines Neapolitanas tria volumina, — Promptuarium triplicis juris, sive summæ theologiæ duo volumina.*

Molin. — Molina Ludovicus, natione Hispanus, e Societate Jesu, per viginti annos theologiam docuit, vir ingenio acri novarumque viarum amator ad veritatem inquirendam ; obiit 1600, ætatis suæ 65. Multa concinnavit opera : *Commentaria in Summam S. Thomæ, — De justitia et jure, — De concordia gratiæ et liberi arbitrii.* (Non nostrum est referre omnes disputationes quibus ultimum hocce opus locum dedit.)

Molin. — Molina Ludovicus, jurisconsultus, natione Hispanus, edidit anno 1603 insigne opus cui titulus est : *De Hispanorum primogenitorum origine et natura.*

Moll. — Moller Daniel Guillelmus, natione Germanus, medicus illustris, medicinam magno cum splendore in patria sua docuit, et obiit anno 1712. Multa opera scripsit : *De hermaphroditis, — De præparatione perigrinantium in Italiam, — Meditatio de insectis quibusdam Hungaricis.*

Momig. — Evangelista a Momigno, seu Mominio, Etruscus, diœcesis Pistoriensis, provinciæ Tusciæ Regul. Observant. olim minister, et familiæ ultramontanæ vicarius et definitor generalis, vir doctus et insignis prædicator. Grandævus migravit ad Dominum anno 1646. Prelis submisit : *Directorium superiorum regularium et ecclesiasticorum, quibus monachorum, aut sanctimonialium regimen incumbit, — Diarium quadragesimale,* seu *Sermones pro singulis diebus Quadragesimæ.*

Monacell.—Monacelli Franciscus, natione Italus, protonotarius apostolicus, vicarius generalis Venosensis, vir scientia juris canonici insignis, obiit anno 1715. Scripsit : *Formularium legale practicum fori ecclesiastici, in quo formulæ expeditionum de his quæ pertinent ad officium judicis nobile continentur, cum appendice.*

Monach. — Monachus Joannes (Jean Lemoine), natione Gallus, theologiæ doctor, Rotæ auditor, cancellarius Ecclesiæ et cardinalis, legatus a Bonifacio VIII ad Philippum, regem Galliæ. Migravit ad Dominum anno 1313. Composuit : *Glossam in sextum et in Extravagantes communes.*

Monet. — Moneta, natione Italus, ordinis Prædicatorum, vir zelo adversus hæreticos insignis, obiit anno 1240. Concinnavit : *Summam Monetanam.*

Monsacr. — Monsacratus abbas edidit Dissertationem de catenis S. Petri, 1750, impressam.

Montaig. — Montaigne Joannes, natione Gallus, doctor Sorbonicus, congregationis S. Sulpitii, theologiæ professor Tolosæ, Lugduni, deinde studiorum magister Parisiensi in magno seminario, anno 1821, migravit ad Dominum. Edidit cum notis tractatum *De exsistentia Dei* de M. Legrand.

Montalb. — Montalbani *forte*, jurisconsultus, cui attribuitur opus : *De jure supervenientium.*

Montan. — Petrus Montanus, natione Belga, ordinis Minorum, sac. theologiæ licenciatus, Academiæ Lovanii rector. Vir valde pius et devotus, præfuit multis cœnobiis, Lovanii præsertim et Antuerpiæ. Lovanii anno 1578 pestilenti febre decessit. Edidit : *Commentaria in septem psalmos pœnitentiæ, — Enarrationem Dominicæ Passionis, secundum quatuor evangelistas, ex veterum doctorum commentariis concinnatam.*

Monte Laud. — Monte Lauduno (Guillelmus de), juris peritus, edidit : *Repertorium in aliquot titulos juris civilis, — Commentaria in Clementinas et in Extravagantes.*

Montfauc. — Montfaucon (Bernardus de), unus ex doctissimis ordinis S. Benedicti, congregationis S. Mauri, vir peritus in philosophia, in theologia, in historia sacra et profana, in litteris tum antiquis, tum recentibus, in linguis tum mortuis tum vivis, fere innumera opera edidit quæ includuntur in quadraginta et quatuor voluminibus. Italiam peragraverat, et concinnavit *Diarium Italicum* ; Romæ diu mansit, omnes bibliothecas adiens et consulens. Obiit in cœnobio S. Germani Pratorum 21 Decemb. anno 1741. Quis scriptor majori cura labori incubuit? Quis plura opera et meliora scripsit? Hæc tantummodo revocabimus : *Analecta Græca, — Vitam contemplativam Philonis, — Observationes et epistolas, — Palæographiam Græcam, — Biblio-*

Digitized by Google

*thecam Comminatam*, — *Antiquitatem explicatam*, etc., etc., etc.

MONTOYA. — Montoya (Lucas de), ordinis Minorum, edidit *Chronicon*.

MORAND. — Joannes Morandus, clericus regularis, scripsit *Theologiam moralem speculativam*.

MORERI. — Moreri Ludovicus, S. Theologiæ doctor, natione Gallus, Lugduni per annos quinque verbum Dei prædicavit, et per reliquam vitam *Dictionarii* sui compositioni curam impendit. Lutetiæ decessit, anno 1680, ætatis suæ 38. Edidit *Dictionarium historicum*.

MORIG. — Morigia Paulus, natione Italus, Societatis Jesu, eruditus, patria Mediolanensis, migravit ad Dominum, anno 1604. Scripsit opus cui titulus est : *De origine religionum*.

MORIN.—Morinus Henricus, natione Gallus, partes Calvinistarum deseruit et catholicam religionem amplexus est. Cadomi obiit anno 1728. Multas dissertationes composuit, inter quas : *Histoire critique du célibat*.

MORIN. — Morinus Joannes, natione Gallus, religionem reformatam abjuravit, et congregationem Oratorii ingressus est, vir scientia et virtutibus clarus, Lutetiæ obiit anno 1659. Multa concinnavit opera : *Exercitationes biblicas*, — *De sacris ordinationibus*, — *De pœnitentia*, — *Exercitationes ecclesiasticas in utrumque Samaritanorum Pentateuchum*.

MORLER. — Morlerius Adrianus (Adrien de la Morlière), antiquarius XVII sæculi, canonicus Ambianensis. Scripsit *De antiquitatibus Ambianensibus*.

MORNAC. — Mornac Antonius, natione Gallus, advocatus et jurisconsultus peritus, poeta non mediocris, Lutetiæ obiit anno 1619. Scripsit *De servitute rustica*.

MORON. — Moronus Illuminatus, Bergomensis, strictioris observantiæ reformatorum, theologus, utriusque juris professor, et sanctæ Inquisitionis contra hæreticam pravitatem consultor, florebat ineunte XVII sæculo. Edidit *Centum responsa centum quæsitis*.

MOROSIN. — Morosinus Julius, edidit opus cui titulus est : *Via della fede*.

MORTIER. — Nicolaus (du Mortier), edidit *Etymologias sacras Græco-Latinas*.

MOSCATELL. — Moscatello Joannes Bernardus, natione Italus, patria Neapolitanus, jurisconsultus XVI sæculi, edidit *Praxim tribunalium*.

MOSCON. — Mosconius edidit *In practica de majestate militum Ecclesiæ*.

MOSHEIM. — Mosheim (Joannes Laurentius de), litterarum cultor, theologus heterodoxus, et eloquens concionator, natione Germanus, Helmstadii theologiæ professor, cancellarius universitatis obiit Gottingæ 1755. Vir scientia, bonis moribus, judicio, charitate, elocutionis facilitate insignis, multa concinnavit opera : *Institutiones historiæ ecclesiasticæ*, — *Dissertationes sacras*, — *Tractatum philosophico-theologicum de morbis animæ humanæ*, — *Ethicam Scripturæ sacræ*.

MOYA. — Matthæus de Moya, natione Hispanus, patria oppido Moral, diœcesis Toletanæ, Societatis Jesu, philosophiam docuit et amplius viginti annos theologiam Murciæ, Compluti, et Matriti in collegio Imperiali, magna doctrinæ fama. Superstes in eodem collegio, adlectus est a serenissima regina Maria Anna in confessarium. Florebat XVII sæculo. Edidit *Quæstiones selectas ex præcipuis theologiæ moralis tractatibus*.

MOZZAGRUG. — Mozzagrugno Josephus, canonicus regularis Sancti-Salvatoris, florebat XVII sæculo. Edidit *Orationes in omnia totius anni evangelia*.

MULL. — Muller Petrus, edidit opus cui titulus est : *Disputatio de bonis parochialibus*.

MUNDIUS. — Mundius, jurisconsultus : *De diffamatione*.

MUNIESSA. — Thomas Muniessa, Societatis Jesu, edidit opus cui titulus est : *Quæstiones selectæ morales*.

MURATOR. — Muratori Ludovicus Antonius, doctus et celebris scriptor Italiæ, clericus, Vignolæ natus, anno 1672. Litteris, philosophiæ, theologiæ, jurisprudentiæ, antiquitatibus et aliis scientiis studuit. Ambrosianæ bibliothecæ fuit custos Mediolani. Obiit anno 1750. Multa insignia concinnavit opera Muratorius, scilicet : *Anecdota*, — *Anecdota Græca notis et disquisitionibus aucta*, — *Philosophiam moralem*, — *Historiam rerum Italicarum*.

MURGA. — Murga Petrus, natione Hispanus, ordinis S. Benedicti, monachus domus S. Æmiliani, sub medium XVI sæculi, sacrorum canonum scientia claruit, fuit prior conventualis S. Mariæ de Hyarte. Edidit : *Quæstiones pastorales*, — *Disquisitiones morales et canonicas*, — *Tractatum de beneficiis ecclesiasticis*, — *Commentaria in constitutiones apostolicas pro congregatione S. Benedicti Hispaniarum*.

MUSCETTOL. — Muscettola Franciscus Maria, archiepisc. Rossanensis, edidit opus cui titulus est : *De sponsalibus et matrimonio*.

MUSKA. — Muska Nicolaus, natione Germanus, Societatis Jesu, per plures annos rhetoricam, philosophiam, theologiam docuit magna cum fama præsertim Viennæ. Migravit ad Dominum anno 1776. Scripsit : *Vitas Palatinorum sub regibus Hungariæ*, — *De legibus, earum transgressione, seu peccatis et eorum pœna*.

# N

NALCH. — Nalchius, bibliographus, cujus opus est *Bibliotheca Græca*.

NALD. — Naldus Antonius (Naldi), natione Italus, Theatinus, vir pietate scientiaque clarus, migravit ad Dominum anno 1645. Edidit : *Quæstiones practicas in foro interiori usu frequentes*, — *Resolutiones practicas casuum conscientiæ*, — *Adnotationes practicas ad varia juris pontificii loca*, — *Summam theologiæ moralis*.

NARBON. — Didacus de Narbona edidit *Tractatum de ætate ad omnes actus humanos requisita*.

NATAL. — Natalis Alexander, natione Gallus, patria Rothomagensis, natus anno 1635, philosophiæ et theologiæ professor, doctor Sorbonicus, Lutetiæ obiit anno 1724. Multa opera concinnavit quorum sunt præcipua : *Historia ecclesiastica Veteris Novique Testamenti*, — *Theologia dogmatica et moralis*, — *Commentaria in Evangelia et Epistolas S. Pauli*, — *Apologia monachorum ordinis sui qui ad Sinenses adierunt, ut fidem eis prædicarent*.

NATT. — Natta Marcus Antonius, natione Italus, jurisconsultus, Genuensis magistratus, vir virtutibus et amore studii insignis, XVI sæculo florebat. Scripsit : *Tractatum de Deo*, — *Conciliorum tomos tres*, — *De immortalitate animæ libros quinque*, — *De passione Domini*, — *De doctrina principum libros novem*, — *De pulchro*.

NAUCLER. — Nauclerus Joannes Vergen, natione Germanus, historicus, natus circiter anno 1430, obiit anno 1510. Scripsit *Chronicon*.

NAVAR. M. — Martinus Navarra, natione Hispanus, professor juris Tolosæ, Romam adiit ætatis suæ 80 anno, ut defenderet amicum Bartholomæum Carranza, in causa hæreseos implicatum. Vir iste charitate, scientia insignis, plenus dierum et virtutum Romæ obiit anno 1586. Scripsit : *Commentarios in jus canonicum*, — *Enchiridion seu Manuale*.

NAVAR. P. — *Forte* Petrus Paulus Navarra, natione Italus, Societatis Jesu, qui florebat XVI sæculo; vir ingenio et scientia insignis. Scripsit : *Apologiam fidei Christianæ*.

NAVARRO. — Tiburtius Navarro, strictioris obser-

Digitized by Google

vantiæ reformatorum, alumnus in provincia conceptionis Aquitaniæ, sacræ theologiæ lector, pœnitentiarius Innocentii Papæ XI, in basilica S. J. Lateranensis, vir copiosi ingenii ac multiplicis eruditionis, florebat XVII sæculo; metrice conscripsit *Compendium theologicum*. Alia opera conscripsit: *Melodiam subtilem*, — *Diversa elogia et vitas*, — *Manuductionem ad praxim exsecutionis litterarum sacræ pœnitentiæ, una cum modo scribendi, et recurrendi ad sacram Pœnitentiariam in casibus S. Sedi reservatis, præsertim occultis.*

NAZZAR. — Nazzari Joannes Paulus, natione Italus, ordinis Prædicatorum, in multis locis inquisitor, ter electus diffinitor generalis ordinis sui, a summo pontifice Clemente VIII, ad Gebennas legatus fuit, ut cum Protestantibus contenderet de Missæ sacrificio. Florebat ad medium XVI sæculi. Edidit: *Opuscula varia*, — *Theologica commentaria in Summam divi Thomæ.*

NEBRISS. — Nebrissensis Ælius Antonius, natione Hispanus, litterarum restaurator et pater in hac regione, per viginti annos docuit in universitate Salmanticensi, deinde Alcalensi usque ad mortem suam anno 1522. Nebrissensis plurima opera concinnavit de linguis, de litteris, de mathematicis, de jurisprudentia, de medicina, de theologia. Edidit: *Vocabularia juris*,—*Commentaria in Scripturam sacram*, — *Lexicon artis medicamentariæ*, — *Decades historiæ Ferdinandi et Isabellæ.*

NEESS. — Neessen Laurentius, natione Belga, canonicus in ecclesia metropolitana, theologalis, librorum censor, examinator synodalis, vir pietate, charitate, scientia insignis, obiit in seminario Mechliniensi die 22 Maii 1679. Edidit: *Universam theologiam, in duos tomos divisam juxta mentem S. Augustini et D. Thomæ*, — *Tractatum de justitia et jure.*

NELL. — Neller Georgius Christophorus, natione Germanus, canonicus Trevirensis, a consiliis principis-electoris et juris doctor, obiit anno 1783. Perfectam scientiam habebat antiquorum monumentorum et numismatum et de hac re multas bonas dissertationes edidit. Scripsit: *Dissertationem de decretis Basiliensibus*, — *De juribus parochi primitivi*, — *Dissertationem de varietate residentiarum canonicalium*, — *Collectionem canonicam et methodicam*, etc., etc., etc.

NEUDECHE. — Neudeche Sigismundus, ordinis Minorum, edidit opus cui titulus est: *Schola religiosa.*

NEUSS. — Neusser Bruno, Gallus, lector jubilatus, ac custos recollectæ provinciæ Coloniensis, vir in philosophicis ac theologicis disciplinis perfecte eruditus, plura luculenter Latino idiomate scripsit ex quibus ad manus nostras devenere: *Polyanthea theologo-morali-canonica*, — *Tractatus de horis canonicis*, — *Directorium superiorum regularium et ecclesiasticorum.* Bruno Neusser florebat XVII sæculo.

NEVIZAN. — Nevizanus Joannes, natione Italus, jurisconsultus, jus Taurini docuit; decessit anno 1540. Scripsit: *Sylvæ nuptialis libros sex, in quibus materia matrimonii, dotium, filiationis adulterii, discutitur*, — *Indicem scriptorum in utroque jure*, — *Quæstionem de librorum multitudine resecanda*, — *Consilia.*

NEVO. — Alexander de Nevo, jurisconsultus, scripsit *Commentaria in libros Decretalium.*

NICEPHOR. — Nicephorus S. patriarcha Constantinopolitanus, qui ardenter pro cultu imaginum propugnavit propiereaque in exsilium missus est a Leone Armeniano. Tum Nicephorus monasterium ingressus est, et migravit ad Dominum, anno 828. Scripsit: *Chronographiam*, — *Historicum breviarium*, — *Stichometriam....*

NICOLAI. — Nicolai Alphonsus, natione Italus, Societatis Jesu, Francisci I theologus, post suppressionem ordinis sui, Cisterciense monasterium ingressus est ubi obiit anno 1784. Scripsit: *Memorie istoriche di san Biagio, vescovo e martire, protettore della repubblica di Ragusa*, — *Dissertationi e lezioni di sacra Scrittura*, — *Raggionamenti sopra la religione.*

NICOLARTS. — Laurentius Nicolarts, Tungrensis, in academia Coloniensi S. Th. doctor, protonotarius apostolicus, ecclesiæ collegiatæ S. J. Evangelistæ Leodii primum canonicus, inde in cathedrali ecclesia Lambertina canonicus atque pœnitentiarius, olim inter practicos curiæ Romanæ multum diuque versatus. Florebat ad dimidium XVII sæculi. Edidit *Tractatum de praxi beneficiaria.*

NICOLIUS. — Nicolius Hieronymus, natione Italus, patria Romanus, alumnus congregationis de observantia Lombardiæ, vixit sæculo XVII, fuit lector theologiæ, et in Romana curia pro eadem congregatione procurator, necnon ecclesiæ nostræ S. Mariæ de Populo parochus, vir in utroque jure clarissimus, qui per sua opera litterato orbi satis innotuit, ejus enim calamo prodierunt: *Lucubrationes utriusque juris ad theoriam*, — *Flocculi, sive notabilia practica ex utroque jure, probatisque auctoribus ac theologiæ præsertim fontibus libata, ad juridicam praxim in unum collecta, et methodo alphabetico digesta.*

NIDER. — Nider Joannes, natione Germanus, ordinis Prædicatorum, prior monasterii Prædicatorum Basileensium, hæreticæ pravitatis inquisitor, ac gymnasii Viennensis sui ordinis rector.... Claruit anno 1430 et seq. Plura opera composuit eleganti stylo: *Præceptorium seu tractatum de decem præceptis*, — *Myrmecium bonorum*, — *Alphabetum amoris divini*,—*De reformatione religiosorum libros tres*, — *Sermones*, — *Casus de criminibus in Deum, in proximum.*

NOAL. — Noal *forsan* jurisconsultus cui attribuitur opus quod titulum præbet: *De transmissionibus.*

NOGUER. — Noguera Andreas, Hispanus, ordinis Minorum, ex provinciæ Majoricarum regul. observant. theologus, florebat ad medium XVII sæculi. Scripsit *Memoriale provinciæ Majoricarum S. P. N. Francisci.*

NON. MARCEL. — Nonius-Marcellus, grammaticus et philosophus Peripateticus, natione Italus, patria Tiburtinus, florebat desinente sæculo III. Scripsit *De proprietate sermonis.*

NONNOTT. — Nonnottus Claudius Franciscus, natione Gallus, Societatis Jesu, totam historiæ ecclesiasticæ et theologiæ curam impendit. Migravit ad Dominum anno 1793. Plurima opera edidit ut errores sæculi confutaret: *Erreurs de Voltaire*, — *Dictionnaire philosophique de la religion*, a D. Migne editum, in sua *Encyclopædia theologica*, cum additionibus et notis, — *Lettre d'un ami à un ami sur les honnêtetés littéraires*, — *Principes de critique sur l'époque de l'établissement de la religion chrétienne dans les Gaules*, — *Les philosophes des trois premiers siècles de l'Eglise.*

NOODT. — Noodt Gerardus, natione Germanus, in pluribus urbibus jus docuit et e vivis decessit anno 1725. Gerardus peritus erat in litteris, in historia, in linguis. Inter tractatus quos edidit, eminent: *De fœnore et usuris*, — *De jure imperii et lege regia*, — *De religione ab imperio, jure gentium, libera...*

NORIS. — Norisius Henricus (le cardinal Noris), natione Anglus, ordinis S. Augustini, Angliam deseruit ut Romam veniret. Hic studio incubuit et in multis ordinis sui cœnobiis theologiam docuit; custos fuit bibliothecæ Vaticani, consultor Inquisitionis, denique cardinalis creatus fuit anno 1695. Migravit ad Dominum anno 1704. Opera hujus cardinalis textura, stylo eleganti, sapienti censura, et accuratione eminent, quorum præcipua sunt: *Historiæ Pelagianæ libri duo*, — *Vindiciæ Augustinianæ*, — *Dissertatio de uno ex Trinitate in carne passo*, — *Apologia*

Digitized by Google

monachorum Scythiæ, — Somnia Francisci Macedo.

Novaes. — Novæs (Sebastianus de), natione Lusitanus, patria Bracharensis, coaptatus in Societatem Jesu septennio docuit rhetoricam, et amœniores litteras; theologiam moralem novennio; scholasticam sexennio; ecclesiasten etiam egit in domo professorum Ulyssipone, et fuit rector collegii Scabilitani. Florebat ad medium XVII sæculi. Edidit *Lilium inter spinas, sive Conceptum Dei Genitricis incontaminatum.*

Novarin. — Novarinus Ludovicus (Novarini), natione Italus, clericus regularis, primis ordinis sui muneribus functus est, vir magnæ eruditionis, migravit ad Dominum anno 1650. Multa opera reliquit sed in digesta et singularia, quorum sunt præcipua : *Commentaria in quatuor Evangelia, — Electa sacra, — Adagia sanctorum Patrum, — Calamita de' cuori, — Paradiso di Bethelemme.*

Novarius — Novarius Joannes Maria (Novario), natione Italus, jurisconsultus, auditor provincialis, florebat XVII sæculo. Edidit *Collectanea et utilia, tum priscarum, tum neotericarum impressarum et non impressarum totius universi orbis decisionum reportata.*

Nugnus. — Nugnus Didacus, ordinis Prædicatorum, edidit *Commentaria in* III *partem S. Thomæ, — De sacramentis.*

## O

Obrecht. — Obrecht Ulricus, natione Germanus, jurisconsultus et philologus, primum Protestantium partibus addictus, religionem catholicam amplexus est. Ulricus in linguis, in historia, in jurisprudentia versatissimus erat, ita ut a Magno Bossuetio vocaretur *Epitome omnium scientiarum.* Migravit ad Dominum anno 1701. Scripsit : *Prodromum rerum Alsaticarum, — Excerpta historica de natura successionis in monarchia Hispaniæ, — Dissertationes selectas, — De legibus agrariis populi Romani.*

Odonus. — Gerardus Odonus, Gallus, Ruthenensis de Castro Rodulphi, minister generalis, Parisiis anno 1329, Joanni XXII perquam clarus, a quo legatus est semel in Siciliam, secundo in Angliam, tertio in Bosnam Croatiæ, ex qua plurimos propulit hæreticos, quarto iterum in Siciliam; et demum creatus patriarcha Antiochenus, atque administrator perpetuus Ecclesiæ Catanensis in Sicilia. Multa scripsit, præsertim in moralibus, unde et *Doctor moralis* nuncupatus fuit : Edidit : *Commentaria in sacram Scripturam, — In quatuor libros Sententiarum, — Officium de stigmatibus S. P. Francisci,* quod hodie a Minoritis recitatur.

Œcumen. — Œcumenius, auctor Græcus X sæculi, edidit *Commentaria in Actus apostolorum et in Epistolam S. Jacobi.*

Oinotom. — Oinotomus *forte,* jurisconsultus cui attribuitur opus quod titulum præbet : *Institutiones de interdictionibus.*

Okamus. — Guillelmus Okamus, Anglus, Subtilis Doctoris discipulus, ac postea nominalium scholam, vel inchoans, vel stabiliens, acerrimus impugnator, vir quidem acris ingenii, sed minime sobrii. Cognominatur *Venerabilis inceptor* et *singularis doctor.* Partim de theologia, partim de philosophia doctissime scripsit, nempe : *Super Magistrum Sententiarum, — Centilogium theologicum, — De sacramento altaris tractatum, — Summam totius logicæ, — Compendium theologiæ,* et plurima alia eximia opera.

Olden. — Olden Henricus, doctor facultatis Parisiensis, edidit opus cui titulus est : *Analysis fidei.*

Oldrad. — Oldradus cognominatus *de Laüde,* jurisconsultus Italus, summa cum fama jus docuit Paduæ et Bononiæ. Avenionem deinde petiit et ibi decessit, anno 1635. Opus juris eruditione plenum edidit sub titulo *Consiliorum.* A Paulo de Castro Oldradus *Pater legum* cognominabatur.

Olea. — Olea *forte* jurisconsultus qui edidit opus *De cessione juris.*

Oleast. — Oleaster vel Oleastro Hieronymus, natione Hispanus, ordinis Prædicatorum, theologus Joannis III, regis Portugalensis, ad concilium Tridentinum, fidei inquisitor, primis ordinis sui muneribus functus est et migravit ad Dominum anno 1563. Scripsit Latine *Commentaria in Pentateuchum, — Commentaria in Isaiam.*

Oliva. — Oliva Felicianus, forte monachus Rivipulli qui scripsit librum *De cyclo paschali* qui teste Baluzio exstat in quodam codice bibliothecæ Colbertinæ. Mabillon. *Ann.* tom. IV, pag. 489.

Oliva. — Oliva Joannes Paulus, natione Italus, patria Genuensis, litteras humaniores aliquot annis professus est, domum probationis Romanam decennio rexit et collegium Germanicum in Urbe iterato administravit, conciones habuit Romæ magna cum fama....., florebat ad medium XVII sæculi. Scripsit : *Conciones, — Commentaria in Scripturam.*

Onnate. — Petrus de Onnate, natione Hispanus, patria Vallisoletanus, Societatis Jesu, lucrandarum Deo animarum studio impulsus trajecit in Americam anno 1592, ubi in provincia Peruana duas diversas Indorum linguas perdidicit, et magistrum novitiorum diu egit. Postea Paraquariæ provinciam gubernavit, et redux in Peruanam, plenus dierum et bonorum operum ad mercedem omnium evolavit. Elucubravit *De contractibus tomos tres.*

Optat. — Optatus Milevitanus, in Africa, currente IV sæculo, obiit anno 384, vir virtutibus et doctrina clarus, scripsit *Septem libros adversus schismaticos Donatistas.* Vide tom. XI *Patrologiæ Latinæ,* edit. Migne.

Oresm. — Oresmius Nicolaus, clarus scriptor XIV sæculi, natione Gallus, patria Cadomensis, doctor Sorbonicus, Lexoviensis episcop., missus ad papam Urbanum V, illi persuasit ut Romam iterum non adiret, vir scientia et virtutibus clarus, Lexovii obiit, anno 1382. Scripsit : *De communicatione idiomatum, — De mutatione monetarum, — De Antichristo.*

Origen. — Origenes, unus ex illustrissimis scriptoribus ecclesiasticis sæculi tertii, cognominatus *Adamantius,* Alexandriæ vidit lucem anno 185, et Tyri migravit ad Dominum anno 254. Vir virtutibus et scientia clarus fere innumera opera concinnavit et eximia. Vide *Patrologiam Græcam,* a tom. XI usque ad XVII inclusive, edit. Migne.

Oros. — Paulus Orosius, natione Hispanus, sacerdos virtutibus et scientia insignis, cum S. Augustino et S. Hieronymo feliciter conversatus est. Florebat incipiente sæculo V. Jussus a S. Augustino scripsit *Chronicon* in septem libros distributum. Auctor est pariter *Apologiæ liberi arbitrii adversus Pelagianos* et *Epistolæ ad S. Augustinum.* Vide opera Pauli Orosii in *Patrologia Latina,* edit. Migne, tom. XXXI.

Orsi. — Orsi Josephus Augustinus, natione Italus, ordinis Prædicatorum, professor theologiæ, magister sacri Palatii, creatus est cardinalis a Clemente XIII, anno 1759. Scripsit : *Historiam ecclesiasticam,* et aliud opus cui titulus est : *Infallibilitas act. Romani pontificis.*

Ortel. — Abraham Ortelius, natus Antuerpiæ anno 1527, geographus fuit regius, atque *Urbis patriæ, orbisque terrarum ornamentum* audire meruit, ac *sæculi sui Ptolemæus.* Vivere desiit Antuerpiæ anno 1598. Multa opera concinnavit quorum præcipua sunt : *Theatrum orbis terrarum, — Synonyma geographica, — Aurei sæculi imago, — Itinerarium per nonnullas Galliæ Belgicæ partes.*

Ortiz. — Ortizius Blasius, natione Hispanus, canonicus Toletanus, obiit anno 1540. Scripsit :

Digitized by Google

*Descriptionem graphicam summi templi Toletani*, — *Summam*, — *Itinerarium Adriani VI, ab Hispania Romam usque, ac ipsius pontificatus eventus.*

**Osor.** — Osorius (Osorio) Hieronymus, natione Hispanus, Sylvæ episcopus, vir eloquentia insignis, migravit ad Dominum anno 1580. Scripsit : *Commentaria in Scripturam*, — *De nobilitate civili*, — *De nobilitate Christiana*, — *De gloria*. — *De regis institutione*, — *De justitia cœlesti*, — *De sapientia*, — *Epistolam ad reginam Angliæ*.

**Osor.** — Joannes Osorius, natione Hispanus, ex oppido Sasamone, diœcesis Burgensis, Societatis Jesu. Aristotelem nondum sacerdos est interpretatus, theologiam moralem diu tradidit, rexitque collegium Numantinum, seu Sorianum, utilem atque assiduam in concionibus ad populum habendis operam posuit et ut stylo posteris prodesset, sicut præsentibus in lucem emisit *Concionum* tomos quinque. Migravit ad Dominum anno 1594.

**Oter.** — Oterius *forte*, jurisconsultus cui attribuitur opus titulum præbens : *De pascuis*.

**Otto.** — Otto Everardus, natione Germanus, jurisconsultus peritus, juris professor, obiit 1756. Multa et eximia scripsit opera : *De ædilibus coloniarum et municipiorum liber singularis*, — *Dissertationes juris publici et privati*, — *Thesaurus juris Romani*, — *De jurisprudentia symbolica*, — *Papinianus*.

**Oudin.** — Oudinus Casimirus, ordinis Præmonstratensis, aliquandiu apud regem Ludovicum XIV vixit, deinde sectam Protestantium apostata adiit. Obiit 1717. Plurima scripsit opera : *Commentarium de scriptoribus Ecclesiæ antiquis, illorumque scriptis*, — *Veterum aliquot Galliæ et Belgii scriptorum opuscula sacra nunquam edita*, — *Triadem dissertationum criticarum*.

**Ovand.** — Joannes de Ovando, natione Hispanus, Cacerensis, provinciæ S. Jacobi alumnus, vixit sub annum 1610. Postquam annis multis prælegit Salmanticæ theologiam, scripsit : *Commentarios in III Sententiarum*, — *Discursus prædicabiles de mysteriis fidei*, — *Tractatum de Incarnatione*.

**Ovid.** — Ovidius Naso, poeta Latinus percelebris, natus anno 43 ante J. C., obiit anno 17 J. C. : opera ejus *Metamorphoses*, — *Fasti*, — *Tristia*, — *De arte amatoria*, etc.

**Ovied.** — Oviedo (Franciscus de), natione Hispanus, fuit primarius professor theologiæ moralis in academia regia Matritensi, scholasticæ vero Murciæ, et compluti et sacro tribunali S. Inquisitionis a censuris. Morte subitanea sublatus est anno 1651. Scripsit : *Integrum cursum philosophicum*, — *In totam primam secundæ S. Thomæ*, — *De fide, spe et charitate.*

# P

**Paccian.** — Fulvius Paccianus (Pacciani), natione Italus, patria Mutinensis, jurisconsultus insignis, vir litteris amœnioribus et eruditione clarus, Ferrariæ jus professus est et obiit anno 1613. Plura tum Latine tum Italice exaravit opera, quorum præcipua sunt : *Tractatus de probationibus*, — *Tractatus de judiciis causarum civilium, criminalium et hæreticarum*, — *De appellationibus*, — *Consilia, responsa, relationes et allegationes circa feuda, contractus et ultimas voluntates*, — *Dell' arte di ben governare i popoli*, etc., etc.

**Pachim.** — Georgius Pachimerus (Pachymer), natione Græcus, patria Nicænus, historiographus, amplissimis honoribus tum Ecclesiæ tum imperii Constantinopolitani et muneribus perfunctus, obiit anno 1312. Scripsit *Chronicon*, ab anno 1258 ad an. 1308.

**Paciaud.** — Paulus Maria Paciaudus (Paciaudi), natione Italus, patria Taurinensis, ordinis S. Francisci monachus, vir scientia, litteris et eruditione clarus, varia et eximia tum Latine tum Italice concinnavit opera sub his titulis : *De sacris Christianorum balneis*, — *De athletarum cubistesi in palæstra Græcorum commentarius*, — *De campanis*, — *Monumenta Peloponnesiaca*, etc., etc. Obiit anno 1785.

**Pacich.** — Joannes Baptista Pacichellus (Pacichelli), natione Italus, patria Pistoriensis, vir litteris, jure et theologia apprime eruditus, fato functus anno 1702, plura tum Latine tum Italice scripsit opera quorum tituli : *Schediasma de iis quæ nullo modo possunt in jus vocari*, — *Schediasma de larvis, capillamentis et chirothecis*, — *De jure hospitalitatis universo*, — *De distantiis*, — *Lucubratio autumnalis de tintinnabulo Nolano*, etc., etc.

**Pacius.** — Julius Pacius (Pacio), natione Italus, patria Vicentinus, jurisconsultus celeberrimus, et professor, ex heterodoxo catholicus, obiit anno 1635. Multa de jure scripsit sub his titulis : *De contractibus*, — *Synopsis juris*, — *De jure maris Adriatici*, — *In Decretales libri quinque*, — *Aristotelis organum*, — *Legum conciliatarum centuriæ*, etc., etc.

**Pagan.** — Marcus Antonius Paganus, natione Italus, patria Venetus, ordinis S. Francisci monachus, vir pietate et doctrina insignis, ac gravibus muneribus in religione perfunctus, varia edidit opuscula, ex quibus ista circumferuntur : *Tractatus de ordine, jurisdictione et residentia episcoporum*, — *Discursus de pœnitentia*, — *Generalis discursus in lege canonica*, etc. Obiit circa annum 1585, ætatis suæ 69.

**Pagius (A.).** — Antonius Pagius, natione Gallus, ordinis S. Francisci monachus, et provincialis, historiographus insignis, edidit opus eximium cui titulus : *Critica historico-chronologica in Annales ecclesiasticos cardinalis Baronii*, — *Dissertatio hypatica, seu de consulibus Cæsareis*. Obiit anno 1699.

**Pagius (F.).** — Franciscus Pagius (Pagi), natione Gallus, fratris filius præcedentis, ordinis S. Francisci monachus, historiis ecclesiasticis versatissimus, vita functus anno 1721, scripsit : *Breviarium historico-chronologico-criticum, illustriora pontificum Romanorum gesta, conciliorum generalium acta, necnon complura tum sanctorum rituum, tum antiquæ Ecclesiæ disciplinæ capita complectens.*

**Palat.** — Joannes Palatius (Palazzi), natione Italus, patria Venetus, canonicus Paduensis, historiographus et imperatori a consiliis, juris canonici professor, vita functus anno 1703, plurima edidit variis sub titulis : *Monarchia occidentalis*, — *Aquila Franca sive inter lilia*, — *Aquila Sueva*, — *Aquila Romana*, — *Aristocratia ecclesiastica*, etc., etc.

**Paleot.** — Gabriel Paleottus (Paleotti), natione Italus, patria Bononiensis, S. R. Ecclesiæ cardinalis, vir doctrina et pietate clarus, Romæ obiit anno 1597, ætatis suæ 73, plura posteris, sui ingenii monumenta, relinquens opera sub his titulis : *De bono senectutis*, — *Archiepiscopale Bononiense*, — *De nothis spuriisque filiis*, — *De consistorialibus consultationibus*, — *De imaginibus sacris et profanis*, etc.

**Pallavic.** — Petrus Sfortia Pallavicinus (Pallavicini), natione Italus, patria Romanus, e Societate Jesu et S. R. Ecclesiæ cardinalis, vir sublimitate ingenii, doctrinæ excellentia insigniter clarus, piam efflavit animam anno 1667, ætatis suæ 57. Plura et eximia tum Latine tum Italice conscripsit opera, quorum præcipua sunt : *Historia concilii Tridentini*, — *De bono libri quatuor*, — *De stylo et dialogo*, — *Assertiones de universa theologia*, — *Disputationes in primam secundæ S. Thomæ*, etc., etc.

**Paludan.** — Petrus de Palude vel Paludanus (de la Palu), natione Gallus, patria Burgundus, ordinis S. Dominici monachus, Hierosolymitanus patriarcha, theologus insignis, utriusque juris doctor, inter scholasticos celebris, inter canonistas illustrior et perpetuus defensor doctrinæ S. Thomæ, obiit in insula Cypri, Nicosiæ anno 1333, juxta alios vero

Digitized by Google

Parisiis, anno 1342. Scripsit : *Super totam sacram Scripturam*, — *Super quatuor libros Sententiarum*, — *Librum historiarum*, — *De potestate Papæ*, — *De causa immediata ecclesiasticæ potestatis*, etc., etc.

PALUDAN. — Joannes Paludanus, natione Belga, patria Melchiniensis, in universitate Lovaniensi theologiæ professor, ecclesiæ Sancti Petri eadem in urbe canonicus et decanus, vita functus anno 1630, varia edidit opera sub his titulis : *Vindiciæ theologicæ adversus verbi Dei corruptelas*, — *Apologeticus Marianus*, — *Officina spiritualis sacris concionibus adaptata*, etc.

PAMEL. — Jacobus Pamelius (Jacques de Pamele), natione Belga, patria Brugensis, et canonicus, postea vero Audomaropolis archidiaconus et episcopus designatus, obiit anno 1587. Claruit ingenio et scientia, ac juris publici fecit : *Liturgicam Latinorum*, — *Micrologum de ecclesiasticis observationibus*, — *Catalogum commentariorum veterum selectorum in universam Bibliam*, — *Conciliorum paralipomena*, etc., etc.

PANCIROL. — Guido Pancirolus (Panciroli), natione Italus, patria Rhegiensis, jurisconsultus celeberrimus, Paduæ vicissim et Taurini jus docuit, et obiit anno 1599, plura posteris sui ingenii monumenta relinquens opera, quibus tituli : *De rebus inventis et perditis*, — *Commentarii in notitiam utriusque imperii et de magistratibus*, — *De juris antiquitate*, — *Thesaurus variarum lectionum utriusque juris*, etc., etc.

PANGER. — Marinus Pangerus, natione Germanus, ordinis S. Francisci monachus, theologus insignis, edidit *Theologiam scholasticam ad mentem Scoti*. Claruit sæculo XVI.

PANIGAROL. — Franciscus Panigarola, natione Italus, patria Mediolanensis, ordinis S. Francisci monachus et episcopus Astensis, theologus et concionator celeberrimus, obiit anno 1594. Multa variæ eruditionis tum Latine tum Italice concinnavit opera et ad posteros transmisit, scilicet : *Theses generales singulari methodo ex universa theologia desumptas*, — *Vitam S. Petri per modum aureæ catenæ*, — *Homilias*, — *Orationes funebres*, — *Conciones varias*, — *Commentaria in sacram Scripturam*, — *Declamationes de titulis cardinalium*, — *De ratione componendæ orationis*, — *Speculum militare*, etc., etc.

PANIMOL. — Cæsar Panimolle, natione Italus, juris utriusque doctor et jurisconsultus scientia, litteris et eruditione clarus, publici juris fecit : *Decisiones civiles, morales et criminales*.

PANORMIT. — Abbas Panormitanus, vide Abbas.

PANVIN. — Onuphrius Panvinius (Panvinio), natione Italus, patria Veronensis, ordinis S. Augustini monachus, vir maximi ingenii, studii indefessi, ac antiquitatum indagator solertissimus, obiit anno 1568, ætatis suæ 38. Scripsit : *Vitas Romanorum pontificum*, — *De antiquis Romanorum nominibus*, — *De ritu sepeliendi mortuos apud veteres Christianos, et de cœmeteriis eorumdem*, — *De principibus Romanis*, — *De antiquo ritu baptizandi cathecumenos*, — *De primatu Petri*, — *Chronicon ecclesiasticum*, etc., etc.

PAPEBROC. — Daniel Papebrochius (Papebroch vel Papebroeck), natione Belga, patria Antverpiensis, Societatis Jesu presbyter, humaniores disciplinas, et philosophiam docuit, et postea Bollando et Henschenio adjunctus, cum illis edidit *Acta sanctorum mensis Martii et Aprilis*, et obiit anno 1714.

PAPIN. — Æmilius Papinianus, patria Romanus, jurisconsultus insignis, vir ingenio et scientia clarus, a Caracalla capite truncatus obiit anno 212, ætatis suæ 36, juxta alios vero 70, et scripsit : *Responsiones*, — *Quæstiones*, — *Definitiones*, — *De adulteris*, etc.

PAPPON. — Hieronymus Papponius (Papponi), natione Italus, patria Pisanus, jurisconsultus celeberrimus et Rotæ auditor, vita functus anno 1605, plurima de jure concinnavit opera, scilicet : *Corpus juris civilis*, — *Consilia*, — *Decisiones*, etc., etc.

PARAM. — Ludovicus Paramo, natione Hispanus, patria Matritensis, et inquisitor, edidit anno 1598 opus eximium cui titulus : *De origine et progressu Officii S. Inquisitionis, ejusque utilitate et dignitate*, in-fol.

PARAVIC. — Joannes Paulus Paravicinus, clericus regularis S. Pauli, juris publici fecit opus eximium cui titulus : *Polyanthea sacrorum canonum*.

PARIS. — Petrus Paulus Parisius (Parisio), natione Italus, patria Neapolitanus, jurisconsultus celeberrimus, Rotæ auditor, et S. R. Ecclesiæ cardinalis, jus civile et canonicum tum Paduæ tum Bononiæ magna cum fama professus est, et obiit anno 1545, ætatis suæ 72. Plura sui ingenii monumenta posteris reliquit opera, quorum præcipua sunt : *Consilia*, — *Tractatus de testibus*, — *Tractatus de exceptionibus et præscriptionibus*, etc., etc.

PARIS. — Flaminius Parisius (Parisio), præcedentis fratris filius, advocatus Romanus et postea episcopus Bidruntensis, varia de jure scripsit et præsertim de resignatione beneficiorum, etc.

PASCHAL. — Philippus Paschalis (Pascal), natione Italus, patria Consentiensis, vir scientia et eruditione clarus, jurisconsultus insignis, floruit sæculo XVII ineunte, et juris publici fecit opus eximium cui titulus : *De viribus patriæ potestatis*.

PASCUC. — Thomas Pascuccius (Pascucci), natione Italus, jurisconsultus scientia præstantissimus, floruit sæculo XVII, et edidit : *Compendium ad consultationes canonicas Jacobi Pignatelli*.

PASQUALIG. — Zacharias Pascaligus, natione Italus, patria Veronensis, clericus regularis, scientia theologica clarus, vita functus circa annum 1670, varia publici juris fecit opera sub his titulis : *Praxis jejunii*, — *De sacrificio novæ legis*, — *Variarum quæstionum moralium et canonicarum centuriæ*, etc., etc.

PASSARET. — Fulgentius Passaretti, natione Italus, patria Neapolitanus, ordinis S. Augustini monachus, notarius apostolicus et sacræ Inquisitionis membrum, vixit sæculo XVII, et exaravit : *Tractatum contra lusores*, — *Tractatum pro examine confessorum*, etc.

PASSERIN. — Petrus Maria Passerinus (Passerini), natione Italus, patria Sestolensis in agro Mutinensi, ordinis Prædicatorum S. Dominici monachus, Bononiensis inquisitor et postea Romæ procurator generalis, theologus et canonista præstantissimus, obiit anno 1677 et posteris tradidit : *Tractatus de electione canonica*, — *De electione summi pontificis*, — *De indulgentiis*, — *Inspectiones morales de hominum statibus et officiis*, etc., etc.

PATUZ. — Joannes Vincentius Patuzzi, natione Italus, ordinis S. Dominici monachus, vir scientia, eruditione et litteris clarus, philosophiam et theologiam Venetiis docuit et obiit anno 1769. Plurima tum Latino tum Italico sermone concinnavit opera, quorum tituli : *Ethica christiana, sive theologia moralis ex sanctæ Scripturæ fontibus derivata et S. Thomæ doctrina illustrata*, — *De futuro impiorum statu*, — *De sede inferni in terris quærenda*, — *De re sacramentaria contra perduelles hæreticos*, — *De indulgentiis*, — *Trattato della regola prossima delle azioni umane nella scelta delle opinioni*, etc., etc.

PAUCK. — Engelbertus Pauckius, ordinis S. Francisci monachus, strictioris observantiæ alumnus, theologus, provinciæ Saxoniæ S. Crucis vocalis perpetuus, ac nationis Germano-Belgicæ in Romana curia agens, communis juris fecit librum prænotatum : *Tertia seraphica vinea, sive Tertius ordo de pœnitentia*. Claruit sæculo XVII.

PAULIN. — Paulinus, absque ullo cognomine, ordinis S. Francisci monachus, natione Italus, pa-

Digitized by Google

tria Venetus, doctor insignis, scripsit *Chronicon* a constitutione mundi ad annum 1340. Obiit anno 1344.

Paulin. Nol. — Sanctus Paulinus Nolanus, origine Romanus, patria Burdigalensis, vir sanctitate et scientia clarus, migravit ad cœlos anno 431, varia posteris, tum soluto tum stricto sermone scripta relinquens, quæ videnda in *Patrologia Latina* edit. J. P. Migne, tom. LXI.

Paulus. — Julius Paulus, natione Italus, patria Romanus, jurisconsultus præstantissimus, cum Ulpiano et Papiniano consiliarius, circa annum salutis 293 claruit et varia de jure concinnavit opera sub hoc titulo : *Receptæ sententiæ*.

Pavin. — Joannes Franciscus de Pavinis, natione Italus, patria Patavinus, ob scientiam juris canonici et theologiæ insignis, divinarum ac humanarum rerum apprime eruditus, conscripsit : *Glossam de officio et potestate capituli, sede vacante*, — *Baculum pastoralem*, seu *Tractatum de visitationibus episcoporum*, — *Relationem de canonizatione divi Bonaventuræ*, etc. Obiit circa finem sæculi xv.

Pax Jord. — Pax Jordanus, vide Jordanus Pax.

Peck. — Petrus Peckius (Peck), natione Zelandus, patria Ziriczæus, utriusque juris doctor, jurisconsultus insignis, professor regius, canonum ordinarius, cleri studiosissimus, obiit Machliniæ anno 1589, ætatis vero 60. Scripsit : *Paraphrasin in universam legatorum materiam*, — *De testamentis conjugum*, — *De amortizatione bonorum*, — *De ecclesiis catholicis ædificandis et reparandis*, — *De jure sistendi et manuum injectione*, — *Commentarium ad regulas juris canonici*, etc, etc.

Pegn. — Franciscus Pegna, natione Italus, et decanus Rotæ, juris publici fecit opus eximium sub hoc titulo : *Directorium inquisitorum*.

Pelag. — Alvarus Pelagius, vid. Alvarus.

Pellegrin. — Alexander Pellegrinus (Pellegrini), natione Italus, patria Capuanus, clericus regularis, vir scientia et eruditione insignis, claruit sæculo xvii, et edidit : *Constitutiones congregationis Clericorum Regularium commentariis illustratas*, — *Compendium privilegiorum Clericorum Regularium duas in partes divisum*, — *Commentarium in pontificum constitutiones de duello*, — *De immunitate ecclesiastica*, etc. — Pellegrinus alter, cognomine Carolus, scripsit opus eximium cui titulus : *Praxis vicariorum*.

Pellizar. — Franciscus Pellizarius (Pellizzari), natione Italus, patria Placentinus, e Societate Jesu presbyter, vir scientia sacrorum canonum, et quæstionum ad conscientiam pertinentium perquam clarus, litteras amœniores et theologiam explicuit, Ferrariense rexit collegium, et demum corporis solutus vinculis ad vitam migravit immortalem anno 1651. Edidit Latine : *Tractatum de monialibus*, — *Manuale regularium*, etc.

Pennafort. — Sanctus Raymundus de Pennafort, seu de Rupe forti, genere nobilissimus, natione Catalanus, patria Barcinonensis, utriusque juris, præsertim pontificii scientissimus, Rotæ Romanæ auditor, et ordinis S. Dominici generalis, centenarius migravit ad cœlos anno 1275, plurimis clarus miraculis. Concinnavit et posteris reliquit : *Librum pro prælatis de modo visitandi ecclesias*, — *De modo licite negotiandi*, — *Decretales in uno volumine collectas*, — *Summam de casibus conscientiæ*, — *Summam de pœnitentia et sponsalibus*, — *Tractatum de bello et de duello*, etc., etc.

Pennot. — Gabriel Pennottus (Pennotti), natione Italus, patria Novariensis, S. Augustini Lateranensis regularis canonicus, vir scientia et eruditione clarus, vita functus circa annum 1640, varia concinnavit opera, quorum præcipua sub his titulis : *Historia tripartita de origine canonicorum regularium*, — *Propugnaculum libertatis humanæ*, etc.

Pepin — Guillelmus Pepinus, natione Gallus, ordinis S. Dominici monachus, theologiæ professor Parisiensis, utriusque juris doctissimus et maxime civilis, concionator facundissimus, vir undequaque aspectabilis, obiit anno 1527, posteris relinquens : *Opusculum de secretis secretorum*, — *Lecturam scholasticam super quatuor sensus sacræ Scripturæ*, — *Sermones in Cœna Domini*, etc., etc.

Percin. — Petrus Joannes Franciscus Percinus (Percin de Montgaillard), natione Italus, patria Mediolanensis, Pontii episcopus, vir scientia insignis, Gallico sermone scripsit : *Du droit et du devoir des évêques de régler les Offices divins dans leurs diocèses*, etc. Obiit anno 1713.

Peregrin. — Marcus Antonius Peregrinus, jurisconsultus, edidit librum cui titulus : *De jure fisci*.

Perer. — Benedictus Pererius (Pereira), natione Hispanus, patria Valentinus, Societatis Jesu alumnus, vir in omni scientiarum genere peritus, humanis, philosophicis, theologicis et sacris disciplinis præstans, obiit anno 1610, ætatis suæ 75, multa sui ingenii monumenta relinquens, scilicet : *Theatrum rerum creatarum*, — *Commentaria in Scripturam*, — *Disputationes varias*, — *Lucubrationes*, etc., etc.

Perer. — Gabriel Pererius de Castro (Pereira), natione Lusitanus, patria Bracarensis, jurisconsultus insignis, vita functus circa annum 1625, plura de jure conscripsit opera, inter quæ : *De manu regia, seu de legibus regiis quibus regni Portugalliæ in causis ecclesiasticis cognitio est ex jure, privilegio, consuetudine*, etc.

Perez. — Antonius Perezius (Perez), natione Hispanus, ordinis S. Benedicti monachus, archiepiscopus Tarraconensis, vir litteris humanis et divinis peritissimus, vita functus anno 1637, varia scripsit opera sub his titulis : *Authentica fides quatuor evangelistarum*, *controversiis catholicis agitata, pariterque discussa*, — *Conciones*, — *Pentateuchum fidei*, etc., etc.

Perez. — Antonius Perezius (Perez), natione Hispanus, in oppido de Camarillas diœcesis, et communitatis Tertulensis natus, ordinis S. Francisci monachus, lector bis jubilatus, et provincialis minister, vir egregie doctus, et sermone scholasticus, edidit : *Commentaria super librum primum Sententiarum*, — *Astræam theologiam*, etc. Obiit anno 1710.

Perez. — Antonius Perezius (Perez), natione Hispanus, patria Pontireginensis, Societatis Jesu presbyter, philosophiam vicissim et theologiam professus, vir pietate et litteris sacris clarus, obiit in Domino anno 1649, relinquens posteris sui ingenii monumenta sub his titulis : *Tractatus in primam partem D. Thomæ*, — *Conclusiones theologicas de Deo trino et uno*, etc., etc.

Perez. — Antonius Perezius, natione Hispanus, patria Alfarensis, jurisconsultus celeber, et Lovaniensis doctor, vita functus anno 1672, scripsit : *Assertiones politicas*, — *Commentaria in Digestum*, — *Jus publicum*, etc., etc.

Perez. — Martinus Perezius, natione Hispanus, patria Valentinus, Societatis Jesu presbyter, theologiæ doctor et professor, vir scientia et humilitate insignis, vita functus anno 1660, ætatis suæ 82, publici juris fecit : *De Deo trino et uno*, — *De mirabili Verbi incarnati mysterio*, — *De sancto matrimonii sacramento*, etc., etc.

Perimez. — Josephus Maria Perimezzius (Perimezzi), natione Italus, patria Palensis in Calabria, ordinis S. Francisci monachus, episcopus Oppidensis, theologiæ doctor, varia tum Latine, tum Italice concinnavit opera, inter quæ præcipuum tenet locum opus eximium cui titulus : *In sacram de Deo scientiam dissertationes selectæ, historicæ, dogmaticæ et scholasticæ*, Neapoli, 1738, 8 vol. in-fol. Obiit anno 1740.

Perray. — Michael du Perray, natione Gallus,

Digitized by Google

causidicus Parisiensis, vir jurisprudentia civili et canonica peritissimus, plura et eximia posteris vernacula lingua concinnavit opera sub his titulis : *Traité historique et chronologique des dîmes*, — *De la juridiction ecclésiastique*, — *Des dispenses de mariage*, — *Des moyens canoniques pour acquérir et conserver les bénéfices*, — *De l'état et de la capacité des ecclésiastiques pour les ordres et les bénéfices*, etc., etc. Obiit Parisiis, anno 1730, ætatis suæ 90.

PERUG. — Carolus Maria Perugia, natione Italus, patria Mediolanensis, ordinis S. Augustini monachus, theologiæ magister, vir sacris et profanis litteris ornatus, magna in negotiis tractandis dexteritate pollens, provincialis, obiit anno 1700, et scripsit : *Summulas theologicas*, — *Epistolas*, etc.

PERUS. — Gregorius Perusinus, natione Italus, patria Spoletanus, ordinis S. Augustini monachus, theologiæ magister in concionibus sacris eximius, provincialis, et generalis visitator, de re litteraria bene promeruit per *Commentarium in librum* III *Sententiarum*. Obiit circa annum 1515.

PERUS. — Jacobus Perusinus, natione Italus, patria Spoletanus, ordinis S. Augustini monachus, Tarracinæ in Campania episcopus, ad superos anno 1362 avolavit, posteris relinquens : *Commentarium in quatuor libros Sententiarum*, —*Expositiones super Threnos Jeremiæ*, etc.

PESANT.— Alexander Pesantius, juris utriusque doctor, vir litteris et eruditione clarus, scripsit : *In universam D. Thomæ theologiam*.

PETAV. — Dionysius Petavius (Petau), natione Gallus, patria Aurelianensis, Societatis Jesu presbyter, vir ingenio maximo, judicio acerrimo, excellenti memoria, omnium fere rerum scientia excultus, et virtutibus insignis, piam septuagenarius efflavit animam Parisiis anno 1652. Plura et eximia concinnavit opera, quorum præcipua sub his titulis : *De doctrina temporum*, — *Rationarium temporum*, — *De ecclesiastica hierarchia*, — *Uranologium*, — *Dogmata theologica*, etc., etc.

PETIT-DIDIER. — Matthæus Petit Didier, natione Gallus, patria Lotharingus, e S. Nicolai oppido, ordinis S. Benedicti monachus, abbas Senoniensis et Macranensis episcopus, vir eruditione et doctrina insignis, plura tum Latine, tum Gallice conscripsit opera sub his titulis : *Dissertationes Latinæ historico chronologicæ in omnes libros Veteris Testamenti*, — *Justificatio moralis doctrinæ et disciplinæ Ecclesiæ Romanæ*, — *De l'infaillibilité du Pape*, — *Animadversiones in Bibliothecam ecclesiasticam Dupinii*, — *Dissertationes de præeminentia Benedictinorum super canonicos regulares*, etc., etc. Obiit anno 1747.

PETITUS. — Samuel Petitus (Petit), natione Gallus, patria Nemosensis, philologus et theologus heterodoxus, vir eruditione insignis, vita functus anno 1643, varia juris publici fecit opera quorum tituli sunt : *Miscellanea*, — *Eclogæ chronologicæ*, — *Variæ lectiones*, — *Leges Atticæ*, etc., etc.

PETRA. — Vincentius Petra, natione Italus, patria Neapolitanus, S. R. Ecclesiæ cardinalis, Sancti-Officii consultor, vir ingenio et scientia insignis, inter plura opera, edidit *Commentaria ad constitutiones apostolicas*, et obiit anno 1747.

PETRUS BLES. — Petrus Blesensis, natione Gallus, archidiaconus, vir omni genere doctrinæ excultissimus, et virtutibus insignis, obiit in Anglia anno reparatæ salutis 1200, et varia reliquit opera, quæ reperienda in *Patrologiæ Latinæ Cursu* quem nuper edidit J. P. Migne, tom. CCVII.

PETRUS CHRYSOL. — Sanctus Petrus Chrysologus, territorio Corneliensi natus, Ravennas archiepiscopus, vir sapientia et doctrina clarus, varia scripsit, quæ videnda in *Cursu Patrologiæ Latinæ* edit. J. P. Migne, tom. LII.

PETRUS CLUN. — Petrus Mauricius Monboiserius, cognomento *Venerabilis*, ordinis S. Benedicti abbas Cluniacensis, vir moribus et doctrina clarissimus, beato fine ad superos translatus anno 1158, scripsit : *Tractatus varios*, — *Sermones*, — *Epistolas*, etc. Vide *Patrologiam Latinam*, tom. CLXXXIX.

PETRUS COMEST. — Petrus cognomine *Comestor*, canonicus et decanus Trecensis, Parisiensis cancellarius, vir in rebus præsertim theologicis apprime eruditus, diem obiit extremum anno 1178, posteris relinquens *Historiam scholasticam*, et alia quæ reperies in *Patrologia Latina*, tom. CXCVIII.

PETRUS DAM. — Sanctus Petrus Damianus, natione Italus, patria Ravennas, ordinis S. Benedicti monachus, episcopus Ostiensis, S. R. Ecclesiæ cardinalis, vir liberalibus et sacris disciplinis insigniter imbutus, migravit ad Dominum anno 1072. Quoad illius opera, vide *Patrologiam Latinam*, tom. CXLIV, CXLV.

PETRUS DE ALLIAC.— Petrus de Alliaco vel Alliacensis (Pierre d'Ailly), natione Gallus, Compendii ad Isaram natus, Cameracensis episcopus, theologiæ Parisiensis doctor et Universitatis cancellarius, S. R. Ecclesiæ cardinalis, vir ingenio et facundia clarus, obiit anno 1425. Plura et eximia concinnavit opera, inter quæ prostant : *Tractatus de potestate Ecclesiæ*, — *Concordia astronomiæ cum theologia*, — *Concordia astronomiæ cum historia*, etc., etc.

PETRUS DE ARAGON. — Petrus de Aragonia, natione Hispanus, ordinis S. Augustini monachus, theologiæ doctor Salmanticensis, hujus Universitatis professor publicus, vir ob sacrarum litterarum notitiam et scientiam juridicam notissimus, in lucem emisit : *Commentarium in secundam secundæ D. Thomæ, de fide, spe et charitate*, — *Commentarium de justitia et jure*, etc. Obiit desinente sæculo XVI.

PETTSCHAC.— Benedictus Pettschacher, natione Germanus, e S. Lamberto in Styria natus, in Universitate Salisburgensi theologiæ professor ac rector, vir doctrina et virtute præstantissimus, decessit anno 1701, et scripsit : *Tractatum de sacramentis in genere, et de baptismo, confirmatione et Eucharistia in specie*, — *Tractatum speculativo-practicum de restitutione*, — *Opusculum de jure in communi et in specie*, — *De incarnatione*, etc, etc.

PEYRIN. — Laurentius de Peyrinia, ordinis S. Francisci monachus, vir disciplinis sacris et ecclesiasticis apprime eruditus, scientia notus et pietate, varia edidit opera sub his titulis :*De privilegiis regularium*, — *Subditus et prælatus*, — *Formularium*, etc. Floruit sæculo XVII.

PEZ. — Bernardus Pezius, natione Germanus, patria Ipsensis in Austria, ordinis S. Benedicti monachus, vir scientia et præsertim eruditione insigniter clarus, vita functus anno 1735, ætatis suæ 52, varia juris publici fecit opera quibus tituli : *Thesaurus anecdotorum novissimus*, — *Bibliotheca ascetica antiquo-nova*, etc., etc. — PEZIUS HIERONYMUS, præcedentis frater et Benedictinus, e vita decessus anno 1762, edidit : *Scriptores rerum Austriacarum*, — *Historiam S. Leopoldi*, etc.

PFAFF. — Christophorus Matthæus Pfaffius (Pfaff vel Pfaffer), natione Germanus, theologus heterodoxus et professor, Universitatis Tubingensis cancellarius, plurima sermone Latino conscripsit : *Institutiones theologicas dogmaticas et morales*. Obiit anno 1760.

PHILIPP. — Henricus Philippi, natione Belga, patria Luxemburgensis, Societatis Jesu presbyter, theologiæ doctor, Hungariæ regi Ferdinando III a studiis et a sacris confessionibus fuit, et obiit anno 1636. Varia sui ingenii et eruditionis monumenta posteris reliquit sub his titulis : *De computo ecclesiastico ad chronologiam accommodato*, — *Synopsis generalis sacrorum temporum*, — *Quæstiones chro-*

Digitized by Google

*nologicæ de annis Domini*, etc. — *Tractatum de olympiadibus*, etc.

**Philipp.** — Mauritius Philippi, natione Belga, ordinis S. Francisci ex Recollectis provinciæ Flandriæ monachus, sacræ theologiæ professor, edidit opus prænotatum : *Directorium conscientiæ circa difficiliores casus*. Floruit sæculo XVII.

**Philippin.** — Joannes Chrysostomus Philippinus, ordinis S. Francisci monachus, conscripsit *Tractatum de privilegiis ignorantiæ*. Claruit sæculo XVII.

**Philippus.** — Joannes Philippus (Philippi vel Philippy), natione Gallus, patria e Monte-Pessulano oriundus, jurisconsultus insignis, vita functus circa annum 1574, scripsit : *Juris responsa*, — *Usus practic. institutionis*, etc.

**Phœb.** — Franciscus Phœbeus, ordinis Clericorum Regularium Societatis Jesu presbyter, vir theologicis et canonicis scientiis apprime eruditus, emisit in lucem opus eximium prænotatum : *Institutiones juris canonici*.

**Phot.** — Photius, natione Græcus, Constantinopolitanus patriarcha, vir omnium fere rerum scientia eruditus, vita functus anno 891, publici juris fecit : *Myriobiblion*, sive *Bibliothecam librorum*, — *Nomocanon*, — *Epistolas*, etc.

**Piasec** — Paulus Piasecius (Piasecki), natione Polonus, patria Varsaviensis et archidiaconus, postea vero episcopus Premisliensis, juris utriusque doctor, scripsit inter varia opus eximium cui titulus : *Praxis episcopalis et ecclesiastica*. Obiit circa annum 1650.

**Piazz.** — Carolus Bartholomæus Piazza, natione Italus, juris publici fecit opus prænotatum : *Necrologia, seu Discursus mysteriorum sacrorum rituum, et cæremoniarum in funeribus et exsequiis mortuorum*, etc.

**Pichler.** — Vitus Pichlerus, natione Germanus, patria Bavariensis, Societatis Jesu presbyter, juris canonici professor, vir scientia insignis, e vivis decessus anno 1736, scripsit:*Theologiam polemicam*, — *Jus canonicum secundum quinque decretalium titulos Gregorii papæ IX explicatum*, — *Epitome juris canonici juxta decreta*, etc, etc.

**Pighius.** — Albertus Pighius, natione Batavus, Coloniensis doctor, vir scientiis mathematicis et theologicis apprime eruditus, varia et eximia concinnavit opera sub his titulis : *Assertio hierarchiæ ecclesiasticæ*, — *De gratia et libero arbitrio*, — *De ratione paschalis celebrationis, deque restitutione calendarii ecclesiastici*, — *De æquinoctiorum solstitiorumque inventione*, etc., etc. Obiit anno 1542.

**Pignat.** — Jacobus Pignatelli, natione Italus, patria Venetus, vir jure canonico peritissimus, edidit opus eximium cui titulus : *Consultationes canonicæ, in quibus præcipuæ controversiæ ad jus canonicum facientes breviter ac perspicue dirimantur*. Claruit sæculo XVII.

**Pilaj.** — Josephus Pilaja, natione Siculus, patria Messanensis, jurisconsultus clarus, obiit anno 1690, et posteris tradidit opera prænotata : *Institutionum decisiones pontificiæ, ex corpore juris canonici extractæ*, — *Additiones ad tractatum de potestate Hieronymi de Franco*.

**Pina.** — Joannes de Pina, natione Hispanus, patria Matritensis, Societatis Jesu, concionator insignis et sacris Scripturis apprime eruditus, edidit in lucem *Commentaria* in varios Scripturæ libros : — *Parthenium sive De laudibus B. Mariæ*, tomos duos, — *Conciones Latinas*, etc. Obiit anno 1657.

**Pined.** — Joannes Pineda, natione Hispanus, patria Hispalensis, nobili et opulento loco natus, e Societate Jesu presbyter, vir philosophicis et theologicis scientiis doctissimus, inquisitionis consultor, migravit ad Dominum anno 1637, ætatis suæ 80. Scripsit, excellenti ingenio, magno judicio, varia eruditione opera prænotata : *Judicem expurgatorium librorum*, — *Memoriale sanctitatis*, — *Instrumentum domus sapientiæ*, — *Commentaria in diversos Scripturæ libros*, etc., etc.

**Pinell.** — Lucas Pinellus, natione Italus, patria Molfensis, Societatis Jesu theologus et doctor insignis, varia tum Latino tum Italico sermone concinnavit opera, quorum præcipua sunt : *De statu animarum post hanc vitam*, — *De religiosa perfectione*, — *De missæ sacrificio et ejus fructibus*, — *De sacramento pœnitentiæ*. — *Disputationes theologicas*, etc., etc. Obiit anno 1607.

**Pinther.** — Franciscus Pinthereau, natione Gallus, patria Claromontanus, Societatem Jesu complexus anno 1621, philosophiam et theologiam professus est et claruit scientia et ingenio. Varia tum Latine tum Gallice edidit opera, inter quæ eminet opus prænotatum : *De attritionis sufficientia in sacramento pœnitentiæ*. Obiit Parisiis anno 1664

**Pirhing.** — Henricus Pirhingius, natione Germanus, Societatis Jesu presbyter, theologus et canonista insignis, circa finem sæculi XVII claruit, et juris publici fecit : *Jus canonicum nova methodo explicatum, adjunctis aliis quæstionibus, quæ ad plenam titulorum cognitionem pertinent*, — *Facilis et succincta sacrorum canonum doctrina*.

**Pithæus.** — Franciscus Pithæus (Pithou), natione Gallus, patria Trecensis in Campania natus, jurisconsultus insignis, vita functus anno 1621, varia de jure tum Latino tum Gallico sermone conscripsit opera sub his titulis : *Observationes ad codicem*, — *Collatio legum Mosaicarum cum legibus Romanis*, — *Traité de la grandeur et des droits du roi et du royaume de France*, — *Comites Campaniæ*, etc., etc.

**Pitisc.** — Samuel Pitiscus, natione Germanus, patria Ultrajectensis in Batavia natus, vir eruditione insigniter clarus, vita functus anno 1717, edidit opus eximium cui titulus : *Lexicon antiquitatum Romanarum*.

**Pitton (F).** — Franciscus Maria Pittonius, Imeriæ episcopus, vir scientiis ecclesiasticis apprime versatus, edidit *Disceptationes ecclesiasticas*.

**Pitton (J.-B.).** — Joannes Baptista Pittonus (Pittoni), natione Italus, patria Venetus, presbyter jure canonico peritissimus, vita functus anno 1748, ætatis suæ 82, varia tum Latine tum Italice scripsit opera sub his titulis : *Constitutiones pontificiæ et Romanarum congregationum decisiones*, — *Calendario Romano decennale*, — *De octavis festorum, quæ in Ecclesia universali celebrantur*, — *Vita di Benedetto XIII*, etc.

**Placet.** — Joannes Placetta (Jean de la Placette), natione Gallus, patria Benearnensis, theologus et minister heterodoxus, vita functus anno 1718, plurima tum Latine tum Gallice concinnavit opera, inter quæ : *Tractatus de superbia*, — *De conscientia*, — *De restitutione*, — *De eleemosyna*, — *De alea*, — *Dissertationes theologicæ et morales*, etc., etc.

**Platea.** — Franciscus de Platea, natione Italus, patria Bononiensis, ordinis S. Francisci monachus, doctor divinarum Scripturarum, et juris pontificii non mediocriter eruditus, multa elucubravit, quæ sunt : *Summa mysteriorum Christianæ fidei*, in qua complectitur tractatus varios, *De restitutionibus*, — *De usuris*, — *De actu matrimoniali*, — *De censuris ecclesiasticis*, — *De excommunicatione*, etc. Obiit anno 1460.

**Platel.** — Jacobus Platelius (Platel), natione Gallus, in agro Atrebatensi natus, e Societate Jesu presbyter, vita functus Duaci anno 1681, inter alia scripsit : *Synopsin cursus theologici*.

**Platin.** — Bartholomæus Platina, natione Italus, historiographus litteris et eruditione insignis, vita functus anno 1481, plurima conscripsit opera, quorum præcipua sub his titulis : *Opus de vitis summorum pontificum, a S. Petro ad Sixtum IV*, — *Dialogi de vero et falso bono*, — *De vera nobilitate*, — *De pace Italiæ componenda et de bello Turcis inferendo*, etc., etc.

Digitized by Google

Plato. — Plato, natione Græcus, patria Atheniensis, philosophus præstantissimus, vita functus anno ante Christum 348, plura et eximia Græco idiomate concinnavit opera : *De legibus*, — *De amicitia*, — *De mendacio*, — *De republica*, etc., etc.

Platus. — Hieronymus Platus (Plati), natione Italus, patria Mediolanensis, Societatis Jesu, vir ingenio, modestia et morum suavitate præstans, ad cœlestem patriam evocatus anno 1591. Scripsit: *De bono statu religiosi*, — *De cardinalis dignitate et officio ad fratrem suum Flaminium Platum cardinalem.*

Plettemb. — Hunoldus Plettemberg, natione Germanus, Societatis Jesu presbyter, vir jure canonico et theologia apprime eruditus, varia edidit opera sub his titulis : *Introductio ad jus canonicum*, — *Notitia curiæ Romanæ*, etc. Claruit sæculo xvii.

Plinius. — Caius Plinius Secundus, natione Italus, patria Veronensis, rerum naturalium investigator sagacissimus, fato functus anno Christi 79, ætatis suæ 56, scripsit *Historiam naturalem*, etc.

Plutarch. — Plutarchus in Bœotia natus, historiographus et philosophus insignis, sub Trajano imperatore claruit, scripsit : *Tractatus morales*, — *Virorum illustrium Vitas*, et obiit circa annum 140.

Polanc. — Joannes Polancus, natione Hispanus, patria Burgensis, societatis Jesu, vir doctrina et eloquentia clarus, orator facundus, philosophus gravis sacrarumque litterarum scientia nemini secundus, e vita decessit anno 1577, posteris relinquens : *Directorium ad confessarii et confitentis munus rite obeundum*, — *Methodum adjuvandi eos, qui moriuntur*, — *De septem peccatis mortalibus*, — *De humilitate*, — *Doctrinam Christianam*, etc., etc.

Polit. — Alexander Politus (Politi), natione Italus, patria Florentinus, scholarum piarum clericus regularis, vir scientiis philosophicis et theologicis apprime doctus, obiit anno 1752, ætatis suæ 73. Plurima sui ingenii monumenta exstant opera, quorum præcipua sunt : *Philosophia peripatetica ex mente S. Thomæ*, — *Selecta Christianæ theologiæ capita*, — *De patria potestate in condendis testamentis*, — *Martyrologium Romanum castigatum et commentariis illustratum*, — *Orationes*, — *Opuscula*, etc., etc.

Polman. — Joannes Polmanus (Polman), natione Belga, patria Tubecanus, theologiæ licentiatus in academia Duacena, dein ecclesiæ metropolitanæ Cameracensis canonicus theologalis, obiit anno 1649, et scripsit : *Breviarium theologicum*, etc.

Polus. — Reginaldus Polus (Pool), natione Anglus, Cantuariensis archiepiscopus et S. R. Ecclesiæ cardinalis, vir eruditione, facundia simul et modestia clarus, migravit ad Dominum anno 1558, ætatis suæ 58. Varios scripsit tractatus, scilicet: *De unitate ecclesiastica*, — *De officio et potestate summi pontificis*, — *De concilio Tridentino*, etc., etc.

Polydor. — Polydorus Virgilius, natione Italus, patria Urbinensis, presbyter Romanus, postea vero ab Henrico VIII archidiaconus in Anglia creatus, obiit anno 1555, posteris relinquens : *Historiam Anglicam*, — *Tractatum de inventoribus rerum*, — *De prodigiis*, etc., etc.

Pompon. — Julius Pomponius Lætus, natione Italus, patria Calaber, historiographus ingenio et eruditione clarus, vita functus anno 1495, scripsit : *De exortu Mahumedis*, — *De magistratibus Romanis*, — *De sacerdotiis et de legibus*, — *De Romanæ urbis vetustate*, — *Vitas Romanorum imperatorum*, etc.

Pontan. — Joannes Pontanus, natione Germanus, medicus insignis, scripsit : *De prodigiosis episcopi Spirensis jejuniis*, — *Tractatum de alimentis*, etc. Obiit anno 1572.

Pontas. — Joannes Pontas, natione Gallus, in diœcesi Abrincensi natus, juris utriusque doctor, et ecclesiæ Parisiensis pœnitentiarius, vir scientia et eruditione clarus, varia tum Latine tum Gallice concinnavit opera, quorum præcipua sub his titulis : *Scriptura sacra ubique sibi constans*, — *Dictionnaire des cas de conscience*, et alia ascetica. Obiit anno 1728, ætatis suæ 90.

Ponte. — Joannes Franciscus de Ponte, natione Italus, Neapolitanus eques, causidicus et jurisconsultus insignis, supremi Itali consilii præses, juris publici fecit : *Consilia*, — *Decisiones supremi Itali consilii, regiæ cancellariæ et regiæ cameræ summariæ*, — *Repetitiones feudales, juris responsum super censura Veneta*, — *De potestate proregis Neapolitani, et collateralis consilii regnique regimine*, etc. Claruit sæculo xvi, circa finem.

Pontius (B.), — Basilius Pontius (Ponce de Léon), natione Hispanus, patria Legionensis, ordinis S. Francisci monachus, Salmanticæ cancellarius scholæ, theologiæ primarius professor omnigena doctrina dives, sui ævi felix prodigium, anno 1629, ætatis suæ 59 orbi præreptus abiit in cœlum, posteris varia sui ingenii monumenta relinquens opera, sub his titulis : *Liber de Agno typico*, — *Tractatus de matrimonio*, — *De impedimentis matrimonii*, — *De sacramento confirmationis*, — *Disputationes ex utraque theologia scholastica et expositiva*, — *Conciones*, etc., etc.

Pontius (J.). — Joannes Pontius, Hibernus Corcagiensis, ordinis S. Francisci monachus, lector emeritus, in Romano collegio S. Isidori primarius professor, vir religione et virtute gratus, et in humanioribus litteris non mediocriter versatus, erudite conscripsit : *Integrum philosophiæ cursum*, — *Cursum theologicum ad mentem Scoti*, — *Commentarios theologicos*, etc., etc. Claruit sæculo xvii.

Portel. — Laurentius Portel, natione Lusitanus, in oppido Portel natus, unde nomen duxit, ordinis S. Francisci monachus, theologus doctrina conspicuus, juris publici fecit : *Responsiones aliquorum casuum moralium spectantium præcipue ad personas regulares, ac etiam sæculares*, — *Dubia regularia*, — *De scrupulis, et opinione dubia eligenda*, — *Expositionem casuum reservatorum*, — *Exhortationes monasticas*, etc. Claruit sæculo xvii.

Porter. — Franciscus Portero, natione Hibernus, patria Medensis, ordinis S. Francisci monachus, lector bis jubilatus, serenissimæ Majestatis Britannicæ theologus et historiographus, varia concinnavit opera, sub his titulis : *Compendium annalium ecclesiasticorum regni Hiberniæ*, — *Securis evangelica ad hæresis radices posita*, — *Systema decretorum dogmaticorum ab initio nascentis Ecclesiæ per summos pontifices, concilia generalia et particularia huc usque editorum*, etc., etc. Migravit ad Dominum anno 1702.

Portius. — Lucas Antonius Portius, natione Italus, patria Neapolitanus, medicus insignis, vita functus anno 1712, scripsit : *De militis in castris sanitate tuenda*, — *Institutiones de testamentis militum*, et varia tum medica, tum philosophica et mathematica opera.

Posnan. — Petrus Posnaniensis, natione Polonus, patria Posnaniensis, unde sic dictus, ordinis S. Francisci monachus et minister, vir pietate et doctrina præstantissimus, edidit : *Decisiones totius theologiæ speculativæ*, — *Commentaria in librum primum Sententiarum Scoti*, — *Institutiones sacras in Dominicas totius anni*, — *Quæstiones in iv librum Sententiarum*, etc., etc. Florebat anno 1640.

Possev. — Antonius Possevinus, natione Italus, patria Mantuanus, Societatis Jesu presbyter, vir humanitatis, philosophiæ, aliarumque doctrinarum bene peritus, suavi eloquentia quam grata oris decorabat majestas, notis omnibus charus, scientia et eruditione insignis, multos post labores Ferrariæ diem clausit extremum anno 1611, ætatis 78. Varia et eximia concinnavit opera, quorum præcipua

sunt : *Bibliotheca selecta de ratione studiorum*,— *De sanctissimo Missæ sacrificio*,— *Apparatus sacer*, — *Moscovia*, — *Theologia catechetica*, — *Conciones*, etc., etc.

POTESTAS.—Felix Potestas (Potesta), natione Siculus, patria Panormitanus, ordinis S. Francisci monachus, Sancti Officii consultor, regiæ monarchiæ Siculæ theologus et diffinitor, in lucem emisit: *Manuale ordinandorum, duos complectens tractatus de sacramento ordinis et de sacrificio Missæ*,— *Examen ecclesiasticum*, — *Examen prædicatorum* ,— *Cursum philosophiæ*, — *Theologiam mysticam* ,— *Tractatum de monialibus*, etc., etc. Obiit Panormi anno 1702.

POTHIER.—Robertus Josephus Pothier, natione Gallus, patria Aurelianensis, jurisconsultus præstantissimus, vir ingenio, scientia et virtutibus insignis, vita functus anno 1772, ætatis suæ 73, plura de jure et eximia concinnavit opera tum Latino tum Gallico sermone conscripta, quorum præcipua sunt: *Pandectæ Justinianeæ, in novum ordinem digestæ*,— *Synopsis institutionum juris pontificis*,— *Coutume d'Orléans*, — *Tractatus de obligationibus*, etc., etc., etc.

POUGET.—Franciscus Amatus Pouget, natione Gallus, e Monte-Pessulano oriundus, congregationis Oratorii presbyter et doctor Sorbonicus, vir scientiis theologicis peritissimus, obiit Parisiis anno 1723, ætatis suæ 57, et edidit *Institutiones catholicas*.

PRÆPOSITUS.—Joannes Antonius a S. Georgio, Mediolani natus, magna cum fama in hac urbe jus docuit. Deinde fuit præpositus ecclesiæ S. Ambrosii et episcopus Alexandriæ, apud Pedemontanos. Creatus fuit cardinalis ab Alexandro VII, anno 1493. Romæ migravit ad Dominum anno 1509. Scripsit : *In decretum Gratiani*,— *In quatuor Decret.* — *In Clementinas*.

PREMOLI.—Victorianus Præmolus, natione Italus, patria Cremensis, Societatis Jesu. Vir egregie doctus, philosophiam, theologiam, scholasticam, quæstiones de conscientia, complures annos professus, Patavii, Romæ, Mutinæ et Bononiæ. Migravit ad Dominum, cum succurreret pestiferis, anno 1630. Scripsit *Memoriale sciendorum a clericis cum appendice*.

PRIORI. — Priorius Philippus (Philippe le Prieur), natione Gallus, humaniores litteras in Universitate Parisiensi docuit et obiit anno 1680. Edidit Tertullianum *cum notis* et plures alios Ecclesiæ Patres. Scripsit : *Dissertationem de litteris canonicis cum appendice de tractoriis et synodicis*,— *Animadversationes in librum Præadamitarum*.

PRIVITERA.—Franciscus Privitera Catensis, ordinis Minorum strictioris observantiæ reformatorum Messanensis provinciæ, lector generalis, ac Pater S. Inquisitionis consultor et censor, vir prudentia, doctrina et eruditione clarus, qui oratorem egit, ablegatus in Hispaniam a Catanensi urbe. Obiit Catanæ, anno 1702. Scripsit : *Manuale antistitum*,— *Kalendarium Romanum historicum*.

PROCOPIUS.—Procopius, historicus Græcus, Constantinopolitanus præfectus, tempore Justiniani florebat. Scripsit : *Historiam in octo libros distributam*,—*Anecdota*.

PROSPER (S.). — Vide *Patrologiam Latinam*, edit. Migne, tom. LI.

PUFFEND. — Puffendorf (Samuel de), natus in Misnia anno 1631, ex familia Lutheri erroribus addicta, historiographus Caroli XI, Sueviæ regis, multisque aliis publicis muneribus functus, obiit anno 1694. Scripsit : *Elementa jurisprudentiæ universalis*,— *De sphæra morali*, — *Dissertationes*, — *Historias*.

PURICELLI. — Joannes Petrus Puricelli, natione Italus, archipresbyter S. Laurentii Mediolani anno 1630, cum pestis hanc urbem vastaret, solus inter canonicos, peste infectis succurrit. Migravit ad Dominum anno 1659. Vir erat iste scientia et virtutibus insignis. Præcipua quæ scripsit opera sunt : *Ambrosianæ basilicæ monumenta*,—*Sancti Satyri et SS. Ambrosii et Marcellinæ tumulus suæ luci restitutus*.

PUTEOBON. —Claudius Puteobonellus, cleric. regularis S. Pauli : *De sacramentis*.

# Q

QUADRAT. — Maturinus Quadratus, Ebroicus Minorita, cui ad reliqua virtutis ornamenta doctoratus laurea Parisiis accessit, in explicandis quibusdam prophetiis ingenii sui vela evolvit. Florebat XVI sæculo. Edidit : *Homilias in Malachiam prophetam*,— *Homilias in Amos prophetam*, — *Homilias in Joelem prophetam*.

QUARANT. — Quaranta Stephanus, natione Italus, patria Neapolitanus, ordinis Clericorum Regularium, episcop. Amalfiensis anno 1650. Edidit : *De consilio provinciali et auctoritate episcopi in suffraganeos, eorumque subditos in tota provincia*, — *Summam bullarii, omniumque summorum Pontificum constitutionum*.

QUARESM. — Quaresmius Franciscus, natione Italus, patria Mediolanensis, ordinis Minorum, in missionibus Orientis adhibitus, obiit anno 1640. Aliquot opera theologica reliquit et *Descriptionem Terræ sanctæ*.

QUARTI. — Quarti Paulus Maria, natione Italus, patria Neapolitanus, ordinis Clericorum Regularium, florebat XVII sæculo. Scripsit : *Maturam discussionem casuum episcopalium, seu atrociorum criminum, quæ solent ab episcopis reservari*, — *Tractatum de jubilæo*, — *Tractatum duplicem de processionibus ecclesiasticis*.

QUESNEL. — Quesnellius Paschasius (Pasquier Quesnel), Lutetiæ natus anno 1634, congregationem Oratorii amplexus est anno 1657, vir partibus Jansenianorum deditissimus, post vitam agitatissimam cujus historia longior esset, exsul Amstelodami obiit anno 1719. Multa opera scripsit quorum præcipua sunt : *Réflexions morales*, — *L'idée du sacerdoce et du sacrifice de J. C.*, — *Recueil de lettres spirituelles sur divers sujets de morale et de piété*, etc., etc.

QUINTANADV. — Antonius de Quintanadvenas, natione Hispanus, patria Alcantarensis, Societatis Jesu, docuit humaniores litteras, deinde missionarius fuit, vir zelo, charitate, aliisque virtutibus clarus; accitus Toletum a cardinali episcopo Toletano, ut fastos diœcesis conscriberet, eo opere absoluto, typisque mandato, redux Hispalim, obiit 1651. Edidit : *Singularia theologiæ moralis ad septem Ecclesiæ sacramenta*, — *De vitis sanctorum Ecclesiæ Hispalensis*, — *Doctrinale ad moniales*, — *Instructionem de ordinandis*.

QUINTILIAN. — Marcus Fabius Quintilianus, rhetor Romanus percelebris, natus anno J. C. 42, advocatus, professor rhetoricæ, scripsit eximium opus cui titulus est : *Institutiones oratoriæ*.

QUIRINI. — Querini vel Quirini (Angelus Maria), natione Italus, patria Venetus, ordinis S. Benedicti, vir scientia et amore studii clarus, relationem habuit cum omnibus hujusce temporis litteratis et doctis, archiepiscopus Corcyræ et Bresciensis creatus cardinalis a Benedicto XIII, migravit ad Dominum anno 1755. Cujus sunt præcipua opera : *Primordia Corcyræ, antiquissimis monumentis illustrata*, — *Enchiridion Græcorum*, — *Liber de optimorum scriptorum editionibus, quæ Romæ primum prodierunt post divinum typographi inventum*, etc., etc.

# R

RABAN. MAUR.— Rabanus Maurus natus anno 788,

Digitized by Google

natione Germanus, Fuldensis abbas, archiepiscopus Moguntinus anno Domini 847, migravit ad Dominum anno 856. Multa concinnavit opera quæ in sex voluminibus includuntur in cursu novo *Patrologiæ Latinæ* a tom. CVII usque ad tom. CXII inclusive, edit. Migne.

**Rabaud.** — Rabaudy (Bernardus de), ordinis Prædicatorum, Tolosæ theologiam docuit magna cum fama et obiit anno 1731. Scripsit *Exercitationes theologicas ad singulas partes Summæ S. Thomæ, doctoris angelici.*

**Rada.** — Joannes de Rada, Hispanus, Aragonensis, ordinis Minorum, celebris theologiæ professor, Romæ consultator præcipuus pro gravissima illa controversia de efficacia gratiæ, procurator generalis ordinis, mox electus archiepisc. Tranensis in Apulia, dein episcopus Pactensis in Sicilia, obiit in cœnobio S. Francisci de Paulo in Calabria, anno 1608. Scripsit *Controversias theologicas inter S. Thomam et Scotum super quatuor libros Sententiarum.*

**Rader.** — Raderus Matthæus, natione Germanus, patria Inichingensis in Tyroli, vir peritus in utraque lingua Latina et Græca, miro candore, et singulari patientia præditus, docuit humaniores litteras fere per totam vitam et migravit ad Dominum anno 1634. Multa concinnavit opera quorum præcipua sunt : *Commentarii in Martialem*, — *Viridarium sanctorum*, — et multa *alia commentaria* de auctoribus profanis.

**Ragus.** — Ragusa Hieronymus, natione Siculus, Societatis Jesu, eloquentiam, theologiam et historiam excoluit. Ragusa migravit ad Dominum anno 1720. Multa opera edidit quorum præcipua citari possunt : *Problemata philosophica*, — *Examen metaphysicæ*, — *Quæstiones theologicæ*, — *Opuscula tria canonica politica.*

**Rainald.** — Rainaldi Ordericus, sacerdos congregationis Oratorii, florebat XVII sæculo. Scripsit *Annales ecclesiasticos.*

**Ranchin.** — Ranchinus Franciscus, natione Gallus, medicus, doctor et cancellarius facultatis Montis Puellarum, ejusdem urbis primus consul anno 1629, quando in hac urbe pestis sævit. Multa edidit opera ad medicinam attinentia et *Tractatum politico-medicinalem pestis.*

**Rasponi.** — Rasponi Cæsar, natione Italus, canonicus S. Joannis Lateranensis, cardinalis creatus ab Alexandro VII, anno 1664, vir scientia et pietate clarus, migravit ad Dominum anno 1675. Scripsit : *De basilica et patriarchio Lateranensi*, — *Orationes*, — *Principem hieropoliticum*, — *Collectionem sententiarum e Scriptura et SS. Patribus exprompturum.*

**Ratbert.** — Ratbertus, Helvetia oriundus, monachus cœnobii S. Galli, et in hoc monasterio professor, vivere desiit circa annum 890. Scripsit *De casibus monasterii S. Galli* et *Poemata sacra.*

**Raymundus de Pennafort**, vide Pennafort.

**Raynald.** — Raynaldus, jurisconsultus cui attribuitur opus titulum præbens : *Resolutiones criminales.*

**Raynaud.** — Joannes Dominicus Raynaudus, canonicus S. Petri de Urbe, scripsit *Observationes criminales, civiles et mistas.*

**Raynaud.** — Raynaudus Theophilus, natione Italus, Societatis Jesu, humaniorum litterarum professor necnon theologiæ, Lugduni obiit anno 1663, vir charitate, virtutibus et ingenio singulari insignis. Edidit : *Erotemata de bonis et malis libris*, — *Trinitatem patriarcharum*, — *Tabulas historiæ sacræ et profanæ*, — *Petrum a Valle-Clausa.*

**Rayner.** — Raynerus Sacconus Placentinus ex hæreticorum duce, atque antesignano, seu episcopo ad agnitionem veritatis catholicæ a Deo vocatus, atque inter prædicatores admissus, eisdem hostibus fidei postmodum perpetuum bellum indixit. Mediolani generalis inquisitor fuit. Quievit in pace anno 1259. Fuit æque maximus canonista, theologus et philosophus. Scripsit *Summam adversùs hæreticos*, et alia multa.

**Rayvard.** — Rayvardus Jacobus, natione Belga, juris professor, anno 1568 obiit. Edidit *Librum variorum.*

**Rebell.** — Rebello Ferdinandus, natione Hispanus, Societatis Jesu, philosophiæ et theologiæ professor, migravit ad Dominum anno 1608. Scripsit *De religione*, *de justitia*, *de charitate.*

**Rebuff.** — Rebuffus Petrus, natione Gallus, Societatis Jesu, professor juris in multis urbibus, denique Lutetiæ, in hac urbe decessit anno 1557. Multa concinnavit opera quorum præcipua : *Praxis beneficiorum*, — *Tractatus in bulla Cœna Domini*, — *Commentaria.*

**Reding.** — Reding de Biberegg Augustinus, ex Helvetia oriundus, electus princeps - abbas Einsidlensis anno 1670, obiit anno 1692. Scripsit : *De theologia scholastica*, — *Commentaria in concilium Tridentinum.*

**Redn.** — Redn Justus, natione Germanus, reformatorum prov. Tyrolis D. Leopoldi, exprovincialis minister, ac sacrorum canonum eruditus lector, florebat ineunte XVIII sæculo. Edidit *Opus canonico-politicum de electione, et electionis præside.*

**Redoan.** — Guillelmus Redoanus, episc. Nilionensis, scripsit : *De spoliis Ecclesiæ*, — *De Simonia.*

**Reginald.** — Reginaldus Valerius, natione Gallus, Societatis Jesu, philosophiam Burdigali et Lutetiæ docuit, theologiam Dolæ Sequanorum et migravit ad Dominum anno 1623. Scripsit : *Praxim Fori*, — et *Confessariis consilia.*

**Reinfenst.** — Anacletus Reinfenstuel, ordinis Minorum, ex reformatis provinciæ Bavariæ, lector jubilatus, sacrorum canonum professor, ac exdiffinitor, publici juris fecit non pauca, doctorum virorum judicio eruditissima. Vivebat desinente XVII sæculo. Edidit *Theologiam moralem brevi, simulque clara methodo comprehensam, atque juxta sacros canones, et novissima decreta summorum Pontificum diversas propositiones damnantium, ac probatissimos auctores, succincte resolventem omnes materias morales.*

**Reinhing.** — Reinhing Jacobus, natione Germanus, Societatis Jesu, philosophiam et theologiam docuit magna cum fama, primum Lutheranis sese fortiter obstitit, deinde partibus hæreticorum sese addixit, ad nuptias convolavit, et Tubingæ fuit professor theologiæ et ejusdem urbis rector collegii. Obiit anno 1628. Diversa opera scripsit orthodoxa et heterodoxa.

**Remig.** — Remigius Josephus Honoratus, natione Gallus, sacerdos et jurisconsultus, obiit anno 1782, vir virtute et scientia insignis erat. Multa concinnavit opera, ad jurisprudentiam, ad historiam, ad religionem attinentia, quorum præcipua sunt : *Codex Gallorum*, — *Tractatus de communitatibus*, — *Vita Caroli Magni.*

**Renatus Chopinus**, vide Chopinus.

**Renaud.** — Renaudotius Eusebius, natione Gallus, congregationis Oratorii, nunquam autem sacros ordines adeptus, vir in linguis peritissimus erat; multas regiones peragravit et Romæ summo cum honore susceptus fuit a summo pontifice Clemente XI. Obiit anno 1720. Multa concinnavit opera quorum præcipua sunt : *Historia patriarcharum Alexandrinorum, Jacobitarum*, — *Collectio liturgiarum orientalium.*

**Requesen.** — Joseph Maria Requesens, natione Sicilia, patria Panormitanus, Societatis Jesu, docuit ethicam et philosophiam Romæ, et Panormi annis septem, theologiam scholasticam et moralem annis 20. Panormi fuit censor S. Inquisitionis in Sicilia, et curiæ archiepisc. theologus, librorum censor et examinator. Egit Romæ theologum præpositi generalis, et censorem librorum edendorum

Digitized by Google

a Societatis scriptoribus, florebat ad medium xvii sæculi. Edidit *Selectas disputationes in primam secundæ S. Thomæ.*

Reusner. — Reusner Nicolaus, natione Germanus, jurisconsultus, scripsit quoque poemata Latina, et muneribus politicis functus est. Obiit anno 1602. Scripsit : *Itinerum totius fere orbis libros septem,* — *Icones virorum illustrium,* — *Opera poetica.*

Rhod (de). — Georgius de Rhodes, natione Gallus, patria Avenionensis, Societatis Jesu, octennium in ea docuit rhetoricam, et amœniores litteras, sexennium philosophiam, theologiam annis tredecim, rexit collegium Lugdunense B. Virginis, vir admodum religiosus et disciplinæ observator accuratus, desiit inter mortales vivere Lugduni die 17 Maii 1661. Scripsit: *De Deo, angelis et homine,* — *De Christo, Deipara et sacramentis,* — *Philosophiam Peripateticam.*

Rhodigin. — Rhodiginus Ludovicus Cœlius, natione Italus, patria Venetus, Mediolani et Paduæ professor, vir linguarum peritus, in hac ultima urbe decessit anno 1525. Cujus præcipuum opus *Antiquæ lectiones.*

Ribaden. — Ribadeneira Petrus, natione Hispanus, patria Toletanus, Societatis Jesu, Lutetiæ studio vacavit et in Italia rhetoricam docuit. In Hispania migravit ad Dominum anno 1611. Vir iste ardenti zelo clarus est. Scripsit : *Flores vitæ sanctorum,* — *Plurium sanctorum vitas,* — *Bibliothecam scriptorum Societatis Jesu,* — *Tractatum de tribulatione.*

Ricciardett. — Ricciardettus Gregorius, Italus Aretinus, in præsidem Congregationis Casin., ordinis S. Benedicti, electus anno 1658. Reliquit *Elogia, Inscriptiones* et *Carmina* multifariam distincta, omnia tamen sacra, id est in laudem sanctorum; ad quorum calcem adnectuntur *Elogia* et *Epitaphia* non sacra.

Ricciol. — Riccioli Joannes Baptista, natione Italus, Societatis Jesu, jus Bononiæ docuit, vir in astronomia et scientiis mathematicis peritus. Migravit ad Dominum anno 1671. Scripsit : *Geographiæ et hydrographiæ libros duodecim,*—*Chronologiam reformatam et ad certas conclusiones redactam,* — *Astronomiam veterem,* — *Almagestum novum, sive astronomiam reformatam.*

Ricciul. — Ricciulo Antonius, natione Italus, primum Romæ advocatus, deinde episcopus Consentinus et magnus regni inquisitor, scripsit : *Tractatum de personis quæ in statu reprobo versantur, id est de blasphemis, meretricibus, concubinis,* — *Lucubrationum ecclesiasticarum libros sex,* — *De cultu et veneratione S. reliquiarum,* — *De Judæis, de infidelibus.*

Ricc. (A.). — Riccius Aloysius, canonicus Neapolitanus, edidit *Praxim auream fori ecclesiastici.*

Ricc (P.). — Riccius Petrus Andreas, ordinis Cisterciensis, qui edidit *Synopsin, decreta et resolutiones S. congreg. Immunitat.*

Richard. de Mediavilla, vide Mediavilla.

Richard. — Richardus, natione Anglus, episcopus Roffensis, ab omnibus etiam adversariis summe laudatus, tanquam vir celeberrimæ doctrinæ et sanctitatis, ab Henrico VIII, Angliæ rege, in odium fidei catholicæ occisus et consequenter martyr. Edidit *De causa matrimonii regis Angliæ.*

Richardus S. Vict. — Richardus a Sancto Victore, natione Scotus, mysticorum princeps duodecimi sæculi, Lutetiam adiit, et canonicus regularis fuit S. Victoris, deinde hujus cœnobii prior. Migravit ad Dominum anno 1173. Edidit D. Migne in *Patrologia Latina* opera Richardi a S. Victore, tom. CXCVI.

Richel. — Joannes Rikelme, Hispanus, Hispalensis, ordinis Minorum, Regularis Observantiæ provinciæ Bœticæ, theologus emeritus, theologicis censuris S. Officii, pater Canariensis provinciæ, humanis ac divinis litteris expolitus, obiit Gadibus anno 1713. Edidit : *Nuntium pronubum,* — *Veritatem pro modestia colendam, et vanitatem ornatuum exstirpandam.*

Richer. — Richerius Edmundus, Sorbonicus doctor, syndicus facultatis theologiæ Parisiensis, vir zelo et severitate insignis, per vitam multas persecutiones passus est. Obiit anno 1631. Multa concinnavit opera quorum præcipua sunt : *Vindiciæ doctrinæ majorum de auctoritate Ecclesiæ in rebus fidei et morum,* — *De potestate Ecclesiæ in rebus temporalibus,* — *Historia conciliorum œcumenicorum,* — *Obstetrix animorum,* — *De optimo academiæ statu,* — *Historia Puellæ Aurelianensis.*

Ridolfini. — Ridolfini Petrus, illustris jurisconsultus, qui anno 1670 edidit opus cui titulus est : *Praxis recentior de ordine procedendi in judiciis in Romana curia, una cum practicis observationibus.*

Riegger. — Riegger Joannes Antonius Stephanus, natione Germanus, canonista, obiit anno 1795. Edidit *Dissertationem in emendationem Gratiani.*

Rigant. — Riganti Joannes Baptista, natione Italus, patria Neapolitanus, juri studuit Romæ; auditor fuit Panciatici cardinalis. Romæ obiit anno 1735. Edidit *Commentaria in regulas cancellariæ apostolicæ*

Riolan. — Riolanus Joannes, doctor medicus facultatis Parisiensis, professor anatomiæ, Lutetiæ obiit anno 1657, vir in medicina et in litteris æque peritus erat. Multa eximia scripsit opera : *Comparationem veteris medicinæ cum nova,* — *Scholam anatomicam,* — *De hermaphroditis.*

Ripa — Ripa Joannes Franciscus, jurisconsultus, scripsit : *In jus canonicum et civile,*—*Responsa.*

Rittershusius. — Rittershusius Conrardus, natione Germanus, jurisconsultus, vir judicio eximius, decessit anno 1631. Scripsit : *Cynegeticon Oppiani,* — *De differentiis juris canonici et civilis.*

Roa. — Roa (Martinus de), natione Hispanus, patria Cordubensis, Societatis Jesu, procurator generalis curiæ Romanæ. In Hispaniam redux, in regno Cordubensi migravit ad Dominum anno 1637. Scripsit *De purgatorio.*

Robert. — Roberti Joannes, natione Belga, gente Arduennas, Societatis Jesu, sacræ theologiæ doctor ejusque et divinarum litterarum, tum Duaci, tum Treviris, Herbipoli, Moguntiæ interpres, rector olim collegii Paderbonensis, religioso fine quievit Namurci, 1651. Scripsit : *Commentaria in Scripturam sacram,* — *Tractatum de magnetica vulnerum curatione,* — *Anglicanæ Ecclesiæ basim, imposturam.*

Robert. — Robertus Claudius, natione Gallus, primum præceptor fuit Andreæ Fremiot Bituricensis episcopi, quocum peragravit Italiam et Germaniam. Archidiaconus fuit Cabillonensis. Vir iste eruditione insignis migravit ad Dominum anno 1636. Cujus præcipuum opus est *Gallia Christiana.*

Robert. Pull — Robertus Pullus vel Pullein, natione Anglus, primum Roffensis archidiaconus, creatus est cardinalis et cancellarius Ecclesiæ Romanæ a Cœlestino XI, anno 1144. Migravit ad Dominum anno 1150. Edidit D. Migne in *Patrologia Latina* opera Roberti Pulli, tom. CLXXXVI.

Rocca. — Rocca Angelus, natione Italus, ordinis Eremitarum S. Augustini, secretarius ordinis sui per sex annos. Eum Romam Sixtus V accersivit ut curam impenderet editioni novæ Bibliæ sacræ, Patrum conciliorumque. Hic doctus Romæ obiit anno 1620. Quædam scripsit :*Commentaria in Scripturam sacram,* — *Bibliothecam Vaticanam illustratam,* — *Thesaurum pontificiarum antiquitatum necnon rituum ac cæremoniarum.*



Digitized by Google

ROCCA. — Rocca Hieronymus, episc. Isolannus, edidit *Disputationes juris selectas*.

ROCCH. — Rocchus Pyrrhus, congregationis S. Salvatoris Messanæ, edidit *Historiam Siciliæ sacræ*.

RODENG. — Camillus Rodengus, vel Rodingus, natione Italus, patria Brixiensis, Societatis Jesu, florebat ad medium XVII sæculi; rhetoricam quinquennio professus est, philosophiam triennio, theologiam decennio Bononiæ, ubi multis annis studia moderatus est. Concionatorem præterea aliquandiu egit, et sacras lectiones in templo Bononiensi per annos 14 habuit. Venetii rexit domum professam; præfuit Bononiæ studiis. *Multas* edidit *orationes funebres* et forte *Theologiam scholasticam*.

RODERIC. — Rodericus Gaspardus, jurisconsultus, edidit *De annuis reditibus*.

RODERIC. H. — Hieronymus Rodericus, Lusitanus, Regularis Observantiæ provinciæ S. Jacobi, in cœnobio Salmantino, theologiæ moralis professor, anno 1630 edidit *Compendium quæstionum regularium Emmanuelis Roderici, sive resolutiones quæstionum regularium ad compendii formam redactas, quibus accesserunt notæ; retractationes et additiones, quibus seorsim partim quædam, ab auctore omissa supplentur, partim aliorum idem vel diversum sentientium rationes pari brevitate excerptæ expenduntur, variaque Bullarii indulta intertexta recensentur.*

RODRIG. — Rodriguez Amator, jurisconsultus cui attribuitur opus titulum præbens: *De concursu creditorum*.

RODRIG. — Rodriguez Emmanuel, Lusitanus, ex oppido Extremoz, ordinis Minorum, vir doctissimus fuit, maxime juris canonici, et theologiæ vulgo *moralis* appellatæ. Semel atque iterum in sua provincia diffinitor, immersus studiis, alia munera, etiam domestica, constantissime respuit, provincialatus quoque fugiens honorem. Publicæ utilitati dedit, anno 1598: *Quæstionum regularium et canonicarum tria volumina*, — anno 1609, *Collectionem et compilationem privilegiorum apostolicorum regularium Mendicantium*, et alia permulta et eximia opera.

ROHAN. — Rohan (Armandus de), cardinalis, Sorbonicus prior, universitatis Parisiensis rector, episcopus Argentinensis, obiit anno 1756. Edidit *Rituale Argentinense*.

ROHAS. — Rohas (Christophorus de), desinente XVII sæculo conatus est ut Catholicos cum Protestantibus coadunaret, et ad hoc novum concilium convocari volebat. Tiniensis erat episcopus apud Bosniam. Forte auctor est operis cui titulus est: *De hæreticis*.

RONCAGL. — Roncaglia Constantinus, natione Italus, congregationis Eremitarum Matris Dei, vir scientia et virtutibus insignis, migravit ad Dominum anno 1737. Scripsit: *Nat. Alexandri historiam ecclesiasticam Veteris et Novi Testamenti, notis et animadversionibus illustratam*, — *Universam moralem theologiam*, — *Effetti della pretesa riforma di Lutero e Calvino e del Giansenismo*.

ROSA (DE). — Thomas de Rosa, episcopus Cavensis, scripsit *De exsecutoribus litterarum apostolicarum*.

ROSELL. — Joseph Rosell, Carthusianus, edidit *Praxim deponendi conscientiam dubiam, et scrupulos*.

ROSIGNOL. — Rosignol Gregorius, natione Italus, ordinis Barnabitarum, primis præclare ordinis sui muneribus functus est. Migravit ad Dominum anno 1715. Multa opera concinnavit quorum præcipua sunt: *Praxis theologico-moralis de contractibus ut sic emptione et venditione, mutuo et usura, emphyteosi et censibus*, — *De cambiis et permutatione*, — *De sponsalibus*, — *De matrimonio*.

ROSM. — Paulus Rosmer, Mosæ Trajectinus, e Societate Jesu, celeberrimus quondam in Cæsarea Viennensi, et archiducali Græcensi academiis S. Theologiæ doctor ac professor ordinarius. Obiit Græcii in Styria, die 8 Junii 1664. Edidit: *De jure et justitia ac potissimum de contractibus*, — *Conclusiones*, — *De actibus humanis*, — *De Deo uno et trino*.

ROSWEYDUS. — Heribertus Rosweydus, natione Belga, Societatis Jesu, philosophiam Duaci didicit et docuit. Sacras item litteras Duaci et Antuerpiæ professus est: a quibus studiis missione impetrata, rudeque donatus, animum ad scribendum appulit, et plerasque bibliothecas lustravit atque excussit, sanctorum vitas aliaque eruit. — Ad ingenii perspicaciam et judicii maturitatem accedebat studium quoddam indefessum laborandi, indagandi et inquirendi in antiquitatem omnis ævi, tum sacram, tum etiam profanam. Obiit Antuerpiæ, in domo professam, anno 1629. Edidit: *Fastos sanctorum*, — *Disputationem de fide hæreticis servanda*, — *Notationes in vetus Martyrologium Romanum*, — *Historiam ecclesiasticam*, — *Vitas sanctarum virginum*, etc., etc., etc.

ROTA ROM. — Rota Romana et ejus compendium Mediolani quinque voluminibus impress.

ROTAR. — Thomas Franciscus Rotarius, clericus regularis S. Pauli, edidit *Theologiam moralem regular.*

ROUSSEAU DE LA COMBE. — Guido du Rousseau de la Combe, Lutetiæ advocatus, multa jurisprudentiæ eximia concinnavit opera: *Recueil de jurisprudence civile du pays de droit écrit et coutumier*, — *Traité des matières criminelles*, — *Recueil de jurisprudence canonique et bénéficiale*.

ROX. — Franciscus Roxas, ordinis Minorum, scripsit: *Catenam auream Ecclesiæ doctorum in historiam evangelicam*.

ROYE. — Roye (Franciscus de), natione Anglus, jurisconsultus, anno 1686 decessit. Scripsit *De missis Dominicis*.

RUBEIS. — Joannes Bernardus Maria de Rubeis, natione Italus, ordinis Prædicatorum, vir fere in omnibus scientiis versatissimus, et virtutibus insignis, omnes constanter honores respuit ut studio vacaret. Anno 1775 migravit ad Dominum. Fere innumera opera concinnavit: *De fabula monachatus Benedictini divi Thomæ Aquinatis*, — *De peccato originali ejusque natura*, — *Dissertationes variæ eruditionis*, — *De charitate, virtute theologica, ejusque natura*.

RUBEUS (P.). — Rubeus Paulus, jurisconsultus, edidit *Annotationes ad decisiones Rotæ Romanæ*.

RUBION. — Guillelmus Rubionus vel de Rubione, Hispanus, ex oppido Villafranca in regno Aragonensi, ordinis Minorum, hujus provinciæ minister provincialis, ac subtilis doctoris eruditissimus discipulus, floruit circa annum 1333, posteris relinquens *Commentaria in quatuor libros Sententiarum*.

RUINART. — Ruinartius Theodericus, natione Gallus, ordinis S. Benedicti, congregationis S. Mauri, SS. Patrum sese studio dedit magno cum ardore, immensoque fructu, ita ut a Mabillonio electus est laborum socius. Simplicitate, modestia, recto judicio, nitido stylo, clarus est. Ruinartius obiit anno 1709. Multa opera scripsit Ruinartius: *Acta primorum martyrum sincera et selecta*, — *Ecclesia Parisiensis vindicata*.

RUPERT. — Rupertus Yprensis, ordinis S. Benedicti, vir scientia et studii amore insignis, obiit anno 1135. — Multa opera scripsit quæ a D. Migne in *Patrologia Latina* edita rursum fuerunt, tom. CLXVII-CLXIX.

# S

SA. — Sa Emmanuel, natione Hispanus, patria

Digitized by Google

Interamnensis, primo Conimbricæ Romæque doctus professor, deinde in urbes Italiæ ad prædicandum missus, multa doctrina animique modestia et sanctitate præclare enituit; e vita migravit anno 1596. Edidit : *Scholia in quatuor Evangelia*, — *Notationes in totam sacram Scripturam*, — *Aphorismos confessariorum.*

Sabin. — Sabinus Franciscus, ordinis Minorum, patria Bononiensis, scripsit opus cui titulus : *Lux moralis.*

S. Beuv. — Sainte Beuve, Gallicus canonista, vita functus anno 1677. Typis mandavit *Resolutiones casuum conscientiæ.*

Sal. — Sala Robertus, Italus, scripsit *Adnotationes ad opera cardinalis Bona.*

Salamanc. — Salamanca Alexius, Hispanus, patria Zamorensis, ordinis Minorum, qui elegantia ingenii atque doctrina simul et cognitione linguarum spectabilis deprædicatur; claruit circa annum 1520. Elucubravit *Dialogos de Christi Domini republica.*

Salas. — Salas (Joannes de), Societatis Jesu, natione Hispanus, patria Gumielensis de Ysan, Salmanticæ et Romæ theologiam professus est; vir inter doctos doctissimus qui sæpe a multis tanquam oraculum sapientiæ consulebatur; Salmanticæ obiit die 20 Septembris anni 1612. Edidit : *Disputationes in Summam divi Thomæ*, — *De contractibus, de legibus, de emptione et venditione.*

Salaz. — Salazar de Mendoza, Hispanus, scripsit : *De institutione canonicæ pœnitentiæ*, — *De usu et consuetudine.*

Saler. — Salernus Franciscus, Neapolitanus, pontificii concilii notarius, e vita decessit anno 1564. Typis mandavit opus cui titulus : *Consiliorum sive Responsorum juris matrimonii valor*

Sales. Franc. — Salesius Franciscus (sanctus), Genovensis episcopus, Parisiis prima litterarum principia didicit, jus vero Paduæ, deinde episcopalem, quamvis renitens, adeptus dignitatem, magna morum amœnitate, animique eximia dulcedine enituit, qua prorsus innumeros hæreticos ad veram fidem adduxit; e terra raptus est in cœlum anno 1622, ætatis suæ 56. Eximia edidit opera : *Introduction à la vie dévote*, — *Traité de l'amour de Dieu*, — *Lettres spirituelles.*

Salian. — Salianus Jacobus, natione Gallus, patria Avenionensis, collegii Vesuntionensis rector; sacras etiam habuit conciones et ætatis suæ cursum vel scribendo vel in audiendis confessionibus pœnitentium confecit; vir integritate vitæ atque indefesso labore conspicuus; apoplexia ictus obiit anno 1640. Elucubravit : *Annales ecclesiasticos Veteris Testamenti ab orbe condito usque ad Christi Domini mortem*, — *De timore Dei*, — *De amore Dei.*

Salicet. — Salicetus, Italus jurisconsultus, patria Bononiensis, juris doctus professor, legationem egit ad papam Gregorium XI; obiit anno 1412. Scripsit *Commentaria de Codice.*

Sallust. — Sallustius Caius Crispus, percelebris historiographus Romanus, primum quæstor, deinde tribunus, prætor, ac tandem proconsul Numidiæ, vitam dissolutis moribus deditam egit; natus est anno 80 ante Christum. Eximia edidit opera : *Bellum Jugurthinum*, — *Conjurationem Catilinæ.*

Salm. — Salmaticenses Carmelitæ Discalceati, quibus attribuitur *Cursus theologicus.*

Salmer. — Salmeron Alphonsius, natione Hispanus, patria Toletanus, postquam in academia Parisiensi philosophicas et theologicas disciplinas diligenter excoluisset, beato Ignatio Societatis Jesu fundatori socium se adjunxit; maximas ac celeberrimas Italiæ et Germaniæ civitates sacris concionibus illustravit; in Hibernia etiam nuntii apostolici munere functus, synodo Tridentinæ interfuit, ubi maxima cum opinione eruditionis et audientium admiratione sententias dixit, ac tandem laboribus exhaustus pie migravit ad Dominum 1585. Scripsit : *Prolegomena in universam Scripturam*, — *De Incarnatione Verbi*, — *De historia evangelica*, — *De Christi miraculis*, etc.

Salmo. — Salmon Franciscus, Gallus, doctor Sorbonicus, in cognitione linguarum præsertim linguæ Hebraicæ clarus emicuit; vita functus anno 1736. Edidit opus cui titulus : *Traité de l'étude des conciles.*

Salon. — Salon sive Salonius, Michael, ordinis Sancti Augustini, natione Hispanus, inquisitionis qualificator, in academia Valentina theologiæ professor; vir exstitit tum doctrinæ, tum eruditionis fama insignis ac eloquentiæ studiis egregie imbutus; e vivis discessit anno 1620. Scripsit *De justitia et jure.*

Salut. — Salutiis Bartholomæus, Italus, ordinis Minorum, vir zelo prædicationis et misericordia erga peccatores insignis, diem obiit supremum anno 1621. Edidit in lucem : — *Speculum animæ*, — *Hortulum orationis*, — *Paradisum contemplationis*, — *Amorosum discipulum*, — *Testamentum animæ.*

Salv. — Salvianus, natione Gallus, presbyter Massiliensis, qui Coloniæ Agrippinæ ortum habuisse videtur, cum tanto dolore vitia sui temporis perstrinxit, ut Jeremias quinti sæculi cognominaretur. Scripsit : *De gubernatione Dei*, — *Adversus avaritiam.*

Saminiat. — Saminiatus Joannes Baptista, jurisconsultus, scripsit *De controversiis.*

Samuel. — Samuelus Franciscus Maria, ordinis Prædicatorum, elucubravit opus cui titulus : *Praxis observanda in ecclesiasticis sepulturis.*

Sanch. — Sanchez Joannes, natione Hispanus, juris utriusque doctor, evulgavit *Disputationes selectas.*

Sanch. — Sanchez Thomas, Hispanus, patria Cordubensis, Societatis Jesu, in qua diversa exercuit munera; vir vita purissima, peracri judicio, ac theologicis doctrinis præclarus; quem ante nullus auctor exstitit, qui dubias de matrimonio controversias uberius et accuratius enodaverit; migravit ad Dominum 19 Maii 1610. Scripsit : *De sacramento matrimonii*, — *Opera moralia in præcepta Decalogi*, — *Consilia, seu Opuscula moralia.*

Sanctarel. — Sanctarellus Antonius, natione Italus, patria Adriensis in Samnio, humaniores litteras et theologiam docuit; vir moribus apprime religiosis et modesta mansuetudine insignis, ad omnia charitatis opera expeditus; octogenario major obiit die 5 Decembris 1649. Edidit : *Vitam Jesu Christi et Beatissimæ Mariæ Virginis*, — *Tractatum moralem de hæresi, schismate, apostasia, sollicitatione in sacramento pœnitentiæ*, etc.

Sanctor. — Sanctorus de Melphi, Italus, ordinis Minorum, sacræ pœnitentiariæ Lateranensis præses, claruit decimo sexto sæculo. Scripsit : *Commentaria ad statuta generalia ordinis Seraphici*, — *Thesauros spirituales et temporales monasteriorum S. Claræ et S. Magdalenæ urbis Neapolitanæ.*

Sand. — Sandæus Fridericus, Batavus jurisperitus, legatus Hollandiæ ad plurimas aulas, decessit anno 1617, relinquens : *Commentarium in Gelriæ et Zutphaniæ consuetudines feudales*, — *Commentarium in consuetudinem Gelriæ de effestucatione.*

Sander. — Sanderus Nicolaus, natione Anglus, primum professor in universitate Oxoniensi, deinde socius cardinalis Hosii, interfuit synodo Tridentinæ; ac tandem a Gregorio XIII in Hispaniam et Hiberniam legatus missus est; obiit anno 1580. Multa concinnavit opera quorum notanda : *Tractatus de Cœna Domini*, — *De schismate Anglicano*, — *De Ecclesia Christi*, — *De ritu catholico processionum.*

Sandin. — Sandinius Antonius, Italus, bibliothecarius et professor historiæ ecclesiasticæ in seminario Paduano, ubi e vivis decessit anno 1751, ingenii monumenta relinquens : *Vitas Pontificum Romano-*

Digitized by Google

rum, — *Historiam familiæ sacræ*, — *Historiam SS. apostolorum*, — *Disputationes XX ex historia ecclesiastica ad vitas Pontificum Romanorum.*

San-Felic. — San-Felice Joannes Franciscus, e nobili familia Neapolitana oriundus, sæculo XVII floruit. In lucem edidit *Supremorum tribunalium regni Neapolitani decisiones.*

Sant. Cruz. — Santa Cruz, Hispanus, in collegio Sancti Thomæ Aquinatis Hispalensis urbis, studiorum præfecturam exercuit; vir doctus, vita functus anno 1591. Scripsit *Commentaria in Summam theologicam.*

Santer. —Santerna, natione Hispanus, elucubravit *Tractatum de assecurationibus et de sponsionibus.*

Sarav. — Saravia (Ludovicus a), juris pontificii interpres, canonicus et vicarius generalis Cæsaraugustæ. Scripsit *Tractatum de adjunctorum jurisdictione.*

Sarnel. — Sarnelli Pompeius, Neapolitanus episcopus, obiit anno 1720. Edidit : *Epistolas ecclesiasticas*, — *De vita communi clericorum.*

Sasbouth. — Sasbouth Adamus, ordinis Minorum, nobili familia Hollandiæ oriundus, decessit Lovanii 1553. Vir linguæ Hebraicæ et Græcæ peritus scripsit *Commentaria in Isaiam et Epistolas B. Pauli.*

Sauss. — Saussay (Andreas de), natione Gallus, episcopus Tullensis, Ludovici XIII prædicator, vita functus anno 1675. Multa concinnavit opera quorum notanda : *Martyrologium Gallicanum*, — *Panopl. sacerdotum.*

Savar. — Savary Jacobus, Gallus, negotiator Parisiensis, qui ad perficiendum mercatorium codicem advocatus edidit *Perfectum negotiatorem*. Obiit anno 1690.

Savonarol. — Savonarolla Hieronymus, natione Italus, patria Ferrariensis, ordinis Prædicatorum, vir magni ingenii multarumque scientiarum copia præditus; primo suis sacris concionibus et eloquentia se illustrem fecit; sed in posterum aulam Romanam et ecclesiasticos ordines objurgationibus prosecutus, et ob hanc causam interdictus, condemnatusque ad ignem, interiit anno 1498. Edidit opus cui titulus : *De triumpho crucis.*

Sax. — Saxus Josephus Antonius, Italus, rector collegii Mediolanensis, Ambrosianæque bibliothecæ præpositus, diem obivit supremum anno 1751. Scripsit : *Dissertationem apologeticam ad vindicandam Mediolano sanctorum corporum Gervasii et Protasii possessionem*, — *De studiis Mediolanensium antiquis et novis prodromum*, — *Vitam S. Joannis Nepomuceni.*

Sayr. — Sayrus Gregorius, natione Anglus, ordinis sancti Benedicti monachus, non vitæ modo sanctimonia, sed excellenti et insigni prorsus rerum moralium doctrina claruit exeunte sæculo decimo sexto. Præcipua opera hæc sunt : *Casuum conscientiæ sive theologiæ moralis thesaurus*, — *Clavis regia sacerdotum*, — *Flores decisionum, sive casuum conscientiæ.*

Sbog. — Sbogar Joannes Maria, clericus regularis S. Pauli, edidit opus cui titulus : *Theologia radicalis.*

Sbroc. — Sbrocias seu Sbrozzius Jacobus. Scripsit *De vicario episcopi.*

Scacc. — Scaccia Sigismundus, Romanus jurisperitus, ineunte decimo octavo sæculo floruit. Typis mandavit *De cambiis et commercio.*

Scalig. — Scaliger Josephus Justinus, natione Gallus, vir utique scientia et eruditione præclarus, sed supra modum inani gloria inflatus, adversus doctos jactantiam irridentes multum dimicavit. Ex ejus operibus commemoremus : *Thesaurum temporum complectens Eusebii Pamphili Chronicon*, — *De emendatione temporum*, — *Epistolas*, — *Poemata.* E vivis decessit anno 1609.

Scanar. — Scanarola Joannes Baptista, natione Italus, insignis jurisperitus, ac Sidonis et Tyri archiepiscopus, obiit anno 1665. Exstat opus *De visitatione carceratorum.*

Scarfant. — Scarfantonius Joannes Jacobus, Italus, vicarius generalis Pistoiensis, scientia theologica et canonici juris cognitione claruit; vita functus est anno 1748. Typis mandavit *Animadversiones in lucubrationes canonicales Ceccoperii.*

Schann. — Schannat Joannes Fredericus, historiographus, patria Luciliburgensis, vita functus anno 1739. Multa concinnavit opera quorum notanda : *Vindemiæ litterariæ*, — *Corpus traditionum Fuldensium*, — *Historia Fuldensis*, — *Historia episcopatus Wormatiensis.*

Schard. — Schardius Simon, Germanus, assessor curiæ Spirensis, obiit anno 1573. Edidit in lucem *Collectionem scriptorum historiæ Germanicæ.*

Scheelst. — Scheelstratus Emmanuel, natione Belga, patria Antuerpiensis, canonicus Sancti Petri, Romæ decessit anno 1692. Scripsit : *Antiquitates Ecclesiæ illustratas*, — *Ecclesiam Africanam, sub primate Carthaginiensi*, — *Acta Constantiensis concilii*, — *Acta Ecclesiæ Orientalis.*

Scheffmach. — Scheffmacher Joannes Jacobus, Gallus, Societatis Jesu, cathedram Argentoracensem de rebus ad religionem pertinentibus disceptando illustravit; diem obivit supremum anno 1733. Typis mandavit *Epistolas duodecim adversus Lutheranos.*

Scher. — Scherius Gregorius, ordinis Minorum, Lyciensis provinciæ reformatæ S. Nicolai lector generalis, stylo signavit *Disputationes et quæstiones de Deo trino et uno ad mentem Subtilis doctoris.* Floruit ineunte sæculo XVII.

Schiar. — Schiara Thomas Antonius, natione Italus, ordinis Prædicatorum, edidit opus cui titulus : *Theologia bellica.*

Schild. — Schilder (Ludovicus de), e Societate Jesu, natione Belga, theologiæ professor, vita functus anno 1667. Scripsit : *De sacramentis*, — *De principiis formandæ conscientiæ.*

Schilt. — Schilter Joannes, Germanius jurisconsultus, in universitate Argentoracensi professor, obiit anno 1705. Præcipua opera hæc sunt : *Codex juris Alemannici feudalis*, — *Thesaurus antiquitatum Teutonicarum*, — *Institutiones canonicas*, — *Institutiones juris publici.*

Schmel. — Schmelinch Libonius, natione Germanus, floruit ineunte decimo octavo sæculo. Typis mandavit *Galeam salutis, quod est verbum Dei in Dominicis et festis Domini per annum prædicatum.*

Schmid. — Schimidius Gothofredus, jurisconsultus. Scripsit *Dissertationem de Solone legislatore.*

Schmidt. — Schmidt Benedictus Antonius, jurisperitus Alemannus, obiit anno 1778, relinquens *Principia juris Germanici.*

Schmier. — Schmier Franciscus, Suevus, rector universitatis Salisburgensis, ineunte decimo octavo sæculo floruit. In lucem edidit opus juridicum cui titulus : *Jurisprudentia canonico-civilis* seu *Jus canonicum universum.*

Schnorremb. — Schnorremberg Anna, natione Germanus, prior monasterii Steinfeld, synodalis examinator Coloniæ, decessit die 11 Decembris 1715. Typis mandavit *Institutiones juris canonici cum brevi commentario in reg. juris.*

Schoum. — Schoumen Guillielmus Cornelius, Batavus navigator, a parte australi freti Magellanici novum ductum in magnum mare detexit, insulasque in mari Pacifico exploravit, quæ *insulæ Schoumen* appellantur; obiit Madagascariæ anno 1625. Edidit *Diarium*, seu *Descriptionem itineris a se facti.*

Schulting. — Schultingus Cornelius, natus Steinwichii, theologiæ licentiatus Coloniensis, ibidemque ad S. Andream canonicus, vir pius ac doctus, migravit ad Dominum anno 1604. Scripsit *Ecclesiasticam disciplinam*, — *Bibliothecam ecclesiasti-*

Digitized by Google

cam, — *Thesaurum antiquitatum ecclesiasticarum.*

Schulz. — Schulz Georgius, *forte* jurisconsultus Germanus, elucubravit *De consanguinitate et affinitate.*

Schwartz. — Schwartz Christianus Theophilus, Germanus, linguarum peritus, obiit anno 1751. Edidit opus : *De re libraria veterum.*

Schwartz. — Schwartzen, theologus Germanus, floruit exeunte sæculo decimo septimo. Edidit in lucem *Thesaurum dissertationum in Novum Testamentum.*

Scip. — Scipio Marcus Antonius, natione Italus, patria Placentinus, e congregatione Montis-Cassini, claruit circa annum 1650. Typis mandavit *Elogia virorum illustrium Montis-Cassini.*

Scortius. — Scortia Joannes Baptista, natione Italus, patria Genuensis, patriciæ stirpis, e Societate Jesu, vir doctus et eruditione insignis, e vivis decessit anno 1627. Scripsit : *De sacrificio Missæ, — In selectas Summorum Pontificum constitutiones.*

Scott. — Scott Dan el, Anglus theologus, juris doctor, vita functus anno 1759. Scripsit : *De sancta Trinitate, — Novam versionem Evangelii S. Matthæi.*

Scotus. — Scotus Joannes Duns, Vid. *Duns.*

Scribon. — Scribonius Joannes Marius, Gallus, theologiæ professor emeritus, floruit anno 1620. Edidit *Pantalithiam*, seu *Summam totius veritatis theologicæ.*

Seld. — Selden Joannes, natione Anglus, vir rerum publicarum peritus; quem Carolus I rex odio prosecutus est; obiit anno 1654. Scripsit : *Mare clausum, — Investigationes de legibus Hebræorum, —Analecton Anglo-Britannicum.*

Sell. — Selleri Gregorius, Italus, ordinis Prædicatorum, sanctæ Ecclesiæ Romanæ cardinalis, migravit ad Dominum die 30 Maii 1729.

Selvag. — Selvaggius, Italus, edidit opus cui titulus : *Antiquitates Christianæ.*

Senec. — Seneca Lucius Annæus, celebris philosophus Romanus, qui, quamvis more ac modo Stoico vitam agere videretur, divitias tamen ingentes cumulavit; capite damnatus a Nerone imperatore, cujus fuerat præceptor, incisis venis interiit anno 65. Præcipua opera notanda : *De ira, — De consolatione, — De tranquillitate animi, — De constantia sapientis, — De brevitate vitæ, — De beneficiis, — Epistolæ morales, — Naturalium quæstionum libri septem.*

Senn. — Sennert Daniel, medicus Germanus, scientiæ chimicæ peritus, multos sibi suscitavit adversarios ob opinionum novitatem in arte medendi; vir magni ingenii et fortis animi, peste correptus decessit anno 1637. Ex plurimis operibus commemoretur *Practicum.*

Seraphin. — Seraphinus Joannes, Italus, sanctæ Ecclesiæ Romanæ cardinalis, vita functus anno 1806. Scripsit : *Decision., — De privilegiis.*

Serrar. — Serrarius Nicolaus, natione Gallus, patria Rambervillanus in Lotharingia, theologiam et sacras litteras tum Herbipoli tum Moguntiæ docuit cum mirifico plurimorum fructu et nominis sui gloria : vir eruditione omnino excultus et in cognitione linguæ Latinæ, Hebraicæ et Syriacæ adeo versatus, ut ipsis quoque adversariis commendationem expresserit ; fine religioso quievit anno 1609. Multa concinnavit opera inter quæ : *Disputatio de legibus, — Commentaria in libros sacros, — De sacris Ecclesiæ Latinæ catholicis processionibus.*

Serry. — Serry Jacobus Hyacinthus, Gallus, ordinis Prædicatorum, migravit ad Dominum anno 1738.

Serv. — Servius Honoratus Marcus, grammaticus quinti sæculi, scripsit *Commentaria in Virgilium.*

Sfort. — Sfortia Gabriel, natione Italus, patria Senensis, ducali familia oriundus, primum fuit arte militari instructus, sed mox eam pro spirituali militia linquens, sub vexillo congregationis S. Augustini se aggregavit; ibique omnibus virtutibus tam moralibus quam intellectualibus ita enituit, ut, quamvis invitus et reluctans, ad Mediolanensem archiepiscopalem cathedram promotus fuerit; diem obiit supremum anno 1457. Edidit : *Tractatus morales varios, — Opera spiritualia, — Conciones et Sermones, — Commentaria super quatuor libros Sententiarum.*

Sidon. Apoll. — Sidonius Apollinaris (sanctus), natione Gallus, ac patre avoque præfectis prætorio Galliarum natus, ipse Roma præfectus creatus est ; sed ad episcopatum Arvernensem, licet invitus, assumptus, qui prius in excolendis liberalibus disciplinis se pene contriverat, deinceps ad divinas litteras pertractandas animum studiaque omnia convertit; exactis denique in episcopatu octodecim ferme annis, vir non minus doctrina quam egregia morum probitate insignis, in cœlum ex hac vita emigravit. Edidit in lucem : *Epistolas, — Carmina.*

Sigebert. — Sigebertus Gemblacensis, in Gallia Belgica natus, juvenili admodum ætate Regulam sancti Benedicti professus est in monasterio Gemblacensi, et tum scribendo tum docendo magnam sibi laudem acquisivit, ita ut ad eum audiendum multi undique confluerent ; vir erat al ioris consilii et multæ austeritatis ; obiit anno 1112. Exstant : *Chronicon, — Tractatus de viris illustribus.*

Sigismund. — Sigismundus a Bononia, Italus, ordinis Minorum, theologiæ ac juris pontificii professor, in Bononiensi provincia ; vir pius et humilis, sub priori nomine, satis apte ac diffuse scripsit opus hoc titulo insignitum : *De electione et potestate prælatorum, et aliorum officialium regularium.*

Sigon. — Sigonius Carolus, natione Italus, humaniores litteras Paduæ doctissime professus est; inter vivos agere desiit anno 1584. Stylo signavit : *De republica Hebræorum, — De republica Atheniensium, — Historiam de Occidentis imperio, — Historiam ecclesiasticam, — De regno Italiæ libros viginti.*

Simanc. — Simancus Jacobus, Hispanus, Pacensis episcopus, scripsit *De catholicis institutionibus.*

Simonet. — Simonetta Jacobus, Italus, Pisaurensis episcopus et sanctæ Ecclesiæ Romanæ cardinalis, a Julio II et Leone X mandata in rebus magni momenti accepit; obiit anno 1539. Edidit opus cui titulus : *Tractatus reservationum beneficiorum — Epistolæ.*

Simonett. — Simonettus Edmundus, Gallus, e Societate Jesu, theologiæ professor, vita functus est anno 1733. Typis mandavit *Institutiones theologicas ad usum seminariorum.*

Simonius.—Simonius Richardus, Gallus, congregationem Oratorii, in quam ingressus erat, in posterum derelinquere coactus, multos sibi suscitavit inimicos propter audaces opiniones; vir utique in interpretatione linguarum orientalium peritissimus, stylo mordaci et acuto maxime notus ; e vivis decessit anno 1712. Ex multis operibus recensenda sequentia : *Les cérémonies et coutumes des Juifs, — L'histoire de l'Ancien et du Nouveau Testament, — Histoire de l'origine et du progrès des revenus ecclésiastiques, — Nouvelle bibliothèque choisie, — Recherches curieuses sur la diversité des langues*, etc.

Sirm. — Sirmondus Jacobus, natione Gallus, patria Ricomagensis, e Societate Jesu, Romam evocatus est a P. Claudio Aquaviva generali, et ei a secretis sexdecim annorum spatio fuit ; eum magni fecit, decus illud Ecclesiæ, cardinalis Baronius, cujus auspiciis penetralia quæque bibliothecæ Vaticanæ indefatigabili studio perlustravit ; qui in omni pene litterarum genere excultissimus, Latine Græceque impense doctus, obiit Parisiis anno 1651. Edidit : *Concilia antiqua Galliæ. — Opuscula veterum scriptorum, — Historiam prædestinatianam, — Editiones operum Marcellini, Theodoreti et Hincmari*, etc.

Sixt. Sen. — Sixtus Senensis, Italus ex patria sui

Digitized by Google

cognominis oriundus, natus ex patre Hebræo, deinde factus Christianus; pluries relapsus in hæresim, a tribunali Inquisitionis damnatus est ad ignem; sed, venia a Pio V impetrata, ad veram fidem reduxit et ordinem Prædicatorum professus, Ecclesiam Dei nobiliter illustravit: obiit Genuæ anno 1569. Scripsit *Bibliothecam sanctam.*

Soard. — Soardus Victor Amedæus, natione Pedemontanus, e congregatione Sancti Lazari, vita functus est anno 1752. Opus evulgavit *De suprema Romani pontificis et Ecclesiæ Gallicanæ doctrina.*

Soccin. — Soccinus Bartholomæus, Italus, patria Senensis, jus docuit in pluribus Italiæ universitatibus, et decessit anno 1507. Sophistica arte scriptas edidit *Consultationes juris.*

Soccin. — Soccinus Marianus, professor juris canonici, in eo munere laudem Pii II assecutus est; diem obivit supremum anno 1497. Scripsit *Consilia juris.*

Socrat. — Socrates, percelebris philosophus Atheniensis, integritate morum, tranquillitate animi, docendæ juventutis zelo ac demum suæ mortis genere notissimus: obiit anno ante J. C. 399. Exstant *Epistolæ ab Allatio collectæ.*

Socrat. — Socrates scholasticus, patria Constantinopolitanus, primum eloquentiæ forensis studium excoluit, deinde historiæ ecclesiasticæ componendæ operam omnino dedit. Vita functus est circa medium quinti sæculi. Scripsit *Historiam ecclesiasticam.*

Sollier. — Sollierus Joannes Baptista, Belga, Societatis Jesu, unus e collectoribus *Actuum sanctorum*, obiit anno 1740. Scripsit *Præfationem ad Martyrologium Usuardi.*

Solorzan. — Solorzanus (Joannes Pereira de), Hispanus jurisconsultus qui decessit in fine decimi sexti sæculi. Evulgavit *Disputationem de Indiarum jure.*

Sophocl. — Sophocles, illustris poeta Græcus, *Apis Attica* cognominatus, inter celebriores in genere dramatico primus recensendus, obiit anno ante J. C. 406. Notæ sunt tragœdiæ: *Ajax*, — *Electra*, — *Œdipus*, — *Antigone*, etc.

Sorb. — Sorbo (Hieronymus de), Neapolitanus, Minorum minister generalis, vir doctrinæ splendore ac vitæ sanctimonia exornatus, obiit devotissime Neapoli 1612. Typis mandavit *Compendium privilegiorum Fratrum Minorum et aliorum Mendicantium et non Mendicantium reformatum secundum decreta concilii Tridentini et Summorum Pontificum.*

Sorg. — Sorge, jurisconsultus, scripsit *De jurisprudentia forensi.*

Sot. — Sotus Dominicus, ordinis Prædicatorum, natione Hispanus, patria Segobiensis, primum theologiam professus est in academia Salmanticensi, ubi totius Hispaniæ homines in admirationem sui convertere cœpit; deinde ad nutum Caroli V imperatoris, concilio Tridentino adfuit et ibi vitæ integritate et profunditate doctrinæ se illustrissimum reddidit; Salmanticæ decessit anno 1690. Edidit: *De natura et gratia tres libros*, — *De justitia et jure*, — *De pauperum cura*, — *Commentaria in libros Sententiarum.*

Sot. — Sotus Petrus, ordinis Prædicatorum, natione Hispanus, Cordubensis patria, Caroli V imperatoris confessor fuit; in hæreticos summa animi præstantia et contentione acuit stylum, eosque maxime Dilingæ et Oxoniæ terruit argumentis; in concilio Tridentino scientiam doctrinamque declaravit, adeo ut princeps theologorum reputaretur; Tridenti ex nimia fatigatione ac studio pene detritus, omnium luctu, interceptus est morte anno 1563. Scripsit: *De institutione sacerdotum*, — *Doctrinæ catholicæ compendium in usum plebis Christianæ*, — *Defensionem catholicæ confessionis.*

Spe. — Spe Franciscus, Germanus, patria Cæsar-Insulanus, philosophiam et moralem theologiam cum laude explicuit; vir indefessi animi ad salutem mortalium procurandam, qui tanta industria tractabat cum hæreticis ut multos ad fidem revocaverit; laborum mercedem accepit die 7 Augusti anno 1535. Edidit: *Exercitia pia, sive aurea de fide, spe et charitate*, — *Cautionem criminalem sub nomine theologi Romani.*

Specul. — Speculator, vide Durantus.

Spelman. — Spelmannus Henricus, eques Anglus, antiquitatis investigator qui obiit 1641 ætatis suæ 80, scripsit: *Glossarium archæologicum*, — *Villare Anglicum*, — *Collectionem conciliorum Anglicorum*, — *Vitam Alfredi Magni.*

Spene. — Spencer Joannes, Anglus theologus, obiit 1693. Typis mandavit: *De legibus Hebræorum ritualibus*, — *De prodigiis et propheliis vulgaribus.*

Sperell. — Sperellus Alexander, Italus, episcopus Eugubinus, circa finem decimi septimi sæculi floruit. Opus scripsit cui titulus: *Decisiones fori ecclesiastici.*

Spond. — Spondadus Henricus, Gallus, ex Calvinista Catholicus, deinde episcopus Fridelacensis, vir scientia linguarum insignis, obiit Tolosæ die 18 Maii anno 1643. Præcipua opera: *Epitome annalium Baronii*, — *Annalium Baronii continuatio*, — *De cœmeteriis sacris.*

Spor. — Sporer Patricius, patria Passaviensis, ordinis Minorum, doctus theologus, claruit circa annum 1720. Scripsit: *Theologiam moralem de Decalogo et de sacramentis*, — *Tyrocinium sacramentale practicum.*

Stam. — Stamm, *forte* jurisconsultus, qui scripsit *De servitudine personali.*

Staplet. — Stapletonius Thomas, Anglus theologus, professor regius in universitate Lovaniensi et canonicus Sancti Petri, obiit 1598. Edidit opus cui titulus: *Antidotum apostolicum contra hæreticos.*

Stell. — Stella Didacus, natione Hispanus, theologus, eximius concionator, scriptoribus asceticis minime postponendus, edidit in lucem: *De contemnendis mundi vanitatibus libros tres*, — *Meditationes de amore Dei*, — *De modo concionandi.*

Steph. — Stephanus a S. Paulo, ordinis Minorum, qui scripsit *Theologiam moralem.*

Stephan. Grat. — Stephanus Gratianus, vide Gratianus.

Stilting. — Stiltingus Joannes, natione Belga, e Societate Jesu, vir scientia et pietate insignis, unus e collectoribus *Actuum sanctorum*, vita functus anno 1761, opus eximium concinnavit cui titulus: *Apologia sancti Hieronymi.*

Stoz. — Stozius Matthæus, natione Germanus, Societatis Jesu, per triginta annos philosophiam et theologiam docuit; migravit ad Dominum anno 1678. Præcipuum opus: *Tribunal pœnitentiale.*

Strab. — Strabus, vide Walafridus.

Stranch. — Stranchius Joannes, Germanus, jurisperitus, vita functus anno 1670, scripsit *Dissertationes de annatis.*

Strich. — Strichius Samuel, Germanus jurisconsultus, consiliarius electoris Brandeburgensis, in universitate Hallensi professor, vita functus anno 1750. Scripsit: *De cautelis contractuum*, — *De successione hæreditatis*, — *De actionibus et præscriptione.*

Struv. — Struvius Georgius Adamus, jurisconsultus Magdeburgensis, doctus juris professor, consiliarius ducum Saxoniæ, decessit anno 1592. Multa ejus opera quorum notanda: *Syntagma juris civilis*; — *Syntagma juris feudalis.*

Suar. — Suarez Franciscus, natione Hispanus, patria Granatensis, Societatis Jesu, primo theologicas scientias docuit Pinciæ, Salmanticæ Romæque, deinde a Philippo II primam cathedram Conimbricæ jussus est occupare; quo in munere tanta doctrina et eruditione enituit ut *Doctor eximius* appellaretur; vir insuper gravitate morum, animi submis-

Digitized by Google

sione atque modestia valde conspicuus; pie migravit ad Dominum anno Christi 1617, ætatis fere 70. Inter ejus opera commemoremus : *Tractatum de legibus*, — *De gratia*, — *De auxiliis et libero arbitrio*, — *De justitia Dei*, — *De incarnatione Verbi*, — *De mysteriis vitæ Christi*, — *Defensionem fidei catholicæ*, etc.

SUET. — Suetonius Tranquillus, Romanus historiographus, primum imperatoris Adriani secretarius, deinde ab hujus principis favore dejectus, consolationem in litteris excolendis exquisivit. Exstat opus majori licentia exaratum *De Vitis duodecim Cæsarum.*

SUID. — Suidas, scriptor Græcus qui floruit decimo sæculo. Indigestam compilationem edidit cui titulus: *Lexicon historicum et geographicum.*

SURENHUS. — Surenhusius Guillelmus, auctor Germanus decimi octavi sæculi, notus tantum editione operis cui titulus : *Mischna, sive totius Hebræorum juris, rituum, antiquitatum ac legum oralium systema, Heb. et Lat. cum comment. Maimonidis.*

SURIUS. — Surius Laurentius, natione Germanuse, congregatione Carthusianorum, vir animi submissione et pietate insignis, diem obivit supremum anno 1578. Multa scripsit quorum notanda : *Collectio conciliorum*, — *Vita sanctorum*, — *Commentaria rerum gestarum in orbe.*

SYLV. — Sylva sacrarum cæremoniarum, vide Buongiovanni.

SYLVEIR. — Sylveira Joannes, natione Hispanus, patria Ulyssiponensis, e nobili familia oriundus, in ordine Minorum suprema munera exercuit; migravit ad Dominum anno 1687, ætatis suæ 82. Elucubravit *Commentaria in Evangelia.*

SYLVEST. — Sylvester Mazzolini de Prierio, natione Pedemontanus, ordinis Prædicatorum, theologus in canonico civilique jure versatus, sacris litteris, omnigena eruditione peritus ac vitæ regularis exactissimus observator; fuit magister sacri Palatii et primus inter omnes qui calamum in impium Lutherum cœpit acuere, ejusque statuam cum libris, Leone X mandante, Romæ in platea Agonis per carnificem publico igni damnavit; Romæ obiit anno 1523. Scripsit: *Apologiam de convenientia institutorum Romanæ Ecclesiæ*, — *Summam de peccatis a suo nuncupatam nomine Sylvestrinam auream rosam*, — *De observatione morientium.*

SYLVIUS. — Sylvius (Dubois), Franciscus, Belga, Duacencis professor et decanus, devote obiit anno 1649. Edidit in lucem: *Commentaria in Summam divi Thomæ*, — *Varias resolutiones casuum.*

SYNCELL. — Syncellus Georgius, Græcus monachus qui octavo sæculo floruit. In lucem edidit opus sub hoc nomine : *Chronographia.*

SYNES. — Synesius, patria Cyrenensis, ex ethnico Christianus, invitus ad fastigium episcopatus elevatus est, existimans hanc dignitatem suis doctrinis philosophicis parum convenire. Vivebat initio quinti sæculi. Exstant: *Oratio ad Arcadium imperatorem*, — *Epistolæ*, — *Homiliæ.*

# T

TABER. — Taberna Joannes Baptista, natione Gallus, e Societate Jesu, vir theologica scientia præclarus, Duaci decessit anno 1686. Edidit eximium opus cui titulus: *Synopsis theologicæ practicæ.*

TABIA. — Tabia (Joannes Cognatius de), natione Italus, patria Tabiensis, ordinis Prædicatorum, obiit 1523. Scripsit *Summam summarum.*

TABOR. — Tabor Joannes Otho, Germanus jurisconsultus, vir scientia illustris, vita functus est anno 1674. Edidit in lucem : *Filum Ariadneum per sinuosos Pandectarum juris anfractus*, — *De intercept. crimin.*, — *De confront. disput.*

TACIT. — Tacitus Caius Cornelius, percelebris historiographus Latinus, orator eloquentia præclarus, Plinii Junioris amicus; prætor, quæstor et consul successive creatus est; vir fortissimi et profundissimi ingenii ac nervoso stylo commendatus; obiit circa annum 130. Cuique notissima opera : *Annales*, — *Historiæ*, — *Vita Agricolæ*, — *Mores Germanorum.*

TAMBUR. — Tamburinus Ascanius, natione Italus, Vallisumbrosæ congregationis abbas generalis, diem obivit supremum 1666. Scripsit : *De jure abbatum et abbatissarum*, — *De jure abbatissarum et monialium.*

TAMBUR. — Tamburinus Thomas, Italus theologus, Societatis Jesu, e nobili familia Siciliæ oriundus, vita functus est anno 1675. Scripsit: *In Decalogum*, — *De confessione, communione, sacramentis, contractibus.*

TANCRED. — Tancredus Vincentius, natione Siculus, patria Panormitanus, Societatem Jesu ingressus est; philosophiam et theologiam docuit, et plura moliens litteris consignare, vinculis corporis solutus est Panormi die 29 Octobris 1659. Edidit in lucem: *Quæstiones morales de matrimonio*, — *De virtute religionis.*

TANN — Tannerus Adamus, natione Germanus, patria Tyrolensis Œniponranus, e Societate Jesu, in universitate Pragensi cancellarius; vir fuit ingenii acris et seduli; Latinæ, Græcæ, et Hebraicæ linguæ peritus; obiit 1632. Multa tum Latine tum Germanice scripsit his titulis : *De verbo Dei scripto et non scripto et de judice controversiarum fidei*, — *Disputationes theologicæ in Summam divi Thomæ*, — *Apologia pro Societate Jesu.*

TANN. — Tannerus Thomas, Anglicus episcopus, decessit anno 1735. Opera sequentia scientiam et magnum judicium præ se ferunt : *Bibliotheca Britannico-Hibernica*, — *Notitia monastica Anglica.*

TAPP. — Tapperus Ruewardus, Hollandiæ controversista, cancellarius universitatis Lovaniensis, adfuit concilio Tridentino; obiit 1559. Scripsit *Orationes theologicas.*

TAPPIA. — Tappia Carolus, Italus, jurisperitus, præses consilii regii, e vivis decessit 1644. Edidit: *Commentaria ad Rubr. de constitut. principum*, — *Tractatum de rebus religiosis*, — *Jus regni Neapolitani.*

TARTAG. — Tartagnus Alexander. Vide IMOLENSIS.

TATAR. — Tataretus Petrus, ordinis Minorum, *Parisiensis* nuncupatus, Scotista subtilissimus, floruit circa annum 1500. In lucem edidit: *Commentaria in libros Sententiarum*, — *Quæstiones morales.*

TELLEZ. — Tellez Balthasar, natione Hispanus, patria Ulyssiponensis, theologiam scholasticam docuit; vir magnæ pietatis et doctrinæ, migravit ad Dominum 1675. Scripsit : *Summam universæ philosophiæ*, — *Chronicon Societatis Jesu.*

TENCIN. — Tencinus Petrus Guerinus, natione Gallus, sanctæ Ecclesiæ Romanæ cardinalis et archiepiscopus Lugdunensis, publicæ rei administrator, decessit anno 1758. Scripsit *Instructions pastorales.*

TERENT. — Terentius Publius Afer, Romanus poeta percelebris, per quem dulces Latini leporis facetiæ nituerunt : secundum opinionem communiorem decessit anno 159. Cognoscuntur ejus *Comœdiæ.*

TERTULL. — Tertullianus Quintus Septimius Florens, patria Carthaginiensis, doctor Ecclesiæ vigore eloquentiæ conspicuus, primum ethnicus, deinde ad fidem conversus, in fine vitæ suæ in Montanismum prolapsus est. Inter præclara opera commemorentur sequentia : *Apologetica*, — *Adversus Gentiles libri duo*, — *De testimonio animæ*, — *De spectaculis*, — *De idololatria*, — *Adversus Marcionem libri quinque*, etc.

* *Tertul. Præd.* — *Tertullianus Prædicans* titulus est operis Viviani Michaelis, natione Belgæ, sacræ Theologiæ lectoris, qui edidit opus prænotatum.

TERZAG. — Terzagus Nicolaus, natione Italus,

Digitized by Google

episcopus Narniensis, scripsit *Instructiones practicas in administratione sacramentorum.*

Theodor. — Theodoretus, patria Antiochenus, Cyrrhi episcopus, sancti Chrysostomi discipulus, multos hæreticos ad fidem reduxit: circa annum 456 decessit; vir erat humilitate, animi dulcedine et charitate conspicuus. Edidit multa opera quorum præcipua: *Historia ecclesiastica, — Commentaria in Psalmos, — De Providentia libri decem*, etc.

Theophil. — Theophylactus, patria Constantinopolitanus, Acridis archiepiscopus, multos ethnicos ad fidem Evangelii adduxit; floruit undecimo sæculo. Scripsit: *Commentaria in Evangelia, Actus apostolor. et Prophetas, — Institutionem regiam.*

Ther. — Therillus Antonius, natione Anglus, patria Dorcestriensis, Florentiæ et Parmæ theologiam professus est; circa finem decimi septimi sæculi florebat. Edidit in lucem: *Conclusiones philosophicas, — Fundamentum totius theologiæ moralis.*

Thesaur. — Thesaurus Gomez Emmanuel Patricius, Taurinensis, edidit: *Jus regnandi apostolicum, — Philosophiam moralem, — Inscriptiones.*

Thesaur. — Thesaurus, Carolus Antonius, natione Italus, Societatis Jesu, jus canonicum et theologiam docuit; vir apprime religiosus, et in omnibus spectantibus sacrum pœnitentiæ tribunal exercitatissimus; eo munere migravit ad Dominum anno 1655. Scripsit *De pœnis ecclesiasticis.*

Theul. — Theulus de Velitris Bonaventura, Italus, Minoritarum conventualium perpetuus diffinitor, theologiæ quæ ad mores spectat, intentus, Latine scripsit ac publici juris fecit instructum volumen, cui nomen: *Scotus moralis pro confessariis.*

Thiers. — Thiers Joannes Baptista, natione Gallus, doctor Sorbonicus, vir pugnaci et satyrico ingenio celebris, obiit 1703. Scripsit: *Dissertations sur les porches des églises, — Histoire des perruques, — La Sauce-Robert, — L'avocat des pauvres.*

Thom. — Thomas a Jesu, Hispanus, ordinis Minorum, ejusdem congregationis diffinitor generalis, pie migravit ad Dominum 1626. Edidit in lucem: *Stimulum missionum, — Thesaurum sapientiæ divinæ gentium omnium salutem procurandæ.*

Thom. (S.) — S. Thomas, e nobilissimo comitum Aquinorum genere in finibus Campaniæ oriundus, vir inter sanctos doctissimus, et inter doctos sanctissimus, theologiæ splendor, theologorum parens, ingens virtutis et doctrinæ thesaurus, Ecclesiæ doctor incomparabilis, cognomento et merito *Angelicus*, Alberti Magni discipulus, sancti Bonaventuræ amicus; honorum fastidio motus, totum se scientiæ et pietati tradidit et sancte obdormivit in Domino die 7 Martii anno 1274. Ex ejus præclaris operibus præcipua: *Summa theologiæ in quatuor partes divisa, — Commentaria in Epist. S. Pauli, in Evang. et prophetas, — Catena aurea, — Commentaria in octo libros physicorum, — Commentaria in libros Sententiarum*, etc., etc.

Thom. (S.) — S. Thomas a Villanova, natione Hispanus, patria Villanovanus, Valentiæ episcopus, Caroli V evangelicus divini verbi præco, in omni genere virtutum sed præsertim erga pauperes misericordia maxime claruit, solutus vinculis corporis ad cœtum angelicum migravit anno 1555. Edidit in lucem *Sermones.*

Thomas. — Thomasinus Ludovicus, Gallus, congregationis Oratorii percelebris theologus, Parisiis in seminario Sancti-Magloriæ cum magno plausu theologiam docuit; e vivis decessit anno 1695; vir erat tam scientia quam animi dulcedine et modestia conspicuus. Scripsit: *Dissertationes ad concilia, — Dogmata theologica, — Discipline ecclésiastique.*

Thomas. — Thomasius Jacobus, natione Germanus, e nobili familia Lipsiæ oriundus, humaniores litteras et philosophiam professus est; in hac urbe decessit anno 1684. Edidit: *Origines historiæ philosophicæ et ecclesiasticæ, — Dissertationes.*

Thomas. — Thomasius Christianus, præcedentis filius, Francofurtensis doctor, obiit 1728; vir difficilis et morosi animi, doctrinas insanas de concubinatu propagare voluit. Multa ejus opera inter quæ: *Introductio ad philosophiam aulæ, — Historia sapientiæ et amentiæ, — Fundamenta juris naturalis et gentium.*

Thorspeck. — Thorspecken Josephus Gaspardus, religionis reformatæ theologus, scripsit *De litteris canonicis.*

Thurman. — Thurmannus edidit opus cui titulus: *Collectio scriptorum in duellicis.*

Tiburt. Nav. — Tiburtius Navarro, vide Navarro.

Tillemont. — Tillemontius Ludovicus Sebastianus, natione Gallus, celeber historiographus, prima scientiæ principia didicit in schola vulgo dicta Port-Royal, ubi magno Arnaldo in investigationibus in adjumentum venit. Decessit anno 1698. Eximia edidit opera: *Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique des six premiers siècles, — Histoire des empereurs et des autres princes qui ont régné pendant les six premiers siècles.*

Tiraquell. — Tiraquellus Andreas, Gallus, jurisconsultus, consiliarius curiæ supremæ, ab Henrico II et Francisco I ad componendas res difficiliores sæpius adhibitus, obiit 1558. Scripsit: *De privilegiis piæ causæ, — Tractatum legum matrimonialium.*

Tirin. — Tirinus Jacobus, natione Belga, patria Antuerpiensis, adscitus in Societatem Jesu, ubi magna virtutis commendatione vixit; multis præclare perfunctus officiis in eadem Congregatione, obiit Antuerpiæ anno 1636. Edidit in lucem *Commentaria in totam sacram Scripturam.*

Titelman. — Titelmanus Franciscus, Belga, ordinis Minorum, Lovanii theologiam professus est; hic modo alios docens, modo contra hæreticos subdolosque scribens, energiæ rationum miram immiscuit pietatem; obiit circa annum 1540. Scripsit *Commentaria in Evangelia, in Epistolas canonicas*, etc.

Titit. — Titius Gottlieb Gerardus. Germanus jurisconsultus, obiit 1714. Scripsit *De servitute in faciend. consist.*

Titus Liv. — Titus Livius, percelebris historiographus Romanus, cujus vita ignota sed opera notissima; decessit anno 17. Abundanti, vario et elegantiori stylo edidit in lucem *Historiam Romanam.*

Tolet. — Toletus Franciscus, sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis, natione Hispanus, patria Cordubensis, e Societate Jesu, fuit Pii V prædicator, quo in munere et in pluribus aliis se virum reconditæ doctrinæ excellentia, ingenii perspicuitate et magnitudine conspicuum exhibuit; obiit Romæ anno salutis 1596. Scripsit: *Commentaria in Evang., — Summam Theologiæ, — Sermones.*

Tolos. — Tolosanus Petrus Gregorius, jurisperitus, edidit opus cui titulus: *Syntag. juris.*

Tom. — Tome Petrus, ordinis Minorum, *Doctor invincibilis* cognominatus, scripsit: *Commentaria in quatuor libros Sententiarum, — De conceptione B. M. V.*

Tond. — Tondutis (Petrus Franciscus de), edidit *Quæstiones et resolutiones canonicas et civiles.*

Tonel. — Tonellus Hippolytus scripsit opus cui titulus: *Enchirion ea, quæ ad sacrificium Missæ spectant, ob oculos ponens.*

Torel. — Torelli Lælius, Italus, jurisperitus, cancellarius et secretarius ducis Cosmi I; suprema academiæ Florentinæ munera gessit, et decessit anno 1576. Opera: *Fasti consulari dell' academia di Firenze, — De militiis ex casu, — Digestorum seu Pandectorum libri quinquaginta.*

Torr. — Torre Christophorus, jurisperitus Italus, cancellarius episcopalis, decessit anno 1586.

Digitized by Google

Opus ab eo scriptum cui titulus : *Exercitium juris patronatus.*

TOSTAT. — Tostatus, vide Abulensis.

TOURNEL. — Tournely Honoratus, natione Gallus, doctor Sorbonicus, theologiam præclare professus est; vir ingenii excellentia, facilitate et scientia conspicuus, bullæ *Unigenitus* acerrimus defensor; vita functus est anno 1729. Præcipua ejus opera : *Opera theologica*, — *Continuatio prælectionum theologicarum.*

TOUTT. — Touttæus Antonius Augustinus, Gallus, congregationis Sancti Mauri, scientiæ linguarum peritissimus, diem obivit supremum anno 1718. Evulgavit Latine et Græce *Sancti Cyrilli Hierosolymitani opera.*

TRENTACINQ. — Trentacinque Alexander, Italus jurisconsultus, floruit decimo septimo sæculo. In lucem edidit : *Practicarum resolutionum juris libros tres*, — *De substitutionibus consiliorum seu responsorum consilium pro civitate Aquilana.*

TREUTL. — Treutler Hieronymus, jurisperitus Germanus qui obiit 1607. Scripsit *Select. disp.*

TRITHEM. — Trithemius Joannes, natione Germanus, ordinis sancti Benedicti abbas, in cognitione linguæ Latinæ et Græcæ versatus, qui e vivis decessit 1516. Multa scripsit opera quorum præcipua : *Catalogus scriptorum ecclesiasticorum*, — *Catalogus hominum illustrium Germaniæ*, — *Alius de viris illustribus ordinis Benedictinorum.*

TROMBEL. — Trombelli Joannes Chrysostomus, canonicus regularis Sancti Salvatoris Bononiæ, in omni scientiarum genere eruditus, obiit 1784. Scripsit : *De cultu sanctorum dissertationes decem*, — *Tractatum de sacramentis.*

TROTZ. — Trotzius Christianus Henricus, Germanus jurisperitus, decessit 1773. Vulgavit *Adnotationes ad Hugonem Hermannum de origine scribendi prima.*

TROVAMAL. — Trovamala Joannes Baptista, Italus natione, ordinis Minorum, non minus utriusque juris quam theologiæ cognitione excultus. Ordine alphabetico scripsit *Summam casuum conscientiæ*, quam *Rosellam* vocant.

TRULLENCH. — Trullenchus Joannes Œgidius, doctor theologiæ, edidit opus cui titulus : *Praxis sacramentorum.*

TUDERT. — Tudertinus Octavius, episcopus Assiensis, scripsit *Introductionem ad lectur. Offic.*

TURREB. — Turreblanca, canonista, edidit opus : *De jure spiritali.*

TURREC. — Turrecremata Joannes, Hispanus, ab oppido natali Torquemada vulgari idiomate nuncupato, ordinis Prædicatorum, sanctæ Ecclesiæ cardinalis, ab Eugenio IV ad Basileense concilium missus est; vir utique ob probitatem morum et præsertim ob maximum fidei zelum perillustris, obiit anno 1468. Scripsit : *Librum de Christi corpore*, — *De B. M. V. conceptione*, — *De auctoritate Romanæ Ecclesiæ*, — *In decretum Gratiani libros quinque.*

TURRIAN. — Turrianus Aloysius, natione Hispanus, patria Complutensis, Societatem Jesu ingressus est; in qua theologiam magno omnium plausu docuit. Obiit anno 1635. Edidit in lucem : *Disputationem in secundam secundæ D. Thomæ De fide, spe, charitate et prudentia*, — *Tractatum de gratia*, *de justitia*, — *Opuscula theologica.*

TUSC. — Tuscus Dominicus, natione Italus, jurisconsultus, primum rei militari ascriptus, deinde sacerdos factus et sanctæ Ecclesiæ Romanæ cardinalis, migravit ad Dominum anno 1620, ætatis suæ 90. Scripsit *Practicus conclusiones juris.*

# U

UGHELL. — Ughellus Ferdinandus, Italus, nobili familia oriundus, ordinis Minorum, et congregationis Indicis consultor, vir scientia et pietate clarus, qui decessit Romæ anno 1670. Edidit opus cui titulus : *Italia sacra.*

UGOL. — Ugolinus Bartholomæus, doctus canonista Italiæ, qui obiit 1618. Edidit *Tractatum de sacramentis.*

ULP. — Ulpianus Domitius, Romanus jurisconsultus, imperatoris Alexandri Severi secretarius, deindeque prætorii præfectus in Christianos crudelitatem suam exercuit; a militibus prætorii interfectus interiit anno 226. Exstant *De jure civili fragmenta*, ab Anieno collecta.

URSAY. — Ursaya Dominicus, Romanus jurisconsultus, scripsit : *Disceptationes ecclesiasticas*, —*Practicam criminalem.*

UTTEV. — Uttevillus Claudius Franciscus, natione Gallus, secretarius cardinalis Dubois, unus e quadragintà Academiæ Gallicæ, obiit anno 1742. Typis mandavit *Vérité de la religion chrétienne prouvée par les faits.*

# V

VALASC. — Valascus Olvarez, natione Hispanus, opus edidit cui titulus : *Consultationes rerum judicialium.*

VALASC. — Valascus Thomas, Hispanus, scripsit *Allegationes super varias materias.*

VALENS. — Valens seu Valente Franciscus, natione Lusitanus, patria Ulyssiponensis, e Societate Jesu, vir zelo magno præditus Observantiæ Regularis. Litteras humaniores et philosophiam docuit, deinde rector fuit collegii Augrensis et Bracharensis. Obiit die 23 Novembris 1662. In lucem edidit *Concordiam juris Pontificii cum Cæsareo et cum theologica ratione.*

VALENT. — Valentia (Ferdinandus de), Hispanus jurisconsultus, historiographus Philippi III, obiit Cordubæ anno 1620.

VALENT. — Valentia (Gregorius de), natione Hispanus, patria Methymnensis, e Societate Jesu; primum Ingolstadii, deinde Dilingæ ac tandem Romæ theologiam docuit et adversus hæreticos acerrime dimicavit. Neapoli e vivis decessit 25 Aprilis, anno 1603. Clarissima exstant opera, quorum præcipua : *Commentaria in totam Summam divi Thomæ*,— *Controversiæ diversæ fidei.*

VALER. — Valerius seu Valiero Augustinus, natione Italus, sanctæ Ecclesiæ Romanæ cardinalis; primum professor theologiæ et juris canonici, deinde Veronensis factus episcopus, multis congregationibus Romæ præfuit. Pie in hac urbe decessit anno 1606. Scripsit : *De benedictione agnorum Dei*, — *De rhetorica prædicatoris*, — *De recta philosophandi ratione*, etc.

VALER. — Valerius Joannes, Carthusianus, scripsit opus cui titulus : *Differentia inter forum conscientiæ et judiciale.*

VALLEN. — Vallensis vel de Vaulx Andreas, natione Belga, Lovaniensis professor, obiit 26 Decembris 1636. Opus vulgavit : *De beneficiis* et *De Decretalium explicationibus.*

VALSEC. — Valsecchius Antonius, ordinis Prædicatorum presbyter, Veroniæ in Italia natus, orator egregius, percelebris professor theologiæ, Paduæ migravit ad Dominum anno 1791. Præcipua opera : *Fundamenta religionis*, — *Veritates Ecclesiæ catholicæ.*

VAN-ESP. — Van-Espen Zegerus Bernardus, patria Lovaniensis, juris canonici peritissimus, schismatico archiepiscopo Ultrajectensi aliquando adhæsit; vita functus est anno 1728. Edidit præclarissimum opus cui titulus : *Jus ecclesiasticum universum.*

VARR. — Varro vel de Uvarra Guillelmus, natione Anglus, professione Minorita, Oxoniæ primum, deinde Parisiis scholasticæ theologiæ subtilissimus pro-

Digitized by Google

fessor, Scoti præceptor. Claruit circa annum 1290, sui ingenii monumenta relinquens : *Commentaria in libros Sententiarum, — In Aristotelem, — Quodlibeticas quæstiones.*

Varr. — Varro Marcus Terentius, *doctissimus Romanorum* appellatus propter eminentem scientiam, vir acutissimi ingenii, Pompeii legatus et a Cæsare proscriptus. Ex innumeris operibus pervenit ad nos : *Tractatus de lingua Latina. — Alius tractatus De re rustica.*

Vasq. — Vasquez Gabriel, natione Hispanus, patria Bellomontanus, e Societate Jesu, presbyter magni ingenii et ideo *Augustinus Hispaniæ* appellatus, Romæ theologiam professus est; decessit anno 1604, relinquens : *Commentaria in Summam S. Thomæ, — Quæstiones de Deo et de prædestinatione, — Opuscula moralia*, etc.

Veg. — Vega Andreas, natione Hispanus, ordinis Prædicatorum, theologus scholasticus, decessit anno 1570. Scripsit : *De justificatione, — De gratia, — De fide, operibus et meritis.*

Veith. — Veith Laurentius Franciscus Xaverius, natione Germanus, e nobili familia oriundus, Societatis Jesu, doctor theologiæ et Scripturæ sacræ professor; obiit anno 1796. Scripsit : *De primatu et infallibilitate Romani Pontificis, — De gemina delectatione cœlesti ac terrena relative victrice, — Polizia della Chiesa.*

Ventrig. — Ventriglia Joannes Baptista, natione Italus, Casertanus episcopus. Edidit opus cui titulus : *Praxis rerum notabilium, præsertim fori ecclesiastici.*

Vert. — Vertus Claudius, patria Parisiensis, ordinis Cluniacensis monachus, eruditione clarus et Abbatis Villæ prior. Vita functus est anno 1708. In lucem edidit : *Traduction de la règle de S. Benoît, — Explication simple, littérale et historique des cérémonies de l'Eglise.*

Vestrius. — Vestrius Octavianus, natione Italus, celebris jurisperitus xvi sæculi. Exstant : *Introductiones in Romanæ aulæ actionem, — Practica in Romanæ aulæ actionem.*

Vicat. — Vicatus Philippus, natione Germanus, juris professor Lausonii, obiit 1770. Edidit multa opera quorum præcipuum : *Vocabularia utriusque juris.*

Vicec. — Vicecomes seu Visconti Josephus, Italus, bibliothecæ Ambrosianæ collector adhibitus a Frederico Borromæo cardinali, vita functus est anno 1626. In lucem edidit *Observationes ecclesiasticas de ritibus rerum sacrarum.*

Victorell. — Victorellus Andreas, Bassanensis theologiæ doctor, xvii sæculo florebat. Scripsit opus : *De origine et clausula monialium.*

Victoria. — Victoria (Franciscus de), natione Hispanus, ordinis Prædicatorum, theologus adeo excellens ut *lumen Hispaniæ* appellatus fuerit; obiit Salmanticæ anno 1546. Edidit in lucem : *Commentaria in universam Summam divi Thomæ, — Prælectiones tredecim de bello, homicidio*, etc.

Viel. — Vielmius Hieronymus, ordinis Prædicatorum, civitatis Novæ episcopus, Venetiis nobili familia natus, vir doctrina et multiplici scientia illustris, theologiam in universitate Patavina docuit; transiit ad superos anno 1582. Scripsit : *De episcopis titularibus, — Elucubrationes de residentia episcoporum.*

Viexmont. — Viexmontius Claudius, patria Parisiensis, evulgavit opus cui titulus : *Salutaris pœnitentia peccatoris.*

Viger. — Vigerius Joannes, natione Italus, ordinis Minorum, post officium magistri generalis conventualium factus episcopus Chiensis, florebat circa annum 1533. Edidit : *Commentaria in lib. Sententiarum, — Lecturam in librum Scoti.*

Vigl. — Viglius de Zuichem d'Ayla, præclarus jurisconsultus Hollandiæ, consiliarius privatus Caroli V et Hollandiæ præfectus, diem obivit supremum anno 1577. Scripsit *Notas de testamentorum titulo.*

Vign. — Vignerius Joannes, natione Hispanus, in academia Tolosana professor, vir philosophica et theologica scientia præclarus, xvi sæculo florebat. Evulgavit *Institutiones ad scholasticam theologiam.*

Villal. — Villalobas (Henricus de), Hispanus, presbyter ordinis Prædicatorum, juris canonici peritus, per annos triginta doctissime theologiam professus est; obiit 1623. Opus scripsit cui titulus : *Theologia scholastica et moralis.*

Villan. — Villanus Joannes, Florentinus historiographus celebris, obiit 1348. *Historiam* composuit.

Vincent. — Vincentius Bellovacensis, ordinis Prædicatorum, S. Ludovici regis Francorum lector, ejusque filiorum præceptor, decessit 1264. Scripsit *Speculum majus.*

Vincent. — Vincentius Ferreriensis (S.), Hispanus, ordinis S. Dominici presbyter, Hispaniam, Galliam, Italiam et Germaniam prædicando peragravit; curam maximam adhibuit tempore schismatis, ut unitas in Ecclesia reduceretur. Obiit in odore sanctitatis 1419. Multa ex eo opera : *Tractatus vitæ spiritalis, — Tractatus finis mundi*, etc.

Vinit. — Vinitor Gerlacus, vicarius ad S Ursulam Coloniæ, scripsit : *Compendium de sacramentis, — Compendium sacrorum rituum et cæremoniarum.*

Vinn. — Vinnius Arnoldus, in Hollandia natus, jurisconsultus, obiit 1657, opus relinquens cui titulus : *Institutionum imperialium commentarius.*

Virg. — Virgilius Maro, Andibus Mantuæ natus, Latinorum poetarum princeps, ingenio et elegantiori stylo percelebris; quem favore prosecuti sunt Mecænas et Augustus Cæsar imperator; obiit anno 19. Cognoscuntur opera : *Bucolica, Georgica* et *Æneis.*

Vital. — Vitalinus Bonifacius, Italus jurisperitus, in universitate Avenionensi professor, a Clemente Papa VI sacri palatii auditor nominatus; decessit anno 1389. In lucem edidit opus cui titulus : *De maleficiis, — Commentaria in constitutiones Clementis VI.*

Viv. — Viva Dominicus, natione Italus, e Societate Jesu, percelebris theologus, quem magno in pretio habebat Papa Benedictus XIV; Neapoli decessit anno 1726. Opera evulgavit quibus tituli : *Cursus theologicus scholasticus, — Theses damnatæ ab Alexandro VII, Innocentio XI et Alexandro VIII, — De Jubilæo.*

Viv. — Vives Joannes Ludovicus, natione Hispanus, scientia clarus, primum litterarum humaniorum professor in urbe Lovanii, deinde Mariæ Anglorum reginæ præceptor; obiit 1540. Edidit : *Commentaria De civitate Dei, — Tractat. De religione.*

Viv. — Vives Franciscus Hispanus, edidit opus cui titulus : *Sylva communium opinionum.*

Vivia. — Vivianus Julianus, Italus jurisconsultus, juris canonici professor, Consentinus archiepiscopus, e vivis decessit 1641. Typis mandavit *Praxim juris patronatus acquirendi.*

Voet. — Voetius Joannes, in Hollandia natus, Lugduni Batavorum juris professor, vita functus est anno 1714, opus eximium relinquens cui titulus : *Commentaria ad Pandectas.*

Voet. — Voetius Paulus, pater præcedentis, Ultrajecti juris professor, obiit anno 1667. Scripsit : *De duellis licitis et illicitis, — De usu juris civilis et canonici in Belgio unito, — De jure militari.*

Volpil. — Volpiliere (Philippus de), natione Gallus, theologiæ doctor, celebris orator; decessit initio decimi octavi sæculi. Præcipua opera : *Sermons, — Discours synodaux, — Théologie morale, — La vie réglée dans le monde.*

Vopisc. — Vopiscus Flavius, patria Syracusanus, historiæ Latinæ scriptor, tempore Diocletiani imperatoris vivebat. Composuit : *Historiam Aureliani, Taciti, Floriani, Probi, Firmi, Cari*, etc.

Digitized by Google

Voss. — Vossius Gerardus Joannes, natione Germanus, vir ingenio et eloquentia maxime pollens, præclarus philologus et professor historiæ in universitate Amstelodami; decessit anno 1649. Scripsit : *De origine idololatriæ*,—*De historicis Latinis*, — *De institutionibus rhetoricis, grammaticis et poeticis.*

Vulp. — Vulpe Marcellus edidit opus cui titulus : *Praxis judic. fori ecclesiastici.*

# W

Wading. — Wadingus Lucas, ordinis Minorum Hibernus monachus, patria Waterfortensis, vir religiosissima pietate ac doctrina conspicuus, in tribunali Romanæ Inquisitionis censor ac in sacris Congregationibus consultor; obiit 17 Novembris anno 1657. Opera : *Annales Minorum cum indice et continuatione*, — *Commentaria ascetica*, — *Commentaria in Evang.*

Wading. — Wadingus Petrus, natione Hibernus, Societatis Jesu, in omni scientiarum genere præstans, docuit theologiam partim Lovanii, partim Pragæ, deinde fuit cancellarius in universitatibus Pragensi et Græcensi. Migravit ad Dominum die 13 Septembris 1644. Typis mandavit : *Tractatum contra hæreticos*, — *Tractatum de contractibus in genere et in specie.*

Wagner. — Wagnerech Henricus, natione Germanus, patria Monacensis, Societatem Jesu ingressus est; philosophiam et theologiam in academia Dilingana docuit, munusque cancellarii in eadem exercuit. Dilingæ migravit ad Dominum die 11 Novembris, anno 1664. Edidit : *Tractatum de creatione*, — *Commentaria exegetica in Decretales*, — *Vindicias politicas adversus pseudopoliticos.*

Walaf. —Walafridus Strabo vel Strabus, natione Germanus, primum Fuldæ sacris litteris institutus, sub disciplina Rabani Mauri magistri sui, deinde S. Galli abbas in diœcesi Constantiensi, floruit scientia et pietate. Obiit circa annum 849. Scripsit : *De Officiis divinis, seu de exordiis et incrementis rerum ecclesiasticarum*, — *Commentaria in sacram Scripturam.*

Walch. —Walchius Joannes Georgius, Germanus philologus, et religionis reformatæ theologus, Ienæ theologiam docuit et in eadem urbe decessit anno 1775. Præcipua ejus opera : *Dictionnarius philosophicus*, — *Introductio in libros ecclesiæ Lutheranæ*, — *Introductio in scientias theologicas*, — *Historia ecclesiastica Novi Testamenti*, etc.

Wald. — Waldensis vel de Walden vel melius Netter Thomas, natione Anglus, ordinis Minorum, concilio Pisæ adfuit anno 1409, deinde concilio Constantiensi 1415. Legationem gessit ad Wladislaum regem Poloniæ, et Vitolfum ducem Lithuaniæ ad fidem convertit. Obiit die 3 Novembris 1430. Exstat opus : *Doctrinale antiquitatum fidei ecclesiasticæ.*

Wam. —Wamesius Joannes, natione Belga, jurisconsultus, Lovanii jus docuit, et vita functus est anno 1590. Edidit opus cui titulus : *Consiliorum juris centuriæ sex.*

Wart. — Warton seu Wharton Henricus, natione Anglus, Minsterii parochus, obiit anno 1694. Multas investigationes adhibuit in componendis operibus sequentibus : *Anglia sacra*,—*Historia de episcopis et decanis Londinensibus et Assaviensibus.*

Wassen. — Wassenaar Gerardus, Ultrajecti in Hollandia natus, ibidem decessit 1664, utile opus relinquens : *Practicum judiciale.*

Weistn. — Weistner Jacobus, Societatis Jesu, scripsit *Institutiones canonicas.*

Wels. —Welser seu Velser Marcus, natione Germanus, historicus, philologus et rerum publicarum gerendarum vir peritus, obiit circa annum 1614. Composuit : *Rerum Boicarum libros quinque*,—*Rerum Augustanarum Vindelicarum lib. septem*,—*Fragmenta tabulæ antiquæ.*

Werb. — Werber, forte Wernher, Germanus jurisconsultus, obiit anno 1742. Opus evulgavit cui titulus : *Selectæ observationes forenses.*

Wesel. — Wesel Arnoldus, natione Germanus, in scientia linguæ Latinæ, Græcæ et Hebraicæ maxime versatus; obiit 1354. Reddidit Latine *Procopii orationes de Justiniani Augusti ædificiis.*

Whist.—Whistonus Guillelmus, natione Anglus, primum tanta philosophiæ et theologiæ scientia emicuit, ut loco Newtonii in universitate Cantabrigiensi professor nominaretur. Sed mox debili judicio illusus, innumeros errores non solum de physica docuit, verum etiam de dogmate sanctæ Trinitatis, de æternitate pœnarum, adeo ut ex Universitate expulsus fuerit et condemnatus. Decessit in magna paupertate anno 1752. Præcipua opera : *Epistolæ astronomicæ*, — *Lectiones physico-mathematicæ*, — *Concordantia quatuor Evangeliorum.*

Whitb. —Whitbius Daniel, natione Anglus, doctor theologiæ et rector Sancti Edmundi Salisburiensis, magno odio prosecutus est Ecclesiam catholicam nec non Sociniorum sectam; in senectute Arianum erronem obstinato animo defendit. Obiit anno 1726, linquens : *Tractatum de certitudine religionis Christianæ in genere et de resurrectione J. C. in specie*, — *Paraphrases et commentaria de Novo Testamento*, — *Examen variantium Joannis Millii in Novum Testamentum*, — *De sanctarum Scripturarum interpretatione secundum Patrum commentarios.*

Wigg. — Wiggers Joannes, Lovaniensis doctor, collegii Leodici rector, vir clarus pietate et scientia, decessit e vivis anno 1639. — *Commentaria in Summam S. Thomæ.*

Willenb. — Willenberg Fredericus Samuel, natione Germanus, jurisconsultus, vita functus 1748, scripsit *Dissertationes de decanis.*

Winslow. — Winslow Eduardus, natione Anglus, præfectus coloniæ Plymuthensis in America orientali, obiit anno 1655, opus liquens cui titulus : *Bona nuntia novæ Angliæ.*

Wion. — Wion Arnoldius, natione Belga, patria Duacensis, e congregatione Casinensi monachus, propter bellum civile pergit in Italiam, ubi opera absurdis repleta composuit : *Genealogiam familiæ Aniciorum*, — *Lignum vitæ.*

Wisemb. — Wisembech, Germanus jurisconsultus, *De Pandectis* scripsit.

Witas. — Witassius Carolus, natione Gallus, doctor Sorbonicus et professor regius theologiæ, bullam *Unigenitus* recipere recusavit et ideo in exsilium missus est. Doctor ille præclarus scientia, nitido stylo composuit : *Lettres sur la Pâque*, — *Tractatus de Pœnitentia*, *Ordine*, *Eucharistia*, *Trinitate* et *Incarnatione.*

Wolff. — Wolfius (Joannes Christianus de), Germanus, percelebris philosophus, primum Lipsiæ cum tanto plausu philosophiam docuit ut plurimæ universitates illius possidendi honorem contenderint. In academia Hallensi, ubi erat professor, mox suspectus de opinionibus et ideo expulsus, sed postea honorifice revocatus, primum universitatis munus adeptus est. Reges Sueciæ et Prussiæ et princeps elector Boiariæ illum inter amicos numerabant et summis dignitatibus cumularunt; in splendore gloriæ suæ decessit anno 1754. Multa edidit quorum præcipua : *Philosophia rationalis seu Logica*, — *Physica*, — *Philosophia moralis*, — *Jus naturæ*, — *Jus gentium*, — *Horæ subsecesivæ Marburgenses.*

Wurdtw. — Wurdtwein Stephanus Alexander, natione Germanus, episcopus suffraganeus electoris Moguntini, vita functus anno 1796, scripsit : *Concilia Moguntina*, — *Subsidia diplomatica*, ...

Digitized by Google

*Nova subsidia diplomatica*, — *Bibliothecam Moguntinam*.

# Y

Yvo Carn. — Yvo Carnotensis episcopus, e familia nobili oriundus, Lanfranei discipulus, Philippo I regi Francorum divortium exprobrare non dubitavit, in multa disciplina rexit diœcesim, et de Domino bene meritus in odore sanctitatis mortuus est anno 1115. Illius exstant : *Chronicon abbreviatum regum Galliæ*, — *Collectio decretorum ecclesiasticorum*.

# Z

Zabarel. — Zabarella, natione Italus, cardinalis et legatus ad concilium Constantiense, decessit anno 1417. Scripsit *Commentaria in Decretales et Clementinas*.

Zaccar. — Zaccaria Franciscus Antonius, Italus, e Societate Jesu, doctus inter doctissimos recensendus, professor collegii Romani Sapientiæ, anno 1795 migravit ad Dominum. Edidit multa opera quorum præcipua : *Anti-Febronius vindicatus*, — *Apologia theologiæ Busembaum*, — *Defensio Summorum Pontificum Benedicti XIII*, *Benedicti XIV, et Clementis XIII*, — *Multæ dissertationes et opuscula*.

Zacch. — Zacchias Paulus, Romanus, medicus Innocentii X, vir in omni genere scientiarum conspicuus, Romæ decessit 1659. Scripsit : *Quæstiones medico-legales*, — *Vitam quadragesimalem*, — *De morbis hypocondriacis libros tres*.

Zachar. — Zacharia Adrianus edidit opus *De expositione SS. Sacramenti*.

Zalling. — Zällinger Antonius, Germanus canonista, vita functus est 1812. Edidit *Disquisitiones philosophiæ Kantianæ*.

Zallw. — Zallwein Gregorius, natione Germanus, ordinis sancti Benedicti monachus, rector universitatis Saltzburiensis, migravit ad Dominum anno 1712. Edidit : *Fontes originarii juris canonici*, — *Dissertationem de statu Ecclesiæ*, — *Principia juris ecclesiastici universalis et particularis Germaniæ*.

Zamb. — Zamboni, natione Italus, scripsit *Collectiones declarat. S. cong. Concilii*.

Zambr. — Zambranus Melchior, pastor Segobiensis, vulgavit opus cui titulus : *Aureæ decisiones casuum conscientiæ*.

Zamor. — Zamora Laurentius, Hispanus, religiosus Cisterciensis, orator eloquentia insignis, diem obivit supremum anno 1614. Typis mandavit : *Commentaria in Canticum canticorum*, — *Sermones vel monarchia mystica*.

Zanard. — Zanardus Michael, ordinis Prædicatorum, vir e nobili familia oriundus, theologiæ professor, Mediolani obiit 1641. Inter opera commemoremus : *Commentaria in Metaphysicam Aristotelis*, — *Directorium theologorum*.

Zanch. — Zanchius Hieronymus, natione Italus, primum canonicus regularis Lateranensis, deinde doctrinas religionis reformatæ amplexus est; vir scientia, modestia et pietate insignis; decessit anno 1590. Scripsit *Commentaria in Epist. S. Pauli*, — *De prælat. exercit.*

Zanett. — Zanettini Hieronymus, jurisconsultus decimi quinti sæculi, natus Bononiæ in Italia, ubi fuit professor juris, obiit anno 1493. In lucem edidit : *Contrarietates inter jus civile et canonicum*; — *De foro conscientiæ et contentione*.

Zas. — Zasius Joannes Ulricus, patria Constantiensis, consiliarius Ferdinandi I et Maximiliani II, Basileæ jurisprudentiam docuit; e vivis decessit 1565. Scripsit *De re judicata*.

Zecch. — Zecchius Lælius, canonicus Brixiensis, in fine decimi sexti sæculi floruit; vir jurisprudentiæ et theologiæ scientia præclarus. Typis mandavit : *De republica ecclesiastica*, — *De principis administratione*, — *De usuris*.

Zech. — Zech Franciscus Xaverius Societatis Jesu, doctus canonista, natione Germanus; jus docuit in universitate Ingolstadii et decessit anno 1772. In lucem edidit : *De jure rerum ecclesiasticarum*, — *De usuris*, — *Rigorem moderatum doctrinæ pontificiæ*.

Zerol. — Zerola Thomas, natione Italus, episcopus Minoricensis, obiit 1597. Scripsit : *Praxim sacræ pœnitentiæ*, — *Praxim episcoporum*, — *De jubilæo et indulgentiis*.

Ziegl. — Zieglerus Gaspardus, Germanus jurisconsultus, vir in omni scientiarum genere præclarus, in universitate Wittenbergensi professor, in hac urbe decessit anno 1690. Exstant : *De milite episcopo*, — *De clero renitente*, — *De episcopis*.

Zoes. — Zoesius Henricus, natione Belga, doctor Lovaniensis, celebris juris professor, obiit 1627. Scripsit : *Institutiones juris civilis*, — *De jure canonico universo*.

Zonar. — Zonaras Joannes, Græcus historiographus et canonista, primum in aula imperatorum Constantinopolitanorum munera exercuit, deinde honorum fastidio motus in ordinem S. Basilii ingressus est; medio duodecimo sæculo florebat. Exstant : *Annales*, — *Commentaria in canones*.

Zuich. — Zuichem d'Aita Vigilius, Barthusenii in Hollandia natus, jurisconsultus, præses concilii Bruxellarum, cancellarius ordinis Velleris aurei, obiit 1577. Edidit opus cui titulus : *Institutiones juris civilis*.

Zypæus. — Zypæus Franciscus, natione Belga, inter canonistas doctissimos recensendus, vicarius generalis Antuerpiæ, e vivis decessit anno 1650. Edidit : *Responsa de jure canonico*, — *De jurisdictione ecclesiastica*, — *Jus pontificium novum*.

Digitized by Google

# INDEX BIOGRAPHICUS
# SUMMORUM PONTIFICUM,
## QUORUM BULLÆ, CONSTITUTIONES ET DECRETA IN LUCII FERRARIS BIBLIOTHECA REFERUNTUR,
### ORDINE ALPHABETICO DIGESTUS.

*Post unamquamque bullam vel constitutionem, revocantur quæque verba auctoritate bullæ confirmata.*

## A

ADRIANUS V, natione Italus, patria Genuensis, obiit die 40 pontificatus sui, anno 1276. Edidit constitutionem de Immaculata Conceptione B. M. V.; vid. verb. Conceptio B. M. V.

ADRIANUS VI, natione Germanus, patria Trajectensis, electus est papa anno 1522, vir inter scriptores ecclesiasticos annumerandus, migravit ad Dominum anno 1523. Edidit constitutiones incip. *Dudum*, vid verb. Superstitio; — *Dum intra*, vid. verb. Religiones regulares.

ALEXANDER II, natione Italus, patria Mediolanensis, electus est papa anno 1061; obiit anno 1073. Edidit Breve incip. *Quoties*, Octob. 1068; vid. verb. Religiones regulares.

ALEXANDER III, natione Italus, patria Senensis, electus est papa anno 1159. Quo regnante, habitum est concilium œcumenicum XI, *Lateranense* III. Iste papa animi firmitate et constantia clarus, regi Anglorum pœnitentiam imposuit ad cædem S. Thomæ Cantuariensis expiandam. Primus summis pontificibus reservavit sanctorum canonizationem quam certis regulis subjecit. Obiit anno 1181. — Victor, Paschalis, Calistus, Innocentius successive antipapæ contra Alexandrum electi fuerunt. Edidit constitut. incip. *Ad audientiam*, vid. verb. Decimæ; — *Apostolicæ Sedis*, anno 1175, vid. verb. Archimandrita; — *Non est vobis*, vid. verb. Votum; — *Quia nonnulli*, vid. verb. Beneficium; et epistolam ad archiep. Ravennat., vid. verb. Lex.

ALEXANDER IV, natione Italus, patria Anianensis, electus est papa anno 1254, vir zelo conspicuus, migravit ad Dominum anno 1261. Edidit constitut. incip. *Ad capiendam*, vid. verb. Inquisitio; — *Commissæ nobis*, vid. verb. Religiones regul.;— *Cum a nobis*, vid. verb. Religiones regul.;— *Cum hi*, vid. verb. Electio; — *Cupientes*, vid. verb. Inquisitio; — *Ex parte vestra*, vid. verb. Episcopus, Votum; — *Ne commissæ*, vid. verb. Inquisitio, Notarius; — *Uberes fructus*, vid. verb. Dominium.

ALEXANDER VI, natione Hispanus, patria Valentinus, electus papa anno 1492, obiit 1503. Edidit constitutiones incip. *Ad exstirpanda*, vid verb, Hæreticus; — *Admirabile*, vid. verb. Crux, Titulus; *Ad sacram*, vid. verb. Sacrista;—*Committens facultatem*, vid. verb. Religiones regul.;—*Cum in principio*, vid. verb. Jubilæum; — *Plantatus*, vid. verb. Religiones regul.; — *Illius qui se pro dominici*, vid. verb. Conceptio B. M. V.

ALEXANDER VII, natione Italus, patria Senensis, papa electus est anno 1655. Contra Jansenii fautores fortiter egit. Deditus erat humanioribus litteris doctisque favebat. Obiit anno 1667. Edidit constitut. incip. *Alia pro parte* 30 April. 1660, vid. verb. Cadaver, Parochus, Sepultura; — *Alias*, vid. verb. Hæres; — *Apostolica sollicitudo*, vid. verb. Ordo; — *Conservationi*. vid. verb. Libri, Paramenta sacra; — *Credita nobis*, vid. verb. Electio; — *Creditæ*, 22 Jan. 1667, vid. verb. Anniversarium, Indulgentia, Missa; — *Creditis*, vid. verb. Altare privilegiatum; — *Cum sicut nobis*, vid. verb. Exercitia spiritualia, Libri; — *Ea injuncto nobis*, vid. verb. Habitus; — *Exponi*, vid. verb. Visitare; — *Felici*, vid. verb. Confessarius, Excommunicatio, Moniales, Sepultura; — *Illius, qui charitas est*, vid. verb. Alternativa; — *Inter gravissimas*, 2 Maii 1656, vid. verb. Confessarius, Simonia; — *Licet alias*, vid. verb. Denuntiatio; — *Nos volentes*, vid. verb. Spolium; — *Pastoralis officii*, vid. verb. Transitus; — *Pro comisso*, vid. verb. Moniales; — *Sacro-sancti*, vid. verb. Moniales, Visitare; — *Sanctissimus*, 6 Februar. 1657, vid. verb. Indulgentia; — *Sollicitudo omnium Ecclesiarum*, 8 Decemb. 1661, vid. verb. Conceptio B. M. V, Confessarius, — *Speculatores domus Israel*, vid. verb. Libri prohibiti; — *Unigenitus*, vid. verb. Approbatio, Jubilæum. Damnavit idem papa multas propositiones, tum die 24 Septemb. 1665, tum 18 Martii 1666, vid. verb. Abortus, Absolvere, Adulterium, Canonicatus, Conscientia, Delectatio morosa, Irregularitas, Jubilæum, Legatum, Lex, Libri prohibiti, Luxuria, Maritus, Missa.

ALEXANDER VIII, natione Italus, patria Venetus, electus est papa anno 1689. Damnavit quatuor articulos emanantes ex episcopis Gallicis convenientibus quos contra edidit bullam *Inter multiplices*. Vir erat prudentia, modestia, erga pauperes charitate insignis. Obiit anno 1691. Edidit constitut. incip. *Cum sit compertum*, vid. verb. Religiones regul.; — *Etsi cuncta*, vid. verb. Arma; — *Inter multiplices* 4 Aug. 1690, vid. verb. Concilium. Die 7 Decemb. 1690, varias etiam damnavit propositiones tum fidem, tum mores lædentes, vid. verb. Concilium, Conscientia, Gratia, Ignorantia.

ANASTASIUS IV, natione Italus, patria Romanus, ad summum pontificium anno 1153 electus, et potissimum charitate erga pauperes clarus, migravit ad Dominum anno 1154. Promulgavit constitution. incip. *Christianæ fidei*, vid. verb. Hierosolymitani milites; — *Potestatem*, vid. verb. Religiones regulares.

## B

BENEDICTUS IV, natione Italus, patria Romanus, electus est papa anno 900. Integritate morum et charitate erga pauperes vir erat conspicuus. Obiit anno 904. Edidit constitutionem incipient. *Ex tuis precibus*, vid. verb. Consecrare.

BENEDICTUS XI, natione Italus, patria Tarvisinus, generalis ordinis Prædicatorum, electus est papa anno 1303. Vir erat sacris Scripturis peritus, modestia sapientiaque clarus. Veneno interiit, juxta communem sententiam, anno 1304. In nu-

Digitized by Google

merum beatorum ascriptus est a Clemente XII anno 1733. Edidit. constitut. incipientes *Inter cunctas de privilegiis*, vid. verb. Parochia; — *Dum levamus*, vid. verb. Religiones regul.; — Ejusdem sunt papæ Extravag. sequent. *Inter cunctos*, vid. verb. Absens; — *De schismaticis*, vid. verb. Schisma.

BENEDICTUS XII, natione Gallus, patria Fuxensis, Cisterciensis monachus et doctor Parisiensis, ad summum pontificium electus est anno 1334. Scientiis theologicis et jure versatissimus erat. Virtutum Ecclesiam exemplis edocuit. Plenus diebus et meritis migravit ad Dominum anno 1342. Promulgavit constitut. incipient. *Ad decorem*, vid. verb. Religiones regul.; —*Benedictus Deus*, vid. verb. Anima, Purgatorium, Regimen.

BENEDICTUS XIII, natione Italus, patria Romanus, ordinis Prædicatorum, cardinalis, archiepisc. Cesennatis deinde Beneventi, electus est papa anno 1724. Concilium Romæ convocavit ann. 1725 ut confirmaretur bulla *Unigenitus*. Iste papa omnibus virtutibus clare præditus, maxime charitate erga pauperes et beneficiis erga Romanos enituit. A multis tributis populum vindicavit. Inter scriptores ecclesiasticos annumerandus est. Cujus homiliæ Romæ editæ fuerunt anno 1724. Obiit anno 1730. Edidit constitut. incipient. *Ad nostram audientiam*, vid. verb. Tertiarii; — *Apostolici ministerii*, vid. verb. Clericus; — *Catholicæ Ecclesiæ*, 2 Maii 1725, vid. verb. Clericus; — *Commissi*, vid. verb. Abbas; — *Creditæ*, vid. verb. Seminarium, Unio beneficiorum; — *Cum nos super*, Julii 1724, vid. verb. Jubilæum; — *Demissas preces*, vid. verb. Prædicatorum ordo; — *Dilecti filii*, vid. verb. Tertiarii; — *Dilectis filiis*, vid. verb. Sigillum; — *Exponi nobis*, 14 Januar. 1727, vid. verb. Missa, Regulares, Tertiarii; — *Ex quo*, Jun. 1725, vid. verb. Assasinium, Confraternitas, Duellum, Ecclesia, Moneta, Raptor, Vis; — *Injuncti nobis*, 14 Jun. 1728, vid. verb. Alimenta, Ejecti a religione, Novitiatus; — *Inscrutabili*, vid. verb. Concilium; — *In supremo*, vid. verb. Benedictio, Congregationes, Cleri, Oratorium, Ordo; — *Jamdudum*, Octob. 1729, vid. verb. Montes pietatis; — *Licet sacra*, Februar. 1726, vid. verb. Regulares, Sigillum, Transitus; — *Militantis Ecclesiæ*, 25 Jun. 1727, vid. verb. Præcedentia; — *Officii nostri*, vid. verb. Aromataria; — *Omnium saluti*, die 20 Jul. 1724, vid. verb Altare privilegiatum; — *Pastoralis officii*, 14 Februar. 1726, vid. verb. Approbatio, Beneficium, Canonicatus, Confessarius, Præcedentia, Unio beneficiorum; — *Paterna sedis*, vid. verb. Moniales, Tertiarii; — *Pontificia sollicitudo*, vid. verb. Jubilæum; — *Postulat*, vid. verb. Regulares, Votum; — *Pretiosus*, vid. verb. Interstitia, Parochus, Privilegium, Sepultura, Stola, Tertiarii, Votum; — *Quanta pastoribus*, Septemb. 1724, vid. verb. Pensio; — *Qui pacem loquitur*, 22 Julii 1728, vid. verb. Religiones regul.; — *Qui prosperum*, 27 Aug. 1727, vid. verb. Abbas; — *Quod inscrutabilis*, vid. verb. Concursus; — *Ratio apostolici ministerii*, vid. verb. Tertiarii; — *Romani Pontificis*, anno 1724, vid. verb. Cardinales; — *Romanus Pontifex*, Maii 1725, vid. verb. Quarta funeralis; — *Sacrosancti apostolatus*, vid. verb. Spolium; — *Summe decet*, vid. verb. Interstitia, Privilegium; — *Supplicationibus*, 4 Maii 1725, vid. verb. Jubilæum; — *Universalis Ecclesiæ*, vid. verb. Appelatio, Regularis prælatus.

N. B. Afferendæ sunt iterum constitutiones sequentes ejusdem Papæ Benedicti XIII, quæ primum incuria neglectæ fuerunt. Constitut. incipient. *Ad augendum*, 12 Decemb. 1729, vid. verb. Excommunicatio; — *Æterni pastoris*, vid. verb. Hæreticus; — *Alias emanarunt*, 16 Maii 1724, vid. verb. Eremita, Habitus; — *Ascendente*, vid. verb. Excommunicatio; — *Cum sicut quadam*, vid. verb. Festa; — *Custodes*, Martii 1725, vid. verb. Episcopus, Habitus; — *Ex quo*, vid. verb. Grassator, Homicida, Incendiarii; — *Ex quo divina*, 1725, vid. verb. Immunitas ecclesiastica; — *In dubiis*, vid. verb. Episcopus; — *Injunctæ nobis divinitus*, vid. verb. Indulgentia; — *Inscrutabilis*, vid. verb. Episcopus; — *Inter cætera*, vid. verb. Festa; — *Inter plurima*, vid. verb. Indulgentia, — *Loca sancta Palæstinæ*, vid. verb. Eleemosyna; — *Non multi menses*, vid. verb. Festa; — *Pastoralis*, vid. verb. Episcopus; — *Paterna*, vid. verb. Eucharistia, Indulgentia; — *Postulat humilitatis nostræ*, vid. verb. Episcopus; — *Pretiosus in conspectu*, vid. verb. Eucharistia, Habitus, Hæres, Indulgentia; — *Salvatoris*, vid. verb. Indulgentia; — *Summe decet*, vid. verb. Indulgentia; — *Ubi gratiæ*, vid. verb. Episcopus.

BENEDICTUS XIV, natione Italus, patria Bononiensis, natus est ann. 1675, ex illustri familia cui cognomen erat Lambertini. Primum canonicus basilicæ Sancti Petri, deinde consultor S. Officii, secretarius congregationis Concilii, canonista Sacræ Pœnitentiariæ, archiepiscopus titularis Theodosiæ, cardinalis, archiepisc. Bononiensis, electus est papa anno 1740, post Clementis XII mortem. Vir eruditione magna conspicuus, in studiis litterarum versabatur, doctisque adjumento erat. Multas quotannis bullas vel ad abusus eradicandos, vel ad usus laudabiles introducendos edidit. Populum a quibusdam tributis vindicavit, desideratissimusque Romanis obiit, anno 1758. Annumerandus est inter scriptores ecclesiasticos, quippe qui multa concinnavit opera quæ sexdecim vol. in-fol. cusa fuerunt.

Opus Benedicti XIV maxime conspicuum titulum præbet: *De synodo diœcesana*. Promulgavit etiam constitutiones fere de omnibus quæstionibus ad fidem, mores disciplinamque spectantibus, quarum sequentes in theologia Ferraris revocantur. Constitution. Incipient.: *Ab Augustissimo*, vid. verb. Subripientes; — *Ab eo tempore*, vid. verb. Festa, Nundinæ; — *Accepimus*, vid. verb. Altare, Crux, Episcopus, Eucharistia, Indulgentia, Concilii Tridentini decreta; — *Ad apostolicæ*, vid. verb. Falsum, Præsentatio; — *Ad audientiam*, vid. verb. Tonsura, Vicarius urbis; — *Ad curam*, vid. verb. Moneta; — *A dilecto*, vid. verb. Missiones; — *Ad eradicandam*, 28 Septemb. 1746, vid. verb. Complex peccati, Denuntiatio, Sigillum; — *Ad honorandam*, vid. verb. Archipresbyter, Vaticana basilica; — *Ad militantis*, vid. verb. Appellatio, Causæ, Visitare; — *Admirabilis*, 22 Januar. 1755, vid. verb. Capella, Indulgentia; — *Ad passionis*, vid. verb. Indulgentia; — *Ad Populorum*, vid. verb. Gubernator; — *Ad Romanum pontificem*, vid. verb. Indulgentia, Tertiarii; — *Ad sepulcra apostolorum*, vid. verb. Vaticana basilica; — *Ad supremum*, vid. verb. Regulares; — *Ad tuas manus*, vid. verb. Dispensatio, Hæresis, Missa; — *Ad universæ*, vid. verb. Episcopus, Nuntius, Residentia, Tridentini concilii decreta, Vicarius urbis; — *Æterni Patris*, 12 Aug. 1742, vid. verb. Hæreticus; — *Allatæ sunt*, vid. verb. Baptismus, Eucharistia, Fidei professio, Græci, Missa, Symbolum; — *Alias*, vid. verb. Bannitu, Clericus, Extractio, Familiaris, Homicida; — *Annus*, vid. verb. Musica; — *Apostolica*, vid. verb. Absolvere, Confessarius, Confessio, Dispensatio, Jubilæum; — *Apostolicæ sedis*, vid. verb. Nuntius; — *Apostolicæ servitutis*, vid. verb. Jurisdictio, Negotiatio clericalis, Testis; — *Apostolici muneris*, 8 Februar. 1745, vid. verb. Complex peccati, Confessarius, Hebræus, Missa, Moniales, Sacerdos, Sollicitatio ad turpia; — *Apostolicum ministerium*, vid. verb. Approbatio, Missiones, Regulares; — *Appetente sacro*, 20 Decemb. 1749, vid. verb. Jejunium; — *Beatus Andreas*, vid. verb. Hebræus, Martyrium, Reliquiæ; — *Benedictus Deus*, Januar. 1750, vid. verb. Jubilæum; — *Biennium*, vid. verb.

Digitized by Google

Episcopus, Hierosolymitani milites; — *Bonus pastor*, vid. verb. Dispensatio; —*Causarum*, vid. verb. Abbas, Censura, Episcopus, Falsum, Pontificalia, Tridentini concilii decreta; — *Centumcellas*, vid. verb. Vicinus; — *Certiores*, vid. verb. Communio, Missa; — *Cœlestium munerum*, vid. verb. Indulgentia; — *Cognovimus*. vid. verb. Dispensatio; — *Constantem*, vid. verb. Jesu Societas, Ritus; — *Convenit*, Julii 1741, vid. verb. Capellanus militum; — *Convocatis*, vid. verb. Hæreticus, Jubilæum; — *Cum ad infra scriptam*, vid. verb. Confirmatio; — *Cum alias*, vid. verb. Assasinium, Parochia; — *Cum a nobis*, vid. verb. Archipresbyter, Cardinales, Episcopatus, Episcopus, Tridentini concilii decreta, Vaticana basilica, Vicarius generalis episcopi; — *Cum antiquarum*, vid. verb. Episcopus; — *Cum duo nobiles*, 7 Januarii 1741, vid. verb. Oratorium; — *Cum Encyclicas*, vid. verb. Episcopus, Papa; — *Cum ex relatione*, vid. verb. Testis; — *Cum illud*, vid. verb. Concursus, Examen, Parochia, Vicarius parochialis; — *Cum nos nuper*, vid. verb. Jubilæum, Parochia; — *Cum sacrurum*, vid. verb. Clausura, Moniales; — *Cum semper*, 19 Aug. 1744, vid. verb. Canonicatus, Distributiones quotidianæ, Missa, Regulares, Vicarius parochialis; — *Cum sicut dilectus*, 24 Mart. 1746, vid. verb. Indulgentia; —*Cum tanta sit*, 3 Aug. 1741, vid. verb. Indulgentia; — *Cum ut recte*, vid. verb. Eucharistia, Viaticum; — *Decet Romanum Pontificem*, Decemb. 1749, vid. verb. Congregationes; — *Declarasti montes*, vid. verb. Jejunium; — *Declarasti nobis*, vid. verb. Episcopus, Justitia, Missa, Præsumptio, Usucapio; — *De congregatione*, vid. verb. Reliquiæ; — *Dei miseratione*, Novemb. 1741, vid. verb. Defensor, Missa, Recissio matrimonii; — *Demandatam*, vid. verb. Baptismus, Confirmatio, Dispensatio, Episcopus, Eucharistia, Græci, Jejunium, Missiones, Ritus, Transitus; — *Detestabilem*, Novemb. 1752, vid. verb. Duellum, Ecclesia, Homicida; —*Deum universi*, vid. verb. Præsentatio; —*Dum omnibus*, vid. verb. Auditor; — *Dum universi*, vid. verb. Abbas; — *Ecclesiastica ministeria*, vid. verb. Possessio; — *Elapso proximo anno*, 20 Februar. 1751, vid. verb. Immunitas, Ecclesiastica; —*Emanarunt nuper a nobis*, vid. verb. Eleemosyna; — *Emanavit nuper*, vid. verb. Tertiarii; — *Eo quamvis tempore*, vid. verb. Beneficium, Cælibatus, Confirmatio, Diaconus, Franciscani, Hæreticus, Missa, Ordo; — *Essendo noi*, vid. verb. Aromatoria; — *Etsi*, 26 Jan. 1753, vid. verb. Absolvere, Altare, Baptismus, Calix, Chrisma, Confessarius, Confessio, Confirmatio, Doctrina Christiana, Festa, Fides, Indulgentia, Matrimonium, Ordo, Visitare; — *Etsi pastoralis*, vid. verb. Acolythus, Ætas, Commemoratio, Communio, Confirmatio, Divortium, Episcopus, Eucharistia, Extrema-unctio, Festa, Græci, Jejunium, Matrimonium, Missa, Ordo, Ritus; — *Exempli prædecessorum*, vid. verb. Archiepiscopus, Benedictio; — *Ex omnibus*, vid. verb. Constitutio *Unigenitus*, Viaticum; — *Exponi nobis*, 2 Mart. 1741, vid. verb. Aromatoria, Militia; — *Ex quo*, 1 April. 1747, vid. verb. Beneficium, Clericus, Confraternitas, Eleemosyna, Episcopus, Græci, Jesu Societas, Libri prohibiti, Maritus, Vicarius capitularis; — *Ex tuis precibus*, vid. verb. Episcopus; — *Fidelis Dominus*, vid. verb. Juspatronatus, Parochia, Processiones, Reliquiæ; — *Firmandis*, vid. verb. Confirmatio, Episcopus, Missiones, Parochus, Regulares, Visitare; — *Fraternitas*, vid. verb. Dispensatio; — *Fructuosa*, vid. verb. Beneficium, Militia; — *Gravissimum*, vid. verb. Breve, Episcopus, Missiones, Visitare; — *Impositi*, 27 Februar. 1747, vid. verb. Interstitia, Ordo, Superiores, Tridentini concilii decreta; — *Imposito nobis*, vid. verb. Missa; — *In apostolicæ dignitatis*, vid. verb. Abbas; — *In apostolicæ pœnitentiariæ*, vid. verb. Pœnitentiaria; — *Inclytum*, vid. verb. Episcopus, Prædicare; — *Ineffabili*, vid. verb. Abbas; — *Inexhausti*, vid. verb. Tertiarii; — *In firmandis*, vid. verb. Abbas; — *Injuncta nobis*, vid. verb. Electio, Episcopus, Indulgentia; — *In postremo*, vid. verb. Altare, Consecrare, Episcopus; — *In regimine*, vid. verb. Cardinales: — *Insignem*, vid. verb. Ritus; — *In sublimi*, vid. verb. Beneficium, Pensio, Resignatio, Vicarius Apostolicus; — *In supereminenti*, vid. verb. Jesu Societas; — *In suprema*, 22 Aug. 1741, vid. verb. Confessarius, Dispensatio, Divortium, Jejunium, Missa, Quadragesima, Votum; — *Inter cætera*, vid. verb. Bacchanalia, Caro, Choreæ, Clericus, Indulgentia, Tridentini concilii decreta; — *Inter conspicuos*, vid. verb. Advocati consistoriales, Habitus, Oratorium, Pallium; — *Inter illustria*, vid. verb. Hierosolymitami milites; — *Inter multa*, vid. verb. Abbas, Confirmatio, Græci, Tridentini concilii decreta; — *Inter omnigenas*, vid. verb. Baptismus, Benedictio, Communio, Dispensatio, Exorcista, Fides, Indulgentia, Matrimonium, Oratio; — *Inter plures*, vid. verb. Abbas, Advocati consistoriales, Archimandrita, Jejunium, Metropolitanus, Visitare; — *Inter præcipuos*, vid. verb. Indulgentia; — *Inter præteritos*, vid. verb. Hæreticus, Irregularitas; — *Inter sollicitos*, vid. verb. Ætas, Festa; — *Irregularitas*, vid. verb. Beneficium; — *Jam dudum*, vid. verb. Reliquiæ; — *Jam inde*, vid. verb. Baptismus; — *Jam pridem*, vid. verb. Caro, India, Patroni sancti; — *Justitiæ et pacis*, vid. verb. Cardinales, Causæ; — *Lætiora apostolicæ servitutis*, vid. verb. Votum; — *Libentissime*, vid. verb. Abstinentia, Dispensatio, Jejunium, Medicus, Quadragesima; — *Litteræ*, vid. verb. Missiones; — *Magnæ nobis*, vid. verb. Dispensatio, Falsum, Hæresis, Hæreticus, Missa; — *Magno*, 2 Jun. 1751, vid. verb. Altare privilegiatum, Exorcista, Oratorium; — *Matrimonia*, vid. verb. Ordo; — *Maxima*, vid. verb. Titulus; — *Maximo*, 10 Septemb. 1740, vid. verb. Abbreviatores, Cancellaria, Inquisitio; — *Militantis*, vid. verb. Missa; — *Militares*, vid. verb. Militia, Pontificalia; — *Miseratio*, vid. verb. Appellatio; — *Motus proprius*, Novemb. 1741, vid. verb. Capellanus militum; — *Nihil profecto*, vid. verb. Choreæ; — *Nimia*, vid. verb. Appellatio; — *Nimiam*, vid. verb. Assistentia, Matrimonium; — *Non ambigimus*, 3 Maii 1741, vid. verb. Abstinentia, Dispensatio, Jejunium, Quadragesima; — *Non multi menses*, 14 Novemb. 1748, vid. verb. Confessarius; — *Notum tibi*, vid. verb. Capitulum, Episcopatus; — *Nuper*, vid. verb. Altare privilegiatum, Festa, Indulgentia; — *Officii nostri*, Mart. 1750, vid. verb. Homicida, Immunitas ecclesiastica, Maritus, Mater; — *Omnium*, vid. verb. Baptismus, Dispensatio, Episcopus, Fides, Ingressus, Libri prohibiti, Matrimonium, Resignatio; — *Oneroso*, vid. verb. Beneficium, Parochia; — *Pastoralis æterni*, vid. verb. Apostasia, Appellatio; — *Pastoralis curæ*, vid. verb. Confessarius, Superiores, Tridentini concilii decreta, Vicarius Urbis; — *Pastoralis regiminis*, vid. verb. Abbas, Causæ, Consilium; — *Pastoralis Romani*, vid. verb. Falsum, Litteræ Apostolicæ, Magistratus; — *Pastor bonus*, Vid. verb. Apostasia, Clausura, Excommunicatio, Hæreticus, Indulgentia, Irregularitas, Jubilæum, Ordo, Pœnitentiaria, Regulares, Transitus, Votum; *Paterna charitas*, Januar. 1749, vid. verb. Jubilæum; — *Paternæ charitatis*, vid. verb. Festa, Nundinæ; — *Paternæ vigilantiæ*, vid. verb. Concilium; — *Peracto a nobis*, vid. verb. Consecrare; — *Per binas*, vid. verb. Clausura; — *Peregrinantes*, vid. verb. Jubilæum; — *Pia Mater*, 5 April. 1747, vid. verb. Benedictio, Clausura, Episcopus, Indulgentia, Moribundus; — *Pius Christi fidelium*, vid. verb. Confraternitas, Reservatio casuum; — *Pontificia*, vid. verb. Episcopus, Regulares, Transitus, Tridentini concilii decreta; — *Postquam intelleximus*, vid. verb. Beneficium, Sanctitas, Vaticana basilica; — *Postremo mense*, vid. verb. Baptismus, Be-

Digitized by Google

neficium, Fides, Hebræus, Missa, Patria, Potestas, Pœna, Testis; — *Postulatum*, vid. verb. Ritus; — *Præcipuum*, vid. verb. Cardinales;—*Præclara*, vid. verb. Auditor, Episcopus; — *Præclarum*, vid. verb. Processiones; — *Pro eximia*, vid. verb. Eleemosyna; — *Quadam*, vid. verb. Eucharistia, Missa; —*Quam ex sublimi*, vid. verb. Vicarius Apostolicus; — *Quam inscrutabili*, vid. verb. Concursus; — *Quamvis*, 29 Julii 1752, vid. verb. Negotiatio clericalis, Tridentini concilii decreta; — *Quamvis ad confirmandum*, vid. verb. Episcopus, Eucharistia, India, Jurisdictio; — *Quamvis Justo*, vid. verb. Moniales; — *Quamvis paterna*, vid. verb. Delegare, Judex; — *Quanta*, 30 Junii 1741, vid. verb. Confessarius, Congregationes, Eleemosyna, Missa, Sacerdos; — *Quantopere*, vid. verb. Franciscani; — *Quantum*, vid. verb. Archipresbyter, Visitare; — *Quemadmodum*, 23 Martii 1743, vid. verb. Indulgentia, Laicus, Oratio, Preces publicæ; — *Quemadmodum nihil est*, 10 Decemb. 1746, vid. verb. Oratio; — *Quem religioni sensum*, vid. verb. Symbolum; — *Quoad sancta*, 23 Novemb. 1740, vid. verb. Abbas, Limina; — *Quod Apostolus*, vid. verb. Gubernator; — *Quod communi*, vid. verb. Approbatio, Confessio; — *Quod expensis*, vid. verb. Missa; — *Quo die*, vid. verb. Archiepiscopus, Monopolium; — *Quod inscrutabili*, vid. verb. Beneficium, Canonicatus, Parochia; — *Quo magis*, vid. verb. Beneficium, Missiones, Parochia, Votum; — *Quod provinciales*, vid. verb. Fides; — *Quoniam*, vid. verb. Absolvere, Imagines, Militia, Votum; — *Quoniam in exercitibus*, 2 Junii 1741, vid. verb. Capellanus militum, Confessarius, Interdictum, Jejunium; — *Reddite nobis*, 5 Decemb. 1744, vid. verb. Episcopus, Fides, Legitimatio; — *Redditæ*, vid. verb. Adulterium, Appellatio, Filius, Matrimonium; — *Regis pacifici*, vid. verb. Episcopus; — *Regularis disciplinæ*, 3 Januar. 1742, vid. verb. Clausura, Confessarius, Conventus, Ingressus, Nuntius, Processiones; — *Rerum ecclesiasticarum*, vid. verb. Vaticana basilica; — *Rerum humanarum*, vid. verb. Auditor, Gubernator, Vicarius urbis; — *Romanæ curiæ*, vid. verb. Causæ, Episcopus, Gubernator, Merces, Vicarius urbis; — *Romana Ecclesia*, vid. verb. Confessarius; —*Romanæ Ecclesiæ*, vid. verb. Absolvere, Appellatio, Interdictum, Militia; — *Romanorum Pontificum*, vid. verb. Abbas; — *Romanus Pontifex*, 30 Martii 1742, vid. verb. Cantus, Capuccini, Indulgentia; — *Sacerdos*, vid. verb. Confessio, Militia, Testis; — *Sacramentum pœnitentiæ*, Jun. 1741, vid. verb. Accusatus, Approbatio, Complex peccati, Confessarius, Jubilæum, Reservatio casuum, Sacerdos, Sollicitatio ad turpia; — *Sæpe Romanorum*, vid. verb. Moniales, Transitus; — *Saluberrimum*, vid. verb. Abbas; — *Salutare*, 3 Januar. 1742, vid. verb. Clausura, Confessarius, Moniales, Processiones; — *Satis vobis*, 17 Novemb. 1741, vid. verb. Dispensatio, Filius, Matrimonium; — *Securitatem*, 15 Januar. 1752, vid. verb. Arma; — *Si datam hominibus*, Mart. 1747, vid. verb. Apostasia, Appellatio, Causæ, Defensor, Dispensatio, Missa, Novitiatus, Ordo, Regularis professio, Superiores, Tridentini concilii decreta; — *Singularem*, vid. verb. Prædicare; — *Singularis*, vid. verb. Consilium, Monialis; — *Sollicitæ*, Julii 1753, vid. verb. Congregationes, Lex, Libri prohibiti, Uxor; — *Sollicitudini*, vid. verb. Exorcista, Imagines, Indulgentia; — *Soror Imalda*, vid. verb. Cultus sanctorum, Reliquiæ; — *Sotto il giorno*, 3 Januar. 1751, vid. verb. Jejunium; — *Super familia*, vid. verb. Archimandrita; — *Suprema*, 7 Septemb. 1745, vid. verb. Approbatio, Complex peccati, Confessarius, Denuntiatio; — *Tantopere*, vid. verb. Missiones; — *Ubi primum*, 2 Julii 1746, vid. verb. Clericus, Complex peccati, Confessarius, Denuntiatio, Episcopus, Ordo, Pœna, Seminarium, Sigillum, Visitare; — *Universalis Ecclesiæ*, vid. verb. Alienatio, Beneficium, Locatio, Venditio; — *Vix pervenit*, vid. verb. Mutuum, Usura.

Idem præterea Benedictus XIV scripsit plurimas encyclicas quarum sequentes revocantur in theologia Ferraris : Encyclica edita 16 Jul. 1746, vid. verb. Missa; — Encyclica epist. incipiens *Non Cenza*, vid. verb. Moniales; — Encyclica ad omnes episcopos, 26 Junii 1749, vid. verb. Confessarius, Conscientia; — Epistola ad archiepiscopum Compostellæ, incipiens *Si fraternitas*, vid verb. Jejunium.

BONIFACIUS VIII, natione Italus, patria Anianensis, primum Lugdunensis et Parisiensis canonicus, cardinalis deinde creatus a Martino IV, electus est papa, ann. 1294. Inter dissidia quæ fuerunt illi cum Philippo IV, rege Galliæ, fortem animo sese exhibuit. Inter sanctos Ludovicum nonum ascripsit. Indulgentiam quæ dicitur Jubilæum, post centesimum annum successive per tempora iterum concedi decrevit. Hic papa, pro sæculo quo vixit, non mediocri doctrina instructus erat. Auctor bullæ *In cœna Domini*, in qua contendit Summos Pontifices in imperia jus habere, communiter creditur. Mœrore consumptus Romæ obiit anno 1303. Plures edidit constitut. incipient : *Clerici qui cum unicis*, vid. verb. Clericus; — *Commissa*, vid. verb. Canonicus; — *Consuetudinem*, vid. verb. Distributiones quotidianæ; — *Hac constitutione*, vid. verb. Conservatores; — *Injunctæ de electione*, vid. verb. Episcopus; — *Statutum*, vid. verb. Conservatores. — Præterea scripsit epistolam quæ inter Extravagantes annumeratur, incipient. *Antiquorum*, vid. verb. Indulgentia, — et Encyclicam incipient. *Celebrationem*, vid. verb. Jubilæum.

BONIFACIUS IX, natione Italus, patria Neapolitanus, et familia nobili oriundus, sed ad summam inopiam redacta, cardinalis creatus anno 1381, papa vero electus 1389, quamvis plurimi historici vitia in illo exprobraverint, multis tamen virtutibus claruit et castitate eminuit. Muneris ecclesiastici annuos reditus perpetuos instituit. Obiit anno 1404. Edidit constitutiones incipient. *Justis*, vid. verb. Bannitus; — *Sacræ religionis*, vid. verb. Appellatio. (Tum sæviebat schisma dictum Occidentis.)

## C

CALIXTUS III, natione Hispanus, patria Valentinus et archiepisc., papa electus anno 1455, scientia, virtutibus, charitate, animi fortitudine conspicuus, obiit anno 1458. Inter Extravagantes hujusce papæ quædam reperitur incip. *Regimini*, vid. verb. Census.

CLEMENS IV, natione Gallus, familia nobili oriundus, primum militare cœpit, deinde jurisconsultus a secretis Ludovico nono fuit. Defuncta uxore, statum clericalem elegit et archiepiscopus Narbonensis cardinalisque creatus, ad summum pontificium pervenit anno 1265. Modestiam magnam exhibuit; in sacris litteris peritus, quædam opera scripsit. Clemente IV regnante, expeditionem sacram iniit iterum S. Ludovicus a qua dissuadere regem Galliæ Clemens frustra conatus fuerat. Migravit ad Dominum anno 1268. Edidit constitutiones sequentes : *Ad consequendam*, vid. verb. Ecclesia, — *Cum sæpe*, vid. verb. Approbatio; — *Obtentu divini*, vid. verb. Religiones regul.; — *Providentia*, vid. verb. Episcopus, Votum; — *Ut apostolicæ*, vid. verb. Abbas; — *Virtute conspicuos*, vid. verb. Electio, Excommunicatio, Habitus, Interdictum.

CLEMENS V, natione Gallus, patria Burdigalensis et archiepiscopus, electus est papa anno 1305. Sedem summi pontificii Avenionem transtulit, hicque constanter mansit. Sub illo habitum est concilium Viennense generale, anno 1310, cui præfuit. Hic papa, cum Philippo IV consentiens, ordinem Militum Templi delevit. Collegit in unum tum decreta concilii Viennensis, tum constitutiones a se

Digitized by Google

ipso scriptas, quæ vulgo dicuntur *Clementinæ*. Morte repentina ictus, prope Avenionem obiit anno 1314. Edidit constitut. sequentes quæ apud theologiam Ferraris referuntur : *Benedictus Deus*, vid. verb. Infernus; — *Cum illuminatum*, 8 Maii 1305, vid. verb. . . . . ; — *Exivi de paradiso*, vid. verb. Votum; — *Salvatoris*, vid. verb. Limina. Inter Extravagantes quædam invenitur epistola Clementis V incipiens : *Cedit quidem*, vid. verb. Arma.

CLEMENS VI, natione Gallus, patria Lemovicensis, ordinis S. Benedicti monachus, Parisiensis doctor, Rothomagensis archiepiscopus et cardinalis, ad summum pontificium anno 1342 pervenit. Indulgentiam quæ vulgo dicitur Jubilæum concessit post quinquaginta annos. Iste papa inter scriptores ecclesiasticos annumerandus est, quippe qui non parva scientia instructus, plurima concinnavit opera. Charitate, clementia et amœnitate conspicuus obiit anno 1352. Edidit constitut. incip. : *Licet*, vid. verb. Papa; — *Regimini*, anno 1346, vid. verb. Religiones regulares; — *Unigenitus*, vid. verb. Annus sanctus.

CLEMENS VII, natione Italus, Patria Florentinus, Rhodius eques, anno 1523 electus est papa. Quo regnante, Italia a militibus Caroli quinti vastata est et ipse obsessus in castello Sancti Angeli per sex integros menses, vix sub mercatoris specie evasit. Henrici VIII, Anglorum regis, divortio annuere nolens, contra eum excommunicationis bullam fulminavit, et inde ab Ecclesia Romana definitive sese Henricus separavit. Obiit Clemens VII anno 1534. Edidit constitutiones sequentes : *Admonet nos*, Julii 1534, vid. verb. Beneficium, Congregationes; — *Consuevit Romanus pontifex*, vid. verb. Duellum; — *Convenit*; vid. verb. Auditor; — *Cum charissimus*, vid. verb. Papa; — *Cum fructus uberes*, 30 Maii 1525, vid. verb. Indulgentia, Privilegium, Tertiarii; — *Cum sicut*, vid. verb. Inquisitio; — *Dum consideramus*, vid. verb. Conservatores, Indulgentia, Syndicus; — *In sancta*, vid. verb. Bannitus; — *Officii nostri*, vid. verb. Hebræus; — *Nuper*, vid. verb. Alienatio; — *Pastoris æterni*, vid. verb. Jubilæum; — *Placuit*, vid. verb. Inquisitio; — *Religionis zelum*, vid. verb. Religiones regulares; — *Romanus pontifex*, vid. verb. Confraternitas; — *Sanctissimus*, vid. verb. Inquisitio; — *Significatum fuit nobis*, vid. verb. Pœnitentia.

CLEMENS VIII, natione Italus, patria Venetus, ad summum pontificium anno 1592 electus est; vir pietate et scientia clarus, instituit congregationes vulgo dictas *De auxiliis* quibus per totam vitam constanter præfuit; Henrico IV, Galliarum regi secundus fuit, cum ille ad thronum niteretur. Doctis adjumento erat et multos cardinales scientia eminentes purpura induit, Baronium scilicet Bellarminumque, etc. *Pontificale Romanum*, et *Pontificum cæremoniale* correxit. Bonus princeps et pontifex præclarus, migravit ad Dominum anno 1605. — Edidit plurimas constitutiones incipientes : *Ad Romani pontificis*, vid. verb. Feudum; — *Æqua et circumspecta* 18 Decemb. 1595, vid. verb. Assassinium; — *Æquet*, vid. verb. Hierosolymitani milites; — *Æquitati consentaneum*, 9 Novemb. 1592, vid. verb. Conclavista; — *Alias*, 1 Decemb. 1601, vid. verb. Confessarius; — *Altissimi*, vid. verb. Religiones regulares; — *Ambitiosam*, 3 Septemb. 1596, vid. verb. Appellatio, Recursus; — *Cœlestes Ecclesiæ thesauros*, vid. verb. Eucharistia; — *Cœlestium munerum*, vid. verb. Indulgentia; — *Cum ad regularem disciplinam*, 19 Mart. 1603, vid. verb. Ætas, Annus probationis, Novitiatus, Transitus; — *Cum Hebræorum malitia*, vid. verb. Hebræus, Interdictum, Talmud; — *Cum in Ecclesia*, 10 Maii 1602, vid. verb. Officium; — *Cum sanctissimum*, vid. verb. Missa; — *Etsi alias*, vid. verb. Absolvere, Confessarius, Degradatio, Interdictum, Irregularitas, Laicus, Missa, Pœna; — *Etsi minime*, vid. verb. Indulgentia; — *Ex injuncto nobis*, vid. verb. Habitus; — *Graves et diuturnæ*, vid. verb. Eucharistia; — *Illius vices*, Septemb. 1592, vid. verb. Duellum, Ecclesia, Excommunicatio; — *In supremo justitiæ solio*, vid. verb. Homicida; — *Inter cætera*, 25 Septemb. 1592, vid. verb. Præcedentia; — *Laudabilis*, vid. verb. Aromataria; — *Litteræ*, 23 Septemb. 1603, vid. verb. Clericatus; — *Nullus omnino*, vid. verb. Electio, Excommunicatio, Legatum, Moniales, Pœna, Regulares, Scriptura sacra, Simonia, Votum; *Pastoralis officii*, 20 Septemb. 1593, vid. verb. Religiones regulares; — *Quæ ad prospera*, 14 April. 1593, vid. verb. Recursus; — *Quæ ad removendum*, 5 Octob. 1603, vid. verb. Canonicatus, Præcedentia; — *Quæ ad restituendos*, vid. verb. Religiones regulares; — *Quæ ad tuendam*, vid. verb. Libri; — *Quæcunque*, 7 Decemb. 1604, vid. verb. Confraternitas; — *Quoniam ad instantiam*, 23 Jul. 1603, vid. verb. Conventus, Ecclesia, Excommunicatio; — *Quoniam nemo*, vid. verb. Appellatio, Recursus; — *Quoniam nostro*, vid. verb. Appellatio; — *Ratio pastoralis officii*, 2 Decemb. 1595, vid. verb. Indulgentia, Interstitia, Matrimonium, Privilegium; — *Rationi*, vid. verb. Recursus; — *Regis*, Februar. 1598, vid. verb. Præcedentia; — *Religiosæ congregationes*, vid. verb. Episcopus, Regulares, Reservatio casuum; — *Religiosorum*, 8 Januarii 1592, vid. verb. Recursus; — *Religiosos viros*, 23 Maii 1592, vid. verb. Appellatio, Quæstuarii; — *Romanum pontificem decet*, 20 Februar. 1601, vid. verb. Administratio, Bigamia, Canonicatus, Religiones regulares, Simonia; — *Sacræ Seraphici*, 17 Octob. 1595, vid. verb. Campana, Interdictum; — *Sacratissimi nominis*, vid. verb. Indulgentia; — *Sacrosanctum*, vid. verb. Congregationes, Libri prohibiti; — *Sanctissimus Dominus noster*, 20 Jul. 1602, vid. verb. Absens, Electio, Eucharistia, Excommunicatio, Extrema-unctio, Inquisitio, Notarius.

CLEMENS IX, natione Italus, patria Pistoriensis, e nobili familia oriundus, electus est papa, anno 1667. Vindicavit populum a quibusdam subsidiis; pacem et concordiam Ecclesiæ Gallicanæ adhibere conatus est. Hic summus pontifex, munificus, litterarum amicus, pacificam indolem præbuit. Desideratissimus orbi migravit ad Dominum 9 Decemb. anno 1669. Edidit constitut. incipient. : *Cum felicis*, 23 Septemb. 1669, vid. verb. Altare privilegiatum, Cadaver, Missa; — *In excelsa*, vid. verb. Cadaver, Parochus, Sepultura; — *Romanus pontifex*, 6 Decemb. 1668, vid. verb. Religiones regulares.

CLEMENS X, natione Italus, patria Romanus, ex antiqua istius urbis familia oriundus, cardinalis creatus a Clemente IX, electus est papa anno 1670. Amœnitate et amore pacis conspicuus migravit ad Dominum anno 1676. Edidit constitut. incipient. *Alias pro parte*, 18 Jan. 1672, vid. verb. Quarta funeralis; — *Cum alias*, 1 Octob. 1676, vid. verb. Matrimonium, Moniales, Prædicare, Regulares; — *Dudum felicis*, vid. verb. Confraternitas; — *Ex commissi nobis*, 28 Aug. 1671, vid. verb. Minorita; — *Exponi*, vid. verb. Transitus; — *Nuper*, 18 Januar. 1672, vid. verb. Cadaver, Parochus; — *Salvatoris*, vid. verb. Eleemosyna; — *Superna*, vid. verb. Absolvere, Appellatio, Confessarius, Examen, Jejunium, Jubilæum, Reservatio casuum; — *Supremo*, vid. verb. Vicarius apostolicus.

CLEMENS XI, natione Italus, patria Pisauriensis, cardinalis anno 1690, electus est papa anno 1700. Sub hujus papæ pontificatu, bellum sæviit dictum *successionis*, Italiaque a militibus occupata fuit. Partes Gallorum invitus deseruit Clemens, et a Leopoldo coactus, archiducem pro rege Hispaniæ habuit. Exercitum, quem ipse collegerat, sub severiore disciplina redegit. — Tum dissidia Jansenii fautorum Ecclesiam agitabant : qua de occasione,



Digitized by Google

ann. 1705, Clemens promulgavit bullam incipient. : *Vineam Domini Sabaoth*, et anno 1713, bullam *Unigenitus*, qua damnabantur Quesnellii propositiones. Hic papa, non mediocri scientia præditus, maxima pietate insignis erat. Beneficiis quoque et charitate commendandus est, quippe qui, in provincia peste sævienti ann. 1720 ad pestiferos exstructam navem granis magnamque pecuniam distribuendam direxit. Migravit ad Dominum ann. 1721. Multas edidit constitutiones quarum sequentes revocantur: *Avendo determinato*, 12 Decemb. 1708, vid. verb. Moniales; — *Commissi nobis*, 6 Decemb. 1708, vid. verb. Festiva, Privilegium; — *Cum nos*, vid. verb. Excommunicatio, Libri; — *Cum sicut accepimus*, vid. verb. Beneficium, Excommunicatio; — *Cum sicut dilectus*, vid. verb. Libri; — *Ex illa die*, vid. verb. Ritus; — *Ex injuncto nobis*, 11 Maii 1712, vid. verb. Caro, Confessarius; — *Exponi nobis*, 22 Mart. 1706, vid. verb. Missa; — *In supremo apostolatus solio*, vid. verb. Episcopus; — *La santita di nostro Signore*, 9 Decemb. 1704, vid. verb. Cadaver; — *Pastoralis officii*, Septemb. 1718, vid. verb. Constitutio *Unigenitus*, Gratia; — *Pastoralis Romani pontificis*, 24 Mart. 1701, vid. verb. Excommunicatio; — *Propagandæ per universum*, Mart. 1704, vid. verb. Alimenta; — *Quoniam sancta*, 15 Septemb. 1703, vid. verb. Ecclesia, Oratorium; — *Sanctissimus*, 12 Januar. 1704, vid. verb. Cancellaria; — *Unigenitus*, 8 Septemb. 1713, vid. verb. Constitutio *Unigenitus*, Gratia, Propositiones damnatæ, Scriptura sacra; — *Vineam Domini Sabaoth*, 16 Jul. 1705, vid. verb. Propositiones damnatæ. Sunt ejusdem papæ Decretum 2 Martii 1702 de Monialibus; — Encyclica, 16 Martii 1703, de Parocho; — Decretum 15 Decemb. 1703, de Missa; — Edictum 7 Decemb. 1706, de coma fictitia; — Encyclica 28 Julii 1708, de Monialibus; — Encyclica, 26 Januar. 1709, de Monialibus; — Decretum 16 Jun. 1710, de Matrimonio; — Encyclica, die 26 Jan. 1716, de Monialibus; — Encyclica, die 29 Jun. 1716, de Monialibus.

CLEMENS XII, natione Italus, patria Romanus, cardinalis, electus est papa ann. 1730. Vindicavit populum a multis subsidiis, et illos qui sub Benedicto XIII cum fraude rem publicam administraverant puniit. Romanis desideratissimus obiit 1740. Edidit constit. incip. : *Alias pro parte dilecti*, 20 Decemb. 1738, vid. verb. Immunitas; — *Apostolatus officium*, vid. verb. Papa; — *Apostolicæ providentiæ officio*, vid. verb. Gratia, Prædicatorum ordo; — *Apostolicæ servitutis officium*, vid. verb. Capuccini; — *Circumspecta*, vid. verb. Electio; — *Cum sicut*, vid. verb. Medicus, Regularis professio; — *Ex quo*, vid. verb. Bannitus; — *Illius vices*, vid. verb. Confessarius; — *In supremo*, Februar. 1734, vid. verb. Arma; — *Nos volentes*, vid. verb. Conclavista; — *Pastorale officium*, Januar. 1731, vid. verb. Cardinales, Limina; — *Quoniam in exercitibus*, vid. verb. Capellanus militum; — *Romanus pontifex*, April. 1732, vid. verb. Confraternitas, Oracula vivæ vocis, Privilegium, Regulares; — *Sedes apostolica*, vid. verb. Hæreticus; — *Tra le molte angustie*, 9 Decemb., vid. verb. Ludus; — *Volentes Ecclesiam*, vid. verb. Altare privilegiatum.

CLEMENS XIII, natione Italus, patria Venetus, primum protonotarius apostolicus, Rotæ auditor, episcopus Patavinus et cardinalis, Papa electus est anno 1758. Illo regnante et quamvis renitente, Jesuitæ ex Hispania, Lusitania, Gallia et Neapoli expulsi fuerunt. Maxima pietate, moribus integerrimis, indolis amœnitate, optimoque animo et judicio conspicuus fuit. Repentina morte ictus, obiit anno 1769. Edidit constitution. incipient. : *Ad perpetuam*, vid. verb. Conservatores; — *Appetente*, vid. verb. Quadragesima; — *Cum primum*, 17 Septemb. 1759, vid. verb Clericus; — *Gravissimum*, vid. verb. Surripientes; — *Inter cætera*, vid. verb. Benedictio; *Le sacre vergini*, 30 Jun. 1759, vid. verb. Moniales; — *Venimus in altitudinem maris*, 11 Septemb. 1758, vid. verb. Jubilæum.

CLEMENS XIV, natione Italus, patria Ariminensis, ordinis Minorum, theologiæ professor, consultor S. Officii, cardinalis a Clemente XIII creatus, ad summum pontificium anno 1769 pervenit. Sollicitationibus obsessus, ordinem Societatis Jesu ad perpetuum delevit bulla edita 21 Jul. ann. 1773, quæ incipit *Dominus ac Redemptor*. Brevi post tempore, studiis mœroreque consumptus interiit anno 1774. Plures promulgavit constitutiones incipient. : *Si avete*, vid. verb. Alimenta; — *Cum primum*, Jun. 1770, vid. verb. Auditor; — *Dominus ac redemptor*, 21 Julii 1773, vid. verb. Jesu Societas; — *Gravissimis ex causis*, 13 Aug. 1773, vid. verb. Jesu Societas; — Exstat insuper ejus decretum editum 18 Junii 1773, vid. verb. Missa.

CŒLESTINUS II, natione Italus, patria Tifernas, defuncto Innocentio II, Papa electus est, die 25 Septemb. ann. 1143. Per quinque menses sedem pontificalem occupavit, et obiit. Ediderat bullam incipient. : *Si mansuetudo*, Januar. 1144, vid. verb. Religiones regulares.

# E

EUGENIUS III, natione Italus, patria Pisanus, sub S. Bernardo monachus Cisterciensis, summum pontificium obtinuit anno 1145. Propter civiles discordias Roma egressus, Lutetiam et deinde monasterium Clarævallense adiit, et cum Romam repeteret, decessit in Italia, anno 1153. Humilitate, doctrina et pietate eminuit; cui S. Bernardus scripsit libros *De consideratione*. Varia decreta, epistolas et constitutiones concinnavit quas inter constit. incip. : *Sacrosancto*, vid. verb. Religiones regulares.

EUGENIUS IV, natione Italus, patria Venetus, primum canonicus regularis congregationis S. Gregorii in Alga, episcopus Senensis, cardinalis creatus a Gregorio XII, defuncto Martino V electus est Papa ann. 1431, eodem tempore quo inciperet concilium Basiliense. Ecclesiam inter occidentalem et orientalem pacem conciliare frustra enixus est. Concilio Basileensi contra Papam reluctante, Papaque concilium dissolvere conante, schisma ortum est et Amedæus VIII, dux Sabaudiæ, antipapa electus est. Cum Romæ concilium transtulisset Eugenius, obiit anno 1447. Charitate erga pauperes conspicuus fuit. Edidit constitut. incip. : *Divina*, vid. verb. Suspensio; — *Etsi quilibet*, vid. verb. Votum; — *Excellentissimum*, vid. verb. Indulgentia; — *Fide digna*, vid. verb. Eucharistia; — *In eminenti*, vid. verb. Cardinalis; — *Inter curas*, vid. verb. Religiones regulares; — *Lætentur*, vid. verb. Ecclesia; — *Non mediocri*, vid. verb. Cardinales, Oratorium; — *Ordinis tui*, Februar. 1446, vid. verb. Jejunium, Moniales; — *Super gregem*, vid. verb. Religiones regulares; — *Summa divinæ bonitatis*, vid. verb. Religiones regulares; — Edidit etiam pridie Kal. Jul. 1436 bullam Benedictinis Casinensibus, vid. verb. Matrimonium.

# H

GELASIUS II, natione Italus, patria Cajetanus, cancellarius Ecclesiæ Romanæ et cardinalis, electus est Papa anno 1118. Sub illius pontificatu, ab Henrico V, Germaniæ imperatore, archiepiscopus Pragensis electus est antipapa sub nomine Gregorii VIII. Roma egressus, Gelasius Cajetam adiit, exindeque in concilio contra antipapam et Henricum excommunicationis bullam fulminavit. Postea ad Gallias transiens Viennæ convocavit concilium. Apud monasterium Cluniacense obiit, anno 1119.

Digitized by Google

Plures *Vitas* SS. Martyrum scripserat. Edidit constitut. : *Valde*, vid. verb. Concilium ; — Epistolam Cœlestino episcopo incipient. : *Sciturus visitatoris*, vid. verb. Cardinales.

GREGORIUS MAGNUS (S.), natione Italus, patria Romanus, primum urbis Romæ prætor et unus ex septem diaconis, nuntius apostolicus, a secretis Pelagio, electus est Papa anno 590. Ad firmandam fidem disciplinamque tuendam plurima Romæ congregavit concilia, et divinum Officium reformavit. Cantum quoque correxit. Annis et laboribus consumptus migravit ad cœlos anno 604. Vir zelo propagandæ fidei conspicuus, charitate, humilitate, litteris et scientia emicuit. Varia concinnavit opera, scilicet : *Pastorale*, *Homilias*, *Moralia in Job*, et *Epistolas*... Citatur in theologia Ferraris constitutio hujus Papæ, *Ex quo Delectus*, vid. verb. Miles.

GREGORIUS IX, natione Italus, patria Ananiensis, cardinalis episcopus Ostiensis, Honorio III defuncto, ad summum pontificium erectus est anno 1227. Hic Papa novam adversus Sarracenos expeditionem prædicare decrevit, qua de occasione cum Friderico II, per longum tempus illi dissidiæ fuerunt. Zelo propagandæ fidei insignis fuit, et obiit anno 1241. Multas scripserat epistolas et varias constitutiones quas inter : *Cujus juxta testimonium veritatis*, vid. verb. Papa ; — *Cum dicat Dominus*, vid. verb. Cultus sanctorum ; — *Devotionis vestræ*, vid. verb. Religiones regulares ; — *Excommunicamus*, vid. verb. Denuntiatio, Fides ; — *Per Romani*, vid. verb. Regulares ; — *Piæ postulatio voluntatis*, vid. verb. Religiones regulares ; — *Pio vestro collegio*, vid. verb. Officium ; — *Qua confusio habitus*, vid. verb. Habitus ; — *Regularem vitam*, vid. verb. Interdictum. Exstat ejusdem Decretalis ad verb. Cancellaria.

GREGORIUS X, natione Italus, patria Placentinus, archidiaconus Leodiensis, electus est Papa anno 1271. Ad eradicandum Græcorum schisma exstirpandaque vitia et errores, concilium œcumenicum convocavit Lugduni, anno 1274. Cardinales includi in conclavi, quoadusque Papa eligeretur, decrevit ; amore disciplinæ, pietate et scientia insignis obiit anno 1276. Varias scripsit epistolas et constitut. incipient. : *Licet Canon*, vid. verb. Beneficium ; — *Ubi periculum*, vid. verb. Cardinales.

GREGORIUS XI, natione Gallus, patria Lemovix, Clementis Papæ VI nepos et cardinalis, vir meritis et doctrina clarus, electus est Papa, anno 1370, ætatis vero 40. Christianos inter principes pacem stabilivit ; ad pristinam disciplinæ severitatem religiosos revocavit ordines et sedem pontificalem Romæ restituit. Obiit anno 1378. Varias scripsit litteras et constit. incip. : *Admodum*, vid. verb. Inquisitio ; — *Cupientibus*, vid. verb. Religiones regulares ; — *Virtute conspicuos*, vid. verb. Habitus.

GREGORIUS XII, natione Italus, patria Venetus, cardinalis creatus ab Innocentio VII, ad summum pontificium erectus est anno 1406, tempore quo schisma omnium teterrimum fœdissime dilacerabat Ecclesiam. Cum Benedicto XIII antipapa Gregorius contendebat : unus et alter in concilio Pisano depositi fuerunt anno 1417, et Alexander V electus est in eodem concilio. Gregorius cessit in concilio Constantiensi anno 1417, et obiit eodem anno 1417 ; Benedictus vero XIII umbratilem dignitatem ad obitum usque retinuit, scilicet ad annum 1423. Edidit constit. incipient. : *Illis*, Jul. 1406, vid. verb. Religiones regulares ; — *Sacrum*, vid. verb. Religiones regulares.

GREGORIUS XIII, natione Italus, patria Bononiensis, defuncto Pio V electus est Papa, anno 1572. Multis Romam decoravit ædificiis ; Baii doctrinam anathematizavit ; sancti Basilii restituit ordinem ; Henrico V adversus Calvinistas dimicanti, tum hominum, tum pecuniæ præsidia ministravit. Vir utroque jure versatissimus, scientia, et amœnitate insignis, magnis impensis Calendarium reformavit. Præterea edidit decretum Gratiani, notis doctissimis exornatum. Obiit anno 1586, ætatis suæ 83. Edidit constitut. incip. : *Ad excitandum*, 10 April. 1580, vid. verb. Indulgentia ; — *Ad Romani*, vid. verb. Executor ; — *Ad tollendam*, vid. verb. Absolvere, Confessarius, Duellum ; — *Æquum reputamus*, vid. verb. Conservatores ; — *Alias piæ memoriæ*, vid. verb. Hebræus, Medicus ; — *Antiqua Judæorum*, vid. verb. Hebræus, Inquisitio ; — *Apostolicæ sedis*, vid. verb. Alienatio ; — *Ascendente Domino*, vid. verb. Dominium, Excommunicatio, Matrimonium, Novitiatus, Religiones regulares, Votum ; — *Benedictus*, 22 Junii 1580, vid. verb. Religiones regulares ; — *Circumspecta*, vid. verb. Hierosolymitani milites ; — *Consueverunt*, vid. verb. Naufragium ; — *Consuevit*, vid. verb. Pœna ; — *Cogit*, vid. verb. Religiones regulares ; — *Controversia*, vid. verb. Hierosolymitani milites, Vocatio ; — *Cum ab ipso pontificatu*, vid. verb. Excommunicatio ; — *Cum alias nonnulli*, vid. verb. Excommunicatio ; — *Cum interdum*, vid. verb. Processiones ; — *Cum nihil magis*, 1 Jun. 1580, vid. verb. Recursus ; — *Cum officio*, vid. verb. Medicus ; — *Decet Romanum pontificem*, vid. verb. Oratorium, Votum ; — *De decimis*, vid. verb. Decimæ ; — *Deo sacris*, vid. verb Moniales, Quæstuarii, Tertiarii ; — *Dubiis*, vid. verb. Clausura, Suspensio ; — *Ex benignæ sedis*, vid. verb. Excommunicatio, Privilegium ; — *Ex incumbenti*, vid. verb. Alienatio ; — *Exposcit debitum*, vid. verb. Abbatissa, Confraternitas, Præcedentia ; — *Humano vix judicio*, Jan. 1584, vid. verb. Beneficium, Resignatio ; — *In Ecclesiis*, vid. verb. Beneficium ; — *In supereminenti*, vid. verb. Conservatores ; — *In suprema*, vid. verb. Matrimonium ; — *In tanta rerum et negotiorum mole*, vid. verb. Campana, Oracula vivæ vocis ; — *Inter Apostolicas*, vid. verb. Excommunicatio, Feudum, Interdictum ; — *Nihil in unaquaque*, 17 April. 1574, vid. verb. Propositiones damnatæ ; — *Non sine gravi*, vid. verb. Excommunicatio ; — *Officii nostri partes*, vid. verb. Confessarius, Ejecti a religione, Inquisitio, Missa, Pœna, Spolium ; — *Omni ceræ*, vid. verb. Agnus Dei ; — *Omni certe studio*, vid. verb. Excommunicatio ; — *Pia mater*, 22 Jun. 1580, vid. verb. Hebræus, Religiones regulares ; — *Pium et utile*, vid. verb. Interstitiæ, Ordo ; — *Provisionis nostræ*, 29 Januar. 1579, vid. verb. Lex, Propositiones damnatæ ; — *Quam uberes*, 5 April. 1580, vid. verb. Indulgentia ; — *Quæcunque*, vid. verb. Processiones ; — *Quod proposuisti*, vid. verb. Divortium ; — *Quo magis*, vid. verb. Privilegium ; — *Quoniam nostro*, vid. verb. Appellatio, Pœna, Visitare ; — *Quoniam sæpe contingit*, vid. verb. Neophyti ; *Salvatoris*, vid. verb. Ecclesia ; — *Sancta mater*, vid. verb. Prædicare ; — *Sanctissimus*, vid. verb. Cardinales, Fidei professio ; — *Tanta*, vid. verb. Bannitus ; — *Ubi gratiæ*, vid. verb. Conventus, Excommunicatio, Moniales ; — *Vices ejus*, vid. verb. Neophytum. — Præterea edidit decretum de Immaculata Conceptione B. M. V., hoc verbum vid. ; — Et privilegium concessum Hispaniæ die 25 Junii, anno 1576, vid. verb. Matrimonium.

GREGORIUS XIV, natione Italus, patria Mediolanensis, Urbani VII defuncti loco suffectus est anno 1590. Henricum IV e throno Galliæ arcere conatus est. Vir erat insignis zelo propagandæ fidei, prudentia, sobrietate aliisque virtutibus. Desideratissimus Romanis obiit anno 1591. Edidit constitut. incipient. : *Æquum reputamus*, vid. verb. Confirmatio ; — *Beati Francisci*, vid. verb. Religiones regulares ; — *Cum alias monasteriis*, vid. verb. Immunitas ecclesiastica ; — *Cum alias nonnulli*.

Digitized by Google

Jun. 1591, vid. verb. Absolvere, Assassinium, Confessarius, Grassator, Hæreticus, Immunitas ecclesiastica, Incendiarii, Raptor, Vis; — *Illius qui*, vid. verb. Privilegium; — *Onus apostolicæ*, vid. verb. Ordo; — *Romanus pontifex*, vid. verb. Feudum, Ordo, Religiones regulares, Spolium; — *Sanctissimus*, vid. verb. Birettum, Habitus; — *Sedes apostolica*, vid. verb. Abortus, Aromataria, Excommunicatio; — *Ut ea quæ ad religionis propagationem*, vid. verb. Religiones regulares.

GREGORIUS XV, natione Italus, patria Bononiensis et archiepiscopus, cardinalis creatus a Paulo V, electus est papa anno 1621. Congregationem propagandæ fidei instituit, Parisiensem episcopum ad metropolitani dignitatem evexit. Amœnitate, zelo, charitate erga pauperes et scientia eminuit; obiit anno 1623. — Edidit constitut. incipient.: *Æterni Patris*, vid. verb. Accusare, Confessarius, Papa; — *Alias a felicis*, 13 Aug. 1622, vid. verb. Cardinales, Præcedentia, — *Apostolici muneris sollicitudo*, vid. verb. Regulares; — *Cum alias*, 17 Aug. 1622, vid verb. Conventus, Ecclesia; — *Decet Romanum pontificem*, vid. verb. Accusare, Cardinales; — *Inscrutabili*, vid. verb. Abbatissa, Administratio, Appellatio, Approbatio, Confessarius, Congregationes, Jubilæum, Moniales, Prædicare; Regulares, Visitare; — *Honor laudis*, 23 April. 1622, vid. verb. Ecclesia; — *Quanta Christianæ*, vid. Privilegium; — *Romanus pontifex*, 2 Junii 1622, vid. verb. Conclavista, Matrimonium; *Sanctissimus*, vid. verb. Conservatores, Regulares; — *Sedes apostolica*, vid. verb. Adulterium; — *Splendor paternæ gloriæ*, vid. verb. Indulgentia, Jubilæum; — *Universi dominici gregis*, vid. verb. Approbatio, Confessarius, Denuntiatio, Inquisitio, Moniales, Regulares, Sollicitatio ad turpia. — Edidit etiam, die 24 Septemb., Decretum de Missa, et 19 Novemb. 1622, Breve de Novitiatu, et aliud Breve de Immaculata conceptione B. M. V.

GREGORIUS XVI, natione Italus, patria Venetus, ordinis S. Benedicti, theologiæ professor et lector emeritus, procurator generalis et abbas, Propagandæ fidei et Inquisitionis consultor, purpura indutus anno 1826, electus est papa anno 1831. Doctrinam damnavit Menesianam; inter sanctos ascripsit Alphonsum Liguorium. Propagandæ fidei studiosissimus obiit, anno 1846. Scripsit librum cui titulus: *Triumphus S. Sedis et Ecclesiæ.* Edidit bullam canonizationis S. Alphonsi Liguorii, vid. verb. Opinio probabilis; — aliam constitutionem, 10 Novemb. 1834, vid. verb. Congregationes.

# H

HONORIUS III, natione Italus, patria Romanus, defuncto Innocentio III, electus est papa anno 1216. Ordinem Prædicatorum et Carmelitarum confirmavit. Expeditiones sacras adversus Mahumetanos prædicari jussit. Primus in canonizatione sanctorum concessit indulgentias; pro tempore quo vixit doctissimus erat et scripsit opus prænotatum: *Conjurationes adversus principem tenebrarum et angelos ejus.* Obiit anno 1227. Edidit constit. incip.: *Has leges*, vid. verb. Bannitus; — *Religiosam vitam*, vid. verb. Religiones regulares; — *Solet annuere*, vid. verb. Religiones regulares; — *Ut vivendi*, vid. verb. Religiones regulares.

HONORIUS IV, natione Italus, patria Romanus, ad summum pontificium pervenit anno 1285, vir zelo tuendæ Ecclesiæ et Terræ-sanctæ recuperandæ insignis, obiit anno 1287. — Edidit constit. incip.: *Exhibita*, vid. verb. Hæreticus.

# I

INNOCENTIUS III, natione Italus, patria Ananiensis, Cœlestino III defuncto, papa electus est anno 1198, ætatis suæ 37. Illo regnante, habitum est concilium Lateranense IV, œcumenicum XIII, anno 1215. Sanctus Dominicus ordinem Prædicatorum, et S. Franciscus ordinem Minorum instituit. Scientia, zelo, et virtutibus clarus obiit anno 1216. Varia concinnavit opera, scilicet: *De contemptu mundi*, sive, *De miseria humanæ conditionis; Epistolas; Veni sancte Spiritus*, et forsitan, *Stabat Mater dolorosa.* Edidit constitut. incip.: *Accedens*, vid. verb. Moniales; — *Ad nostram*, vid. verb. Bannitus; — *Antiqua*, vid. verb. Cardinales; — *Cum Marthæ*, vid. verb. Canon Missæ; — *De consecratione ecclesiæ*, vid. verb. Cœmeterium; — *De sepulturis*, vid. verb. Cœmeterium; — *Nuper de sententia excommunicationis*, vid. verb. Censura; — *Operante*, anno 1209, vid. verb. Religiones regulares; — *Per venerabilem*, vid. verb. Cardinales; — *Præterea*, vid. verb. Moniales; — *Quod Dei timorem*, vid. verb. Concursus.

INNOCENTIUS IV, natione Italus, patria Gemmensis, a Gregorio IX purpura indutus, defuncto Cœlestino IV electus est papa anno 1243. Multæ fuerunt illi dissidiæ cum Friderico II, imperatore Germaniæ. Obiit anno 1254. In juris scientia versatissimus, cognominatus est *Pater juris.* Concinnavit opus cui titulus est: *Apparatus super Decretales.* Edidit constitution. incipient.: *Ad exstirpanda*, 1252, vid. verb. Hæreticos; — *Ad exstirpandam*, vid. verb. Inquisitio; — *Beata Clara*, vid. verb. Jejunium; — *Exigit*, vid. verb. Interdictum; — *Noverit universitas*, vid. verb. Denuntiatio, Fides; — *Quando studiosius*, vid. verb. Religiones regulares; — *Quia confusio habitus*, vid. verb. Habitus, Inquisitio; — *Sicut bonus pastor*, vid. verb. Resignatio; — *Solet annuere*, 16 Septemb. 1253, vid. verb. Jejunium, Religiones regulares; — *Sub catholicæ*, vid. verb. Calix.

INNOCENTIUS V, patria Sabaudus, ordinis Prædicatorum, Lugdunensis archiepisc. et cardinalis, electus est papa an. 1276 et migravit ad Dominum eodem anno. Scripsit: *Notas in Epistolas S. Pauli*; — *Commentaria in quatuor libros Sententiarum.* — Edidit constitut. incip.: *Volentes*, ad verb. Conservatores.

INNOCENTIUS VII, natione Italus, patria Aprusiensis, tempore quo schisma sæviebat, scilicet anno 1404, a cardinalibus obedientiæ Bonifacii IX electus est papa. Expulsus a rege Neapolitano, postea vero revocatus fuit et obiit anno 1406. Jurisconsultus doctus habetur. Edidit bullam incip.: *Provenit*, vid. verb. Approbatio.

INNOCENTIUS VIII, natione Italus, patria Genuensis, cardinalis episcop. Melpensis, electus est papa 1484. Obiit anno 1492. Edidit constitut. incipient.: *Apprime*, vid. verb. Auditor; — *Circumspecta*, vid. verb. Auditor; — *Cum sicut*, vid. verb. Excommunicatio; — *Dilectus*, vid. verb. Hæresis, Inquisitio; — *Inscrutabilis*, vid. verb. Inquisitio; — *Inter innumera*, 1489, vid. verb. Immaculata conceptio B. M. V.; — *Licet*, vid. verb. Bannitus; — *Summis*, vid. verb. Inquisitio, Superstitio. Scripsit etiam epistolam incipient.: *Olim felicis*, die 3 Februar. 1486, vid. verb. Placitum regium.

INNOCENTIUS IX, natione Italus, patria Bononiensis, adfuit concilio Tridentino, creatus est cardinalis a Gregorio XIII et electus papa anno 1591. Per duos menses tantum sedem pontificalem occupavit. — Edidit constitutionem incipient.: *Quæ ab hac S. sede*, vid. verb. Feudum.

INNOCENTIUS X, natione Italus, patria Romanus, ad summum pontificium pervenit ann. 1644, ætatis suæ 72. Quinque Jansenii propositiones, die

Digitized by Google

31 Maii 1653, damnavit. Obiit anno 1655. Amore justitiæ, sobrietate et animi firmitate insignis erat. Edidit constitut. incipient. : *Ad propagandam*, vid. verb. Novitiatus, Regularis professio; — *Alias a nobis*, vid. verb. Conservatores; — *Alias pro parte*, vid. verb. Matrimonium; — *Cum juxta*, vid. verb. Cardinales; — *Cum nuper ad notitiam*, 6 Octob. 1653, vid. verb. Festa; — *Cum occasione*, vid. verb. Gratia; — *Cum sicut accepimus*, 15 Maii 1648, vid. verb. Approbatio, Confessarius, Conservatores, Regulares, Tabaccum; — *Devotum majori*, vid. verb. Jesu Societas; — *Etsi ea*, vid. verb. Cardinales, Familiaris; — *Ex injuncto*, vid. verb. Sepultura; — *Exponi nobis*, 1645, vid. verb. Confessarius; — *Instaurandæ regularis disciplinæ*, Octob. 1652, vid. verb. Conventus, Ecclesia; — *In supremo*, vid. verb. Feudum; — *Inter cætera*, vid. verb. Simonia, Vita communis; *Nuper*, vid. verb. Electio; — *Quia pietas*, vid. verb. Cultus sanctorum; — *Quo die*, vid. verb. Pœna; — *Salvatoris*, vid. verb. Eleemosyna, Limina; — *Sub pœna*, vid. verb. Cardinales; — *Ut in parvis*, vid. verb. Canonicatus, Cardinales, Concilium, Conventus; — *Zelo domus Dei*, vid. verb. Pax.

INNOCENTIUS XI, natione Italus, patria Novocomensis, post Clementis X mortem, electus est papa, anno 1675. Fuerat prius miles. De juribus *regalibus* cum Ludovico XIV Galliarum rege contendit et illis qui beneficia obtinuerant post congregationes cleri Gallicani ann. 1681 et 1683 habitas, bullas denegavit. Quietistarum damnavit errores. Recto judicio ingenioque perspicaci præditus erat. Obiit ann. 1689. Edidit constitut. incipient. : *Ad nostri apostolatus auditum*, vid. verb. Fur; — *Alias felicis*, vid. verb. Indulgentia; — *Alias postquam*, 4 Maii 1688, vid. verb. Missa, Syndicus; — *Alias pro parte*, 23 Septemb. 1659, vid. verb. Altare privilegiatum, Conservatores, Gratia, Jubilæum; — *Circumspecta sedis*, 7 Februar. 1677, vid. verb. Pensio; — *Cœlesti pastor*, Decemb. 1687, vid. verb. Propositiones damnatæ; — *Cœlestium munera*, 12 Mart. 1688, vid. verb. Indulgentia; — *Cum ad aures*, vid. verb. Approbatio, Eucharistia; *Cum sicut accipimus*, 16 Septemb. 1680, vid. verb. Libri prohibiti; — *Dum sicut nobis*, 26 Februar. 1687, vid. verb. Libri prohibiti; — *Exponi nobis*, vid. verb. Confraternitas, Conventus, Exsecutor; — *Inter gravissima*, vid. verb. Electio, Minoritas; — *Pro meliori*, vid. verb. Novitiatus; — *Redemptoris*, vid. verb. Indulgentia; — *Sua nobis*, vid. verb. Processiones; — *Sollicitudo pastoralis officii*, vid. verb. Electio, Legatum, Syndicus, Votum. Præterea edidit die 10 Decemb. 1678, Taxam communiter dictam *Innocentianam*, vid. verb. Moniales; — *Decretum incipient.* : Delatæ sæpius, 7 Mart. 1678, vid. verb. Indulgentia; — *Decretum* 2 Mart. 1679, vid. verb. Gratia; — *Edictum* 10 Octob. 1681, vid. verb. Coma fictitia; — *Varias etiam damnavit propositiones*, die 2 Mart. 1679, 9 Mart. 1670, 11 Mart. 1680, vid. verb. Acceptio personarum, Adulterium, Cadaver, Confessarius, Conjuges, Conscientia, Delectatio morosa, Detractio, Exsecutor, Fides, Jejunium, Jubilæum, Judex, Juramentum, Lex, Ludus, Luxuria, Mater.

INNOCENTIUS XII, natione Italus, patria Neapolitanus, in Ecclesia sublima cum prudentia primis muneribus functus est, et mortuo Alexandro VIII, loco ejus suffectus est anno 1691. Invitus percelebrem damnavit librum cui titulus : *Maximes des saints*. Magna charitate erga pauperes emicuit ita ut eos nepotes suos vocaret. Multa instituit xenodochia et decessit ann. 1700, ætatis suæ 86. Edidit constitut. incipient. : *Alias a felici*, vid. verb. Electio; — *Auditores Rotæ*, vid. verb. Auditor; — *Commissæ nobis*, vid. verb. Indulgentia; — *Cum alias ad apostolatus*, 12 Mart. 1699, vid. verb. Propositiones damnatæ; — *Cum ob sacri*, 21 Aug. 1699, vid. verb. Indulgentia; — *Cum sicut non sine*, 19 April. 1700, vid. verb. Bulla cruciatæ, Confessarius; — *Debitum pastoralis officii*, 12 Maii 1694, vid. verb. Indulgentia, Votum; — *Debitum pastorale*, 4 Aug. 1698, vid. verb. Congregationes, Habitus; — *Ecclesiæ catholicæ*, 22 Septemb. 1695; vid. verb. Electio, Episcopus; — *Inscrutabili*, vid. verb. Spolium; — *Nuper a congregatione*, 13 Decemb. 1697, vid. verb. Conventus, Ecclesia; — *Nuper a congregatione*, 24 April. 1699, vid. verb. Missa, Moniales, Simonia, Utensilia; — *Pontifex*, vid. verb. Indulgentia; — *Romanus pontifex*, vid. verb. Cardinales, Sedes vacans; — *Sacerdotalem*, vid. verb. Simonia; — *Salvatoris et Domini nostri*, vid. verb. Eleemosyna; — *Speculatores domus Israel*, 20 Aug. 1699, vid. verb. Episcopus, Familiaris, Interstitia, Privilegium; — *Sua nobis*, Januar. 1695, vid. verb. Indulgentia. Præterea promulgavit edictum die 20 Novemb. 1691, vid. verb. Coma Fictitia; — Edictum die 23 Decemb. 1697, vid. verb. Missa; — Edictum die 31 Mart. 1699, vid. verb. Coma fictitia; — *Breve*, die 21 August. 1699, vid. verb. Jubilæum.

INNOCENTIUS XIII, natione Italus, patria Romanus, Clementi XI successit anno 1721 et obiit 7 Mart. 1724. Edidit constitutiones sequentes : *Apostolici ministerii*, 13 Maii 1723, vid. verb Altare privilegiatum, Missa, Oratorium, Ordo, Titulus. — *Dudum*, 5 Jul. 1723, vid. verb. Præcedentia; — *Emanarunt nuper*, 24 August. 1722, vid. verb. Parochus; — *Ex injuncto*, vid. verb. Hebræus; — *In supremo*, vid. verb. Moniales, Ordo; — *Nuper sacræ*, 5 Jun. 1721, vid. verb. Indulgentia; *Quamvis Ecclesiarum*, vid. verb. Vicarius apostolicus, — *Supremo*, vid. verb. Confessarius; — *Universalis Ecclesiæ regimini*, vid. verb. Electio.

# J

JOANNES XII, natione Italus, patria Romanus, ad summum pontificium pervenit ann. 966. Primus alio nomine post electionem appellatus fuit. Depositus in concilio Romæ habito, in quo electus est Leo VIII, sua vice, aliud convocavit concilium, in quo ipse Leo VIII depositus est. Romam rediit ex qua egressus fuerat et anno 964 interiit. Exstat hujus papæ Extravagans incip.: *Sancta Romana*, ad verb. Excommunicatio.

JOANNES XV, aliis XVI, natione Italus, patria Romanus, post obitum Bonifacii VII antipapæ, et Joannis XIV, papa electus est. Udalricum, Augustæ Vindelicorum pontificem inter sanctos ascripsit die 3 Februar. 993, et hæc canonizatio prima solemniter acta est. Pacem inter principes Christianos stabilire conatus est, et obiit anno 996. Illo regnante, Russi religionem amplexi sunt Christianam. Edidit constitutionem incipient. : *Unica*, vid. verb. Cardinales.

JOANNES XXII, natione Gallus, patria Cadurcensis, primum præceptor filii regis Neapolitani, a Clemente V anno 1312 creatus cardinalis, electus est papa ann. 1316. Plurimos episcopatus apud Gallos erexit, et obiit Avenione, anno 1334. Vir sobrietate, amore studii et perspicaci ingenio conspicuus. Varia concinnavit opera, præsertim de medica arte, scilicet *Thesaurum pauperum*; — *Ad sanitatem servandam consilia*, — *Epistolas*.... Edidit constitut. incipient.: *Antiquæ*, vid. verb. Conjuges, Conjugium, Divortium, Moniales; — *Exsecrabilis*, vid. verb. Beneficium, Vicarius parochialis; — *Exigit*, vid. verb. Falsum; — *Gloriosam*, vid. verb. Ecclesia; — *Licet juxta*, vid. verb. Propositiones damnatæ; — *Prodiens*, vid. verb. Falsum, Jus, Justitia; — *Ratio juris*, vid. verb. Auditor; — *Redemptionem*, vid. verb. Ecclesia; — *Supra*, vid. verb. Superstitio; — *Suscepti regiminis, ne sede vacante*, vid. verb. Interdictum. Præterea multas extrava-

Digitized by Google

*gantes* illi tribuuntur, scilicet : *Ad conditorem*, vid. verb. Dominium, Syndicus ; — *Ad regimen*, vid. verb. Jus, Justitia ; — *At quæ devoto*, vid. verb. Matrimonium ; — *Copiosus*, vid. verb. Arma ; — *Cum ad sacrosancta*, vid. verb. Cancellaria ; — *De furtis*, vid. verb. Monitorium ; — *De officio custodis*, vid. verb. Oratorium ; — *Quia quorumdam*, vid. verb. Dominium ; — *Quorumdam*, vid. verb. Religiones regulares, Votum ; — *Vas electionis*, vid. verb. Pœnitentia.

JULIUS II, natione Italus, patria Savonensis, a Sixto IV cardinalis creatus anno 1471, electus est papa anno 1503. Illo regnante, habitum est concilium Pisanum et concilium Lateranense. Arte militari peritissimus, cum Germanis, Gallis dimicavit. Magnis impensis templum S. Petri exstruxit et obiit anno 1513. Edidit constit. incipient. : *Ad statum prosperum*, 1511, vid. verb. Immaculata conceptio B. M. V. ; — *Alias ad supplicationem*, 1 Jun. 1509, vid. verb. Indulgentia ; — *Cum homines*, vid. verb. Bannitus ; — *Cum tam divino*, vid. verb. Excommunicatio ; — *Decet*, vid. verb. Familiaris, Vicarius apostolicus ; — *Etsi ad universos*, vid. verb. Votum ; — *Exponi nobis fecisti*, vid. verb. Absolvere, Excommunicatio ; — *Exposuisti nobis*, vid. verb. Appellatio ; — *Licet*, vid. verb. Conventus ; — *Liquet nobis*, vid. verb. Congregationes ; — *Quia nihil*, vid. verb. Bannitus ; — *Rationi congruit*, vid. verb. Excommunicatio ; — *Regis pacifici*, vid. verb. Duellum ; — *Romani pontificis*, vid. verb. Bannitus, Oracula vivæ vocis ; — *Sacrosanctæ*, vid. verb. Concilium ; — *Suscepti regiminis*, vid. verb. Appellatio, Concilium ; — *Virtute conspicuos*, vid. verb. Excommunicatio.

JULIUS III, natione Italus, patria Aretinus, cardinalis creatus anno 1536, præfuerat concilio Tridentino, Paulo III regnante, quod, post suam ad summum pontificatum promotionem, anno 1550, iterum constituit ; sed deinde illud dissolvit. Cardinalium et prælatorum ad reformandam Ecclesiam congregationem instituit anno 1553. Obiit 1555, ætatis suæ 64. Edidit constitut. incip. : *Cum meditatio*, vid. verb. Libri prohibiti ; — *Cum sicut*, vid. verb. Bannitus ; — *Cum sint*, vid. verb. Duellum ; — *Cupientes et alma*, vid. verb. Beneficiatus ; — *Dudum ex certis*, vid. verb. Spolium ; — *In multis*, vid. verb. Blasphemia ; — *Licet a diversis*, vid. verb. Inquisitio ; — *Officii*, vid. verb. Capuccini ; — *Sanctissimus*, vid. verb. Beneficium.

# L

LEO IV (S.), natione Italus, patria Romanus, electus est papa anno 847, contra Mahumetanos Romam obsidentes fortiter dimicavit, illos fugavit et redegit in servitutem. Urbem innumeris decoravit ædificiis et virtutibus insignis obiit anno 855. Edidit constitut. incipient. : *De cura pastorali*, vid. verb. Missa.

LEO IX (S.), natione Germanus et episcopus Tullensis, electus est Papa anno 1049. Plurima tum in Gallia, tum in Italia, tum in Germania celebravit concilia. Simoniam et concubinatum exstinguere, Græcorum errorem confutari conatus est. A Normannis in carcerem dejectus, obiit non multo post anno 1054. Vir scientia et virtutibus insignis erat. Scripsit *Sermones*, *Decretales epistolas*, *Vitam S. Hidulphi*, etc. Edidit constitut. incipient. : *Ex eo*, vid. verb. Concilium.

LEO X, natione Italus, patria Florentinus, ad summum pontificium electus est anno 1513, ætatis suæ 38. Concilium Lateranense convocavit anno 1517 ; ut basilicam S. Petri perædificaret orbi prædicandas concessit indulgentias ; qua de occasione errores spargere incepit Lutherus, quem die 15 Jun. 1520 et die 5 Januar. 1521 anathematizavit. In dissidiis Franciscum I inter et Carolum V exortis, Leo X animo titubavit, nesciens cui faveret, et cum uno et altero vicissim fœdera iniit. Interiit anno 1521, ætatis suæ 46. Litterarum et artium amore insignis, doctis, præsertim poetis adjumento erat. Edidit constitut. incipient. : *Apostolici regiminis*, vid. verb. Anima, Propositiones damnatæ ; — *Cum sicut*, vid. verb. Excommunicatio ; — *Dudum per nos*, vid. verb. Episcopus, Habitus, Indulgentia, Religiones regulares ; — *Dum intra mentis arcana*, 9 Decemb. 1516, vid. verb. Approbatio, Campana, Eucharistia, Excommunicatio, Habitus, Parochia, Pœnitentia, Regulares, Sabbatum, Sepultura, Tertiarii ; — *Etsi a summo*, vid. verb. Votum ; — *Excelsus*, vid. verb. Papa ; — *Exsurge*, *Domine*, vid. verb. Absolvere, Confessarius, Ecclesia, Intentio, Laicus, Propositiones damnatæ ; — *Honestis*, vid. verb. Inquisitio, Superstitio ; — *Inhærendo*, vid. verb. Excommunicatio ; — *Intelleximus*, 13 Nov. 1517, vid. verb. Inquisitio, Missa ; — *Inter cætera*, vid. verb. Tertiarii ; — *Inter multiplices*, vid. verb. Excommunicatio, Montes pietatis ; — *Inter sollicitudines*, vid. verb. Excommunicatio, Libri ; — *Ite et vos in vineam meam*, vid. verb. Religiones regulares ; — *Licet alias*, 7 Septemb. 1517, vid. verb. Excommunicatio, Præcedentia ; — *Merentur*, vid. verb. Paramenta ; — *Meretur*, vid. verb. Magister ; — *Nuper in concilio Lateranensi*, 1 Mart. 1518, vid. verb. Sepultura, Tertiarii — *Omnes*, vid. verb. Bannitus ; — *Pastor æternus*, vid. verb. Concilium, Pax ; — *Quam Deo et hominibus*, vid. verb. Duellum ; — *Regimini*, vid. verb. Familiaris ; — *Religionis suadet*, vid. verb. Benedictio ; — *Romani pontificis*, vid. verb. Appellatio, Excommunicatio ; — *Sedis*, vid. verb. Auditor ; — *Summi*, vid. verb. Abbreviatores ; — *Supernæ dispositionis*, vid. verb. Beneficiatus, Blasphemia, Cardinales, Excommunicatio, Officium, Oratorium, Visitare ; — *Temerariorum*, vid. verb. Excommunicatio. Præterea edidit tres constitutiones de Immaculata Conceptione B. Mariæ V. ; — Breve, die 16 Decemb. 1514, vid. verb. Congregationes ; — et bullam Augustianis concessam, vid. verb. Matrimonium.

# M

MARTINUS IV, natione Gallus, patria Turonensis, primum custos signorum S. Ludovici, cardinalis, Nicolao III defuncto, electus est Papa anno 1281. Plures contra principes bullas excommunicationis fulminavit, scilicet contra Michaelem Paleologum, et Petrum III, Lusitaniæ regem, quem regno spoliavit, in gratiam filii Philippi regis Galliæ, post cædem dictam *Vesperæ Sicilianæ*. Obiit die 12 Mart. 1285. Amore veritatis, integritate morum et animi firmitate claruit. Edidit constitut. incipient. : *Exsultantes in Domino*, vid. verb. Syndicus.

MARTINUS V, natione Italus, patria Romanus, Joanne XIII defuncto, post abdicationem Gregorii XII et depositionem Benedicti XIII, summus Pontifex electus est anno 1417. Contra Hussitas bullam edidit et concilio Constantiensi finem imposuit anno 1418. Illo regnante, Clemens VIII a fautoribus Benedicti XIII antipapa creatus est, sed paulo post abdicavit et episcopus Majoricensis a Martino V institutus est. Sic terminatum fuit schisma Occidentis. Concilium Basiliense, post septem annos habiturum, decrevit, sed apoplexia ictus, vitam finit anno 1431, ætatis suæ 63. Vir in rebus gerendis dexteritate insignis, unitatem Ecclesiæ, Italiæque pacem procuravit. Quædam conscripsit opera, et varias edidit constitut. incipient. : *Ad hoc præcipue*, vid. verb. Propositiones damnatæ ; — *Ad reprimenda*, vid. verb. Excommunicatio ; — *Ad reprimendas*, vid. verb. Excommunicatio ; — *Ad vitanda scandala*, vid. verb. Excommunicatio, Hæreticus, Minister sacramentorum, Missa ; — *Amabiles fructus*, vid. verb. Syndicus ; — *In apostolicæ*, vid. verb. Abbreviatores, Au-

Digitized by Google

ditor, Campana, Sacerdos; — *Ineffabile sacramentum*, anno 1419, vid. verb. Indulgentia; — *Inter cunctas*, vid. verb. Decimæ; — *Piæ*, vid. verb. Religiones regulares; — *Romani*, vid. verb. Auditor.

# N

NICOLAUS I (S.), natione Italus, patria Romanus, defuncto Benedicto III, electus est papa anno 858. Quo regnante, erupit schisma Græcorum et Photius fuit anathematizatus. Iste Papa propagandæ fidei zelo insignis Bulgaros ad religionem Christianam adduxit et migravit ad Dominum anno 867. De fide, de moribus et disciplina edidit *Epistolas* 100, quas inter *Responsiones* ad consulta Bulgarorum, vid. verb. Matrimonium.

NICOLAUS II, natione Gallus, patria Burgundus, primum episcopus Florentinus, electus est papa anno 1058. Sutriense congregavit concilium in quo Benedictus X antipapa depositus est. Illo regnante, aliud Romæ habitum est concilium. Ecclesiæ Romanæ possessiones usurpatas ope Normannorum recuperavit, et non multo post, scilicet anno 1061, migravit ad Dominum. Scripsit epistolas novem de rebus Galliæ. Edidit Bullam cujus citatur cap. : *In nomine Domini*, vid. verb. Cardinales.

NICOLAUS III, natione Italus, patria Romanus, primum cardinalis summum obtinuit pontificium anno 1277. Vir erat insignis zelo propagandæ fidei, quippe qui ad Michaelem Paleologum et ad Tartaros missionarios direxit religionem prædicaturos. Virtutem et litteras amabat; scripsit librum cui titulus : *De electione dignitatum*. Apoplexia obiit anno 1280. Inter constitutiones quas emisit, citatur ista : *Exiit qui seminat*, vid. verb. Dominium, Votum.

NICOLAUS IV, natione Italus, patria Asculanus, ordinis Minorum generalis, invitus papa electus est anno 1288. Adversus Mahumetanos principes Christianos ad bellum incitavit et ad hoc varia congregavit concilia, sed, antequam fines attingeret, morte correptus obiit die 4 April. 1292. Pro tempore quo vixit, non mediocri doctrina instructus erexit universitatem Montis puellarum et varia conscripsit opera, scilicet : *Commentaria in Scripturam sacram*, — *Commentaria in quatuor libros Sententiarum*, — *Bullas* non paucas et præsertim in gratiam Minorum. Edidit constitutiones incipient.: *Cum olim*, vid. verb. Religiones regulares, — *Noverit universitas*, vid. verb. Denuntiatio, — *Supra montem*, vid. verb. Religiones regulares; *Turbato*, vid. verb. Inquisitio.

NICOLAUS V, natione Italus, patria Sarzanensis, Bononiensis episcopus, defuncto Eugenio IV, electus est papa 16 Mart., anno 1447. Gavisus est Ecclesiæ redditam pacem in voluntaria antipapæ Felicis cessione anno 1449, et anno sequenti indulgentiam vulgo dictam Jubilæum concessit. Illo regnante, Turcæ Constantinopolitana potiti sunt urbe et diversis Christianos vexationibus affecerunt, propterea mœrore correptus obiit anno 1455. Humaniores litteras colebat et erat doctis adjumento. Multis Romam decoravit ædificiis. Edidit constitut. incipient. : *Digna reddimur*, vid. verb. Abbatissa, — *Ad sacram Petri Sedem*, April. 1447, vid. verb. Abbatissa.

# P

PASCHALIS II, natione Italus, patria Etruscus, primum Cluniacensis monachus, defuncto Urbano II ad summum erectus est pontificium anno 1099. Guibertum antipapam excommunicavit, et plurima congregavit concilia. Multæ de investituris fuerunt illi dissidiæ cum Henrico I, Anglorum rege et Henrico IV, Germaniæ imperatore, qui captivum in Germaniam adduxit, sed, papa regressus Romam duo concilia anno 1112 et 1116 celebravit et revocavit quod vi Germaniæ imperatori concesserat. Obiit 22 Januar. 1118. Quasdam scripsit *Epistolas*, et constitut. incip. : *Quanto*, vid. verb. Religiones regulares; — Breve incip. *Religiosis desideriis*, vid. verb. Religiones regulares.

PAULUS II, natione Italus, patria Venetus, cardinalis creatus 1440, electus est papa anno 1464. Adversus Sarracenos bellum gessit; sustulit Simoniam; bona ecclesiastica alienare prohibuit; maximam erga pauperes exercuit charitatem; permulta erexit ædificia; post annum vigesimum quintum Jubilæum concedi decrevit et obiit anno 1471, ætatis suæ 54. Varia concinnavit opera, scilicet : *Tractatum de cancellariæ regulis*; — *Epistolas* et *Decreta*, etc. Edidit constitutiones incipient. : *Ad Romani pontificis providentiam*, vid. verb. Beneficium; — *Apostolicæ sollicitudinis*, vid. verb. Abbatissa; — *Cum in omnibus*, vid. verb. Excommunicatio; — *Cum omnibus*, vid. verb. Suspensio; — *Ineffabilis providentia*, vid. verb. Annus sanctus; — *Licet Ecclesiarum*, vid. verb. Vicarius apostolicus; — *Munera*, vid. verb. Excommunicatio. Ejusdem papæ exstant extravagant. incipient. : *Ambitiosæ*, vid. verb. Alienatio, Sepultura, — *Etsi Dominici gregis*, vid. verb. Jubilæum.

PAULUS III, natione Italus, patria Romanus, primum episcopus Ostiensis et Sacri Collegii decanus, post mortem Clementis VII electus est papa, anno 1534. Concilium œcumenicum decrevit Mantuæ celebrandum, quod postea Tridenti in urbem intulit. Neapoli Inquisitionem et Societatem Jesu instituit. Erga Henricum VIII, Angliæ regem, maxima prudentia et animi egit firmitate. Obiit anno 1549, ætatis suæ 84. Edidit constitut. incipient. : *Accepimus*, vid. verb. Naufragium; — *Ad uberes fructus*, vid. verb. Tertiarii; — *Benignitas apostolicæ Sedis consueta*, vid. verb. Confirmatio; — *Cum inter cunctas*, vid. verb. Excommunicatio, Moniales, Votum; — *Cum sicut*, vid. verb. Excommunicatio; *Exponi*, vid. verb. Religiones regulares; — *In apostolici*, vid. verb. Inquisitio; — *Inter cunctos*, 3 Jun. 1545, vid. verb. Absolvere; — *Licet debitum*, Octob. 1549, vid. verb. Absolvere, Apostasia, Excommunicatio, Hæresis, Inquisitio, Interdictum, Missa, Pœnitentia, Parochus, Vicarius apostolicus; — *Postquam*, vid. verb. Ejecti a religione; — *Romani*, vid. verb. Auditor, Spolium; — *Sanctissimus*, vid. verb. Beneficium, Familiaris. Præterea, edidit decretum in gratiam Societatis Jesu, anno 1549; — aliud decretum 10 Octob. 1541, vid. verb. Clericus; — aliud decretum, anno 1537, vid. verb. Capuccini; — aliud decretum de Immaculata Conceptione B. M. V., vid. verb Immaculata Conceptio B. M. V.

PAULUS IV, natione Italus, patria Neapolitanus, archiepiscopus Theatinus, summus pontifex electus est 23 Maii 1555, ætatis suæ 80. Cum Ferdinando, Germaniæ imperatore et regina Angliæ Elisabeth fuerunt illi dissidiæ. Adversus omnes hæreticos bullam excommunicationis fulminavit. Integritate morum, animi firmitate, scientia Scripturæ et theologiæ insignis erat. Ordinem Theatinorum instituit et obiit 18 Aug. 1559, ætatis suæ 84. Quædam concinnavit opera sub his titulis : *De symbolo*; — *De emendanda Ecclesia*; — *Constitutiones Theatinorum*. Edidit constitutiones incipient. : *Cum ex apostolatus officio*, vid. verb. Hebræus; — *Cum nimis absurdum*, vid. verb. Hebræus; — *Cum secundum*, vid. verb. Excommunicatio, Papa; — *Ex clementi*, vid. verb. Syndicus; — *In sacra*, vid. verb. Episcopus; — *Inter cæteras*, vid. verb. Beneficium, Excommunicatio; — *Postquam*, vid. verb. Spolium; — *Romanum pontificem*, vid. verb. Excommunicatio.

PAULUS V, natione Italus, patria Romanus, Clemente VIII regnante, in Hispania nuntius et

Digitized by Google

cardinalis, summum obtinuit pontificium ann. 1605, et Leoni XI successit. Rixæ rursum exortæ sunt papam inter et Venetes de juridictione sæculari et ecclesiastica; qua de causa Liguriæ dux et senatus excommunicati, qui, vice sua, Capuccinos, Theatinos et Jesuitas e regno expulerunt, sed, mediante Henrico IV, Galliæ rege, pax restituta fuit. Paulus contestationes diu agitatas apud congregationes *de auxiliis* terminavit. Contra Immaculatam Conceptionem B. M. V. scribere vel prædicare prohibuit. Romam decoravit fontibus aliisque ædificiis. Ad Indiam et Japonam delegavit missionarios et in his regionibus novos constituit episcopatus. Zelo propagandæ fidei, scientia et pietate insignis, obiit die 28 Januar. anno 1621, ætatis suæ 69. Edidit constitut. incipient.: *Accepimus*, vid. verb. Hierosolymitani milites; — *Admonemur*, vid verb. Appellatio; — *Alias per nos*, vid. verb. Appellatio; — *Cura Domini gregis*, vid. verb. Propositiones damnatæ; — *Dilecte fili*, vid. verb. Confessarius; — *Dum generosos*, vid. verb. Pensio; — *Ex credito*, vid. verb. Confraternitas; — *Eximiæ*, vid. verb. Auditor; — *In eminenti*, 17 April. 1606, vid. verb. Beneficiatus, Negotiatio clericalis, Spolium; — *Injuncti nobis*, vid. verb. Privilegium; — *Inter gravissimas*, vid. verb. Excommunicatio; — *Monialium statui*, vid. verb. Moniales; — *Nuper archiconfraternitati*, vid. verb. Confraternitas; — *Pastoralis officii*, vid. verb. Crux; — *Quæ salubriter*, vid. verb. Confraternitas; — *Quoniam nemo*, 22 Septemb. 1616, vid. verb. Appellatio, Recursus; — *Religiosorum*, vid. verb. Regulares; — *Romani pontifices*, 1615, vid. verb. Abbreviatores, Cancellaria; — *Romanum decet*, 31 Julii 1605, vid. verb. Agnus Dei, Confessarius; — *Romanus pontifex*, 23 Maii 1606, vid. verb. Denuntiatio, Excommunicatio, Indulgentia, Inquisitio, Novitiatus, Regulares; — *Sanctissimus*, vid. verb. Moniales, Simonia; — *Universi agri*, vid. verb. Appellatio, Auditor; — *Universis*, vid. verb. Advocatus.

PELAGIUS II, natione Italus, patria Romanus, post mortem Benedicti I, electus est papa die 27 Novemb. ann. 578. Frustra conatus est ad gyrum Ecclesiæ reducere episcopos Venetiæ et Istriæ qui pro tribus capitulis firmiter stabant. Sub illius pontificatu, Romæ dira sæviit pestis qua correptus obiit anno 590. Charitate erga pauperes insignis fuit. Decem illi tribuuntur epistolæ. Edidit constitut. incip.: *Manifesto*, vid. verb. Concilium, et Epistolam ad omnes episcopos directam, vid. verb. Concilium.

PIUS II, natione Italus, patria Senensis, primum a secretis Friderico III, deinde episcopus Tergestensis et Senensis, creatus est cardinalis a Calixto III, cui successit, 27 Aug. ann. 1458. Ad bellum gerendum contra Mahumetanos principes christianos impulit. Quo suadente, Ludovicus XI, rex Galliæ *Pragmaticam Sanctionem* revocavit anno 1461. Obiit die 19 Aug. 1467. Humanioribus litteris deditus, plura concinnavit opera, quorum præcipua: *De concilio Basiliensi*; — *Tractatus cosmographiæ*; — *Historia Friderici III*; — *De puerorum educatione*; — *De passione Christi carmen*; — *Historia rerum ubicunque gestarum*, etc. Edidit constitut. incipient.: *Ad retinendas*, vid. verb. Homicida; — *Cum ex sacrorum*, vid. verb. Irregularitas, Ordo; — *Cum servare*, vid. verb. Protonotarius; — *Exsecrabilis*, vid. verb. Appellatio, Concilium; — *In minoribus*, vid. verb. Concilium.

PIUS IV, natione Italus, patria Mediolanensis, a Julio III cardinalis creatus, Paulo IV defuncto, summum obtinuit pontificium, die 25 Decemb. ann. 1559. Quo regnante, terminatum fuit concilium Tridentinum. Romam multis exornavit ædificiis et obiit die 9 Decemb. 1565, ætatis suæ 66. Edidit constitut. incipient.: *Ad eximiæ*, vid. verb. Auditor; — *Benedictus Deus*, vid. verb. Appellatio, Declarationes, Excommunicatio; — *Circumspecta*, vid. verb. Hierosolymitani milites, privilegium; — *Cum nos*, vid. verb. Inquisitio; — *Cum pro munere*, vid. verb. Libri; — *Cum sæpius*, vid. verb. Cardinales; — *Cum sicut*, vid. verb. Inquisitio; — *Cum sit nuper*, vid. verb. Confessarius; — *Cum tam sacrosanctum*, vid. verb. Auditor, Episcopus; — *Cum vices*, 6 Mart. 1562, vid. verb. Archiepiscopus, Pœna; — *Decens est*, vid. verb. Negotiatio clericalis, Spolium; — *De salute gregis*, vid. verb. Archiepiscopus, Auditor, Episcopus; — *Divina disponente*, vid. verb. Eucharistia; — *Dominici gregis*, vid. verb. Libri prohibiti; — *Dudum*, vid. verb. Inquisitio; — *Ea, quæ a prædecessoribus*, vid. verb. Duellum, Excommunicatio; — *Etsi cuncta*, vid. verb. Homicida; — *Etsi Romanum*, vid. verb. Legatus; — *Grave nimis*, vid. verb. Spolium; — *In eligendis*, vid. verb. Cardinales, Conclavista, Excommunicatio, Papa; — *In eminenti*, vid. verb. Bannitus; — *Injunctum nobis*, vid. verb. Beneficiatus, Canonicatus, Fidei professio; — *In sacrosancta*, vid. verb. Fidei professio; — *In suprema*, vid. verb. Episcopus; — *Inter multiplices curas*, vid. verb. Excommunicatio; — *Pastoralis*, vid. verb. Inquisitio; — *Quia in futurorum eventibus*, vid. verb. Libri prohibiti; — *Regimini*, vid. verb. Confraternitas; — *Romanum pontificem*, vid. verb. Beneficium, Interdictum, Simonia; — *Romanus pontifex*, vid. verb. Inquisitio, Negotiatio clericalis; — *Sacrosancta*, vid. verb. Magister.

PIUS V (S.), natione Italus, ordinis S. Dominici monachus, episcopus, generalis inquisitor et cardinalis creatus a Paulo IV, electus est papa, anno 1566. Ad eradicandos hæreticorum errores modis usus est efficacibus, et decreta reformationis in concilio Tridentino edita jussit applicari; bullam *In cœna Domini* per totum orbem promulgari decrevit. Cum Philippo Hispaniæ rege et Venetorum duce iniit fœdera, ut simul adversus Mahumetanos dimicarent, et magnam victoriam Actii retulerunt. Doctrinam Baii damnavit; Humiliatorum delevit et Cisterciensium reformavit ordinem. Virtutibus insignis, obiit die 1 Maii, ann. 1572, ætatis suæ 68 et a Clemente XI anno 1712 inter sanctos ascriptus est. Edidit constitutiones incipient.: *Ad exsequendum*, vid. verb. Beneficium, Congrua, Vicarius pastoralis; — *Ad hoc, nos Deus*, vid. verb. Conservatores; — *Admonet nos*, vid. verb. Excommunicatio, Feudum; — *Ad Romanum*, vid. verb. Affinitas, Matrimonium; — *Attendentes*, vid. verb. Spolium; — *Circa pastoralis officii*, vid. verb. Moniales, Tertiarii; — *Cum alias*, 10 Kal. Jun. 1571, vid. verb. Præcedentia; — *Cum ex apostolatus*, vid. verb. Beneficium; — *Cum ex ordinum*, 19 Kal. Januar. 1570, vid. verb. Præcedentia; — *Cum ex sacrorum*, vid. verb. Suspensio; — *Cum felicis*, vid. verb. Inquisitio; — *Cum illud*, vid. verb. Appellatio; — *Cum nihil magis*, vid. verb. Moneta; — *Cum nobis*, vid. verb. Naufragium; — *Cum onus apostolicæ servitutis*, 1 Februar. 1569, vid. verb. Census; *Cum pastoralis*, vid. verb. Clausura; — *Cum primum*, vid. verb. Accusator, Beneficium, Blasphemia, Cadaver, Ecclesia, Excommunicatio, Festa, Pœna, Sepultura, Simonia; — *Cum sicut accepimus*, vid. verb. Excommunicatio, Libri; — *Cum vices*, vid. verb. Arma, Pœna; — *Cupientes*, vid. verb. Parochus; — *Decet Romanum pontificem*, vid. verb. Conventus; — *Decori et honesti*, vid. verb. Abbatissa, Clausura, Episcopus, Excommunicatio, Moniales; — *De protegendis*, vid. verb. Excommunicatio; — *De salute*, vid. verb. Excommunicatio; — *Divina*, vid. verb. Præcedentia; — *Dominici gregis*, vid. verb. Libri prohibiti; — *Dum ad congregationem Casinensium*, Jul. 1571, vid. verb. Absolvere, Apostasia, Bigamia, Irregularitas, Moniales; — *Durum nimis*, Jul. 1570, vid.

Digitized by Google

verb. Canonicatus, Excommunicatio; — *Etsi apostolica*, 10 Junii 1570, vid. verb. Census; — *Etsi cuncta*, vid. verb. Privilegium; — *Etsi dominici*, vid. verb. Indulgentia; — *Etsi mendicantium*, 16 Maii 1567, vid. verb. Campana, Excommunicatio, Missa, Moniales; — *Etsi Romæ*, vid. verb. Excommunicatio; — *Exigit*, Januar. 1569, vid. verb. Congregationes; — *Eximia virtutum*, 28 Septemb. 1566, vid. verb. Missa; — *Ex omnibus*, 1 Octob. 1567, vid. verb. Ignorantia, Lex, Propositiones damnatæ; — *Ex ordinum*, vid. verb. Religiones regulares; — *Ex primo*, vid. verb. Pœna; — *Ex proximi*, 1 Octob. 1567, vid. verb. Attentio, Beneficium, Officium, Pensio; — *Horrendum illud*, vid. verb. Beneficium, Degradatio; — *In conferendis beneficiis*, 16 Maii 1567, vid. verb. Abbas, Archiepiscopus, Beneficium, Concursus, Electio, Impediens, Institutio, Parochus; — *In eam pro nostro*, Februar. 1571, vid. verb. Cambium; — *In felicis*, vid. verb. Excommunicatio; — *Infirma*, 12 Kal. Januar. 1566, vid. verb. Præcedentia; — *In omnibus rebus*, vid. verb. Excommunicatio; — *In sacrosancta*, vid. verb. Excommunicatio; — *In suprema*, vid. verb. Spolium; — *Inter desiderabilia*, 25 Junii 1569, vid. verb. Confraternitas; — *Inter illa*, vid. verb. Auditor; — *Inter multiplices*, vid. verb. Auditor; — *Intolerabilis*, vid. verb. Beneficium, Excommunicatio, Pensio, Simonia; — *Licet omnibus*, vid. verb. Excommunicatio; — *Pastoralis*, vid. verb. Electio; — *Pastoris*, vid. verb. Regulares; — *Postquam*, vid. verb. Religiones regulares; — *Providentia Romani pontificis*, vid. verb. Eucharistia, Missa, Transitus; — *Provisionis nostræ*, vid. verb. Hebræus; — *Quam pleno*, vid. verb. Excommunicatio; — *Quamprimum*, vid. verb. Suspensio; — *Quam vices*, vid. verb. Excommunicatio; — *Quanta Ecclesiæ*, vid. verb. Excommunicatio, Resignatio, Suspensio; — *Quanta est Ecclesia Dei*, vid. verb. Excommunicatio; — *Quod a nobis*, vid. verb. Canonicatus, Officium; — *Quo primum*, vid. verb. Missa; — *Regularium personarum*, vid. verb. Conventus, Excommunicatio, Moniales; — *Romani pontificis providentia*, vid. verb. Absolvere, Accusare, Approbatio, Examen, Irregularitas, Libellus famosus, Spolium; — *Romanus pontifex*, vid. verb. Hebræus, Ordo, Suspensio; — *Sanctissimus*, vid. verb. Excommunicatio, Matrimonium; — *Si de protegendis*, vid. verb. Inquisitio; — *Summi sacerdotis cura*, vid. verb. Moniales; — *Super gregem*, vid. verb. Medicus.

PIUS VI, natione Italus, patria Cesenas, primum Benedicto XIV a secretis, cameræ apostolicæ thesaurarius, purpura indutus a Clemente XIII, electus est papa anno 1775. Animi firmitate et patientia inter calamitates insignis, interiit Valentiæ, in Delphinatu, in Gallia, die 29 Aug. ann. 1799, ætatis suæ 81. Edidit constitut. incipient. : *Auctorem fidei*, vid. verb. Cultus SS. Cordis Jesu; — *Catholicæ Ecclesiæ*, vid. verb. Bulla Cruciatæ, Infernus; — *Ex debito*, 21 Maii 1784, vid. verb. Religiones regulares; — *Injuncti nobis*, 21 Maii 1784, vid. verb. Religiones regulares; — *Quamvis pastoralis*, 20 Novembr. 1778, vid. verb. Bulla Cruciatæ. — *Singulari providentia*, vid. verb. Congregationes.

PIUS VII, natione Italus, patria Cesenas, Pio VI defuncto, papa electus est ann. 1800. Pacem Ecclesiæ desiderans, pactum cum primo Consule iniit, anno 1801, ut apud Galliam restitueretur cultus catholicus. Postea vero regno et patrimonio Ecclesiæ spoliatus et ad Fontenibellaqueum ductus, novam certis sub conditionibus conventionem suscripsit cum clausula *servatis servandis*, anno 1812. Cum libertatem et S. Petri patrimonium anno 1814 recuperavisset, articuli præcedentium pactorum abrogati fuerunt per novam subsequentem conventionem, inter nostrum Pium VII et Ludovicum XVIII, Galliarum regem, anno 1817. — Patientia, mira animi firmitate, pietate virtutibusque omnibus emicuit. Migravit ad Dominum anno 1823. — Edidit constitut. incipient. : *Sollicitudo omnium Ecclesiarum*, vid. verb. Jesu Societas.

PIUS IX, electus papa, anno 1846, 16 Jun., quem Deus Ecclesiæ suæ diu sospitem servet. Anno 1846, edidit constitut. incipient. : *Qui pluribus*, vid. verb. Opinio probabilis.

# S

SIXTUS IV, natione Italus, patria Savonensis, professor theologiæ, ordinis Minorum generalis, creatus cardinalis a Paulo II cui successit anno 1471. Adversus Mahumetanos bellum feliciter gessit. Indulgentias fidelibus festum Immaculatæ Conceptionis B. M. V. celebrantibus concessit. Non mediocri doctrina instructus, scientiarum et artium amicus erat. Quædam opera composuit, scilicet : *Tractatum de sanguine Christi*; — *Tractatum de potestate divina*. Obiit 13 Aug. 1484, ætatis suæ 71. Edidit. const. incipient. : *Cum ad universos*, vid. verb. Religiones regulares; — *Cum præcelsa*, Septemb. 1483, vid. verb. Conceptio B. M. V., Indulgentia; — *Divina*, vid. verb. Abbreviatores, Cancellaria; — *In mari magno*, vid. verb. Electio; — *Etsi mendicantium*, vid. verb. Quarta funeralis; — *Grave nimis gerimus*, Septemb. 1483, vid. verb. Conceptio B. Mariæ Virginis; — *Licet ea*, vid. verb. Propositiones damnatæ; — *Regimini*, vid. verb. Absolvere, Apostasia, Excommunicatio, Moniales; — *Romani pontificis*, vid. verb. Auditor; — *Sacri*, vid. verb. Inquisitio; — *Salvatoris*, vid. verb. Indulgentia; — *Sedis apostolicæ*, vid. verb. Oratorium, Votum; — *Superna*, vid. verb. Papa; — *Supplicari nobis*, vid. verb. Approbatio.

SIXTUS V, natione Italus, e Montalto oriundus, ordinis S. Francisci monachus et procurator generalis, juris canonici professor, Venetiæ magnus inquisitor, consultor S. Officii, cardinalis creatus a Pio V, archiepiscopus Firmensis, defuncto Gregorio XIII, electus est papa ann. 1585. Ad negotia publica peragenda vir aptissimus, Romam insignibus decoravit ædificiis, patrimonium Ecclesiæ a latronibus vindicavit, et contra regem Navarræ, factioni Gallice dictæ *la Ligue* magno adjumento fuit. Obiit anno 1590. Edidit constitut. incipient. : *Ad compescendum*, vid. verb. Adulterium; — *Benignitas apostolicæ sedis*, vid. verb. Confirmatio; — *Cœli et terræ creator*, 5 Januar. 1590, vid. verb. Aromatoria, Somnium, Superstitio; — *Cum sacrosanctum*, vid. verb. Beneficium; — *Cum sicut*, 3 Octob. 1587, vid. verb. Excommunicatio, Libri; — *Cum ut benigna*, vid. verb. Quæstuarii; — *Detestabilis avaritiæ*, vid. verb. Societas; — *Divinæ charitatis*, vid. verb. Confraternitas; — *Dominus*, 19 Octob. 1581, vid. verb. Cultus sanctorum; — *Dum ineffabilia*, vid. verb. Confraternitas; — *Effrenatam*, Novemb. 1588, vid. verb. Apostolatus, Adulterium, Aromatoria; — *Egregia*, vid. verb. Capella; — *Ex communi cura*, vid. verb. Electio, *Ex supernæ dispositionis*, vid. verb. Confraternitas; — *Hoc nostri*, vid. verb. Bannitus; — *Immensa æterni Dei*, vid. verb. Congregationes, Declarationes; — *Immensæ de institutione*, vid. verb. Concilium; — *Ineffabilis Beatæ*, 1588, vid. verb. Conceptio B. M. V.; — *Inscrutabili judiciorum*, vid. verb. Somnium, Superstitio; — *Laudabilis*, vid. verb. Protonotarius; — *Non sine maxima*, vib. verb. Beneficium; — *Postquam verus*, vid. verb. Cardinales, Papa; — *Pro ea*, vid. verb. Excommunicatio; — *Quemadmodum*, vid. verb. Recursus; — *Rationi*, vid. verb. Processiones; — *Religiosa*, April. 1589, vid. verb. Cardinales; — *Romanus pontifex*, vid. verb. Cardinales, Limina, Suspensio; — *Sacri*,

Digitized by Google

10 Kalend. Septemb. 1587, vid. verb. Præcedentia, Quæstuarii; — *Sanctissimus*, vid. verb. Vacatio; — *Sanctum et salutare*, vid. verb. Bigamia, Ordo, Simonia; — *Triumphantis Jerusalem*, vid. verb. Prædicatorum ordo.

U

URBANUS II, natione Gallus, monachus Cluniacensis, a Gregorio VII purpura indutus, defuncto Victore III, summus pontifex electus est, die 12 Mart. 1088. Sub illius pontificatu, vixit Guibertus antipapa. Anno 1095, percelebre convocavit Claromontanum concilium, in quo prima adversus Mahumetanos decreta fuit expeditio. Migravit ad Dominum 28 Jul. 1099. Prudentia et animi firmitate claruit. Scripsit Epistolas 59. Edidit constitutionem incipient.: *Cum universis*, vid. verb. Confirmatio.

URBANUS IV, natione Gallus, patria Trecensis, primum Leodiensis archidiaconus, episcopus Virodunensis et patriarcha Hierosolymitanus, Alexandro IV defuncto, electus est papa, die 29 Aug. 1261. Festum SS. Sacramenti primus instituit. Scripsit *Explanationem super Miserere*, et Epistolas 61, Edidit constitut. incipient.: *Beata*, vib. verb. Religiones regulares; — *Licet*, vid. verb. Inquisitio; — *Quia sicut*, vid. verb. Bannitus, Excommunicatio, — *Transiturus*, ann. 1262, vid. verb. Festa, Indulgentia. Exstat ejusdem papæ *extravag.* incipiens: *Sane*, vid. verb. Canonicatus, Novitiatus.

URBANUS V, natione Gallus, patria Mimatensis, ordinis S. Benedicti monachus, vicissim S. Germani Altissiodorensis et S. Victoris Massiliensis abbas, defuncto Innocentio VI, electus est papa 27 Octob. 1362. Ex Avenione Romam sedem pontificalem transtulit anno 1367, et iterum Avenionem regressus obiit anno 1370, charitate erga pauperes et sanctitate morum clarus. Edidit constitut. incipient.: *Sacrosancta Romana Ecclesia*, vid. verb. Religiones regulares; — *Specialis benevolentiæ*, vid. verb. Abbas; — *Vestræ devotionis sinceritas*, vid. verb. Abbas.

URBANUS VIII, natione Italus, patria Florentinus, Gregorio XV defuncto, electus est papa, die 6 Aug. 1623. Vir prudentia et animi firmitate clarus, adversus Baium et fautores ejus fortiter egit. Humanioribus litteris deditus, varia concinnavit poemata. Obiit ann. 1644. Edidit constitut. incipient.: *Accepto*, vid. verb. Beneficium; —*Ad augendum*, 10 Maii 1634, vid. verb. Indulgentia; —*Admonemur*, vid. verb. Appellatio, Regularis prælatus; — *Ad Romani*, vid. verb Cardinales, Papa; — *Alias felicis*, 20 Decemb. 1631, vid. verb. Matrimonium; —*Alias felicis*, 11 April. 1635, vid. verb. Matrimonium; —*Alias per vos*, 31 Januar. 1635, vid. verb. Regularis professio; —*Alias pro parte*, vid. verb. Matrimonium, Recursus; — *Apostolatus officium*, 2 April. 1631, vid. verb. Absolvere, Confessarius, Inquisitio, Irregularitas, Laicus, Libri prohibiti, Missa, Pœna, Regulares; —*Circumscripta*, 6 Aug. 1623, vid. verb. Conclavista; —*Cœlestis Hierusalem*, vid. verb. Imagines, Regulares; — *Conservationi*, vid. verb. Libri; —*Cum Ecclesiæ*, vid. verb. Tabaccum; — *Cum evenire*, 13 Octob. 1638, vid. verb. Abstinentia, Jejunium, Vigilia; — *Cum sæpe contingat*, vid. verb. Interdictum, Moniales, Simonia; —*Cum sicut*, 12 Septemb. 1628, vid. verb Approbatio, Habitus, Libri, Ordo, Parochus; — *Debitum*, vid. verb. Processiones; — *Divinam psalmodiam*, vid. verb. Officium; — *Divinæ majestatis*, vid. verb. Imagines; — *Exponi nobis*, 23 Junii 1638, vid. verb. Baldachinum, Confirmatio, Habitus, Imagines, Legatum, Matrimonium, Pœna, Votum, —*In eminenti*, 6 Mart. 1641, vid. verb. Ignorantia, Lex, Propositiones damnatæ; —*In his quæ*, vid. verb. Libri; —*In plenitudinem*, vid. verb. Privilegium; — *Inscrutabiles*, vid. verb. Pensio; — *Inscrutabilis*, 31 Mart. 1631, vid. verb. Astrologia; — *In specula*, 19 Jul. 1630, vid. verb. Bulla Cruciatæ, Jubilæum; — *In suprema*, vid. verb. Degradatio, Moneta; — *Justis et honestis*, vid. verb. Libri; — *Magnum in Christo*, 20 Junii 1635, vid. verb. Matrimonium, Polygamia; — *Militantis*, vid. verb. Syndicus; — *Ne inquisitionis*, vid. verb. Inquisitio; —*Nuper a congregatione*, vid. verb. Contractus donationis; — *Nuper fecit*, 16 Octob. 1640, vid. verb. Baldachinum, Confirmatio, Regulares; — *Pastoralis Romani pontificis*, 13 Januar. 1630, vid. verb. Tertiarii; — *Pontificia sollicitudo*, vid. verb. Jubilæum; — *Portando*, 16 Maii 1629, vid. verb. Episcopus; —*Religiosos viros*, 10 Novemb. 1642, vid. verb. Ejecti a religione, Electio, Regularis professio; — *Romanus pontifex*, 5 Junii 1641, vid. verb. Abbas, Beneficium, Conventus, Ecclesia, Immunitas ecclesiastica; — *Sacrosancta Tridentina*, 15 Mart. 1642, vid. verb. Habitus, Imagines; — *Sacrosancti*, vid. verb. Feudum, Legatum; —*Sacrosanctum apostolatus ministerium*, vid. verb. Moniales, Præcedentia, Votum; — *Salvatoris*, 3 Februar. 1634, vid. verb. Electio, Limina; — *Sancta synodus*, vid. verb. Auditor, Cardinales, Episcopus, Interdictum, Limina; — *Sanctissimus*, vid. verb. Beneficium, Cardinales, Imagines, Libri, Miraculum, Sedes vacans; —*Sanctitas sua*, vid. verb. Cultus sanctorum; — *Secretis*, vid. verb. Ordo; —*Universa*, vid. verb. Festiva, Judicia, Patroni sancti; — *Universalis*, vid. verb. Hierosolymitani milites; — *Verum*, vid. verb. Cultus sanctorum.

# INDEX CONCILIORUM ET SYNODORUM

## QUÆ HOC IN LUCII FERRARIS PROMPTA BIBLIOTHECA REFERUNTUR,

### ORDINE ALPHABETHICO DIGESTUS.

*Post unumquodque concilium, revocantur quæque verba conciliorum auctoritate confirmata.*

—

A

AGATHENSE concilium (506), vid. verb. Advocati ecclesiarum, Alienati, Altare, Beneficiatus, Clericus, Decanus, Diaconissæ, Dominium, Ecclesia, Hæreticus, Legatarius, Legatum, Matrimonium, Missa, Ordo.

AGRIPPINENSE (1100), vid. Coloniense.

ALBANENSIS synodus (1703), vid. verb. Fides.

ALEXANDRINA (1605), vid. verb. Cadaver.

ALEXANDRINA (1613), vid. verb. Cadaver.

Digitized by Google

Alexandrina (1711), vid. verb. Concilium.
Alexandrina (1722), vid. verb. Cadaver.
Alexandrina (1732), vid. verb. Beneficiatus, Coma fictitia, Complex peccati.
Alexandrina (1735), vid. verb. Fidei professio.
Ancyranum concilium (314), vid. verb. Abortus, Alienatio, Bigamia, Canonicatus, Chorepiscopi, Eucharistia, Indulgentia.
Andegavensis synodus (1270), vid. verb. Quinquagesima.
Antiochenum concilium (332), vid. verb. Apostolus, Chorepiscopi, Congregationes ecclesiasticæ, Episcopus, Exarchi, Liturgia.
Antiochenum (341), vid. verb. Cardinales.
Antissiodorense (578), vid. verb. Baptisterium.
Antissiodorense (585), vid. verb. Jejunium, Missa.
Antuerpiense (1609), vid. verb. Canonicatus.
Apostolici canones, vid. verb. Abstinentia, Advocatus, Baptismus, Cantor, Eucharistia, Libri, Polygamia.
Aquense concilium (1585), vid. verb. Baptismus, Exorcista.
Aquileiense (1596), vid. verb. Jejunium.
Aquisgranense (803), vid. verb. Abbatissa.
Aquisgranense (816), vid. verb. Abbatissa, Apostolus, Beneficiatus, Clericus, Dominium, Episcopus, Missa, Moniales, Vigilia.
Arausicanum i (441), vid. verb. Abjurantes, Absolvere, Catechumeni, Diaconissa, Familiaris, Immunitas ecclesiastica.
Arausicanum ii (529), vid. verb. Peccatum.
Arelatense i (314), vid. verb. Abjurantes, Comœdia, Epistolæ ecclesiasticæ, Indulgentia, Jus, Pascha.
Arelatense ii (443), vid. verb. Abjurantes, Canonicatus, Comœdia, Sepultura.
Arelatense iv (524), vid. verb. Laicus, Sacerdos.
Arelatense vi (813), vid. verb. Baptismus.
Ariminense (1724), vid. verb. Matrimonium.
Armenorum concilium (1342), vid. verb. Eucharistia.
Asculanum concilium (1719), vid. verb. Coma fictitia.
Augustodunense (670), vid. verb. Symbolum.
Aurelianense i (511), vid. verb. Immunitas ecclesiastica, Rogationes.
Aurelianense ii (533), vid. verb. Agape, Diaconissa, Indulgentia, Sepultura.
Aurelianense iii (538), vid. verb. Adulterium, Canonicatus, Missa.
Aurelianense iv (541), vid. verb. Indulgentia, Justitia.
Aurelianense (871), vid. verb. Litaniæ.
Avenionense (1457), vid. verb. Conceptio B. M. V.

# B

Barcinonense concilium (599), vid. verb. Sors.
Basileiense (1431), vid. verb. Annatæ, Beneficium, Canonicatus, Cardinales, Conceptio B. M. V., Concordatum Gallicum, Excommunicatio, Officium divinum, Pœnitentia, Propositiones damnatæ.
Beneventanum (1374), vid. verb. Confirmatio.
Beneventanum (1673), vid. verb. Cadaver.
Bergomense (1628), vid. verb. Conscientia.
Bituricense (1438), vid. verb. Concordatus.
Bituricense (1584), vid. verb. Birretum.
Bononiense (1698), vid. verb. Coma fictitia.
Bracarense i (560), vid. verb. Anima, Baptismus, Missa, Sacerdos, Sepultura, Stola.
Bracarense ii (572), vid. verb. Cathedraticum, Litaniæ, Missa, Vasa sacra.
Bracarense iii (675), vid. verb. Alienatio, Stola.
Burdigalense (1080), vid. verb. Eucharistia.
Burdigalense (1583), vid. verb. Clericus, Contractus empt. et vend., Vestis.
Burdigalense (1624), vid. verb. Nuptiæ.
Burdigalense (1684), vid. verb. Exorcista.

# C

Cabillonense i (650), vid. verb. Pœnitentiæ sacramentum.
Cabillonense ii (813), vid. verb. Canonicatus, Comœdia, Indulgentia, Justitia, Moniales, Pœnitentiæ sacramentum, Pœnitentia publica.
Cæsaraugustana synodus (1368), vid. verb. Conceptio B. M. V., Eucharistia.
Cæsennatensis (1693), vid. verb. Matrimonium.
Cameracensis (1300-1310), vid. verb. Cœmeterium, Conceptio B. M. V.
Carthaginense concilium (253), vid. verb. Candela.
Carthaginense (344), vid. verb. Martyrium.
Carthaginense i (348), vid. verb. Epistolæ ecclesiasticæ, Moniales.
Carthaginense ii (390), vid. verb. Cælibatus.
Carthaginense iii (397), vid. verb. Absolvere, Comœdiæ, Degradatio, Epistolæ ecclesiasticæ, Eucharistia, Hæreticus, Jejunium, Justitia, Missa, Moniales, Residentia, Scriptura sacra, Vinum.
Carthaginense iv (398), vid. verb. Absolvere, Acolythus, Alba, Ambo, Archidiaconus, Archipresbyter, Beneficiatus, Cantor, Clericus, Comœdiæ, Diaconissæ, Dominium, Ecclesia, Episcopatus, Jejunium, Laicus, Libri, Œconomium Ecclesiarum, Ordo, Pœnitentia publica, Prædicator, Presbyterium, Sepultura, Viaticum.
Carthaginense v (400), vid. verb. Advocati Ecclesiarum, Alienatio, Episcopus, Excommunicatio, Sacramentum.
Carthaginense (411), vid. verb. Propositiones damnatæ.
Carthaginense (418), vid. verb. Infernus, Laicus.
Carthaginense (424), vid. verb. Indulgentia.
Carthaginense (525), vid. verb. Monasterium.
Carthaginense (534), vid. verb. Monasterium.
Chalcedonense (451), vid. verb. Advocati Ecclesiarum, Apostolus, Archidiaconus, Archimandrita, Archipresbyter, Clericus, Concilium, Diaconissæ, Diœcesis, Ecclesia, Epistolæ ecclesiasticæ, Exarchi, Hæreticus, Indulgentia, Matrimonium, Missa, Monachus, Œconomium ecclesiarum, Papa, Patres sancti.
Claromontanum (1095), vid. verb. Bulla Cruciatæ, Indulgentia, Quinquagesima.
Claromontanum (1130), vid. verb. Canonicatus.
Coloniense (1100), vid. verb Cultus sanctorum.
Coloniense ii (1536), vid. verb. Abstinentia, Campana, Canonicatus, Confirmatio, Festa, Laicus, Libri, Magister, Missa, Polygamia, Prædicator, Quadragesima, Sabbatum.
Coloniense iii (1549), vid. verb. Baptismus, Prædicator.
Coloniense iv (1550), vid. verb. Beneficium.
Constantiense (1414), vid. verb. Annatæ, Beneficium, Beneficiatus, Cardinales, Ecclesia, Eucharistia, Excommunicatio, Homicida, Imagines, Laicus, Libri, Papa, Pœnitentiæ sacramentum, Prædicator, Propositiones damnatæ, Sacerdotium, Sacerdos, Schisma, Schismatici, Simonia.
Constantinopolitanum i, œcumenicum (381), vid. verb. Abjurantes, Ecclesia, Exarchi, Indulgentia, Symbolum.
Constantinopolitanum (448), vid. verb. Advocati Ecclesiarum.
Constantinopolitanum ii (553), vid. verb. S. Patres.
Constantinopolitanum iii, œcumenicum (681), vid. verb. Anima, Eucharistia, Pileolus.
Constantinopolitanum iv, œcumenicum, vid. verb. Anima, Congregationes, Habitus, Indulgentia, Laicus, Ordo.
Coyacense (1050), vid. verb. Missa.
Cypri synodus (401), vid. verb. Libri.

Digitized by Google

## D

Diamperiense (1599), vid. verb. Eucharistia.

## E

Eboracense (1195), vid. verb. Baptismus.
Eliberitanum (305), vid. verb. Affinitas, Baptismus, Candela, Comœdiæ, Epistolæ ecclesiasticæ, Hæreticus, Indulgentia, Jus, Justitia, Liturgia.
Emeritense (666), vid. verb. Diptycha, Missa prout est sacrificium.
Epaonense (517), vid. verb. Canis, Diaconissæ, Missa prout est sacrificium, Ordo, Ordinare.
Ephesinum œcumenicum (431), vid. verb. Apostolus, Archimandrita, Eucharistia, Libri, Papa, SS. Patres, Symbolum.
Erfordiense (932), vid. verb. Abstinentia.
Exoniense (1287), vid. verb. Immunitas ecclesiastica.

## F

Farfensis synodus (1685), vid. verb. Matrimonium.
Florentina (1589), vid. verb. Absens.
Florentinum concilium œcumenicum (1438), vid. verb. Absolvere, Anima, Baptismus, Circumcisio, Concilium, Confirmatio, Ecclesia, Eucharistia, Extrema Unctio, Intentio, Matrimonium, Missa prout est sacrificium, Moribundus, Obstetrices, Ordo, Ordinare, Papa, SS. Patres, Peccatum, Pœnitentiæ sacramentum, Polygamia, Sacramentum, Sacrificium, Symbolum, Vinum.
Francofordiense (794), vid. verb. Conceptio B. M. V.
Fulginatensis synodus (1722), vid. verb. Concilium, Regularis.

## G

Gallicani cleri conventus (1329), vid. verb. Archipresbyter
Gallicanum nationale concilium (1700), vid. verb. Conscientia.
Gallicanus cœtus (1655), vid. verb. Conscientia.
Gallicanus cœtus (1682), vid. verb. Conscientia.
Gangrense (364), vid. verb. Advocati Ecclesiarum, Agape, Œconomium Ecclesiarum, Sabbatum.
Gerundensis synodus (517), vid. verb. Litaniæ.
Granatensis (1491), vid. verb. Hebræus, Missa prout est sacrificium.

## H

Hierosolymitanum concilium (33), vid. verb. Episcopus.
Hipponense (395), vid. verb. Missa prout est sacrificium, Scriptura sacra.
Hispalense ii (619), vid. verb. Beneficiatus, Laicus.

## I

Iconiensis synodus (258), vid. verb. Apostolus.

## L

Labinensis synodus (1341), vid. verd. Medicus.
Lambetense concilium (1621), vid. verb. Immunitas ecclesiastica.
Laodicenum (circa 364), vid. verb. Ambo, Cantor, Ecclesia, Eucharistia, Nuptiæ, Pœnitentiæ sacramentum, Sabbatum, Scriptura sacra.
Larvinensis synodus (1728), vid. verb. Congregatio .. es cleri.
Lateranense concilium (649), vid. verb. Conceptio B. M. V.
Lateranense i, œcumenicum (1123), vid. verb. Annatæ.
Lateranense ii, œcumenicum (1139), vid. verb. Clericus, Excommunicatio, Votum.
Lateranense iii, œcumenicum (1179), vid. verb. Accusatus, Actor, Aromataria, Aromatarii, Bellum, Beneficium, Bona, Cardinales, Ecclesia, Electio, Hæreticus, Laicus, Missa prout est sacrificium, Papa, Sæcularisatio bonorum ecclesiasticorum, Ususfructus, Usus.
Lateranense iv, œcumenicum (1215), vid. verb. Accusari, Advocati Ecclesiarum, Affinitas, Anima, Apostasia, Approbatio, Arma, Attentio, Baptismus, Beneficium, Bona, Bulla Cruciatæ, Canis, Clericus, Confirmatio electionis, Decima, Ecclesia, Eucharistia, Habitus, Indulgentia, Lex, Matrimonium, Medicus, Missa prout est sacrificium, Ordo, Ordinare, Papa, Pœnitentiæ sacramentum, Prædicatorum ordo, Propositiones damnatæ, Quæstuare, Quæstuarii seu Quæstores, Sæcularisatio bonorum ecclesiasticorum, Sepultura, Symbolum, Vinum.
Lateranense v generale (1512), vid. verb. Anima, Attentio, Bona, Canonicatus, Clericus, Concilium, Concordatum Gallicum, Episcopus, Excommunicatio, Libri, Montes Pietatis, Officium divinum, Pœna, Prædicator, Pragmatica Sanctio Gallorum, Propositiones damnatæ, Regulares, Religiones regulares et militares, Sabbatum, Tertiarii, Tertiariæ.
Libano in Monte a Maronitis habita synodus (1736), vid. verb. Commemoratio, Eucharistia.
Libano in Monte synodus (1596), vide verb. Eucharistia.
Lingonensis synodus (1622), vid. verb. Matrimonium.
Londinense concilium (1200), vid. verb. Baptismus.
Londinense (1237), vid. verb. Ecclesia.
Londinense (1266), vid. verb. Accessus.
Londinense (1268), vid. verb. Habitus.
Londinense (1328), vid. verb. Conceptio B. M. V.
Lucana synodus (1681), vid. verb. Concilium.
Lugdunense concilium (566 vel 567), vid. verb Moniales, Pœnitentiæ sacramentum.
Lugdunense i, œcumenicum (1245), vid. verb. Actor, Apostoli, id est litteræ missoriæ, Bulla Cruciatæ, Indulgentia.
Lugdunense ii, œcumenicum (1274), vid. verb. Beneficium, Bigamia, Cœmeterium, Commemoratio, Concordatum Gallicum, Confirmatio electionis, Epistolæ ecclesiasticæ, Œconomium Ecclesiarum, Papa, Regalia ejusque jus.

## M

Marcianense concilium (1326), vid. verb. Immunitas ecclesiastica.
Matisconense i (581 vel 582), vid. verb. Adventus jejunium, Moniales.
Matisconense ii (585), vid. verb Decimæ, Eucharistia, Excommunicatio, Missa prout est sacrificium.
Mechliniensis synodus (1570), vid. verb. Canonicatus, Capitulum, Cœmeterium.
Mediolanense i concilium (1565), vid. verb. Abstinentia, Acolythus, Arma, Baptismus, Beneficium, Birretum, Campana, Canis, Capella, Clericus, Confirmatio, Contractus emptionis et venditionis, Imagines, Missa prout est sacrificium, Moniales, Notarius, Prædicator, Quadragesima, Sepultura, Vestis, Vicarius foraneus, Vinum, Usura.
Mediolanense ii (1569), vid. verb. Baptismus, Vasa sacra, Vestis.
Mediolanense iii (1573), vid. verb. Comœdiæ, Moniales, Monitorium, Quinquagesima, Vita communis.
Mediolanense iv (1576), vid. verb. Canonicatus, Concilium, Vestis.


Digitized by Google

**Mediolanense** v (1579), vid. verb. Advocati ecclesiarum, Concilium, Cultus sanctorum, Fidei professio, Parochia, Parochialis, Parochianus, Sepultura, Simonia.

**Mediolanense** vi (1582), vid. verb. Concilium, Fidei professio.

**Mediolanensis** synodus (1584), vid. verb. Complex peccati.

**Mediolanense** vii concilium (1609), vid. verb. Capellanus, Complex peccati, Missa prout est sacrificium.

**Meldense** (845), vid. verb. Canonicatus, Epistolæ ecclesiasticæ, Sacramentum, Sepultura, Taberna, Tabernarii seu Caupones, Titulus, Venatio, Venator.

**Milevitanum** i (402), vid. verb. Archivium, Divortium, Exarchi et Primates.

**Milevitanum** ii (416), vid. verb. Advocati ecclesiarum, Canonicatus, Congregationes ecclesiasticæ Romanæ, Præfatio, Propositiones damnatæ.

**Mexicanum** (1585), vid. verb. Canis.

**Moguntinum** (813), vid. verb. Advocati ecclesiarum, Arma, Litaniæ, Missa prout est sacrificium, Sepultura.

**Moguntinum** (circa 900), vid. verb. Altare.

**Moguntinum** iv (1549), vid. verb. Baptismus, Beneficiatus, Imagines, Jejunium, Libri, Missa prout est sacrificium, Polygamia, Prædicator, Sacerdotium, Sacerdos.

# N

**Nannetense** concilium (circa 600 vel 658), vid. verb. Confraternitas.

**Nannetense** (850), vid. verb. Sepultura.

**Nannetense** (1264), vid. verb. Ordo, Ordinare.

**Narbonense** (1602), vid. verb. Vestis.

**Neapolitana** synodus (1694), vid. verb. Matrimonium.

**Neapolitana** (1726), vid. verb. Matrimonium.

**Neocæsariense** concilium (1314 vel 1315), vid. verb. Affinitas, Matrimonium, Pœnitentia publica.

**Nicænum** i œcumenicum (325), vid. verb. Abjurantes, Apostolus, Chorepiscopi, Clericus, Concilium, Diaconissæ, Ecclesia, Episcopus, Epistolæ ecclesiasticæ, Eucharistia, Exarchi et Primates, Indulgentia, Irregularitas, Libri, Missa prout est sacrificium, Neophyti, Pascha, Polygamia, Sabbatum, Symbolum, Viaticum.

**Nicænum** ii œcumenicum (787), vid. verb. Abbas, Abjurantes, Alienatio, Beneficiatus, Exarchi et Primates, Habitus, Hemorrhoissa, Imagines, Œconomium ecclesiarum, Religiones regulares et militares, Sacerdotium, Sacerdos.

**Nugaroliense** (1303), vid. verb. Immunitas ecclesiastica.

# O

**Oxoniense** concilium (1212), vid. verb. Jejunium.

**Oxoniense** (1222), vid. verb. Advocatus, Conceptio B. M. V., Missa prout est sacrificium.

**Oxoniense** (1487), vid. verb. Jus patronatus.

# P

**Palentinum** concilium (1322), vid. verb. Immunitas ecclesiastica.

**Parisiense** vi (829), vid. verb. Abbas, Abbatissa, Baptismus, Contractus emptionis et venditionis, Missa prout est sacrificium.

**Patavina** synodus (1624), vid. verb. Conscientia.

**Pictaviense** concilium (1078), vid. verb. Abbas.

**Pictaviense** (1100), vid. verb. Beneficium.

**Pisanum** (1409), vid. verb. Concilium.

**Placentinum** (1095), vid. verb. Clericus.

# Q

**Quini-Sexta** synodus, vide Trullanum concilium.

# R

**Ravennatense** concilium (1310 vel 1311), vid. verb. Beneficium, Notarius, Prædicator.

**Ravennatense** (1311), vid. verb. Adulterium.

**Ravennatense** (1314), vid. verb. Almutium.

**Ravennatense** (1317), vid. verb. Notarius, Ordo, Ordinare.

**Remense** (625), vid. verb. Eucharistia.

**Remense** (813), vid. verb. Calix.

**Remense** (1148), vid. verb. Advocati ecclesiarum, Baptismus, Beneficiatus, Votum.

**Remense** (1583), vid. verb. Exorcisare, Exorcista, Ordo, Ordinare, Vestis, Usura.

**Romanum** (197), vid. verb. Pascha, Sabbatum.

**Romanum** (252), vid. verb. Fides.

**Romanum** (313), vid. verb. Martyrium.

**Romanum** (325), vid. verb. Cardinales, Pascha.

**Romanum** (483), vid. verb. Trisagium.

**Romanum** (496), vid. verb. Scriptura sacra.

**Romanum** (531), vid. verb. Papa.

**Romanum** (590), vid. verb. Præfatio.

**Romanum** (595), vid. verb. Ambo.

**Romanum** (601), vid. verb. Monasterium.

**Romanum** (653), vid. verb. Postulatio prælatorum.

**Romanum** (circa 721 vel 726), vid. verb. Imagines, Concilium.

**Romanum** (circa 743), vid. verb. Clericus, Limina apostolorum, Missa prout est sacrificium.

**Romanum** (769), vid. verb. Concilium.

**Romanum** (827), vid. verb. Abbas, Testamentum.

**Romanum** (853), vid. verb. Cardinales, Titulus.

**Romanum** (868), vid. verb. Congregationes ecclesiasticæ Romanæ.

**Romanum** (1050), vid. verb. Congregationes ecclesiasticæ Romanæ.

**Romanum** (1059), vid. verb. Cardinales, Libri.

**Romanum** (1079), vid. verb. Juramentum.

**Romanum** (1724), vid. verb. Pileolus.

**Romanum** (1725), vid. verb. Accusatus, Canonicatus, Cardinales, Cathedraticum, Congregationes, Cleri, Constitutio *Unigenitus*, Episcopus, Fidei professio, Habitus, Medicus, Missa prout est sacrificium, Regularis professio.

# S

**Sabinense** concilium (1312), vid. verb. Abstinentia, Vigilia.

**Sabinensis** synodus (1573), vid. verb. Conscientia.

**Sabinensis** syn. (1736), vid. verb. Matrimonium.

**Salegunstadiense** concilium (1022), vid. verb. Indulgentia.

**Salernitana** synodus (1579), vid. verb. Candela.

**Salisburgense** concilium (1281), vid. verb. Adventus, Quinquagesima.

**Salisburgense** (1386), vid. verb. Birretum.

**Sardicense** (347), vid. verb. Episcopus.

**Senonense** (1528), vid. verb. Abstinentia, Beneficium, Clericus, Imagines, Musica, Musicus, Ordo, Ordinare, Quadragesima.

**Silvanectense** (1326), vid. verb. Immunitas ecclesiastica.

**Suessionensis** synodus (1324), vid. verb. Conceptio B. M. V.

# T

**Tarraconense** concilium (516), vid. verb. Advocatus, Excommunicatio, Festa, Festivitates.

**Tarraconense** (1591), vid. verb. Beneficium.

**Tarvisina** synodus (1642), vid. verb. Conscientia.

**Theudonis** apud villam synodus (844), vid. verb. Clericus.

**Toletanum** i concilium (circa 400), vid. verb. Bigamia, Diœcesis, Femina, Miles, Symbolum.

**Toletanum** (447), vid. Astrologia.

**Toletanum** ii (531), vid. verb. Seminarium.

Digitized by Google

Toletanum iii (589), vid. verb. Matrimonium.

Toletanum iv (633), vid. verb. Adventus, Alienatio, Annulus, Baptismus, Candela, Clericus, Confessarius, Conjugium, Diaconissæ, Epistolæ ecclesiasticæ, Excommunicatio, Matrimonium, Neophyti, Pœnitentia publica, Seminarium, Stola, Te Deum laudamus.

Toletanum v (636), vid. verb. Litaniæ.

Toletanum vi (638), vid. verb. Legitimatio.

Toletanum vii (646), vid. verb. Jejunium, Missa prout est sacrificium, Sacrificium.

Toletanum viii (653), vid. verb. Abstinentia, Jejunium.

Toletanum x (656), vid. verb. Annuntiatio B. M. V.

Toletanum xi (675), vid. verb. Moribundus.

Toletanum (681), vid. verb. Missa prout est sacrificium.

Toletanum xvii (694), vid. verb. Baptisterium, Vasa sacra.

Toletanum (1324), vid. verb. Concilium.

Tolosanum (1590), vid. verb. Birretum, Matrimonium.

Trecensis synodus (878), vid. verb. Matrimonium.

Trecensis (1400), vid. verb. Confirmatio.

Trevirense concilium (1549), vid. verb. Baptismus, Prædicator, Quæstuare, Quæstuariis eu Quæstores.

Tricassina synodus (878), vid. verb. Missa prout est sacrificium.

Triburiense concilium (895), vid. verb. Adulterium, Calix, Clericus, Missa prout est sacrificium, Ordo, Ordinare.

Tridentinum œcumenicum (1545), vid. verb. Abbas, Abbatissa, Abortus, Absens, Absolvere, Acceptio personarum, Acessus, Acolythus, Adjuncti, Administratio, Adventus, Ætas, Affinitas, Agnus Dei, Alienatio, Alimenta, Altare, Anima, Annatæ, Anniversarium, Annus, Annus probationis, Apostasia, Apostolus, Appellatio, Approbatio, Arbiter, Arbitrator, Archidiaconus, Archiepiscopus, Archipresbyter, Arma, Attentio, Auditor, Bacchanalia, Baptismus, Benedictio, Beneficium, Beneficiatus, Bigamia, Bona, Bulla Cruciatæ, Cadaver, Cælibatus, Calix, Cancellaria, Canon Missæ, Canonicatus, Capella, Capellania, Capellanus, Capitulum, Cardinales, Causæ, Censura, Circumcisio, Cives, Clausulæ, Clausura, Clericus, Coadjutor, Competentia pastoralis, Conceptio B. M. V. Concilium, Concursus, Confessarius, Confessio, Confirmatio, Confraternitas, Congregationes ecclesiasticæ Romanæ, Congrua, Conjugium, Consecrare, Consecratio, Conservatores, Consuetudo, Conventus, Decanus, Decimæ, Degradatio, Delegare, Delegatus, Dismembratio, Dispensatio, Distributiones quotidianæ, Cultus sanctorum, Divortium, Dominium, Duellum, Ecclesia, Ejecti a religione, Electio, Eleemosyna, Episcopatus, Episcopus, Eucharistia, Examen, Excommunicatio, Executor litterarum apostolicarum, Expositio SS. Sacramenti, Extrema-Unctio, Familiaris, Festa, Festivitates, Fidei professio, Filius, Filii, Forum seu Forus, Gratia ut est donum Dei, Gratia ut est gratiosum rescriptum, Habitus, Hæres, Hæresis, Hæreticus, Homicida, Homicidium, Hospitales, Hospitalarius, Imagines, Immunitas ecclesiastica, Indulgentia, infamia, Infamis, Insignis, Insignitas, Insordescens, Insordescentia, Institutio seu Instituere in beneficiis, Instructio parochorum et aliorum confessariorum, Intentio, Interdictum, Interstitia, Irregularitas, Jejunium, Jubilæum, Jurisdictio, Jus, Justitia, Juspatronatus, Laicus, Legatarius, Legatum, Legatus, Lex, Libri, Limina Apostolorum, Locatio, Ludus et Sponsio, Luxuria, Magister, Martyrium, Matrimonium, Minister sacramenti, Missa prout est sacrificium, Moniales, Monitorium, Montes pietatis, Moribundus, Notarius, Novitiatus, Nuptiæ, Obstetrices, Officium divinum, Oratorium, Ordo, Ordinare, Parentes, Parochia, Parochialis, Parochianus, Parvuli, Pascha, Paschalis communio, Patrimonium, Peccatum, Pensio, Pensionarius, Pestis, Pœna, Pœnitentiæ sacramentum, Polygamia, Portio, Portionarii cathedralium, Possessio, Postulatio prælatorum, Prædicator, Præsumptio, Privilegium, Processiones, Procuratio, Purgatorium, Quadragesima, Quarta funeralis, Quæstuare, Quæstuarii seu Quæstores, Regularis professio, Regulares, Religiones regulares et militares, Rescissio ac nullitas matrimonii, Reservatio casuum, Residere, Residentia, Resignatio seu Renuntiatio beneficiorum et permutatio eorum, Restitutio in integrum, Restitutio, Rubricæ, Sacerdotium, Sacerdos, Sacramentum, Sacrificium, Sacrilegium, Scientia in beneficiariis, Scriptura sacra, Sedes vacans, Seminarium, Sententia, Simonia, Sponsalia, Suspensio, Symbolum, Testamentum, Testimoniales et commendatitiæ litteræ ubi etiam de transitu de una ad aliam diœcesim, Testis, Transitus, Unio beneficiorum seu ecclesiarum, Usufructus, Usus, Ustensilia, Uxor, Vacatio, Vacare, Vagu s, Vagabundus, Vestis, Vicarius capitularis, Vicarius generalis episcopi, Vicarius parochialis, Vicarius urbis, Vinum, Virtus, Visitare, Visitatio, Visitator, Vita communis, Votum, Zizania.

Trullanum vel in Trullo vel Quini-Sextum (672), vid. verb. Apostolus, Cælibatus, Cognitio spiritualis, Comœdiæ, Diaconissæ, Epistolæ ecclesiasticæ, Eucharistia, Indulgentia, Jejunium, Matrimonium, Moniales, Pœnitentiæ sacramentum.

Turonense ii (circa 567), vid. verb. Abbas, Adventus, Congregationes ecclesiasticæ Romanæ, Decimæ, Eleemosyna.

Turonense iii (813), vid. verb. Eucharistia, Missa prout est sacrificium, Ordo, Ordinare.

Turonense iv (849), vid. verb. Nuptiæ.

Turonense (1163), vide verb. Clericus.

Turonense (1294), vide verbum Archipresbyter.

Turonense (1583), vid. verb. Birretum, Matrimonium.

# V

Valentinum in Hispania concilium (524), vid. verb. Catechumeni.

Valentinum (855), vid. verb. Canonicatus.

Vallisoletanum (1322), vid. verb. Immunitas ecclesiastica.

Vasense (442), vid. verb. Missa prout est sacrificium.

Vasense (539), vid. verb. Seminarium.

Vaurensis synodus (1368), vid. verb. Immunitas ecclesiastica, Sepultura.

Vercellensis (1050), vid. verb. Congregationes ecclesiasticæ Romanæ.

Viennense œcumenicum concilium (1311), vid. verb. Almutium, Anima, Attentio, Bona, Canonicatus, Cardinales, Conscientia, Papa, Pœnitentiæ sacramentum, Propositiones damnatæ, Religiones regulares et militares.

Viterbensis synodus (1762), vid. verb. Congregationes cleri.

# W

Wigornense concilium (604), vid. verb. Baptisterium.

Wigorniensis synodus (1240), vid. verb. Juspatronatus.

Wormatiense concilium (868), vid. verb. Baptismus, Bona, Canis, Diaconissæ, Excommunicatio.

# Z

Zamosciana synodus (1710), vid. verb. Commemoratio.

Zamosciana (1720), vid. verb. Eucharistia.

Digitized by Google

# SUPPLEMENTUM

AD

## F. LUCII FERRARIS PROMPTAM BIBLIOTHECAM.

—

MONITUM.

Cum inter varias sacræ Rituum congregationis et Concilii resolutiones, quarum auctoritas a nostro cl. Ferrari invocatur, multæ sunt quæ nec per textum nec ad calcem uniuscujusque voluminis afferuntur, nobis hoc in supplemento sequentes adjicere perutile visum est, ut tum quæstiones propositæ, tum responsa cuique pateant. Illas ordine chronologico disposuimus, et indicem alphabeticum adjecimus in fine, ut facilius singulæ resolutiones pro opportunitate reperiantur.

—

# DECRETA SACRÆ RITUUM CONGREGATIONIS.

1. Clerici parati ratione paramentorum thurificandi sunt ante beneficiatos, *sacra Rituum congregatio die* 10 *Junii, anno* 1602, *in Lauretana:* Ratione paramentorum. Ita et beneficiati parati ante non paratos, sicut et canonici sacris vestibus induti ante alios canonicos non indutos, ex aliis decretis *S. R. C. sub num.* 9 *et* 18, et *Cærem. episcoporum lib.* 1, *cap.* 23, *num.* 30.

2. Monachi Congregationis Cassinensis non sunt ullo modo cogendi accedere, nisi ad processionem Sanctissimi Sacramenti, juxta eorum antiquam consuetudinem, quam eis ubique conservandam esse censuit *S. R. C.* 10 *Junii* 1602, *in Placentina.* Decretum hoc uti emanatum a *S. R. C.* approbatur et confirmatur ab Urbano VIII, constit. edita die 17 mensis Nov. 1638, quæ incipit *Nuper pro parte.*

3. Episcopus non potest cogere Regulares, ut faciant commemorationem ipsius in ultima collecta, *S. R. C.* 10 *Junii* 1602, *in Egitanien.*

4. Consuetudo immemorabilis, ut præter diaconum et subdiaconum canonico celebranti solemniter assistat unus capellanus cum pluviali, servanda est, *S. R. C.* 10 *Junii* 1602, *eodem die et mense* 1604, *in Mantuana, et* 27 *Julii* 1726, *ad episcopum Papiensem in audientia sanctissimi Papæ Benedicti XIII, ad primum dubium :* Solemnitér. In Missis privatis nulla datur assistentia canonico, sed celebrare debet uti simplex sacerdos, servatis solummodo distinctionibus quoad paramentorum qualitates et locum parandi. Vide *num.* 830, 951 *et* 966.

5. Usus semel introductus juxta regulas libri Cæremonialis servandus est et pax cum osculo omnibus viris ecclesiasticis in choro sedentibus danda est; *S. R. C.* 8 *Jul.* 1602, *in Messanen. :* Usus semel introductus amplius non dat locum Ecclesiarum consuetudini. Vide *num.* 41 *et* 55. In choro sedentibus (intelliguntur qui jus sedendi habent in choro et stallum); pax enim stanti et non sedenti danda est, *Cærem. epis. lib.* 1, *c.* 24, *num.* 7. Cum osculo viris ecclesiasticis, appropinquando genam, ita ut se invicem leviter tangant. Laicis vero, licet magistratus, barones et nobiles sint, cum instrumento, quod prius osculetur a porrigente pacem, nulla irreverentia quibuscunque facta antequam det, sed post datam pacem, etiamsi adesset imperator. Spectabit autem semper ad presbyterium assistentem in Missis, in quibus adhibentur, pacem deferre, subdiacono vero in aliis : qui dare debent pacem, postquam per osculum detulerint dignitatibus et canonicis, etiam magistratibus sæcularibus, sed istis cum instrumento, et postremo eam alicui tradit acolytho, vel cæremoniario, qui cæteris de choro distribuit, scilicet ecclesiasticis cum osculo, laicis cum instrumento. Regulare est, ut pax detur primo cujuscunque ordinis, ubi præbendæ sunt distinctæ; et ubi non sunt distinctæ, primo ab utroque latere, qui successive dat alteri subsequenti, dicens : *Pax tecum,* cui respondeat qui pacem accipit : *Et cum spiritu tuo, Cærem. episc. lib.* 1, *cap.* 24, *per totum.* In Missis etiam planis coram episcopo dari solet ipsi episcopo pax cum instrumento. Idem *lib.* 1, *c.* 30, *num.* 12. Vid. *num.* 1144. Diaconus vero et subdiaconus in Missa solemni, cum communicant, quomodo pacem accipiant consule *num.* 83.

6. Assistentia, quæ a canonicis diaconis hinc inde debetur per viam episcopo accedenti ad ecclesiam pro Missa et Vesperis celebrandis, fiat tantum quando episcopus pergit intra, vel extra eamdem ecclesiam cum pluviali et mitra, non vero quando incedit cum cappa *S. R. C.* 3 *Aug.* 1602, *in Æsina :* Cum cappa. Tenentur cum aliis canonicis episcopum ad ecclesiam comitari et tunc dum alii accipiunt paramenta, ipsi sua accipiant. *Cærem. episc. lib.* 1, *cap.* 9, *num.* 1. Vid. *num.* 1204.

7. Capellani, seu alii ministri Ecclesiæ, quocunque nomine appellentur, solitas functiones facere debent, licet Cæremoniale ad eas exercendas eos nomine proprio non appellet, *S. R. C.* 3 *Aug.* 1602, *in Patavina.*

8. In regno Castellæ et Legionis servandum est Cæremoniale episcoporum etiam in generalibus processionibus, ita ut fratres, seu monachi, vel ordines regulares antecedant et presbyteri, seu clerici sæculares subsequantur et ultimum locum detineant, nec mistim cum regularibus incedant. Superiores vero dictorum regularium numerum debitum, decentem et consuetum fratrum ad easdem processiones mittant, *S. R. C.* 30 *Aug.* 1602, *in una Castellæ et Legionis :* Regulares antecedant. Religiosi post fraternitates laicorum juxta ordinem antiquitatis, vel prout de jure, vel consuetudine præcedere solent, postea curiales et officiales, inter quos ultimo loco ibunt nobiliores et magistratus; deinde clerus, hoc est primo minister portans cru-

Digitized by Google

cem ecclesiæ cathedralis, medius inter duos clericos cum candelabris accensis, deinde clerici seminarii, postea curati ecclesiarum parochialium cum cottis, tum collegiatæ cum suis insignibus, quæ etiam in die Corporis Christi permittuntur, si alias illa deferre soleant, et ultimo loco clerus ecclesiæ cathedralis, post quem canonici parati suis paramentis, scilicet subdiaconi cum tunicellis, diaconi cum dalmaticis, presbyteri cum planetis, et dignitates cum pluvialibus, etiam primicerius, licet dubitetur an sit dignitas, *ex decr. S. R. C. sub num.* 59. Quæ paramenta hoc ordine erunt semper a canonicis assumenda in processionibus de die Corporis Christi, et in Litaniis majoribus et minoribus, si commode quoad processiones Litaniarum fieri poterit, quo in casu saltem sex, vel octo eorum erunt cum pluvialibus ultra duos diaconos assistentes cum dalmaticis hinc inde cum episcopo, *Cærem. episc. lib.* I, *cap.* 32, *num.* 1, *et cap.* 33, *num.* 5 *seqq.* Vide etiam *num.* 37, 209 et 1129. Circa vero magistros tum cæremoniarum, tum capellæ cum cantoribus. Vide *num.* 114 et 159.

9. Beneficiati parati incensentur ante non paratos, *S. R. C.* 30 *Aug.* 1602, *in Calaritana.* Vide *num.* 1.

10. Baldachini hastæ in ecclesia deferendæ sunt, ut dicitur in libro Cæremoniali episcoporum *lib.* I, *cap.* 4, *S. R. C.* 30 *Aug.* 1602, *in Melphiten.* Umbraculum, quod in processionibus deferri solet per nobiliores laicos, vel ecclesiasticos, deferri solet hoc ordine : Dignior ferat primam hastam, quæ est ante episcopi dexteram; secundus alteram, quæ prima est ante episcopi sinistram; tertius aliam, quæ immediate est sub prima a parte dextera, et sic successive usque etiam ad octavum; ita ut minus digni habeant postremas hastas post tergum episcopi. Pluribus vero occurrentibus quam octo, servari debet idem Cæremoniale, ubi : *Quod si inter digniores plures essent, qui de æquali gradu, aut præeminentia contenderent; adeo ut omnibus his primo loco hastæ baldachini assignari nequirent, relinquetur his ultimus locus, id est ubi processio jam pervenit ad ecclesiam, ad quam dirigitur, talis enim locus reputatur primo æqualis. Lib.* I, *cap.* 14, *num.* 3. Sacerdotes vero sive dignitates sint, sive canonici, sive beneficiati, vel mansionarii cum paramentis, id est cum pluviali, sive non, prout processio fit cum paramentis, vel sine illis, hastas deferant per totam ecclesiam et in porta ecclesiæ illas relinquent in manibus laicorum, ut dictum est. *Cærem. episc. lib. suprac. et lib.* II, *cap.* 23, *num.* 10, *et* 33, *num.* 13 *et* 21. Vide *num.* 191 *et* 1115.

11. Tertiarii Sancti Francisci degentes in sæculo, qui fuerint de gremio alicujus ecclesiæ, et illius choro obligati, debent recitare officia particularia illius ecclesiæ; secus autem si sint de gremio, et nullatenus choro intervenire debuerint, *S. R. C.* 28 *Sept.* 1602, *in una ordinis S. Francisci de Observ.* Nomine officiorum particularium non ea tantum veniunt, quæ ritum habent solemnem, puta titularis, dedicationis, etc. Sed obligantur ad recitationem illius Breviarii in integrum juxta ordinem dictæ ecclesiæ, ad cujus chori servitium tenentur, et hoc afficit etiam clericos choro ecclesiæ cathedralis deputatos, in quo ritus monasticus adhibetur. Quando ecclesia cathedralis est regularis, clerici sæculares choro deputati recitare tenentur in choro juxta Breviarium monasticum, nec episcopus potest separare clericos a monachis. Secus autem si non essent choro obligati. Vide *num.* 1208 et 1275.

12. Canonici debent cantare alta voce, et potest episcopus eos hortari ad id faciendum, *S. R. C.* 23 *Nov.* 1602, *in Egitanien.* Alioquin distributiones assignatas lucrari nequeunt. Ex constitut. S. Pii V, quæ incipit *Ex proximo Lateranensi concilio*, et ex constitut. Benedicti XIV, quæ incipit : *Cum semper;* necnon ex brevi ejusdem ad eminentissimum cardinalem Delphinum patriarcham Aquil. cujus initium, *Dilecte fili.... Præclara decora.* Constit. illa supralaudati S. Pii V edita fuit die 20 *Septemb.* 1571, Benedicti XIV, *Cum semper*, 19 *Aug.* 1744, et *Præclara decora*, 19 *Januar.* 1748.

13. Genuflectendum est semper ab omnibus transeuntibus ante Sanctissimum Sacramentum, etiam dum fiunt processiones per Ecclesiam, et contraria consuetudo declaratur abusus *S. R. C.* 14 *Decemb.* 1602 *in Pacen.* : Genuflectendum est. Excipe crucem deferentem, *Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 27, *num.* 7. An vero genuflectiones faciendæ sint ab omnibus duplicatis genibus, quando expositum est Sacramentum patenter, vel velatum, ac etiam inclusum in sola pyxide. Vide *num.* 1224 et 1289.

14. Substitutus archipresbyteri non debet cantare Missas, quæ ad ipsum archipresbyterum pertinent, nec locum et honorem incensi et pacis ipsius archipresbyteri prætendere; *S. R. C.* 14 *Decemb.* 1602, *in Marugen. nullius.* Nec alia officia ad ipsum archipresbyterum pertinentia. Vide *num.* 164.

15. Potest episcopus etiam in ecclesiis regularium cantare facere Missas Rogationum per suos canonicos, *S. R. C.* 21 *Januar.* 1603, *in Firmana :* Missas Rogationum, etiamsi inciderint infra octavam Paschatis, et in diem S. Marci, nisi in ecclesia propria. Vide *num.* 612, 644 et 700.

16. Vicarius generalis præcedere debet omnes dignitates et canonicos, dummodo non sint parati sacris paramentis et dummodo dictus vicarius non sit ex numero dignitatum, vel canonicorum ejusdem Ecclesiæ, et velit tanquam dignitas, vel canonicus in choro assistere, distributiones quotidianas lucrandi gratia, quia tunc sedere debet in stallo, seu loco suæ dignitatis, vel canonicatus, *S. R. C.* 12 *Aprilis* 1603, *in Pennen. et* 6 *Septembris* 1603, *in Lauretana.* Alia exceptio generalis habetur in Cæremoniali episcoporum, scilicet *vicario generali dabitur locus, quem habere solet pro consuetudine diversarum Ecclesiarum. Lib.* I, *cap.* 13, *num.* 13, *et cap.* 31, *num.* 15. Vide *num.* 109, 113, 156, 171, 222, 230, 582, 607, 616, 626 et 1205.

17. Cæremonialis liber nec laicis, nec clericis prohibet, quominus in processione SS. Sacramenti deferant intorticia, vel candelas accensas, *S. R. C.* 12 *Aprilis* 1603, *in Adrianen. :* Nec laicis, nec clericis prohibet; sed potius præcipit, nempe, *Intorticia et candelæ, quæ in processione delata fuerunt, non exstinguantur, donec episcopus cum SS. Sacramento benedictionem dederit, Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 33, *num.* 29.

18. Assistentes episcopo, et licet minus digni, præferuntur omnibus aliis, et ante dignitates sunt thurificandi, *S. R. C.* 23 *Maii* 1603, *in Nolana :* Assistentes episcopo hoc ordine, primo presbyter assistens, deinde diaconi assistentes, mox canonici, et alii ordine suo, *Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 1, *n.* 16.

19. Officium anniversarium, vel septenarium, vel trigenarium defunctorum post obitum, si cadat die dominico, vel festivo, transfertur in diem sequentem cum eadem solemnitate, *S. R. C.* 23 *Maii* 1603, *in Egitanien. :* Anniversarium. Adimplendum est ex voluntate testatoris, etiam extra diem annuam depositionis. Vide *n.* 1278 *seqq. :* Transfertur in diem sequentem, vel potius antecedentem licet duplici majori impeditam, sed non festivam. Vide *num.* 144, 454, 457, 473, 559, 601, 869 *seqq.* et 1298. Cum eadem solemnitate, non immutata Missa, et propria oratione. Vide *num.* 601, 697 et 1298 *seqq.* An valeat pro adimplenda mente testatoris Missa occurrens cantata diebus impeditis. Vide *num.* 1280. Quid statuatur de anniversario in ruralibus ecclesiis. Vide *num.* 735 *seqq.* et in octavis privilegiatis incidente. Vide *num.* 485, 835 et 1035, coram Sacramento; vide *num.* 587 et 1223 *seqq.* Notandum,

Digitized by Google

quod hæc sanctio, licet nihil agatur de die tertia post obitum, tamen pari passu procedit cum septimo, et tricesimo; *Rubr. Miss. Defunct.* in die obitus.

20. Assistentiæ ratio non habetur in receptione cinerum, candelarum, et palmarum, sed quilibet debet accedere secundum prærogativam sui ordinis; *S. R. C.* 23 *Maii* 1603 *in Nolana.* Eadem ratio, quæ militat in cathedralibus, non militat pro aliis ecclesiis canonicos non habentibus : alia est enim rubrica in Cærem. episc. præscripta pro cathedrali, et alia a Missali Romano; scilicet quod diaconus et subdiaconus, si sint canonici, ante omnes canonicos accedant ad celebrantem in receptione cinerum, etc. *Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 19, *num.* 5. In aliis ecclesiis vero, ministri parati semper capere debent palmas, cineres, etc. statim post, digniorem de clero, a quo celebrans accepit cineres, *Rubr. Missal.* 5 *de feria* 4 *Cinerum.*

21. Matutinum defunctorum pro generali eorum commemoratione non debet cantari pridie Vesperi in festo Omnium Sanctorum, sed recitandum est mane die secunda Novembris post Laudes diei, *S. R. C.* 23 *Maii* 1603 *in Egitanien.* Episcopo præsente concedit *S. R. C.* posse recitari die prima Novembris ante horam Completorii in cathedralibus ecclesiis modo infra exponendo sub *num.* 698 et 740. Similiter et in aliis non cathedralibus et episcopo absente, quando consuetudo esset in contrarium, dummodo pro commoditate et frequentia populi esset introducta; extra chorum vero licite absolvi posse post vespertinas horas statuit rursus *S. R. C*, *num.* 1201.

22. Ubi adest consuetudo, quod canonici, et dignitates ministrent episcopo, mitram, gremiale, thuribulum, et id genus alia, debet servari, sicut etiam si adsit consuetudo, quod dignitas, seu canonicus gestet baculum ante episcopum in quibusdam solemnitatibus. *S. R. C.* 1 *Julii* 1603 *in Lamecen.* et 14 *Novemb.* 1676 *in Bituntina* Improbatur vero administratio bugiæ a canonicis diaconis episcopo exhibita. Vide *num.* 340.

23. Non tenentur omnes canonici associare episcopum ab eo altari, in quo Missam planam celebravit, ad sedem episcopalem, si voluerit Missæ conventuali assistere. *S. R. C.* 5 *Julii* 1603 *in Typhernaten.*

24. Destinatus ad regendum chorum non est dimovendus a choro, ut assistat episcopo; *S. R. C.* 6 *Sept.* 1603 *in Monopolitana, num.* 341.

25. Oratio, quæ dicitur in festo Sanctorum Fabiani et Sebastiani, non est alteranda, ita ut de S. Sebastiano tantum recitetur etiam in propria ecclesia eidem dedicata, *S. R. C.* 6 *Sept.* 1603 *in Egitanien.:* Non est alteranda. Quando officium de S. Sebastiano tantum ut patrono principali, non vero minus principali recitatur, ut in *rubr. Breviarii de occur. num.* 8, sub ritu primæ classis, oratio non erit alteranda, nempe *Infirmitatem*, licet S. Fabiani nomen, cui soli competit eadem ut pontifici, omissum fuerit. Vide *num.* 716 et 926.

26. Regularibus non convenit continuo officium, et horas canonicas cum canonicis, et clericis sæcularibus in choro decantare, *S. R. C.* 15 *Novemb.* 1603, *in Ilerden.* Intellige quando non sint choro obligati. Vide *num.* 11 et 1207 *seqq.*

27. Consuetudo, ut oblationes, quæ offeruntur cruci feria sexta in Parasceve, dentur magistris cæremoniarum, servanda est, *S. R. C.* 29 *Nov.* 1603 *in Beneventana.*

28. Episcopus non debet in ecclesia salutare canonicos aperiendo caput, sed benedicendo manu, *S. R. C.* 10 *Januar.* 1604, *in Elven.:* Benedicendo manu. Præsens decretum servari debet, cum canonicus post cantatam lectionem in Matutinis, inclinatus profunde versus altare dicit : *Tu autem, Domine,* etc., et facta reverentia episcopo, qui versus eum facit signum crucis, revertitur ad locum suum; *Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 5, *num.* 6. Regulariter pontificali hac salutatione à communi cæterorum fidelium distinguatur oportet præses, sive gubernator, vel vice-legatus, sicut erga canonicos servari jubet Cæremoniale, *lib.* I, *cap.* 18, ut hi ab episcopo salutentur capitis inclinatione, qui mutuam correspondere debent salutationem caput similiter inclinando. Quos quidem reverentiales mutuos actus omittere necesse erit in Matutinis Tenebrarum per integram feriam sextam in Parasceve, ac Sabbato sancto usque ad solemnem Missam exclusive : sicut etiam in singulis mortuorum officiis, concionatore semper excepto, *Cærem. episcop. lib.* III, *cap.* 7. Ad episcopi benedictionem non tenentur canonici genuflectere, sed tantum caput inclinare, licet ministraturi pontificaliter episcopo celebranti. Nomine vero canonicorum intellige etiam canonicos collegiatarum, si adsit consuetudo Vide *num.* 1071.

29. Commemoratio S. Mariæ in suffragiis Sanctorum debet fieri in ecclesiis eidem dicatis, etiamsi ejus Officium parvum in choro recitatum fuerit, *S. R. C.* 12 *Jan.* 1604 *in Bononien.* et 13 *Jun.* 1682, 10 *Jun.* 1690, *in una Ordinis S. Francisci.* Antiphona hujus commemorationis recitanda, prout in Breviario assignatur, cum consueto versu et oratione. Vide *num.* 673 *seqq.*

30. Dignitates, quæ habent præbendas cum onere cantandi Evangelium, seu Epistolam, non tenentur ministrare inferioribus, *S. R. C.* 10 *Januar.* 1604, *in Salamantina.*

31. In ecclesia collegiata exempta, præsente uno canonico cathedralis cum episcopo, et abbate collegiatæ ejusdem cum suis canonicis, prius incensetur canonicus, quam abbas *S. R. C.* 7 *Febr.* 1604, *in Alexandrina.* Item si omnes canonici cathedralis adessent cum episcopo. Vide *n.* 157 et 169.

32. Episcopo suffraganeo tenentur canonici assistere, quando nomine proprii episcopi functiones episcopales exerceat, *S. R. C.* 21 *Febr.* 1604, *in Bracaren.* Vide *num.* 52 et 708 *seqq.*

33. Canonicus celebrans in aliqua ecclesia collegiata de Urbe præsente proprio vicario illius ecclesiæ, ad Missam conventualem non tenetur in fine Missæ ante benedictionem reverentiam facere ipsi vicario, *S. R. C.* 21 *Februar.* 1604, *in una Urbis.* Et non tantum canonicus, sed et simplex sacerdos, et uterque etiam in Missa privata; competit enim coram summo pontifice in tota Ecclesia, legato sedis apostolicæ in sua legatione, patriarchæ, archiepiscopo, et episcopo in suis provinciis, civitatibus et diœcesibus reverentiam facere ante benedictionem in fine Missæ, ante Introitum, etc. Papæ vero loco reverentiæ, genuflexionem unico genu; *Rub. Missal.* 3 *de Bened. in fine Missæ.*

34. Una clavis reliquiarum sanctorum patronorum concedi potest magistratui sæculari ejusdem civitatis, *S R. C.* 8 *Maii* 1604, *in Licieren.*

35. Ubi adest consuetudo, ut capellani ministrent canonicis cappas, vel pluvialia capite detecto, servanda est, *S. R. C.* 19 *Junii* 1604, *in Burgen.*

36. Episcopus potest habere fenestram ex domo respicientem in ecclesia, *S. R. C.* 19 *Junii* 1604, *in Elboren.*

37. Clerus ecclesiæ cathedralis unitus ultimo loco incedere debet in processionibus, neque clerus, vel canonici aliarum ecclesiarum debent cum dicto clero cathedralis incedere, *S. R. C.* 21 *Aug.* 1604, *in Adrien.* Vide *n.* 8.

38. Non debet assistens episcopo deponere illi biretum de capite, sed ipse sibi detrahat, *S. R. C.* 21 *Aug.* 1604, *in Savonen.* Loquitur de bireto presbyterali non de pileolo mitræ supponendo; junior enim assistentium aufert mitram, altero a dextris episcopi biretum accipiente, complanando leviter capillos, et dum imponitur ab assistente dextero eadem mitra, postquam biretum imposuerit,



Digitized by Google

alter a sinistris adjuvat, et vittas a tergo aptat, *Cærem. episc. lib.* I, *cap.* 8, *n.* 3.

39. Potest episcopus ex causa necessitatis olea sacra conficere cum minori numero ministrorum, quam præscribitur in libro Pontificali', *S. R. C.* 21 *Aug.* 1604, *in Curien. Rhetiorum*. Vide Pontificale de Officio in feria quinta Cœnæ Domini.

40. Presbyter ritu Græco ordinatus a SS. D. nostro licentiam petiit ingrediendi religionem Capuccinorum, et celebrandi Missam ritu Latino, et cum ex ejusdem Sanctissimi Dataria hujusmodi supplicatio ad S. Rituum congregationem remissa fuerit; *S. R. C.* censuit, licentiam petitam celebrandi ritu Latino posse concedi post ingressum religionis, et emissionem professionis, *Eadem S. R. C.* 16 *Oct.* 1604, *in Anconitana*. Licentiam celebrandi ritu Latino presbyteris Græcis præcipue uxoratis omnino revocavit S. Pius V, et ne deinceps Græci Latino more, aut Latini Græco ritu celebrare præsumant, in virtute sanctæ obedientiæ, et sub pœna indignationis ac perpetuæ suspensionis prohibuit, etiam sub prætextu Missas, et alia officia divina celebrare, constit. quæ incipit, *Providentia Romani Pontificis*, 20 *Aug.* 1556 *edita*.

41. Cæremoniale episcoporum non tollit immemorabiles, et laudabiles Ecclesiarum consuetudines; *S. R. C.* 11 *Junii* 1605, *in una Hispaniarum*. Immemorabiles et laudabiles : *Nam antistites Ecclesiarum abusus omnes, qui in Ecclesiis, aut sæcularibus, aut regularibus contra præscriptum Cæremonialis episcoporum, et Ritualis Romani, vel rubricas Missalis et Breviarii irrepserint, debent omnino removere : et si adversus ea, quæ in dicto Cæremoniali statuta sunt, consuetudinem etiam immemorabilem allegari contingat, postquam cognoverint, aut eam non satis probari, aut etiam probatam suffragari utpote irrationabilem de jure non posse, exsecutioni eorum, quæ in dicto Cæremoniali instituta sunt, diligenter incumbere debent, nec ulla suspensio aut appellatio admittitur.* Innocentius III, constitut. quæ incipit, *Apostolici Ministerii* 13 *Maii* 1723, et Benedictus XIII in alia incipiente, *In Supremo* 13 *Septemb.* 1724. Vide *num.* 55.

42. Preces ordinatæ ad impetrandam pluviam non sunt recitandæ inter Missarum solemnia, ne Missæ sacrificium interrumpatur, *S. R. C.* 11 *Jun.* 1605, *in Oscen.* Ita preces ad postulandam serenitatem, aliasque hujusmodi generis, ut in *Rit. Roman. de process.*

43. Archipresbyter, seu alia dignitas non debet se intromittere in regimine chori, quod ad solum cantorem, seu primicerium pertinet, *S. R. C.* 3 *Sept.* 1605, *in Tarentina*. Ad solum cantorem, seu primicerium pertinet, in defectu prædictorum : et ubi non adest magister chori, spectabit hoc munus ad cæremoniarum magistrum, *Cærem. episcop. lib.* I, *cap.* 5, *num.* 4.

44. Commemoratio omnium Fidelium defunctorum non est celebranda, nec facienda in die Dominico, sed transferri debet in feriam secundam sequentem, *S. R. C.* 24 *Septemb.* 1605, *in Augustana* : in feriam secundam sequentem, licet festum duplex minus occurrat, aut transferri contingat, omnibus Missis de Requiem celebratis, excepta conventuali de festo post Tertiam celebranda. Vide *n.* 606, 711, 732, 976 et 989. Quid autem statuatur in ecclesia societatis Jesu civitatis Oeniponti, consule *n.* 887.

45. Canonicus, vel dignitas factus episcopus cum retentione canonicatus, vel dignitatis, debet præcedere omnibus dignitatibus, et canonicis, etiam ipso antiquioribus, *S. R. C.* 24 *Sept.* 1605, *in Ruthenen.*

46. Consuetudo immemorabilis aliquibus in locis, ut campanæ in Salutatione angelica non pulsentur ante pulsationem in ecclesia matrice, servanda est, *S. R. C.* 24 *Sept.* 1605, *in Giennen.*

47. Magister Cæremoniarum, non autem sacrista, debet vocare vicarium, ut hora debita si voluerit ad ecclesiam accedat, *S. R. C.* 26 *Novemb.* 1605, *in Urbinaten.*

48. Abbas semel benedictus cum usu bireti, si transferatur ad aliam abbatiam cum usu mitræ, non indiget alia benedictione, sed potest per seipsum mitram capere, *S. R. C.* 25 *Febr.* 1606, *in Bituntina.*

49. Officium in choro dato signo inchoandum est, non exspectato vicario generali, *S. R. C.* 25 *Febr.* 1606, *in Neritonen* : Dato signo campanarum jussu sacristæ, cui spectabit, ut indicentur horæ Vesperarum, Matutinarum, et Missæ, ac reliquarum horarum canonicarum, *Cærem. episc. lib.* I, *cap.* 6, *num.* 4.

50. Capellanus confraternitatis non potest suo arbitrio sine expressa licentia episcopi, processiones facere, *S. R. C.* 4 *Mart.* 1606, *in Militen. Galatri* : Non potest, extra ambitum propriæ Ecclesiæ, intra vero an possit et quomodo, vide *n.* 785 *seq.*

51. Eucharistia non est singulis diebus exponenda super altari, sed in quibusdam tantum solemnitatibus, *S. R. C.* 4 *Martii* 1606, *in Placentina provinciæ Castellanæ*. In quibusdam tantum solemnitatibus, quæ considerantur regulariter oratio quadraginta Horarum, et festum cum tota octava Corporis Christi; constit. Clementis XI quæ incipit : *Essendo state fatte*, a Benedicto XIII et Clemente XII confirmata die 1 *Sept.* 1736, *et Cæremon. episcop. lib.* II, *cap.* 33, *n.* 34. Vide *num.* 112.

52. Assistentia duarum dignitatum, vel duorum canonicorum episcopo loci ordinario tantummodo convenit, *S. R. C.* 9 *Maii* 1606, *in Cæsaraugustana*. Etiam episcopo suffraganeo, quando nomine proprii episcopi functiones episcopales exerceat; nulli vero alteri, quamvis Sedis apostolicæ legato. Vide *n.* 32 *et Cærem. episc. lib.* I, *cap.* 8, *n.* 4.

53. Gubernator civitatis etiamsi sit uxoratus, thurificandus est immediate post canonicos; absente vero episcopo, immediate post vicarium generalem : *S. R. C.* 9 *Maii* 1606 *et* 17 *Novemb.* 1607, *in Faventina*. Thurificandus est duplici ductu ab illo ministro, cui cæteros canonicos inerit onus thurificandi, *Cærem. episcop. lib.* III, *cap.* 5, *n.* 1.

54. Posita præbendarum distinctione in presbyterales, diaconales et subdiaconales, qui de novo obtinuerit presbyteralem, præcedere debet habentes diaconales, *S. R. C.* 17 *Junii* 1606, *in Tropien.* Vide *n.* 265, 351 *et* 447.

55. Decretum de die 11 Junii 1605, quod Cæremonialis liber non tollat laudabiles et immemorabiles consuetudines, habet locum in omnibus regnis, et locis Christianitatis, *S. R. C.* 17 *Jun.* 1606, *in Elboren.* Consuetudines quando servandæ. Vide *n.* 41.

56. Baculi et mitræ usus sunt correlativa, et cui unum conceditur, alterum etiam concedendum videtur, *S. R. C.* 7 *Octob.* 1606, *in Argentina*, *et antea* 8 *Januar.* 1605, *in Treviren.* Baculo episcopus in sua tantum civitate vel diœcesi utitur, et etiam alibi, ordinario loci annuente, *Cærem. episc. lib.* I, *cap.* 17, *n.* 5. Vide *n.* 168 et 904.

57. Vicario non licet dare benedictionem diacono, antequam cantet Evangelium, neque benedicere prædicatori, antequam pulpitum ascendat, *S. R. C.* 17 *Martii* 1607, *in Pacen.*

58. Archidiaconus si sustinet baculum episcopi, thurificandus est immediate post presbyterum, et diaconos assistentes, *S. R. C.* 28 *April.* 1607, *in Bracaren.*

59. Primicerius, licet dubitetur an sit dignitas, debet in processionibus capere pluviale sicut dignitas, et non planetam sicut canonicus, *S. R. C.* 28 *April.* 1607, *in Capuana*. Vide *n.* 8.

60. Benedictio ac distributio candelarum et Palmarum regulariter potest fieri in omnibus ecclesiis tam collegiatis, quam parochialibus, tam sæcu-

Digitized by Google

laribus, quam regularibus, *S. R. C.* 28 *Aprilis* 1607, *in Ostien.* Vide *num.* 796.

61. Magister Cæremoniarum non potest alterare, seu mutare consuetudinem circa præintonationem antiphonarum ad Vesperas, *S. R. C.* 28 *April.* 1607, *in Suessanen.* Consuetudo præintonandi antiphonas ad Vesperas spectabit ad subdiaconum, vel alium juxta ecclesiarum consuetudines hoc modo : Si episcopus erit in crastinum celebraturus, subdiaconus, vel alius a cæremoniario ductus præintonat primam antiphonam, episcopo debitis reverentiis ante, et post intonationem factis, ibique erga eum stabit, donec erit præintonatio repetita, sic et ad *Magnificat.* Reliquæ quatuor per eumdem, seu alterum, ad quem spectat, præintonari debent, secunda scilicet diacono assistenti a dextris episcopi; tertia presbytero assistenti; quarta primo canonico in choro sive sit archidiaconus, sive archipresbyter, sive presbyter, quinta diacono assistenti a sinistris. Si episcopus non erit in crastinum celebraturus, tunc non per subdiaconum, sed per aliquem ex canonicis, aut alium, ad quem de consuetudine Ecclesiæ, spectat, præintonantur, primo ipsi episcopo, deinde aliis canonicis, incipiendo a dignioribus prout Ecclesiarum circa hoc usus suadebit. Si interesse velit cum cappa, antiphonæ præintonantur ab aliquo ex quatuor vel sex beneficiatis paratis, primo canonico celebranti, deinde aliis canonicis dignioribus juxta morem Ecclesiæ, absente episcopo, et in collegiatis unus ex presbyteris paratis præintonat antiphonam primi psalmi celebranti, et illam ad *Magnificat;* reliquæ quatuor per cantorem, vel per ultimum paratum, si sint plures quam duo : *Cærem. episcop. lib.* II, *cap.* 1, *n.* 7 *seqq., cap.* 2, *n.* 3 *seqq., cap.* 3, *n.* 6 *seqq.*

62. Episcopus concionaturus in aliena diœcesi coram ordinario, etiam cardinali, non debet petere benedictionem ob supremam episcopalem dignitatem, *S. R. C.* 28 *April.* 1607 *in Neapolitana.* Vide *num.* 186.

63. Genuflectendum non est ad orationes in Missa solemni, in qua dicitur *Gloria* et *Credo*, *S. R. C.* 19 *Maii* 1607, *in Placentina.* Neque in iis, in quibus dicitur tantum *Gloria*, nec in votivis; sed tantum in Missis ferialibus, et defunctorum, licet ritu solemniori celebratis : *Rub. Miss. de orat. et cærem. episc. lib.* II, *cap.* 18, *n.* 16.

64. Chorus universus ad Primam, et Completorium debet replicare *Misereatur*, et *Confiteor*, *S. R. C.* 19 *Maii* 1607, *in Placentina.*

65. Septimum candelabrum episcopo celebranti adhibeatur in Missis tantum solemnibus, non vero in Vesperis, neque etiam in Missis defunctorum, *S. R. C.* 19 *Maii* 1607, *in Placentina.* Prælato vero episcopo inferiori, et episcopo extraneo, etiam in solemnioribus nullo modo convenit. Vide *n.* 355 et 908.

66. Canonici duo diaconi assistentes, et non presbyter assistens, debent elevare fimbrias pluvialis hinc inde, dum episcopus progreditur et thurificat altare, *S. R. C.* 19 *Maii* 1607, *in Placentina.*

67. Debetur assistentia episcopo, quando facit ordinationes in Missa solemni; si vero ipsas in Missa privata, vel alias functiones episcopales in pontificalibus facit, saltem duo canonici assistant præter archidiaconum, qui vocare debent ordinandos, *S. R. C.* 19 *Maii* 1607, *in Placentina.* Intellige quando celebrat per civitatem, non vero per diœcesim, quoad canonicorum assistentiam; circa vero archidiaconum, qui vocare debet ordinandos, ne putes ipsum teneri ad exprimenda nomina singulatim, quia hoc spectat ad notarium, sed per versum, *Accedant qui ordinandi sunt*, etc. *Pontif. Roman. p.* 1, *de ordinat.* Vide *num.* 129.

68. Canonici ecclesiæ collegiatæ non debent in processionibus incedere parati, sicut canonici cathedralis, *S. R. C.* 19 *Maii* 1607, *in Placentina.*

69. *Gloria in excelsis Deo* dicitur in Missis votivis sanctæ Mariæ tam in Sabbatis feriarum, quam in Sabbatis Adventus, licet ipsa die Officium non fiat de Beata Virgine, *S. R. C.* 19 *Maii* 1607, *in Placentina.* Item in semiduplicibus Sabbato occurrentibus, si eadem Missa de Beata Maria tam solemnis, quam privata celebretur, hymnus Angelicus erit recitandus. Vide *n.* 575 *seq.*

70. Canonici omnes ex utraque parte chori thurificandi sunt ante mansionarios, non obstante consuetudine in contrarium, *S. R. C.* 19 *Maii* 1607, *in Placentina, et* 27 *Junii* 1609, *in una Urbis.* Thurificandi sunt duplici ductu thuribuli canonici et dignitates, mansionarii vero unico ductu, legato, vel aliis cardinalibus præsentibus, illi semel, isti transeundo thurificantur, *Cærem. episc. lib.* I, *cap.* 23, *n.* 31.

71. Canonicus primus presbyter debet episcopo aspersorium ministrare, si præbendæ sint distinctæ; si vero non sint distinctæ, prima dignitas, vel primus canonicus in ordine id facere debet, *S. R. C.* 19 *Maii* 1607, *in Placentina.* In cathedralibus ecclesiis, et aliis rectorem beneficiatum non habentibus; secus autem in parochialibus, aliisque, sive sint regularium monasteria, sive non : spectat enim ad digniorem ecclesiæ, vel monasterii. Vide *n.* 90, 231, 251 *seq.*, 301, 320, 458 *et* 788.

72. Assistens presbyter debet episcopum thurificare ad sedem, quicunque ille sit; non vero diaconus Evangelii, *S. R. C.* 19 *Maii* 1607, *in Placentina :* Ad sedem, secus ad altare, tunc enim ad prædictum diaconum spectat, *Cærem. episc. lib.* I, *cap.* 9, *n.* 3. Vide *n.* 92.

73. Ubi adest consuetudo recitandi Matutinum media nocte a clero sæculari, potest dimitti, et mutari, ut recitetur albescente die, ex justa causa, *S. R. C.* 20 *Junii* 1607, *in Oscen.*

74. Presbyter assistens, licet non sit prima dignitas, thurificandus est ante archidiaconum a dexteris episcopi assistentem, quamvis idem archidiaconus sit prima dignitas, *S. R. C.* 25 *Junii* 1607, *in Vercellen.*

75. Defunctorum Missæ non sunt cantandæ, nec celebrandæ diebus solemnibus, *S. R. C.* 25 *Junii* 1607, *in Veronen.* Corpore etiam præsente in ecclesia, prohibentur Missæ solemnes defunctorum, licet unica, in festis primæ classis festivis, demptis feriis secundis et tertiis Paschatis, et Pentecostes, Feria quoque quinta in Cœna Domini, sexta in Parasceve, et Sabbato Sancto. Vide *n.* 498, 1030, 1101 *et* 1262. *seqq.* Aliis diebus præsente cadavere in Ecclesia non vetatur Missa defunctorum solemnis. Et etiam absente corpore, licet apud illos non sepeliatur, exclusis duplicibus primæ et secundæ classis, ac diebus festivis. Vide *n.* 1263. Anniversaria dies tertia, septima, tricesima, et aliæ Missæ cantatæ ex dispositione testatorum, censuit Sac. Congreg. ut celebrentur diebus non festivis de præcepto, etiam Officio duplici majori occupatis, *Eadem Sac. Rit. Cong. n.* 19. Missæ privatæ celebrandæ non erunt de Requiem, etiam in duplicibus omnibus per annum licet minoribus, et translatis tam in diebus festivis, quam ferialibus, necnon Dominicis per annum omnibus (in quibus Dominicis, anticipatæ ante Epiph. vel post Pentecost. non comprehenduntur) et feriis privilegiatis, de quibus consule *n.* 205, 309, 352 *et* 1267. Item diebus infra octavas Nativitatis Domini Paschatis, Pentecostes, et Corporis Christi, Vigilia Epiphaniæ, et per totam octavam, et durante expositione publica SS. Sacramenti. Vide *n.* 207, 307, 350 *et* 1262 *seqq.*, 478, 485, 642, 691, 835, 882 *seqq.*

76. Clerici seminarii debent in processionibus primi incedere ante clerum sæcularem, et relinquere locum digniorem curatis, *S. R. C.* 1 *Sept.* 1607, *in Capuana.* Vide *n.* 8.

77. Consuetudo immemorabilis, quod eodem

Digitized by Google

tempore thurificentur canonici, et magistratus servanda est, *S. R. C.* 1 *Sept.* 1607, *in Fanen.* Usus duorum thuribulorum ab ipsamet Sac. Congr. alias improbatus, hoc loco permitti videtur. Vide *numer.* 93 *et* 167.

78. Consuetudo, ut hebdomadarius ad Vesperas capiat pluviale ad capitulum, et non a principio Vesperarum, servari potest, *S. R. C.* 1 *Sept.* 1607, *in una Theatinorum.*

79. Antiphonæ feriales ad Laudes ante Nativitatem, omitti possunt in festo solemniter celebrato, ut contingit in festo S. Thomæ, sed antiphonæ majores ante Nativitatem, etiam in festis solemnioribus, dicendæ sunt ad *Magnificat*, *S. R. C.* 17 *Novemb.* 1607, *in Brugen.* : Omitti possunt. In Hispania, ne prædictæ antiphonæ omittantur, Gregorius XIII statuit, ut die 16 Decembris dicendæ sint propter festum Exspectationis partus Beatæ Mariæ Virginis die 18 occurrens, omissa antiphona, quæ ad canticum dicitur, cujus loco dicatur ea, quæ ad canticum ponitur in Psalterio; et idem fiat de antiphonis in die S. Thomæ occurrentibus, reponendis in Sabbato, quando festum exspectationis hujusmodi in Sabbato venerit, ut scilicet antiphonæ in die S. Thomæ occurrentes, tunc reponantur 16 Decembris, dempta ea, quæ dicitur ad canticum, ut supra. Gregorius Papa XIII, die 30 Dec. 1573, constitut. quæ incipit, *Pastoralis officii.* Vide *n.* 535.

80. Simplex reconciliatio ecclesiæ, seu cœmeterii non consecrati, potest committi presbytero in dignitate ecclesiastica constituto, *S. R. C.* 9 *Febr.* 1608, *in Cameracen.* Hæc facultas ab episcopo dari potest sacerdoti, si ecclesia, vel cœmeterium sint tantummodo benedicta, si vero alias fuerint consecrata, episcopus ipse reconciliare debet, *Rituale Roman. de Bened.*

81. Archidiaconus dum assistit episcopo solemniter celebranti tam in ecclesia cathedrali, quam in alia, intelligitur in choro præsens, *S. R. C.* 15 *Martii* 1608, *in Camerinen.*

82. Quamvis præbendæ non sint distinctæ, convenit tamen, ut fiat distinctio pluvialium, planetarum, et dalmaticarum in festis solemnioribus, *S. R. C.* 15 *Martii* 1608, *in Alexandrina.* Vide *n.* 8.

83. Missæ conventuales infra octavam Corporis Christi, possunt, ubi est consuetudo, cantari sine diacono et subdiacono, excepto die festo, et Dominico, et die octava, *S. R. C.* 15 *Martii* 1608, *in Alexandrina.* Cantari sine diacono, et subdiacono, et incensum absolute non adolere. Vide *n.* 34.

84. Diaconus et subdiaconus accipiunt pacem ab episcopo celebrante, statim post diaconos assistentes, si in missa communionem non recipiunt, *S. R. C.* 15 *Martii* 1608, *in Alexandrina.* Si vero sacram synaxim assumerent, tunc pacem capiunt ab episcopo celebrante, cum ab eo accipiunt communionem. *Cærem. episc. lib.* I, *cap.* 24, *num.* 3. Vide *n.* 5.

85. Usus Missalis et Breviarii Romani semel introductus in aliqua Ecclesia, quæ habebat particulare Missale et Breviarium, confirmandus est, nec licet redire ad usum antiqui Missalis et Breviarii, *S. R. C.* 15 *Martii* 1608, *in Trullen. seu Nullius.* Quæ habebat particulare Missale et Breviarium: ab ipsa prima institutione, vel per Sedem Apostolicam, vel per consuetudinem ducentorum annorum jam approbata, alioquin licet Romanus usus introductus fuerit, non posse satisfieri per particularem recitationem, statuit S. Pius Papa V, constit. quæ incipit, *Quod nobis*, *die* 15 *Julii* 1568 *edita.*

86. Usus semel introductus, et receptus in ecclesia cathedrali celebrandi festum solemniter de aliquo sancto, tanquam de patrono, continuandus est, licet non sit de antiquis patronis Ecclesiæ, vel in Breviario Romano de eo non fiat Officium, *S. R. C.* 15 *Mart.* 1608, *in Sempronien.* Hoc decretum habet locum in iis locis tantum, in quibus usus prædictus esset introductus, ante constitutionem Urbani VIII, emanatam *die* 23 *Martii* 1630. Vide *n.* 243.

87. Canonici digniores debent sedere in sedibus, quæ sunt viciniores sedi episcopali, *S. R. C.* 15 *Mart.* 1608, *in Alexandrina.*

88. Canonicus officium faciens ad Vesperas, non potest recusare assistentiam clericorum in defectu capellanorum, vel beneficiatorum, sub prætextu, quod Cæremoniale dicat, id munus pertinere ad capellanos, vel beneficiatos. *S. R. C.* 15 *Mart.* 1608, *in Alexandrina.* Cæremoniale nuper recognitum, alternative a presbyteris seu clericis assistentiam, pluvialibus indutis, sumendam, statuit *lib.* II, *cap.* 3, *n.* 16.

89. Episcopus ad Matutinum in nocte Nativitatis Domini, sedere potest vel in sede chori, vel in sede episcopali, prout melius sibi videatur, et magis populo satisfaciat, *S. R. C.* 15 *Martii* 1608, *in Alexandrina.*

90. Aspersorium aquæ benedictæ porrigendum est episcopo a priore Ecclesiæ collegiatæ, dum eo accedit episcopus; non autem a prima dignitate, vel primo canonico Ecclesiæ cathedralis, *S. R. C.* 15 *Mart.* 1608, *in Camerinen.* Vide *n.* 71.

91. In thurificatione attendatur consuetudo inter vicarium, et canonicos, et alios, nisi canonici sint parati, *S. R. C.* 15 *Martii* 1608, *in Alexandrina.* Vide *n.* 1, 9, 16. Hoc idem intelligitur in accipiendis candelis, cineribus et palmis.

92. Diaconus Evangelii debet thurificare chorum, nec ab eo munere excusatur sub prætextu contrariæ consuetudinis, *S. R. C.* 15 *Martii* 1608, *in Alexandrina* : Chorum. Hinc sub nomine chori non intelliguntur acolythi, thuriferarii, aliique, si choro supersunt, et reliquus populus, quia thuriferario omnes erunt incensandi, non vero a diacono. Magni principes vero, magistratus omnes, barones, domicelli, et mulieres insignes, ut regina, vel magnæ principissæ, qui præter imperatores, regem, et proreges, nec non gubernatores regnorum, et provinciarum, ab iis thurificantur, ad quos ex consuetudine id munus pertinet, scilicet vel a presbytero assistente, si episcopus esset apud sedem, vel a diacono evangelii, si esset apud altare, vel faldistorium, *Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 23, *num.* 24, 30 *seq.*, *et Miss. Rom.* 10, *de Incens.* Vide *num.* 97.

93. Non approbatur usus duorum thuribulorum in incensatione personarum, *S. R. C.* 15 *Martii* 1608, *in Alexandrina.* Vide *n.* 77.

94. Duorum canonicorum assistentia semper convenit episcopo, sive celebret ipse, sive assistat divinis, *S. R. C.* 10 *Maii* 1608, *in Granaten.* Decretum, quod considerari debet in civitate, non vero per diœcesim, non loquitur de Matutinis, quantumvis solemnioribus, *Cærem. episcop. lib.* II, *cap.* 5, *n.* 1. Vide *n.* 157.

95. Confraternitati Sanctissimi Sacramenti, si sumptus ceræ facit, indulgetur ut in processione ejusdem sacramenti aliqui ex confratribus, saccis induti cum fanalibus accensis, incedant hinc inde, et apud idem SS. Sacramentum, dummodo major pars confraternitatis cum sua cruce et insignibus incedant ante in loco suo, juxta Bullam Gregorii XIII, *S. R. C.* 10 *Maii* 1608, *in Nepesina* : Juxta bullam Gregorii XIII, editam 21 *Martii* 1573, incipientem : *Cum interdum.* Vide *num.* 151.

96. Prima dignitas det candelam episcopo in festo Purificationis beatæ Mariæ Virginis, et episcopus det primæ dignitati, ante vicarium generalem

Digitized by Google

*S. R. C.* 14 *Januarii* 1606, *et* 29 *Maii* 1616. Vide *num.* 16 *et* 454.

97. Baro dominus loci in ecclesia parochiali non collegiata, ubi non sunt canonici, thurificandus est post celebrantem, ministros paratos, et archipresbyterum, duplici ductu, ab eodem ministro, qui thurificat, et ante omnes alios presbyteros, *S. R. C.* 27 *Sept.* 1608, *in Bisinianen.*: Ab eodem ministro, scilicet a diacono in Missis, in Vesperis vel Laudibus ab assistente parato ultimo, quatenus sint sex vel quatuor, alioquin a thuriferario, *Cærem. episcop. lib.* I, *cap.* 23, *num.* 1, *et lib.* II, *cap.* 5, *num.* 10 *seq.* Vide *num.* 92.

98. Sanctæ Eulaliæ officium cum octava, etiamsi veniat in Quadragesima juxta antiquam et immemorabilem consuetudinem, concedit *S. R. C.* 6 *Decemb.* 1608, *in Barchinonen.*: Juxta antiquam et immemorabilem consuetudinem. Dies enim infra aliquas octavas privilegiatas occurrentes, et in feriam quartam Cinerum suspenduntur ipsamet die tantum, atque ita commemoratio octavæ erit omittenda, et preces in Officio recitandæ. Vide *n.* 534, *seq.*, 537 *et* 1017.

99. Dignitates tenentur associare episcopum cum canonicis, ex debito, licet Cæremoniale episcoporum nominet tantum canonicos, *S. R. C.* 10 *Januar.* 1609, *in Jacen.*: Dignitates, etiam prima archidiaconalis. Vide *num.* 394.

100. In festo SS. Corporis Christi non convenit cantare cantiones vulgari sermone, *S. R. C.* 11 *Martii* 1609, *in Abulen.*: Cantiones vulgari sermone: sed hymni, præcipue sequentes: *Pange lingua gloriosi; Sacris solemniis; Verbum supernum prodiens; Salutis humanæ sator; Æterne rex altissime.* Celebrans quoque per viam semper submissa voce aliquot psalmos, vel hymnos recitabit, ministris respondentibus, *Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 33, *num.* 22, *Rit. Rom. de Procession.* Vide *n.* 1129.

101. Benedictio candelarum, cinerum, et palmarum, et aliæ similes actiones, quas faceret episcopus præsens, eo absente vel impedito, ad primam dignitatem, non vero ad canonicum hebdomadarium pertinent, *S. R. C.* 21 *Martii* 1609, *in Pisauren. et* 5 *Jul.* 1601, *in Tarentina.* Aliæ similes, ut sunt Nativitas Domini, Epiphania, feria quinta in Cœna Domini, Dominica Resurrectionis, festum Ascensionis, et Dominica Pentecostes, et processio in die Corporis Christi: item festum Annuntiationis et Assumptionis beatæ Mariæ Virginis, festum SS. apostolorum Petri et Pauli, Omnium Sanctorum, S. titularis vel patroni ecclesiæ, et dies anniversaria Dedicationis ecclesiæ: item etiam fontis benedictio, denique festum patroni civitatis, vel festivitates aliæ extraordinariæ juxta peculiares locorum mores, et circumstantias, *Cærem. episcop. lib.* II, *cap.* 27, *num.* 16, *et* 34, *n.* 2, *lib.* III, *cap.* 3, *n.* 2. Ad primam dignitatem. Et prima impedita ad secundam, et sic successive: nullo modo ad vicarium generalem, tam in his, quam in aliis a *S. R. C.* enuntiatis. Vide *num.* 118 *et* 297.

102. Canonicus episcopus assistens, superveniente digniore canonico, debet illi cedere locum assistentiæ, *S. R. C.* 20 *Junii* 1609, *in Ferrarien.* Edictum hoc consideratur, cum assistentes non sint parati sed habitu canonicali tantum induti, ut in *Cærem. episc. lib.* I, *cap.* 8, *num.* 4. Vide *num.* 504.

103. Potest episcopus compellere regulares etiam per censuras, ut accedant ad publicas processiones, *S. R. C.* 27 *Julii* 1609, *in Ferrarien.* Monachos congr. Casinensis excipe, nisi ad processionem SS. Sacramenti. Vide *num.* 2.

104. Abbas, licet habeat usus mitræ et baculi, et solemniter benedicere populo possit, privatam tamen benedictionem more episcoporum per vias minime dare potest, *S. R. C.* 24 *Aug.* 1609, *in Provincia Burgensi*: Comprehenduntur etiam abbates populum habentes pleno jure subjectum, etiamsi pontificalibus induti, et per Ecclesiam suam incedentes. Vide *num.* 167.

105. Curatus ratione stolæ debet præcedere aliis presbyteris etiam canonicis Ecclesiæ collegiatæ, *S. R. C.* 24 *Octob.* 1609, *in Saxo Ferrate Nucerinæ diœcesis.*

106. Presbyteri et clerici cathedralis omnes faciunt unum corpus cum canonicis, et sub una cruce debent incedere, *S. R. C.* 28 *Novemb.* 1609, *in Maceraten.* Vide *num.* 8 *et* 152: Sub una cruce. Adverte loqui decretum de cruce processionali, non archiepiscopali in cathedralibus ante canonicos paratos tantum ponenda, *Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 32, *num.* 5.

107. Reliquiam deferre in processionibus pertinet ad superiorem conventus, unde reliquia assumitur, qui cum ministris paratis ultimo loco incedere debet, sed regulares debent in dictis processionibus cedere digniorem locum clero sæculari, *S. R. C.* 23 *Januar.* 1610, *in una Senogallien. Montii Bodii et* 24 *Sept.* 1605, *nec non* 19 *Apr.* 1608. Vide *n.* 8 *et* 166.

108. Archidiaconus non potest assistere episcopo in habitu prælatitio non chorali, licet sit protonotarius: *S. R. C.* 6 *Martii* 1610, *in Asculana in Apulia.* An possit uti subtana violacea. Vide *n.* 119 *et* 184.

109. Canonici parati assistentes episcopo præcedunt vicario generali, et sunt ante ipsum thurificandi, *S. R. C.* 6 *Martii* 1610, *in Ægitanien, num.* 16.

110. Canonicus, vel presbyter paratus officium faciens, debet habere locum etiam a decano, *S. R. C.* 26 *Junii* 1617, *in Arboren.* Vide *num. subseq.*: Habere locum, panno coopertum coloris solemnitatis in cornu Epistolæ præparatum, vel ad stallum, seu primam sedem chori ab ea parte, quæ eidem illa hebdomada obtigerit, in qua sede ponetur pulvinum, et alterum cum tapeto super alio scamno, seu genuflexorio ante se posito, super quo etiam ponitur liber serico colore cæterorum paramentorum tectus, *Cærem. episcop. lib.* II, *cap.* 3, *num.* 4. Vide *num.* 115 *et* 143.

111. Archipresbyter, licet sit prima dignitas, in choro tamen cedere debet primum et digniorem locum canonico celebranti, *S. R. C.* 26 *Jun.* 1610, *in Arboren.* Vide *num. ant.*

112. Decretum in visitatione factum contra regulas libri Cæremonialis, non est servandum, *S. R. C.* 7 *Aug.* 1610, *in Vercellen.* Non est servandum, nisi ad servandas laudabiles, immemorabiles, et approbatas consuetudines esset emanatum. Vide *num.* 41.

113. Vicario generali in choro præsente, et episcopo absente, si primum stallum ei detur in dextera altaris, sedebit in parte sinistra prima dignitas, secunda vero post vicarium, *S. R. C.* 7 *Aug. et* 25 *Sept.* 1610, *in Adrien.* Vide *num.* 16.

114. Nullo modo convenit, ut magister capellæ incedat in processionibus cum beneficiatis; sed quacunque consuetudine, vel usu non obstante, debet incedere cum suis cantoribus immediate post crucem ante ipsos beneficiatos, vel in loco ubi ab episcopo ordinatum fuerit, *S. R. C.* 20 *Novemb.* 1610 *et* 15 *Januar.* 1611, *in Urbevetana.* Vide *num.* 8. In loco, ubi ordinatum fuerit, regulariter ante thuriferarium, post quem præcedit crux, *Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 19, *n.* 15.

115. Sacerdos, diaconus, et subdiaconi celebrantes solemniter, possunt et debent sedere in banco, cum cantatur *Gloria, Credo,* etc., etiamsi sint beneficiati, vel capellani, prout sedent canonici, non obstante qualibet consuetudine, *S. R. C.* 15 *Jan.* 1611 *in Perusina*: Gloria, Credo, etc. Scilicet *Kyrie,* Graduale, et Sequentia, si multum tempus in iis decantandis insumatur, ultra illud, quod requiritur ad

recitandum *Kyrie*, vel legendum evangelium, quæ ante, non post sessionem recitanda, aut legenda sunt. Bancus vero pro eadem sessione erit oblongus sine postergalibus, decenti panno ornatus, licet celebrans, et ministri essent canonici, semper a latere epistolæ ponendus. Vide *num.* 110 et 143.

116. Cantor, si est dignitas in cathedrali, debet suum munus obire, vel per se ipsum, vel per vicecantorem ante sumendum, ab episcopo approbandum, qui non sit de iis, qui alioquin choro sunt obligati, *S. R. C.* 19 *Maii* 1611, *in Lucerina.*

117. Inter canonicos presbyteros nulla datur præcedentia, nec præeminentia ratione doctoratus, sed tantum ratione ordinis, et antianitatis, *S. R. C.* 19 *Maii* 1611, *in una terræ Coniglionis diœcesis Montis Regalis in Sicilia.* Similiter inter presbyteros simplices. Vide *num.* 181.

118. Missarum solemnium celebratio, delatio SS. Sacramenti in processione in ejus festivitate, candelarum, cinerum, et palmarum benedictiones, et functiones similes, quas episcopus præsens in sua cathedrali facere solet, et debet juxta formam libri Cæremonialis episcoporum, absente vel impedito episcopo, ad primam dignitatem, et deficiente prima, ad secundam, et sic successive pertinent, *S. R. C.* 25 *Junii* 1611, *in Civitaten. seu S. Severi:* Functiones similes. Vide *num.* 101.

119. Canonicus protonotarius potest uti subtana violacea in choro et in ecclesia, dum divinis assistit, dummodo in cæteris habitum proprium canonicis convenientem deferat, *S. R. C.* 14 *Jan.* 1612, *in Panormitana:* Dummodo in cæteris habitum proprium canonicis convenientem deferat, alioquin partitiones quotidianas amittit. Vide *num.* 108 et 184.

120. Tenentur omnino canonici ad cantandam Missam de die, ut lucrentur distributiones, *S. R. C.* 28 *Jan.* 1612, *in Oscen.:* De die, id est de festo, vel feria currenti, ut in *seq. num.*

121. Missa conventualis de festo, seu de feria currenti omnino cantanda est, non obstante quacunque contraria consuetudine, *S. R. C.* 28 *Jan.* 1612, *in Oscen.:* Missa conventualis. Benedictus XIV decrevit, ut applicetur pro benefactoribus in genere, in omnibus patriarchalibus, metropolitanis, cathedralibus, et collegiatis ecclesiis, non obstante quavis licet immemorabili consuetudine in contrarium. Et non tantum de una, sed etiam de secunda, vel tertia, si forte ex Rubricis Missalis teneantur celebrare, statuit; cum hac tamen moderatione, quod consuetudo in contrarium stare possit quoad secundam et tertiam duntaxat, dummodo eorum benefactorum non obliviscantur in commemoratione defunctorum omnium; constitut. quæ incipit: *Cum semper*, die 19 Aug. 1744 emanata.

122. Aspersorium cum aqua benedicta episcopo accedenti ad ecclesiam, semper debet ministrari a prima dignitate, vel digniore canonico, *S. R. C.* 12 *Mart.* 1612, *in Sarzanensi, et antea* 16 *Jul.* 1604, *in Salamantina:* Ly semper non comprehendit ecclesias extra cathedralem rectorem habentes, vel monasteria. Vide *num.* 71.

123. Collegiata insignis ab ejus erectione præcedit aliis collegiatis antiquioribus, *S. R. C.* 24 *Martii* 1612, *in Firmana.*

124. Ante dignitates non debet poni pulvinar cum tapeto, sed debent sedere in suis stallis, prout sedent alii canonici, tamen ratione dignitatis potest indulgeri pulvinar de corio tantum, *S. R. C.* 24 *Mart.* 1612, *in Tudertina.* Ante dignitates, etiam primas archidiaconales, cum Missam solemnem aut sacras functiones non peragant. Vide *num.* 111 et 492.

125. Cæremoniæ novæ non inducendæ, nec antiquæ immutandæ, absque expressa licentia quam dare debet *S. R. C. Ead. Sac. Cong.* 12 *Maii* 1612, *in una Urbis.* Vide *num.* 41.

126. Rectores ecclesiarum parochialium in processionibus non debent incedere inter dignitates, et canonicos, sed separatim cum suo clero, et ante clerum cathedralis, *S. R. C.* 12 *Maii* 1612, *in Matherana.* Vide *num.* 8.

127. Canonicus diaconus, vel subdiaconus, qui obtinuit præbendam presbyteralem, non debet amplius uti dalmatica, vel tunicella, ut canonici diaconi, quando paratur, sed planeta, ut presbyteri, *S. R. C.* 12 *Maii* 1612, in *Januen.* Vide *num.* 1227.

128. Missa conventualis pertinet ad cantorem, et canonicos ecclesiæ collegiatæ, non autem ad vicarium, quando ipse habet tantum curam animarum parochianorum, *S. R. C.* 7 *Jul.* 1612, *in Ulyssiponen.*

129. Canonici tenentur assistere episcopo etiam quando ordinationem celebrat extra propriam ecclesiam, dummodo numerus sufficiens canonicorum et ministrorum in ecclesia remaneat, *S. R. C.* 7 *Jul.* 1612, *in Elboren.:* Extra propriam Ecclesiam, intra civitatem, non vero per diœcesim. Vide *num.* 67 et 94.

130. Consuetudo immemorabilis, quod Passio Domini in Dominica Palmarum, et feria VI Parasceves decantetur a canonicis, debet servari, non obstante Cæremoniali, in quo disponitur eam a cantoribus decantandam esse, *S. R. C.* 7 *Jul.* 1612, *in Viterbien.*

131. Episcopus non potest signum, quod habere debent canonici cathedralis ad distinctionem, concedere aliis, vel immutare, inconsulta Sede Apostolica, *S. R. C.* 1 *Sept.* 1612, *in Hydruntina.*

132. Si occurrat festum Annuntiationis beatæ Mariæ Virg. in Dominica secunda, tertia, vel quarta Quadragesimæ, non fit officium de Annuntiatione, nisi in ecclesiis sub invocatione Annuntiationis dicatis, *S. R. C.* 1 *Sept.* 1612 *in Ulyssiponen.:* In iis ecclesiis, in quibus habetur altare tantum, et solemnitas celebratur cum concursu populi, unica tantum Missa solemnis sine commemoratione Dominicæ, et evangelio ejusdem in fine permittitur, et comprehendi videtur quoad Missam solemnem etiam Dominica Passionis; Missale enim non prohibet, ut prohibet in Dominica prima Adventus, Quadragesimæ, Palmarum, cum tota hebdomada majori, Resurrectionis, et Pentecostes cum duobus diebus sequentibus, necnon feria quarta Cinerum, die Nativitatis, Epiphaniæ, Ascensionis, et Corporis Christi, *Rub.* 5 *Miss. de Transl. Fest.* Vide *num.* 347.

133. Altare portatile ligneum cum ara lapidea, permitti debet non obstante consuetudine synodali, dummodo habeat solitum reliquiarum repositorium, juxta reformationem rubricarum Missalis Romani, *S. R. C.* 10 *Novemb.* 1612, *in Cajetana.* Quo in capite statuitur: *Ara lapidea ab episcopo debet esse consecrata, in altari inserta, et tam ampla, ut hostiam, et majorem partem calicis capiat. Altare operiatur tribus mappis, seu tobaleis mundis, ab episcopo, vel alio habente facultatem benedictis, superiori saltem oblonga, quæ usque ad terram pertingat, duabus autem brevioribus, vel una duplicata.*

134. Canonici ecclesiæ collegiatæ thurificari debent duplici ductu thuribuli; clerici vero parochialium ecclesiarum unico tantum ductu, nisi specialis adsit consuetudo, *S. R. C.* 19 *Januar.* 1613, *in Cæsaraugustana.* Vide *num.* 70.

135. Abbates quando sunt plures in eodem loco, et habent clerum distinctum, debent in processionibus incedere, unusquisque cum suo clero, et in suo loco, *S. R. C.* 19 *Jan.* 1613, *in Nucerina Gualdi.*

136. Protonotarii de numero participantium præcedunt vicarios, et canonicos, tam in ecclesiis patriarchalibus Urbis, quam in aliis quibuscunque, etiam cathedralibus extra Urbem, et solis episcopis cedunt locum, *S. R. C.* 4 *Maii* 1613, *in una Urbis.* Solis episcopis cedunt locum protonotarii titulares, neque intra canonicos habent stallum. Vide *n.* 170.

137. Canonici, et dignitates non tenentur ad benedictiones episcopi genuflectere, quando episcopus

Digitized by Google

celebrantem thurificant, *S. R. C.* 4 *Maii* 1613, *in Oscen.* Intellige de cathedralibus; de collegiatis vero, si consuetudo esset introducta. Vide *num.* 1071.

138. Archiepiscopus potest ante se crucem deferri facere per monasteria, et per loca etiam exempta suæ diœcesis, *S. R. C.* 13 *Jul.* 1613, *in Theatina:* Crucem deferri, nisi præsente cardinali legato de latere, etiamsi archiepiscopus esset cardinalis, *Cæremon. episc. lib.* I, *cap.* 4, *num.* 1.

139. Non possunt regulares processiones facere extra ecclesiam in feria V in Cœna Domini, nec in festo Corporis Christi, extra eorum jurisdictionem, et per parochiam alienam, *S. R. C.* 11 *Decemb.* 1613, *in Aretina.* Ita etiam sæculares quoad feriam V in Cœna Domini, et feriam VI in Parasceve, dum processio fit inter Missarum solemnia. Vide *num.* 1129.

140. Abbates non sunt associandi a sua domo, nec excipiendi, cum ad pontificaliter celebrandum accedunt, *S. R. C.* 11 *Decemb.* 1613, *in una Hispaniarum.* Casinensibus, ex privilegio, quomodo liceat. Vide *num.* 360 et 402.

141. Vicarius apostolicus non potest functiones episcopales facere, *S. R. C.* 15 *Febr.* 1614, *in Brundusina.*

142. Si incepta consecratione ecclesiæ, correptus morbo episcopus deficiat, et præsertim antequam ungantur cruces, reassumenda est a capite consecratio, *S. R. C.* 12 *Apr.* 1614, *in Ulyssiponen.*

143. Canonici Missam celebrantes coram episcopo, non debent sedere in sede cum postergali, sed in aliquo scamno oblongo, tapete, vel panno cooperto in latere epistolæ, *S. R. C.* 19 *Maii* 1614, *in Turritana.* Item episcopo non præsente. Vide *num.* 110.

144. Anniversaria, et Missæ de Requiem, quæ certo die dici debent, eo impedito, transferri possunt in sequentem, prout transtulit *S. R. C.* 19 *Maii* 1614, *in Turritana.* Vide *num.* 19.

145. Missæ motivæ jam acceptæ, quæ non possunt celebrari diebus impeditis, debent recitari de festo occurrenti cum applicatione sacrificii, *S. R. C.* 19 *Maii* 1614, *in Turritana.* Sive privatæ, sive solemnes. Vide *num.* 1285. Pro defunctis vero, vide *num.* 422.

146. Decano Missam celebranti in diebus solemnibus, debent duo canonici assistere, et ministrare pro diacono et subdiacono, si mansionarii, quibus animarum cura incumbit, in ipsius exercitio eo tempore sint impediti, *S. R. C.* 14 *Febr.* 1615, *in Cœneten. Opitergii.*

147. Portionarii, et alii beneficiati, si in omnibus sint æquales canonicis ecclesiarum collegiatarum, et æqualiter incedant in processionibus, et sedeant in æqualibus scamnis, thurificandi sunt duplici ductu sicut canonici, non obstante Cæremoniali libro, qui intelligitur, quando non adsunt presbyteri, qui non sint omnino canonicis æquales, *S. R. C.* 21 *Mart.* 1615, *in Cæsaraugustana de Daroca.*

148. Canonici cathedralis ecclesiæ, absente episcopo, vel sede episcopali vacante, in omnibus et per omnia præferri debent magistratibus sæcularibus, qui non sunt de perpetuis, et majoribus; et concionatores debent prius canonicos, quam magistratus salutare, *S. R. C.* 3 *Oct.* 1615, *in Tirasonen.*

149. Fratres prædicatores nequeunt in suis processionibus SS. Sacramenti Dominica infra octavam Corporis Christi mutare viam semel a principio electam, *S. R. C.* 14 *Novemb.* 1615, *in Pisauren.*

150. Absente episcopo, thurificandus est celebrans triplici ductu thuribuli, *S. R. C.* 30 *Jan.* 1616, *in Comen. Valluviæ:* Absente episcopo; illo vero præsente duplici ductu incenseturr, sicuti episcopus coram majori, cui triplex ductus debeatur, *Cærem. episcop. lib.* I, *cap.* 23, *num.* 32; *lib.* II, *cap.* 2, *num.* 9. Vide *num.* 70.

151. Priores confraternitatis SS. Sacramenti, non ante baldachinum post capitulum, sed a latere baldachini in processione SS. Sacramenti debent incedere, *S. R. C.* 30 *Jan.* 1616, *in Nicien.* Vide *num.* 95 *et* 1145.

152. Presbyteri alicujus ecclesiæ intra limites propriæ parochiæ, non possunt propriam crucem erigere, sed debent incedere sub cruce parochiæ, licet parochia non sit regularium, *S. R. C.* 12 *Mart.* 1616, *in una Urbis.* Vide *num.* 106.

153. Archidiaconus, si est prima dignitas, debet facere officium presbyteri assistentis, dummodo sit sacerdos; et recusans cogendus est pœnis et censuris, *S. R. C.* 28 *Maii* 1616, *in Brixien.* Vide *num.* 180.

154. Cineres episcopo ministrare feria quarta Cinerum, non ad primam dignitatem, sed ad canonicum eo die celebrantem pertinet, *S. R. C.* 28 *Maii* 1616, *in Brixien.* Cineres ministrare, secus palmam et candelam statutis diebus. Vide *num.* 203.

155. Delatio SS. Sacramenti in ejus die festo, absente episcopo, spectat ad dignitates seu canonicos cathedralis, atque ab eadem cathedrali processio debet inchoare, et ibi finire, *S. R. C.* 19 *Aug.* 1616, *in Tuscanellæ.* Vide *num.* 118 *et* 240.

156. Vicario generali sedenti in choro, licet supra canonicos, absente episcopo, thurificatio duplici, non autem triplici ductu debetur; si autem non sit prælatus, *S. R. C.* 14 *Jan.* 1617, *in Nepesina.* Vide *num.* 15.

157. Præsente episcopo diœcesano, sedebit abbas in loco suæ jurisdictionis, vel apud episcopum in sede camerali, absque ornatu, et suo gradu, vel in conspectu episcopi ex alia parte in loco inferiore, cum uno parvo gradu, non excedente dimidium palmi, *S. R. C.* 18 *Mart.* 1617, *in Aquilana.* Modus secundus videtur magis conformis Sac. Cong. et Cærem. episc. et in eo casu sedebit episcopus in cornu evangelii cum suis canonicis in sede tribus gradibus præalta, panno serico concolori aliis paramentis, non aureo, nisi esset cardinalis; abbas in cornu epistolæ cum canonicis collegiatæ, vel monachis, qui sedere potest in sede, vel uno parvo gradu erecta, ut hic statuitur, vel uno gradu humiliore episcopo, ut alio in loco ex *S. R. C.*, *num.* 371, *Cærem. episc. lib.* I, *cap.* 13.

158. Lectiones duæ penultimæ, quando ab episcopo Matutinum solemniter celebretur, sunt cantandæ a duobus canonicis, qui hinc inde assistunt episcopo, sive sint dignitates, sive canonici, etiam ultimi, non obstante alia consuetudine, *S. R. C.* 18 *Mart.* 1617, *in Brundusina.* Qui hinc inde assistunt episcopo, intellige non a principio Matutini, sed cum episcopus stans in sua sede cum cappa nonam lectionem cantat; ad quem tunc et non prius accedunt duo diaconi assistentes, minister de candela, et alius de libro serviens, *Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 5, *num.* 9. Vide *num.* 9.

159. Cæremoniarum magister in processionibus incedit apud celebrantem, et ejus assistentes, et ubique discurrit, quando opus est, pro ordinanda processione, *S. R. C.* 8 *Maii* 1617, *in Patavina, et antea* 30 *August.* 1602, *et* 28 *Nov.* 1609. Vide *num. seq. et* 8.

160. Magister cæremoniarum, etiamsi sit capellanus, quando officium exercet, et vestibus illius officii indutus est, sedere debet apud celebrantem, vel ejus assistentes pluvialibus indutos; quando vero non est in ministerio, sedere debet in choro inter præbendatos, et presbyteros, vel clericos sui ordinis, servato ordine suæ receptionis, *S. R. C.* 30 *Maii* 1617, *et* 30 *Apr.* 1701, *in Viterbien. necnon antea* 30 *Aug.* 1601 *et* 18 *Nov.* 1609. Vestis cæremoniarum magistri, tam primi, qui inservit episcopo, quam alterius, qui assistit celebranti et ministris, erit clericalis, ipsaque vestis inferior, ubi commode fieri possit, coloris violacei, super

Digitized by Google

quam dum divina officia celebrantur cottam mundam induet. Concedi potest in cathedralibus usus aliquarum ferularum serico vel panno tectarum, cum aliquibus ornamentis, aut insignibus S. patroni, vel ecclesiæ, vel episcopi, componendarum, quas semper manibus gestent, *Cærem. episc. lib.* I, *cap.* 5, *num.* 3 *seq.* Vide *num.* 950 *et* 1170.

161. Ubi habitus dignitatum est distinctus, et diversus ab habitu canonicorum, quamvis canonici sint impares numero, non sunt conjungendæ dignitates cum canonicis in processionibus, sed tres ultimi digniores, tam ex illis, quam ex istis, incedant simul in eadem riga, *S. R. C.* 3 *Jun.* 1617, *in Melevitana.* Vide *num.* 8.

162. Duplex Officium est recitandum de sancto, cujus habetur insignis reliquia, ubi asservatur, vel sit corpus integrum, aut magna pars ejusdem, aut caput, et sit ex sanctis approbatis, et positis in Martyrologio Romano, *S. R. C.* 7 *Junii* 1617, *in una Urbis Theatinorum :* Duplex Officium, et Missa cum *Credo* in ipsamet tantum ecclesia, ut clarius explicavit *S. R. C.* 12 *Mar.* 1618, declarans per vocem *ubi* intelligi debere ecclesiam tantum, non vero civitatem, vel oppidum : Vide *num.* 165 et 215. Sanctis approbatis et positis in Martyrologio, aut quibus a S. Sede fuerit specialiter concessum, quorum reliquiæ insignes, præter hic descriptas, pro licita Officii et Missæ recitatione sunt brachium, crus, aut illa pars corporis, in qua passus est Martyr, integra vero, non parva. Vide *num.* 629 et 1239.

163. Ad dignitates et canonicos cathedralis, si adsint, spectat assistere episcopo solemniter celebranti, etiam in collegiata ecclesia, vel parochiali; non autem ad canonicos collegiatæ, vel presbyteros parochialium, *S. R. C.* 15 *Julii* 1617, *in Brundusina.* Vide *num.* 6.

164. Substitutus archipresbyteri non potest Missas et divina officia celebrare, quæ ad ipsum, si adesset, pertinerent, sed spectant ad canonicum successive, *S. R. C.* 12 *Jan.* 1618, *in una civitatis Castellanæ.* Vide *num.* 14.

165. De reliquia insigni Officium est solum recitandum in ecclesia ubi asservatur, nec aliæ Ecclesiæ debent se uniformare cum cathedrali, vel matrice, *S. R. C.* 12 *Mart.* 1618, *in Conchen.* Vide *num.* 162.

166. Canonici cathedralis, vel collegiatæ semper præcedere debent regularibus, etiam in ipsorum regularium ecclesiis, *S. R. C.* 31 *Mart.* 1618, *in Firmana.* Vide *num.* 8 et 107.

167. In personarum incensatione tota thurificatio facienda est cum unico thuribulo, *S. R. C.* 21 *Jul.* 1618, *in Nucerina.* Qui casus excipiendus sit. Vide *num.* 77.

168. Episcopus in aliena ecclesia non potest sibi pulvinar et pannum coloris violacei sternere, et extra suam diœcesim non competit illi deosculatio textus evangelii, *S. R. C.* 13 *Octob.* 1618, *in Jadren.* Cappa quoque non utitur præterquam in Romana Curia cum in divinis, Pontifice Maximo, vel sacro cardinalium collegio præsente, assistit, ac etiam baculo pastorali, in sua tantum civitate vel diœcesi, et etiam alibi ex permissione loci ordinarii, et ubi consecrationes, aut ordinationes, vel benedictiones personales facere ipsi apostolica auctoritate conceditur, *Cærem. episc. lib.* I, *cap.* 3, *num.* 6, *et cap.* 17. *num.* 5. Vide *num.* 56.

169. Collegiata simplex præcedit parochialibus, etiamsi antequam erigeretur, illis cessisset, *S. R. C.* 23 *Mar.* 1619, *in Senogall.*

170. Protonotarii titulares neque supra, neque inter canonicos locum habere debent, *S. R. C.* 23 *Mart.* 1619, *in Spoletana.* Protonotarii titulares, thurificandi erunt post abbates, nisi essent consanguinei alicujus maximi principis, qui pro judicio et prudentia episcopi thurificari poterunt loco convenienti ante dignitates, et canonicos, *Cærem. episcop. lib.* I, *cap.* 23, *num.* 29. Vide *num.* 221. Quid dicendum in aliis ecclesiis, et processionibus. Vide *num.* 554.

171. Vicarius generalis, absente episcopo, debet habere primum locum super omnes dignitates, et canonicos, *S. R. C.* 13 *Julii* 1619, *in Meliten.* Excipe casus, primo quando canonici sunt parati, secundo cum ipse est de gremio, tertio si consuetudo contrarium suadeat. Vide *num.* 16, 186, 222 et 230.

172. Canonici ecclesiæ cathedralis præcedunt canonicos collegiatæ, etiam intra camdem collegiatam, non obstante consuetudine, *S. R. C.* 19 *Aug.* 1619, *in una Tuscanellæ.* Vide *num.* 166.

173. Prior collegiatæ, si intersit in cathedrali, thurificandus est duplici ductu thuribuli, sicut dignitates et canonici, super quos tamen non habet præcedentiam, *S. R. C.* 19 *Aug.* 1619, *in una Tuscanellæ.*

174. Celebratio festi de sancto patrono civitatis ad episcopum, et eo absente vel impedito, ad primam dignitatem pertinet, *S. R. C.* 28 *Sep.* 1619, *in Collen.* Et prima impedita, ad secundam, et sic successive etiam ad canonicos, nunquam vero ad vicarium generalem. Vide *num.* 101.

175. Non est laudabilis ea consuetudo, ut episcopo cum cappa sedenti ad sedem suam, caput aperiatur et cooperiatur ab altero ex diaconis assistentibus; nec ideo est quærendum, ad quem eo casu spectabit, cum biretum debeat episcopus sibi de per se extrahere, *S. R. C.* 4 *Apr.* 1620, *in Lauden*, *et* 21 *Aug.* 1632, *in Isernien.* Tenentur tamen diaconi accipere biretum de manu episcopi, et eidem reddere. Vide *num.* 443. Quid vero dicendum de pileolo mitræ supponendo, consule *num.* 38.

176. Lectiones secundi et tertii nocturni, deficientibus cantoribus, cantandæ sunt a canonicis, incipiendo a junioribus ad præscriptum Cæremonialis, *S. R. C.* 4 *Apr.* 1620, *in Conversana.* Intellige de Matutinis Tenebrarum, in quibus lectiones secundi et tertii Nocturni cantari vel a cantoribus, vel a canonicis pro more Ecclesiarum permittuntur; secus autem in aliis Matutinis, episcopo celebrante, in quibus primæ sex lectiones a totidem canonicis junioribus, incipiendo a juniore, recitabuntur; septima et octava ab assistentibus episcopo a lateribus in Missa, nona vero et ultima ab ipsomet episcopo, *Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 5, *num.* 4, *et cap.* 22, *num.* 9 *et seq.*

177. Dum horæ canonicæ recitantur in choro, non sunt celebrandæ Missæ privatæ in altari majori, *S. R. C.* 2 *Maii* 1620, *in Oscen.* In altari majori intellige, ubi non asservatur SS. Sacramentum; tunc enim nunquam, nisi ex necessitate congruentius erunt celebrandæ, *Cærem. episc. lib.* I, *cap.* 12, *num.* 9. Vide *num.* 1225.

178. Dum elevatur Eucharistia sanctissima, canonici et clerus, sive in choro existant, sive processionaliter incedant, semper debent genuflectere, *S. R. C.* 2 *Maii* 1620, *in Oscen.* In suppositione loquitur, quod campanula incaute pulsetur, quæ revera non erit tangenda. Vide *num.* 529.

179. Canonicus pœnitentiarius non potest cogi ad ministrandum pro diacono et subdiacono, quacunque consuetudine in contrarium non obstante, *S. R. C.* 22 *Aug.* 1620, *in Anagnina*, *et* 21 *Jan.* 1673, *in Veliternen.* Neque interesse choro, dum confessiones in Ecclesia audit, et interim præsens in choro censeri debet, *Conc. Trident. cap.* 8, *sess.* 24, *de Reformatione.*

180. Prima dignitas debet assistere episcopo celebranti, licet sit unica, *S. R. C.* 12 *Decemb.* 1620, *in Calaguritana.* Nisi dignitas esset archidiaconalis in persona diaconi, non sacerdotis, quia spectaret

Digitized by Google

ad canonicum sacerdotem seniorem assistere episcopo, uti presbyterum. Vide *num.* 153.

181. Præcedentia inter presbyteros sumitur ex antianitate ordinis, non vero ex gradu doctoratus, quia presbyteratus ordo longe dignior est, quam gradu doctoratus, *S. R. C.* 30 *Mar.* 1621, *in Cephaluden.* Idem servandum inter canonicos. Vide *n.* 117.

182. Episcopus processurus cum mozzetta, eam deponere debet coram cardinalibus, etiam non legatis, in Italia, *S. R. C.* 10 *Julii* 1621, *in Januen.* In Italia, dum obviam iret episcopus ad ejus civitatem advenienti cardinali, usque ad portam, vel extra eam, vel etiam, si cum iisdem legatis per urbem incederet, et abstinebit etiam a delatione crucis ante se, si erit archiepiscopus. Cardinali legato vel non legato in eorum civitate episcopali, seu in diœcesi commorante, ab usu mozzettæ episcopus non tenetur abstinere, *Cærem. episc. lib.* I, *cap.* 4, *num.* 4 et 7.

183. Confraternitates laicorum in processionibus procedunt ante regulares, quas iisdem regulares sequuntur, postremo digniorem locum obtinet clerus sæcularis, *S. R. C.* 7 *Aug.* 1621, *in Messanen.* Vide *n.* 8.

184. Canonici protonotarii non lucrantur distributiones quotidianas, nisi proprio habitu canonicali intersint choro, processionibus, etc., *S. R. C.* 7 *Aug.* 1621, *in Meliten.* Subtanam violaceam tantum si deferant, an subtrahatur hæc distributio. Vide *num.* 119 et 721.

185. Præcedentia competit dignitatibus, et canonicis paratis super vicarium generalem, neque consuetudo, imo vero abusus suffragatur, *S. R. C.* 27 *Sept.* 1621, *in Castellaneten.* A dignitatibus et canonicis non paratis quando habeat vicarius locum, consule *num.* 16, 171, 222 et 230.

186. Episcopus canonicus præcedat omnes canonicos, et dignitates in choro, et in omnibus actibus, *S. R. C.* 13 *Novemb.* 1621, *in Calaritana.* Vide *num.* 62 et 920.

187. Octavarium Romanum a R. P. D. Bartholomæo Gavanto cler. Reg. S. Pauli pro celebrandis cum octava festivitatibus jam pridem elaboratum, ac referente bon. mem. illustr. card. Bellarmino a sac. Rit. congreg. non semel laudatum, probatumque, ut recitari possit, ne diutius religiosi viri desiderarent, eadem congregatio posse imprimi seorsum a Breviario, unanimi illustrissimorum Patrum consensu decrevit 26 *Febr.* 1622, *in una Rubricarum.* Hoc decretum cum sequenti exstat in Octavario Romano a *S. R. C.* approbato. Vide *num.* 1314.

188. Si dies octava occurrat in Dominicis primæ, vel secundæ classis, in quibus de octava facienda est tantum commemoratio, Vesperæ dicendæ sunt (nisi concurrant cum alio festo præcedenti) de Officio sequenti cum commemoratione diei octavæ, ut in primis Vesperis festi, quia cum dies octava non habeat Officium in die sequenti, nec etiam convenit habere primas Vesperas in præcedenti, ut in simili casu dicitur de concurrentia Officii *num.* 10, *S. R. C.* 9 *Novembris* 1622. In simili casu, nempe occurrente simplici in feriis IV et VI Quatuor Temporum in feria IV, Ciner. et Vigiliis, quibus jejunatur, Vesperæ antecedentes (nisi ea die celebratum sit festum novem lectionum) erunt de feria communi per annum, non autem de sequenti, cum commemoratione festi simplicis in sequenti feria occurrentis. Quod ideo non fit, quia sequens feria habeat primas Vesperas, sed quia cum festum simplex in sequenti die non habeat Officium propter feriam prædictam in eo occurrentem, nec etiam convenit illud habere primas Vesperas in præcedenti die. Et eadem ratione si festum simplex occurrat feria quinta in Cœna Domini, in qua de eo non debet fieri commemoratio, nulla etiam fiet commemoratio in Vesperis feriæ quartæ præcedentis, *Rub. Brev. XI de concur. num.* 10. Vide *num.* 1041. Superest notandum, hoc decretum non inveniri in regestis *S. R. C.* sed reperiri in Octavario Romano *tit.* 40 *de concurr. Officii num.* 4, *ex Gavanto.*

189. Coadjutori episcopi debetur primum stallum in choro, sive sedes cameralis, *S. R. C.* 14 *Jan* 1623, *in Novarien.* Vide *num.* 206.

190. Qui habet usum mitræ, et insignium pontificalium, in Missis etiam privatis benedicit cum versu: *Sit nomen Domini benedictum.* Non potest tamen benedicere populo extra actum celebrationis, *S. R. C.* 25 *Maii* 1623, *in una Benedictionis.* Qui habet usum mitræ, etc., ut sunt episcopi extra suam diœcesim de licentia, non vero prælati episcopo inferiores, a quibus servandum decretum generale Alexandri VII, 1659. Vide *num.* 370 et 1273.

191. In episcopi ingressu delatores baldachini incedant pedites, et capite detecto, *S. R. C.* 27 *Julii* 1623, *in Hyeracen.* Vide *num.* 10. Delatores baldachini, primo loco erunt magistratus civitatis, deinde nobiles cives usque ad ecclesiam, sive alii quibus ex consuetudine, vel ex privilegio convenit, *Cærem. episcop. lib.* I, *cap.* 2, *num.* 4.

192. Regulares ordinis Minimorum dum in oratione sanctum Franciscum præfati ordinis fundatorem nominant, non debent adjungere de Paula, *S. R. C.* 23 *Decembr. in una Urbis pro Minimis.* Hoc decretum est generale. Vide *num.* 976 et 1020.

193. Missæ votivæ non possunt suffragari pro Missa conventuali, quæ non potest omitti, etiamsi cantetur Missa votiva, *S. R. C.* 16 *Maii* 1626, *in Burgen.* Missæ votivæ suffragari possunt pro conventuali diebus quibus Officium recitatur de feria, exceptis privilegiatis, ut sunt Adventus (quo tempore excipe Sabbatum, nam licet Officio de feria recitato, Missa erit de S. Maria), Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Rogationum, et Vigiliarum, quando Missa Dominicæ præcedentis non est reassumenda, si forte fuerit impedita, in quibus dici potest aliqua ex Missis votivis loco conventualis hoc ordine. Feria secunda (nisi dicatur de Defunctis, pro prima cujuslibet mensis die, ut accidit in feriis extra Adventum, Quadragesimam, et tempus Paschale) Missa erit de Trinitate; tertia feria de Angelis, quarta de Apostolis Petro et Paulo; quinta de Spiritu sancto, vel de Sacramento; sexta de Cruce, vel de Passione; Sabbato de S. Maria. In ipsis non dicitur neque *Gloria*, neque *Credo*, nisi pro publica Ecclesiæ causa, dummodo sine paramentis violaceis celebrentur; in his enim *Credo* tantum conceditur die Dominico. In Missis autem beatæ Mariæ in Sabbato, et in Missis Angelorum semper dicitur *Gloria in excelsis*, *Rub. Miss. Gen.*, *cap.* 4 et 5, et alia in fine de Votivis, nec non 2 de Missis Def.

194. Celebrans, qui benedicit cineres, candelas, et ramos, detecto capite stet, *S. R. C.* 18 *Jul.* 1626, *in Pientina.* Celebrans licet canonicus, vel dignitas. Vide *num.* 235. Hoc decretum licet non reperiatur in regestis, adnotatur tamen ab alio authentico. Vide *num. cit.*

195. Prima sedes in choro conceditur hebdomadario parato tantum, *S. R. C.* 22 *Augusti* 1626, *in Casertana.*

196. Servandus est, etiam mutato proprio Breviario, et acceptato Romano, mos antiquæ et laudabilis consuetudinis recitandi in choro Officium parvum beatæ Mariæ, etiam in semiduplicibus et Dominicis, non obstante rubrica Breviarii, *S. R. C.* 2 *Jan.* 1627, *in una ordinis S. Benedicti Cataloniæ. Urbano VIII*, 16 *ejusdem mensis, et anni approbante, constitut. Cum sicut*: Servandus est an ex consilio, vel præcepto. Vide *num.* 1310: Non obstante rubrica Breviarii, quæ Officium parvum beatæ Mariæ dici vetat, quando fit Officium novem lectionum, et in Vigilia Nativitatis Domini, in feriis majoris hebdomadæ, infra octavam Paschatis et Pentecostes, nec non in Sabbato, quando fit Officium de S. Maria, quibus diebus omittitur in pri-

Digitized by Google

nis Vesperis, et in Vigilia Nativitatis a Matutino. Cum dicitur in choro, in Matutinis, et in Vesperis, præponitur Officio diei, in aliis locis postponitur. Prima vero dicitur post *Benedicamus Domino*, antequam legatur Martyrologium. Extra chorum potest dici pro temporis opportunitate, vel etiam omitti, *Rub. Brev. de Officio parvo B. M. V. num.* 1113 et 1207.

197. Missa conventualis de feria in cathedralibus, et collegiatis omnibus est dicenda ultra Missam festi, et abusus sunt reformandi, *S. R. C.* 16 *Jan.* 1627, *in una Abusus reformandi*. Missa conventualis de feria; quo in casu, ubi adest consuetudo, non est necesse ut applicetur sacrificium, sed opus est orare in *Memento pro defunctis*, *Benedictus XIV*, 19 *Augusti* 1744, constitut. quæ incipit : *Cum semper*. Vide *num*. 121.

198. Coadjutor canonici justa de causa immunis, et exempti a choro, tenetur interesse, ut canonicus lucretur distributiones, *S. R. C.* 20 *Februar*. 1627, *ad dubium de coadjutore*.

199. In festo SS. Corporis Christi deferatur Eucharistia a celebrante ; in Vesperis autem diei octavæ (si fiat processio) deferatur ab eo qui cantavit Vesperas, modo sit dignitas, vel canonicus, *S. R. C.* 12 *Junii* 1627, *in Brundusina*. Intellige, impedito episcopo in cathedralibus, qui deferre debet Sacramentum de mane, licet Missa solemni a prima dignitate celebrata, *Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 33, *num.* 15 *seqq*.

200. Celebrantes Missam solemniter, sedeant in loco parati pro celebrantibus a latere Epistolæ, *S. R. C.* 12 *Jun.* 1627, *in Brundusina*. Celebrantes, qui simul sunt et canonici. Vide *num*. 115, 143 et 460.

201. Absente episcopo, benedictiones candelarum, cinerum, palmarum, et fontis fiant per celebrantem, *S. R. C.* 12 *Jun.* 1627, *in Brundusina*. Quis vero celebrare debeat. Vide *num*. 101.

202. Dignitates nolentes celebrare Missas pontificales, absente episcopo, justa causa impeditæ, possunt assistere in suo stallo in choro, *S. R. C.* 12 *Jun.* 1627, *in Brundusina*.

203. Cum episcopus benedicit cineres, debet celebrans imponere cineres episcopo. Quæsitum est, an id servari debeat in die candelarum, et palmarum? Responsum fuit : *Servetur Cæremoniale in cap.* 16, *de festo Purific. et in cap.* 21, *de Dom. Palmar. S. R. C.* 12 *Jun.* 1627, *in Brundusina*. Servetur cæremoniale, in quo statuitur ad digniorem canonicum spectare candelam, et palmam episcopo tradere. Idem *lib.* II, *cap.* 16 et 21. Vide *num*. 154.

204. Potest episcopus cogere canonicos, ut a capellanis in Quadragesima cantari faciant Missam conventualem feriæ cum diacono, et subdiacono, *S. R. C.* 17 *Jun.* 1627, *in Nicien*.

205. Canonici non possunt uti pallio et pileo in choro, quando assistunt etiam Completorio, *S. R. C.* 27 *Jul.* 1627, *in Nicien*. Non possunt uti pallio, et pileo, sed habitu proprio canonicali, *Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 4, *num*. 4.

206. Coadjutor episcopi celebrans, præter diaconum et subdiaconum, debet habere assistentem canonicum pro libro, *S. R. C.* 7 *Aug.* 1627, *in Aquileien*. Vide *num*. 189.

207. In iis diebus, quibus fieri non potest in festo duplici, prohibentur Missæ votivæ privatæ, et de Requiem juxta Rubricas, *S. R. C.* 25 *Aug.* 1627, *in una Urbis dubiorum*. Privatæ : Solemnes vero quomodo permittantur. Vide *num*. 75.

208. Electus ecclesiæ archiepiscopalis, non potest exercere pontificalia in sua ecclesia ante receptionem pallii, *S. R. C.* 28 *Aug.* 1627, *in Ulyssiponen.* : Ante receptionem pallii. Neque patriarchæ, vel archiepiscopi possunt, antequam pallium receperint, *Cærem. episc. lib.* I, *cap.* 16. Vide *n*. 6.

209. Si ad possessiones cathedralis sine SS. Sacramento plures conveniant capitulariter ecclesiæ collegiatæ, harum dignitates incedere debent cum suis capitulis sine pluvialibus, *S. R. C.* 29 *Jan.* 1626, *in Colonien*. Vide *num*. 8.

210. In ecclesiis regularium habentibus claustra fiant processiones intra claustra tantum; si vero non habeant claustra, fiant prope muros ecclesiæ, sive exeundo ab una porta, et intrando per aliam ecclesiæ portam, sive per eamdem, *S. R. C.* 26 *Febr.* 1628, *in Hispalen.* : Intra claustra tantum. Parocho vero annuente, vel privilegio suffragante, progredi potest processio ultra ambitum ecclesiæ. Vide *num. seq.*

211. Extra ambitum ecclesiæ non licet Regularibus facere processiones; nisi de licentia, et consensu parochi salvis privilegiis, si quæ sunt. Processiones vero confraternitatum non debent extendi per vias, sed circa muros regularium, qui eas regunt, *S. R. C.* 26 *Febr.* 1628, *in Hispalen*. Vide *num. ant*.

212. Nequeunt regulares SS. Sacramentum exponere sine licentia ordinarii, *S. R. C.* 26 *Febr.* 1628, *in una Bertinori*. Imo et alii, exceptis diebus, de quibus *num*. 51.

213. Si episcopus in processione SS. Sacramenti non deferat Eucharistiam, vel non interveniat, canonici tamen cathedralium induant sacras vestes, *S. R. C.* 27 *Mart.* 1628, *in Cajetana*. Vide *num*. 8.

214. Celebrari non potest per totam civitatem, et diœcesim, etiam de cujuscunque ordinarii auctoritate, festum cum Officio de sancto, eo quod in loco adsit ecclesia parochialis, vel regularis, vel abbatialis, aut aliqua reliquia, sed tantum in ecclesia ipsius sancti titularis, seu ubi asservatur corpus, aut insignes reliquiæ, et non alibi, *S. R. C.* 8 *April.* 1628, *in una Brev. Rom. Urbano VIII confirmante* : Sed tantum in ecclesia ipsius sancti Officium sub ritu primæ classis erit recitandum ex Rubr. Brev. prop. Officium vero corporis, vel reliquiæ insignis sub ritu dup. min. Vide *num. seq.* in quo etiam reperies, quæ reliquiæ insignes dicendæ sint. Vide etiam *num*. 216.

215. Insignes reliquiæ, sunt caput, brachium, crus, aut illa pars corporis, in qua passus est martyr, modo sit integra, et non parva, et legitime ab ordinariis approbata, *S. R. C.* 8 *Apr.* 1628, *in una Miss. Rom. Urbano VIII approbante*. Insignes reliquiæ de quibus recitari Officium duplex statuitur. Vide *num*. 162.

216. Non potuisse post bullam S. Pii V de Breviario Romano, neque posse locorum ordinarios tam sæculares, quam regulares addere Kalendariis etiam propriis, sanctorum officia, nisi ea duntaxat, quæ Breviarii Romani rubricis, vel sac. Rit. cong. seu Sedis Apostolicæ licentia conceduntur : neque propria auctoritate, quovis prætextu, posse mutare ritum, qui habetur in Kalendario Romano, seu rubricis Breviarii in altiorem ritum ; neque extendere concessa Officia de loco ad locum, declaravit *S. R. C.* 8 *Apr.* 1628, *in una Brev. Rom. annuente Urbano VIII*. Post bullam S. Pii V latam 9 *Julii* anno 1560, quæ incipit : *Quod a nobis postulat*. Vide *num*. 114 : In altiorem ritum, licet ex legato benefactorum hoc requiratur; quo in casu servari potest per extrinsecam pompam. Vide *num*. 295.

217. De sanctis episcopis locorum, martyribus, civibus, et aliis festis, de quibus Kalendario Romano, seu rubricis Breviarii nihil habetur, uti etiam de beatis nondum canonizatis, nihil propria auctoritate constituatur, sed omnino consulatur *S. R. C.* 8 *Apr.* 1628 *in una Brev. Rom. approbante Urbano VIII* : De sanctis episcopis de quorum confirmatione revera constaret; vel per immemorabile tempus celebratum fuisse officium, et Missam, continuari potest ante bullam S. Pii V. Vide *num. ant.* et 227.

218. Quod præscribitur in Cæremoniali, ut cano-

Digitized by Google

nici de sacristia egrediantur bini, intelligitur in solemnitatibus *S. R. C.* 12 *Jun.* 1628 *in Vicentina*. Præcipue circa Vesperas, quæ sunt duplicia minora, ferialia, semiduplicia, quæ non sunt Dominicalia, simplicia, et feriæ, in quibus non oportet celebrantem esse paratum, nec fieri thurificationes, *Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 3, *n.* 17.

219. Canonici habentes usum cappæ et rocchetti, quando administrant sacramenta, debent deponere cappam, induere superpelliceum cum stola, *S. R. C.* 12 *Jul.* 1628, *in una Urbis*.

220. Missa conventualis non potest celebrari pro Anniversario, sed cantandæ sunt duæ Missæ. In die vero Depositionis dicenda est Missa pro defuncto, non obstante contraria consuetudine, *S. R. C.* 12 *Jul.* 1628, *in Lucen.*.Vide *n.* 300 et 1281.

221. Protonotarii titulares præcedere debent canonicos cathedralis collegialiter non incedentes *S. R. C.* 12 *Jul.* 1628, *in una Urbis*: Collegialiter non incedentes. Secus autem si canonici essent simul cum capitulo uniti, tunc enim etiam post abbates incedunt, *Cærem. episc. lib.* I, *cap.* 25, *n.* 29. Vide etiam *n.* 169 et 354.

222. Præcedentia semper danda est super dignitates, et canonicos vicario generali, tam præsente, quam absente episcopo. *S. R. C.* 7 *Aug.* 1628, *ad dubium de Vic. gen. et antea* 23 *Mart.* 1602, *in Lauretana et Nolana*. Vide *n.* 16, 171 et 230.

223. Canonici regulares possunt in publicis processionibus uti rocchetto et superpelliceo, *S. R. C.* 28 *Aug.* 1628 *in Novarien.*

224. Potest episcopus cogere sacerdotes sæculares, ut audiant confessiones sacramentales cum superpelliceo et stola, et regulares cum stola tantum, *S. R. C.* 28 *Aug.* 1628, *in Casertana*: Stola violacei coloris, *Rit. Rom. de Pœnit. tit.* 3. *cap.* 1, *num.* 9.

225. Non licet mulieribus comitari processiones per claustra monasteriorum Regularium, nisi adsit expressa licentia Sedis Apostolicæ, *S. R. C.* 30 *Sept.* 1628, *in Aurelianen.* Sub qua pœna? consule *numer.* 248.

226. *Per comporre le differenze vertenti in questa Sacra Congregazione tra li canonici, e capitolo della chiesa di Galleri per una parte, e li beneficiati della medesima chiesa dall' altra, piacque alle Signorie Vostre Illustrissime di scrivere a quell' Arcivescovo, che saria stato bene di osservare quanto disponeva il Ceremoniale Romano. Ma perchè tal lettera conteneva solo una semplice inclinazione della Sacra Congregazione, non ordine o precetto alcuno, percio non fu mai messa in esecuzione: onde di nuovo supplicano i canonici le Signorie Vostre Illustrissime, che si degnino far decreto preciso sopra l'osservanza di detto Ceremoniale Romano, conforme la costituzione di Clemente Ottavo sopra l'approvazione, e confermazione di esso che tutto*, etc. Sac. Rit. congr. mandavit, et præcepit in ecclesia Calaritana servari ad unguem Cæremoniale episcoporum, *die* 30 *Sept.* 1628, *in eadem Calaritana Urbano VIII annuente die* 30 *Junii* 1629, *in const. quæ incipit*: Exponi nobis fecerunt. Vide *n.* 41.

227. Officia de episcopis sanctis locorum possunt continuari de Communi, si constaret illos fuisse canonizatos, vel per tempus immemorabile celebratum fuisse de illis Officium et Missam, *S. R. C.* 28 *Octobris* 1628, *in una Ord. Min. Obser.* Possunt continuari, nec advertatur bulla S. Pii V sub *n.* 216 *seq.*

228. Episcopus in publicis processionibus cum cappa et bireto, non inter dignitates, sed solus incedere debet. Quod si deferatur aliqua imago, seu reliquia, ipse cum cappa, et bireto debet incedere post imaginem, seu reliquiam, nisi adsit consuetudo in contrarium, *S. C. R.* 29 *Novemb.* 1628, *in Savonen.* Vide *n.* 8.

229. Quando adest obligatio, et onus faciendi diversa anniversaria statis diebus in quibus occurrunt festa duplicia, sive semiduplicia, nec non etiam tempus Quadragesimale, et Quatuor tempora, Vigilia, et similia, Missa conventualis nullo pacto est omittenda, sed utraque Missa est cantanda, altera de die, altera de *Requiem*, etiamsi occurrat festum duplex, dummodo non sit festum de præcepto, ad hoc ut testatorum voluntates adimpleantur, et licite eleemosyna lucrari possit, *S. R. C.* 29 *Novemb.* 1628 *in Januen. et antea* 1 *Sept.* 1607 *in Pampilonensi*. Similia, id est feria secunda Rogationum *Rub. Miss. Gen. cap.* 3. Vide etiam *n.* 16, 220 et 232.

230. Vicarius generalis in publicis processionibus, absente, et præsente episcopo, debet ultimo loco incedere inter canonicos, seu dignitates, dummodo non adsit consuetudo in contrarium, *S. C. R.* 26 *Decemb.* 1628 *in Savonen.* Vide *num.* 171, 185 et 222.

231. Aspersorium semper est porrigendum episcopo a digniori de capitulo cathedralis, *S. R. C.* 20 *Decemb.* 1628 *in Arben.* Intellige ly semper in ecclesia cathedrali, vel in illis, quæ nec rectorem habent beneficiatum, nec sunt Regularium. Vide *n.* 71.

232. Non valentes satisfacere Anniversariis defunctorum in diebus ferialibus, possunt ipsa adimplere in festis duplicibus, non tamen de præcepto, et cum obligatione audiendi sacrum, *S. R. C.* 3 *Mart.* 1629, *in Papien.* In festis duplicibus; intellige minoribus, vel majoribus. Vide *n.* 19.

233. Instante Patre Don Silvio Favilla de Neapoli procuratore generali congregationis monachorum montis Oliveti, nomine abbatum ejusdem congregationis, ut attenta antiquissima consuetudine solemniter cum baldachino et assistentibus in eorum ecclesiis celebrandi, recederetur quoad eos a decretis alias hac de re editis in causis Firmana 28 *Januarii* 1606, et Neapolitana 18 *Martii* 1617. Sacra Rituum congregatio, sæpius audito eodem procuratore generali, et rationibus ab eo deductis mature consideratis, illustrissimo et reverendissimo D. cardinali Cæsarino referente, censuit et declaravit, in hac parte recedendum esse a dictis Sacræ Congregationis decretis, et licere abbatibus Olivetanis solemniter, in tribus tantum anni festivitatibus, celebrantibus uti baldachino, sine auro tamen et pompa; nec non assistentia unius presbyteri, et duorum diaconorum, ac aliorum sex ad summum monachorum sacris indumentis coloris solemnitati convenientis paratorum, ultra diaconum et subdiaconum, qui in Missa cantaturi sunt evangelium et epistolam: atque ita, iidem abbates nullo modo teneant sedem abbatialem fixam et permanentem prope altare, ut sedes episcopalis retineri consuevit: sed eorum sedes retineatur in ecclesia iis tantummodo diebus, quibus solemniter celebratur: et dicti sex monachi, ut supra parati, non in sedibus choralibus, sed super scabellis sedeant in situ congruo juxta ecclesiarum convenientem situm tunc appositis, panno laneo coopertis, dictis Sacræ Congregationis decretis in causa Firmana et Neapolitana editis alias in suo robore permansuris. Eadem *S. R. C.* 17 *Martii* 1629, *in eadem Neapolitana congregationis Montis Oliveti, approbante Urbano VIII die* 5 *Aprilis ejusdem anni constit.*: Exponi Nobis. De mandato ejusdem Urbani VIII, ex simili ad unguem decreto *S. R. C.* concessum fuit abbatibus Casinensibus, *die* 11 *Julii* 1629 in constitutione quæ incipit: *Exponi Nobis*, *et die* 15 *Sept.* 1632, ex alio decreto S. R. C. *de die* 21 *Augusti* ejusdem anni in favorem Camaldulensium const. *Nuper pro parte*. Decreta germana *S. R. C.* ad instantiam antistitum Firmani et Neapolitani habes *sub seq. num.* 237, in quo privilegia etiam monachorum Cœlestinorum invenies. Vide etiam *n.* 355 *seqq.*

234. Non potest prohiberi celebratio Missæ in oratorio ruri ædificato per laicum, antequam celebretur Missa parochialis, *S. R. C.* 31 *Mar.* 1629,

Digitized by Google

*in Capuana :* Antequam celebretur Missa parochialis, nisi constitutionibus synodalibus contra id disponentibus : ita tamen ut Missa in parochiali hora opportuna celebretur, *sac. cong. Concil. Trident.* 25 *Maii* 1652, *ad librum* XIX, *pag.* 191. Et insuper fiat etiam populo per celebrantem explicatio cathechismi : Clemens XII in Encyclica *die* 1 *Julii* 1735 episcopis Italiæ emanata, Italice : *Sopra tutto Sua Beatitudine.* Vide n. 414. Notandum tamen, si hujusmodi oratoria sint ecclesiæ parochiali proxima, Missæ celebrationem ante Missam parochialem prohibitam esse a Benedict. XIV in constit. quæ incipit : *Etsi minime nobis* 7 *Februarii* 1742.

235. Sacerdos, etiamsi sit dignitas, vel canonicus, absente, vel impedito episcopo, distribuens palmas juxta decretum 18 *Julii* 1626, stare debet capite detecto, *S. C. R.* 31 *Martii* 1619, *in Pientina.* Vide *num.* 194.

236. In altari, sub quo sepulta sunt cadavera defunctorum, non potest celebrari, *S. R. C.* 11 *Jun.* 1629, *in Turritana.*

237. Cum sacra Rituum congregatio alias de anno 1606 *sub die* 18 *Januarii* ad instantiam archiepiscopi Firmani prohibuerit priori S. Catherinæ ordinis Canonicorum regularium in eorum ecclesia usum baldachini, et aliquarum cæremoniarum. Et de *anno* 1617, *sub die* 18 *Martii* idem decretum ad instantiam cardinalis Carafæ archiepiscopi Neapolitani extenderit ad omnes priores et abbates cujuscunque ordinis, etiam Casinen. R. P. D. Henricus Fortuna de Monte Leone procurator generalis totius congregationis monachorum Cœlestinorum ordinis S. Benedicti, ægre ferens hujusmodi decreta tanquam præjudicialia eorum antiquissimæ consuetudini solemniter celebrandi cum baldachino et assistentibus in eorum ecclesiis, institit audiri in eadem Sacra Congregatione super dicta antiquissima eorum consuetudine. Et commissa illustrissimo et reverendissimo cardinali Antonio Barberino, coram quo, audito sæpius dicto procuratore generali Cœlestinorum, et rationibus ab eo deductis bene perpensis : eodem illustrissimo ac reverendissimo Antonio referente, sacra Rituum congregatio, re mature discussa, censuit in hac parte recedendum a suprascriptis decretis de *anno* 1606 *et* 1617, et declaravit licere abbatibus Cœlestinis in tribus tantum anni festivitatibus solemniter celebrantibus uti baldachino, sine auro tamen et pompa ; nec non assistentia unius presbyteri, et duorum diaconorum, ac aliorum sex ad summum monachorum sacris vestibus coloris solemnitati respective convenientis indutorum, duorum nempe cum pluvialibus, duorum cum planetis, et aliorum duorum cum tunicellis, ultra diaconum et subdiaconum, qui in Missa cantaturi sunt evangelium et epistolam, dummodo iidem abbates nullo modo teneant sedem abbatialem fixam et permanentem prope altare, ut sedes episcopalis retineri solet ; sed eorum sedes retineatur in ecclesia iis tantum diebus, quibus solemniter, ut supra celebrari debet. Et dicti sex monachi, ut supra parati, non in sedibus choralibus, seu super scabellis, sedeant in situ congruo, juxta ecclesiarum convenientem situm tunc appositis panno laneo coopertis, firmis in reliquo remanentibus supra scriptis Sacræ Congregationis in Firmana et Neapolitana decretis editis, eadem *S. R. C.* 30 *Junii* 1629 *in una supradicti ordinis Urbano VIII approbante die* 26 *Sept. ejusdem anni, constitutione, quæ incipit :* Exponi nobis. Vide *n.* 233.

238. Festum Dedicationis aliarum ecclesiarum a cathedrali, celebrandum est tantum in ea ecclesia, ubi consecrationis dies peragitur *S. R. C.* 18 *Aug.* 1629, *in Alexandrina.* In ea ecclesia et a clero illius ecclesiæ, non vero ab exteris, licet sub parochia degant. Vide *n.* 871.

239. Non potest celebrari festum consecrationis illius ecclesiæ, quam certum est non fuisse consecratam, vel dubium est, si autem constet de consecratione, et ignoretur dies, potest Ordinarius assignare diem pro festi prædicti celebratione *S. R. C.* 18 *Aug.* 1629 *in Alexandrina.* Si autem constet de consecratione quæ satis probatur per annuam dedicationis celebrationem. Vide *n.* 838. Potest ordinarius episcopus scilicet, minime Regularium superior. Vide *n.* 748.

240. Processio in solemnitate SS. Corporis Christi incipere debet a cathedrali, seu matrice, et ad eamdem terminare ; non vero a parochiali, *S. R. C.* 19 *Aug.* 1629, 1 *Sept.* 1708, et 9 *Jun.* 1718, *in Nolana.* Vide *num.* 155.

241. Officium cum Missa S. Rochi conceditur in ecclesiis duntaxat ad ejus honorem dicatis, *S. R. C.* 29 *Nov.* 1629, *in Matriten. :* In ecclesiis duntaxat dicatis, licet festum ex devotione servetur in tota provincia, prout in Gallia. Vide *n.* 654.

242. Ante SS. Eucharistiæ sacramentum publice expositum non potest fieri concio capite tecto, non obstante quacunque contraria consuetudine, et abusus omnino est tollendus, *S. R. C.* 16 *Febr.* 1630, *in Belgica, et antea* 28 *Apr.* 1607, *in Ilerden. et* 9 *Decemb.* 1622, *in Giennen. approbantibus Clem. et Innoc. XI, nec non Bened. XIII ac Clem. XII, ut in const.* 40 *Horarum quæ incipit :* Essendo stato introdotto, *die* 1 *Sept.* 1736.

243-244. Soli canonici debent facere consuetos circulos ante episcopum diœcesanum, non autem vicarium generalem, *S. R. C.* 28 *Sept.* 1630, *in Maceraten. :* Soli canonici. Nomine canonici veniunt et dignitates et episcopus, et vicarius canonicus, *Cærem. episc. lib.* I, *cap.* 21, *numer.* 2. Vide *numer.* 16 et 920.

245. Dignitate, vel canonico tantum Missam celebrante solemniter, canonici pariter pro diacono et subdiacono, et non alii inferiores inservire debent, non obstante contraria consuetudine ; ad Vesperas vero debent assistere presbyteri non canonici *S. R. C.* 8 et 22 *Mart.* 1631, *in Sypontina Montis Gargani :* Presbyteri non canonici, et etiam clerici, *Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 3, *num.* 16.

246. Non possunt inseri in Litaniis alii sancti præter ibi descriptos, neque tempore pestis addendi sunt titulares, et patroni civitatis, sine speciali concessione, *S. R. C.* 22 *Martii* 1631, *in Regien. :* Præter ibi descriptos. Excipe casum consecrationis ecclesiæ, vel altaris ubi proprio loco nominatur bis sanctus ille, in cujus honore et nomine ecclesia, vel altare dedicatur, et illi quorum reliquiæ in eo includuntur. Licet etiam addere versiculum congruentem necessitati, v. g. ad petendam serenitatem, etc., qui versus duabus vicibus repetitur post versus : Ut omnibus fidelibus defunctis, etc. *Pontif. Rom. part.* I et II, *Rit. Rom. de Process.*

247. Qui præ timore, vel balbutie non pronuntiat Evangelium S. Joannis, quod legitur in Missa, sed ejus loco aliud suo arbitratu recitat, debet a Missarum celebratione suspendi, quousque illud rite pronuntiare assuescat, *S. R. C.* 5 *Jul.* 1631, *in Salernit.*

248. Mulieres de cætero non possunt occasione processionum ingredi septa monasteriorum Regularium, sub pœnis, quibus comprehenduntur Regulares permittentes feminas ingredi septa eorum monasteriorum, *S. R. C.* 5 *Jul.* 1631, *in una Urbis et Orbis Regularium :* Sub pœnis excommunicationis latæ sententiæ ex constit. Benedicti XIV Pontif. Max. quæ incipit : *Regularis disciplinæ, emanata die* 3 *Jun.* 1742. Vide *num.* 223.

249. Regulares in publicis processionibus non possunt prohiberi a clero sæculari, quod incedant sub propria cruce, non obstante contraria consuetudine, *S. R. C.* 11 *August.* 1631, *in una ord. Capuc. Terræ Modogni Barensis diœces. Urbano VIII confirmante* 30 *ejusdem mensis, et anni, in sua const. quæ incipit :* Exponi nobis.

Digitized by Google

250. Rector alicujus parochialis, dum recitantur divina Officia in sua parochiali, debet sedere in scamno, non vero in sella, *S. R. C.* 14 *Februar.* 1632, *in Turritana*. In scamno decenti panno ornato, etc. Vide *n.* 110 et 254.

251. Episcopo ingredienti aliquam ecclesiam suæ diœcesis, associato a dignitatibus et canonicis suæ cathedralis, debet porrigi aspersorium a digniore illius Ecclesiæ, ad quam episcopus accedit, non autem a dignitatibus et canonicis cathedralis episcopum associantibus, *S. R. C.* 14 *Feb.* 1632, *in Turritana.* Vide *num. seq. et* 7.

252. Aspersorium aquæ benedictæ cardinali etiam legato, seu ordinario loci aliquam ecclesiam suæ diœcesis, seu jurisdictionis, quacunque de causa ingredienti, non ab archidiacono, seu aliis de Capitulo cujuscunque Ecclesiæ porrigi debet, sed a digniore illius Ecclesiæ, ad quam cardinalis etiam legatus, seu ordinarius accedit, *S. R. C.* 14 *Febr.* 1632, *in Bononien.* Vide *num. ant.*

253. Episcopo accedente ad aliquam parochialem suæ diœcesis cum canonicis suæ cathedralis, rector illius parochialis non debet præcedere canonicos cathedralis, et sedere immediate post episcopum, ante canonicos; sed dignior locus debetur canonicis cathedralis immediate post episcopum: post canonicos vero rector debet sedere, vel e regione sedis episcopalis, *S. R. C.* 14 *Februar.* 1632. *in Turritana.* Vide *num. seq.*

254. Canonicis et dignitatibus episcopum associantibus in aliqua parochiali, rector parochialis cedere debet digniorem locum, ut jam *supra num.* 253, dictum est, et propterea idem rector in eadem sua parochiali ecclesia sedere debet in scamno, prout sedent dignitates et canonici, non vero in sella, *S. R. C.* 14 *Februar.* 1632, *in Turritana.* Vide *n. ant.* et 250.

255. Spinæ de corona Domini Jesu Christi inter reliquias insignes computantur, et speciali nota et cultu dignæ sunt, *S. R. C.* 21 *Jun.* 1632, *in Conchen.* Spinæ sub baldachino in processionibus deferri possunt, adhibito velo humerali, et præcedentibus duobus thuriferariis. Vide *num.* 1120 et 1276.

256. Assistentes episcopo pro dignitatibus, et inchoato Officio, supervenientibus dignitatibus, debent eisdem cedere locum assistentiæ, *S. R. C.* 21 *Jun.* 1632 *in Iser̃nien.* Nisi assistentes essent paramentis induti. Vide *n.* 102.

257. Non convenit, quod prima dignitas celebret missam ante processionem SS. Sacramenti, et deinde altera dignitas minor deferat illud in processione, *S. R. C.* 31 *Julii* 1632 *in Jauuen.* sive *Genuen. Innocentio XI confirmante, die* 4 *Jun.* 1689. *Const.* 21, *quæ incipit :* Alias emanarunt.

258. Si festum S. Honuphrii celebratur cum Officio et Missa ante bullam S. Pii V, potest continuari, si vero introductum est post bullam, nullo modo permittendum est, *S. R. C.* 27 *Novemb.* 1632, *in Conversana.* Ante bullam S. Pii V, quæ incipit: *Quod a nobis postulat ratio, die* 9 *Julii* 1568, circa Officii recitationem. Quoad vero Missam, die 14 ejusdem mensis et anni, incipiens : *Quo primum tempore.*

259. Aquæ benedictæ aspersio in Dominica debet fieri per ipsum celebrantem, etiam quod sit prima, vel alia dignitas, non obstante contraria consuetudine, quæ potius corruptela dici debet, cum sit contra rubricas Missalis, et dispositionem *Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 30, *num.* 1, *S. R. C.* 27 *Novemb.* 1632, *in Perusina.*

260. Dignitates, et canonici assistentes, vel aliquo modo episcopo solemniter celebranti inservientes, nunquam tenentur genuflectere, *S. R. C.* 15 *Decembr.* 1632, *in Monopolitana.* Dignitates et canonici, cathedralium, etiam collegiatarum ecclesiarum. Vide *n.* 1701, nunquam tenentur genuflectere, nisi dum actu sacramento benedicit. Vide *n.* 1708.

261. Parocho rheumate laboranti, et SS. sacramentum infirmis deferenti, solet indulgeri usus pileoli in itinere, non tamen intra civitatem, vel oppidum, *S. R. C. Mart.* 1633, *in Asculana.* Solet indulgeri de consensu tamen episcopi, Vide *num.* 657 et 664.

262. An liceat curatis, salvis eorum juribus parochialibus, impedire, contra voluntatem hæredum defunctorum, ne regulares curati ad funus corpora defunctorum ad quasvis ecclesias deferenda una cum parochis et clericis processionaliter associent? Responsum fuit, Regulares in casu proposito non possint impediri, *S. R. C.* 23 *Apr.* 1633. *in una Ord. Præd. S. Franc. S. Aug. et discal. Carmel. Urbano VIII annuente* 25 *Junii ejusdem anni in sua constit. quæ incipit :* Nuper pro parte dilectorum. Vide *n.* 280 et 1119.

263. Propositum dubium pro parte cathedralis Hispalensis, nempe de quo festo translato potius agendum sit; an de patrono civitatis, qui est S. Isidorus, an vero de titulari, qui est beatissima Virgo, responsum fuit de digniori, nempe de B. Maria Virgine. *S. R. C.* 27 *Apr.* 1633, *in Hispalen.*

264. Ubi adest consuetudo immemorabilis cantandi singulis diebus immediate post primam, Missam votivam de beata Virgine Maria, potest exceptis solemnioribus festivitatibus Domini nostri Jesu Christi tolerari, prout tolerat *S. R. C.* et festa solemniora sunt, in quibus non toleratur hæc Missa, Dominica prima Adventus, feria quarta Cinerum, Dominica prima Quadragesimæ, Dominica Palmarum cum tota hebdomada, Dominica Resurrectionis, et Pentecostes cum duobus sequentibus diebus, dies Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Ascensionis, Corporis Christi, et omnes dies, in quibus celebrari debet peculiare festum in honorem B. M. V. juxta præscriptum in Calendario; ac dummodo diebus, in quibus celebratur dicta Missa votiva, præter eamdem celebretur etiam Missa conventualis, seu diei festi currentis, *S. R. C.* 19 *Novemb.* 1633, *in Vallisoletana Hispaniarum congr. Ord. S. Benedicti,* De beata Virgine Maria; sed fallit in alios sanctos. Vide *num.* 1284 et 1295.

265. In cathedralibus, in quibus non sunt distinctæ præbendæ, canonicus non sacerdos, licet prius admissus, cedere debet digniorem locum canonico sacerdoti postea admisso, *S. R. C.* 18 *Novembr.* 1633, *vel Decemb.* 1633, *in Sulmonen.* et *postea Julii* 1686, *in Eginen.* An vero ubi præbendæ sunt distinctæ? Vide *n.* 54.

266. Archidiaconus, uti dignitas, habens annexum canonicatum, debet præcedere omnes alios de capitulo, *S. R. C.* 6 *Martii* 1634, *in Sulmonen.* Debet præcedere, etiamsi tantum in diaconali ordine constitutus. Vide *n.* 293.

267. Missa Purificationis in die festivitatis ejusdem, debet cantari a capellanis Ecclesiæ Terræ Xendæ, in qua erecta est capella confraternitatis sub invocatione Purificationis in casu proposito, non in altari majori, sed in capella ejusdem Purificationis B. M. Virginis juxta solitum, *S. R. C.* 19 *Aug.* 1634, *in Cusentina.*

268. Ubi non est aurora physice pro licita Missarum celebratione, attendatur ea moraliter et politice, quando scilicet terminari solet hominum quies, et inchoari labor juxta probatam regionum consuetudinem, *S. R. C.* 18 *Septembr. et* 2 *Novemb.* 1634, *in una Missalis Romani.*

269. Missæ votivæ, ad quas ex obligatione aliqua Ecclesia tenetur per hebdomadas certis diebus præscriptis, in quibus multoties occurrit festum de præcepto, debent transferri in alteram diem feriatam, non impeditam, *S. R. C.* 9 *Decemb.* 1634, *in Tarentina.* Debent transferri seu satisfacere, Missæ

Digitized by Google

currentes applicando. Vide *num.* 143, 564, 1259 et 1286 *seq.*

270. Missa conventualis de Feria in Quadragesima, et Adventu nullo modo potest omitti, quando in eis etiam cadat festum alicujus Sancti, non obstante contraria consuetudine, *S. R. C.* 24 *Novembr.* 1635, *in Callien.* Missa conventualis de Feria in Quadragesima semper dicenda; in Adventu vero diebus Quatuor Temporum et Vigiliis occurrentibus in quibus præeligitur Missa de Vigilia cum commemoratione feriæ Adventus, Vigilia tamen Nativitatis excepta, *Rub. Miss. de Feria et Vigilia num.* 2. In Vigiliis etiam per annum, quatuor temporibus, et Feria secunda Rogationum, duæ vel tres Missæ sunt cantandæ post Nonam, ut *in Rub. Miss. Gen. cap.* 3 *et seq.*

271. Coadjutores, quando coadjuti sunt præsentes in choro, vel in processionibus, non possunt in habitu canonicali intervenire, *S.R.C.* 24 *Maii* 1636, *in una civitatis Castelli.* Vide *num. seq.*

272. Non licet coadjutoribus canonicorum, absentibus, vel impeditis coadjutis, inservire pro assistentibus episcopo solemniter celebranti, vel cum cappa divinis inservienti, sed hoc munus spectat et pertinet ad veros canonicos ordine successivo, *S. R. C.* 24 *Maii* 1636, *in una civitatis Castelli.* Vide *num. ant.*

273. Articulo super matricitate prætensa, inter ecclesias Sancti Georgii et Sancti Petri civitatis Modicæ, sac. C. respondit eccl. Sancti Georgei esse matricem, eique competere præcedentiam, *S. R. C.* 24 *Maii* 1636, *in Syracusana Innoc. XI confirmante in constit. quæ incipit* : Alias emanarunt, *die* 4 *Junii* 1679 *edita.* Competere præcedentiam. In quo sita sit hæc præcedentia. Vide *num. seq.*

274. Cum sac. Rituum cong. sub die 24 Maii 1636, ad relationem em. et rev. D. card. Cæsarini declaraverit, ecclesiam Sancti Georgei civitatis Modicæ Syracusanæ diœcesis esse collegiatam insignem, et matricem, eique uti tali deberi præcedentiam supra omnes alias collegiatas ejusdem civitatis, institum fuit pro bono pacis declarari, quænam sint hujusmodi præeminentiæ; et sac. Rituum congreg. censuit esse infrascriptas : primo, quod in solemnitate Corporis Christi processio incipere debeat ab ipsa ecclesia matrice, ad quam convenire debent archipresbyter sancti Petri cum suo clero, et omnes alii interesse debentes, enumerati *in Cærem episc. lib.* II, *cap.* 33, et nullo modo per vias exspectare : secundo, quod delatio SS. Sacramenti spectet ad præpositum Sancti Georgei, et eo absente ad aliam dignitatem ejusdem matricis ordine successivo, dummodo illo die solemniter celebraverit : tertio, quod omnes aliæ processiones publicæ, puta sancti Marci, Rogationum, pro pluvia petenda, serenitate impetranda, et similes, incipere debeant ab ipsa matrice; quarto, quod in die Ascensionis Domini, et processionibus sancti Marci, necnon Rogationum tam intra, quam extra civitatem præpositus Sancti Georgei, seu alia dignitas, quæ succedit, deferendo stolam, officium faciat, benedicendo segetes, et similia; quinto, quod in omnibus actibus, in quibus intervenit clerus Sancti Georgei, et clerus Sancti Petri, præpositus Sancti Georgei præcedentiam habeat, et votum supra archipresbyterum, et canonicos Sancti Petri; sexto, quod accedente clero Sancti Georgei ad ecclesiam Sancti Petri pro exercenda publica functione, spectet et pertineat ad præpositum Sancti Georgei; et hoc casu præcedentiam deberi eidem clero Sancti Georgei; in functionibus autem privatis, puta ex devotione, vel simili, præcedentiam competere clero Sancti Petri in propria ecclesia; septimo, quod in Sabbato Sancto pulsatio campanarum spectet privative quoad omnes alios, ad matricem Sancti Georgei; octavo, quod indulgentiæ, seu excommunicationes publicandæ nullibi publicari valeant, nisi prius publicatæ fuerint in ecclesia Sancti Georgei; nono, quod fideles in die Paschatis recipientes SS. Eucharistiam in ecclesia Sancti Georgei satisfaciant obligationi; decimo, quod quando aliquis parochianus Sancti Petri eligit sepulturam in ecclesia Sancti Georgei, præpositus Sancti Georgei Officium faciat super cadavere, etiam præsente archipresbytero et clero Sancti Petri; undecimo, quod in assumptione cadaveris, quando intervenit clerus Sancti Georgei et Sancti Petri, semper præcedentia debeatur præposito, et clero Sancti Georgei, etiamsi cadaver deferatur in ecclesiam Sancti Petri, quo casu erit deferenda crux Sancti Georgei, sub cujus cruce omnes funus associantes incedere debeant, officium vero super cadavere spectet ad curatum, vel sacerdotem illius ecclesiæ, in qua cadaver tumulari debet; duodecimo, quod archipresbyter Sancti Petri nullo modo ministrare valeat sacramenta suis parochianis extra propriam parochiam, *S. R. C.* 6 *Sept.* 1636, *in Syracusana, Innoc. XI confirmante* 4 *Jun.* 1679, *in sua* constit. quæ incipit : *Alias emanarunt.* Vide *num.* 8 *et* 209.

275. Fratribus ordinis Eremitarum Sancti Augustini Discalceatorum de congregatione Italiæ conceditur licentia erigendi propriam crucem in publicis processionibus, dummodo digniorem locum omnibus aliis Regularibus, qui hactenus crucem erexerunt, concedant, *S. R. C.* 1 *Octob.* 1636, *in una ord. Erem. S. Aug. Urbano VIII approbante const.* 225, quæ incipit : *Cum sicut.* Vide *num. seq.*

276. Præcedentiam, et digniorem locum in processionibus tam publicis, quam privatis, competere et deberi Augustinianis supra Franciscanos Recollectos et Discalceatos juxta dispositionem bullæ Gregorii XIII, quæ incipit : *Exposcit sub die* 15 *Julii* 1583, editam. Et hoc sive dicti Recollecti incedant conjunctim, sive divisim; et perpetuum silentium imposuit, *S. R. C.* 20 *Decemb.* 1636, *in una civitatis Oriolensis, Urbano VIII approbante die* 12 *Jan.* 1637, *in bulla, quæ incipit :* Ex incumbenti.

277. Imagines Sancti Augustini, Sancti Nicolai de Tolentino, ac aliorum beatorum ejusdem ordinis impressæ, aut depictæ a fratribus discalceatis ejusdem ordinis cum habitu, quo ipsi discalceati utuntur, suspendendæ sunt et abolendæ; injungendumque dictis fratribus Discalceatis, ne sub pœnis arbitrio hujus Sac. Cong. infligendis, talia amplius audeant peragere, et omnino servari, *S. R. C.* 19 *Decemb.* 1637, *In una ord. S. Aug. Urbano VIII, anno* 1638, *confirmante, in const. quæ incipit :* Exponi nobis *die* 23 *Jan. edita.* Vide *num. ant.*

278. Sacerdos celebraturus Missam privatam, dum transit ante altare, in quo est expositum SS. Sacramentum, post factam adorationem flexis genibus, aperto capite, dum se erigit caput cooperiat, *S. R. C.* 7 *Sept.* 1638, *approb. Clem. XI, Bened. XIII et Clemente XII, in Brevi Quadraginta horarum, quod incipit :* Essendo stale introdotte, *num.* 5. Quid dicendum dum administratur Eucharistia fidelibus. Vide *n.* 314 et 703.

279. Si vigilia S. Joannis Baptistæ incidat in solemnitate Corporis Christi, non est eo die jejunandum, nec abstinendum a carnibus in festo hujusmodi, sed anticipandum jejunium die antecedenti, nempe feria quarta, *S. R. C.* 24 *Sept.* 1638, *in decreto Urbis et Orbis, Urbano VIII approbante* 13 *Octob. Constitut. quæ incipit :* Cum evenire. Officium vero et Missa de Vigilia non peragitur. Vide *num.* 833.

280. Officium super cadaveribus in ecclesiis Regularium spectat et pertinet ad ipsos Regulares, non autem ad curatos defunctorum, et ita imposterum servari mandavit, non obstante contraria consuetudine, *S. R. C.* 27 *Novemb.* 1638, *in una ordinis Sancti Francisci de Observ.* Hoc decretum reperitur in Bullario *Alex. VII, Cons.* 33, *edita die* 30 *April.* 1660, quæ incipit : *Alius pro parte.* Vide *num.* 262.

Digitized by Google

281. Benedictio cum SS. Sacramento danda est in fine hymni *Pange lingua*, non vero ad versum *Sit et benedictio; S. R. C.* 5 *Febr.* 1639 *in Sabinen.* In fine hymni, recitato etiam versu *Panem de cœlo*, etc., per cantores, et oratione *Deus, qui nobis*, etc., per celebrantem, omisso ℣ *Dominus vobiscum, Cæremon. episcop. lib* II *cap.* 33, *num.* 27. Vide *num.* 427.

282. Postulantibus syndico, et electis terræ Aquavivæ facultatem celebrandi festum sancti Antonii patroni dictæ terræ cum octava, non obstante quod cum octava celebrarent in eodem oppido festum Sancti Eustachii pariter patroni, respondit de principaliori duntaxat patrono celebrandum esse cum octava, *S. R. C.* 28 *Martii* 1639, *in una terræ Aquavivæ regni Neapolitani Barianæ provinciæ.* Vide *num. seq.* Huic petitioni responsum fuit ad normam decreti 23 *Martii* 1630. Vide *num.* 243.

283. De protectore principali civitatis debere celebrari Officium cum octava per civitatem et diœcesim sub ritu duplici primæ classis, tam apud sæculares, quam apud regulares utriusque sexus, sed isti sine octava, *S. R. C.* 23 *Maii* 1630 *in Caven.:* Per civitatem et diœcesim. Adde civitatis suburbia: et de diœcesi intellige, cum patronus simul sit civitatis et diœcesis, vel ubi non adest proprius loci patronus. Vide *num.* 349, 993 et 1151.

284. Electio, et numerus pro associandis cadaveribus ad libitum hæredum defunctorum spectat, et pertinet: ita ubique servari debere censuit *S. R. C.* 14 *Jan.* 1640, *in una ord. Frat. Mendic. approbante Alex. VII, in sua const.* 93, *anno* 1660, *emanata.*

285. In nocte Nativitatis Domini post cantatam primam Missam nullo modo possunt aliæ duæ immediate celebrari, neque fideles communicari *S. R. C.* 20 *Apr.* 1641, *in Pisaurensi:* Nullo modo, etiam quocunque usu in contrarium suffragante, qui tolli debet. Vide *num.* 287.

286. Capellani societatum non possunt prohiberi a parocho celebrare Missam ante Missam parochialem, *S. R. C.* 21 *Novemb.* 1741, *in Narnien.* Vide *n.* 234.

287. Cum superioribus diebus consulta fuisset hæc sacra Rituum cong. an esset permittendum celebrari in media nocte Nativitatis Domini post Missam decantatam successive alias duas Missas, et in eis sacram communionem exhiberi fidelibus illam deposcentibus, respondit non esse permittendum, sed omnibus utrumque prohibendum. Nihilominus nonnulli Regulares asserentes hoc licere, supplicarunt audiri, S. R. C. ipsis auditis cum procuratoribus et advocatis ad relationem em. Pallotti stetit in decretis, et respondit iterum, prohibendum tam sacerdotibus celebrare volentibus, quam confluentibus in media nocte ad ecclesiam, et communionem deposcentibus, *S. R. C.* 7 *Decemb.* 1641, *et* 15 *Septemb.* 1668, *in Januen.* Vide *num.* 285, 533, 597.

288. Festum principalis patroni in quocunque regno, seu provincia, et alterius pariter principalioris patroni in quacunque civitate, aut oppido, vel pago, ubi hos patronos haberi, et venerari contigerit, est præceptivum cum obligatione audiendi sacrum, et vacandi ab operibus servilibus, *S. R. C.* 13 *Sept.* 1642, *Urbano VIII approbante in sua constit. quæ incipit* Universa, 13 *Sept.* 1642, *num.* 2. Festum principalioris; etiamsi essent simul plures patroni, unius tantum ex principalioribus dies festa de præcepto peragitur, ex allata constitutione. Vide *num.* 283.

289. Episcopus quando reperitur in aliquo oppido suæ diœcesis ob visitationem, seu aliam ob causam, potest licite recitare Officium sanctorum, de quibus ex forma rubricarum, seu ex concessione Sac. Congreg. eo quod sint patroni, seu titulares, in iisdem oppidis recitatur, et sic præcepto de recitando Officio satisfacit, *S. R. C.* 14 *Mart.* 1643, *in una Dubiorum.*

290. Communitates, vel universitates civitatum, seu locorum, non tenentur ex præcepto servare festa ex voto earumdem indicta, cum sub præcepto teneantur tantum personæ voventes, *S. R. C.* 18 *Apr.* 1643, *in decreto de festor. observ. approbante Urbano VIII.* Vide *num.* 1164.

291. Feria secunda post Dominicam Passionis, quando recitatum est Officium defunctorum, non dicitur Missa conventualis de defunctis, neque oratio *Fidelium*, quæ etiam in aliis feriis secundis Quadragesimæ dicitur juxta rubricas, sed solum oratio *Omnipotens sempiterne Deus*, quæ est pro vivis et defunctis, et omittitur tempore Passionis, *S. R. C.* 11 *Julii* 1643, *in Lugdunensi.* Omittitur tempore Passionis; in quo duæ tantum collectæ admittuntur. Vide *num.* 393 et 1041.

292. Feria quinta in Cœna Domini episcopus debet per se ipsum ministrare Eucharistiam canonicis et clericis, nunquam vero debet illam ministrare diaconus, vel unus ex assistentibus, *S. R. C.* 8 *Aug.* 1643, *in Majoricana.* Nunquam vero debet illam ministrare diaconus, sed ad dexteram episcopi stat cum particulis consecratis, *Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 29, *num.* 3.

293. Canonici presbyteri non debent habere præcedentiam super archidiaconum, etiamsi ipse in diaconali tantum ordine sit constitutus, *S. R. C.* 26 *Sept.* 1643, *in Arimin.* Vide *num.* 266.

294. Episcopo prædicanti in ecclesia cathedrali in ambone, ubi concionatores ordinarii prædicare consueverunt, sine baldachino, et in habitu mozzettæ et stolæ, non debetur assistentia a canonicis et dignitatibus, quæ assistentia solum debetur episcopo, concionem habenti cum pluviali et mitra, ad præscriptum Cæremonialis episcoporum, *S. R. C.* 16 *Decembris* 1643, *in una N. Dubiorum.* Ad præscriptum Cæremonialis episcoporum, scilicet: *Si episcopus erit concionaturus, id faciet in propria sede, quando versa est ad populum, vel quando altare adhæret parieti, apud ipsum altare, sedens ibi super faldistorio in suppedaneo ipsius altaris, versis altari renibus. Sedebunt ad ejus dexteram presbyter assistens, et modicum post eum diaconus Evangelii, et primus diaconus assistens; a sinistris vero sedebunt subdiaconus, et alter diaconus pariter assistens, lib.* II, *cap.* 8, *num.* 48 *sequent.*

295. Dum aliqua legata relinquuntur cum onere celebrandi Officium alicujus sancti sub altiori ritu, quam qui a Sede Apostolica ei præscribitur, licitum erit hujusmodi Officia solemnius celebrare quoad pompam extrinsecam, non autem quoad ritum ecclesiasticum, *S. R. C.* 14 *Maii* 1644 *in decreto generali ab Urbano VIII approbato.* Non autem quoad ritum ecclesiasticum, nec valet ordinariorum concessio. Vide *num.* 216. Non immutato vero ritu, cum possint habere integras Vesperas. Vide *n.* 1098, 1135 *et* 1180.

296. Si vicarius episcopi incedit in habitu vicariali, præcedere debet omnes dignitates et canonicos, quantumvis protonotarios; si vero assistat, uti canonicus, debet sedere in loco suæ receptionis, *S. R. C.* 26 *Aug.* 1645, *in una civitatis Plebis.* Quamtumvis protonotarios: intellige de protonotariis non participantibus. Vide *num.* 136 *et* 170.

297. Functiones, quæ debent fieri per primam dignitatem, ea impedita, obeundæ sunt per dignitatem sequentem, *S. R. C.* 7 *Octobris* 1646 *in Baren.* Vide *num.* 101.

298. Missæ votivæ non possunt dici ullo modo in Dominica Palmarum, *S. R. C.* 14 *Apr.* 1636 *in Ulyssiponen.* Quod intellige etiam in reliquis diebus impeditis. Vide *num.* 264.

299. Missa de Dominica Pentecostes non potest repeti in Sabbato quatuor temporum Pentecostes, *S. R. C.* 14 *Aprilis* 1646, *in Ulyssiponen.*

Digitized by Google

300. Missa ut in die obitus, præsente corpore ultra Missam de communi defunctorum, celebranda erit, quando aliquis obierit in die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, *S. R. C.* 14 *Aprilis* 1646, *in Ulyssiponen.* Vide *num.* 220 *et* 441.

301. Aspersorium aquæ benedictæ episcopo in ecclesiam religiosorum ingredienti, est porrigendum per digniorem illius monasterii, non autem per aliquem ex canonicis episcopum associantibus, *S. R. C.* 14 *Junii* 1646, *in una civitatis Castelli.* Imo et cardinali etiam legato. Vide *num.* 71.

302. Archidiacono, primæ dignitati, et Protonotario apostolico, dum inservit episcopo in functionibus publicis, non licet portare rocchetum, cum impluvia, seu habitum prælatitium, sed debet uti habitu canonicali, *S. R. C.* 17 *Novemb.* 1646, *in Nicoteren.* Non videtur negari subtana violacea tantum. Vide *num.* 119.

303. Dignitates et canonici, a digniori latere chori sedentes, prius thurificandi sunt, et postea dignitates et canonici, qui sedent a latere chori minus digno, *S. R. C.* 5 *Septemb.* 1648, *in Beneventana.* Thurificandi sunt, duplici, an unico ductu thuribuli. Vide *num.* 70.

304. Dignitates et canonici, qui assistunt episcopo, locum assistentiæ cedere debent supervenienti dignitati, seu canonico digniori, quibus convenit assistere, *S. R. C.* 5 *Septemb.* 1648, *in Beneventana.* Loquitur, cum paramentis non sint induti. Vide *num.* 102.

305. Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, quod inter Vesperarum divina, peculiari custoditur sacello, thurificari debet, *S. R. C.* 5 *Septemb.* 1648, *in Beneventana.* Thurificari debet. Fallit autem, cum Sacramentum in choro erit publice expositum. Vide *num.* 1227.

306. In Missa conventuali, quando decantatur evangelium, ceroferarii cum cereis accensis assistere debent, et diaconus quoties thurificatur altare, incensum ministrare tenetur, *S. R. C.* 5 *Septembris* 1648, *in Beneventana:* Cum cereis accensis. Excipiuntur sabbata Paschatis, et Pentecostes, ad quorum Missas ceroferarii, evangelii tempore, hinc inde stare debent manibus junctis, ita et in postrema Passionis parte, quæ pro Evangelio habetur, infra hebdomadam majorem, et in omnibus Missis defunctorum, *Miss. Rub. prop. et de Missis defunct.*

307. In canone omnino facienda est commemoratio de episcopo, etiam ab exemptis, *S. R. C.* 25 *Septembris* 1649, *in Tornacen.:* De episcopo; non vero de alio, licet sit superior, vel vicarius capitularis, Sede vacante, vel etiam episcopus administrator, sive metropolitanus; episcopus vero administrator simul et possessor, licet sacris destitutus ordinibus, in canone est nominandus. Vide *num.* 908 *et* 1138.

308. Non licet in altari privilegiato dicere Missam de *Requiem* in diebus, quibus occurrit festum primæ, vel secundæ classis, non obstante consuetudine immemorabili, *S. R. C.* 25 *Septembris* 1649, *in Tornacen.* Intellige de Missis solemnibus; nam privatæ neque in duplicibus minoribus etiam translatis, nec in feriis privilegiatis celebrari possunt. Quando vero cantari possit Missa defunc. præsente corpore, consule *num.* 75.

309. Aspersio die Dominico semper facienda est a celebrante, etiam quando superior celebrat, *S. R. C.* 16 *Novembris* 1649, *in Januen.* Episcopus pontificaliter celebrans non comprehenditur: tunc enim neque ipse per se, neque per alium aqua lustrali populum aspergit; *Cæremon. episcop. lib.* II, *cap.* 31, *num.* 4.

310. Sabbato Passionis debent velari imagines, et cruces, etiamsi occurrat eo die festum titularis, vel patroni Ecclesiæ, *S. R. C.* 16 *Novembris* 1649, *in Januen.* Sabbato Passionis, ad primas Vesperas Dominicæ antequam officium inchoetur, *Cærem. episcop. lib.* II, *cap.* 20, *vers.* 5. Vide *num. seq. et* 434.

311. Imagines, et cruces detegi non debent, etiamsi in hebdomada Passionis occurrat festum Sancti titularis, aut dedicationis Ecclesiæ; *S. R. C.* 16 *Novembris* 1649, *in Januen.* Vide *num. seq. et antec.* Velari imagines et cruces Domini nostri Jesu Christi, etiam per ecclesiam; et super altare nullæ ponantur imagines sanctorum, *Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 20, *vers.* 2. Vide *num. ant. et seq.*

312. Quo velo cooperienda sit crux in altari ad functionem lotionis pedum in feria V majoris hebdomadæ, et crux processionis, cum sacerdos indutus sit violaceo, et diaconus colore albo, et actus ipse lotionis, sive mandatum præcipiatur a rubricis fieri cum floribus, et signis lætitiæ, et videatur participare de festivitate Missæ celebratæ in mane cum cruce velata albo colore, et ex alia parte sit actus humilitatis, *S. R. C.* respondit, colorem non esse mutandum, *Ead. S. R. C.* 16 *Novembris* 1649, *in Januen.:* Colorem non esse mutandum. In altari videlicet retinendum velum albi coloris, ut in decreto exponitur, in processione vero coloris violacei, ut in mane adhibitum fuit, *Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 23, *num.* 10.

313. Pyxis, ostensorium, et corporalia, quæ immediate inserviunt SS. Sacramento, debent benedici juxta formam, quæ habetur in Missali propria, *S. R. C.* 16 *Novembris* 1649, *in Januen.*

314. Quando SS. Eucharistiæ Sacramentum publice discoopertum exponitur, omnes ante illud transeuntes, cujuscunque conditionis, et ordinis sint, seu ad illud accedentes, seu ab eodem recedentes, semper utroque genuflectere debent, *S. R. C.* 19 *August.* 1651, *in una Urbis:* Publice discoopertum: Intellige etiam inclusum in pyxide, vel etiam velatum. Vide *num.* 1125. Quoad sacerdotem Missam celebraturum. Vide *num.* 278 et 1290.

315. Quando Missa canitur sine ministris, non debet thurificari neque altare, neque chorus, *S. R. C.* 19 *Aug.* 1651, *in una Urbis.* Vide *num.* 83.

316. Missa votiva de beata Maria Virgine, in vigilia Pentecostes non potest dici, *S. R. C.* 19 *Aug.* 1651, *in una Urbis.*

317. Missæ duæ ejusdem sancti immediate una post aliam, non debent cantari eadem die in ecclesia, in qua celebratur ejus festivitas, *S. R. C.* 3 *Aug.* 1652, *in Milevitana:* Non debent cantari, nisi forte pro aliqua fundatione adimplenda, et interposita hora canonica. Vide *num.* 1275.

318. Missa non potest celebrari cum cæsarie ficta: *S. R. C.* 3 *Aug.* 1652, *in Melevitana:* Cum cæsarie ficta; *Nullus enim episcopus, presbyter, diaconus ad solemnia Missarum celebranda præsumat cum baculo introire, aut velato capite altari assistere; Can.* Nullus, *de consecr. dist.* 1.

319. Tam Sæculares, quam Regulares cujuscunque instituti, etiam Societatis Jesu, non possunt excedere limites indultorum Sedis Apostolicæ super Beatificationibus; præsertim in celebratione Missarum, et officiis cum octavis, nisi hoc expresse Sedes Apostolica eis indulserit, *S. R. C.* 5 *Octobris* 1652, *approbante Innoc. X, die* 16 *Decemb. ejusdem anni.* Vide *num.* 392 *seqq.*

320. Regulares, etiam societatis Jesu, in Missis solemnibus debent diaconum, et subdiaconum, et in Vesperis sacerdotem pluviali indutum habere, ac in reliquis omnibus tenentur exacte observare Rituale, Cæremoniale, et Rubricas Missalis Romani, *S. R. C.* 5 *Octobris* 1652, *confirmante Innoc. X*, 16 *Decemb. ejusdem anni.* Quoad pluviale in Vesperis. Vide *num.* 78.

321. Aspersorium aquæ benedictæ episcopo debet porrigi per digniorem de capitulo cathedralis, quando capitulariter, et cum indumentis canonicalibus

Digitized by Google

proceditur ad Ecclesias quascunque diœcesis, *S. R. C.* 18 *Januar.* 1653, *in Lauden.:* Ecclesias quascunque: intellige, quæ non habeant rectorem beneficiatum, vel non sint Regularium, *S. R. C. num.* 17.

322. Missa in feria v majoris hebdomadæ non potest celebrari in oratoriis confraternitatum, et privatis, *S. R. C.* 1653, *in Florentina:* In oratoriis Confraternitatum: nisi solemnis unica, si asservetur SS. Sacramentum. Vide *num.* 354. De privata vero habes exemplum *num.* 896.

323. Reliquiæ sanctorum exsistentes sub custodia capituli, in processionibus deferendæ sunt per canonicum facientem hebdomadam; in casu vero, quo requirantur quatuor unitim, deferendæ sunt a canonicis non paratis, *S. R. C.* 22 *Mart.* 1653, *in Lucana Comajoris.*

324. Quando aliqua ecclesia sæcularis vel regularis ob aliquod impedimentum est substituta pro cathedrali, et episcopus interest cum cappa in concionibus, tenentur canonici cathedralis assistere cum habitu canonicali, *S. R. C.* 22 *Mart.* 1653, *in Callien.*

325. Ad canonicum hebdomadarium in Matutinis et Vesperis spectat primam antiphonam intonare, initia hymnorum, antiphonas ad *Benedictus* et *Magnificat;* capellani vero tenentur eidem facere præintonationem, dum est paratus, *S. R. C.* 5 *Jul.* 1653, *in Lucana:* Primam antiphonam: etiam in Laudibus: *Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 6, *num.* 16. Capellani tenentur: quo ritu et tempore. Vide *num.* 61.

326. Missa de Dominica, seu de festo duplici, si illa die occurrat; debet dici, cum commemoratione SS. Sacramenti; ad formam rubricarum Missalis, quando fit particularis processio cum SS. sacramento, in aliquibus Dominicis, seu aliis diebus cujuslibet mensis, *S. R. C.* 6 *Decembris* 1653, *in Fanen.:* Ad formam rubricarum Missalis, scilicet post omnes alias ordinarias collectas de præcepto iis diebus occurrentes, sed sub unica conclusione. Vide *num.* 1010.

327. Stante alternatione in terra Montecchii diœcesis Burgi S. Sepulcri super delatione simulacri S. Antonii de Padua in processione, respectu habitus capuccinorum, cum quo efficienda est; sacr. Rit. congregat. ad quam negotium deductum est, respondit, habitum hujusmodi non esse vetitum in casu de quo agitur, et ideo arbitrio episcopi, *Ead. sac. Rit. congregat.* 18 *Jul.* 1654, *in una ordinis Capuccinorum Montecchii provinciæ Marchiæ, et* 17 *Junii* 1673, *in Benevent.* Habetur in Archivo Ord. arm. cum subscriptione Francisci Mariæ Phæbei S. *R. C.* secretarii. Vide *num.* 469.

328. Missæ exsequiales defunctorum in die depositionis defuncti possunt solemniter celebrari diebus, in quibus cadit festum duplex alicujus sancti, dummodo festum non sit de præcepto, juxta Rubricas Brev. Rom. *S. R. C.* 19 *Septembris* 1654, *in Papien.* Loquitur, corpore præsente in ecclesia, pro quo unica Missa solemnis conceditur in festo duplici etiam majori, nisi sit de præcepto. Vide *num.* 75 *et* 601.

329. Absolutio solemnis cum assistentia quatuor dignitatum, vel canonicorum ultra celebrantem in anniversario alicujus episcopi, non debet fieri, quia obstant Rubricæ Pontificalis Romani, *S. R. C.* 14 *Novembris* 1655, *in Recinaten.:* Obstant rubricæ Pontificalis Romani; statuitur enim hæc absolutio fieri tantum in primis exsequiis, quæ fieri solent post obitum alicujus Summi Pontificis, S. R. E. cardinalis, metropolitani, aut episcopi proprii, seu imperatoris, regis, vel ducis magni, aut domini loci, nunquam vero in anniversariis. *Pontif. Rom. part.* III, *cap. de Officio solemni post Missam pro Def. et Cærem. episc. lib* II, *cap.* 11.

330. Antiphona in choro cathedrali postquam primo loco data fuerit celebranti a cornu epistolæ, danda est secundo loco primæ dignitati, sive a cornu evangelii, sive a cornu epistolæ exsistenti, et sive interveniat, sive non, prima dignitas, quæ sedet a dicta parte evangelii, non obstante allegata consuetudine, *S. R. C.* 21 *Martii* 1655, *in Senogallien.:* Antiphona: quo ritu præintonanda? Vide *num.* 61.

331. Assistentia episcopo in Missis pontificalibus, ministratio aspersorii episcopo ingressu ad ecclesiam, cantare Missam in diebus solemnioribus, nec non peragere solemnia Missarum, et delatio SS. Sacramenti, absque episcopo, in solemnitate Corporis Christi spectant ad primam dignitatem, et successive ad alias dignitates, vel ad seniorem canonicum, non autem ad vicarium generalem, *S. R. C.* 29 *Maii* 1655, *in Pacten.* Vide *n.* 101.

332. Ubi adest sodalitas SS. Sacramenti, competit ei præcedentia super alias confraternitates in omnibus processionibus, in quibus defertur SS. Sacramentum, *S. R. C.* 19 *Jun.* 1655, *in Mediolanen.* 20 *Sept.* 1687, *in Vercellen. et antea* 12 *Julii* 1628, *in Lauden.*

333. Archiepiscopo uti archiepiscopo, majoritate gradus, competit præcedentia supra episcopum præsentem in civitate metropolitana et diœcesi, *S. R. C.* 29 *Jan.* 1656, *in Pragen.:* Præcedentia supra episcopum. Loquitur de proprio archiepiscopo: *Præsente enim, seu adveniente suo metropolitano, cessabit episcopus a benedictionibus privatis, Cærem. episcop. lib.* I, *cap.* 4, *num.* 4. Vide *n. seq.*

334. Archiepiscopi et episcopi titulares exsistentes in aliena diœcesi debent præferri archiepiscopis consecratione junioribus, necnon aliis episcopali charactere senioribus, sed gradu archiepiscopali posterioribus; extra tamen ecclesiæ ambitum, intra quam ordinario privative quoad omnes archiepiscopos, et episcopos etiam seniores, præcedentia competit, *Sac. Rit. congreg.* 8 *Apr.* 1656, *in Ephesina.* Vide *n. ant. et* 344.

335. Capellanus curatus, ratione stolæ, in funeribus, debet præcedentiam habere super alios quoscunque sacerdotes curatos simplici cotta indutos, *Sac. Rit. congreg.* 10 *Junii* 1656, *in Maceraten.*

336. Missa solemnis de Annuntiatione B. M. V. non potest celebrari, quando ejus festum incidit in Dominica Palmarum, *Sac. Rit. congreg.* 10 *Mart.* 1657, *in Placentina.* Etiam in ipsamet Ecclesia, seu ubi concursus populi ad celebrandum accedit, licet cantata Missa de die: quod decretum se extendit etiam ad totam majorem hebdomadam, et triduum Paschalis, *Rubr. Miss. de Transl. Fest. tit.* 6. Vide *num.* 1234. Hoc idem extenditur ad totam hebdomadam, in qua nequit solemniter decantari Missa de titulo ecclesiæ occurrente, ex *Rubrica tit.* 6, *de Transl. festorum.*

337. Baldachinum in ecclesiis, et locus in presbyterio non debetur domino loci, et admonentur ordinarii, ne permittant hujusmodi usurpationem, et non licitam detentionem, *S. R. C.* 9 *Junii* 1657, *in Polinian.* Vide *n.* 561.

338. Potest archiepiscopus Granatensis, ex immemorabili consuetudine in processionibus solemnibus post se deferre sellam gestatoriam mediam inter se, et præsidentem, ac regium magistratum, *S. R. C.* 10 *Maii* 1608, et etiam in Processione SS. Sacramenti, *S. R. C.* 15 *Sept.* 1657, *in Granatensi.*

339. Jus deferendi SS. Sacramentum et reliquias in processionibus spectat ad hebdomadarium Missarum solemnium peragendarum post processionem, vel ad illum, qui immediate ante processionem eadem peregerit, privative quoad reliquos, etiam dignitates, et seniores canonicos, tam absente, quam nolente episcopo prædicta munia subire, *S. R. C.* 26 *Jan.* 1658, *in Cajetana.* Circa SS Sacramentum



Digitized by Google

quid statuatur in die solemnitatis Corporis Christi; Vide *n.* 3.

340. Prima dignitas officium presbyteri assistentis, episcopo divina pontificaliter peragente, faciens, tenetur sustentare librum, quando solum episcopus cantat, non vero quando legit, quod spectat ad capellanum, *Sac. Rit. Congregat.* 16 *Mart.* 1658, *in Ragusina :* Tenetur sustentare librum : habens a sinistris episcopi ministrum de libro, stantem et adjuvantem in sustentatione libri ipsum assistentem, *Cærem. episc. lib.* I, *cap.* 11, *num.* 3. Quando solum episcopus cantat. Excipe hymnum, antiphonam, Primam, absolutiones, benedictiones, et nonam lectionem Matutini, et *Te Deum laudamus*, *Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 5, *num.* 6 *et* 9. Vide *n.* 935.

341. Diaconi assistentes non tenentur, imo non debent inservire episcopo de bugia, seu candela, sed ea administranda est per capellanum, nec possunt cogi canonici ad inserviendum episcopo in Missis privatis, præter consuetudinem. Etiam dicti canonici non induti canonicalibus vestimentis, non tenentur ad præstandam episcopo assistentiam; imo est contra ritum præstare, *S. R. C.* 16 *Mart.* 1658, *in Ragusina.* Vide *n.* 22.

342. Primicerii a chori assistentia et directione non sunt amovendi, sed ad canonicos immediate digniores spectant post præfatos primicerios Vesperarum et Missarum solemnia, ut unusquisque proprio muneri incumbat, *Sac. Rit. congreg.* 8 *Junii* 1658 *in Monopolitana.* Vide *num.* 24.

343. Missa votiva de B. M. V. cum *Gloria* et *Credo*, sed sine Officio, potest celebrari in aliqua die ob publicam causam, et ratione concursus, *S. R. C.* 8 *Junii* 1658, *in Claramontana.* In aliqua die, videlicet exceptis iis, de quibus *n.* 26.

344. Archiepiscopus, et illius suffraganei, cum simul in metropolitana divinis interfuturi conveniunt, et genuflexi preces effundunt ante altare SS. Sacramenti, et aram maximam, idem archiepiscopus debet genuflectere, et incedere digniore quidem loco, sed, in linea cum suffraganeis; archiepiscopus scilicet super faldistorio, et suffraganei super pulvinaribus hinc inde, et si loco faldistorii archiepiscopus adhibeat genuflexorium commune, poterunt suffraganei, si idem capax fuerit, super eodem hinc inde pariter genuflectere, *S. R. C.* 8 *Jun.* 1658, *in Senen.* Vide *num.* 334.

345. Missæ votivæ de titulari et patrono non possunt dici cum *Gloria*, et *Credo;* sed ordinariis præcipitur ne quid contra vel præter rubricarum præscriptionem sub pœnis in constitutionibus pontificiis contentis servari permittant, sed tantummodo die tituli quorumlibet Ecclesiæ, et oratorii de sancto titulari Missa cum *Gloria* et *Credo* celebretur, *S. R. C.* 4 *Aug.* 1658, *in Tarvisina* Sed tantummodo die tituli: et per octavam, cum de ea officium sit peragendum, *Rub. Miss.* 11 *De Symbolo.* Vide etiam *n.* 41.

346. Archipresbytero, seu dignitati, vel canonico, qui alteri archipresbyteratum, dignitatem, seu canonicatum resignavit, non competit præcedentia super alios sacerdotes seniores, quia nulla qualitas archipresbyteri, dignitatis, seu canonici ei remanet post renuntiationem, *S. R. C.* 7 *Sept.* 1658, *in Bisacien.*

347. Missæ currentes in honorem alicujus beati non canonizati, non possunt celebrari, sine speciali indulto Sedis Apostolicæ, *S. R. C.* 28 *Sept.* 1658, *in Forosempronienei :* Missæ currentes; et fortius votivæ. Vide *n.* 379 *seqq.*

348. In novem diebus ante Nativitatem Domini, ubi adest antiquissima consuetudo, vel concursus, potest decantari unica Missa votiva solemnis B. M. V. quamvis in ipsis occurrat Festum D. Thomæ apostoli, et Dominica tertia vel quarta Adventus, non omissa tamen conventuali statuta hora decantanda, *S. R. C.* 28 *Septembris* 1658, *in Anagnen.* Votiva solemnis: id est cum *Gloria* et *Credo*, sine commemoratione festi, vel Dominicæ occurrentis, et cum præfatione beatæ Mariæ, et evangelio S. Joannis in fine. Excipe diem Exspectationis, ubi ex indulto celebretur, in qua non votiva Missa, sed occurrens erit cantanda cum commemorationibus festi et feriæ, et evangelio, si forte occurrat, quia cum Officio concordat. Vide *n.* 1013 *et* 1261.

349. Festum sanctorum patronorum principalium civitatis a clero sæculari civitatis et celebrandum est cum octava, a Regularibus vero sine octava; in diœcesi autem, ubi non adsit proprius loci patronus, similiter cum octava; at ubi colitur festum peculiaris patroni, nihil de patrono civitatis, vel, attenta consuetudine, sub duplici majori tantum sine octava, *S. R. C.* 28 *Septembris* 1658, *in Calaguritana :* cum octava : sub ritu duplici primæ classis, tam apud sæculares, quam regulares civitatis et suburbiorum. Vide *n.* 283.

350. Primæ dignitati post pontificalem solemniter celebranti in solemnioribus festivitatibus debetur assistentia duorum canonicorum pro diacono, et subdiacono; quamvis præbendæ non sint distinctæ, *S. R. C.* 7 *Decembris* 1658, *in Brundusina, et Conversana :* Debetur assistentia. Presbyteri etiam pluviali induti, adest consuetudo. Vide *n.* 4.

351. Missæ privatæ de defunctis quocunque die dici possunt, præterquam in festis duplicibus, et Dominicis diebus, juxta præscriptum Rubricarum, *Sac. R. C.* 15 *Febr.* 1659, *in Faventina, et* 28 *Februar.* 1660, *in Januen.* Item in feriis, diebusque, quibus prohibetur fieri de festo duplici, etiam corpore præsente in Ecclesia. Vide *n.* 75. Notandum vero, hoc decretum editum fuisse pro Missa solemni celebranda in Ecclesia non præsente cadavere.

352. Anterioritas suscepti ordinis presbyteratus inter sacerdotes simplices, non gaudentes præbenda, inspicienda est, nulla habita ratione inter eos prioritatis in ordine subdiaconatus, vel diaconatus. *S. R. C.* 29 *Martii* 1659, *in Tridentina.* Quid statuatur inter præbendatos. Vide *n.* 54.

353. Protonotarius simplex sacerdos e numero non participantium, in processionibus, cæterisque ecclesiasticis functionibus, debet servare Cæremoniale episcoporum; ideoque præcedere debet omnes simplices sacerdotes sacris vestibus non amictos. *S. R. C.* 24 *Maii* 1659, *in Aversana :* Debet servare Cæremoniale, id est neque supra, neque inter cathedralis canonicos, *lib.* I, *cap.* 13, *num.* 10 *et* 13. Ubi vero capitulum non exsistit, vel inter canonicos collegialiter non incedentes, necnon et in processionibus, quid servandum, require *nu.* 135, 170 *et* 354.

354. Non licet in ecclesiis, in quibus non asservatur SS. Sacramentum, celebratio Missæ in feria quinta in Cœna Domini, nec ejusdem augustissimi Sacramenti asservatio in Sepulcro, *S. R. C.* 14 *Junii* 1659, *in Neapolitana.* Vide *n.* 322.

355. Protonotarius simplex incedens in habitu protonotarii debet sedere in choro post canonicos, et ubi capitulum non exsistit, immediate debet sedere post rectorem ecclesiæ, vel alias facientem officium. In processionibus vero pariter eodem loco, vel nisi adsit magistratus, potest etiam uti prælatus incedere post baldachinum, sub quo defertur SS. Sacramentum, *S. R. C.* 2 *Aug.* 1659, *in Sarzanen :* Quid statuatur de protonotariis participantibus, et magni principis consanguineis. Vide *n.* 136, 170 *et* 221.

356-393. In Missis ferialibus, quæ contingunt a Dominica Passionis ad feriam quintam Cœnæ Domini, si facienda obveniat commemoratio de simplici, omittenda est tertia oratio, quæ pro secunda assignatur in Missali, nempe pro Ecclesia, vel pro Papa, *S. R. C.* 29 *Novemb.* 1659, *in una Rubricarum.* Item infra octav. Paschatis et Pentecostes. Vide *n.* 291 et 1041.

Digitized by Google

394. Ab eo tempore, quo Innocentius X ad duplicem ritum erexit officium S. Franciscæ Romanæ, dubitari cœpit, an festo Quadraginta martyrum sit assignanda sedes fixa, nempe dies decima Martii: an vero idem festum, tanquam translatum, prima die non impedita sit celebrandum. Quo dubio in sacra Rituum congregatione proposito, hæc declaravit, assignari debere certam sedem officio Quadraginta martyrum, diem scilicet decimam Martii; idemque in novis Martyrologiis servari mandavit, *sac. Rit. congregat.* 29 *Novembr.* 1659, *in una Rubricarum.* Hoc decretum modo est generale. Vide *n.* 1178.

395. Archidiaconus prima dignitas cathedralis tenetur accedere ad cubiculum episcopi, ob obsequium ei exhibendum, dum episcopus ad ecclesiam cum cappa accedit, et si recuset, omnino est compellendus ut præstet, *S. R. C.* 24 *Januar.* 1660, *in una S. Severini:* Archidiaconus: similiter et omnes dignitates. Vide *n.* 99.

396. Archidiacono, et canonicis capituli cathedralis Camerinensis petentibus, an ipsis liceret plures Missas celebrare feria quinta in Cœna Domini, in qua cadit festum SS. Annuntiationis; sacra congregatio respondit licere, et jussit, ut a cardinali vicario singularum ecclesiarum Urbis rectoribus idem notificaretur, *S. R. C.* 20 *Martii* 1660, *in eadem Camerinensi.* Decretum hoc est generale, servato ordine ut in *n.* 890.

397. Ubi indultum fuerit, ut Missa de aliquo beato celebretur, licitum est ejus imaginem et simulacrum super altari exponere, necnon votivas tabellas illi appendere, *S. R. C.* 17 *Apr.* 1660, *in una Dubiorum.*

398. Dies festi in beatorum honorem non celebrandi, non extenduntur ad festa devotionis, *S. R. C.* 17 *Apr.* 1660, *in una Dubiorum.* Vide *n.* 385.

399. Indulta recitandi Officium cum octava, vel sine octava, et celebrandi Missam de Beatis, non fuerunt revocata per decretum emanatum anno 1659, 27 Septembris, *S. R. C.* 17 *Apr.* 1660, *in una Dubiorum.* Vide *n.* 384.

400. In ecclesiis, in quibus Officium et Missa de Beatis recitari ac respective celebrari possunt, licitum est eorum reliquias exponere, *S. R. C.* 17 *Apr.* 1660, *in una Dubiorum:* Reliquias exponere: etiam super altari, secus autem deferre in processionibus. Vide *n.* 389.

401. Episcopi regulares, qui ex indulto Sedis Apostolicæ gaudent privilegiis suæ religionis, de quibus sunt capaces pro eorum conditione, non possunt de beatis suæ religionis recitare Officium, et in propriis cathedralibus Missam celebrare, et altare beatis prædictis erigere, *S. R. C.* 1660, *in una Dubiorum.*

402-409. Missa solemnis in Dominica infra octavam alicujus sancti, non debet celebrari de eodem sancto, licet de consensu Ordinarii fiat processio ad ejus Ecclesiam, *S. R. C.* 24 *Julii* 1660, *in Aretina.* Alias resolvitur de B. Maria Virgine. Vide *n.* 421, 424.

410. Missæ omnes de sanctis sub ritu duplici excluduntur ab octava Epiphaniæ, præter eas, quæ sunt primæ classis, nempe titularis, et patroni principalis, ac dedicationis Ecclesiæ, *S. R. C.* 20 *Nov.* 1660, *in Asculana in Apulia:* Ab octava Epiphaniæ: id est infra octavam; in die autem octava neque de titulari, vel Dedicatione festum erit agendum, *Rub. Miss. prop.*

411. Missæ plures non possunt celebrari in capellis nobilium a sacerdotibus regularibus, *S. R. C.* 23 *Febr.* 1661, *in Januen.:* Regularibus neque sæcularibus: cardinales S. R. E. et episcopi omnes, quomodo possint. Vide *n.* 620.

412. Symbolum in Missa solemni potest decantari in illa ecclesia, ubi est altare erectum sub invocatione alicujus sancti, ratione concursus ad præscriptum rubricarum, licet de eo fiat Officium ritu semiduplici, ut pro festo S. Antonii de Padua declaravit *S. R. C.* 1 *Apr.* 1661, *in una Burgi S. Domnini:* Symbolum: totum a choro decantandum sine organi interpositione, *Cærem. episc. lib.* I, *cap.* 23, *n.* 10.

413. Missa secundo de Passione Domini cum *Gloria* et *Credo* in altari SS. Crucifixi singulis Dominicis, præter Resurrectionis Domini nostri, et Pentecostes, non conceditur, neque potest tolerari, *S. R. C.* 2 *Julii* 1661, *in Toletana.*

414. In capella palatii episcopalis, absente episcopo, vel sede vacante, potest vicarius generalis Missam celebrare, et in diebus festis ipsam audientes adimplent præceptum Ecclesiæ, *S. R. C.* 2 *Jul.* 1661, *in Bituntina.*

415. Missæ sacrificium peragi potest in publico oratorio extra aliquod oppidum constructo, de licentia episcopi in diebus solemnioribus anni, etiam contradicente parocho pro commoditate villicorum circumhabitantium, dummodo habeat omnia requisita ad ecclesiam, vel saltem ad publicum oratorium constituendum, *S. R. C.* 3 *Sept.* 1661, *in Feretrana.* In diebus solemnioribus anni, etiam contradicente parocho: dummodo tamen non sit ecclesiæ parochiali proximum. Pro intelligentia hujus decreti vide *n.* 620 et 234.

416. Patenæ suppositio per sacerdotem cotta indutum in communione generali, quæ per dignitates agitur, licita est, *S. R. C.* 3 *Sept.* 1661, *in Andrien.*

417. Non posse celebrari Missas etiam pro animabus Purgatorii una hora post meridiem statutum fuit a *S. R. C.* 24 *Novemb.* 1661, in *Neapolitana.*

418. Habens indultum a Sede Apostolica erigendi oratorium privatum in propria domo, si quis voluerit ibi ædificare altare ligneum, non indiget facultate apostolica, dummodo altare ligneum cum sacro lapide parieti colligatum, amovibile non sit, et altaris portatilis imaginem non præ se ferat, *S. R. C.* 1 *Decemb.* 1661, *in una nullius loci Cirignolæ.* Altaris portatilis erectio episcopis regulariter conceditur iis conditionibus, ut in *n.* 620.

419. Regulares tenentur quidem celebrare festum de Dedicatione ecclesiæ cathedralis, sed sub ritu duplici secundæ classis, et sine octava, *S. R. C.* 2 *Apr.* 1662, *in decreto generali, approbante Alex. VII, die* 8 *ejusdem mensis et anni.* Regulares in civitate, non vero per diœcesim, quo nomine intelliguntur etiam moniales. Vide *n.* 648, 1181, 1253 et 1317.

420. Missa in die solemnitatis Corporis Christi non debet cantari post absolutam processionem; et hujusmodi consuetudo, uti a Cæremonialis dispositione aliena, omnino abroganda est, *S. R. C.* 13 *Jun.* 1662, *in Albinganen.* Missa hujus diei cantari debet per primam dignitatem, vel digniorem canonicum, qua finita ordinatur processio ab episcopo peragenda. Si vero episcopus voluerit celebrare, et SS. Sacramentum conficere, poterit Missam planam legere, omissa pro hac die solemni, propter processionem, et ad evitandum calorem: ac in fine Missæ, canonici et alii capient paramenta, *Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 33, *n.* 15, 18 *et* 31. Vide *n.* 8.

421. Episcopus non potest statuere diem Dominicam ad celebrandum festum alicujus sancti martyris, de quo asservatur reliquia insignis in aliqua ecclesia: nec de eo celebrari debere Officium et Missam in ipsa die sui martyrii, nisi reliquia sit de sancto descripto in Martyrologio Romano, et nisi constet de identitate reliquiæ ejusdem sancti, *S. R. C.* 3 *Jun.* 1662, *in una Dubiorum.* Vide *n.* 630.

422. Tibia non est reliquia insignis, *S. R. C.* 3 *Jun.* 1662.

Digitized by Google

423. Omnibus et singulis sacerdotibus, tam sæcularibus, quam regularibus cujusvis ordinis, etiam necessario exprimendi, directe præcipitur, ut Missas privatas pro defunctis, seu de *Requiem* in duplicibus nullatenus celebrare audeant, vel præsumant: quod si ex benefactorum præscripto Missæ hujusmodi celebrandæ incidant in festum duplex; tunc minime transferantur in aliam diem non impeditam, ne dilatio animabus suffragia exspectantibus detrimento sit, sed dicantur de festo occurrenti, cum applicatione sacrificii, juxta mentem eorumdem benefactorum: curentque Ecclesiarum rectores, sacristæ, aliique, ad quos spectat, ut hujusmodi decretum inviolate servetur, atque in sacristia affixum retineatur, ubi commode ab omnibus celebrare volentibus conspici et legi possit; in eos autem, qui contra facere ausi fuerint, vel præmissa adimplere neglexerint, locorum Ordinarii, tam sæculares, quam regulares, pro modo culpæ animadvertant, *S. R. C.* 5 *Aug.* 1662, *in decreto generali, approbante Alex. VII, et* 15 *Sept.* 1714, *Clem. XI annuente* 29 *ejusdem*, constitut. quæ incipit: *Cum occasione Missalis.* Alii dies, in quibus Missæ defunctorum præscribuntur, sunt in *num.* 75. An vero officium duplex respiciat prius ipsum celebrantem quoad privatam sui officii recitationem, vel potius Ecclesiam, in qua celebrat., vide *n.* 1262.

424. Laicos professos non debere præsumere præcedentiam a clericis suæ religionis eo quod hi sint professione posteriores, sed hi in omnibus, et quibuscunque actibus, tam publicis quam privatis, sunt præferendi, *S. R. C.* 19 *Aug.* 1662, *in una ordinis ministrantium infirmis, Alex. VII die* 6 *Decembris ejusdem anni confirmante, in constit. quæ incipit :* Alias emanavit.

425. Missa votiva de B. V. potest celebrari in die Dominico, ratione concursus populi, *S. R. C.* 20 *Nov.* 1662, *in Aretina.* Etiam causa voti, vel alia. Vide *num.* 430. Die Dominico: intellige non privilegiato, alisque festis non privilegiatis, et dummodo Dominica non incidat in festum duplex primæ vel secundæ classis, vel infra octavas privilegiatas. Vide *num.* 264.

426. Anniversaria dies Dedicationis Ecclesiæ, dum episcopus in consecratione ejusdem non elegerit diem, sed consecravit ecclesiam die et mense, etc., debet celebrari in futurum die, quo hactenus in præteritum consuetum est celebrari. *S. R. C.* 20 *Novemb.* 1662, *in Albinganen.* Loquitur decretum de ecclesia, quæ primo erat consecrata, et nova indiguit consecratione: puta, cum devastetur in majori parte, *Gloss. in cap.* Proposuisti 4 verb. Reconciliari, circa medium, *de Consecrat.*

427. In festo SS. Corporis Christi servanda est dispositio Cæremonialis episcoporum, *lib.* II, *cap.* 33, in reponendo SS. Sacramento, ubi nulla fit mentio de verbo *Dominus vobiscum;* non vero Rituale Romanum, ubi dicitur addi *Dominus vobiscum*, et sic servat in Urbe Summus Pontifex, et servatur ab omnibus, *S. R. C.* 16 *Junii* 1663, *in Granaten. et* 28 *Sept.* 1674, *in Salernitana.* Idem servandum in repositione SS. Sacramenti pro quadraginta horis; *Ex Const. Clem. XII et aliorum Pontificum edita* 1 *Sept.* 1736, quæ incipit italice : *Essendo state fatte*, § 31. Vide *num.* 281.

428. Crux parva cum imagine Crucifixi posita super tabernaculum, in quo asservatur SS. Sacramentum in altari, non est sufficiens in Missa, sed poni debet alia crux in medio candelabrorum. *S. R. C.* 16 *Junii* 1663, *in Rossanen.* Crux parva : *In altaribus, quæ per ecclesias erecta sunt, et in quibus sacrum fieri consuevit, præter majorem tabulam, quæ vel depictam, vel incisam exhibet imaginem sancti, in cujus nomen et memoriam altare consecratum est, adjungi cœpit alia minor tabula, in qua vel coloribus exprimitur, vel ære, ligno aut marmore inciditur effigies alterius sancti; ita ut crux auferatur, quæ, juxta rubricas, inter candelabra collocari debet. Cum vero neminem lateat, rem divinam confici non posse, nisi crux cum imagine sanctissimi Crucifixi super altari constituatur, hinc minori tabulæ superadditur exiguus adeo Crucifixus, ut neque presbyteri celebrantis oculis facile occurrat, neque ab ullo alio distingui ferme possit, nisi hic diligenter perscrutetur, utrum super altari revera Crucifixi imago proposita fuerit. Equidem non improbamus, quod idem altare in plurimorum sanctorum nomen ac memoriam dedicetur, quodve in majori tabula aut unus tantum, aut plures etiam sancti pingantur, vel denique, quod alia minor tabula collocetur inferius, aut alio quocunque modo, ubi unus vel plures sancti fidelium venerationi proponantur. Illud permittere nullatenus possumus, quod Missæ sacrificium in his altaribus celebretur, quæ careant imagine Crucifixi, vel ipsa incommode statuatur ante presbyterum celebrantem, vel ita tenuis, et exigua sit, ut ipsius sacerdotis, et populi assistentis oculos penes effugiat. Benedictus XIV, const.* 17, *quæ incipit* Accepimus, 16 *Junii* 1746 *edita.* Vide *num. sqq.*

429. In altari, in quo adest magna statua sanctissimi Crucifixi, non est necesse ut ponatur alia crux dum celebratur Missa, *S. R. C.* 16 *Jun.* 1663, *in Rossanen.:* Magna statua sanctissimi Crucifixi: ut sacerdos celebrans, ac populus sacrificio assistens eumdem Crucifixum facile et commode intueri possint, *Ex const. Benedicti XIV* 16 *Julii* 1746, quæ incipit : *Accepimus.* Vide *num. ant.* et 1105.

430. Missa votiva cantata de B. M. V. cum *Gloria* et *Credo* potest celebrari die Dominico causa voti, vel alia causa, *S. R. C.* 16 *Jun.* 1663, *in Rossanen.* Vide *n.* 425, et adnotationem.

431. In consecratione episcoporum, solus episcopus consecrandus semper uti debet colore albo, consecrator vero et assistentes debent uti colore, qui tempori convenit, *S. R. C.* 16 *Jun.* 1663, *in Granaten.* Vide *num.* 1246. Idem ritus servari posset in sacris ordinationibus.

432. Missa solemnis de S. Josepho, quando ejus festum incidit in feriam secundam, tertiam, aut quartam majoris hebdomadæ, non potest cantari, etiam ob concursum populi, sed debet omitti, nec potest in illis diebus fieri processio in ejus honorem, *S. R. C.* 4 *Aug.* 1663, *in una Urbis.* In feriam secundam, etc. Insuper et alii dies, de quibus vide *num.* 132.

433. Passio in Missis privatis legi debet a celebrante in cornu evangelii, *S. R. C.* 4 *Aug.* 1663, *in una Dalmatiarum.*

434. In primis Vesperis Dominicæ Passionis, non solum cruces et imagines Salvatoris, sed etiam icones altarium, et omnes imagines sanctorum tegi debent, *S. R. C.* 4 *Aug.* 1663, *in una Dalmatiarum :* Cruces et imagines Salvatoris: non tantum in altari, sed etiam per ecclesiam, *Cærem. episcop. lib.* II, *cap.* 20, *num.* 3. Vide *n.* 310.

435. Hebdomadarius in decantandis in choro horis canonicis, et sua officia peragens non debet uti stola, *S. R. C.* 4 *Aug.* 1663, *in una Dalmatiarum :* Non debet uti stola : nisi in Vesperis diei defunctorum præsente episcopo celebrante; tunc enim canonicus hebdomadarius pluviali nigro supra cottam erit indutus, aut saltem stola nigra, *Cærem. episcop. lib.* II, *cap.* 10, *num.* 10.

436. Cruces, quæ fiunt a sacerdote super oblata, non sunt faciendæ manu transversa, sed manu recta in transversa parte crucis, *S. R. C.* 14 *Aug.* 1663, *in una Dalmatiarum.*

437. Manus sacerdotis ad *Hanc igitur* debent ita extendi, ut palmæ sint apertæ, pollice dextero super sinistrum in modum crucis super manus, non vero infra manus, *S. R. C.* 4 *Aug.* 1663, *in una Dalmatiarum.*

Digitized by Google

**438.** Pars inferior hostiæ præcidi debet, non autem superior, quando dicitur *Pax Domini sit semper vobiscum, Sacr. Rit. congr. 4 Aug.* 1663, *in una Dalmatiarum.*

**439.** Quando episcopus assistit Missæ solemni, celebrans debet respondere episcopo : *Ad Deum, qui lætificat juventutem meam*, et alia usque ad *Indulgentiam* inclusive, non vero simul cum illo dicere : *In nomine Patris*, etc., *S. R. C. 4 Augusti* 1663, *in una Dalmatiarum.*

**440.** Quando episcopus assistit cum cappa Missæ solemni, thurificandus est celebrans finito Evangelio, non vero episcopus, quia non est paratus pluviali, *S. R. C. 4 Aug.* 1663, *in una Dalmatiarum.*

**441.** In die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, sacrificia possunt a sacerdotibus celebrantibus applicari ad libitum, scilicet vel pro omnibus fidelibus defunctis, vel pro aliquibus tantum; *S. R. C. 4 Aug.* 1663, *in una Dalmatiarum, et* 9 *Decemb.* 1701, *in una ordinis Capuccinorum, et* 2 *Sept.* 1741, *in Aquen.* : Applicari ad libitum : Missa vero, tam solemnis quam privata, recitatur in communi, excepta unica solemni in die obitus. *Rub. Miss. prop.* Vide *num.* 300.

**442.** Canonici pluviali, planeta, dalmatica, vel tunicella parati, non debent deferre almutias; canonico vero defuncto induto planeta, seu dalmatica, vel tunicella, imponi potest almutia super brachium, *S. R. C. 4 Aug.* 1663, *in una Dalmatiarum.* Induto planeta, etc. Non alio habitu sive confraternitatum, sive religionum, sed cum sacris vestibus ordini convenientibus. Et non solum canonici, sed omnes de clero, præsertim sacerdotes, diaconi et subdiaconi. Clemens XI, 9 Dec. 1726, in constit. quæ incipit : *Avendo la Santita di Nostro Signore : et Rit. Rom. tit. De exsequiis.*

**443.** Canonici quando Missam celebrant, de rigore uti possunt annulo aureo, sed sine gemma, et sine aliqua effigie, *S. R. C. 4 Aug.* 1663, *in una Dalmatiar.*

**444.** Canonici assistentes tenentur accipere birretum de manu episcopi cappa induti, et eidem reddere, non obstante alio decreto præcipiente per capellanum hujusmodi implenda esse, *S. R. C. 4 Aug.* 1663, *in Ragusina* : De manu, non de capite episcopi. Vide *n.* 175.

**445.** Archipresbytero Ecclesiæ tanquam archipresbytero, et in functionibus archipresbyteralibus, et ad se uti archipresbyterum spectantibus, non competit usus habitus protonotarii, *S. R. C. 24 Maii* 1661, *in Taurinen.* : Non competit usus habitus protonotarii, nisi forte subtana violacea. Vide *n.* 119.

**446.** Protonotarius apostolicus prima dignitas alicujus cathedralis, non potest in habitu protonotarii sedere in choro in suo stallo, sed sedere debet, ut dicitur in libro Cæremoniali, *Sacr. Rit. congreg. 12 Jul.* 1664, *in Tridentina* : Ut dicitur in Cæremoniali : scilicet post abbates, si erit non participans, supra vero, si erit participans. *Cærem. episcop.. lib.* 1, *cap.* 13, *num* 13. Vide *num.* 136 et 170.

**447.** Dedicatio basilicæ SS. Salvatoris extra almam Urbem non habet integras secundas Vesperas, si concurrat cum sequenti Officio duplici minori, *S. R. C 12 Jul.* 1664, *in una Ord. Min. de Observ.*

**448.** Recitantes ex legitima concessione Officium SS. Corporis Christi in qualibet feria quinta per annum non impedita festo novem lectionum, illud persolvere debent, ut in die ejusdem solemnitatis : Missam vero debent celebrare quæ est votiva de SS. Sacramento, *S. R. C. 12 Jul.* 1664, *in una Ord. Min. de Observ.* Feria quinta non impedita : intellige etiam per Officia translata. Vide *num.* 257. Ut in die ejusdem solemnitatis, exceptis *Alleluia* in Responsoriis et Antiphonis, extra tempus Paschale non recitandis. Vide *num.* 1085 : Missa : cum *Gloria in Excelsis*, et sine *Credo.* Vide *num.* 1273.

**449.** Cum S. Januarius fuerit declaratus a *S. R. C.* patronus principalis regni Neapolitani, hinc die festo dicti sancti debet in eodem regno fieri Officium sub ritu duplici cum octava, sed de S. Januario tantum, non vero de sociis ejusdem, quorum Officium transfertur ad primam diem non impeditam, *S. R. C. 12 Jul.* 1664, *in Monopolitana* : Sub ritu duplici : primæ classis, *Rub. Brev. de Patrono, et S. R. C. num.* 25.

**450.** Secundæ Vesperæ de die octava non privilegiata concurrentes cum primis Vesperis festi duplicis, debent dimidiari et fieri a capitulo de festo sequenti, *S. R. C. 12 Jul.* 1664, *in una Ord. Min. de Observ.* : Debent dimidiari. Procedit hic quoque in octava Dedicationis Ecclesiæ; fallit autem in octavis B. Mariæ Virginis, et in Vesperis festi SS. Angelorum et Apostolorum. Vide *num.* 447, 523 *et* 632.

**451.** Lectiones primi Nocturni in Officio de festo duplici majori, sumendæ sunt ex ejus communi, si ex concessione non habeantur propriæ, *S. R. C. 12 Jul.* 1664, *in una Ord. Min. de Observ.*

**452.** In Missis de Beatis, quæ sub ritu duplici majori celebrantur, non debet dici *Credo*, *S. R. C. 12 Jul. in Romana Ord. Min. S. Franc. de Observ.* In Missis de Beatis, nisi essent patroni loci ex auctoritate Sedis Apostolicæ. Vide *num.* 1312. Quid vero in Missis de sanctis ? Vide *num.* 1191.

**453.** Missæ celebratio in ecclesia (seu oratorio) sita in territorio extra mœnia alicujus oppidi, non potest prohiberi, antequam celebretur in ecclesia parochiali et matrice, non obstante decreto episcopi in synodo diœcesana, aut quocunque alio, etiam in erectione Ecclesiæ edito, celebrationem hujusmodi prohibente, *S. R. C.* 30 *Aug.* 1664, *in Camerinensi, et* 24 *Jan.* 1665, *in Nucerina.* Hoc decretum non habet amplius locum in illis ecclesiis, quæ parochiali sunt proximæ, ut supra jam notatum fuit. Vide *n.* 234 *et* 286.

**454.** Dignior sacerdos, ad quem spectat candelam, cineres, et palmam sacerdoti celebranti in die Purificationis, in feria quarta Cinerum et in Dominica Palmarum ministrare, debet ab eodemmet celebrante supradicta accipere stans, non vero flexis genibus, *S. R. C.* 30 *Aug.* 1664, *in Sutrina* : Dignior sacerdos : intellige canonicum, secus debet genuflectere, juxta Cæremoniale episcop. Vide *num.* 811.

**455.** Anniversaria et Missæ cantatæ de *Requiem* relictæ ex dispositione testatorum quotannis in die ipsorum obitus, etiam in duplici majori contingentes possunt celebrari, et proinde in decreto, die 5 Augusti 1662, edito, non comprehenduntur, *S. R. C. 22 Novemb.* 1664, *in Novarien. approbante Alex. VII, in ejus Bullario const.* 176, *quæ incipit* Creditæ nobis, *anno* 1667 *edita* : In die ipsorum obitus : nunc autem extenduntur extra obitum. Vide *num.* 1279, *seqq.* : In duplici majori, nisi esset de præcepto. Vide *num.* 19. Intelligendum tamen hoc decretum de unica Missa de *Requiem* cantata, non vero de missis privatis.

**456.** Cum ex privilegio apostolico religio Servorum B. M. V. possit, et valeat recitare Officium Sanctissimi Sacramenti qualibet feria quinta, et illud beatæ Virginis qualibet die Sabbati sub ritu semiduplici, dummodo dicti dies non sint impediti Officio IX lectionum, et exceptis Adventu, Quadragesima et Vigiliis : et cum multoties eveniat, quod sit remittendum Officium alterius sancti, aliis de causis translatum : ideo rector, et Patres Montis Senarii in Etruria ejusdem Ordinis, ad tollenda multorum dubia supplicarunt sacram Rituum con-

gregationem pro declaratione, an dictis diebus di·cendum sit Officium translatum, vel potius Sanctissimi Sacramenti, et B. Virginis ex dicto privilegio, prout hactenus consueverunt? et eadem sac. Rit. congregatio respondit : *Translatum ulterius protrahi, et Officium fieri juxta privilegium, stante præsertim laudabili consuetudine*, *S. R. C.* 22 *Nov.* 1664, *in una Etruriæ.* Hoc decretum est municipale tantum, stante laudabili et particulari consuetudine, generale vero contrarium, consule sub *n.* 719 *seqq.*

457. Archipresbyter alicujus loci, et ecclesiæ, quæ non habet clerum, ipso absente vel impedito, potest deputare in functionibus parochialibus unum ex capellanis amovibilibus plurium confraternitatum in sua Ecclesia degentium sibi benevisum; non obstante quod alii capellani noviter instituti prætendant ad ipsos, uti non amovibiles, spectare, *S. R. C.* 20 *Jun.* 1665, *in Ariminen.*

458. In die, quo celebratur festum duplex etiam translatum, prohibetur Missa de *Requiem*, nisi sit præsens cadaver : Anniversarium potest anteferri, imo debet, et in feriis majoribus debent omnino cantari duæ Missæ, et collectæ pro defunctis non admittantur, nisi in Missis simplicium et ferialium. *S R. C.* 31 *Jul.* 1665, *in una Nullius, Provinciæ Trevicen.* : Nisi sit præsens cadaver : intellige de unica Missa solemni eo modo quo in *n.* 19 : Cantari duæ Missæ, ubi adest onus cantandi, de quo consule *num.* 600 *et* 1261 : Collectæ pro defunctis. Quid vero statuatur pro defuncto in particulari, require *num.* 589.

459. Jus porrigendi et dandi aspersorium episcopo accedenti ad cathedralem privative in omnibus functionibus spectat ad digniorem de capitulo, non autem ad vicarium, *S. R. C.* 31 *Jul.* 1665, *in Manturanen.*: Ad digniorem de capitulo; secus extra cathedralem, ut in *n.* 71.

460. Celebrans, et assistentes in Vesperis et Missa solemni, etiam in solemnitatibus, debent sedere in scamno et non in sede camerali. *S. R. C.* 31 *Jul.* 1665, *in Reginaten. in Calabria* : Celebrans, et assistentes; licet canonici, tam episcopo præsente, quam absente. Vide *num.* 115 *et* 143. Modus vero sedendi in Missis habetur in *num.* 200.

461. Quando exponitur Sacramentum in altari pro initio quadraginta horarum, vel spiritualium exercitationum, si accidat in festo primæ, vel secundæ classis, tunc in collegiatis, vel duæ cantentur Missæ, una de festo, seu de Dominica post tertiam, altera votiva de Sacramento post nonam, vel una cantetur de die cum commemoratione SS. Sacramenti, *S. R. C.* 13 *Febr.* 1666, *in una Rubricarum* : In festo primæ, vel secundæ classis, sive in Dominica, etc., omnibus diebus vigore Kalendarii universalis seu particularis illius Ecclesiæ, sive sæcularis, sive regularis. Item in feria quarta Cinerum, secunda, tertia et quarta majoris hebdomadæ, per totam octavam Paschæ, Pentecostes et Epiphaniæ, in vigilia Nativitatis et Pentecostes; in quibus unica cantari Missa præcipitur (etiam ubi adest usus cantandi plures Missas quotidie) de octava, Dominica, vel feria, etc., cum commemoratione SS. Sacramenti sub unica conclusione. Clem. XI et Cl. XII, in const. 40 Horarum confirm. ab aliis Summis Pontificibus, edita 1 Septemb. 1736, quæ incipit Italice : *Essendo state fatte*, § 12 : Vel duæ cantentur Missæ. Hæc alternativa non habet locum in expositione quadraginta Horarum, sed forte in illa spiritualium exercitationum occasione peracta, ut loquitur præsens decretum.

462. In Officiis sanctorum concessis Regularibus infra annum, puta Conceptionis B. V. M. ordinis S. Francisci, sicut etiam in Officiis Translationum, etc., octava benedictio erit : *Cujus festum colimus*, etc., *S. R. C.* 13 *Febr.* 1666, *in una Rubric. Ord. Min. de Observ.*

463. In assignatione Missæ et Evangeliorum, quæ debentur extra tempus paschale SS. martyribus Stanislao pontif. Petro, ac Nereo et Achilleo, servandæ sunt rubricæ generales, *S. R. C.* 18 *Sept.* 1666, *in Romana* : Servandæ sunt rubricæ generales, scilicet epistolæ et evangelia erunt accommodanda pro sanctis Stanislao et Petro de communi unius martyris, et pro sanctis Nereo et Achilleo, de communi plurimorum Martyrum extra tempus Paschale.

464. Nulla disparitas adest inter Translationem festorum apostolorum, et illam evangelistarum, sed occasione dictæ Translationis faciendum est Officium, quod prius in Kalendario proponitur, *S. R. C.* 18 *Sept.* 1666, *in Romana.* Vide *num.* 832.

465. Prima dignitas in cathedrali præcedit vicario capitulari, quia cum hic habeat auctoritatem et jurisdictionem a capitulo, non debet præcedere primam dignitatem, in qua capitulum repræsentatur, *S. R. C.* 2 *Apr.* 1667, *in Feretrana.* Vide *n.* 16.

466. Missa votiva dum cantatur pro re gravi de aliquo sancto, semper dici debet cum *Gloria* et *Credo*, et cum colore quo utitur in festo cujus Missa cantatur, *S. R. C.* 13 *Aug.* 1667, *in una civitatis Querche* : Pro re gravi; passim enim et sine rationabili causa Missæ solemnes et privatæ ritu votivo sunt celebrandæ. *Rubric. Miss. de Missis votivis, rub.* 4, *num.* 3, et proprio loco in fine Missalis.

467. Nemini licet facere octavas pro Defunctis sine speciali indulto Sedis Apostolicæ; neque intuitu alicujus altaris privilegiati in aliqua Ecclesia licet exponere tabellam super januam ipsius ecclesiæ cum inscriptione : *Indulgenza per li Morti*; sed tantum super ipso altari privilegiato consuetis verbis : *Altare privilegiatum pro Defunctis*, *S. R. C.* 13 *Augusti* 1667, *in Romana.*

468. Sacerdos sæcularis, sive capellanus, sive non, qui recitavit Officium semiduplex, vel simplex, vel feriale, illo die celebrans in aliqua ecclesia Regularium, in qua recitatum est ab ipsis Regularibus eadem die Officium duplex de non præcepto, prout de sancto aliquo sui Ordinis, non potest dicere Missam de *Requiem*, *Sac. Rit. congreg.* 9 *Junii* 1668, *in Conversana* : Regularium; intellige etiam Monialium. Vide *n.* 758.

469. Decretum de non exponenda imagine S. Antonii de Padua in habitu Capuccinorum, sed Conventualium, habet locum tantum in sacrario et ecclesia metropolitana Neapolis et non ubique, *S. Rit. congreg.* 21 *Julii* 1668, *in una Ordinis Capuccinorum.* Exemplar habetur in Archivo generali Ordinis. Vide *n.* 327.

470. Ratione communicationis privilegiorum non potest recitari peculiare Officium concessum aliis ordinibus regularibus, de quorum privilegiis facta fuit communicatio, *Sacr. Rit. congreg.* 15 *Septemb.* 1668, *in Januen.* : Communicatio; etiamsi esset amplissima. Vide *n.* 513.

471. Missa S. Crucis non debet ullo modo celebrari die Veneris infra octavam Nativitatis Domini, non obstante quacunque prætensa consuetudine illam celebrandi singulis diebus Veneris infra annum et signanter infra octavam supradictam, *S. R. C.* 12 *Januar.* 1669, *in Florentina.* Vide *num.* 193.

472. In Officio de die infra octavam Corporis Christi non legitur nona lectio de festo simplici, *S. R. C.* 8 *Jun.* 1669, *in una Dubior. Rubricarum.* In Officio de die; Secus in Officio de Sanctis occurrentibus. Vide *n.* 487, 640 *et* 824.

473. Missa Conceptionis immaculatæ B. M. V. et continuatio qualibet die Sabbati ex particulari po-

Digitized by Google

puli devotione, et ex quo sit patrona loci, non conceditur, sed ejus loco permittitur Missa de S. Maria in Sabbato, dummodo non sit impedita ab aliis festis duplicibus, seu semiduplicibus, *S. R. C.* 20 *Jul.* 1669, *in una Alexanen.* : Missa de S. Maria; regulariter semper dicitur una ex votivis juxta temporis occurrentiam, etiam ex præscripto fundatorum, aliam acclamantium. Vide *n.* 1259 : Festis duplicibus et semiduplicibus; intellige etiam translatis. Vide *n.* 718 *et seqq.*

474. Anniversaria, et Missæ de *Requiem*, quæ ex dispositione testatorum cum cantu sunt quotannis celebrandæ, possunt cantari, etiamsi ipsorum obitus inciderit in festo duplici majori, non tamen de præcepto, *sac. Rit. congreg.* 20 *Jul.* 1669, *in Decreto generali annuente Clem. IX*, 13 *Aug. ejusdem anni.* De præcepto audiendi Sacrum : et abstinendi ab operibus servilibus. Vide *n.* 1300. Ritum vero anniversaria celebrandi, habes ex integro sub *num.* 19.

475. Privilegium Alexandri XII, die 22 Januar. 1667, circa Missas de festo duplici in altaribus perpetuo privilegiatis celebratas, extenditur etiam ad altaria non in perpetuum, sed ad septennium, seu aliud brevius, vel longius tempus, ac non omnibus, sed aliqua, vel aliquibus tantum hebdomadæ diebus privilegiatis; ac proinde Missæ, quæ ibidem de festo currenti, in quo Missæ Defunctorum celebrari non possunt, sive ex obligatione, sive ex sola fidelium devotione celebrabuntur, suffragantur, ita ut animæ Christifidelium, pro quibus celebratæ fuerint, indulgentias per privilegia hujusmodi concessas consequantur in omnibus et per omnia, perinde ac si Missæ Defunctorum ad formam eorumdem privilegiorum celebratæ fuissent, *sac. Rit. congr.* 20 *Jul.* 1669, *de mandato Clementis IX*, *in suo Brevi*, *quod incipit* Cum felicis record. 23 *Septemb.* 1669 *confirmatum.* Hoc privilegium etiam amplectitur Ecclesiæ Ambrosianæ ritum. Vide *n.* 1158, *seqq.*

476. Missa B. Mariæ Virginis sub invocatione septem Dolorum feria sexta infra hebdomadem Passionis, ab iis, qui gaudent hujusmodi indulto, debet recitari cum *Gloria Patri* ad Introitum, et cum psalmo *Judica me Deus* ad Confessionem, sed sine *Gloria in excelsis*, *sac. Rit. congr.* 31 *Aug.* 1669, *in Tornacen.* Hodie vero dicitur Hymnus angelicus, et Symbolum ex decreto Benedicti XIII, qui die 22 Aug. 1727, demandavit Officium et Missam cum *Gloria in excelsis*, et *Credo* pro Ecclesia universali. Quid vero statuatur de hoc festo in concursu Annuntiationis, vel alterius, require *num.* 488.

477. Quando adest legatum, quod sacerdos antequam discedat ab altari, recitet aliquod evangelium, psalmum, seu orationem post terminatam Missam, debet oneri sibi injuncto satisfacere post finem Missæ, exutis vestibus sacerdotalibus, et cum sola cotta in altari, vel in sacristia, et sic legatum adimplere, *sacra Rituum congregatio* 31 *Aug.* 1669, *in Conversana :* Cum sola cotta : quæ ab episcopis regularibus, et a sacerdotibus quibuscunque, cum commode haberi possit, subtus vestes sacras indui debet, *Rub. Miss. de Præparat.*, *num.* 2.

478. Præcedentia debetur coadjutori canonici ordinis presbyteralis, non adhuc sacerdoti, sed in minoribus ordinibus tantum constituto, et pro suo coadjuto ecclesiasticis functionibus, et choro interessenti. Canonici quoque ordinis diaconalis, in minoribus ordinibus, vel in sacro tantum diaconatus ordine constituti debent præcedere canonicis ordinis subdiaconalis in presbyteratus ordine constitutis, *sac. Rit. congreg.* 31 *Maii* 1670, *in Æsina.* Vide *num.* 196 *et* 266. Debent præcedere : intellige ubi prebendæ sunt distinctæ. Vide *num.* 54 *et* 271.

479. Infra octavam Corporis Christi, prohibentur Missæ votivæ quæcunque, vel pro defunctis, *S. R. C*, 21 *Jun.* 1670, *approbante Clemente IX die ipsamet et anno ex decreto* 20 *ejusdem Pontificis, cujus initium : Cum occasione Missalis.* Votivæ quæcunque, vel pro defunctis : excipe votivas solemnes pro re gravi, et defunctorum præsente corpore. Vide *num.* 75 *et* 486.

480. Missæ Defunctorum non possunt celebrari, nisi cum colore nigro, vel saltem violaceo, *S. R. C.* 21 *Jun.* 1670, *in Oritana.*

481. Missam in altari majori, ubi est expositum publice SS. Sacramentum, non licet celebrare, præsertim si in ecclesia adsint alia altaria, in quibut celebrari possit, *sac. Rit. cong.* 9 *Aug.* 1670, *in Bononien.* Neque privata, neque solemnis, nisi ea duntaxat pro expositione et repositione Venerabilis, ut in oratione quadraginta Horarum *num.* 10, Clem. XII aliorumque pontificum jussu ordinata, Const. edita 1 Sept. 1736, cujus initium : *Essendo state fatte.* Vide *num.* 1226.

482. Protonotarius simplex sacerdos, si vult præcedere aliis sacerdotibus simplicibus quoad ordinem, et ætatem, debet incedere in habitu protonotarii secus nulla eidem præcedentia debetur, *S. R. C.* 13 *Sept.* 1670, *in Vintimilien*, : Debet incedere in habitu pronotarii : sed quotidianas distributiones eo casu amittit. Vide *num.* 184 *et* 722.

483. Archidiacono primæ dignitati non licet, sive in præsentia, sive in absentia episcopi uti pulvinari serico, sed coriaceo tantum, *S. R. C.* 13 *Sept.* 1670, *in Beneventana* : Archidiacono : similiter et omnibus dignitatibus. Vide *num.* 124.

484. Prima dignitate impedita, vel absente, succedat secunda dignitas in functionibus peragendis, et secunda impedita, succedat tertia et omnibus dignitatibus impeditis, vel absentibus, primus canonicus id exsequatur, *S. R. C.* 29 *Novemb.* 1670, *in Senen.* Vide *num.* 101 *et* 489.

485. Non debet cantari, neque celebrari Missa in altari, ubi est expositum SS. Sacramentum, nisi sit pro eo exponendo : at si ex necessitate fieri opus esset, populus benedicendus est more consueto, et non cum SS. Sacramento, *S. R. C.* 13 *Jun.* 1671, *in Angelopolitana :* Exponendo, vel etiam reponendo, constit. Clem. XI quadrag. Hor. *num.* 10, Vide *num.* 481 et 1036.

486. Missæ cantatæ Mortuorum infra octavam Corporis Christi, non sunt celebrandæ, nisi præsente corpore, *S. R. C.* 12 *Sept.* 1671, *in Nuscana.* Vide *num.* 19.

487. Si festum simplex occurrerit eo die, quo fit de festo duplici infra eamdem octavam Corporis Christi, tunc legitur nona lectio de eodem festo simplici, *S. R. C.* 12 *Sept.* 1671, *in Nuscana.* Vide *num.* 472 *et* 624.

488. Si festum Dolorum B. M. V. occurrat in aliud festum altioris ritus, transfertur in Sabbatum sequens; si vero concurrat cum festo Annuntiationis ejusdem B. M. V., Vesperæ dicuntur de Annuntiatione sine commemoratione de septem Doloribus, *S. R. C.* 13 *Sept.* 1672, *in una Rubricarum.* Transfertur in Sabbatum sequens : etiamsi occurrat eadem die Officium alterius sancti (nisi sit primæ, vel secundæ classis), quod transfertur juxta Rubricas, scilicet in primam diem non impeditam. Bened. XIII, 25 *Jan.* 1728, in decreto gener. Urbis et Orbis. Vide *num.* 476.

489. Functiones pontificales, quæ, absente vel impedito episcopo, spectant ad primam dignitatem, sunt festum Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Ascensionis, Pentecostes, SS. apostolorum Petri et Pauli, Assumptionis B. M. V., Omnium Sanctorum, Dedicationis ecclesiæ cathedralis, tituli ejusdem ecclesiæ, patroni civitatis, necnon Commemoratio omnium fidelium defunctorum, distributio Candelarum, Cinerum, Palmarum, celebratio Officii feria v in Cœna Domini, feria vi in Parasceve, festum Paschatis Resurrectionis D. N. et dies solemnis Corporis Christi cum processione, S. R. C. 3 De-

Digitized by Google

*cemb.* 1672, *in Andrien.:* Functiones episcopales: quas, præter expositas in hac sanctione, alibi reperies sub *num.* 101.

490. Canonicus pœnitentiarius ecclesiæ cathedralis non potest cogi ad inserviendum Missis cantatis pro diacono et subdiacono, constitutione seu consuetudine in contrarium non obstante, *S. R. C.* 21 *Jan.* 1673, *in Veliterna.* Non potest cogi : ut præsto sit ad audiendas confessiones ex legitima causa, et ex necessitate, et dum tempore deputationis confessiones actu audit, deberi ei distributiones quotidianas, non secus ac si divinis in choro interesset, decrevit sac. cong. Concilii Trid. 10 *Martii* 1635, *lib.* XVI *Decretorum*, *p.* 175. Vide *num.* 635.

491. Cum ex parte parochorum, rectorum, et sacerdotum locorum et terrarum, nempe *di Cuneto, Carzagetto, Fontanella, Castiglione, Medola, Solferino, Ostiano, e Volfongo*, diœcesis Brixiensis, quæ sunt sitæ extra limites Status Veneti, sacræ Rituum congregationis humillime supplicatum fuerit, quatenus ipsis, ad servandam uniformitatem in recitatione Officiorum diœcesis Brixiensis, benigne impertiri dignaretur, ut Officia sanctorum universo dominio serenissimæ reipublicæ Venetiarum concessa, ac in posterum concedenda, etiam in præfatis locis et feriis recitari valeant. Sacra eadem congregatio, audita prius relatione eminentissimi episcopi, rescribendum censuit : *Non indigere alia facultate, die* 7 *Decembris* 1673, *in Brixien.*

492. Quamvis *S. R. C.* die 18 Julii 1671, annuente Clemente IX die 16 Sept. ejusdem anni, ad dubium an de sanctis ad libitum fieri possit translatio, sicut fit de aliis sanctis, qui non sunt ad libitum, similiter translatis, responderit *Affirmative;* nihilominus eadem Sacra Congregatio habita die 2 Decemb. currentis censuit, prædicto decreto non obstante, in futurum Officia sanctorum ad libitum non esse transferenda, quando dies eorum festivitatum sunt impediti Dominico, aut aliquo die festorum mobilium, *S. R. C.* 20 *Decemb.* 1673, *in una Urbis et Orbis.* Non esse transferenda : impedit quoque Officii ad libitum recitationem dies infra octavas quascunque. Et episcopo loci conceditur statuere aliam pro sanctis ad libitum perpetuo impeditis. Vide *num.* 537 *et* 1215.

493. Protonotario apostolico in celebratione Missæ non licet deferre annulum in digito, *S. R. C.* 3 *Mar.* 1674, *in Baren.*

494. Antiphonas primas recipere in choro, et Spiritum sanctum invocare in capitulo spectat ad primum canonicum cathedralis ecclesiæ, quando sit constitutus in ordine episcopali, non autem ad primam dignitatem, *S. R. C.* 17 *Nov.* 1674, *in Neapolitana.* Vide *num.* 186.

495. Celebrans in Missa solemni procedere debet ad præparatam sedem aperto capite, et ita regredi ad altare, quando sedere debet, dum cantatur Hymnus angelicus et Symbolum apostolorum, sed ad illa verba, quæ cantantur in choro, ad quæ fieri debet inclinatio, tenetur se inclinare nudo capite, non obstante contraria consuetudine, *S. R. C.* 21 *Mar.* 1676, *in Collen.* Sed ad illa verba, ad quæ fieri debet inclinatio : quæ sunt in Hymno : *Adoramus te, gratias agimus tibi, Jesu Christe*, et, *Suscipe deprecationem nostram;* in Symbolo *Jesum Christum*, et omnia verba articuli *Et incarnatus est*, etc. Ad quæ, loco reverentiæ, genuflexio præscribitur in tribus Missis Nativitatis Domini, et in die Annuntiationis beatæ Mariæ tantum, et *simul adoratur* sequentibus simul et semper ministris paratis. *Ex Miss. Rubr. l. pr.*

496. Ad benedictionem solemnem episcopi omnes etiam magistratus civitatis tenentur genuflectere præter dignitates et canonicos cathedralis, *S. R. C.* 21 *Mar.* 1676, *in Ferentina, et antea* 23 *Mar.* 1641, *in Imolen.:* Canonicos cathedralis ; adde etiam collegiatæ, ubi consuetudo adest. Vide *num.* 1072.

497. In benedicendo populo cum SS. sacramento iste modus approbatur, nimirum cum sacerdos stat ante populum, ostensorium ante pectus tenet, tunc elevat illud decenti mora, non supra caput, sed tantum usque ad oculos, et eodem modo illud demittit infra pectus, mox iterum recta linea illud tollit usque ad pectus, et exinde ad sinistrum humerum ducit, et reducit ad dexterum, et versus ante pectus reducit, ibique aliquantulum sistit, quasi peracta ad omnes mundi partes cruce, et sacramentum etiam venerandum omnibus præbet, tunc gyrum perficiens collocat ostensorium super altare. Servari potest alius modus descriptus in *Cærem.: episc. lib.* II, *cap.* 33, ubi requiritur tantummodo, ut cum eodem Sacramento celebrans producat signum crucis, *S. R. C.* 21 *Martii* 1676, *in Collen.:* Servari potest alius modus : scilicet accepto ostensorio, ambabus manibus velatis elevatum tenens, vertens se ad populum facit signum crucis episcopus nihil dicens; quo facto, deponit super altare, velum exuit, et genuflectit super pulvino in infimo altaris gradu. *Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 33, *num.* 26 *seqq.*

498. Potest episcopus concedere, etiam contradicente parocho, licentiam regularibus in die festivitatis alicujus sancti, præcipue fundatoris, faciendi processionem cum reliquia ejusdem sancti, et cum confraternitatibus erectis intus conventum, et extra claustra dicti conventus, et intra limites parochiæ dictorum regularium, *S. R. C.* 13 *Jun.* 1676, *in Nuscana.* Vide *num.* 107.

499. In exsequiis parvulorum in feria quinta in Cœna Domini, et in feria sexta, et Sabbato sancto majoris hebdomadæ potest omitti *Gloria Patri* in psalmis, qui dicuntur pro conformitate temporis, *S. R. C.* 16 *Januar.* 1677, *in Hispalen.* Sabbato sancto : ante Vesperas recitatas in choro, post quas jam reassumitur ℣ *Gloria Patri.* Vide *num.* 1031.

500. Habetur in aliquibus ecclesiis reliquia insignis alicujus sancti, qui cum socio est in corpore Breviarii, et uterque habet festi simplicis ritum, veluti contingit in festo SS. Gervasii et Protasii, quorum duæ lectiones vitam amborumque mortem enarrant : in quo casu, si lectiones disjungi commode possunt, legenda est illa de sancto, cujus fit Officium duplex propter reliquiam insignem in secundo Nocturno ; et hæc erit quarta lectio : quinta, et sexta sumendæ sunt de communi, altera vero lectio disjuncta poni poterit pro nona lectione in tertio Nocturno tanquam de sancto simplici, de quo fieri debet etiam commemoratio ad Laudes. Si vero non possunt commode disjungi, ponenda est in secundo nocturno pro quarta et quinta lectione, et sexta legenda est de communi, et in hoc casu lectio nona pro simplici non est repetenda, fieri tamen debet de eo commemoratio, *S. R. C.* 16 *Jan.* 1677, *in Hispalen.* Vide *num.* 162.

## DECRETA S. R. C.

***De iis, quæ in causis beatificationum et canonicationum sanctorum servanda sunt, approbantur.***

501. Sanctissimus D. N. Innocentius XI, provide considerans, quod in tota Ecclesiæ gubernatione nihil majus aut gravius sit, quam homines declarari pro sanctis, eosque uti tales colendos et venerandos decernere, et perpendens, quod licet fel. rec. Urbanus VIII de consilio congregationis sanctissimæ Inquisitionis nonnulla super hoc edidert decreta, subindeque sacra Rit. congreg. alias ordinationes fecerit secundum casuum contingentias a Summis Pontificibus approbatas, nihilominus experientia docuit, quod adhuc nonnulla desiderantur pro meliori causarum hujusmodi directione : idcirco iussit materiam diligenter discuti primum in con-

Digitized by Google

gregationibus particularibus, deinde vero in generalibus, prout factum fuit, et sub diebus 9 Julii et 6 Augusti 1678, emanarunt resolutiones sequentes, si eidem SS. placuerit, publicandæ.

§ I.

*Primo.* Animadvertens eadem Sac. Congreg. quod necessarium sit, ut processus auctoritate ordinaria fabricandi conficiantur cum maxima diligentia, censuit mandari ordinariis locorum, ut ultra testes inductos a postulatoribus, teneantur ipsi quoque inquirere, ac examinare alios testes bene instructos super vita et moribus servi Dei: et si aliquid repererint in contrarium, quod ipsis videatur relevans, supersedeant in ulteriori inquisitione, donec S. Cong. ab eis certiorata per litteras, mandet quid agendum sit.

*Secundo.* Hujusmodi diligentias servari vult etiam in processibus auctoritate apost. faciendis a judicibus delegatis, quibus per litteras particulares Sacræ Congregat. enixe commendari debeat: et idem faciat promotor fidei in litteris scribendis subpromotoribus.

*Tertio.* Et pro majori cautela præscribi debeat in litteris remissorialibus, quod non solum interrogatoria retineantur semper clausa, et sigillata cum sigillis eorumdem judicum, non aperienda, nisi in actu examinis, et claudenda in fine, sed ulterius depositiones ipsæ, antequam processus sit absolutus, in fine cujuslibet sessionis claudi, et signari debeant cum sigillis judicum, nec possint aperiri, nisi in præsentia ipsorum in principio cujuslibet examinis, et sessionis, ac hujusmodi diligentiæ fieri debeant etiam in processibus fabricandis in Curia. Iidemque judices, prout etiam subpromotores, et notarii tam in partibus, quam in Curia, ac testes, et in Curia etiam protonotarius, debeant ante inchoationem processuum præstare juramentum de servando secretum religiose sub pœna excommunicationis ipso facto in casu controventionis incurrendæ, formulam ejusdem juramenti imprimendam in fine decretorum, et pro omnimoda observantia transmittendam judicibus delegatis in ipsis litteris remissorialibus, et subpromotoribus in litteris promotoris.

*Quarto.* Considerans quoque Sac. Congreg. quod principale fundamentum in causis beatificationum et canonizationum constitui debet in fideli interpretatione processuum extero idiomate confectorum: et quod licet ex laudabili observantia interpres semper fuerit electus ab em. ponente citato et audito R. P. Fidei promotore; nihilominus super hoc decreta generalia nihil disponunt; idcirco decrevit, quod imposterum in qualibet causa interpres eligatur ab em. card. ponente, citato et audito R. P. Fidei promotore, et pro majori cautela, postquam interpretatio fuerit facta, revideatur ab aliquo viro probo, et perito, qui secrete ad hoc Officium assumatur ab eodem em. ponente, et si reperiatur aliquis error substantialis, interpres severe puniatur arbitrio Sac. Congr. per quem em. deferri debeat tam interpreti quam revisori juramentum de fideliter sibi munus commissum adimplendo, quibus etiam eadem S. Cong. assignavit mercedem pro suis laboribus, nempe carolenum unum pro quolibet folio reducto, ita ut facies sit linearum 24, et linea syllabarum 16.

*Quinto.* Advertens etiam quam necessarium sit diligens custodia processuum originalium, decrevit, quod ii, sicuti etiam interpretationes originales illorum, qui sunt extero idiomate confecti, retineri debeant in archivo Sacr. Congreg. in Vaticano, in loco clauso, et separato ab aliis scripturis, nec possint amoveri, nisi de ordine em. card. ponentis, vel ad instantiam rev. P. promotoris ad effectum videndi, quatenus opus sit, et deinde reportandi. Cujus archivii duæ sint claves, una penes protonotarium apostolicum, qui pro tempore intervenerit Sac. Congregat., et altera penes secretarium, et clavis loci, in quo custodiuntur dicti processus, stet penes eumdem protonotarium, alterius vero, in quo retinentur aliæ Scripturæ Sac. Congregat. penes secretarium.

*Sexto.* Idemque protonotarius etiam habeat facultatem revidendi inventarium dd. processuum, et quatenus non adesset, illud diligenter fieri mandet cum quatuor copiis, quarum una apud ipsum proton., altera apud promotorem, tertia stet penes secretarium, et quarta in eodem archivo, et in fine anni iidem protonotarius, promotor, et secretarius revidere debeant dictum inventarium, et conferre cum processibus, ad effectum recognoscendi, an aliquid deficiat, et curandi ut reportentur, et secretarius referat in prima sequenti congregatione.

*Septimo.* Cum pluries dubitatum fuerit circa intelligentiam decretorum pag. 28, quod non prius Sedes Apostolica moveri soleat, quam reges, principes, et aliæ personæ authenticæ et honestæ instantes supplicaverint Summo Pontifici, et tunc etiam non statim, sed exspectare, quod diu pulsetur: nam si perdurabunt miracula, et supplicantium instantiæ, tunc Summus Pontifex, si ei videbitur, committit causam Sac. Congreg.; ideo, si ita Sanctissimo visum fuerit, censuit eadem S. Congr. commissionem non esse signandam, nisi post elapsum tempus decem annorum a die præsentationis processus auctoritate ordinaria fabricati, et cum præcedenti rigorosa discussione ejusdem processus cum scriptura, et summario, et insuper habitis post decennium a die fabricationis illius novis litteris episcoporum circa percrebrescentium famæ sanctitatis, et miraculorum, ac devotionis populi enixe pro beatificatione et canonizatione instantis. Nisi tamen in aliqua causa ex peculiaribus circumstantiis S. Cong. existimaverit anticipari posse tempus in discussione processuum auctoritate ordinaria confectorum, et Sanctissimus hoc approbaverit.

*Octavo.* In causis servorum Dei ante decretum fel. record. Urbani VIII introductis non signentur commissiones reassumptionis, nisi prius per Sacr. Congr. examinatis processibus, tam auctoritate ordinaria confectis, quam examinatis auctoritate apostolica, quatenus adsint.

*Nono.* Cum in decreto approbato a fel. rec. Urbano VIII, die 12 Martii 1631, impresso in libello pag. 57, Sac. Congreg. cognoscens, quod in hac re, utpote gravissima, rite sancteque procedendum est, prohibuerit omnibus, et singulis personis ecclesiasticis, tam sæcularibus, quam regularibus, quamtumvis speciali nota dignis, ne audeant per se, vel per alios, capere informationes super sanctitate aut miraculis alicujus, nec ullo modo exquirere, aut obtinere ad hunc effectum extrajudiciales testificationes, aut subscriptiones, sub pœnis arbitrio ipsius S. Cong. infligendis, illud confirmando jussit, quod hujusmodi extrajudiciales attestationes non solum exquiri, aut obtineri non valeant, sed rursus, quod hactenus obtentæ, sive in futurum obtinendæ non faciant aliquem gradum probationis, nec inseri possint in processibus, tam ordinaria, quam apostolica auctoritate fabricandis.

*Decimo.* Subpromotor Fidei a R. P. promotore deputatus, cui onus incumbit primo loco spoliandi, et examinandi processus (ex quibus pendet beatificationum et canonizationum substantia) ad effectum referendi eidem promotori, debeat hujusmodi munus diligentissime, ac cum omni rigore adimplere, ac summaria, quæ solent a procuratoribus fieri, antequam typis mandentur, conferat cum processibus, subsecuta attestatione, quod fuerint per ipsum revisa, et in quolibet folio se subscribat, eamdemque diligentiam conferendi cum exemplari manuscripto iterum faciat postquam fuerint impressa cum iterata subscriptione in fine,

Digitized by Google

quam subsequatur subscriptio, et sigillum secretarii: nec ante prædictas subscriptiones possint tam summaria, quam informationes publicari sub gravissimis pœnis, tam quoad postulatores, quam etiam quoad impressorem, arbitrio S. Cong. seu em. card. præfecti infligendis. Idemque subpromotor (quatenus ipse D. promotor ex diligenti et accurata revisione processuum, quam facere solet, necessarium vel opportunum duxerit) teneatur aliud summarium objectionale ad comprobationem oppositionum conficere, quod Sacra Cong. plurimum expedire cognoscit ad hoc, ut veritas magis elucescat. Et pro quolibet processu ab eodem subpromotore examinando in quolibet dubio, persolvatur ei stipendium decem ducatorum auri præscriptum in decretis generalibus pag. 62, cum declaratione tamen, quod respectu processuum auctoritate apostolica in specie, qui pluries ad diversum effectum examinari debent, dictum stipendium debeatur pro tribus dubiis tantum, nempe prima vice quando disputatur validitas, secunda vice quando disputatur de virtutibus, seu de martyrio, et causa martyrii, et tertia vice quando disputatur de miraculis; quamvis disputationes alicujus ex dictis dubiis pluries reiterari contingat, seu eadem dubia in diversas inspectiones pro faciliori resolutione dividantur.

*Undecimo.* Et quia materiæ gravitas et dignitas exposcit, ut pertractetur et dirigatur a viris notæ probitatis, experientiæ et peritiæ, censuit Sacr. Cong. quod ad conficiendum tam informationes in facto, quam summarium, in quibus potissime consistit causarum pondus, assumantur solum procuratores collegii sacri palatii apostolici, tribuendo postulatoribus libertatem eligendi ex dicto cœtu quem voluerint, dummodo quilibet ex eis non possit eodem tempore patrocinari plures causas, quam quatuor, ad hoc ut eis facilius operam dare possint, sub pœna inhabilitatis amplius scribendi in casu contraventionis; et liceat partibus in quocunque statu causæ, rationabiliter tamen et prævia licentia em. ponentis, mutare procuratorem, dummodo alius in ejus locum subrogandus sit de eodem collegio, et non habeat in totum plures causas, quam quatuor

*Duodecimo.* Advocati vero ad scribendum in jure assumi debeant ad libitum postulatorum, dummodo sint ex collegiis Sacræ Consistorialis Aulæ, vel ex duodecim aliis approbatis a Sac. Cong. ita tamen ut quilibet eorum sex tantum causas patrocinari possit.

*Decimotertio.* Pro mercede autem prædictorum, ac etiam notarii, Sac. Cong. jussit servari taxas ab ea diligenter revisas, quæ, ut omnibus innotescant, typis mandari debeant, et in fine decretorum inseri.

*Decimoquarto.* Cum etiam observatum fuerit sæpe postulatores dare scripturas medicorum, vel chirurgorum pro confirmatione miraculorum, et ex alia parte non fuerit solitum responderi per peritos ejusdem professionis, ideo videtur necessarium ad hoc ut respondeatur secundum artem, quod em. ponens deputet ex officio secreto, et prævio juramento, alium medicum, vel chirurgum celebriorem, qui respondeat pro veritate, ad effectum videndi, an asserta miracula excedant vires naturæ.

§ II.

Die 15 Octobris 1678, facta per me infrascriptum relatione sanctissimo præfatorum decretorum cum eorum integra lectura, Sanctitas Sua laudavit, et approbavit, atque servari mandavit, et publicari.

Jo. Baptista de Luca auditor, et sec. memoral.
*Loco ✠ sigilli.*

Bernardinus Casalius sacr. Rit. congregationis secretarius.

§ III.

*Formula juramenti judicum ante inchoationem Processuum.*

*Ego infrascriptus tactis sacrosanctis Evangeliis coram me positis juro, et promitto fideliter adimplere munus mihi commissum circa fabricationem processus in causa beatificationis et canonizationis servi Dei N, juxta formam decretorum sacræ congregationis Rituum, et præcipue novissimorum, quæ confirmata fuerunt a sanctissimo D. N. Innocentio XI. Necnon juro, et promitto religiose servare secretum, tam de contentis in interrogatoriis, quam de testium depositionibus super iisdem, et super articulis, nec de iis loqui cum aliqua persona, exceptis aliis judicibus, et subpromotore, ac notario pro eodem processu deputatis, et in Curia excepto etiam protonotario, sub pœna perjurii, et excommunicationis latæ sententiæ, a quo nonnisi a Summo Pontifice (excluso etiam majori pœnitentiario) proterquam in mortis articulo, absolvi possim: Et ita præmitto, et juro: sic me Deus adjuvet, et hæc sancta Dei Evangelia.*

Idem juramentum præstabitur a subpromotore, et notario, et in Curia etiam a protonotario mutatis mutandis.

§ IV

*Formula juramenti testium.*

*Ego infrascriptus, tactis sacrosanctis Evangeliis coram me positis, juro dicere veritatem, tam super interrogatoriis, quam super articulis, super quibus examinabor, necnon servare secretum, nec alicui penitus revelare, tam contenta in iisdem interrogatoriis, quam responsiones, et depositiones a me factas, sub pœna perjurii, et excommunicationis latæ sententiæ, a qua nonnisi a Summo Pontifice (excluso etiam majori pœnitentiario) præterquam in mortis articulo, absolvi possim: Et ita promitto, et juro; sic me Deus adjuvet, et hæc sancta Dei Evangelia.*

§ V.

*Tassa per gli avvocati, e procuratori, che patrocinano le cause di beatificazione, e canonizazione nella sagra congregazione de' Riti; rinovata e stabilita dalla medesima.*

Primo. *Per lo spoglio universale, che si fa* pro una vice tantum, *si osservi la Tassa del* 1618, *al num.* 3, *ove si dice, che non si possa dare più di scudi* 4, *per ogni cento fogli di esso processo ridotto, cioè che il foglio sia due facciate da linee* 24, *e la linea abbia sillabe* 16.

Secundo. *Per le scritture* super virtutibus et miraculis, *sc.* 20, *per ciascheduna, e non più.*

Terzo. *Per le riposte ne' medesimi dubii sc.* 10, *e per tutte le altre scritture, che risguardano fatica considerabile in tutti gli altri dubii sc.* 15, *per ciascheduna, e non più.*

Quarto. *Per le scritture d'introduzione delle cause nuove, e di reassunzione di quelle introdotte avanti li Decreti del* 1642, *ad effetto di segnarsi nell' uno, e nell'altre la commissione, sc.* 15, *e non più.*

Quinto. *Per le copie originali di tutte le scritture bajocchi* 15, *il foglio ridotto come sopra.*

Sesto. *Per il sommario sopra ciaschedun dubbio, bajocchi* 5, *per carta dello stesso, ridotte le carte come sopra.*

Settimo. *Per li memoriali di qualsivoglia sorte giuli* 12, *per ciascheduno, eccettuate le scritture di reassunzione o introduzione delle cause, quali sogliono andare sotto nome di memoriali, per li quali si osservi ciò che s'è disposto di sopra al num.* 5.

Ottavo. *Per la prima copia originale tanto de' sommarii, quanto de' memoriali, bajocchi* 6, *la carta ridotti come sopra.*

Nono. *Per l'informazione in voce quando s'informa tutta la Congregazione con l'intervento de' con-*

Digitized by Google

sultori sc. 30 tra il procuratore e gl' avvocati, e quando s'informa la sola Congregazione ordinaria si dia la metà.

Decimo. L'emolumento degli avvocati sia di scudi 10, per la scrittura, e per l'informazione in voce sia il medesimo che si dà a' procuratori.

Undecimo. Per la minuta di qualsivoglia commissione giulj 15, e per le due copie da darsi al sig. card. Ponente e al segretario, si paghi a ragione di bajocchi 6 il foglio ridotto come sopra.

Duodecimo. Per l'accesso del procuratore al sig. card. Ponente, e al promotore, e per la minuta, e copia originale del fatto concordato giulj 12.

Decimoterzo. Per l'informazione in voce di Nostro Signore, e dell' Auditore di Sua Santità sc. 3 moneta al procuratore, ed altrettanti all' avvocato, se informerà anch'esso.

Decimoquarto. Per le citazioni, e intimazioni non si paghi cosa alcuna, e per l'esecuzione di esse si paghi a ragione della tassa de' cursori.

Decimoquinto. Le copie dell' opposizioni del promotore, eccetto la prima originale, si faccino fare dalle parti, e fatte che saranno, dovranno portarle al promotore, che sigillate le darà alle medesime parti per distribuirle alli signori cardinali, protonotario, segretario, e consultori.

Decimosesto. Per qualsivoglia fatica o scrittura non espresse di sopra, s'intenda l'arbitrio del signor cardinale prefetto della causa, nè possino i curiali arbitrare da se medesimi.

Decimosettimo. E li suddetti ordini si debbano registrare, stampare, e pubblicare, ed osservare sotto pena di perpetua privazione del patrocinio, e sollecitazione delle cause vertenti nelle dette Cong. e sotto altre pene ad arbitrio della medesima sagra Congregazione.

## § VI.

Adì 15 Ottobre 1678. Avendo io sottoscritto fatto relazione della presente tassa a Nostro Signore Innocenzo XI, la Santità sua l' ha lodata, ed approvata, ed ha comandato, che si osservi, e si pubblichi.

Giov. Battista de Luca auditore, e segretario de' Memoriali.

Luogo ✠ del sigillo.

Bernardino Casali segretario della Sac. Congr. de' Riti.

## § VII.

Ordini e tassa da osservarsi dal notaro della sagra congregazione de' Riti, rinovati, e stabiliti dalla medesima congregazione.

Primo. S' ordina, che il notaro non faccia registri, se non degli atti giudiciarj, e non dell' esame de' testimonj, o altro, e quelli siano senza estensione di termini, o ripetizione de' titoli, eccetto che nel primo atto, quali registri debbano onninamente farsi in tutte le cause.

Secondo. Che per ogni centinajo di fogli di registro ben fatto, e secondo la riforma della felice memoria di Paolo V, sotto il titolo de' registri, non pigli più di quattro scudi, nè per la collazionatura, nè per la rubricatura, nè per qualsivoglia altro prezzo.

Terzo. Che l'istanze de' principi, religioni, università, ed altri nelle cause delle beatificazioni, o canonizzazioni, dal segretario si consegnino al notaro, il quale le registri negli atti, non altrimenti per extensum, ma indicando solamente il nome del principe, o d'altri che fa l'istanza, e la data della lettera, cioè pro introductione causæ instat talis rex suis litteris datis die tali, etc., et talis rex, etc., in altra separata, o susseguente carta dopo gli atti fatti per l'introduzione della causa scriva: Pro causæ prosecutione ad effectum obtinendi litteras remissoriales in genere instant N. rex, etc., e gli originali si conservino nell' archivio; nè si dia l'estratto de verbo ad verbum, ma ogni volta che sarà richiesto il notaro, ne dovrà dare un ristretto da cavarsi dal detto registro, o manuale, come sopra, e per esse copie si paghi a ragione di copia, come si dirà al seguente numero. E per la fede di esse si diano due giulj per ciascuna copia, delle quali una si darà all' Emo Sig. card. Ponente, e l'altra a Mons. segretario, e l'altra a Monsig. promotore della Fede.

Quarto. Per la copia degli atti fatti in curia, o fuori in forma di buon originale, non si paghi più di bajocchi sette e mezzo per foglio da tutte due le bande, e la facciata sia di linee 24, e la linea di sillabe 16, essendo scritta in forma di registro, si paghi a ragione di registro, come sopra.

Quinto. Per la copia pubblica di qualsivoglia processo, tanto fatto auctoritate ordinaria, quanto apostolica si paghino al notaro bajocchi 7 e mezzo per foglio solamente, senza alcun altro emolumento, o mercede, per detta copia, o scrittura, ed il foglio sia di facciate, linee, e sillabe, come al num. 4.

Sesto. Tutti li registri, copie, et scritture si debbano fare in carta buona, e lettera intelligibile, e secondo la riforma, ed ordini sopraddetti: altrimente il notaro sia tenuto farle copiare di nuovo senza altra spesa.

Settimo. Che li processi che vengono de partibus, tanto fatti auctoritate ordinaria, quanto auctoritate apostolica, non si registrino per conto alcuno, secondo la detta riforma, ancorchè non passassero 20 fogli, ma solo si possano rubricare, se non saranno rubricati, o non intieramente, nel qual caso, si possa solo rubricare quello che manca, e non altro.

Ottavo. Per la rubricazione di qualsivoglia cosa, che n'abbia bisogno, ridotto il processo a carte buone, conforme alla detta riforma, oltre detti bajocchi sette e mezzo per la scrittura, si paghino giulj dieci per cento, e tale rubricazione debba in sostanza contenere tutto quello, che contiene il corpo della scrittura: e venendo processo, o altra scrittura rubricata de partibus, non essendo intieramente rubricata, si paghi solamente quello che manca, come s'è detto.

Nono. Per l'ascoltazione, e collazione de' processi, ogni volta che sia continuata a ragione di sei ore il giorno, non si paghi al notaro più di uno scudo il giorno, oltre gli emolumenti suddetti, e gli ajutanti sieno deputati dalle parti, dalle quali se gli paghi quel tanto che sarà convenuto, e per la fede dell'ascoltazione di tutto il processo si paghino giulj cinque per la prima copia solamente, e quando le parti volessero altre copie autentiche di detti processi, oltre la prima, non possa il notaro pretendere più di bajocchi cinque per foglio, ridotto come sopra, compresovi la rubricatura, ma oltre detti bajocchi cinque per foglio se gli debba la mercede della collazionatura, e ascoltatura, come sopra, e per la fede di dette copie duplicate.

Decimo. Per le compulsorie si paghino giulj 12, conforme prescrive la riforma suddetta di Paolo V, al tribunale dell'A. C.

Undecimo. Per le remissioni in genere, anche super non cultu, super casu excepto, e altre, in' osservanza, ed esecuzione de' decreti della S. Inquisizione, non si paghi più di sc. 6, per quella in specie di sc. 10, in tutto, compresavi la scrittura, ed ogni altra cosa spettante alle medesime spedizioni. Nè per la scrittura delle interrogazioni, che si mandano chiuse, prenda il notaro mercede alcuna; ma per gli articoli di eccessività della scrittura sopra a quindici fogli, se gli paghi a ragione di bajocchi sette e mezzo il foglio, come al numero 5, ed occorrendo di dette lettere darne duplicati, non debba il notaro per essi esigere che la metà della mercede stabilita per la prima spedizione, ed essendovi eccessività di

Digitized by Google

*scrittura degli articoli, come sopra, debba la detta eccessività pagarsi a ragione di bajocchi 5 il foglio.*

Duodecimo. *Per compulsa di qualsivoglia scrittura fuori di Officio, per l'accesso, e sessione di tre ore, non possa pigliar più di otto giulj, per la fede in fine del processo compulsato 5 giulj, e per la scrittura a ragione di bajocchi sette e mezzo per foglio, come al num. 4. Dentro l'Officio per ciascuna sessione di tre ore, giulj cinque, per la fede, e scrittura, come sopra.*

Decimoterzo. *Dovendosi compulsare libri stampati dandosi dalle parti un sunto, sia tenuto il notaro inserirlo in fine del processo, senza farne copia, o registro di sorte veruna.*

Decimoquarto. *Per ogni esame nell'officio, se finisce in una sessione, si paghino giulj tre, se vi vogliono più sessioni, finchè si finisce l'esame di detto testimonio, non possa il notaro prendere più di giulj due per sessione, e fuori dell' officio il doppio.*

Decimoquinto. *Per le surrogazioni de' giudici, o nuovi termini nelle cause delle beatificazioni, e canonizazioni, non se gli paghi più di giulj 15, in tutto, per ciascuna spedizione di lettere remissoriali, e compulsoriali, proroghe di termini, e surrogazioni de' giudici da farsi solamente per comandamento dell' Emo sig. card. prefetto della Sac. Cong. o ponente nelle cause controverse, non si paghi più di quello che prescrive la Riforma suddetta al tribunale dell'A. C.*

Decimosesto. *Per qualsivoglia citazione semplice da spedirsi solamente come sopra, e da eseguirsi fuori di Roma, non si paghi piu di giulj tre, e per quelle, che si spediscono con l'inibizioni in virtu delle commissioni giulj 10.*

Decimosettimo. *Per duplicato di qualsivoglia scrittura pubblica, o privata con sottoscrizione, sigillo, etc., o senza, non si debba pagar più di 5 bajocchi per foglio.*

Decimottavo. *Occorrendo dar altra scrittura, o far altre fatiche non espresse nella presente tassa, l'emolumento si stabilisca dall' Emo Sig. card. prefetto, nè possa il notaro prendere alcun altro emolumento, ancorchè concorra la medesima, o maggior ragione delle mercede espresse.*

Decimonono. *Che nelli processi delle beatificazioni, e canonizazioni s'osservi puntualmente per le commissioni, remissioni, e compulsorie, articoli, interrogatorii, e altro, la forma descritta nelli decreti, e norma di fare detti processi pubblicati d'ordine della san. mem. d'Urbano VIII, l'anno 1642, ed ora confermati da Nostro Signore coll'aggiunte, che si sono fatte.*

Vigesimo. *Che il notaro debba ritenere il libro* Receptorum, *e fedelmente in esso notare quanto gli entra in mano de' suoi emolumenti, sotto pena della privazione dell' officio.*

Vigesimoprimo. *Che si facciano due manuali, cioè uno degli atti delle cause di beatificazioni, e canonizazioni, e l'altro degli atti delle cause controverse, nelle quali si registrino tutte le comparse, proteste, citazioni, e intimazioni con le sue intitolazioni, quali restino sempre nell' officio, e per questi non si paghi cosa alcuna, e possano sempre da tutti gl'interessati esser veduti, e letti* gratis, *e il notaro sia sempre obbligato mostrarli.*

Vigesimosecondo. *Non possa il notaro estrarre fuori d'Officio gli processi originali, e qualsivoglia altra scrittura prodotta, ma debba darne copia pubblica, o semplice, secondo che le parti chiederanno.*

Vigesimoterzo. *Per la restituzione di qualsivoglia scrittura prodotta,* dimissa copia, *si diano tre giulj, e debba il notaro far buoni due fogli, e dalli due in su se gli paghi a ragione di sette bajocchi e mezzo, come sopra al num. 4; ma se si restituiscono in una volta più scritture prodotte in un sol atto, si debbano solamente tre giulj, e di più per l'eccessività della copia, come sopra.*

Vigesimoquarto. *Che volendo le parti veder processi, o qualsivoglia altra scrittura originale dentro l'officio, sia il notaro tenuto lasciarli vedere senza mercede alcuna.*

Vigesimoquinto. *Sappino le parti, che nella segretaria della Sag. Cong. tutto si spedisce* gratis, *nè perciò debbano al notaro per sigillo, scrittura, sottoscrizione, o qualunque altra cosa, che si faccia in segretaria, emolumento, o mercede alcuna.*

Vigesimosesto. *Che non possa pretendere il notaro per il viatico cosa alcuna nell' andare a leggere le citazioni.*

Vigesimosettimo. *Che il notaro debba dare il giuramento in S. Cong. d'osservare la presente tassa, ed ordine nella forma seguente.*

Ego N. notarius a Sacr. Congr. specialiter deputatus in causis ejusdem Sacr. Congr. tactis sacrosanctis Dei Evangeliis juro, et promitto fideliter exercere officium mihi concessum, et ad unguem observare supradictam taxam sub pœna perjurii, privationis officii ipso facto incurrenda, et restitutionis contra et ultra dictam taxam habitorum, et acceptorum, aliisque pœnis arbitrio ipsius Sacræ Congreg.

Vigesimottavo. *Che si faccino stampare li predetti ordini, e tassa, e il notaro debba tenerli pubblicamente affissi, e il tutto sia obbligato ad osservare tanto nelle cause di beatificazioni, e canonizazioni, quanto respettivamente in quelle de' sagri Riti, sotto le pene contenute nel detto giuramento, dandosi facoltà di ricorrere ogn' uno, che si sentisse gravato, e vedesse non osservarsi quanto è espresso di sopra, perchè vi si prendera la debita provisione. Dato in Roma li 6 Agosto 1678.*

A' 15 Ottobre 1678 approvata, e pubblicata, ut supra.

*Quoad taxam novam vel reductionem expensarum pro causis beatificationum et canonizationum, aliarumque occurrentium in celebranda solemnitate, vide in calce hujus* Collectionis Decretorum, *quæ novissime superadduntur excerpta e regestis sacræ Rituum congregationis.*

De beatificatione et canonizatione sanctorum Urbanus VIII edidit decretum anno 1625 publicatum die 4 Aprilis, et 30 Octobris ejusdem anni, quod incipit *Sanctissimus*, quo prohibetur, imagines nondum a S. Sede Apostolica canonizatorum, vel beatificatorum cum radiis, splendoribus, et laureolis proponere, tabellasque, imagines, et luminaria ad eorum sepulcra apponere: Libros, gesta, miracula, seu revelationes continentes sine recognitione Ordinarii, qui in iis recognoscendis theologos, aliosque pios, ac doctos viros in consilium adhibeat, et negotium instructum ad Sedem Apostolicam mittat, ejusque responsum exspectet. Benedictus vero XIV sequens mandavit decretum.

*Decretum generale sanctissimi D. N. Benedicti Papæ XIV.*

Cum ex relatione eorum, quæ in congregationibus sac. Rituum, aut antepræparatoriis, aut præparatoriis proponuntur, et discutiuntur, facta Nobis pro sui muneris adimplemento tum a congregationis secretario, tum a Fidei promotore; innotuerit, sæpe excitatam fuisse inter ejusdem Congregationis consultores controversiam, an in causis beatificationis, et canonizationis servorum Dei, procedentibus per viam non cultus, cum disputandum proponitur dubium super virtutibus, aut martyrio, testes de auditu auditus, qui soli exstant in processu apostolico, in linea probationis jungi possint cum testibus de visu, qui exstant in processu ordinario; contendentibus nonnullis, id tantum fieri posse, si testes de auditu, qui exstant in processu apostolico,

Digitized by Google

sint de auditu a videntibus; aliisque asserentibus, id ipsum fieri debere, etiamsi testes non sint de auditu a videntibus, sed de auditu auditus, dummodo cætera alia non desint, quæ requiruntur pro conjunctione processus Ordinarii cum processu apostolico, et alia etiam concurrant a congregatione Rituum statuta, ut rite et recte admittantur testes de auditu, de quibus omnibus in nostro Opere *Canonizat. sanctorum lib.* II, *cap.* 42 et 5.

Nos ad amputandam quamcunque controversiam, decernimus primo, non posse in linea probationis conjungi testes de auditu auditus in processu apostolico examinatos, cum testibus de visu, qui exstant in processu ordinario, prædictamque conjunctionem in linea probationis competere tantum testibus de auditu a videntibus, qui sint in processu apostolico examinati, dummodo cætera supra indicata non desint requisita: et ex conjunctione testium de visu examinatorum in processu ordinario, cum testibus de auditu a videntibus, examinato in processu apostolico, propositis dubiis super virtutibus, aut martyrio, responderi, *Constare de virtutibus*, etc. aut, *constare de martyrio:* et in progressu ad ulteriora pro obtinenda formali beatificatione sufficere debere duo miracula, quæ ante beatificationem patrata sint, et approbata; et pro obtinenda canonizatione sufficere debere alia duo miracula, post beatificationem secuta et approbata.

Decernimus secundo loco, quod, si in processu ordinario testes exstent de visu, et in processu apostolico non reperiantur nisi testes de auditu auditus, testes hi de auditu auditus in processu apostolico excepti vim et robur adminiculi habere valeant, modo quidem levis, modo gravis, prout eorum numerus, et qualitas exposcit, ita ut exclusa a postulatoribus quacunque fraudis aut negligentiæ suspicione, ex qua factum sit, ut soli testes de auditu auditus in processu apostolico fuerint examinati, si, attentis numero et qualitate testium de visu in processu ordinario examinatorum, habitaque consideratione adminiculi non levis, sed gravis, desumpti ex testibus de auditu auditus in processu apostolico examinatis, res ad eum statum redacta sit, ut faciat fidem, et auctoritatem viro prudenti de re gravi judicaturo, propositis dubiis super virtutibus, aut martyrio, responderi possit: *ita constare de virtutibus*, aut *ita constare de mar yrio, ut procedi possit ad ulteriora, hoc est ad discussionem miraculorum.* Nec obtineri posse decretum beatificationis, nisi tria miracula præcesserint, quæ fuerint approbata, neque demum canonizationis decreto locum esse debere, nisi duo alia post beatificationem miracula superveniant, quæ pariter fuerint approbata.

Demum tertio loco decernimus, nihil per præsens decretum a nobis fuisse immutatum super dubio virtutum, aut martyrii, in causis, quæ procedunt per viam casus excepti, aut in quibus, etsi procedant per viam ordinariam non cultus, soli testes de auditu exstant in processu, tum ordinario, tum apostolico: quoad eas enim exacte observari mandamus decretum generale a Nobis editum *die* 23 *Aprilis* 1741, etc., impressum in nostro Opere *De canonizatione sanctorum lib.* III, *cap.* 3, *num.* 25, *editionis Patavinæ, et editionis Romanæ*, quod etiam nunc confirmamus tum quoad numerum miraculorum, tum etiam quoad cætera, quæ in dicto decreto continentur, et in quibus statuitur, miracula semper esse comprobanda per testes contestes de visu, sive agatur de causis procedentibus per viam ordinariam de non cultu, sive per viam extraordinariam de casu excepto, et sive res sit de miraculis pro obtinenda beatificatione, sive de aliis, quæ proponuntur pro canonizatione obtinenda; et secretario congregationis sacrorum Rituum mandamus, ut præsens nostrum decretum inter acta Congregationis referat, ac typis edi curet, ut ad omnium notitiam deveniat.

Datum hac die 17 Julii 1744.

*D. F. Card. Tamburinus Præf.*

Loco ✠ sigilli.

M. Marefuscus *S. R. C.* secret.

502. Missa assignata festivitati Conceptionis beatissimæ Virginis Mariæ pro minoribus non potest dici per annum, uti votiva, etiam in Sabbatis, *S. R. C.* 30 *Sept.* 1679, *in una Ord. Capucc.:* Uti votiva: sed dicenda est, quæ exstat in fine Missalis pro varietate temporis. Vide *num.* 1259

503. In aspersione aquæ benedictæ quæ fit diebus Dominicis a sacerdote alba et stola induto, sive etiam cum pluviali, immediate celebraturo Missam conventualem, stola est aptanda ante pectus in modum crucis, non vero ad utrumque latus pendens a collo; *S. R. C.* 30 *Sept.* 1679, *in una Ord. Capucc.* Ita et semper stola aptanda est in modum crucis simplici sacerdoti alba, etc., induto. *Ex rub.* Missalis 3, *et ex S. R. C. num. seqq.*

504. Sacerdotes in die Cœnæ Domini sanctissimum Corpus Christi sumpturi, possunt deferre stolam ante pectus in formam crucis accommodatam, vel a collo pendentem, *S. R. C.* 30 *Sept.* 1679, *in una Capucc.* Vide *n. ant.:* Sacerdotes: diaconi vero cum stola ab humero sinistro pendente, *Cærem. episcop. lib.* III, *cap.* 6, *num.* 1.

505. Festum duplex occurrens ante octavam non privilegiatam, si est transferendum, transferri debet in diem infra octavam, *sac. Rit. congreg.* 30 *Sept.* 1679, *in una Capucc.* Quid dicendum de semiduplici? Vide *num.* 508.

506. Regulares propter communicationem, seu participationem privilegiorum Mendicantibus, sive aliis regularibus concessam, recitare non possunt Officia specialiter eidem religioni concessa, ut de Corpore Christi, etc. Et quatenus extensio petatur, omnino quoad tempus Adventus et Quadragesimæ, non est concedenda, *S. R. C.* 30 *Sept.* 1779, *in una Capucc.* Propter communicationem: licet amplissimam. Vide *num* 513. Vide etiam *num.* 449 et 456.

507. Cum in dominiis imperio subjectis recitetur ex indulto apostolico Officium proprium sanctorum Angelorum Custodum in Dominica prima Septembris cum octava, non est eis recitandum etiam die secunda Octobris cum Ecclesia universali, *S. R. C.* 30 *Sept.* 1679, *in una Capucc.*

508. Festum semiduplex incidens in festo duplici infra octavam non privilegiatam transferendum est in diem immediate sequentem, festo novem lectionum non impeditam, ut fit de semiduplici occurrente in Dominica infra octavam non privilegiatam, *S. R. C.* 30 *Sept.* 1679, *in una Capucc.* Imo officium in ipsomet die festo occurrens. Vide *num. seqq.* et 1097.

509. De festo translato faciendum est Officium die immediate sequenti, etiam si adsit aliud ejusdem dignitatis festum, prius translatum, *S. R. C.* 30 *Sept.* 1679, *in una Ord. Capucc.:* De festo translato. Hodie procedit, quando occurrerit in Dominica infra aliquam octavam (die sequenti non impedita a festo currenti) vel in die festo, vel etiam in die quocunque infra octavam. Vide *num. ant.* et 526, 616, 666, 671, 857, 965, 1051, 1097 et 1128.

510. Translato festo, in cujus die conceditur indulgentia, non transfertur etiam indulgentia, *S. R. C.* 30 *Septemb.* 1679, *in una Ord. Capucc.:* Translato festo; unice quoad Officium. Vide *num.* 576 et 1123. Et hæc tantummodo fuit mens *S. R. C.* nam si festum transferatur et quoad Officium, et quoad feriationem, ut transfertur festum Annuntiationis B. M. V. incidens feria VI in Parasceve, vel Sabbato Sancto, transferri etiam indulgentiam in

Digitized by Google

dicto casu declaravit sac. cong. Indulgentiarum decreto edito 2 Julii 1614. Ex quo patet in translatione festi, quoad Officium et feriationem, transferri etiam indulgentiam.

511. Officium semiduplex S. Benedicti omnibus tertiis feriis per hebdomadam concessum, non potest recitari in Adventu, Quadragesima, et Vigiliis. *S. R. C.* 30 *Sept.* 1679, *in una Ordinis S. Benedicti congregat. Casin.* Hoc decretum est generale, et ultra Adventum, etc., se extendit ad feriam secundam Rogationum, et alias etiam ad talia officia sub ritu duplici. Vide *num.* 516 *seq.* et 827.

512. Occurrente in supradicta feria tertia festo semiduplici etiam translato, vel die infra octavas, vel duplici primæ etiam et secundæ classis, recitandum est Officium de semiduplici currente de simili translato, de die infra octavas, et de duplici quocunque translato, *S. R. C.* 30 *Sept.* 1679, *in una Ordinis S. Benedicti cong. Casin.*

513. Communicatio etiam amplissima privilegiorum unius religionis alteri facta non se extendit ad Officia sanctorum, *S. R. C.* 10 *Decemb.* 1679, *in una Ord. Min. de Observ.* Vide *num.* 470, 506 et 829.

514. Occurrentibus eodem die tribus Officiis ejusdem ritus, quorum unum est de Ordine, aliud de Calendario Ecclesiæ universalis, et aliud de aliquo Sancto, cujus habetur reliquia insignis in propria Ecclesia, faciendum est Officium de digniori, seu solemniori; quæ vero sunt minoris dignitatis, seu solemnitatis, transferenda sunt, *S. R. C.* 7 *Decemb.* 1680, *in una Canon. Reg., Later.*: Officium de digniori: id est servato ordine, ut in *num.* 522 : Solemniori: in paritate enim ritus et dignitatis, attendenda est etiam solemnitas apparatus, *Rubr. Brev.* de translatione festorum *num.* 6. Vide *n.* 524, 541, 802, 898 et 1017.

515. Occurrentibus eodem die infra octavam Corporis Christi duobus festis duplicibus, non est de translato agendum die immediate sequenti non impedita, sed post prædictam octavam, *S. R. C.* 7 *Decemb.* 1680, *in una Can. Reg. Later. :* Non est de translato agendum: nisi esset sub ritu duplici primæ vel secundæ classis. Vide *num.* 724.

516. Officium Commemorationis S. Augustini, quod ex privilegio fit a congregatione Canonicorum Regularium Lateranensium semel in mense sub ritu duplici in prima die mensis, in qua festum alicujus sancti non occurrit, fieri non potest infra octavas non privilegiatas, etiamsi aliter fieri nequeat, *S. R. C.* 7 *Decemb.* 1680, *in una Canon. Reg. Later.*

517. An officium prædictum commemorationis S. Augustini fieri possit, quando habentur Officia semiduplicia translata? Responsum fuit affirmative, *S. R. C.* 7 *Decembr.* 1680, *in una Canon. Reg. Later.* Hoc privilegium est speciale. Vide *num.* 537 et 828.

518. An Officia sanctorum, quæ de mense Decembris aliquando supersunt, fieri possint in prima die non impedita sequentis anni? Responsum fuit: Transferri posse *S. R. C.* 7 *Decemb.* 1680, *in una Canon. Reg. Later.* et 27 *sept.* 1697, *in Florentina, et* 27 *Sept.* 1698 *in una Ord. Capucc.* Vide postremas declarationes omnino contrarias, modo observandas, *sub n.* 1163 et 1311.

519. Officium particulare alicujus diœcesis, vel religionis, quod occurrit die vigesima quinta Februarii, est transferendum in anno bissextili ad primam diem non impeditam Officio novem lectionum (nisi esset festum tituli seu patroni Ecclesiæ), ut fiat Officium sancti Matthiæ apostoli; et officia S. Bartholomæi apostoli, et S. Ludovici regis sunt assignata Romæ diebus vicesimæ quintæ, et vicesimæ sextæ Augusti, *S. R. C.* 7 *Decemb.* 1680 *in una Can. Reg. Later.* Est transferendum: et alia Officia sequentibus tribus diebus occurrentia. Vide *num.* 851.

520. Occurrente Officio novem lectionum plurium sanctarum Virginum et Martyrum cum alio simplici ejusdem qualitatis, pro commemoratione simplicis servanda est antiphona *Istarum est enim*, ut in festo SS. Perpetuæ et Felicitatis martyrum die septima Martii *S. R. C.* 7 *Decembr.* 1680 *in una Canon Reg. Later.*

521. Occurrente festo Purificationis beatissimæ Mariæ Virginis in Dominicis Septuagesimæ, vel similibus aliis privilegiatis, ita ut illius Officium ex hoc contingat transferri, non est ob id protrahenda etiam recitatio antiphonæ *Alma Redemptoris*, sed die 2 Februarii post Completorium illa dimissa, juxta dispositionem Rubricæ, et ejusdem laudabilem observantiam in basilica Vaticana sumenda est antiphona *Ave Regina cœlorum*, sublatoque quolibet alio asserto difformi quarumcunque Ecclesiarum usu, sive consuetudine, ita ab omnibus, qui Breviario Romano utuntur, pariformiter servari mandavit *S. R. C.* 11 *Jan.* 1681 *in una Urbis et Orbis, instantibus cæremoniarum magistris basilicæ principis Apostolorum:* Transferri : quomodo hoc festum transferendum? Vide *num.* 532 et 815. Et quid faciendum de antiphona *Ave Regina cœlorum*, ubi Purificationis festum celebratur cum octava? Vide *num.* 651 et 821. Hoc decretum confirmatum fuit 10 Januarii 1693, etiam si habeat prædictum festum octavam. Tertio confirmatum fuit 14 *Febr.* 1705. Quarto demum 4 *April.* 1705.

522. Officium Angelorum Custodum occurrens cum alio duplici minori habere debet integras utrasque Vesperas, ut videtur disponere Rubrica Breviarii de concurrentia Officii sub numero secundo, et P. Gavantus ibidem sub numero tertio, *S. R. C.* 1 *Mar.* 1681, *in una Canon. Reg. Later.* Dispositio rubricæ Breviarii, et commentarii Gavanti in hac sanctione indicati comprehendit quoque festum Domini, ut præferatur omnibus aliis, et habere debeat integras utrasque Vesperas, iterum festa B. M. V. quæ anteponenda sunt omnibus sanctis, festa Angelorum et Apostolorum, nec non Evangelistarum cæteris aliis, et festa illorum Sanctorum, qui in propriis locis, vel Ecclesiis solemniter celebrantur, aliis in Calendario descriptis, quæ præferentia semper intelligi debet in æquali ritu, *Rub. Brev. de concurr. Officii* ix. Quid dicendum vero de S. Joseph, consule *num.* 1150 *seqq.* Vide *etiam num.* 713.

523. Dies Octavarum Assumptionis, Nativitatis, aliarumque festivitatum beatissimæ Virginis Mariæ octavam habentium, concurrentes cum Officio duplici minori, habere debent integras Vesperas, ut videtur disponere Rubrica ex ordine hujus Sacræ Congregationis ultimo posita in Officio octavæ Conceptionis, si occurrat, cum S. Lucia, *S. R. C.* 1 *Mar.* 1681, *in una Canon. Reg. Later. :* Ut videtur disponere rubrica ubi ait : *Si hoc festum venerit in Dominica, transfertur in diem* 14, *et tunc secundæ Vesperæ erunt integræ de octava Conceptionis, cum sola commemoratione S. Luciæ; Rubr. Brev. prop.* Vide *num. ant. et* 632.

524. Si eadem die occurrant duo Officia, quorum unum sit particulare Ordinis, alterum sit descriptum in Calendario Ecclesiæ universalis, et utrumque sine solemnitate cum eodem ritu, transferendum est Officium de Calendario, et recitandum est Officium sancti proprii, dummodo sit antiquior ex concessione, ut supponitur S. *R. C.* 1 *Mar.* 1681, *in una Canon. Reg. Later.* Dummodo sit antiquior ex concessione : an hæc clausula hodie sit in suo robore. Vide *num.* 802. Vide etiam *n.* 514.

525. Officia concessa semel in hebdomada, ut de Conceptione B. M. Virginis in Sabbato, vel de SS. Corpore Christi in feria quinta non impedita ab Officio novem lectionum occurrente, seu translato, non sunt celebranda in Adventu, Quadragesima, Quatuor Temporibus, et in Vigiliis, *S. R. C.* 1 *Mar.* 1681 *in una Can. Reg. Lat.* Adde feriam secundam

Digitized by Google

Rogationum, et alias, in quibus reponendum sit Officium Dominicæ. Vide *num.* 827 et 1025.

526. Occurrente die vicesima nona Decembris in Dominica Officio S. Thomæ Cantuariensis sub ritu duplici minori, recitandum est Officium de sancto, cum commemoratione Dominicæ; et die tricesima Decembris recitandum Officium de die infra octavam Nativitatis, *S. R. C.* 1 *Mart.* 1681, *in una Canon. Reg. Lat. ad* 7 *dubium.*

527. In processionibus SS. Sacramenti, quæ occasione Quadraginta horarum fiunt per ecclesiam, debent iidem regulares processionaliter incedentes ante Sacramentum in occursu et transitu a latere ejusdem facere genuflexionem, dummodo in transitu videatur, *S. R. Mart.* 1681, *in una Can. Reg. Lat.* Occasione Quadraginta horarum : imo et in aliis. Vide *num.* 13 et 177 : Facere genuflexionem, utroque genu. Vide *num.* 1225.

528. Quod decisum fuit die 30 *Sept.* 1679, quod de festo translato faciendum sit Officium die immediate sequenti non impedita, etiamsi adsit aliud ejusdem dignitatis festum prius translatum, non tamen idem intelligendum est, si adsit aliud festum, seu Officium majoris ritus prius translatum, *S. R. C.* 1 *Mart.* 1681, *in una Can. Reg. Lat.* Modo habet locum hæc sanctio juxta ea, quæ notantur et citantur *sub num.* 509.

529. In processionibus Candelarum, Palmarum, et similibus, quæ fiunt per ecclesiam sine SS. Sacramento, non est pulsanda campanula ad elevationem hostiæ in missa privata. Quod si pulsetur, et advertatur elevatio, tunc genuflectendum est utroque genu a transeuntibus ante altare, ubi Missa celebratur, et deposito SS. Sacramento, progrediendum est; similiter si alii transeant in elevatione calicis, *S. R. C.* 1 *Mart.* 1681, *in una Canon. Reg. Lat.:* Tunc genuflectendum est : cruciferum ne considerès. Vide *num.* 177.

530. Dies octava cujuslibet festi, quia non transfertur, excludit et transferri facit quodlibet festum duplex, sive majus, sive minus, solisque cedit festis solemnibus primæ vel secundæ classis, nisi sit octava privilegiata, qualis est octava Epiphaniæ, de qua in Rubricis generalibus : hinc apud Franciscanos, ubi festum sanctæ Elisabeth reginæ Hungariæ celebratur cum octava, festum beatæ Delphinæ occurrens in die octava, licet sit duplex majus, transferri debet in primam diem non impeditam, *S. R. C.* 1 *Mart.* 1681 *in una Ord. Min. de Observ. :* Qualis est octava Epiphaniæ; in qua neque de Patrono fit Officium, ut in propria rubrica; adde etiam octavam Corporis Christi, quæ duplicibus tantum primæ classis occurrentibus cedit locum. Vide *num.* 724.

531. Pro festo S. Matthiæ ap. decisum fuit, quod in anno bissextili propria dies sit vicesima quinta Februarii, quæ alias est vicesima quarta, ita ut si alicubi habeatur assignata dicta dies vicesima quinta pro aliquo sancto minoris ritus et dignitatis, iste sit transferendus illo anno in proxime sequentem diem non impeditam. Nunc quæritur, an idem intelligi debeat de aliis sanctis seu Officiis occurrentibus in tribus sequentibus diebus Februarii? *Responsum fuit*, Affirmative; *S. R. C.* 1 *Mart.* 1681, *in una Canon. Reg. Later. ad* 6 *dubium.* Vide *num.* 519.

532. Festum Purificationis B. Mariæ Virginis, quando occurrit in Dominicis privilegiatis, nisi sit titulus Ecclesiæ, quoad Officium et Missam in sequentem diem transferendum est, *S. R. C.* 9 *Aug.* 1681 *in Bergomen :* In sequentem diem, nisi impediente occurrente festo altioris ritus. Vide *num. seqq.* et 1334.

533. Dies tertia Februarii non potest assignari alicui sancto duplici, vel semiduplici semper translato pro ejus certa et perpetua sede, *S. R. C.* 9 *Aug* 1681, *in Bergomen.* Vide *n. ant.*

534. In nocte Nativitatis Domini non possunt dici tres Missæ privatæ immediate post decantatam, circa quod adest decretum tenoris sequentis. *In Lucana.* Inhærendo aliis resolutionibus circa celebrationem Missarum in nocte Natalis Domini alias editis, et signanter sub die 7 Decemb. 1621, iterum declaravit S. Rituum cong. non esse permittendum usum introductum a nonnullis canonicis et presbyteris Ecclesiæ Lucanæ, celebrandi tres Missas privatas immediate post decantatam Missam solemnem in media nocte Natalis Domini, sed omnino prohibendum, *S. R. C.* 22 *Novemb.* 1681, *in Lucana, et* 15 *Septembr.* 1688, *in Januen.* Vide *num.* 285.

535. Qui habent privilegium celebrandi octavas in Quadragesima occurrente die infra octavam in feria quarta Cinerum, nullam debent facere commemorationem de octava, neque in Laudibus, neque in Missa, *S. R. C.* 24 *Januar.* 1682, *in Marsicana.* Vide *num. seq.* Occurrente die infra octavam in feria quarta Cinerum; similiter et in Dominica Passionis. Vide *num. seq.* ac 98, 538 et 1018.

536. In diebus infra aliquam octavam occurrentibus in Quadragesima, debent privilegiati dicere Missam conventualem de feria currente cum commemoratione octavæ, quamvis recitaverint Officium de die infra octavam, *S. R. C.* 24 *Jan.* 1682, *in Marsicana :* Missam conventualem de feria. Discordat in hoc casu Missa ab Officio, ut accidit quoque infra annum, cum Officium de aliqua Vigilia celebratur, *Rub. Miss. de Vigilia.* Vide *num. ant.*

537. Cum alias sacra Rituum congregatio decreverit, Officia sanctorum ad libitum non esse transferenda, quando dies eorum festivitatum sunt impediti die Dominico, aut aliquo die festorum mobilium; quæsitum fuit declarari, quæ regula servanda sit, quando occurrunt eodem die cum Officiis sanctorum Calendarii proprii, vel translatis, vel demum semel per hebdomadam, vel per mensem recitari concessis? Et Sac. eadem Congr. respondit, prædicta Officia sanctorum ad libitum, etiam duplicia occurrentia in diebus Dominicis, octavis, et Natalitiis sanctorum alicujus religionis vel diœcesis ex vi Calendarii proprii a Sede Apostolica approbati, quamvis sub ritu semiduplici celebrandis, non esse transferenda, sed omitti debere. Si autem occurrant eodem die, in quo alias aliquod festum translatum poni deberet, tunc liberum fore declaravit eadem Officia ad libitum recitare, et Officium translatum alterius ad aliam diem non impeditam transferre: prout etiam omisso Officio, quod semel per hebdomadam, aut per mensem apostolico indulto recitari concessum est, Officium ad libitum eodem die occurrens recitari posse decrevit: et ita ab omnibus, qui ad Horas canonicas tenentur, servari mandavit *S. R. C.* 24 *Jan.* 1682, *in Decr. gener.* Diebus octavis; intellige etiam infra octavas. Vide *n.* 828. Quid agi possit, cum Officia ad libitum sint perpetuo impedita, consule *n.* 491, 539, 567 et 1314.

538. In Officio feriæ quartæ Cinerum relinquendo commemorationem octavæ, debent privilegiati dicere preces, psalmos Graduales, etc., et observare omnino rubricas dictæ feriæ quartæ Cinerum, *S. R. C.* 24 *Januar.* 1682, *in Marsicana.* Vide *num.* 535 et 1310.

539. Si Officium ad libitum non potuerit celebrari et habuerit etiam ritum simplicem de præcepto, eo anno non omittatur, sed celebretur ritu simplici, *sac. Rit. congreg.* 13 *Jun.* 1682, *in una Ord. Min. de Observ.*

540. Debent religiosi recitare sub ritu duplici primæ classis, et cum octava, de Dedicatione, et de titulari propriæ Ecclesiæ, ubi morantur, et sub eodem ritu duplici primæ classis tenentur recitare de Patrono principali loci, et de titulari ecclesiæ cathedralis tantum; ad octavam autem non tenentur, juxta pluries resoluta. De aliis autem patronis minus principalibus non tenentur recitare, nisi sint

Digitized by Google

descripti in Calendario Romano, vel in dictorum Religiosorum proprio. Cæterum de Officiis, quæ ab Apostolica Sede concessa sunt, vel concedentur, recitanda ad libitum a toto clero tam sæculari, quam regulari in aliquo regno, provincia, diœcesi, vel loco, in quibus dicti religiosi morantur, possunt quidem ad libitum de ipsis recitare, sed si aliquod ipsorum occurrat in die in eorum Calendario impedita a festo novem lectionum, debent illud omittere, et recitare de Sancto in eorum Calendario occurrente ad formam decreti declarativi alterius decreti de Sanctis ad libitum non transferendis, emanati die 24 Januarii 1682 : quod omnino observari debet, *S. R. C.* 13 *Junii* 1682, *in una Ord. Min. de Observ.* Vide *n.* 537, 546, 1110, 1122 et 1211.

541. In repositione duorum, vel plurium festorum eumdem ritum habentium, et diverso die occurrentium, attendatur prioritas translationis, nisi attendenda sit major dignitas, quæ attendi debet in illis tantum festis, quæ exprimuntur in rubricis generalibus de Translatione festorum *n.* 7, et de concurrentia Officiorum *sub n.* 2, ab illis verbis, *Inter festa æqualis ritus*, etc., *S. R. C.* 13 *Jun.* 1682, *in una Ordin. Min. de Observ.* Festa, quæ exprimuntur in rubrica de transl. festorum, sunt, de quibus loquitur, ut si plura transferenda sint, prius transferatur duplex, quam semiduplex : et inter pura duplicia, quod est magis solemne, semper prius transferatur, et prius celebretur : alioquin si sint æqualia, unum ante aliud transferatur eo ordine, quo erant celebranda in propriis diebus, *Rub. Brev. de Transl. n.* 7. Ea vero, quæ præscribuntur de concur. Officii, sunt : Festa Domini, quæ præferuntur omnibus aliis, festa B. Mariæ Virginis festis Omnium Sanctorum ; idem festa Angelorum et Apostolorum cæteris aliis, et festa illorum Sanctorum, qui in propriis locis, vel ecclesiis solemniter celebrantur, aliis in Calendario descriptis, *Rubr. Brev. de Conc. Officii n.* 2; sanctus Joseph vero habet præeminentiam super omnes apostolos, statim post S. Joannem Baptistam. Vide *n.* 1150 *seqq.*

542. Quando contingit transferri festum alicujus sancti confessoris a die sui obitus in diem proxime sequentem, si fiat a Capitulo de ipso, tunc in primis suis Vesperis dicitur in hymno :

*... Meruit beatas*
*Scandere sedes,*

et in reliquo Officio diei sequentis debet continuari idem versus, *S. R. C.* 13 *Jun.* 1682, *in una Dubiorum.* An versus retinendus per totam octavam. Vide *n.* 752 *et* 1111.

543. Officium Defunctorum dici potest in choro separatim ab Officio diei, in diebus exceptis in Breviario pro adimplenda testatorum voluntate, *S. R. C.* 12 *Aug.* 1682 : *In Tridentina :* Diebus exceptis in Breviario, videlicet, *Commemorationis omnium fidelium defunctorum; die prima cujusque mensis non impedita festo novem lectionum ; alioquin alia sequenti die similiter non impedita* (*dummodo sit ante tempus Paschale, in quo Officium defunctorum non recitatur*) *Vesperæ dicendæ sunt post* Benedicamus Domino *Laudum festi, nisi alia sit consuetudoEcclesiarum*, Rubr. de Officio Defunctorum. Pro die vero commemorationis omnium Defunctorum, Vide *n.* 21.

544. Dies Natalitii ii omnes habendi sunt, qui licet veri non sint dies obitus, tamen ex decreto apostolico assignati sunt festivitati alicujus sancti veluti fixi, et veluti propria eorum sedes, *S. R. C.* 28 *Novemb.* 1682, *in Neapolitana ad primum dubium.* Dies Natalitii : mutatur tamen in Officio Confess. versus tertius in hymno. Vide *num.* 752. Decreto apostolico ; vel etiam inconsulta Congreg. pro Sanctis duntaxat perpetuo impeditis. Vide *num.* 1091.

545. Non est revocata concessio civitatis Neapolitanæ, prout asseritur, particulariter facta recitandi ad libitum Officium sanctæ Mariæ Ægyptiacæ die secunda Aprilis, quamvis occurrat in festo natalitio S. Francisci de Paula, quod ob hanc causam in aliam diem in proprio Calendario translatum fuerat. Verum si præfatum Officium S. Mariæ Ægyptiacæ eo die aliquando juxta Rubricas recitari nequeat, tunc ex ea causa non est transferendum sed omitti debet, *S. R. C.* 28 *Nov.* 1682, *in Neapolitana ad* 2 *dubium.* Hoc decretum est generale, cum in similibus concessum sit Ordinariis diem aliam fixam statuere.

546. Circa dubium decreti sub die 24 Januar. anno 1682, emanati, in quo habetur, ut Officia Sanctorum ad libitum etiam sub ritu duplici in diebus Dominicis, et octavis occurrentia non possint transferri, sed omitti debeant, quæsitum fuit : An illa verba *in octavis*, intelligi debeant de die proprio octavæ, vel de tota octava, et an de qualibet octava, vel saltem de octavis privilegiatis ? S. R. C. respondit, verba illa intelligenda esse de tota octava, et de quacunque octava, 28 *Novemb.* 1682, *in Faventina, et* 30 *Maii* 1699, *in Ulyssip.* Vide *n.* 537.

547. Ubi habetur, quod prætermisso Officio semel in hebdomada, vel in mense ex indulto apostolico recitando, recitari possit Officium ad libitum eadem die occurrens ; quæsitum fuit, an illud verbum *prætermisso* intelligi debeat de intermissione illius diei, quo occurrit, vel prætermittendum sit omnino intra totum illum mensem ; et responsum fuit, consideranda esse verba indulti apostolici, eaque servanda, prout sonant, *S. R. C.* 28 *Novembr.* 1682, *in Faventina ad tertium dubium.* Vide *n.* 537.

548. Quando transfertur Officium patriarchæ S. Josephi, et Annuntiationis B. M. V. ambo secundæ classis, quocunque in contrarium non obstante, prius debet transferri, et recitari Officium de Annuntiatione, et postea de S. Josepho, *S. R. C.* 28 *Novembr.* 1682, *in Faventina, die* 30 *Julii* 1689, *in Vigilien. et* 14 *Junii* 1692, *in Decreto generali.*

549. Nemo valeat assignare diem fixum sanctis translatis, sine speciali decreto, et ideo Officia sanctorum propria die celebrentur ; et si sint impedita transferantur juxta Rubricam *De translatione festorum* scilicet in priorem diem non impeditam, *S. R. C.* 28 *Novemb.* 1682, *in Faventina.* Hodie vero libere agitur etiam inconsulta Congregatione. Vide *n.* 1091.

550. Regulares non possunt uti Calendario diœcesano, tenentur tamen ad recitationem Officii patroni principalis loci, ac titularis ecclesiæ cathedralis, sed ad eorumdem octavas celebrandas non tenentur, *S. R. C.* 20 *Martii* 1683 *in una Ordinis Min. Observ. ad primum dubium :* Non possunt uti, exceptis proprium non habentibus. Vide *n.* 550. Sub nomine patroni principalis loci intelliguntur etiam patroni regni, vel provinciæ. Vide *n.* 552 : Non tenentur ad octavas : An excludat quoque libitum, consule *n.* 558. Sub quo ritu Regulares teneantur recitare tale Officium, require *n. seqq*

551. Regulares possunt, et debent recitare Officia ad petitionem regum et principum recitari concessa in aliquibus regnis, provinciis, ditionibus, etc., a toto clero tam sæculari, quam regulari, *S. R. C.* 20 *Martii* 1683, *in una Ord. Min. de Observ. ad* 2 *dubium.*

552. Regulares tenentur celebrare sub ritu duplici primæ classis festum de patrono principali loci, ac titularis ecclesiæ cathedralis, patroni principalis regni, provinciæ, sed ad octavam non tenentur; *S. R. C.* 20 *Mart.* 1683, *in una Ord. Min. de Observ.* Non tenentur ad octavam : comprehendit etiam libitum. Vide *n.* 558, 1132.

553. In occurrentia aliquorum Officiorum, quæ recitari debent in aliquibus regnis cum propriis Calendariis Ordinis regularis, servanda est rubrica de Translatione festorum in dispari ritu, vel digni-

Digitized by Google

tate, *S. R. C.* 20 *Martii* 1683, *in una Ord. Min. de Observ. ad* 3 *dubium.* Vide *n. seq. et* 541. Servanda est Rubrica de Translatione festorum sub *n.* 541, per extensum disposita.

554. Si Officia, quæ recitari debent in aliquibus regnis, sint ejusdem ritus, et dignitatis, an sit præferendum Officium loci, Officio in proprio religionis Calendario descripto; Resolutum fuit præferendum esse Officium, quod cum majori solemnitate, et populi concursu celebratur, ad formam rubricæ de Translatione festorum *n.* 6, *S. R. C.* 20 *Martii* 1683, *in una Ord. Min. de Observ. ad* 4 *dubium.* Quid agendum cum nulla solemnitas vel concursus habeatur. Vide *n. ant.* 541, 614, et 1259.

555. Quando aliqua ex Officiis concessa sunt recitanda in diebus Dominicis, v. g. de B. M. V. de Mercede, de sanctissimo Rosario, de Patrocinio B. M. V. et si quæ alia sunt similia; si aliqua ex dictis Dominicis impediatur aliquando ab alio Officio majoris ritus, vel dignitatis, in tali casu dictum Officium ex supra concessis non potest transferri ad aliam Dominicam, vel ad primam diem non impeditam, sed debet omitti, *S. R. C.* 20 *Mart.* 1683, *in una Ord. Min. de Observ. ad* 5 *dubium* : Non potest transferri. Loquitur sanctio de Officiis non ex præcepto, sed libera concessione permissis. Vide *n.* 989. Debet omitti; nunc vero transferri; cum unumquodque ex supra expressis sit hodie mandatum ex præcepto. Vide *n.* 989 *et* 1238.

556. Quando Officium de septem Doloribus B. M. Virg. in feria sexta post Dominicam Passionis occurrit cum alio Officio majoris ritus, tunc eo anno debet omitti, nisi tamen alibi S. R. C. aliter in concessione indulserit, *ita S. R. C.* 20 *Martii* 1683, *in una Ord. Min. de Observ.* Eo anno debet omitti; hodie vero transfertur in Sabbatum sequens. Vide *num.* 487.

557. Cum ex declaratione Sacræ Cong. Regulares teneantur recitare Officium de Patrono principali loci, dubitabatur, an sub ly *loci* comprehendatur etiam Patronus principalis regni, vel provinciæ, de quo concessum est ab Apostolica Sede, ut a clero tam sæculari, quam regulari, in dictis locis recitetur, sed declaratum fuit, comprehendi etiam dictos patronos, si liquido constet de concessione apostolica, *S. R. C.* 20 *Mart.* 1683, *in una Ord. Min. de Observ.* Vide *num.* 552.

558. Disponente sacra Rit. congr. quod Regulares ad octavas Patroni principalis non teneantur, quæsitum fuit, an ly *non teneantur*, excludat etiam libitum, ita ut Regulares non possint de dicta octava recitare, si velint. Responsum fuit excludi etiam libitum et non posse, nisi id specialiter ipsis Regularibus indultum fuerit ex vi concessionis apostolicæ, vel constitutionis religionis ab Apostolica Sede approbatæ, *S. R. C.* 20 *Mart.* 1683, *in una Ord. Min. de Observ. ad* 8 *dubium.* Vide *num.* 571.

559. Si urgente causa celebranda est Missa votiva infra octavam, quæ habeat Præfationem propriam, ac Communicantes : in Missa votiva debet dici Præfatio conveniens, Communicantes vero de infra octavam, quia est proprium de illo tempore, *S. R. C.* 16 *Jun.* 1683, *in Granaten.* Vide *num.* 564 : Præfatio conveniens; id est propria illius Missæ votivæ, si habeat. Vide *num.* 577.

560. Si altare non haberet planitiem, sed multos gradus, vel ipsam haberet nimis latam, debet in eo apponi pradella, quæ dividat altare a planitie, et sacerdos incipiat Missam ante ipsam pradellam; *S. R. C.* 16 *Jun.* 1683, *in Granaten.*

561. SS. Sacramento exposito, gubernator civitatis, seu personam regiam repræsentans, debet habere eamdem sedem, vel scamnum, quod habet reposito SS. Sacramento, *S. R. C.* 16 *Junii* 1683, *in Granaten.* : Eamdem sedem; at extra presbyterium. Vide *num.* 537.

562. Nomine episcopi Ruremondæ quæsitum fuit a sacra Rit. congregat. declarari, an Invitatorium, *Hodie si vocem Domini audieritis*, *nolite obdurare corda vestra*, tempore Passionis in Quadragesima debet cantari, sicut Invitatoria extra tempus Passionis, scilicet sexies integre, ter imperfecte, hoc modo post versum · *Quadraginta annis proximus fui, etc. Hodie si vocem Domini audieritis*, *nolite obdurare corda vestra*, omisso *Gloria Patri*, etc. et *Nolite obdurare corda vestra*, et iterum repetatur integre *Hodie si vocem Domini audieritis*, *nolite obdurare?* Et sacr. Rit. congreg. respondit, omissis *Gloria Patri*, etc. et *Nolite obdurare corda vestra*, repeti debere integre Invitatorium : *Hodie si vocem Domini audieritis*, etc. *Eadem S. R. C.* 4 *Jul.* 1683, *in Ruremunden.*

563. Receptio ad habitum, et ad professionem religiosam sub re gravi numerari non potest, ut ex consuetudine cantari possit Missa votiva solemnis etiam de Spiritu sancto in Dominicis, vel duplicibus, et hic abusus omnino est derogandus, *S. R. C.* 24 *Jul.* 1683, *in Ruremunden.* : In Dominicis, vel duplicibus. In semiduplicibus vero potest, sed sine *Gloria*, et *Credo*, *Rubr. Missalis*, *de Missis votivis.* Vide *num.* 850.

564. Missæ votivæ de SS. Sacramento, vel de B. M. V. in cantu fundatæ dici non possunt in duplicibus, aliisque diebus duplicia excludentibus; sed cantari debent Missæ de festo currenti cum applicatione sacrificii, juxta decretum editum 19 *Maii* 1614, sicque satisfieri, et benefactorum mentem impleri, non obstante quacunque consuetudine in contrarium, declaravit *S. R. C.* 24 *Julii* 1683, *in Ruremunden.* : Cantari debent de festo currenti, an vero possit satisfieri, loco cantatarum, lectis Missis. Vide *num.* 1286. Vide etiam *num.* 145 et 269.

565. Modus benedicendi alios, vel rem aliquam, debet esse cum manu recta, et digitis simul junctis, et extensis, *S. R. C.* 24 *Julii* 1983, *in Albinganen.*

566. Patena ad Missam in extremitate, seu ora patenæ congruentius est osculanda, *S. R. C.* 24 *Jul.* 1683, *in Albinganen.*

567. In processionibus, quæ fiunt cum interventu capituli cathedralis, præcedentia debetur beneficiatis ejusdem supra parochos, *S. R. C.* 2 *Oct.* 1683, *in Taurinen.* : Supra parochos, alias, si parochi essent de gremio capituli. Vide *num.* 612.

568. An per decretum de non transferendis, sed omittendis Officiis Sanctorum ad libitum, quando dies eorum festivitatum sunt impediti alio Officio novem lectionum de præcepto, nempe diebus Dominicis, octavis, et natalitiis Sanctorum, etc. comprehendantur, et revocentur concessiones Officiorum ad libitum ab Apostolica Sede peculiariter factæ, et fixæ diebus, qui ab eadem jam alteri festo, et Officio novem lectionum in Calendario Romano erant assignati, recitandi scilicet ad libitum Officium *S. Elisabeth reginæ Portugalliæ die* 4 *Julii*; Officio octavæ SS. apostolorum Petri et Pauli in Calendario Romano jam impedito? Sacr. Rit. cong. respondit, prout in Neapolitana *die* 28 *Novembris* 1682 non comprehendi. Verum si prædictum Officium eo die juxta rubricas recitari nequeat; tunc eo casu non esse transferendum, sed omitti debere, *S. R. C.* 2 *Octob.* 1683 *in una dubiorum* : Ad libitum Officium S. Elisabeth. Hodie ad diem octavam translatum est sub ritu semiduplici de præcepto, *ex Constitut. Innocentii XII*, 29 *Januarii* 1695 : Non comprehendi; ideo hic videtur spectare generalis moderna constitutio, quam vide *num.* 1215.

569. Quando pro aliquo festo, vel Officio concesso reperiatur ritus duplex absque expressione majoris, vel minoris, concessio intelligenda est de duplici minori, etiamsi ad honorem Deiparæ facta fuerit, *S. R. C.* 2 *Octob.* 1683, *in Valentina, et* 20 *Nov. ejusdem anni in Lauden.*

570. Dum dicenda sunt Suffragia Sanctorum in locis gaudentibus duobus, vel pluribus Patronis principalibus, facienda est commemoratio tantum



Digitized by Google

de Patrono principaliori, *S. R. C.* 20 *Nov.* 1683, *in Lauden.:* Tantum de Patrono principaliori. An hoc decretum sit præceptivum quoad exclusionem plurium patronorum. Vide *num.* 1294.

571. Moniales Ordinariis locorum subjectæ non tenentur recitare Officia particularia diœcesum; tenentur tamen recitare de Patrono principali loci, et de Titulari ecclesiæ cathedralis; necnon de ejusdem ecclesiæ Dedicatione, non vero de eorumdem festorum octavis, *S. R. S.* 20 *Novemb.* 1683, *in Lauden.:* De Patrono principali loci, sub ritu primæ classis. Vide *num.* 539 : De dedicatione; vero ecclesiæ sub ritu secundæ classis : et an ly *non tenentur* importet necessitatem, et quid agendum de Patrono regni, vel provinciæ. Vide *num.* 537, 543 *seqq.*

572. Quando in indultis et decretis super concessione Officiorum leguntur verba illa, *recitari posse, fieri posse*, ita intelligenda sunt, ut nihil significent præter Officia ad libitum, quibus omnino competit decretum *die* 24 *Januarii* 1682, pro Sanctis ad libitum emanatum, *S. R. C.* 20 *Novemb.* 1683, *in Lauden.:* Nihil significent præter Officia ad libitum; intellige, cum nondum sint acceptata; secus autem post acceptationem. Vide *num.* 932 *et* 1059.

573. Vicario foraneo ratione sui vicariatus nulla debetur præcedentia, seu præeminentia; et ad præpositos forenses spectat præcedentia super vicarios foraneos in processionibus, sessionibus, et aliis actibus fieri solitis occasione synodi diœcesanæ, *S. R. C.* 11 *Martii* 1684, *in Papien.* : Nulla debetur præcedentia; nisi in congregationibus Casuum conscientiæ. Vide *num.* 597.

574. Rubrica concedit usus planetarum complicatarum ante pectus diaconis, et subdiaconis ministrantibus in Missa solemni, in cathedralibus, et præcipuis ecclesiis, in diebus jejuniorum cum limitatione, ut ibi; in minoribus vero ecclesiis, ministris prædictis dat tantum usum albæ cum manipulo subdiacono, et cum stola ac manipulo diacono, *S. R. C.* 13 *Jun.* 1684, *in Angelopolitana :* In diebus jejuniorum, cum limitatione, ut ibi; videlicet excipiendæ sunt vigiliæ Sanctorum, et Dominica tertia Adventus (etiamsi ejus Missa infra hebdomadam repetatur) et quarta Quadragesimæ, vigilia Nativitatis (licet in Dominica occurrerit), Sabbato Sancto in benedictione cerei quoad diaconum tantum et in missa quoad etiam subdiaconum, ac quatuor Temporibus Pentecostes. In benedictione vero Candelarum, et processione possunt et debent uti planetis plicatis, vel in albis, ut supra in die Purificationis B. Mariæ, et in benedictione Cinerum, ac benedictione Palmarum, et processione : quam planetam diaconus dimittit cum lecturus est evangelium, eaque tunc super sinistrum humerum super stolam complicatur, aut ponitur aliud genus stolæ latioris in modum planetæ plicatæ; et facta communione resumit planetam, ut prius. Similiter subdiaconus dimittit eam cum lecturus est epistolam, quam legit in alba, et ea finita, osculataque celebrantis manu, planetam resumit, ut prius, *Rubr. Miss. cap.* 29, *num.* 6.

575. In concurrentia festorum S. Antonii Patavini confessoris, et S. Basilii episcopi et confessoris, quæ Panormi ex Indulto apostolico sub ritu majori celebrantur, Vesperæ dimidiandæ sunt, et faciendum a Capitulo de sequenti cum commemoratione præcedentis, *S. R. C.* 17 *Junii* 1684, *in Panormitana.*

576. Cum SS. D. N. Innocentius Papa XI, per universam Ecclesiam celebrari præceperit festum SS. Nominis Mariæ Dominica infra octavam Nativitatis ejusdem cum Officio et Missa propria sub ritu duplicis majoris : quod festum jam ante ex indulto apostolico, nonnullis in locis, cum indulgentiis pro Christi fidelibus Missæ solemni interessentibus *die* 17 *Septembris* celebrabatur cum Officio et Missa propriis. Institutum fuit a sac. Rit. congreg. declarari : *Primo, An cessare debeat in dictis locis tam Officium proprium, quam festum SS. Nominis Mariæ jam antea a Sede Apostolica approbatum, ita ut idem festum dicta die 17 Sept. cum dicto Officio et Missa propriis non possit amplius mutari. Secundo, An dictæ indulgentiæ etiam censeantur cessare, an vero intelligantur translatæ ad dictam Dominicam infra octavam beatæ Mariæ Virginis. Tertio, An dictum Officium et Missa pro dictis locis, aut Ordinibus regularibus possint amplius reimprimi : ac illo posthac possint iidem uti.* Et Sac. Cong. *ad dicta dubia*, ut infra. *Ad primum, Cessare debere; Ad secundum, Indulgentias pariter cessare pro illa die, et pro translatione supplicandum esse Sanctissimo; Ad tertium, Non licere. Ead. S. R. C. 17 Junii 1684, annuente Innocentio XI in sua constitutione XVI, in fine*, quæ incipit : *Nuper pro parte.* Vide *num.* 510, 580 *et* 1124.

577. Concurrente sancto antiquiori patrono civitatis cum alio sancto recentiori pariter patrono, nulla habenda est ratio de posterioritate patronatus, unde Vesperæ dimidiandæ sunt, *S. R. C.* 17 *Junii* 1684, *in Panormitana.*

578. In ecclesiis titularibus B. M. V. inter sanctorum Suffragia facienda est Commemoratio B. M. V. non obstante, quod in choro recitetur Officium parvum, *S. R. C.* 17 *Jun.* 1684, *in una Urbis, et* 14 *August.* 1691, *in Romana dubiorum.* Commemoratio de Beata Maria, id est *Sancta Maria*, etc. ut in Breviario, licet ecclesiæ dedicatio sub Assumptionis, Annuntiationis, etc. titulo esset sacrata. Vide *num.* 663.

579. Vicario apostolico in omnibus ecclesiis, et ecclesiasticis functionibus debentur tantum illæ prærogativæ, quibus gaudent Vicarii generales episcopi, et titulus illustrissimi Vicario Apostolico non debetur, *S. R. C.* 12 *Aug.* 1684, *in Spoletana, et eadem die et anno in Imolen.* Vide *num.* 16, 222 *et* 583.

580. In festo sanctissimi Nominis B. M. V. non est facienda commemoratio de ejusdem Nativitate, et in secundis Vesperis de Nativitate cadentibus in Sabbato, non est facienda commemoratio de prædicto sanctissimo Nomine, *S. R. C.* 23 *Sept.* 1684, *in Decreto generali :* Non est facienda commemoratio : Similiter in festo almæ Domus die tertia octavæ Conceptionis occurrente, ubi celebratur, *Rubr. Miss. et Brev. prop.* Vide *num.* 576.

581. In occurso non licet tranferre Officium proprium ordinis, vel diœcesis causa faciendi aliud ad libitum *S. R. C.* 2 *Decemb.* 1684, *in una Can. Reg. Lat. ad* 10 *dubium.* Vide *n.* 568.

582. In die infra octavam non potest fieri Officium licet occurrens de Sancto ad libitum, *S. R. C.* 2 *Decemb.* 1684, *in una Can. Reg. Lat. :* Infra octavam; intellige de quacunque octava. Vide *n.* 633.

583. Vicario generali debetur primus et dignior locus ac præcedentia supra primam, et alias omnes dignitates, et canonicos ecclesiæ cathedralis, tam in choro, quam in processionibus, et aliis functionibus ecclesiasticis, *S. R. C.* 2 *Decemb.* 1684, *in Meliten.* : Debetur præcedentia; intellige forsan de vicario, qui non est de gremio, ut in *num.* 16 *et* 222.

584. Qui recitat Officium de Sancto, de quo habet insignem reliquiam in propria ecclesia; si celebrat eo die in alia ecclesia, debet omittere *Credo*, *S. R. C.* 2 *Decemb.* 1684, *in una Can. Reg. Lat. et* 10 *Jan.* 1693, *in una Galliarum :* Insignem reliquiam, considerandam exhibet *n. seq.* 162 *et* 215.

585. Clerus, qui habet indultum recitandi Officia sanctorum, quorum insignes reliquiæ asservantur in aliena ecclesia, quæ habet clerum separatum, in Missis non debet dicere *Credo*, *S. R. C.* 2 *Dec.* 1684 *in una Can. Reg. Lat.* Vide *n. ant. et* 640.

586. In Missis votivis privatis de SS. Sacramento, et de Officio duplici, quæ celebrantur in ecclesiis, ubi adest Sacramentum expositum, occasione quadraginta Horarum, non dicitur *Credo*, nisi aliter competat Missæ Officii duplicis de die, *S. R. C.* 2 *Decemb.* 1684, *in una Can. Reg. Lat. :* Non dicitur *Credo*, neque Hymnus Angelicus etiam tempore Paschali, *Rub. Miss. c.* 8, *n.* 4.

Digitized by Google

587. In Missa privata de Sancto duplici, vel semiduplici, de quo tali die fit Officium, potest quidem fieri commemoratio de SS. Sacramento exposito occasione quadraginta Horarum, sed omittenda in festis primæ et secundæ classis. *S. R. C.* 2 *Decemb.* 1684, *in una Can. Reg. Lat.:* Occasione quadraginta Horarum. An id intelligatur etiam in aliis expositionibus. Vide *n.* 1223.

588. Durante expositione sanctissimi Sacramenti occasione quadraginta Horarum, regulariter celebrari non potest Missa privata de *Requiem*, licet occurrat Officium hujusmodi Missas admittens, neque cantari potest Missa Defunctorum pro adimplenda mente testatoris, sive anniversario satisfaciendo; *S. R. C.* 2 *Dec.* 1684, *in una Canon. Reg. Lat.:* Occasione quadraginta Horarum. Adde etiam pro publica causa, licet Sacramentum sit inclusum in pyxide. Vide *n.* 1224.

589. In Missa privata de festo semiduplici, simplici, seu votiva, vel de infra octavam, sive de feria non privilegiata, potest in penultimo loco dici collecta pro particulari defuncto, puta, *Inclina*, vel *Deus qui nos Patrem, etc.*, et similia, sed ob id non est omittenda ulla ex collectis pro tempore assignatis, puta: *A cunctis*, vel *Ecclesiæ*. *S. R. C.* 2 *Dec.* 1684, *in una Can. Reg. Lat.:* Pro particulari defuncto. Quoad defunctos in generali, require *num.* 558.

590. Qui in Sabbato infra aliquam octavam B. M. V. recitat Officium de aliquo Sancto eo die occurrente, volens celebrare Missam votivam de B. V. tenetur quidem dicere Missam festivam cum *Gloria*, sed sine *Credo*, *S. R. C.* 2 *Decemb.* 1684, *in una Can. Reg. Lat.:* Cum *Gloria*, sed sine *Credo*. Extra Sabbatum omittitur etiam *Gloria*. Vide *num. seq. et* 67.

591. Qui in Sabbato recitat Officium de B. M. V. volens celebrare Missam votivam de aliquo Sancto, non debet dicere *Gloria*, neque Præfationem B. M. V. sed communem, *S. R. C.* 2 *Decemb.* 1684, *in una Can. Reg. Lat.* Vide *num. ant.* Præfationem... communem: vel de octava, si non habeat propriam. Vide *num. ant.* 67 *et* 851

592. In ecclesiis B. M. V. dicatis, seu aliis Sanctis, ubi adest immemorabilis consuetudo cantandi Missam votivam de B. M. V. singulis Sabbatis, licite continuari potest, etiamsi occurrat Officium duplex, dummodo non omittatur suo tempore Missa conventualis, *S. R. C.* 2 *Dec.* 1684, *in una Can. Reg. Lat.* Missam votivam: post Nonam; *Rub. cap.* 15, *n.* 4: Continuari potest. Qui vero dies excipiendi sint. Vide *n.* 264.

593. Non est omittenda una ex assignatis orationibus in Missa, veluti tertia *A cunctis*, si secunda esset de Festo simplici, ut ejus loco dicatur oratio imperata, veluti *Deus refugium;* sed post tertiam Orationem *A cunctis* potest et imperata dici, cum in Missa de semiduplici, vel simplici, vel votiva, non sint necessario dicendæ collectæ impares, puta tres, quinque, vel septem. *S. R. C.* 2 *Dec.* 1684, *in una Can. Reg. Lat.:* Non sunt necessario dicendæ collectæ impares. An id faciendum in Missis Defunctorum, consule *n.* 1103.

594. In exsequiis post absolutionem, quæ fit supra cadaver in die obitus, vel supra tumulum in die anniversario, dicto *Requiescant in pace*, subjungi debet: *Anima ejus, et animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace:* sed super lecticam, seu castrum doloris in Commemoratione omnium fidelium defunctorum, nihil est superaddendum, *S. R. C.* 2 *Dec.* 1684, *in una Can. Reg. Lat.* Vide *n.* 687. Hoc decretum quoad secundam partem habet locum, quotiescunque celebratur Officium pro omnibus Defunctis.

595. In Missa Patroni minus principalis non debet dici *Credo*, et particulam Patroni intelligendam esse de Patrono principali tantum, nec posse extendi ad minus principales statuit *S. R. C.* 2 *Decemb.* 1684, *in Beneventana, et* 15 *Sept.* 1691, *in Lycien.:* Non debet dici *Credo*. Nec potest suffragari consuetudo contraria. Vide *n.* 1191.

596. Si festum SS. Nominis B. M. V. quod sub ritu duplici majori celebrari debet Dominica infra octavam Nativitatis ejusdem, occurrerit in die octava dictæ Nativitatis, Officium erit de dicto sanctissimo Nomine, omissa in utrisque Vesperis et Laudibus commemoratione de prædicta octava Nativitatis, *S. R. C.* 15 *Sept.* 1685, *in una Officii Nominis B. M. V. Innoc. XI annuente* 25 *ejusdem.* Officium erit de dicto SS. Nomine, ob speciale privilegium. Vide *n.* 731. Vide etiam *n.* 580.

597. Vicarii foranei in functionibus ecclesiasticis, nimirum Missis, Vesperis, et processionibus, sessionibus locorum, aliisque similibus, non debent præcedere archipresbyteris, aliisque curatis parochialium. In congregationibus vero Casuum conscientiæ, quæ solent fieri, debent præcedere supra omnes, etiam archipresbyteros, *S. R. C.* 20 *Febr.* 1686, *in Imolen.* Vide *n.* 473.

598. Præceptum, quod in nocte Nativitatis Domini post Missam decantatam non possint successive aliæ duæ Missæ celebrari, nec communio exhiberi eucharistica fidelibus deposcentibus], ligat etiam omnes Regulares tum ordinis Mendicantium, tum etiam Societatis Jesu, tum omnes cujuscunque alterius Instituti, etiam speciali mentione nominandi. Neque possunt excipi in ecclesia confessiones, maxime mulierum, durante tempore nocturno, sed exspectandum est, ut illucescat aurora tam pro confessionibus mulierum excipiendis, quam pro Eucharistia ministranda fidelibus utriusque sexus, *S. R. C.* 23 *Mar.* 1686, *in Senen., et* 15 *Sept.* 1686, *in Calaguritana.* Vide *n.* 285.

599. Reliquiæ sanctorum, quæ deferantur in processionibus per civitates et oppida, non debent deferri sub baldachino, *S. R. C.* 23 *Martii* 1686, *in Calaguritana.* Vide *n.* 255.

600. Anniversaria, sive Missæ quotidianæ cantatæ de *Requiem*, relictæ ex dispositione testatorum, pro certis diebus, iisque impeditis die Dominico, seu alio festo de præcepto, cantari possunt in diebus subsequentibus, seu antecedentibus, in quibus occurrunt Officia de festo duplici majori, non tamen de præcepto, præcipue de Sanctis proprii Ordinis, non relicta tamen Missa in cantu de festo duplici minori occurrente, quatenus adsit onus cantandi, *S. R. C.* 4 *Maii* 1686, *in una Can. Reg. Lat.* Diebus subsequentibus, seu antecedentibus: sed satius est prævenire. Vide *n.* 19.

601. Cum primum accipitur nuntium de obitu in loco dissito alicujus de gremio, potest statim cantari Missa de *Requiem*, ut in die obitus pro ejus anima in festo duplici majori, vel minori, non tamen de præcepto, ut citius suffragetur animæ defuncti, non relicta tamen in cantu de festo duplici minori occurrente, quatenus adsit obligatio cantandi, *S. R. C.* 4 *Maii* 1686, *in una Can. Reg. Lat.* De præcepto: audiendi sacrum, et abstinendi ab operibus servilibus. Vide *n.* 1300.

602. In anniversario translato ob festum de præcepto non variari debet oratio: *Cujus anniversarium depositionis diem commemoramus;* sed recitanda prout in Missali, *S. R. C.* 4 *Maii* 1686, *in una Can. Reg. Lat.* Vide *n.* 19 *et* 1300.

603. Si festum Exaltationis SS. Crucis occurrat in Dominica infra octavam Nativitatis B. M. V. in qua celebrandum est festum sanctissimi Nominis B. M. V., tunc Officium Nominis B. M. V. transferendum est ad primam diem festo novem lectionum non impeditam, *S. R. C.* 20 *Jul.* 1686, *in una Dubiorum.* Vide *n.* 596.

604. Quando in Missa solemni concionator post salutationem Angelicam, salutat ministros altaris, seu facit reverentiam, non est incongruum si mi-

Digitized by Google

nistri altaris, et ipse celebrans correspondeant salutationi concionatoris discooperiendo caput, *S. R. C.* 20 *Jul.* 1686, *in Angelopolitana :* Salutationem Angelicam : quæ semper dicitur etiam tempore Paschali, non vero *Regina cœli*. *Cærem. episc. l.* 1, *cap.* 22, *n.* 5. Vide etiam *n.* 629.

605. In Natali Domini in tribus Missis post sumptionem sanguinis, eundo et redeundo in medium altaris, non est facienda genuflexio, vertendo se Celebrans ad *Dominus vobiscum*, et ad dandam benedictionem debet renes vertere ad altare, licet species vini non sint exsiccatæ in calice; et serventur rubricæ Missalis Romani de ritibus servandis in celebratione Missarum 11 et 12, *n.* 2. *S. R. C.* 20 *Jul.* 1686, *in Angelopolitana :* Serventur rubricæ Missalis; in quibus nullam genuflexionem faciendam esse præscribitur, *Rub. prop.* Vide *n.* 707.

606. In concurrentia plurium Officiorum æqualis ritus, sive martyrum, vel confessorum, aut virginum, vel viduarum, minime attenditur dignitas eorum, sed præferenda sunt festa posteriorum, si celebrentur pompa solemniori, aut sint ex illis festis, quæ celebrantur in propriis locis, et ecclesiis : et hoc juxta verba Rubricæ de concur. Officii *tit.* 15. *n.* 2, *inter festa æqualis ritus*, etc. *S. R. C.* 20 *Julii* 1686, *in Tridentina :* Juxta verba rubricæ. Vide *n.* 522.

607. In die Commemorationis omnium fidelium defunctorum potest fieri Officium de festo duplici minori, sed Missæ privatæ sunt celebrandæ de *Requiem*. *S. Rit. C.* 5 *Octobr.* 1686, *in una Urbis, et* 27 *Sept.* 1698, *in una S. Germani Montis Cassini :* De duplici minori; etiam translato. Vide *n.* 733. Missæ privatæ. Quid de Conventuali statuatur, vide *n.* 4.

608. Vicario generali in functionibus ecclesiasticis, in choro, processionibus, synodo, et aliis actibus publicis et privatis competit præcedentia supra capitulum cathedralis : *S. R. C.* 13 *Mart.* 1688, *in Lauden.* Competit præcedentia supra capitulum : cum restrictione vero, ut in *n.* 16 *et* 222.

609. Proposito dubio, an declarationes Alex. VII et Clementis XI, sibi locum vindicarent etiam in diebus Dominicis, et infra octavas Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, et Corporis Christi, aliisque anni diebus, quibus, licet a festo duplici non impediantur, adhuc tamen Missæ defunctorum juxta ritum Ecclesiæ celebrari nequeunt, quatenus nimirum Missæ, quas iisdem diebus celebrare licet, servata cæteroquin privilegiatorum forma, ad Altaria privilegiata celebrarentur. Et responsum fuit ; prædictorum pontificum declarationes pro omnibus diebus, quibus juxta Rubricas Missæ defunctorum celebrari non possunt, intelligendas esse. *S. R. C.* 3 *Apr.* 1688, *in decreto generali ab Innocentio XI confirmato per Breve, quod incipit*, Alias postquam, *datum die* 4 *Maii* 1688.

610. Festum Nativitatis S. Joannis Baptistæ præferri debet festo Dedicationis ecclesiæ; et habere integras secundas Vesperas cum commemoratione tantum sequentis. In festo autem Dedicationis Vesperæ sunt dimidiandæ, et a Capitulo debet fieri de sanctis Patronis cum Commemoratione Dedicationis ut in utroque casu præscribitur in Rubrica de concurrentia, num. 2, versu *Inter festa*. Ita pariter infra octavas dictorum festorum, nempe S. Joannis Baptistæ, et Dedicationis, etc., faciendum est officium de octava S. Joannis Baptistæ, cum comm. octavarum Dedicationis, et SS. Patronorum, seu Titularium ecclesiæ, ut in tabella de concurrentia *n.* 7, et Gavantus in Rubr. *sect.* 3, *cap.* 8, *n.* 6, *S. R. C.* 21 *August.* 1688, *in Aquileiensi.* Festum Nativitatis S. Joannis Baptistæ præferri debet festo Dedicationis. An alia duplicia primæ classis habeant locum a dedicatione ecclesiæ, et quid de octava omnium Sanctorum in concursu octavæ Dedicationis, consule *num.* 660, 920, 1251. *Gavant. in Rubrica sect.* 3, *c.* 8, *n.* 9, ubi legitur : *In eadem vero classe attende personas hoc ordine, Christum, beatam Virginem, angelos, S. Joannem Baptistam, apostolos, et alios juxta ordinem Litaniarum, et Rubricarum* De concurrentia officii, *n.* 2. *et cæteris paribus, dignior est octava quam celebrat universalis Ecclesia. Gavantus loc. cit.*

611. Occurrente die octava Dedicationis cum festo Visitationis beatæ Mariæ Virginis, faciendum est officium de octava, translato officio Visitationis. *S. R. C.* 21 *Aug.* 1688, *in Aquileien.* Faciendum est officium de octava; quæ non cedit, nisi duplicibus primæ, aut secundæ classis. Vide *num.* 653 *et* 661.

612. Quando parochi non sunt de gremio Capituli, præcedentia debetur beneficiatis supra parochos, secus vero si parochi habent stallum in choro, et sunt de gremio illius capituli, *S. R. C.* 22 *Aug.* 1688. *in Bituntina.* Vide *num.* 567.

613. Occurrente festo S. Marci die Dominico, in Missa Rogationum non dicitur *Credo*, quia est Missa ferialis, *sacr. Rit. congr.* 25 *Septemb.* 1688, *in Mutinen.:* Die Dominico. Adde etiam infra octavam Paschatis. Vide *num.* 701.

614. Occurrente eodem die festo novem lectionum Kalendarii particularis cum altero festo Kalendarii universalis, quæ tamen sint ejusdem ritus, prius recitari debet de festo Kalendarii particularis, et postea universalis, *S. R. C.* 22 *Jan.* 1689, *in Senogallien.* Ejusdem Ritus, dignitatis, et solemnitatis, Vide *num.* 554.

615. Quando occasione belli contra Turcas dicitur Collecta, vel Missa contra Paganos, non potest mutari nomen Paganorum, dicendo Turcarum, vel hæreticorum, *S. R. C.* 30 *Jul.* 1689, *et antea* 4 *April.* 1626, *in Egitanien.*

616. Canonici Sacerdotes, quamvis possessione canonicatus posteriores, ubi præbendæ non sunt distinctæ, semper et ubique præferendi sunt canonicis inferioris ordinis, etiam possessione canonicatus anterioribus, non obstante immemorabili consuetudine, quam abusum impræscriptibilem esse declaravit, *S. R. C.* 30 *Jul.* 1689, *in Sutrina.* Secus, ubi præbendæ sunt distinctæ. Vide *num.* 263.

617. Vicario generali quotidiano habitu induto, sive, si sit protonotarius, cum rochetto, et mantelletta, danda est præcedentia semper et ubique super omnes dignitates, et canonicos sacris vestibus non indutos, *S. R. C.* 30 *Jul.* 1689, *in Isclana :* Semper et ubique; Servatis vero iis, quæ in *n.* 16 *et* 222.

618. In Missis votivis B. M. V., quæ recitantur in Sabbato dicitur *Gloria in excelsis Deo*, etiamsi non fiat Officium de eadem, *S. R. C.* 30 *Jul.* 1689, *in una Ord. Capuccin.*

619. In processione solemni SS. Corporis Christi, quando processio sistit, sacerdos celebrans, subdiaconus, et diaconus non debent sedere, neque in scamno, neque in sedibus, etiamsi deferantur ad ornatum tantum, *S. R. C.* 21 *Jan.* 1690, *in Hispalen.:* Quando processio sistit; præcipue propter longitudinem, tunc in aliqua Ecclesia poterit super Altare deponere SS. Sacramentum, et aliquantulum quiescere, et ibidem, antequam discedat, thurificare Sacramentum, et orationem de eodem cantare: quod tamen non passim in singulis ecclesiis, vel ad singula altaria, quæ forsitan per viam constructa, et ornata reperiuntur, faciendum est, sed semel tantum, vel iterum, *Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 33, *num.* 22.

620. In Sabbato Sancto etiamsi occurrat festum Annuntiationis B. M. V., celebratio Missarum privatarum omnino prohibetur in quibuscunque ecclesiis, et oratoriis, tam publicis, quam privatis, non obstante quacunque contraria consuetudine : sed unica tantum Missa conventualis una cum Officio ejusdem Sabbati Sancti celebretur, *S. R. C.* 11 *Febr.* 1690, *approbante Alex. VIII :* In oratoriis tam publicis, quam privatis; etiam nobilium lai-

Digitized by Google

corum, quæ proscriptio quoad oratoria privata se extendit ad diem primam Paschatis, Pentecostes, Nativitatis Domini, et alios solemniores dies, quos inter etiam enumerantur dies Epiphaniæ, et Ascensionis Domini, Annuntiationis, et Assumptionis beatæ Mariæ Virginis, omnium Sanctorum, nec non SS. Apostolorum Petri, et Pauli, ac Titularis Ecclesiæ loci. Jus erigendi oratoria privata privative habet solus Papa arbitrio episcopi propriæ diœcesis duraturum, *Constitut. Bened. XIV*, 2 *Junii* 1751, quæ incipit *Magno animi nostri mœrore.* Et hoc non licere etiam Regularibus cujuscunque Ordinis, Instituti, Congregationis, etiam Societatis Jesu, aut etiam cujuscunque Ordinis Militaris, etiam S. Joannis Hierosolymitani, aut aliis quibuscunque sacerdotibus, etiamsi episcopi essent, addita Regularibus prohibitione, pro cujus obedientia episcopi etiam per censuras operam dare tenentur, ne in privatis Regularium cellis sive cubiculis erigatur altare pro Missa celebranda, remota etiam consuetudine immemorabili. Episcopis autem et his majoribus prælatis, etiamsi cardinalatus dignitate fulgentibus, licet ex privilegio in corpore juris clauso possint altare erigere, tamen quocunque titulo suffragante, nullo modo licet extra domum propriæ habitationis, in domibus laicis, tam in sua, quam in aliena diœcesi, celebrare, seu celebrare facere : quæ prohibitio intelligenda non est de domibus etiam laicis, in quibus dicti episcopi forte, occasione visitationis, vel itineris, hospitio excipiuntur in casibus a jure permissis, vel de speciali Sedis Apostolicæ licentia absentes a domo propriæ habitationis, Clemens XI, 15 Decemb. 1703, Innoc. XIII, 13 Maii 1723, in const. quæ incip. *Apostolici ministerii* confirmata a Benedicto XIII, 17 Sept. 1724, in alia, quæ incip. *In supremo* 23 Sept. 1724. Vide *num. seq.* 639, 672, 780 *et* 1249.

621. Si festum SS. Annuntiationis Mariæ occurrat in feria sexta in Parasceve, vel in Sabbato Sancto, transferatur una cum præcepto audiendi Missam, et vacandi ab operibus servilibus ad feriam secundam post Dominicam in Albis, etiam quocunque alio festo impeditam ; ita ut eadem feria, prædicto casu eveniente, perpetuis futuris temporibus pro sede propria et fixa, memorato festo Annuntiationis assignata, et stabilita intelligatur; et in illa eo prorsus modo et forma præfatum festum quoad Officium et Missam celebretur, quibus propria die vicesima quinta Martii in Kalendario Romano appositum celebraretur, protractis ad aliam diem non impeditam juxta rubricas Breviarii Romani omnibus aliis festis in eadem feria occurrentibus, quæ non sint altioris ritus, *S. R. C.* 11 *Februar. et* 11 *Martii* 1690, *approbante Alex. VIII et Clem. XI*, 15 *Martii* 1712, *constit.*, *quæ incipit* Italice : *Occorrendo nel Venerdì Santo :* Eo prorsus modo, et forma ; servatis iis, quæ ad Paschale tempus conveniunt, *Rubric. Missal. et Brev. prop.* Vide attente recens decretum sub *num.* 1255.

622. In patronorum, sive protectorum præcedentia servandus est ordo hierarchiæ ecclesiasticæ, et inter ordinem hierarchicum attendenda est anterioritas in electione, *S. R. C.* 11 *Mart.* 1690, *in Lycien.* Vide *num.* 522 *et* 572.

623. In Ecclesiis titularibus sub invocatione S. M. Angelorum (apud Minores S. Francisci) Officium cum Missa faciendum est ut in festo S. M. ad Nives, sed lectiones secundi Nocturni sumendæ sunt a secundo Nocturno diei Nativitatis ejusdem B. V. mutato verbo *Natali* in verbum *Festivitate*, *S. R. C.* 10 *Jun.* 1690, *in una Ord. Min. de Observ.:* Apud Minores S. Francisci; et Capuccinos, an apud alios, Vide *num.* 844 *et* 1235. Mutato verbo Natali in Festivitate, ad primam lectionem secundi Nocturni, ubi dicitur: *Tantæ Virginis illustrata Festivitate; Brev. Rom. de die Nativitatis beatæ Mariæ.*

624. Non licet aliquid ex devotione, seu auctoritate privata miscere, mutare, vel opponere inter ea quæ integrant Officia cujusvis diei, quia in Officiis sanctorum nihil est addendum, vel immutandum nisi a Sede Apostolica concessum fuerit, *S. R. C.* 10 *Jun.* 1690, *in una Ord. S. Benedicti.* Hoc decretum est conforme bullæ S. Pii V quæ incipit *Quod a nobis*, datæ Romæ septimo Idus Julii 1568. Vide *num.* 631.

625. In processionibus, in quibus defertur sanctissimum Sacramentum, vel lignum Crucis, tam clerus, quam sæculares detecto capite incedere debent : in aliis vero processionibus, in quibus deferuntur reliquiæ, vel statuæ sanctorum, tunc sæculares, et ecclesiastici, qui eas deferunt, detecto capite, alii vero clerici possunt incedere tecto capite cum birreto : quando vero non gestantur reliquiæ, magistratus ad instar cleri potest incedere capite cooperto, *S. R. C.* 18 *Jun.* 1690, *vel* 2, *Sept. in Cajetana :* Lignum Crucis majori solemnitate, quam aliæ reliquiæ, in processionibus deferendum. Vide *num.* 1274.

626. Festa sanctorum celebranda sunt eo die, quo cadunt. Verum si incidant in diem impeditam, transferenda sunt in alteram diem non impeditam juxta rubricas Breviarii Romani, neque immutari possunt de licentia Ordinariorum, ut pluries decrevit, *S. R. C.* 2 *Septemb.* 1690, *in Panormitana*, et signanter 14 *Novem.* 1620, *in Alben. et* 22 *Novemb.* 1631, *in Toletana, nec non* 3 *Decemb.* 1630, *in Syracusana :* Juxta rubricas Breviarii; videlicet de Translatione festorum, servato ordine ut in *n.* 522. Nec immutari possunt, nisi sint perpetuo impedita. Vide *num.* 1196.

627. Vicario generali nunquam competit præcedentia supra canonicos sacris vestibus indutos, neque in choro, neque in processionibus, nec competit usus sacrarum vestium, nisi sit de gremio capituli, et eo casu stare debet in loco suæ receptionis, juxta alias resoluta, *S. R. C.* 2 *Dec.* 1690, *in Adjacen.* Vide *num.* 16 *et* 222.

628. Etsi secundum regulas Breviarii Romani, cum plura festa æqualis ritus transferenda sunt, unum ante aliud transferri debeat eo ordine, quo erant celebranda propriis diebus : attamen quia anno 1690, specialis prærogativa concessa fuit translationi festi Annuntiationis Mariæ incidentis in feriam VI Parasceve, vel Sabbatum Sanctum, idcirco ob specialem reverentiam Dominicæ Incarnationis hoc speciali privilegio decoratur idem festum Annuntiationis, nimirum ut quotiescunque contigerit festum prædictum, etiam quoad solum Officium, post octavam Paschæ transferri, idem cæteris semper festis æqualis ritus præponatur, licet temporis ordine sit in Kalendario posterius illis, *S. R. C.* 14 *Jun.* 1691, *in Decreto generali.* Resolutiones quamplurimæ de hac Annuntiationis solemnitate. Vide sub *num.* 621.

629. Concionator absente episcopo debet prius salutare canonicos cathedralis in apparatu chorali capitulariter sedentes, et deinde gubernatorem sæcularem civitatis, *S. R. C.* 11 *August.* 1691, *in Vercell. Salutationis.* Vide *num.* 604.

630. Officia sanctorum ratione corporis, seu insignis reliquiæ recitanda, intelligi debent de sanctis duntaxat in Martyrologio Romano descriptis, et dummodo constet de identitate corporis, seu reliquiæ insignis illiusmet sancti, qui reperiatur in Martyrologio Romano descriptus. De cæteris autem sanctis in prædicto Martyrologio non descriptis, aut quibus a S. Sede non fuerit specialiter concessum, Officia recitari, et Missæ celebrari non debent, non obstante quod ipsorum corpora, vel insignes reliquiæ in Ecclesia asserventur, quibus tamen ab Ordinariis locorum approbatis, debita fidelium veneratio (prout hactenus servatum est) exhibeatur, sed absque Officio et Missa, sub pœnis

Digitized by Google

de non satisfaciendo præcepto recitandi Officium, aliisque in constitutione S. Pii V, contentis, *S. R. C.* 11 *August.* 1691, *in decreto generali approbante Innoc. XII*, 19 *Octob. ejusdem anni in decreto*, *quod incipit* Cum sacra Rituum congregatio, *et Clem. XI, die* 29 *Septemb.* 1714, *constitut. quæ incipit* Cum occasione Missalis. Vide *num.* 162 *et* 215. Vide etiam *num.* 1224 : In constit. S. Pii V, quæ incipit *Quod a nobis*, die 9 Julii 1568 edita.

631. Sanctorum Officia, concessiones, lectiones, orationes, antiphonæ, et responsoria, aliaque hujusmodi, imposterum a typographo camerali duntaxat imprimantur; et inhibetur omnibus impressoribus, seu typographis tam in Urbe, quam extra, ubivis locorum, dicta Officia imprimere, nisi facultate in scriptis accepta ab inquisitoribus hæreticæ pravitatis, si inibi fuerint, sin minus a locorum ordinariis, qui quidem facultatem hujusmodi non prius concedent, quam originale sumptum S. Congregationis, vel exemplar typographi cameralis authenticum manu secretarii ipsius Sac. Congregationis, et sigillo obsignatum ipsis exhibeatur, quod exemplar in nihilo prorsus immutatum, nihilque in eo additum, sive detractum in eo imprimi debeat. *S. R. C.* 11 *August.* 1691, *approbante Innocent. XII, die* 19 *Octobr. ejusdem anni.* Vide *num.* 624.

632. Quæcunque dies octava B. M. V. debet habere integras utrasque Vesperas in concurrentia cum quocunque Officio duplici minori *S. R. C.* 11 *Augusti* 1691. *in Romana Dubiorum.* Vide *num.* 523.

633. Officia ad libitum occurrentia infra octavas non privilegiatas, etiam particulares, et propriæ religionis, omittenda sunt. *S. R. C.* 11 *Aug.* 1691. *in Romana Dubiorum.* Vide *n.* 581.

634. In feria VI post octavam Ascensionis potest fieri de festo semiduplici translato, *S. R. C.* 11 *Aug.* 1691, *in Romana Dubiorum :* De festo semiduplici translato, an commemoratio feriæ in Missa facienda. Vide *n.* 819.

635. Canonici semper, et quandocunque tenentur in Missis solemnibus, et conventualibus, quæ a dignitatibus, et ab ipsis cantantur per gyrum, præcipue in diebus festis ex obligatione capitulari, assistere sibimetipsis gradatim in ministerio subdiaconi et diaconi, nec possunt substituere alios simplices sacerdotes non de gremio capituli ad exercendum Officium subdiaconi et diaconi in hujusmodi solemnium Missarum celebrationibus, etiam assistente episcopo, non obstante quacunque contraria consuetudine, *S. R. C.* 15 *Sept. et* 15 *Decemb.* 1691 *in Sarnen. et postea* 14 *Jun.* 1692 *in una Bituntina :* In ministerio diaconi et subdiaconi, canonico pœnitentiario semper excepto. Vide *n.* 490.

636. A die 17 Decembris inclusive, usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusive fieri potest quodcunque Officium duplex, vel semiduplex, occurrens, vel translatum, sed in utriusque Vesperis pro commemoratione feriæ dicuntur antiphonæ majores : tunc occurrentes *S. R. C.* 17 *Maii* 1692, *in Florentina, et prius* 5 *Mart.* 1664, *in Neapolitana.* Antiphonæ majores : quæ etiam in festis primæ classis non omittuntur, et semper, etiam in ritu semiduplici, duplicantur. *Rubr. Brev. prop.* Vide *num.* 79.

637. Licitum est episcopo incedere cum mitra, quando defert reliquiam ligni sanctissimæ crucis in processionibus, *S. R. C.* 14 *Jun.* 1692, *in Maceraten :* Reliquiam SS. Crucis, sub baldachino deferri, incensantibus duobus thuriferariis, concedit *S. R. C. n.* 1238. Clerus vero et populus detectis capitibus incedant. Vide *n.* 625.

638. Ubi celebratur festum SS. Gabrielis, vel Raphaelis archangeli, ad octavam benedictionem dicatur : *Cujus festum colimus*, non vero *quorum festum, etc. S. R. C.* 13 *Sept.* 1692, *in Hispalen.*

639. Si festum S. Joseph occurrat in feria v majoris hebdomadæ, ejus officium transferendum erit ad aliam diem juxta rubricas Breviarii Romani, et Decreta S. Congregationis ; cæterum præceptum audiendi Missam, et vacandi ab operibus servilibus non erit transferendum, sed servandum in prædicta feria v, adeoque per ordinarios locorum accurate providendum, ut eo die aliquæ quidem Missæ privatæ ante celebrationem solitæ Missæ conventualis celebrandæ pro præcepti adimplemento non desint : sed tamen propterea antiquus mos communionis cleri in Missa solemni illius diei, quo ecclesia SS. Eucharistiæ Sacramenti institutionem, et memoriam recolit, summa religione hactenus retentus, nullatenus omittatur. *S. R. C.* 13 *Sept.* 1692. *Innocent. XII, in suo Bullario confirmante, constit. quæ incipit* Cum anno : Decreta Sacræ Congregationis ; sub *num.* 621 et 626. Ac idem prorsus agendum de festo Annuntiationis. Vide *numer.* 620 et 642.

640. Si officium et Missa de aliquo sancto celebrentur in cathedrali, vel matrice, seu parochiali propter insignem reliquiam, quæ ibi asservatur, non potest celebrari per civitatem, sed in ipsa sola ecclesia, ex decreto Sacræ Congregationis, contra abusus, edito 8 Aprilis 1628, et impresso in Missali et in Breviario Romano. Si officium concessum fuit universo clero civitatis de aliquo sancto, cujus insignis reliquia asservatur in cathedrali, vel matrice, seu parochiali, tunc Missa cum symbolo celebranda est in ipsa ecclesia tantum; in aliis vero ecclesiis sine Symbolo, ex rubrica Missalis Romani *n* de Symbolo, juxta decretum 2 *Decemb.* 1684 *in una Ord. Can. Lat. S. R. C.* 10 *Jan.* 1693, *in una Galliarum.* Vide *num.* 584. *seq.*

641. Ubi est confraternitas SS. Sacramenti, quando in una Dominica cujuslibet mensis fit processio intra vel extra Ecclesiam una cum SS. Sacramento, debet dici Missa de Dominica. *Sac. R. C.* 10 *Jan.* 1693, *in una Galliarum.* Missa de Dominica : cum colore conformi, etiamsi violaceo. Vid *num.* 1127, 1241 et 1255.

642. Quando festum Annuntiationis B. M. V. occurrit in Sabbato Sancto, Missæ privatæ celebrari non possunt; et festum Annuntiationis transferendum erit ad feriam secundam post Dominicam in Albis, tanquam ad diem propriam et fixam, juxta decretum 11 Feb. et 11 Mart. 1690. Quando vero occurrit in feria quinta in Cœna Domini, servandum est decretum generale pro festo S. Joseph editum 13 Sept. 1692, *Sac. R. C.* 10 *Jan.* 1693, *in una Galliarum :* Quando occurrit in Sabbato Sancto. . transferendum erit . . . tanquam ad diem propriam, juxta decretum 1690 : Hodie etiam secundum aliud generale 2 Sept. 1741, emanatum. Vide *num.* 1095. Quando occurrit in feria v servandum est decretum generale 13 Sept. 1692, sub *n.* 639. Adde aliud quoque 20 Jul. 1748, positum sub *n.* 1234.

643. Missæ privatæ de *Requiem*, corpore præsente et insepulto, dici non possunt diebus, quibus fit de Officio duplici, vel aliis a rubrica vetitis, et quamcunque consuetudinem tanquam abusum abolendam juxta dispositionem rubricæ Missalis Romani de Missa defunctorum *num.* 2, in fine, et decreta Sacræ Congregationis, et signanter generale 5 Aug. 1662, servanda esse mandavit, *S. R. C.* 10 *Jan.* 1693, *in una Galliarum* Vide *n.* 19 et 76.

644. In Missa solemni de feria commemoratio non est facienda de Sancto semiduplici occurrente, cujus Missa pariter cantanda est absque commemoratione feriæ, et in utrisque Missis tempore Passionis dicenda est tantum secunda oratio *Ecclesiæ*, vel pro Papa, ut docet Gavantus. In Missis autem privatis de festo semiduplici, cum sit clara dispositio rubricæ IX de Oratione *n.* 5, dicenda est secunda oratio de feria, tertia *Ecclesiæ*, vel pro Papa; de simplici vero facienda est commemoratio juxta eamdem rubricam, *S. R. C.* 10 *Jan.* 1693, *in una*

Digitized by Google

*Galliarum*. Tempore Passionis : Adde etiam infra octavas Paschatis, et Pentecostes. Vide *num*. 1040. De simplici : etc . . . . juxta eamdem rubricam in qua legitur : *Occurrente vero simplici, hæc omittenda erunt, siculi et in Missis ferialibus a Dominica Passionis usque ad feriam V in Cœna Domini. Rub. Miss. cit.*

645. Si in die S. Marci post processionem in ecclesia minori, seu non collegiata cantetur unica Missa, ipsa debet esse de Rogationibus, et servanda est Rubrica Missalis Romani posita ante Missam festi S. Marci, ubi præscribitur, quod de prædicto sancto cantanda est Missa tantummodo, quando processio terminatur ad ecclesiam eidem sancto dicatam, quemadmodum cavetur in Cæremoniali episcoporum *lib.* 2 *cap*. 32, et decrevit sac. Congregatio 23 Maii 1603, et alias pluries. *S. R. C.* 10 *Jan*. 1693. *in una Galliarum:* De Rogationibus; sine *Gloria* et *Credo*, licet die Dominico, vel infra octavam Paschæ. Vide *num*. 613 683 et 701.

646. Quæsitum fuit a *S. R. C.* declarari : si Officium duplex Romanum de præcepto cadat in die, quo fit Officium de sancto proprio alicujus diœcesis, vel religionis, et tale Officium proprium habeat octavam, utrum Romanum transferendum sit post octavam Officii proprii, vel de eo fieri infra octavam, et ei assignari dies fixus. Si Romanum sit semiduplex ad libitum, utrum transferri post octavam, vel locus fixus infra octavam ei assignari possit. Si Romanum, et proprium sit ejusdem classis, et neutrum habeat octavam, de quo fieri debeat Officium, de Romano, an de proprio, si occurrat eodem die. Sacra autem Congregatio respondit; in occurrentia Officii duplicis Kalendarii Romani cum Officio proprio habente octavam, de eo (scilicet de duplici Romano) fieri debere infra octavam prima die alio festo duplici, vel semiduplici non impedita juxta rubricam VII, Breviarii Romani *de Octavis num*. 3, *et* 10, *de Translatione festorum num*. 3, Quoad secundum, de Officio semiduplici fieri debere die immediate sequenti, scilicet 2 die infra eamdem octavam, quæ si fuerit alio festo duplici, vel semiduplici impedita, prædictum Officium transferendum esse post octavam juxta rubricam x de translatione *num*. 5. Neutrum tamen transferri debere in diem fixam, nisi aliter indultum fuerit a Sede Apostolica ; Officia autem ad libitum, sive sub ritu semiduplici, sive duplici infra dictam octavam occurrentia, non posse transferri, sed debere omitti ex Decreto generali de Officiis sanctorum ad libitum non transferendis edito sub die 24 Januar. 1682. Si Officium Romanum, et proprium sint ejusdem ritus, servari debere rubricam x. *de Translatione festorum num*. 9. *S. R. C.* 10 *Jan*. 1693, *in una Galliarum ad primum dubium*. Si sint ejusdem ritus, servari debere rubricam x, *de Translatione num*. 6, nempe *si duo vel plura festa novem lectionum, simul eodem die veniant, fiat officium de majori, id est de duplici, et semiduplicia transferantur. At si omnia fuerint duplicia, vel semiduplicia, fiat de digniori, seu solemniori ; et quæ minoris solemnitatis sunt, transferantur.* Si forte per omnia in paritate æquali inveniantur, habeat locum officium particulare, et Romanum transferatur, prout decisum fuit 22, Jan. 1689, Vide *num*. 614. Quæ vero sint festa inter se digniora ; Vide *num*. 514.

647. An Officium Translationis patroni, de quo fit, ut de Apostolo, et de quo fit duplex per annum, præferri debeat alteri duplici per annum, et habere Vesperas integras in concursu? Responsum fuit, exprimi casum, et doceri de indulto recitandi Officium Translationis patroni. *S. R. C.* 10 *Jan*. 1693. *in una Galliarum*. Vide *num. ant*. Exprimi casum : quia non est sufficienter expressus. Festa tamen secundaria patronorum, si celebrentur cum solemnitate, habent in se naturam duplicis majoris ; secus vero, minoris. Vide *num*. 1103.

648. Cum præter propriæ ecclesiæ Dedicationem fieri debeat Officium Dedicationis Ecclesiæ cathedralis in urbe cum octava, extra urbem sine octava ; quæsitum fuit, utrum extra urbem in Ecclesia, quæ propriam non habet Dedicationem, fieri debeat octava Dedicationis ecclesiæ cathedralis : et responsum fuit negative, et regulares degentes in civitate debere recitare officium Dedicationis cathedralis sub ritu duplici tantum sine octava ex decreto edito die 1 Aprilis 1662, extra civitatem non teneantur neque ad recitationem Officii in die festo, ut alias pluries *S. R. C.* 10 *Januar*. 1693, *in una Galliarum :* In Urbe, et suburbanis. Vide *n*. 1131. Extra Urbem ; nempe in diœcesi, celebratur festum Dedicationis, vel sub ritu primæ classis sine octava, vel sub ritu duplici minori apud sæculares, ut in *n*. 729 : Regulares degentes in civitate ; sub ritu duplici tantum, intellige secundæ classis, et sine octava, quo nomine includuntur etiam moniales. Vide *n*. 419.

649. Quæsitum fuit, si uno die occurrant plures martyres, quorum Officium unum sit semiduplex, et aliud simplex ; utrum in Vesperis pro commemoratione simplicis dicenda sit antiphona *Gaudent in cœlis* de secundis Vesperis, ut exemplum est 16. Sept., et utrum detur ibi regula, vel exceptio regulæ rubricæ de Commemoratione *n*. 8. Et responsum fuit, servandam esse rubricam IX, de Commemoratione *n*. 8. nisi aliter assignetur in propriis locis, ut ibi docet eadem rubrica, *S. R. C.* 10 *Jan*. 1693, *in una Galliarum*. Servandam esse rubricam IX. quæ est : *Commemorationes variantur, ita ut in Vesperis sumantur ex Laudibus, et in Laudibus ex primis Vesperis ejusdem communis, nisi aliter assignetur. Rub. Breviar*. IX *de Commemor*. Vide *num*. 1008.

650. Utrum in Officio simplici martyris, qui sanguinem non fudit, semper pro secundo responsorio, dicendum sit : *Domine, prævenisti*, quæcunque occurrat feria, vel tantum dum occurrat feria VI. Et responsum fuit, dicendum esse responsorium *Domine, prævenisti* in quocunque Officio martyrum, qui perierunt non effuso sanguine. *S. R. C.* 10 *Jan*. 1693, *in una Galliarum*.

651. Utrum Antiphona B. V. M. *Ave, Regina*, etc. semper dici debeat die 2, Februarii, etiamsi festum Purificationis transferatur, vel habeat octavam? et ad utrumque responsum fuit affirmative, juxta Decretum sacræ Congregat. emanatum 11 Jan. 1681, *S. R. C.* 10 *Jan*. 1693. *in una Galliarum*. Vide *num*. 521.

652. Die octava sancti proprii cadente in festum Conceptionis B. M. V. et Dominica secunda Adventus die 7 Decemb. utrum in primis Vesperis B. M. primo loco fieri debeat commemoratio de Dominica Adventus, et postea de die octava sancti proprii ; et responsum fuit : concurrente Dominica secunda Adventus die 7 Decemb. cum festo Conceptionis B. M. V. et die octava sancti proprii, commemorationem fieri, primum de hac, deinde de Dominica, juxta dispositionem tabellæ secundæ de concurrentia Dominicæ majoris, sive primæ vel secundæ classis cum die octava, ut ibi regula tertia, quemadmodum præcise docet rubrica Breviarii Romani de Commemoratione *num*. 11. *S. R. C. Jan*. 1693. *in una Galliarum*. Quemadmodum præcise docet Rubrica, etc. scilicet : *De duplici fiat ante Dominicam, de Dominica ante festum semiduplex*, etc. *Rubr. Brev. cit.*

653. Quando dies octava sancti proprii cadit in festum Præsentationis B. M. utrum transferendum sit Officium B. M. vel solum fieri debeat commemoratio diei octavæ sancti proprii, ut in simili casu refert Gavantus fieri Regii de sancto Prospero, cujus dies octava est festum Visitationis B. M. V. ; et responsum fuit, transferendum esse festum Præsentationis juxta rubricam x, *de Translatione festorum n*. 2. et in tabella de occurrentia, prout monet

Digitized by Google

Gavantus *sect.* 3, *cap.* 12, *num.* 20, ibi enim aliter decrevit et specialiter indulsit sacra Congr. ubi in gratiam festi Visitationis B. M. V. quod ibidem colitur de præcepto; unde cum privilegium sit locale, non potest extendi de loco ad locum ex decreto sacræ Congreg. in principio Missalis Romani impresso. *S. R. C.* 10. *Januar.* 1693. *in una Galliarum.* Juxta rubricam x *De Translatione*..... prout monet Gavantus : festa enim tantum primæ, vel secundæ classis locum habent a die octava : excepta die octava Nativitatis Domini, et Epiphaniæ, quæ non cedunt neque duplicibus primæ classis. *Rub. cit.* Vide *n.* 611 et 661.

654. Quæsitum fuit : dum occurrit festum duplex infra octavam Corporis Christi cum simplici, utrum nona lectio de simplici sit legenda ; et responsum fuit, legendam esse nonam lectionem de simplici in Officio de sancto duplici infra octavam Corporis Christi, ut *in Nuscana* 12. *Sept.* 1671, *S. R. C.* 10 *Jan.* 1693, *in una Galliarum.* An id faciendum in Officio de octava, consule *n.* 472, 487 et 824.

655. Petitum fuit : si festum festivetur a populo, de præcepto, vel de devotione populi, ut sanctus Ludovicus in Gallia, S. Rochus etc. utrum dici debeat tale Officium duplex majus, et lectiones primi nocturni legi de communi, etiamsi in proprio de Scriptura currenti assignentur; et responsum fuit : Festum sancti Ludovici indultum de præcepto in Galliis esse sub ritu duplici minori tantum, editis decretis *die* 15 *Martii* 1608 et 28. *Novembr.* 1609, propterea non esse dubitandum, quin recitari debeant lectiones, quæ assignantur de Scriptura, approbatis propriis secundi et tertii nocturni *sub die* 23 *Februarii* 1619. De sancto Rocho, licet ejus festum servetur ex devotione, attamen non potest de eo recitari Officium, et celebrari Missa, nisi propriis Ecclesiis eidem sancto dicatis, ex concessione sacræ Congreg. *die* 4 *Junii* 1629, et clarius *die* 29 *Novemb.* ejusdem anni, et tunc dicendum est Officium sub ritu duplici primæ classis, *S. R. C.* 10 *Jun.* 1693, *in una Galliarum*, Vide *n.* 241.

656. Quæsitum fuit, cum superest una Dominica post Epiphaniam ; nec poni potest post Pentecostem, utrum si tota hebdomada ante Septuagesimam præter feriam secundam, quæ simplex habet Officium, impediatur Officio novem lectionum, poni possit, et debeat in dicta feria secunda, vel legi debeat homilia in Sabbato ante Septuagesimam. et responsum fuit : satis esse provisum per rubricam Breviarii de Dominicis *n.* 6 et per aliam rubricam propriam positam ante Dominicam primam post octavam Epiphaniæ; nempe in casu proposito, Officium de Dominica faciendum esse in primo Sabbato post Epiphaniam festo duplici, vel semiduplici non impedito, alioquin, scilicet si prædictum Sabbatum esset impeditum, faciendum in prima die post dictam octavam, quæ non reperitur impedita festo duplici ; festum vero semiduplex in ea occurrens transferendum in primam diem similiter non impeditam, *S. R. C.* 10 *Januarii* 1693, *in una Galliarum.*

657. Usus pileoli parocho rheumate laboranti, et Eucharistiam infirmis deferenti, non intra civitatem et oppidum, spectat privative ad episcopum concedere, *S. R. C.* 10 *Junii* 1693, *in Trevirensi.* Vide *n.* 261 et 664.

658. Occurrente vigilia sancti Matthiæ apostoli feria tertia post Dominicam Quinquagesimæ omnino observandum est jejunium , quod non potest anticipari ratione carnis privii, *S. R. C.* 23 *Jan.* 1694. *in Ariminensi, Innoc. XII. confirmante.* Non potest anticipari, nisi ex indulto Sedis Apostolicæ. ut sponte disposuit Benedictus Papa XIV. *die* 30. *Januarii* 1751, in Constitut. quæ incipit : *Prodiit jamdudum.*

659. Tertiarii Sancti Francisci degentes in sæculo possunt uti Breviario ordinis Minorum, et illius calendario conformari, *S. R. C.* 7 *Aug.* 1694, *in una Ord. Min. S. Francisci.* Tertiarii S. Francisci : Quid statuatur cum sint choro obligati. Vide *num.* 11, 1208, *seq.* et 1276.

660. Octava Omnium Sanctorum, tanquam dignior præferenda est octavæ Dedicationis ecclesiæ, *S. R. C.* 5, *Martii in Sabinen.* Tanquam dignior, et universalis. Vide *num.* 611.

661. Festus dies sancti Caroli transferendus est juxta rubricam de Translatione festorum ob occurrentiam cum octava Dedicationis ecclesiæ ad diem sequentem, *S. R. C.* 5 *Martii* 1695, *in Sabinen.* Cum octava Dedicationis, octava enim dies licet non privilegiata, cedit tantum duplicibus primæ vel secundæ classis: Vide *n.* 611 et 653.

662. In ecclesiis beatæ Mariæ sub quocunque titulo dicatis, in feriali Officio debet fieri commemoratio de eadem S. Maria tanquam de titulari, etiamsi ejusdem Officium parvum in choro fuerit recitatum; *S. R. C. Apr.* 1695, *in Fossanen.* Debet fieri commemoratio : qualis vero commemoratio facienda. Vide *num. seq.* et 29.

663. Pro suffragio beatæ Mariæ in ecclesiis eidem dicatis sub quocunque titulo, sive Assumptionis, sive Conceptionis, etc. sufficit consueta antiphona; *Sancta Maria, succurre miseris*, etc. *S. R. C.* 23 *Aprilis* 1695, *in Fossanen.* Vide *num. ant.*

664. Parochis ministraturis SS. Sacramentum infirmis, non est licitum de die, neque de nocte, uti parvo pileolo in delatione ejusdem per civitatem, sub prætextu alicujus infirmitatis, absque speciali Sanctæ Sedis licentia, *S. R. C.* 13 *Aug.* 1695 *in Januen.* Per civitatem ; extra vero civitatem et oppidum ex consensu episcopi. Vide *n.* 261 et 657.

665. Sacerdos, qui celebrat Missam conventualem, in qua chorus tenetur cantare Symbolum, non potest eam prosequi eo tempore, quo a choro cantatur Symbolum, *S. R. C.* 17. *Decemb.* 1695, *in Januen, et antea* 13 *Septembris* 1630, *in Beneventana.* A choro cantatur Symbolum totum, organum enim non erit intermiscendum; *Cærem. episcopor. lib.* I, *cap.* 28, *num.* 10.

666. Cum nonnullorum non rite sensum generalis rubricæ Breviarii Romani *tit.* x, *num.* 7. de Translatione festorum percipientium obrepserit opinio, quod de festo transferendo, quod potest in sequentem diem immediate transferri, sit recitandum Officium ante alia æqualis ritus prius translata, sacra Rit. congreg. ad relationem eminentissimi, et reverendissimi D. card. Petrucci supradictam generalem rubricam omnino servandam, et quocunque alio decreto in contrarium non obstante, in casu proposito (servato ordine calendarii) Officium de primo translato prius recitandum esse declaravit. Ita tamen, ut per hanc declarationem nihil penitus circa semiduplicia in Dominicis infra octavas occurrentia veniat immutandum, pro quibus prædictam generalem rubricam *tit.* x, *num.* 5. pariter omnino servandam esse censuit, et ita servari mandavit *S. R. C.* 22 *Decemb.* 1696, *in decreto generali, et* 1 *Septemb.* 1703 *in Camerin :* Semiduplicia infra octavas occurrentia. Adde etiam ipsamet die festi, vel in alia infra octavam. in qua Officium de festo duplici recitatum fuit. Vide *n.* 509, et alios ibi notatos.

667. Supplicatum fuit : in quanam parte altaris a celebrante absque diacono et subdiacono sit cantandum evangelium pro benedictione solemni Palmarum. Et responsum fuit, in cornu Epistolæ, *S. R. C.* 27 *Aprilis* 1697, *in Eugubina.*

668. In ecclesiis, in quibus occasione quadraginta Horarum, expositum detinetur augustissimum Sacramentum, congruentius abstinendum est a celebratione Missarum Defunctorum, etiamsi ex præscripto testatorum essent celebrandæ, *S. R. C.* 27 *Apr.* 1697. *in Eugub.* Occasione quadraginta Horarum ; vel alia causa publica, et quid de aliis

Digitized by Google

expositionibus consule n. 1223 *seqq.:* Ex præscripto festorum. Privilegium altaris per Missas currentes, vel votivas de SS. Sacramento, adimpletur ex constit. Clementis XII, exhibita pro quadraginta Horis, quæ incipit: *Essendo state fatte*, § 17, lata *die* 1 *Sept.* 1736.

669. In Vigilia Epiphaniæ dici non possunt Missæ privatæ de *Requiem. S. R. C.* 27 *Apr.* 1697, *in Panormitana.* Vide *n.* 851 et 933.

670. Officium semel in hebdomada concessum recitari potest die Sabbati, si tota hebdomada sit impedita, et in tali casu omittendum Officium beatæ Mariæ in Sabbato, *S. R. C.* 27 *Apr.* 1697, *in Panormitana.* Vide *n.* 718 *seqq.*

671. Prima die mensis non impedita festo duplici, vel semiduplici, et in qua occurrit recitari Officium Defunctorum, potest recitari supradictum Officium semel in hebdomada concessum, transferendo, vel etiam aliquando omittendo Officium Defunctorum, *S. R. C.* 27 *Apr.* 1697, *in Panormitana.*

672. In ecclesiis tam parochialibus, quam non parochialibus, ubi adest numerus cantorum, non potest celebrari in Sabbato sancto unica Missa privata, loco solemnis, ut in eisdem ecclesiis fiat benedictio tam luminis, et cerei, quam aquæ, attentis maxime decretis 11 *Feb.* et 11 *Mar.* 1690, prohibentibus celebrationem Missarum privatarum, et unicam tantum Missam conventualem una cum Officio Sabbati sancti celebrari præcipientibus, *S. R. C.* 13 *Jun.* 1697, *in Januen.:* Attentis maxime decretis : *sub num.* 604. Missa privata : solemnis vero etiam non cantata, conceditur a Benedicto XIII, qui Cæremoniale parvum pro ecclesiis minoribus promulgavit anno 1725. Vide *num. seq.* et 1309. Quid agendum, si eo die festum SS. Annuntiationis occurrerit, vide *n.* 620.

673. Benedictio aquæ in Sabbato sancto etiam sine effusione olei sancti, fieri non potest in ecclesiis non habentibus fontem baptismalem, quamvis usus sit in hujusmodi ecclesiis talem benedictionem fieri, *S. R. C.* 15 *Jul.* 1697, *in Januen.:* Benedictio aquæ in Sabbato sancto : neque extra Sabb. Paschæ, et Pentecostes, quando aqua consecrata non habetur, *n.* 1306 *seq.* Sine effusione olei, ut est apud illos, qui ante fontis benedictionem olea sacra recipere non potuerunt. Vide *n.* 1308.

674. Ad removenda aliqua dubia quæsitum fuit, sub quo ritu in Hispaniæ regnis (excepta civitate Gerundæ) sit celebrandum Officium sancti Narcisi, et sub quo ritu censeri debeat indultum Officium per extensionem in cæteris casibus, quando a sacra Congregatione non exprimatur; et examinatis decretis, responsum fuit: Officium S. Narcisi recitandum esse in civitate, et diœcesi Gerundæ *die* 29 *Octob.* cum Missa sub ritu duplici primæ classis cum octava; die vero 18 *Martii* de eo fiat commemoratio tantum, sicut quadragesimali tempore fit de simplicibus. In cæteris regnis autem Hispaniarum recitandum esse sub ritu duplici minori dicta *die* 29 *Octob. S. R. C.* 3 *Aug.* 1697, *in Hispalen.*

675. In ecclesiis permittuntur altaria tantum antiqua sanctis Veteris Testamenti prophetis dicata, *S R C.* 3 *Aug.* 1697, *in Imolen.*

676. Non est tolerandus usus, qui ab aliquibus servatur feria VI in Parasceve, incensandi iterum SS. Sacramentum post incensationem oblatorum, omittendo consuetam crucis incensationem, cum sit contra rubricam illius diei, *S. R. C.* 3 *Aug.* 1697, *in Panormitana.* Vide *num.* 706. Rubricam illius diei, præcipientem : Episcopus incensat oblata, et inde crucem, et altare more solito. *Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 25, *num.* 33. Vide *num.* 706.

677. In depositione defunctorum in verbis illis : *Non intres in judicium cum servo tuo, Domine, quia nullus apud te justificabitur homo*, quando est mulier, aut plures sunt defuncti, non possunt verba *servo tuo*, immutari in *serva tua*, vel *servis tuis*; absque sacræ rubricæ læsione, et servandum est Rituale; *S. R. C.* 31 *Aug.* 1697, *in una Puteoli. diœcesis Fanensis*, *et* 21 *Jan.* 1741, *in Calaguritana.*

678. Primæ lectioni secundi nocturni in festo S. Thomæ de Villanova post verba : *Exacta pueritia, Compluto, quo missus fuerat*, statim addantur sequentia, *ut alumnus in collegio majori Sancti Idelfonsi.* Et post verba, *eodemque statim reversus est*, addantur, *sacræ theologiæ cursu confecto, adeo doctrina excelluit, ut in eadem universitate cathedram ascendere jussus philosophicas, theologicasque quæstiones mirabiliter explanaverit, S. R. C.* 31 *Aug.* 1697, *in decreto Urbis et Orbis.*

679. Ante versiculum, qui dicitur Communio, cooperiendus est calix velo in anteriori parte, prout ante Confessionem, *S. R. C.* 1 *Martii* 1698, *in Pragen.*

680. Cum Officia non sint ejusdem ritus, episcopus in diœcesi non potest minus digno fixam diem assignare, *S. R. C.* 15 *Martii* 1698, *in Herbipolen.* Vide tamen recens decretum *sub num.* 1091, 1178, 1186 *et* 1196.

681. In expositione SS. Sacramenti, quæ fit ad instar proscenii, quantitas luminum pietati facientis expositionem remittitur, et in altari super candelabris ad minus sex candelæ accendi debent, *S. R. C.* 17 *Martii* 1698, *in Narnien.:* Quantitas luminum: videlicet viginti quatuor ad minus candelæ præter duo luminaria majora saltem in expositione quadraginta Horarum; Clem. XI constit. *Essendo state fatte.* Conf. Bened. XIII et Clement XII, § 4, 1 *Sept.* 1736, *Const. edita.*

682. Festa ad libitum, quæ semper cadunt infra octavas sanctorum, celebrari non possunt, attento decreto sanctæ memoriæ Innocentii XI, 24 *Januarii* 1682 emanato, prohibente talia festa ad libitum celebrari infra octavas, *S. R. C.* 15 *Martii* 1697, *in Herbipolen.:* Quæ semper cadunt. Non immutata lege sanctorum ad libitum. Nunc datur exceptio. Vide *num.* 1183.

683. Si aliquod festum sive duplex, sive semiduplex pro universali ecclesia noviter a Sede Apostolica institutum, vel instituendum occurrat singulis annis eodem die cum festo diœcesano ejusdem ritus debet fieri Officium de festo instituto pro Ecclesia universali, *S. R. C.* 15 *Mar.* 1698, *in Herbipolen.:* Officium de festo instituto pro Ecclesia universali; modo addas, si major dignitas, vel solemnitatis apparatus in Officio universali exigatur; alioquin de illo diœcesano ut peragatur, docet aliud decretum Urbis et Orbis emanatum. Vide *num.* 777.

684. In sanctorum patronorum electione fieri non debent promissiones servandi diem festum patroni electi tanquam de præcepto, etiamsi ab Ecclesia universali sub tali ritu non colatur; nam has promissiones, et vota non admittit, nec approbat, sed rejicit, et tantum ex devotione servari posse concedit *S. R. C.* 15 *Mar.* 1698, *in Theatina, et Pinnen. pro clero, et populo nonnullorum oppidorum*, in sanctorum patronorum electione; minus principalium, nam primus loci patronus habet etiam festivum diem de præcepto, ex constit. Urbani VIII, quæ incipit : *Universa.* Vide *num.* 243 *et* 1231.

685. Consuetudo triginta annorum non habet vim ad hoc, ut continuari possit recitatio Officii de aliquo sancto in ecclesia, in qua asservatur ejus corpus, nisi doceatur, an sit descriptus in Martyrologio, et de ejus identitate constet, *S. R. C.* 5 *Jul.* 1698, *in Collen.:* Consuetudo triginta annorum; neque antiqua et immemorabilis. Vide *num.* 1218: In Martyrologio Romano; vel a Sede Apostolica concesso. Vide *num.* 630.

686. Si in feria III Rogationum occurrat festum simplex, in cathedralibus et collegiatis non sunt

Digitized by Google

cantandæ duæ Missæ, *S. R. C.* 5 *Jul.* 1698, *in Collen.*

687. In absolutionibus in die Commemorationis omnium fidelium defunctorum non est dicenda tota conclusio in oratione, *S. R. C.* 5 *Julii* 1698, *in Collen.:* In absolutionibus; secus vero in Officio, Rub. Brev. de Officio def. Vide *num.* 594.

688. In expositione, et depositione SS. Sacramenti etiam causa devotionis non est addendum *Alleluia* ad versiculum *Panem de cœlo*, *S. R. C.* 5 *Jul.* 1698, *in Collen.:* Non est addendum alleluia; intellige extra tempus paschale, vel octavam Corporis Christi, Clem. XI Constit. *Essendo state fatte*, approb. Innocent XIII, Bened. XIII et Clem. XII, *die* 1 *Sept.* 1736, *edita num.* 21, tunc enim addendum est alleluia.

689. Parochus duarum ecclesiarum unitarum debet de ambarum patrono et titulari recitare Officium juxta rubricas, maxime si ecclesiæ sint peræque unitæ, *S. R. C.* 5 *Jul.* 1698, *in Collen.:* Juxta rubricas; videlicet primæ classis cum octava, *Rub. Brev.* 8.

690. In anniversario occurrenti in festo duplici secundæ classis non potest cantari Missa de *Requiem*, *S. R. C.* 5 *Jul.* 1698, *in Collen.:* In anniversario; quando vero concedatur. Vide *num. seqq. et* 19 *seq.*

691. In duplicibus primæ classis etiam præsente corpore non potest cantari Missa Defunctorum, et multo minus dicenda est una Missa privata deficientibus clericis in choro, *S. R. C.* 5 *Jul.* 1698, *in Collen.:* In duplicibus primæ classis; intellige festivis, et quæ sint. Vide *num.* 75.

692. Infra octavas privilegiatas non potest cantari Missa Defunctorum in anniversario, et Officio solemni, *S. R. C.* 5 *Jul.* 1698, *in una Collen. et* 2 *Sept.* 1741, *in Aquen.:* Infra octavas privilegiatas; scilicet Paschæ, Natalis, Pentecostes, Epiphaniæ, et Corporis Christi, *Rub. Brev. de Octav.* Vide *n. ant. et seqq. ac* 75.

693. In die Anniversarii et Depositionis, non potest cantari Defunctorum Missa loco Conventualis, *S. R. C.* 5 *Jul.* 1698, *in Collen.:* In die Anniversarii et Depositionis. Potest tamen prima die mensis cantari Missa principalis generaliter Defunctorum (extra Adventum, Quadragesimam et Tempus paschale) si eo die non fuerit festum simplex, vel feria, quæ propriam habeat Missam, aut reassumenda sit Missa Dominicæ præcedentis, quæ fuit impedita, et infra hebdomadam non occurrat alius dies, in quo reassumi possit; quo in casu in ecclesiis cathedralibus, et collegiatis cantantur duæ Missæ, una pro defunctis, alia de simplici, vel feria; et in Ecclesiis non cathedralibus, nec collegiatis, una de die cum commemoratione generali defunctorum, *Rub. Miss. tit.* 5 *num.* 1.

694. Quando in mense Novembris sunt eadem die ponenda plura initia prophetarum, dicenda est tantum unica lectio, *S. R. C.* 5 *Jul.* 1698, *in Collen.:* Dicenda est tantum unica lectio; pro præcepto adimplendo, poterunt etiam recitari tres lectiones simul ad modum unius, *Rubr. Brev. XXVI, De lectionibus num.* 3 *et* 6. Vide *num. seqq.*

695. Non possunt poni plura tribus initiis prophetarum unica die, *S. R. C.* 5 *Jul.* 1698, *in Collen.*

696. Ubi sunt plura Officia habentia primas lectiones proprias, possunt omitti aliqua ex dictis initiis prophetarum, occurrente legitima causa, *S. R. C.* 5 *Jul.* 1698, *in Collen.*

697. In Dominicis Adventus et Quadragesimæ, in quibus fit de duplici primæ classis non sunt cantandæ duæ Missæ, *S. R. C.* 5 *Jul.* 1698, *in Collen.* In Dominicis Adventus et Quadragesimæ; intellige secunda, tertia, vel quarta, in quibus Officium et Missa festo duplici primæ classis non denegantur; secus vero de primis Dominicis, quibus nec Missa solemnis de duplici primæ classis occurrente conceditur, *Rub. Miss. tit.* 6, *num.* 1.

698. Si Anniversarium anticipetur, aut postponatur per aliquot dies, potest dici Missa, ut in anniversario, *S. R. C.* 5 *Jul.* 1698, *in Collen.:* Potest dici Missa ut in Anniversario; vel quotidiana; Oratio vero, *Deus indulgentiarum*, etc., non erit varianda. Vide *num.* 19 *et* 1280.

699. Officium Defunctorum pro secunda die Novembris potest recitari etiam præsente episcopo ante Completorium diei festi Omnium Sanctorum, *S. R. C.* 5 *Jul.* 1698, *in Collen.:* Ante Completorium; intellige ante horam Completorii in choro dicendam solemniter. Cæremoniale enim ait: *Interim episcopus post Vesperas Omnium Sanctorum, et canonici paramenta deponunt, mansionarii, seu capellani, vel seminaristæ in secretario recitabunt Completorium; Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 10, *n.* 2. An permittatur absente episcopo, et quomodo, et quid statuatur de privata recitatione, consule *num.* 21.

700. Quando ab aliqua congregatione dicitur totum Officium Defunctorum, non debet illud dici, ut secunda die Novembris, omittendo psalmos post Vesperas, et Matutinum positos in Officio Defunctorum, *S. R. C.* 5 *Jul.* 1698, *in Collen.:* Omittendo psalmos; quando vero omittendi sint psalmi prædicti. Vide *num.* 1021 *et* 1697.

701. Occurrente festo S. Marci infra octavam Paschæ, in Missa Rogationum non est dicendum *Credo*, *S. R. C.* 5 *Jul.* 1698, *in una Collen.:* Infra octavam Paschatis; et in quacunque die etiam Dominica. Vide *num.* 613.

702. Deficiente subdiacono pro Missa solemni, data necessitate, potest permitti per superiores, ut substituatur constitutus in minoribus ordinibus ad cantandam Epistolam, paratus absque manipulo, *S. R. C.* 5 *Jul.* 1698, *in Collen.*

703. Sacerdos Missam celebraturus transiens ante altare, ubi fit populi communio, non debet permanere genuflexus, donec, et quousque terminetur communio, *S. R. C.* 5 *Jul.* 1698, *in Collen.* Quomodo vero debeat genuflectere, vide *num.* 278.

704. In ecclesia cathedrali, quæ habet privilegium recitandi Officium novem lectionum qualibet hebdomada non impedita, non potest cantari unica Missa feriæ cum commemoratione Officii currentis, quando eo die occurrit feria, quæ habeat Missam propriam, *S. R. C.* 5 *Jul.* 1698, *in Collen.:* Unica Missa; sed una de Officio post Tertiam, altera de Feria post Nonam, *Rub. Miss. tit.* 4, *num.* 1.

705. Potest permitti, quod hebdomadarius, aut alius canonicus post processionem in festo alicujus sancti, stans ad altare majus benedicat populo, habens tantum superpelliceum, et stolam, sicut in aliis processionibus, in quibus circumferuntur aliquæ reliquiæ cum alba, stola, et pluviali, *S. R. C.* 5 *Jul.* 1698, *in Collen.* Vide *num.* 777 *et* 1039.

706. In feria VI Parasceves thurificanda sunt oblata; sed post thurificationem oblatorum, non est iterum thurificandum Sacramentum, ob cujus tamen præsentiam non est omittenda thurificatio crucis, sed crux, et altare thurificanda sunt eo prorsus modo, quo fit in aliis Missis, non omissis debitis genuflexionibus transeundo ante SS. Sacramentum, *S. R. C.* 5 *Jul.* 1698, *in Panormitana.* Crux et altare thurificanda sunt, eo prorsus modo quo fit in aliis Missis; posito autem incenso sine osculo et benedictione, *Cærem. episcop. lib.* II, *cap.* 25, *num.* 33. Crucem vero thurificat celebrans triplici ductu. Idem *lib.* I, *cap.* 23, *num.* 4. Vide *num.* 676.

707. In transeundo de una ad alteram partem altaris in prima, secunda, et tertia Missa Nativitatis Domini, serventur rubricæ Missalis, quæ nullam præscribunt genuflexionem ante calicem esse fa-

Digitized by Google

ciendam, *S. R. C. 2 Augusti* 1698, *in Veneta.* Vide *num.* 605.

708. In expositione SS. Sacramenti, cantatis, seu recitatis versiculis, *Panem de cœlo*, etc., sacerdos insurgens non debet reiterare genuflexionem antequam recitet orationes, *S. R. C. 2 Aug.* 1698, *in una Urbis, et* 6 *Septembris* 1698, *in Ravennaten.*

709. Si episcopus suffraganeus accedens ad ecclesiam deferat cappam, tenetur ipse sustentare sibi caudam involutam brachio sinistro, et duo canonici debent ire usque ad ostium ecclesiæ; dignior vero illorum porrigere ei tenetur aspersorium, quo suffraganeus se ipsum aspergit, et pariter eum associant ad eumdem locum, *S. R. C. 6 Sept.* 1698, *in Veliterna.* Se ipsum aspergit; episcopus vero in propria diœcesi, capitulum, magistratum, et circumstantem populum aspergit, postquam se lustrali aqua munierit; et præsidi vel gubernatori præsenti per contactum aspersorii porrexerit, *Cærem. episc. lib.* III, *cap.* 3, *num.* 2 *seqq., et* 32.

710. Si episcopus suffraganeus assistens concioni sedeat in presbyterio, concionatoris salutatio ei prius dirigi debet distincta ab illa canonicorum, et magistratus sæcularis *S. R. C. 6 Sept.* 1698, *in Veliterna.*

711. Si episcopus suffraganeus occasione functionum episcopalium accedat cum cappa, debet se parare in faldistorio, alias in sacrario; non potest tamen sibi deferri facere caudam vestis violaceæ una cum elevatione fimbriæ anterioris in plano pavimenti Ecclesiæ, *S. R. C. 6 Septemb.* 1698, *in Veliterna.* Vide *n.* 709.

712. In die Commemorationis omnium fidelium defunctorum in ecclesiis cathedralibus vel collegiatis, ubi quotannis occurrit dies octava Dedicationis ecclesiæ, Missæ privatæ dicendæ sunt de *Requiem*, et cantandæ sunt duæ Missæ conventuales, una scilicet de die octavæ post Tertiam, et altera de *Requiem* post Nonam juxta rubricas. Quando vero dies octavæ incidit in Dominica, omnes Missæ celebrandæ de die octavæ, et Commemoratio omnium fidelium defunctorum transferatur in diem sequentem, *S. R. C. 27 Sept.* 1698, *in una S. Germani Montis Cassini.*

713. Vesperas sanctorum Angelorum Custodum esse dimidiandas cum sequenti duplici minori, *S. R. C. 27 Sept.* 1698, *in una Ord. Capuc.*: Vesperas Angelorum esse dimidiandas. Vide posteriora decreta modo observanda *num.* 521, 843 *et* 931.

714. Si incidat in eamdem diem duplex Officium novem lectionum ritus æqualis, quorum unum sit Ecclesiæ universalis, aliud vero Ordinis Minorum, et ambo transferantur: quodnam ex duobus debeat transferri? Quid vero dicendum si sint ritus inæqualis; ut contingit die 12 Novembris, in qua occurrunt festum S. Martini, quod est semiduplex, et festum S. Didaci duplex secundæ classis? Responsum fuit ad primam partem: Officium, quod ab universali Ecclesia celebratur, prius esse persolvendum. Ad secundam: Festa particularia majoris ritus præferenda esse, etiamsi in Calendario pro universali Ecclesia sint descripta, *S. R. C. 27 Sept.* 1698, *in una Ord. Capuc.* Pro prima parte hujus decreti vide contrariam modernam legem *sub. n.* 1017, pro secunda vero, omnia decreta habentur conformia. Vide *n.* 514.

715. Commemoratio de S. Dominico ex concessione Clementis P. X, ab eisdem facienda, quando fit Officium de S. Francisco, fieri debet tantum in Officio S. Francisci, quod semel in mense ab iisdem recitatur, post alias commemorationes, et quod in Officiis per annum semel in mense recitandis de SS. Bonaventura, Antonio Patavino, et Clara, non attendatur ordo dignitatis, *S. R. C. 27 Septemb.* 1698, *in una Ord. Capuc.*

716. In consecrandis virginibus servetur Pontificale, et quoad egressum in ecclesiam exteriorem arbitrio em. archiepiscopi, circa modum accessus et recessus standum erit. Moniales vero per eamdem portam exterioris ecclesiæ accedere debent, ac recedere. *S. R. C. 27 Septemb.* 1698, *et antea* 5 *Julii ejusdem anni in Bononien.*

717. Festum SS. Fabiani et Sebastiani una simul celebratur in illis locis, in quibus S. Sebastianus est patronus minus principalis, *S. R. C. 12 Nov.* 1698, *in Cremen.* Alias resolvitur, cum sit patronus principalis. Vide *n.* 25 *et* 927.

718. Festa duplicia et semiduplicia translata præferenda sunt Officio S. Benedicti semel in hebdomada concesso sub ritu semiduplici omnibus Congregationibus Sancti Benedicti, *S. R. C. 7 Februar.* 1699, *in Tarvisina.* Hoc decretum est generale. Vide *n. sqq. et* 456.

719. Officium semel in hebdomada concessum, non potest recitari in Vigiliis ordinariis, et Quatuor Temporibus juxta alia decreta jam emanata, *S. R. C 7 Feb.* 1699, *in Tarvisina.* Neque tempore Quadragesimæ, et Adventus, ac feria II Rogationum. Vide *n. seq. et n.* 525.

720. Officium semel in hebdomada concessum recitari valet in Sabbato, quando fieri deberet de Sancta Maria in Sabbato, *S. R. C. 7 Febr.* 1699, *in Tarvisina.* Vide *n. ant. et* 671.

721. Pyxis, in qua proprio velo coopertum defertur SS. Viaticum infirmis, debet etiam cooperiri extremitatibus veli oblongi humeralis, *S. R. C.* 21 *Martii* 1699, *in Bergomen.*

722. Dignitatibus vel canonicis in choro non debetur thurificatio triplici, sed duplici tantum ductu, non obstante quod ibi, amissis distributionibus, persona habens dignitatem vel canonicatum incedat cum habitu protonotarii in choro, *S. R. C. Martii* 1699, *in Caballicen. Insulæ*: Duplici tantum ductu; S. Rom. Eccl. cardinali præsente, unico ductu thurificantur. Vide *n.* 70 *et* 184.

723. Non licet clericis ministrantibus thuribulum, seu naviculam canonicis celebrantibus coram episcopo genu illis flectere, sicut fit episcopo, et diaconus ministrans thus canonico celebranti, ut benedicat, debet dicere: *Benedicite, Pater reverende*, et non *Pater reverendissime*, *S. R. C.* 4 *Aprilis* 1699, *in una Burgi Sancti Sepulcri.* Genu illis flectere; sed ante canonicos stare debent inclinati, et naviculam diacono tradere semiapertam, *Cærem. episcop. lib.* I, *cap.* 23, *n.* 1, *et lib.* II, *cap.* 3, *n.* 10.

724. Infra octavam Sanctissimi Corporis Christi potest recitari Officium de duplici primæ et secundæ classis etiam translato, non autem in die octava, in qua nec etiam potest recitari de duplici secundæ classis occurrente, *S. R. C.* 30 *Maii* 1699, *in Ulyssiponen.* Vide *n.* 515 *et* 530.

725. Non possunt canonici in celebratione Missæ uti palmatoria, vulgo bugia, *S. R. C.* 11 *Jul.* 1699, *in Vicent.*

726. Lampas ardens omnino retinenda est ante altare Sanctissimi Sacramenti, non vero supra valvas Ecclesiæ in choro de diametro opposito ante prædictum altare, *S. R. C.* 22 *Aug.* 1699, *in una Ord. Capuc.*: Lampas ardens. Ante SS. Sacramentum lampades impari numero ad mysticum sensum ordinantur, et ad minus tres accensæ tota die adsint; ad reliqua vero singula altaria singulæ possint lampades appendi, quæ quidem in præcipuis festis, saltem dum Vesperæ et Missa solemnis decantantur, continue ardeant, *Cærem. episc. lib.* I, *cap.* 12, *n.* 17.

727. Dignitates nunquam debent canonicis inservire, *S. R. C.* 3 *Octob.* 1699, *et* 11 *Jun.* 1701, *in Gerunden.*: Inservire: licet præbendis inserviendi gaudeant. Vide *n.* 30 *et* 941.

728. Conceditur primatus fratribus provinciæ S. Didaci novæ Hispaniæ in Indiis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Discalceatorum nuncupatorum contra Fratres Augustinianos in regno Mexi-

Digitized by Google

cano, non solum in processionibus solitis, et sub propria cruce, sed etiam in concionibus, disputationibus, concurrentia prælatorum, aliisque actibus tam publicis, quam privatis, interveniente, vel non interveniente familia de Observantia : tam in voce, quam in scriptis partibus acerrime informantibus auditis, ita respondit, et amplius dubium proponi vetuit, *S. R. C.* 13 *Martii* 1700, *annuente Innoc. XII* 4 *Apr. ejusdem anni in const. quæ incipit :* Emanavit.

729. Cum festum Dedicationis cathedralis extra civitatem celebretur sine octava, hæc annua celebratio per totam diœcesim celebranda est juxta solitum, scilicet vel sub ritu duplici primæ classis, vel sub duplici minori, *S. R. C.* 19 *Jun.* 1700, *in Curien.* Vide *num.* 648 : Per totam diœcesim,] exclusis regularibus et monialibus. Vide *n.* 1221.

730. Quando duæ octavæ simul occurrunt, quarum una sit patroni principalis sub duplici primæ classis, altera vero B. M. V. sub ritu duplici secundæ classis, recitandum est Officium infra octavam de patrono principali cum commemoratione octavæ B. M. V., *S. R. C.* 19 *Jun.* 1700, *in Curien.:* Cum commemoratione octavæ B. M. V., etiam in die ipsamet octava ; neque obstat, si octava esset universalis, et longe major dignitas reperiatur, ut est in S. Maria. Vide *n.* 1275.

731. Si in Dominica infra octavam Nativitatis beatissimæ Mariæ Virginis, in qua celebratur festum SS. Nominis ejusdem B. M. V. sub ritu duplici majori, occurrat alicubi dies octava, translato festo dicti SS. Nominis, agendum est de die octava in ipsa Dominica, *S. R. C.* 19 *Jun.* 1700, *in Curien.* Agendum est de die octava ; intellige de octavis, quæ non sunt de B. M. quia in eo casu erit celebrandum festum de SS. Nomine sine commemoratione Nativitatis ejusdem. Vide *num.* 596 *et* 603.

732. In festo, et per octavam SS. Angelorum Custodum hymni ejusdem metri terminari non possunt, sicut terminatur eorum hymnus in Laudibus, per stropham :

*Deo Patri sit gloria,*
*Qui quos redemit Filius,*
*Et Sanctus unxit Spiritus,*
*Per angelo scustodiat;*

*S. R. C.* 19 *Jun.* 1700, *in Curien.*

733. Occurrente festo duplici minori, seu translato in die Commemorationis omnium defunctorum, officium faciendum est de Sancto, Missæ vero celebrandæ de *Requiem*, *S. R. C.* 19 *Jun.* 1700, *in Curien.:* Occurrente festo ; quod non sit de præcepto audiendi sacrum, et vacandi ab operibus servilibus. Vide *num.* 44.

734. In festo Translationis patroni principalis cathedralis sub ritu duplici majori dici non potest Symbolum in Missa, tam in ipsa ecclesia cathedrali, quam etiam per totam diœcesim, *S. R. C.* 19 *Jun.* 1700, *in Curien.:* Dici non potest Symbolum ; nisi ratione corporis, vel insignis reliquiæ, *Rub.* XI *Miss. de Symbolo.* Vide *n. seq.*

735. In festis sanctorum Martyrum et Virginum, quæ celebrantur sub ritu duplici majori, non est dicendum Symbolum in Missa, sed serventur rubricæ generales Missalis Romani *cap.* XI, *de Symbolo; S. R. C.* 19 *Junii* 1700, *in Curien. :* Serventur rubricæ generales ; in quibus legitur *In festis sanctorum, quibus dedicata est ecclesia, et ubi habetur corpus, vel insignis reliquia; Rub. cit.* Si altare, vel capella iisdem adesset dicata, tunc Symbolum in Missa solemni erit decantandum, licet de aliquo sancto sub ritu semiduplici festum celebraretur. Vide *num.* 412.

736. In ecclesiis parochialibus ruralibus in quibus per annum plerumque unus tantum sacerdos celebrat, et sine cantu, potest dici Missa de *Requiem*, quando anniversaria ex testatorum dispositione, recurrente obitus die, incidunt in festum duplex minus. Non tamen dicendum de diebus, tertio, septimo, et tricesimo, sed serveiur decretum generale editum 5 *Aug.* 1662 ; quod incipit : *Cum Sanctissimus*, *S. R. C.* 19 *Junii* 1700, *in Curien. :* Quod incipit : *Cum Sanctissimus ;* in quo declaratur non posse celebrari Missas defunctorum. Vide *num.* 19 *et seq.*

737. Ex privata devotione parochianorum petentium sæpius per annum anniversaria pro defunctis parentibus, fratribus, amicis, et aliis defunctis, potest in ruralibus ecclesiis cantari Missa solemnis de *Requiem* in festo duplici minori, altera cantata de festo, ubi adsunt plures, vel saltem duo sacerdotes, dummodo sermo sit de die vere anniversaria a die obitus, *S. R. C.* 19 *Junii* 1700, *in Curien.* Vide *n. ant. et* 19.

738. Si feria sexta post Dominicam Passionis, in qua celebratur Officium septem Dolorum beatæ Mariæ sub ritu duplicis majoris, occurrat festum primæ vel secundæ classis, dictum Officium non est transferendum, sed omittendum. Item Dominica prima Octobris Officium SS. Rosarii, ubi adest altare, et confraternitas ejusdem, *sacr. Rit. congr.* 19 *Jun.* 1700, *in Curien.* Vide tamen *n.* 488, in quo statuitur posse transferri per posteriorem constitutionem Bened. XIII. Cum hodie Officium de Rosario universaliter sit demandatum, ideo non omitti, sed transferri debet. Vide *n.* 989.

739. Festum semiduplex incidens in Dominica infra octavam non privilegiatam, debet transferri immediate in feriam secundam non impeditam, licet sit reponendum quodcunque Officium etiam ex solemnioribus, *S. R. C.* 19 *Junii* 1700, *in Valentina.* Incidens in dominica : adde etiam, si occurrat in die festo, vel in duplici infra octavam. Vide *num.* 646.

740. Quadragesimæ, Adventus et Vigiliarum temporibus, necnon in diebus Rogationum, occurrente aliquo festo duplici, vel semiduplici, non licet post Primam celebrare Missam prædictarum feriarum, sed servandæ sunt rubricæ, *S. R. C.* 22 *Jan.* 1701, *in una Camaldulensium Montis Coronæ :* Servandæ sunt rubricæ ; videlicet post Nonam, *Rub. Miss. de Feria et Vigilia num.* 1. An valeat contraria consuetudo, consule *num.* 1142 *seq.*

741. In die Commemorationis omnium fidelium defunctorum non potest celebrari Missa solemnis de *Requiem* post Primam, sed servandæ sunt rubricæ, *S. R. C.* 22 *Jan.* 1701, *in una Camald. Mont. Coronæ :* Servandæ sunt rubricæ ; id est post Nonam, *Rubr. Miss. in prop. de Sanctis die* 2 *Novembris.*

742. Matutinum diei Commemorationis omnium fidelium defunctorum non potest recitari in choro in die Festivitatis Omnium Sanctorum post Completorium, sed servandæ sunt rubricæ, *S. R. C.* 22 *Jan.* 1701, *in una Camald. Mont. Coronæ.* Intellige absente episcopo, et ubi consuetudo pro commoditate populi non adest. Vide *num.* 21. Pro privata vero recitatione vide *n.* 1202.

743. Benedictio publica sacrorum Cinerum prima die Quadragesimæ non potest fieri post Tertiam, sed servandæ sunt rubricæ, *S. R. C.* 22 *Jan.* 1701, *in una Camald. Mont. Coronæ :* Servandæ sunt rubricæ, scilicet post Nonam, *Rub. Miss. in prop. de temp. feriæ* IV *Cin.* An valeat contrarium pro consuetudine, vide *n.* 142 *seq.*

744. Absque pluviali non licet non habentibus usum illius in die et infra octavam SS. Corporis Christi peragere processionem cum SS. Sacramento ; non posse tamen cogi, ut ejus expositio fiat cum pluviali ab ipsis non habentibus usum, statuit *sac. Rit. congreg.:* 22 *Jan.* 1701, *in una Camald. Montis Coronæ :* Non habentibus usum ; aut etiam per particulares Ordinis constitutiones. Vide *num.* 1316.

745. In sacrificio Missæ non est adhibenda palla a parte superiori drappo serico cooperta, *S. R. C.* 22 *Jan.* 1701, *in una Camald. Montis Coronæ.*

Digitized by Google

**746. Sacerdotes** in sacrificio Missæ congruentius utuntur cingulo lineo, quam serico, *S. R. C.* 22 *Jan.* 1701, *in una Camald. Montis Coronæ:* Cingulo lineo, colore albo, vel saltem paramentorum. Vide *n.* 838.

**747.** Ante sacras reliquias expositas ultra lampadem debent continuo super altare ardere saltem duo lumina, alias reliquiæ non exponantur, *S. R. C.* 22 *Jan.* 1701, *in una Camald. Montis Coronæ.*

**748.** Ante ostiolum tabernaculi SS. Sacramenti retineri non potest vas florum, vel quid simile, quod prædictum occupet ostiolum cum imagine Domini nostri in eodem insculpta, sed potest collocari in humiliori et decentiori loco, *S. R. C.* 22 *Jan.* 1701, *in una Camald. Montis Coronæ.*

**749.** Regularium superiores et priores locales non veniunt sub nomine ordinariorum, et consequenter non possunt assignare aliquam ex Dominicis Novembris pro recitatione Officii de patrocinio B. M. V. quod multis in locis permittitur celebrandum in aliquo die Dominico præfati mensis a locorum ordinariis eligendo, *S. R. C.* 22 *Jan.* 1701, *in una Camald. Montis Coronæ.* Hoc Officium a Bened. XIII fuit assignatum pro statu ecclesiastico Dominicæ secundæ mensis Novembris.

**750.** In Missa conventuali dierum solemnium, quæ absque cantu et ministris celebratur, non est facienda thurificatio, *S. R. C.* 22 *Jan.* 1701, *in una Camald. Montis Coronæ.* Absque cantu et ministris; quid cum cantu, et sine ministris? Vide *n.* 315.

**751.** Ordini eremitarum Discalceatorum S. Augustini provinciæ Franciæ permittitur horas canonicas cantu Gregoriano canendi facultas, *S. R. C.* 29 *Jan.* 1701, *annuente Clem. XI, const. quæ incipit:* Nuper a congregatione vener. Fratrum, *data Romæ die* 29 *Jan.* 1701.

**752-753.** Sacerdotes etiam regulares diebus, quibus propria Officia recitant sub ritu duplici, celebrantes in alienis ecclesiis, quando peragitur festum cum solemnitate et concursu populi, debent celebrare Missas conformando se ritui et colori earumdem ecclesiarum; in aliis vero diebus possunt: sed quando prohibentur Missæ votivæ, vel Defunctorum, debent se uniformare, saltem quoad colorem, *S. R. C.* 11 *Jun.* 1701, *in una Tertii Ordinis S. Francisci.* Debent celebrare Missas conformando se ritui, etc. Iterum præsens et sequens dubium, una cum alio tenoris sequentis, propositum fuit in S. C. 29 *Januar.* 1752: Utrum possit sacerdos, qui habet Officium duplex, celebrare Missam de *Requiem*, ubi non agitur de ritu duplici? Quæ dubia iterum confirmavit: et præterea docuit generaliter teneri sacerdotes, tam sæculares quam regulares, se conformare ritui ecclesiæ, in qua celebrant. Unde sequitur posse sine scrupulo Missas omnes privatas et solemnes celebrare, ac etiam Defunctorum, ut in casu, ad normam decreti 23 *Augusti* 1704, sub *n.* 806, quod pugnare videtur cum alio 7 *Maii* 1746, sub *n.* 1229. Instituendo hanc sententiam Sacræ Congregationis eamque sequendo servatur ex integro illa Missalis rubrica: Quoad fieri potest, Missa cum Officio conveniat, respiciens potius ecclesiam publicam, quam Officium privatum celebrantis, *tit.* IV *de Missis votivis S. Mariæ,* et aliis *num.* 3. Vide *num.* 1262.

**754.** Sacerdotes exteri confluentes ad ecclesias etiam regularium, et celebrantes de sanctis etiam Ordinis, quando festum celebratur cum solemnitate, et concursu populi, debent in Missis se uniformare cum sacerdotibus illius ecclesiæ etiam regularibus quoad *Credo*, et numerum orationum more duplicium; in aliis vero diebus possunt, si volunt, *S. R. C.* 11 *Jun.* 1701, *in una Tertii Ord. S. Francisci:* Ecclesiæ etiam regularium: comprehenduntur etiam moniales. Vide *num. ant. et* 758.

**755.** In ecclesiis regularium diebus Dominicis, quibus tam regulares quam exteri celebrant de Dominica, possunt exteri uti coloribus paramentorum, quibus utuntur regulares ratione alicujus octavæ: et regulares celebrantes in alienis ecclesiis uti coloribus juxta ritum earumdem, et tam exteri in ecclesiis regularium, quam regulares in alienis, possunt apponere commemorationem octavæ, ut supra, occurrentis, servata rubrica de duplici oratione habenda in Dominicis infra octavam, *S. R. C.* 11 *Jun.* 1701, *in una Tertii Ord. S. Francisci.* Vide *num. ant. et seq.* Servata rubrica: quæ est: *In Dominicis infra octavas occurrentibus dicuntur duæ orationes, una de Dominica, secunda de octava. Rub. Miss. tit.* VIII, *n.* 10.

**756.** Declaratio *S. R. C.* quod scilicet regulares non possint recitare Officium de octava patroni principalis sine speciali indulto ejusdem *sacr. R. C.* comprehendit etiam moniales, *S. R. C.* 11 *Febr.* 1702, *in Tarvisina.*

**757.** Moniales ordinariis subjectæ non debent recitare Officium de octava Dedicationis ecclesiæ cathedralis, nec possunt ad libitum, et tantum tenentur recitare Officium prædictum sub ritu duplici secundæ classis sine octava, *S. R. C.* 11 *Febr.* 1702, *in Tarvisina:* Officium prædictum, etiamsi prima dies, et reliqua octava impedita sit. Vide *num. cit.:* Moniales in civitate degentes. An vero in diœcesi, vide *n.* 1256.

**758.** Prohibitio facta a *S. R. C.* in declaratione, quod sacerdotes sæculares, etiam capellani, qui licet recitaverint Officium semiduplex, vel simplex, vel feriale, non celebrent Missam de *Requiem* in ecclesiis regularium, in quibus recitatum sit Officium duplex de non præcepto, vel de aliquo sancto eorumdem sui Ordinis, intelligi etiam debet pro ecclesiis monialium, *S. R. C.* 11 *Febr.* 1702, *in Tarvisina.* Vide *num.* 468 *et* 753.

**759.** Facultas celebrandi cum Missali Romano concessa a *S. R. C.* pro capellanis monialium, intelligi debet pro omnibus, et singulis, qui ex debito tenentur celebrare in ecclesiis ipsarum monialium, dummodo celebrent cum Missali Romano, *S. R. congregat.* 11 *Febr.* 1702, *in Tarvisina.* Vide *num.* 894.

**760.** Impedito, aut nolente episcopo celebrare, et alias functiones explere, spectat non ad vicarium generalem, aut ad canonicum hebdomadarium, sed ad primam dignitatem, eaque impedita, gradatim ad alias, ejus vices supplere, *S. R. C.* 11 *Februar.* 1702, *in Gerunden.:* Alias functiones. Vide *n.* 101. Gradatim ad alias: veras dignitates, non substitutos; puta archipresbyteri. Vide *num.* 14, 164 *et* 799.

**761.** Si Dominica infra octavam Ascensionis occurrat in die 4 *Maii*, tunc in feria secunda sequenti recitandum est Officium de sancta Monica, quod in dicta Dominica occurrit sub ritu semiduplici, non vero reponendum est festum sanctorum apostolorum Philippi et Jacobi, quod sub ritu duplici secundæ classis occurrit die 1 *Maii*, *S. R. C.* 16 *Sept.* 1702, *in una Ord. Cœlestinorum.:* Recitandum est Officium de S. Monica. Hoc decretum est generale, et valet pro similibus; modo vero non habet locum pro S. Monica, ad duplicem ritum elevata ex decreto 26 *August.* 1750. Vide *num.* 509 *et* 646.

**762.** In prima et secunda Missa, quæ celebratur in die festo Nativitatis D. N. J. C. non debet fieri purificatio calicis, *S. R. C.* 16 *Sept.* 1702, *in una Regni Portugalliæ.*

**763.** Canonici ecclesiæ cathedralis interessentes concionibus, præsertim quadragesimalibus, debent esse induti habitu canonicali, dum sedent in propriis

Digitized by Google

stallis, *S. R. C.* 31 *Martii* 1703, *in una Pomponii Stabitæ.*

764. Sacerdotes non debent deferre manutergium super calicem tam eundo, quam redeundo ab altari, *S. R. C.* 1 *Sept.* 1703, *in Pisauren.*

765. Festum duplex ante octavam non privilegiatam occurrens, alio majori festo duplici impeditum, est transferendum ad diem infra octavam proximo festo duplici vel semiduplici non impeditam, *S. R. C.* 22 *Sept.* 1703, *in Viennen. in Austria.*

766. An confraternitates laicorum legitime erectæ in ecclesiis parochialibus, habeant dependentiam a parocho in explendis functionibus ecclesiasticis, non parochialibus? Et responsum fuit, Affirmative, *S. R. C.* 10 *Decemb.* 1703, *Urbis et Orbis*, *Clemente XI* 12 *Jan.* 1704 *confirmante constit. quæ incipit:* An debitum. Vide *num. seqq.*

767. An confraternitates laicorum erectæ in capellis, vel oratoriis, tum publicis, tum privatis, adnexis parochialibus ecclesiis, ab eis dependentibus, habeant dictam dependentiam a parocho quoad dictas functiones? Et responsum fuit, Affirmative, *S. R. C.* 10 *Decemb.* 1703, *Urbis et Orbis, Clemente XI approbante ut supra.*

768. An confraternitates erectæ in aliis ecclesiis publicis, habeant quoad easdem functiones aliquam dependentiam a parocho, intra cujus parochiæ limites sitæ sunt ecclesiæ? Et responsum fuit, Negative, *S. R. C.* 10 *Decemb.* 1703, *Urbis et Orbis, ut supra.*

769. An confraternitates erectæ in oratoriis tam publicis, quam privatis, sejunctis ab ecclesiis parochialibus quoad dictas functiones ecclesiasticas habeant dictam dependentiam a parocho? Et responsum fuit, Negative, *S. R. C.* 10 *Decemb.* 1703, *Urbis et Orbis.*

770. An benedictiones et distributiones candelarum, cinerum, et palmarum, sint de juribus mere parochialibus? Et responsum fuit, Negative, *S. R. C.* 10 *Decemb.* 1703, *Urbis et Orbis.* Vide *num.* 66 *et* 772.

771. An benedictiones mulierum post partum, fontis baptismalis, ignis, seminis, ovorum et similium, sint de juribus mere parochialibus? Et responsum fuit, Negative; sed benedictiones mulierum, et fontis baptismalis fieri debere a parochis, *S. R. C.* 10 *Dec.* 1703, *Urbis et Orbis.*

772. An functiones omnes hebdomadæ sanctæ sint de juribus mere parochialibus? Et responsum fuit, Negative, prout jacet, *S. R. C.* 10 *Decemb.* 1703, *Urbis et Orbis.*

773. An celebratio Missæ solemnis feria quinta in Cœna Domini, sit de dictis juribus parochialibus? Et responsum fuit, Negative, prout jacet, sed spectare ad parochum, *S. R. C.* 10 *Decemb.* 1703, *Urbis et Orbis.*

774. An prima pulsatio campanarum in Sabbato sancto sit de juribus parochialibus? Et responsum fuit, Negative, prout jacet, sed spectare ad ecclesiam digniorem ad formam constit. Leonis X, § 14, *S. R. C.* 10 *Dec.* 1703, *Urbis et Orbis.* Ad formam constitutionis Leonis X: videlicet: *Tam regulares, quam alii clerici sæculares, etiam super hoc Apostolicæ Sedis privilegio muniti, die Sabbati majoris hebdomadæ, antequam campana cathedralis, vel matricis ecclesiæ pulsaverit, campanam in ecclesiis suis pulsare minime possint, et contrafacientes pœnam centum ducatorum incurrant*, *Const.* XXII quæ incipit: *Dum intra mentis*, § 14, cujus initium: *Et ut debitus*, Romæ editæ die 16 *Decembris* 1516.

775. An celebratio Missarum solemnium per annum, sive pro vivis, sive pro defunctis, sit de dictis juribus parochialibus? Et responsum fuit, Negative, prout jacet, sed licere confratribus solemnioribus ejusdem ecclesiæ vel oratorii, ut in Brundusina, sub die 1 *Junii* 1601, *S. R. C.* 10 *Decemb.* 1703, *Urbis et Orbis.*

776. An expositio quadraginta Horarum, et benedictio, quæ fit super populum, sit de dictis juribus parochialibus? Et responsum fuit, Negative, *S. R. C.* 10 *Decemb.* 1703, *Urbis et Orbis.*

777. An expositio, quæ fit cum reliquiis, vel sacris imaginibus, et benedictio, quæ cum eis fit super populum, sit de dictis juribus parochialibus? Et responsum fuit, Negative; et quoad benedictiones cum reliquiis et imaginibus serventur decreta *S. R. C.* 10 *Decembris* 1703, *Urbis et Orbis.* Vide *num.* 713.

778. An functiones in præcedentibus octo dubiis, videlicet a dubio quinto ad duodecimum expressæ, peragi possint in oratoriis privatis, contradicente parocho? Et responsum fuit, satis provisum in superioribus, *sac. Rit. congreg.* 10 *Decemb.* 1703, *Urbis et Orbis.*

779. An in oratoriis privatis confraternitatum per confratres statis horis recitari possint horæ canonicæ cum cantu, vel sine, absque alia licentia parochi? Et responsum fuit, Affirmative, nisi aliter ordinarius statuat ex rationabili causa, *S. R. C.* 10 *Decemb.* 1703, *Urbis et Orbis.* Vide *num. seq.*

780. An in oratoriis privatis sit licita celebratio Missæ privatæ, assentiente ordinario loci, et contradicente parocho? Et responsum fuit, Affirmative, *S. R. C.* 10 *Decemb.* 1703, *Urbis et Orbis.* Celebratio Missæ, exceptis diebus in bulla Benedicti Papæ XIV expressis. Vide *num. ant.* et 619.

781. An capellani confraternitatum possint populo denuntiare festivitates, et vigilias occurrentes in hebdomada absque licentia parochi? Et responsum fuit, Affirmative, *S. R. C.* 10 *Decemb.* 1703, *Urbis et Orbis.* Vide. *num.* 234.

782. An parochus invitis confratribus docere possit doctrinam Christianam in prædictis ecclesiis, oratoriis publicis, vel privatis a parochia divisis, et separatis? Et responsum fuit, Negative, *S. R. C.* 10 *Decemb.* 1703, *Urbis* et *Orbis*: Docere doctrinam Christianam: removeri autem exercitium catechismi, et docendi pueros in ecclesiis confraternitatis non posse, statuit sacr. congreg. Conc. Trident. 29 *Aug.* 1722, in una civitatis Mantuæ. Et *an rector confraternitatis teneatur permittere, ut parochus doceat in oratorio doctrinam Christianam, vel possit hoc impedire?* Responsum fuit, Arbitrio ordinarii, S. cong. Conc. Trident. 29 *Aug.* 1733, in una diœcesis Asoli, ex regestis ejusdem sacr. Congregationis sub enuntiato tempore signatis.

783. An in sæpe dictis ecclesiis publicis confraternitatum possint haberi publicæ conciones etiam per totum cursum Quadragesimæ, vel Adventus cum licentia ordinarii, et absque licentia parochi? Et responsum fuit, Affirmative, *S. R. C.* 10 *Dec.* 1703, *Urbis et Orbis.*

784. An in eisdem ecclesiis possit celebrari Missa sive lecta, sive cantata ante Missam parochialem, sive lectam, sive cantatam? Et responsum fuit, Negative, nisi aliter episcopus disponat, *S. R. C.* 10 *Decemb.* 1703, *Urbis et Orbis.* Vide *n.* 234.

785. An ad parochum spectet Officium funebre super cadaveribus sepeliendis in sæpe dictis ecclesiis, et oratoriis publicis confraternitatum? Et responsum fuit, Affirmative, quando tumulandus est subditus parocho, intra cujus fines est ecclesia, vel oratorium, *sac. Rit. congreg.* 10 *Decemb.* 1703, *Urbis et Orbis.*

786. An intra ambitum earumdem ecclesiarum fieri possint processiones juxta cujusque confraternitatis institutum, absque interventu vel licentia parochi? Et responsum fuit, Affirmative, *S. R. C.* 10 *Decembris* 1703, *Urbis et Orbis.* Vide *num. seq. et* 50.

787. An eædem processiones fieri possint extra ambitum dictarum ecclesiarum absque licentia illo-

rum parochorum, per quorum territorium trans eundum est? Et responsum fuit: Negative, nisi adsit licentia episcopi, *S. R. C.* 10 *Decemb.* 1703, *Urbis et Orbis.* Vide *num. antec.*

788. An in dictis processionibus capellani confraternitatum possint deferre stolam? Et responsum fuit, Negative extra propriam ecclesiam, *S. R. C.* 10 *Decemb.* 1703, *Urbis et Orbis.*

789. An episcopo accedente ad ecclesias publicas confraternitatum, quæ non sint Regularium, neque proprium rectorem beneficiatum habent, porrigendum sit aspersorium a parocho, in cujus territorio sint sitæ dictæ ecclesiæ? Et responsum fuit, Negative, *S. R. C.* 10 *Decemb.* 1703, *Urbis et Orbis.* An porrigendum sit aspersorium a parocho, Negative: sed a primo de capitulo cathedralis. Vide *num.* 71.

790. An earumdem ecclesiarum, et confraternitatum rectores, et capellanos possit parochus, cessante alio speciali, ac legitimo titulo, et e solo jure parochialitatis compellere invitos ad assistendum functionibus ecclesiæ parochialis? Et responsum fuit, Negative, *S. R. C.* 10 *Decembris* 1703, *Urbis et Orbis.*

791. An in sæpe dictis ecclesiis confraternitatum neque parochialibus, neque Regularibus retineri possit sanctiss. Eucharistiæ sacramentum sine speciali indulto Sedis Apostolicæ? Et responsum fuit: Negative, *sac. Rit. congreg.* 10 *Decemb.* 1703, *Urbis et Orbis.*

792. Præsupposita facultate retinendi, an possit intra annum publice exponi sine licentia Ordinarii? Et responsum fuit: Negative, *S. R. C.* 10 *Decemb.* 1703, *Urbis et Orbis:* Per annum. Excipe octavam Corporis Christi. Vide *num.* 51.

793. An possit parochus se ingerere in administratione oblationum, vel eleemosynarum in sæpe dictis ecclesiis recollectarum, vel capsulæ pro illis recipiendis expositæ clavem retinere? Et responsum fuit: Negative, *S. R. C.* 10 *Decemb.* 1703, *Urbis et Orbis.*

794. An in ecclesia parochiali confratres, vel eorum capellani immiscere se valeant, invito parocho, in ejusdem ecclesiæ functionibus, sive parochialibus, sive non parochialibus? Et responsum fuit: Negative, *S. R. C.* 10 *Decemb.* 1703, *Urbis et Orbis.*

795. An confraternitates sive sint erectæ in ecclesia parochiali, sive extra illam, possint pro libito, et juxta uniuscujusque peculiaria statuta congregationes suas facere, absque interventu, vel licentia parochi? Et responsum fuit: Affirmative, dummodo non impediant functiones, et divina Officia, *S. R. C.* 10 *Decemb.* 1703, *Urbis et Orbis.*

796. An possint propria bona administrare, atque de illis disponere absque ulla dependentia a parocho? Et responsum fuit: Affirmative, *S. R. C.* 10 *Decemb.* 1703, *Urbis et Orbis.*

797. Quando parochus eisdem congregationibus intersit de mandato Ordinarii, et tanquam ejus delegatus, an possit suffragium decisivum ferre, et quatenus affirmative? Et responsum fuit: Negative, *S. R. C.* 10 *Decemb.* 1703, *Urbis et Orbis.*

798. An etiam suffragium duplex, die 10 Decembris 1703, prout infra respondit. Et responsum fuit: Negative, *sac. Rit. congreg.* 10 *Decemb.* 1703, *Urbis et Orbis; Clemen. IX annuente supra omnia dicta dubia die* 13 *Januar.* 1704, *constit. incip.* Ad debitum.

799. Prima dignitas præcise tenetur supplere partes episcopi impediti in celebrandis Missis solemnibus et peragendis aliis solemnibus functionibus ad ipsum episcopum spectantibus, *S. R. C.* 29 *Januar.* 1704, *in Cremonen.:* Prima dignitas; eaque impedita, aliæ successive. Vide *num.* 760. Idem declaratum fuerat 11 Febr. 1702, ad exclusionem vicarii generalis, et canonici hebdomadarii, ac impedita prima dignitate, pertinere ad secundam.

800. Quando plures adsunt cathedrales unitæ, Officium Dedicationis cujuslibet Ecclesiæ cathedralis non debet recitari ab universo clero diœcesum unitarum, sed in qualibet respective diœcesi debet recitari de sua propria respective Ecclesia cathedrali, *S. R. C.* 8 *Martii* 1704, *in Viterbien.*

801. An impedito diacono, munus auferendi mitram, et gremiale celebranti in capella pontificia, et alia ejusdem diaconi munera, spectent ad subdiaconum, vel potius ad cæremoniarum magistros, etc., sacr. Congreg. respondit *Dilata*, et ad eminent. ponentem *ad mentem*, et mens fuit, quod eminentiss. ponens curaret, ut magistri cæremoniarum abstineant in futurum ab imponendo et auferendo mitram, et gremiale in casu, etc., nisi impeditis diacono, et subdiacono, *S. R. C.* 26 *April.* 1704, et iterum denegata nova audientia præfectis cæremoniarum, servari hoc decretum statuit eadem *S. R. C.* 6 *Jun.* 1704, *in Romana.* Reperitur in Bullario Romano Clem. XI decreto IV, quod incipit *Romana. Cum inter Subdiaconum, tom. VIII, Bull. Rom. Luxemburgi* 1727, *pag.* 434.

802. In occurrentia festi Calendarii particularis, et festi Calendarii universalis cum paritate ritus, et sine excellentia majoris dignitatis, faciendum est Officium de primo, translato secundo, *S. R. C.* 12 *Jul.* 1704, *in una Urbis et Orbis dubiorum:* Cum paritate ritus; quid vero dicendum de Officio, quod celebratur cum magna festivitate, consule *n.* 514, 614, 970, 1017 et 1045.

803. Cruces altarium, seu processionum non sunt benedicendæ de præcepto; potest tamen simplex sacerdos eas benedicere privatim, et non solemniter, *S. R. C.* 12 *Jul.* 1704, *in una Urbis, Clem. XI confirm. in suo Bullario part.* III, *decr.* 5, *et reperitur in Bullar. R. tom. VII, Luxemburgi* 1727, *pag.* 433. *Incipit Decretum* Urbis: *Fratre Josepho.*

804. Licet proponere Spinam Domini nostri Jesu Christi ab immemorabili, præsertim in Parasceve, capite scilicet aperto sub baldachino processionaliter propositam, *S. R. C.* 12 *Jul.* 1704, *in una Urbis et Orbis:* Sub baldachino; imo etiam cum velo humerali, et incenso. Vide *n.* 255.

805. In ecclesia, ubi quotidie non cantatur Missa, si occurrat festum Patroni, seu Titularis diebus, quibus non potest de eo fieri Officium, potest nihilominus (diebus non exceptis a *R. M. t. VI De translatione*) cantari Missa de Patrono, seu Titulari, licet non cantetur altera Missa concordans cum officio, *sac. R. cong.* 23 *Aug.* 1704, *in una Ordinis eremit. S. Augustini.* Diebus non exceptis Rubrica: qui sunt *Dominica prima Adventus, et Quadragesimæ, feria* 4 *Cinerum, Dominica Palmarum cum tota hebdomada majori, Resurrectionis, et Pentecostes cum duobus diebus sequentibus, die Nativit. Domini, Epiphaniæ, Ascensionis, et Corporis Christi. Miss. Rubr. de Trans. Fest. tit.* 6, *num.* 1.

806. Religiosi celebrantes ex quacunque causa in aliena Ecclesia, ubi non agitur Officium duplex, et fiunt exsequiæ pro aliquo defuncto, vel anniversaria, seu simile Officium pro defunctis, etiam si ipsi religiosi recitaverint Officium sancti duplicis, possunt se conformare cum Ecclesia, in qua celebrant, *S. R. C.* 23 *August.* 1704, *in una Erem. Camald.* Vide *n.* 753.

807. Non sunt omittendæ in suffragiis communibus commemorationes SS. Salvatoris, nec S. Crucis in eorum ecclesiis titularibus, *S. R. C.* 23 *Aug.* 1704, *in una Erem. Camald.*

808. Quando in Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ, et Quinquagesimæ occurrit festum Purificationis B. M. V. in ecclesiis eidem sub alio titulo dicatis, scilicet Annuntiationis, etc., Missa solemnis

post benedictionem candelarum, et processsionem debet cantari de Dominica, *sac. Rit. congreg.* 23 *August.* et 13 *Septemb.* 1704, *in Catanien.:* De Dominica; ad quam non accenduntur candelæ ad Evangelium, et elevationem usque ad sumptionem peractam, ut fit in Missa Purificationis. *Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 16, *num.* 19. Vide *num.* 815 et 1032.

809. Parochi, capellani confraternitatum, sacerdotes, aliique ecclesiastici, qui cotta induti interveniunt processionibus funeralibus, deferant, sicut in aliis processionibus, birretum sacerdotale, non vero pileum, exeepto tempore pluviæ et noctis, prout disponit Rituale Romanum tit. de Processionibus, et ut sæpe resolvit sac. Rit. congregat. quæ quidem pilei prohibitio non solum est pro ecclesiastico sæculari, sed etiam regulari, licet sint parochi cotta induti. Hæc decreta sac. Rit. confirmantur a Clemente XI, 9 Decembr. 1704, in sua constit. quæ incipit: *La santità di Nostro Signore.* Vide *num.* 8.

810. Si festum S. Marci occurrat in die Paschatis, Processio cum litaniis transfertur in feriam tertiam sequentem juxta Rubricam particularem Missalis; et si alicubi fit abstinentia, vel jejunatur, servanda est consuetudo a Regularibus, *S. R. C.* 14 *Febr.* 1705, *in una Capuccin. Galliæ :* Transfertur in feriam tertiam, una cum Missa Rogationum sine *Gloria*, et sine *Credo.* Vide *n.* 701.

811. Digniore clero, a quo celebrans in diebus Purificationis, Cinerum et Palmarum recipit candelam, cineres, et palmam, debet accedere ad altare sine stola, et genuflexus, sicut alii, recipere candelam, cineres, et palmam a celebrante, et osculari manum celebrantis porrigentis candelam, et palmam, *S. R. C.* 14 *Februar.* 1705, *in una Capuccin. Galliæ :* Dignior e clero: intellige cum non sit cathedralis canonicus, aut collegiatæ, si pro isto adesset consuetudo. Vide *n.* 96 *et* 454.

812. Non est toleranda consuetudo quorumdam, qui contra id, quod præscribitur in Missali, exponunt hostiam consecratam reservandam a feria V in Cœna Domini usque ad ipsius consumptionem in feria VI in Parasceve, *sacra Rituum congr.* 14 *Febr.* 1705, *in una Capuccin. Galliæ :* Quod præscribitur in Missali, id est, reponendus est calix in capsula clausa, et clavi tuta. *Rub. Miss. de fer. Cœnæ Domini.*

813. Antiphona B. M. V. in fine Officii debet omitti in choro, quando immediate sequitur Missa, quæ in ecclesiis non cathedralibus, et non collegiatis, sed in minoribus etiam Regularium, licet non cantetur a choro, sed coram clero legatur tantum a celebrante, habenda est tanquam conventualis; et in festis secundæ classis debet omitti commemoratio S. simplicis eadem die occurrentis, ut præscribitur in rubrica Missalis *tit.* 6, *n.* 1 *S. R. C.* 14 *Febr.* 1705, *in una Capuc. Galliæ :* Ut præscribitur in rubrica Missalis, etc., nempe *de simplici non fit commemoratio in Missa solemni, sed in Missis tantum privatis, quando de eo in Officio facta fuit commemoratio solummodo ad Laudes. Rub. Miss. tit.* 7, *n.* 1.

814. An, cum ex decreto sac. Rit. congregat. emanato 11 Januar. 1681, dicenda sit Antiphona beatissimæ Virginis, *Ave, Regina cœlorum*, cum ℣ *Dignare me*, etc. in fine Completorii secundæ diei Februarii, licet transferatur Officium Purificationis, dici debeat in Suffragiis (quando fit de Officio semiduplici, etc). Vers. *Ora pro nobis, sancta Dei Genitrix*, cum oratione *Concede nos famulos*, etc., et in Missa secunda oratio *A cunctis*, tertia ad libitum? et sac. Rit. congregat. affirmative respondit 14 *Februar.* 1705, *in una Ord. Capucc. Galliæ.* Vers. *Ora pro nobis*, etc. (cum oratione submissa voce a celebrante dicenda). *Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 3, *n.* 15.

815. An in diœcesibus, in quibus in Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ, vel Quinquagesimæ fit Officium Purificationis B. M. V. illis Dominicis occurrentis, debeant, vel possint PP. Capuccini iis diebus recitare idem Officium cum sola commemoratione, et nona lectione Dominicæ in gratiam populorum ad suas ecclesias accedentium? Et responsum fuit, Negative. *S. R. C.* 14 *Februar.* 1705, *in una Capucc. Galliæ :* Negative; Affirmative vero, ubi Purificationis festum est titulare primæ classis. *Rub. Brev.* IV, *de Dominicis n.* 1. Vide *num* 521 *et* 808.

816. An translato Officio Annuntiationis B. Mariæ, de quo potest fieri die 5 Aprilis omisso Officio ad libitum S. Vincentii Ferrerii, hac die occurrentis, satius sit celebrare Officium Annuntiationis vel hac die, vel sequenti, ut non omittatur Officium S. Vincentii? Et si hoc ultimum satius judicetur, an in diœcesibus, in quibus celebratur 5 die Aprilis Officium translatum Annuntiationis B. Mariæ cum feriatione diei, in qua transfertur, satius sit P P. Capuccinos illud celebrare hac die, omisso Officio ad libitum S. Vincentii Ferrerii in gratiam populorum, qui ad suas ecclesias accedunt audituri Missam, et Officium de mysterio Annuntiationis: et inde etiam an translato Officio Annuntiationis juxta Romanas rubricas in 4 diem Aprilis, debeant tamen, vel possint illud differre in sequentem diem 5 Aprilis, in diœcesibus, in quibus tunc transfertur in hanc diem ob festum S. Ambrosii, quod celebratur 4 Aprilis propria ipsius obitus die? Et responsum fuit, quod quando transfertur solum Officium, et non solemnitas, tunc potest fieri de Sancto ad libitum occurrente, *sac. Rit. congr.* 14 *Feb.* 1705, *in una Capucc. Galliæ.* Vide tamen posteriora decreta hodie observanda sub *n.* 1234.

817. An sub nomine Patroni loci, de quo juxta bullam Gregorii XIII, Regulares tenentur Officium sub ritu duplici primæ classis, veniat etiam Patronus parochiæ, in qua commorantur? *S. R. C.* respondit Negative 14 *Februar.* 1705, *in una Capuccinor Galliæ :* Juxta bullam, die 30 Decembris 1573, quæ incipit: *Pastoralis Officii.*

818. Quando dies anniversaria Consecrationis episcopi incidit in Dominicam primæ classis, infra hebdomadam majorem, in die Paschæ, Pentecostes, Nativitatis Domini, vel alio solemniori, non potest dici Missa de dicta consecratione; sed in ipsa Missa de die fieri debet collecta pro episcopo sub conclusione, ut disponit Cærem. episcoporum, *S. R. C.* 4 *Aprilis* 1705, *in Lycien.* Dies Anniversaria consecrationis: pariter et dies anniversaria electionis *Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 35, *n.* 1. Ut disponit Cærem. episcoporum, videlicet: *Si dies consecrationis venerit in die aliquo festivo, celebrabitur solemniter de festo cum paramentis festo convenientibus, et cum Commemoratione pro episcopo. Si vero venerit in die feriato, celebrabitur, prout in Missali, cum paramentis albis, et una tantum Collecta pro episcopo, videlicet* Deus, omnium fidelium Pastor, etc. *Cærem. episc. lib.* II, *c.* 15, *n.* 1 *seq.* Vide *n.* 866 *et* 1117.

819. In feria VI post Octavam Ascensionis, si occurrit festum novem lectionum, facienda est in Missa commemoratio illius diei, nisi festum fuerit ex solemnioribus juxta rubricas, *S. R. C.* 4 *Aprilis* 1705, *in Lycien.:* Festum novem lectionum. Intellige etiam semiduplicia translata. Vide *num.* 634.

820. In Missa votiva SS. Sacramenti tertia oratio dicenda est ea, quæ secundo loco erit dicenda ratione temporis occurrentis, non vero ea, quæ est assignata secundo loco infra Octavam ejusdem SS. Sacramenti, *S. R. C.* 4 *Apr.* 1705, *in Lycien.:* Ratione temporis occurrentis; nempe secunda oratio in hac Missa votiva (ita et in aliis) quæ regulariter erit de festo semiduplici occurrenti, vel simplici, loquendo de privatis; in solemnibus enim non est facienda commemoratio festi; tertia, quæ secunda

Digitized by Google

loco ratione temporis occurrentis dicenda erit, nisi occurrerit simplex. Ordo vero harum orationum erit sequens : Ab Octava Pentecostes usque ad Adventum, et a Purificatione (nempe usque ad diem secundam Februarii, licet festum Purificationis ultra hanc diem protrahatur) usque ad Quadragesimam, oratio erit *A cunctis;* ab Octava Epiphaniæ usque ad Purificationem, ut supra, *Deus qui salutis;* a feria iv Cinerum usque ad Dominicam Passionis, de feria currenti; a Dominica Passionis usque ad Dominicam Palmarum, de feria; ab Octava Paschæ usque ad Ascensionem, *Concede nos famulos tuos.* Infra aliquas Octavas, et in Vigiliis, in quibus jejunatur, de S. Maria, sed infra Octavas beatæ Mariæ, et in Vigilia, et infra Octavam Omnium Sanctorum oratio dicitur de Spiritu sancto, *Deus, qui corda fidelium. Rub. Miss. tit.* 9, *de Orationibus.* Vide *n. seq. et* 521.

821. Ex parte magistri cæremoniarum ecclesiæ cathedralis Lyciensis quæsitum fuit, an, si festum Purificationis B. M. V. est transferendum, vel ratione Octavæ diutius perseveret, eo usque perseverare debeat antiphona *Alma Redemptoris Mater;* an vero in hoc casu die 2 Februarii ad Completorium dicenda sit antiphona *Ave, Regina cœlorum?* Et responsum fuit : Quod servetur decretum S. C. emanatum sub die 11 Januar. 1681, ita *S. R. C.* 4 *Apr.* 1705, *in Lycien.* Vide *n.* 521.

822. An Officium Exspectationis partus B. M. V. concessum sit omnibus regnis Hispano monarchæ subjectis, an solum aliquibus? Responsum fuit : Indultum Gregorii XIII esse tantum pro sola Hispania, *S. R. C.* 4 *Aprilis* 1705, *in Lycien.* Officium Exspectationis : hodie extenditur etiam ad totum dominium reipublicæ Venetæ, et alibi, *ex decreto de die* 23 *Sept.* 1695.

823. Officia sanctorum ad libitum, sive duplicia, sive semiduplicia, occurrentia in die, quo fieri debet Officium de Dominica anticipanda ante Septuagesimam, vel ante Dominicam 24 post Pentecostem, non sunt recitanda cum commemoratione dictæ Dominicæ, neque transferenda, sed potius omittenda, *sac. Rit. congreg.* 4 *Aprilis* 1705, *in Lycien.* Officium de Dominica anticipanda : scilicet *Quando Septuagesima venerit in prima Dominica post Octavam Epiphaniæ, tunc in primo Sabbato post octavam, non impedito festo novem lectionum, alioquin prima die post Octavam, fiat Officium de feria, in qua ponuntur responsoria primi nocturni Dominicæ secundæ post Epiphaniam, et tres lectiones leguntur de homilia ejusdem Dominicæ, cum ejus antiphona ad* Benedictus, *et oratione. Festum vero semiduplex in ea occurrens transfertur in primam diem similiter non impeditum. Rubrica Brev. post Dominicam Epiph.* Pro Dominicis vero post Pentecostem, quæ ad summum viginti octo, et ad minus viginti tres possunt esse, ut compleatur numerus trigenarius, servandus erit sequens ordo. *Si Dominicæ post Pentecostem fuerint* xxv, *Dominica* xxiv *post Pentecostem erit quæ est* vi *post Epiph. Si fuerint* xxvi, *Dominica* xxiv *erit quæ est* v *et* xxv, *quæ est* vi. *Si fuerint* xxvii, *Dominica* xxiv *erit quæ est* iv, *et* xxv *quæ est* v, *et* xxvi *erit* vi. *Si fuerint* xxviii, *Dominica* xxiv *erit* iii, *et* xxv *erit* iv, *et* xxvi *erit* v, *et* xxvii *erit* vi, *et ultimo loco semper ponitur quæ est in ordine* xxiv, *post Pentecostem, etiamsi post Pentecostem aliquando non sint nisi* xxii *Dominicæ. Tunc enim* xxiv *ponitur loco* xxiii, *et Officium* xxiii *ponitur in præcedenti Sabbato, quod non sit impeditum festo novem lectionum; alioquin in alia præcedenti die non impedita, in qua fiat Officium de feria cum commemoratione festi duplicis, si occurrat, et in ea leguntur tres lectiones de homilia Dominicæ, omissis lectionibus Scripturæ illius feriæ, et in Laudibus dicatur antiph. ad* Benedictus, *et oratio de Dominica* xxiii. *Quod si tota hebdomada impedita sit festis* ix *lectionum, etiam translatis, vel aliqua Octava, tunc in Sabbato legatur nona lectio homiliæ Dominicæ* xxiii, *et de ea fiat commemoratio in Laudibus tantum, cum antiph. et orat. prop., Rubric. Brev. de Dom. num.* 4. *Cum vero interdum contingat, ut Dominica* iii, *vel* iv, *vel* v, *vel* vi, *post Epiphaniam supersit, nec possit poni etiam post* xxiii *a Pentecoste, tunc de ea fit Officium in Sabbato ante Dominicam Septuagesimæ. Rubricæ Brev. de Domin. n.* 5. Vide *num.* 610.

824. Infra Octavam SS. Corporis Christi, occurrente festo novem lectionum, non debet omitti nona lectio. *S. R. C.* 4 *Apr.* 1705, *in Lycien.* Vide *n.* 471 *et* 654.

825. In processionibus et funeralibus debetur præcedentia parochis supra mansionarios, etiam ecclesiæ cathedralis, incedentes sine canonicis, et capitulo : mansionariis autem ecclesiæ collegiatæ incedentibus absque capitulo non est licitum deferre pelles super brachio in processionibus funeralibus. *S. R. C.* 12 *Sept.* 1705, *in Aretina.*

826. Si accedat ad regularium ecclesias episcopus titularis suffraganeus ad celebrandum pontificaliter, non debent regulares ei baldachinum erigere, quod nec in ecclesiis suis, nec in exemptis diœcesibus, nec extra diœcesim illi competit, quamvis accedat de licentia Ordinarii. *S. R. C.* 6 *Mar.* 1706, *in Hildesimen.* Vide *n.* 52.

827-831. Dignitatibus et canonicis ecclesiæ cathedralis convenit distinctio, tam quoad qualitatem paramentorum, quam quoad locum se parandi pro Missis privatis respectu altaris tantum, aliorumque sacerdotum eidem ecclesiæ addictorum. *S R. C.* 20 *Mart.* 1706, *in Recineten. Præeminentiarum.* Vide *num.* 4.

832. Si festum S. Marci evangelistæ occurrat in feriam secundam post Dominicam Resurrectionis, et similiter festum SS. apostolorum Philippi et Jacobi in Dominicam in Albis, ac præterea juxta rubricas utrumque sit transferendum, prius transferri et reponi debet Officium S. Marci, *sac. Rit. cong.* 17 *Jul.* 1706, *in una Urbis et Orbis, Clem. XI, annuente in decreto VIII, quod incip.:* Cum anno 1707. Vide t. VIII, edit. Luxemburgi 1727, *p.* 454. Vide *num.* 464.

833. Quamvis PP. Capuccini conventus Leodien. ex consuetudine plusquam centum annorum soleant facere Officium duplex majus de S. Servatio episcopo 13 Maii, quia est patronus principalis parochiæ, in qua morantur, et est festum devotionis in populo, nihilominus declaratum et decisum fuit non licere prædictis PP. Capuccinis continuare recitationem dicti Officii, nec in alium diem transferre, quando ab alio majori festo contigit esse impeditum. *S. R. C.* 28 *Aug.* 1706, *in una PP. Capucc. provinciæ Leodien.*

834. Declaratum fuit, non licere PP. Capuccinis, nec aliis cujusvis ordinis regularibus, qui non utuntur Breviario PP. Minorum Observantium, in usum deducere rubricam in dicto Brev. anni 1656, *num.* 15, his verbis expressam : *Quando autem plura Officia de præcepto eodem die in aliquibus locis ita fixe occurrunt, ut translatio alicujus, seu aliquorum sit perpetua, tunc prima dies proxima non impedita assignanda censeatur in perpetuum pro die propria festi translati respective.* Si quidem concessio facta utentibus Breviario Minorum non extenditur ad non utentes, *sac. Rit. congregat.* 28 *August.* 1706, *in una Capucc. provinciæ Leodien.* Non extenditur ad non utentes : hodie hæc constitutio est universalis, ita ut, etiam inconsulta sacra congregatione, dies proxime non impedita censeatur propria. Vide *num.* 1091 et 1196.

835. Occurrente Vigilia Nativitatis S. Joannis Baptistæ in die festo SS. Corporis Christi, anticipato jejunio Vigiliæ prædictæ in diem 22 Jun. ad formam constitutionis Urbani VIII emanatæ 13 Octobris 1638 an debeat in Officio diei 22 prædictæ ejusdem



Digitized by Google

Evangelii nona lectio recitari, et in Officio, et in Missa de eadem fieri commemoratio? Eadem *sac. Rit. congr.* censuit, nihil de eadem Vigilia in Officio, et Missa peragendum esse. *S. R. C.* 18 *Sept.* 1706, *approbante Clem. XI*, 2 *Octob. ejusdem anni.* Ad formam constitutionis Urbani VIII: quæ incipit: *Cum anno proxime venturo.* Vide *num.* 279.

836. Infra Octavam Nativitatis Domini prohibentur Missæ votivæ privatæ, et pro defunctis. In Missis vero votivis solemnibus pro re gravi infra eamdem Octavam celebrandis, dicenda est Præfatio juxta rubricam generalem *tit.* 12, *num* 4, *sac. Rit. congr.* 25 *Septemb.* 1706, *et* 23 *Septemb.* 1714, *approbante Clemente XI, in suo Bull. part.* II, *const.* 20, *et in Bull. Rom. tom. VIII, decreto* 20, *quod incipit:* Cum occasione Missalis, § Item prohibitum est, *edit. Luxemburgi* 1727, *pag.* 437: Infra octavam Nativitatis; et alias quascunque privilegiatas. Vide *num.* 1105. Dicenda est Præfatio juxta rubricas: videlicet, *Ut dicatur etiam Præfatio propria in Missis votivis, si habeant, alioquin de tempore Nativitatis, ut in hoc casu, vel alia Præfatio, ut in aliis. Rubr. Miss. gen. tit.* 12, *num.* 4. Vide *num.* 75.

837. Feria tertia Rogationum non dicitur secunda oratio Dominicæ. *S. R. C.* 25 *Sept.* 1706, *in una Urbis et Orbis.* Non dicitur secunda oratio Dominicæ, sed *Concede nos*, etc.; tertia *Ecclesiæ*, vel pro Papa. *Rub. Miss. prop.*

838. Occurrente Dedicatione basilicæ sanctissimi Salvatoris, vel SS. Petri et Pauli apostolorum infra Octavam Dedicationis aliarum ecclesiarum, pro earum Octava debet sumi alia oratio de communi, nempe *Deus, qui invisibiliter, sacr. Rit. congr.* 25 *Sept.* 1706, *in una Urbis et Orbis.* Deus, qui invisibiliter: quæ oratio non tantum in citatis casibus, sed in omnibus similibus, et in die ipsamet Consecrationis dicitur. *Rub. Miss. et Brev. de Comm. Ded. Eccl.*

839. Ecclesia cathedralis Ferentina cum fuisset pluribus in locis restaurata, et magna in parte renovata, et de illius consecratione signa nullibi apparerent, neque aliæ probationes exsisterent, adhuc quia in præteritum festum Dedicationis fuerat celebratum, censuit sac. Rit. congr. non indigere nova consecratione, et statuit Dedicationis festum posse transferri ab episcopo ad aliam diem fixam amplius non immutandam. *S. R. C.* 27 *Nov.* 1706, *in Ferentina.* Vide *num.* 239.

840. Quotiescunque occurrerit apud Franciscanos dies Octava S. Rosæ Viterbiensis in Dominica infra Octavam Nativitatis B. M. V. fiat Officium de dicta die Octavæ, protracto ulterius festo sanctissimi Nominis ejusdem B. M. V., *S. R. C.* 22 *Jan.* 1707, *in una Ord. Min. Obser.* Hoc decretum est generale. Vide *num.* 611.

841. An liceat PP. Capuccinis civitatis Neocastri retinere, processionaliter publice deferre, et respective publice exponere in propria, et in alienis ecclesiis statuam S. Antonii de Padua in habitu capuccino? Et an eisdem PP. Capuccinis in publicis functionibus ecclesiasticis tam intra propriam ecclesiam, quam extra, et in processionibus tam publicis, quam privatis, liceat uti vexillis, velis, palleolis, planetis, pluvialibus, vel similibus mobilibus, ubi sint depictæ, sculptæ et impressæ imagines ejusdem sancti Antonii cum habitu capuccino? Et an eisdem PP. Capuccinis subtus imagines ejusdem S. Antonii, vel S. Francisci de Assisio depictas, sculptas, vel impressas cum eorum habitu et caputio, tam intra ecclesiam et conventum, quam extra, et signanter in parietibus, et frontispicio eorum ecclesiæ sint permittendæ inscriptiones indicantes illas esse effigies sancti Antonii de Padua, S. Francisci di Assisio cum veriore forma habitus ipsius S. Francisci, vel potius sint delendæ, aut cancellandæ, ac in futurum prohibendæ in casu? Responsum fuit ad primum et secundum, affirmative. Ad tertium quoad primam partem, negative; et quoad secundam, affirmative: et ita decrevit, et servari mandavit *S. R. C. in una Neocastrensi.*

842. Super altare, in quo SS. Sacramentum expositum est, crux de more collocari debet cum imagine Crucifixi apposita, *S. R C.* 14 *Maii* 1707, *in una Senarum.* Crux de more collocari debet: hoc decretum, quod præcipue intelligitur tempore sacrificii, ad eas tantum pertinet ecclesias, in quibus Missæ, in altari ubi SS. Sacramentum expositum est, dici consueverunt. Vide tamen sub *n.* 1103 statuta a Bened. XIV.

843. In secundis Vesperis de SS. Angelis Custodibus fieri debet tantummodo commemoratio, non vero a capitulo, de Translatione S. Claræ apud Franciscanos, *S. R. C.* 14 *Maii* 1707, *in Bononien.* Hoc decretum est universale. Vide *num.* 931.

844. In ecclesiis dedicatis sub titulo S. Mariæ Angelorum, Officium de hocce titulari celebrandum est die Assumptionis B. M. V. cum Octava ejusdem, *S. R. C.* 14 *Maii* 1707, *in una Parisien.:* In die Assumptionis: Fratres Minores S. Francisci, et Capuccini diem secundam Augusti pro hoc Officio rite habent electam. Vide *num.* 623 *et* 1235.

845. Canonicus sacerdos præcedere debet canonicum diaconum, seu subdiaconum anteriorem habentem possessionem, tam in stallis, quam in aliis omnibus functionibus intra et extra ecclesiam: et canonicus diaconus, vel subdiaconus anteriorem habens possessionem, promotus postea ad sacerdotium, præcedere debet canonicum sacerdotem ordine sacerdotali anteriorem, *S. R. C.* 27 *August.* 1707, *in Sutrin.:* Præcedere debet: Intelligitur, ubi præbendæ non sunt distinctæ. Vide *num.* 54.

846. Episcopus palmas benedicens, et Missæ assistens, non debet legere epistolam, neque evangelium, *Cum appropinquasset*, vel *Altera autem die*, post Passionem tam ex praxi capellæ Pontificiæ, quam ex præscripto Cæremonialis episcoporum, *S. R. C.* 28 *April.* 1708, *in Bracaren.:* Ex præscripto Cæremonialis episcoporum: videlicet *Cantatis epistola et evangelio, prout in Missali, ab iis ministris, qui in Missa ministraturi sunt: et iis omnibus, quæ cantantur, ab episcopo in sua cathedra sedente, et lectis*, etc., *Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 21, *num.* 4.

847. Dum episcopus distribuit candelas, cineres et palmas, etc., celebrans et ministri debent sedere capitibus coopertis, *S. R. C.* 28 *April.* 1708, *in Bracaren.:* Distribuit candelas, cineres, etc.; hæc sessio quoad celebrantem et ministros in feria quarta Cinerum solummodo habet locum, *Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 18.

848. Episcopus assistens Missæ in Dominica Palmarum paratus, vel cum cappa, non debet sedere, neque genuflectere, sed stare discoopertus, dum cantatur Passio, et in casu impotentiæ debet abstinere ab interventu saltem Missæ, *S. R. C.* 28 *April.* 1708, *in Bracaren.:* Dominica Palmarum: Adde et in aliis feriis Passionem admittentibus, *Cærem. episcop. lib.* II, *cap.* 26, *num.* 5.

849. Canonici et assistentes episcopo parati, et illum ad altare comitantes in pontificalibus, ratione paramentorum possunt procedere per ecclesiam coopertis, non vero nudis capitibus, *S. R. C.* 28 *April.* 1708, *in Bracaren.*

850. Non potest Missa votiva de Spiritu sancto vel alia celebrari etiam ab episcopo pro eligenda abbatissa in festo duplici, vel Dominica, *S. R C.* 28 *April.* 1708, *in Bracaren.* Vide *num.* 563.

851. In Vigilia Epiphaniæ non licet celebrare Missas privatas pro defunctis. Et quando per annum fit apud privilegiatos Officium de Immaculata Conceptione, vel sub alio titulo, vel de Sancta Maria in Sabbato, vel de SS. Sacramento, si dicatur aliqua Missa votiva, non habens Prælationem propriam,

Digitized by Google

Præfatio debet esse de communi, vel de tempore, si tunc specialis dicatur, non vero ea, quæ est conformis Officio : et servetur rubrica generalis *tit.* 12, *S. R. C.* 16 *Jun.* 1708, *in Parisien.* In Vigilia Epiphaniæ : Vide *num.* 669 *et* 933. Servetur rubrica generalis tit. 12, id est : *In Missis votivis dicitur etiam Præfatio propria, si propriam habeant : si vero non habuerint, dicitur Præfatio de tempore, vel octava, infra quam contigerit hujusmodi Missas celebrare : alioquin Præfatio communis. Rub. Miss. cit. num.* 4. Vide *num.* 591.

852. Episcopus celebrans Missam de Natali Domini in pontificalibus, vel assistens cum pluviali, vel cappa, quæ eo die ob maximam solemnitatem nunquam conveniret ; ex quo sedens legit evangelium non debet genuflectere ad *Verbum caro factum est*, sed solum quando diaconus illud cantat, *S. R. C.* 28 *Septemb.* 1708, *in Bracaren.*

853. In die S. Laurentii titularis alicujus ecclesiæ cathedralis, vel matricis nullius diœcesis, non est recitandum Symbolum apostolorum in aliis ecclesiis ejusdem loci, sed tantum in ecclesia propria, *S. R. C.* 23 *Martii* 1709, *in Perusin. :* In ecclesia propria : seu ubi aliqua reliquia insignis asservatur. Vide *n.* 583 *seq.*

854. Celebratio Missæ solemnis in diebus Nativitatis Domini, Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, et in die festo SS. Corporis Christi spectat privative ad primam dignitatem, seu primum de capitulo. Eo autem absente, vel impedito, non potest alium in sui locum ad libitum subrogare, sed hujusmodi celebratio fieri debet privative ab alio, qui immediate succedit, non vero ab hebdomadario. *S. R. C.* 23 *Mart.* 1709, *in Compsan. :* Non potest alium in sui locum ad libitum subrogare : nempe substitutum, licet archipresbyteri. Vide *n.* 14 *et* 164.

855. Celebratio Missarum in secundis feriis Paschatis, Resurrectionis et Pentecostes, ac in die festivatis S. Stephani protomartyris, necnon in die Dominico infra Octavam SS. Corporis Christi spectat ad secundum de capitulo, *S. R. C.* 23 *Mart.* 1709, *in Compsana.* Vide *n. antec. et seq.*

856. Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in processione, quæ fit in festo SS. Corporis Christi, deferri debet ab eo, qui Missam celebrat, et idem servandum in processione, quæ fit in die Dominico infra ejus Octavam, non vero deferendum est a primo de capitulo, qui non celebravit, *S. R. C.* 23 *Mart.* 1709, *in Compsan. :* Qui non celebravit, an teneatur celebrare. Vide *n.* 118.

857. In ecclesiis, in quibus celebratur festum S. Bartholomæi apostoli die 25 Augusti cum octava, vel quia est titulare earumdem ecclesiarum, vel ex alia ratione, et sic per necesse festum S. Ludovici sub ritu semiduplici venit celebrandum die 26 dicti mensis Augusti secunda die infra Octavam S. Bartholomæi, quæsitum fuit, quando dies 26 sit dies Dominica, quæ non admittit semiduplicia, an in tali casu Officium S. Ludovici sit transferendum ad diem Lunæ immediate sequentem, licet impeditam alio Officio semiduplici, nempe die 3 infra Octavam S. Bartholomæi? Et responsum fuit : Servetur rubrica x, *n.* 5, de Translatione festorum, *S. R. C.* 23 *Mart.* 1709, *in Perusin. :* Servetur rubrica x, in qua legitur : *Semiduplex occurrens in Dominica infra Octavam transfertur in sequentem diem cum commemoratione Octavæ, quæ si fuerit alio festo duplici, vel semiduplici impedita, prædictum festum semiduplex veniens in Dominica, transfertur post Octavam : ita ut festum semiduplex infra Octavam non transferatur, nisi in proxime sequentem diem.* Vide *n.* 509.

858. Occurrente commemoratione sancti simplicis in feria secunda Quadragesimæ, quando dictum est nocturnum defunctorum, non debet in Missa quarto loco dici oratio, *Omnipotens sempiterne Deus, qui vivorum*, etc., pro commemoratione defunctorum, sed sufficit tertia oratio, *A cunctis.* Quod si dicatur quarta *Omnipotens*, quinta erit ad libitum. *S. R. C.* 4 *Maii* 1709, *in Pistorien. :* Quinta erit ad libitum : non ex præcepto, sed ex congruentia in Missis vivorum. Vide *n.* 869, secus autem in Missis defunctorum. Vide *n.* 1103. Oratio vero ad libitum quænam dicenda. Vide *n.* 1108.

859. Occurrente commemoratione sancti simplicis in feria secunda post Dominicam Passionis, quando dictum est nocturnum defunctorum, in Missa dicenda est secunda oratio de simplici tantum, *S. R. C.* 4 *Maii* 1709, *in Pistorien. :* In Missa : feriali, et quando Officium erit de feria, secunda oratio dicenda est de simplici ; non occurrente vero simplici, Ecclesiæ, vel pro Papa, nunquam *Fidelium*, *Rub. gen. tit.* 5, *n.* 2. Vide *n.* 393.

860. Diebus infra Octavam SS. Trinitatis, ubi est titulus ecclesiæ, et in festis infra dictam Octavam occurrentibus, non debet ad Primam dici Symbolum S. Athanasii, *S. R. C.* 8 *Jun.* 1709, *in Bracaren. :* Infra Octavam ; In die festo, et octavo dicitur ex rubrica Brev. ad Primam, ex resolutione *sub n.* 992.

861. Diebus sexta et septima infra Octavam SS. Trinitatis, ubi est titularis, faciendum est Officium de die secunda, et tertia infra Octavam Corporis Christi commemoratione SS. Trinitatis, *S. R. C.* 8 *Jun.* 1709, *in Bracaren.*

862. Episcopi debent uti vestibus violaceis in die Annuntiationis B. M. V. quando occurrit in Quadragesima : excepta tota hebdomada majori, et feria VI, non vero eo die, ad quem prædictum festum transfertur in Quadragesima, *S. R. C.* 8 *Jun.* 1709, *in Bracaren. :* Episcopi : intellige sæculares, vel regulares, qui utuntur rochetto, *Cærem. episc. l.* I, *c.* 3, *n.* 4.

863. Cingulum tertium indumentum sacerdotale potest esse coloris paramentorum, *S. R. C.* 8 *Jun.* 1709, *in Bracaren. :* Coloris paramentorum : sericum vero, an lineum. Vide *n.* 745.

864. Instrumentum bugiæ, de candela serviens episcopo, non potest esse materia Ordinis acolythorum loco candelabri, seu ceroferarii, *S. R. C.* 8 *Jun.* 1709, *in Bracaren.*

865. Quatuor dignitates, seu canonici assistentes episcopo ad absolutionem ad tumulum, debent necessario esse sacerdotes, *S. R. C.* 8 *Jun.* 1709, *in Bracaren.* Vide *n.* 945.

866. Commemoratio in Missa pro consecratione episcopi, quando ratione festi occurrentis dicitur Missa de festo habente plures commemorationes, debet uniri cum oratione Missæ, et dici sub unica conclusione, juxta rubricam Pontificalis Romani de Consecratione electi in episcopum, et Missalis Romani in fine post benedictiones, *S. R. C.* 8 *Jun.* 1709, *in Bracaren. :* Dicitur Missa de festo : ideo *propter ordinationes episcoporum nunquam mutatur Officium diei ; dicitur tamen post collectam diei pro Officio consecrationis, collecta pro electo sub una Per Dominum nostrum*, etc , *Pont. p.* I. *de Consecr. electi in episcop.* Vide *n.* 818.

867. Feria V in Cœna Domini, cum episcopus exit a sacrorum custodia ad altare, non debent canonici, qui eum parati associant, præcedere presbyteros, diaconos, et subdiaconos paratos, qui eum comitantur, sed debent sequi, *S. R. C.* 8 *Jun.* 1709, *in Bracaren. :* Feria V in Cœna Domini : intellige, dum procedit ad olei sancti consecrationem. Pont. Rom. *part.* III de Officiis in feria V Cœnæ Domini.

868. In ecclesiis, ubi titulus est ecclesiæ, vel concursus populi ad celebrandum festum, quod transferri debet, diebus, in quibus juxta rubricas Missalis de Translatione festorum, possunt cantari duæ Missæ, una erit de die, alia de festo. Sed in ecclesiis, in quibus non est obligatio cantandi Mis-

Digitized by Google

sam quotidie, cantari potest Missa solemnis votiva de festo occurrente tantum, *S. R. C.* 16 *August.* 1709, *in Bergomen.:* Diebus, in quibus juxta rubricas Miss. Vide *n.* 264 *et* 805.

869. Quando tertia oratio in Missa est ad libitum, et ex jussu Summi Pontificis, vel episcopi, debet apponi aliqua specialis oratio pro publica indigentia, videlicet contra Turcas, seu ad petendam serenitatem, aut pluviam, etc., hæc oratio debet recitari tanquam ex præcepto quarto loco, non omissa tertio loco illa, quæ est ad libitum, seu pro devotione sacerdotis eligenda, *S. R. C.* 17 *Aug.* 1709, *in Bergomen.:* Ad libitum : dummodo sit ex Missali deprompta. Vide *n.* 1108.

870. In die consecrationis vel tituli ecclesiæ parochialis, non cathedralis, et per Octavas non potest celebrari Missa Dedicationis seu titularis sub eodem ritu duplici, ac in parochiali etiam in oratoriis eidem ecclesiæ parochiali subjectis, in quibus multi sacerdotes celebrant, *S. R. C.* 17 *Aug.* 1709, *in Bergomen.*

871. De titulo et consecratione parochialis ecclesiæ, quæ non est cathedralis, non debet fieri Officium in die, neque per Octavam a sacerdotibus, qui non sunt de clero parochiali, licet sub eadem parochia degant, *S. R. C.* 17 *Aug.* 1709, *in Bergomen.* Vide *n.* 238.

872. Sancti martyres in concurrentia Officii duplicis cum sancto confessore, non debent habere integras Vesperas propter majorem dignitatem, et nobilitatem, quam habet martyr præ confessore : neque hæc major dignitas, et nobilitas tribuenda est confessori concurrenti cum virgine; sic in concurrentiis Officiorum æqualis ritus, quæ possunt accidere, sanctus confessor non habet integras Vesperas : aliter enim fit in prædictis casibus, quam fiat in concurrentia festorum Domini, B. M. V., angelorum et apostolorum : unde in antedictis primis concurrentiis standum est præscriptioni rubricæ Breviarii Romani de *Concurrentia Officiorum, n.* 2, quæ dicit : *Regulariter fit a capitulo de sequenti; S. R. C.* 14 *Dec.* 1709, *in una ord. Capuc.:* Non debent habere integras Vesperas : nisi causa solemnis apparatus et concursus populi; *Rubr. Brev. Rom.* xi, n. 2. Vide *n.* 1180. Standum esse præscriptioni, etc. Vide *n.* 521.

873. In festo SS. Cornelii et Cypriani die 16 Sept. pro commemoratione SS. Euphemiæ et sociorum dicatur in primis Vesperis antiphona *Gaudent in cœlis*, etc. et in Laudibus antiphona *Istorum*, etc., Prædictæ tamen antiphonæ dicendæ non sunt, quando Officium SS. Cornelii et Cypriani transfertur, ex quo occurrat in Dominica; tunc enim in primis Vesperis Dominicæ dicenda erit antiphona pro dicta commemoratione *Istorum*, etc., et in Laudibus antiphona *Vestri capilli*, etc., *S. R. C.* 14 *Decemb.* 1709, *in Ferrarien.*

874. Cum nonnulla Officia propter perpetuam occurrentiam majoris dignitatis, seu solemnitatis, seu ritus perpetuam habeant translationem, et juxta rubricas de translatione festorum *n.* 6, in primam diem non impeditam semper transferenda sint, quæsitum fuit, an illa prima dies censenda sit propria illius translati sedes perpetuo, juxta Gavantum *sect.* 3, *cap.* 10, *n.* 15, ita ut debeat de eo celebrari semper illa prima die, etiamsi occurrat transferri aliud Officium ejusdem, vel superioris ritus? Responsum fuit negative, et serventur rubricæ generales, *S. R. C.* 14 *Decemb.* 1709, *in una ord. Capuc.* Rubricæ generales : Breviarii tit. x, de Translatione festorum. Vide *n.* 1196.

875. In Vigiliis Omnium Sanctorum si occurrat dici Missam de festo semiduplici, post orationem Vigiliæ, tertia oratio erit *A cunctis*, non vero de Spiritu sancto. Et in Officio, non obstante commemoratione Vigiliæ, debent in Laudibus fieri Suffragia communia *S. R. C.* 21 *Jun.* 1710 *in una Ord. Capucc.:* Tertia oratio *A cunctis.* In Missa vero Vigiliæ oratio erit de Spiritu sancto, *Rub. Miss. prop.*

876. Quando altare fuit consecratum ad modum altaris fixi cum sacris sigillis, et unctionibus inter stipitem, et altare, si motus fuerit lapis superior, qui format mensam altaris, a suo stipite, tunc exsecratur altare. Si vero fuerit consecratum ad modum altaris portatilis, non exsecratur in quavis remotione, sed tantum, quando frangitur sepulcrum Reliquiarum, *S. R. C.* 21 *Jun.* 1710, *in una Ord. Capucc.*

877. De patrono, seu titulari ecclesiæ debet fieri Officium sub ritu duplici primæ classis cum octava a clero eidem ascripto, etiamsi ecclesia non fuerit consecrata, sed tantum benedicta, *S. R. C.* 21 *Jun.* 1710, *in una Capucc.*

878. Quando in Missa solemni ministratur sacra Eucharistia clericis, vel laicis, reliqui de clero debent stare, *S. R. C.* 9 *Maii* 1711, *in Catanien.*

879. In civitate et diœcesi Pisaurensi die 31 Augusti occurrit festum Dedicationis cathedralis sub ritu duplici primæ classis celebrandum, et eadem die ab Ecclesia universali fit Officium S. Raymundi Nonnati. Item in eadem civitate et diœcesi die 24 Septembris occurrit festum sancti Terentii martyris patroni principalis civitatis, et diœcesis sub ritu duplici primæ classis celebrandum, et eadem die ab universali Ecclesia fit Officium B. M. V. de Mercede sub ritu duplici minori. Supplicatur : Si supradicta festa altioris ritus venerint die Sabbato, an Officium S. Raymundi, et B. V. de Mercede vigore decreti S. R. C. emanati 14 Aug. 1684, et iterum 18 Octobr. 1696, in reformatione Calendarii Fratrum Minorum sint celebranda die Dominica sequenti tanquam die propria, vel debeant transferri in feriam proximam non impeditam. A. S. R. C. fuit remissa hæc supplicatio ad D. Joannem Baptistam Gambarucci S. D. N. et Sedis Apostolicæ sacrarum cæremoniarum magistrum, nimirum faciendum esse de Officiis, de quibus agitur sub diebus respective assignatis etiam in occursu Dominicæ, *S. R. C.* 2 *Jul.* 1712, *in Pisaurensi.* Officium Beatæ M. Virginis de Mercede sub ritu duplici minori : nunc vero majori, ex concessione Benedicti Papæ XIII, 22 *Martii* 1727. Vide *num.* 1091, 1162 *et* 1196.

880. Omnibus fratribus et monialibus Ordinis Minorum S. Francisci indulgetur, atque conceditur, ut in recitatione Officii Desponsationis B. M. Virg. cum S. Josepho fiat ab ipsis commemoratio ejusdem S. Josephi tum in utriusque Vesperis, tum in Laudibus; et respective etiam in Missa cum antiphonis, et oratione sub die 19 Mart. pro Ecclesia universali approbatis, *S. R. C.* 1 *Jul.* 1713, *in una Ord. Min. Observ.* Commemoratio S. Josephi; ante omnes alias occurrentes, sive Domini sint, sive Deiparæ, *Rubr. prop. Brev.* Vide *num.* 978 et 1046.

881. In tertia lectione propria secundi Nocturni pro S. Pio Papa quinto, post illa verba : *Multi a Deo ejus intercessione patratis miraculis* addantur infra scripta, nempe : *Quibus rite probatis a Clemente undecimo Pontifice Maximo sanctorum numero ascriptus est*, *S. R. C.* 1 *Julii* 1713, *in decreto Urbis et Orbis, annuente Clemente XI, die* 8 *ejusdem mensis et anni in decreto, quod incipit :* Cum sacra Rituum congregatio, *tom. VIII Bull. Luxemburgi* 1727, *pag.* 437.

882. Officium S. Josephi sponsi B. M. V. cum novis antiphonis, versibus, lectionibus primi nocturni, responsoriis, et capitulis, approbavit, et ab omnibus Christifidelibus tam sæcularibus, quam regularibus, qui ad horas canonicas tenentur, die 19 Martii in festo S. Josephi in posterum recitari, et in Breviario apponi mandavit *S. R. C.* 3 *Feb.* 1714 *Urbis et Orbis, annuente Clem. XI, sub die* 4 *ejusdem mensis et anni in decreto, quod incipit :* Ad confovendam. Vide *tom. VIII Bull. Rom.* edit. Luxemburgi 1727, *pag.* 457.

Digitized by Google

883. Decretum de die 5 Augusti 1662, ab Alexandro VII approbatum, de Missis defunctorum non celebrandis in festo duplici, sed dicendis de dicto festo cum applicatione sacrificii, a speciali Brevi, quod incipit: *Credite nobis*, iterum ab eodem fuit confirmatum, ac insuper statutum idem servari deberi quoad Missas in altaribus privilegiatis ex obligatione celebrandas, et indulgentias per ejusmodi privilegia concessas animabus in purgatorio exsistentibus suffragari, perinde ac si celebratæ fuissent Missæ defunctorum. Ac denique declaratum, Anniversaria, et Missas cantatas de *Requiem* relictas ex dispositione testatorum quotannis in die ipsorum obitus, etiam in duplici majori contingentia, in prædicto decreto die 5 Augusti 1662 edito, minime comprehendi, prout antea, *S. R. C.* 15 *Sept.* 1714 *Urbis et Orbis, annuente Clemente XI* 29 *ejusdem, et antea* 22 *Nov.* 1664 *in Novarien.* Vide *Bullar. Rom.* edit. Luxemburgi 1727, pag. 437, in decreto, quod incipit : *Cum occasione Missalis* § *Prædictum.* Vide *n. seqq.*, 19 *et* 75.

884. Clemens IX, S. R. C. decreta de die 5 Aug. 1662 et 22 Nov. 1664, alio brevi, cujus initium : *Cum fel. rec.* confirmavit, et Alexandri VII dispositionem de die 22 Januarii 1667, quoad Missas in altari privilegiato ex obligatione celebrandas, et indulgentias per hujusmodi privilegia concessas animabus purgatorii suffragari, perinde ac si celebratæ fuissent Missæ de *Requiem*, extendit ad altaria non in perpetuum, sed ad septennium, seu aliud brevius, vel longius tempus, ac non in omnibus, sed aliquo, vel aliquibus tantum hebdomadæ diebus, nunc et in futurum quandoque privilegiata. Quod quidem confirmatum fuit a *S. R. C.* 15 *Sept.* 1714 *Urbis et Orbis, annuente Clem. XI*, 20 *ejusdem* in decreto XX, § *Deinde fel. recor*, *ut in num. anteced.* Vide *n. ant. et seq. necnon* 75.

885. Declarationes Alex. VII, 22 Januarii 1667, et Clem. IV, 23 Sept. 1669, circa Missas defunctorum in altari pro animabus purgatorii privilegiato non celebrandas, licet loquatur tantum de festis duplicibus, tamen intelligenda sunt etiam de diebus Dominicis, et infra Octavas Paschatis, Resurrectionis, Pentecostes, Corporis Christi, aliisque anni diebus, quibus, licet a festo duplici non impediantur, adhuc tamen Missæ defunctorum juxta ritum Ecclesiæ celebrari nequeunt, quatenus nimirum Missæ, quas iisdem diebus celebrare licitum est, servata cæteroquin privilegiorum forma, ad altaria privilegiata celebrarentur, *S. R. C.* 15 *Sept.* 1714, *Urbis et Orbis, annuente Clem. XI*, 29 *ejusdem*, in decreto XX, § *Tandem proposito, ut in num.* 882, *et antea* 3 *Apr.* 1688, *Innocentio XI brevi, quod incipit :* Alias postquam, 4 *Maii* 1688. Vide *n.* 75 et 474.

886. Decretum a S. R. C. anno 1680 editum, quo permittitur, posse in ecclesiis recitari Officia, et Missas celebrari de illis sanctis, quorum corpora, vel reliquiæ insignes in iisdem asservantur, intelligendum est de sanctis duntaxat in Martyrologio Romano descriptis, et dummodo constet de identitate corporis eorumdem, vel insignis reliquiæ, secus vero de sanctis in eodem Martyrologio non descriptis, quorum tamen corporibus, et reliquiis ab Ordinariis locorum approbatis debita fidelium veneratio exhibenda est, sed absque Officio, et Missa, sub pœnis de non satisfaciendo præcepto recitandi Officium, aliisque in constitutione S. Pii V contentis, *S. R. C.* 15 *Sept.* 1714, *annuente Clem. XI*, 29 *ejusdem, Urbis et Orbis, et antea* 11 *Augusti* 1691; approbante *Innocentio XII*, 19 *Octob. ejusdem* in decreto XX, § *Decretum, Bull. Rom. ut in num.* 882. (Duntaxat in Martyrologio Romano descriptis; vel a Sede Apostolica concessis.) Vide *n* 630.

887. Ad augendam fidelium venerationem erga augustissimum Eucharistiæ sacramentum, ejusque cultum in toto terrarum orbe promovendum, prohibuit celebrari Missas votivas, vel pro defunctis infra octavam Corporis Christi, *S. R. C.* 15 *Sept.* 1714, *Urbis et Orbis, annuente Clemente Papa XI*, 19 *ejusdem, et antea* 21 *Junii* 1670, *Clem. Papa X, eadem die approbante. Vide tom. VIII Bullar. Roman.* Luxemburgi 1727, *pag.* 437 : Votivas, vel pro defunctis; non comprehenduntur solemnes pro re gravi, vel pro defunctis, corpore præsente. Vide *num.* 479.

888. Cum festum S. Firminii episcopi Meldensis, et confessoris a clericis regularibus Societatis Jesu civitatis Œniponti diœcesis Brixiensis die tertia Novembris sub ritu duplici minori celebretur; cumque eadem die aliquando occurrat Commemoratio omnium fidelium defunctorum, propterea ex parte clericorum regularium prædictorum S. R. C. humillime supplicatum fuit declarari : An occurrente festo S. Firminii eadem die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, possint ipsi, aut etiam debeant transferre festum S. Firminii ad aliam diem non impeditam currentis Octavæ; an vero non obstante Officio Commemorationis defunctorum sit faciendum Officium de S. Firminio, ac saltem Missa solemnis dicti sancti celebrari possit? Et responsum fuit, transferendum esse Officium S. Firminii, *eadem sac. Rit. cong.* 1 *Julii* 1714 *in una Brixien.* Vide *num.* 44. Hoc decretum est particulare; generale etenim habes sub *num.* 44.

889. Cum S. R. C. ne tam processus causarum beatificationum et canonizationum, quam alii, qui in causis controversis confici possunt, per manus notariorum variorum tribunalium dispersi vagarentur, usque ad annum 1625 eadem S. Cong. censuit, omnes causas penes ipsam controversas, ac imposterum controvertendas, ab eaque cognoscendas; illarumque acta omnino spectare ad notarium ipsius sac. Cong. privative quoad omnes alios notarios quorumcunque tribunalium; et ita observari mandavit, non obstantibus quibuscunque, quæ causæ, processus, etc., quovis modo in ipsa S Congregatione privative quoad omnes etiam sac. Palatii apostolici, et A. C. notarios sub pœnis arbitrio ipsius sac. Cong infligendis cum ingerere sese audeant et præsumant, *eadem S. R C.* 6 *Julii* 1715, *Clem. XI approbante* 13 *ejusdem mensis et anni* in decreto XXII *tom. VIII Bullar. Rom*, *edit. Luxemburgi* 1741, pag. 438. Modus agendi causas, et processus, necnon taxæ notariis statutæ, reperiuntur sub *n.* 501.

890. Si festum SS. Annuntiationis inciderit in feriam v majoris hebdomadæ, præceptum audiendi Missam, et abstinendi a servilibus non erit transferendum, sed omnino servandum in prædicta feria v prout in Camerinensi, et pro ecclesiis almæ Urbis mandatum fuit 20 Mar. 1660, adeoque per ordinarios locorum providendum, ut eo die pro in civitate degentium numero, plures Missæ privatæ ante celebrationem Missæ conventualis, pro præcepti adimplemento celebrandæ non desint, sed tamen propterea antiquus mos communionis cleri in Missa solemni ejus diei, quo Ecclesia SS. Eucharistiæ sacramenti institutionem, et memoriam recolit, summa religione hactenus observatus, nullo modo omittatur, *S. R. C.* 12 *Septemb.* 1716, *approbante Clem. VI*, 27 *ejusd. in ejus Bullario particulari par.* III, *decreto XXIV, quod incipit :* Cum festum SS. Annuntiationis. Vide *tom. VIII Bull. Rom. ut in num. præcedenti.* Officium et Missa SS. Annuntiationis, quando transferri debeat. Vide *num.* 642.

891. In ecclesia S. Mariæ in Porticu, ubi asservatur brachium S. Marcelliani tantum (occurrentis die 18 Junii) faciendum est officium etiam de S. Marco sub ritu duplici minori de Communi plurimorum, *S. R. C.* 7 *Aug.* 1717, *in una Urbis* : Fa-

Digitized by Google

ciendum est Officium etiam de S. Marco, quia non est patronus principalis præfatus D. Marcellianus, quod secus facere suadet decretum sub *n.* 25.

892. Licet capitulo collegiatæ S. Joannis Baptistæ Modoetiæ coronam ferream uno ex clavis Domini Nostri Jesu Christi, ut pie creditur, in laminam, sive circulum compacto exornatam, retinere intra crucem, in qua fuit reposita cum aliis reliquiis, et publicæ venerationi exponere, etiam in altari majori, et processionaliter deferre, prout olim practicabatur, *S. R. C.* 7 *Aug.* 1717, *in una Modoetiæ, Clement. XI annuente* 10 *ejusdem mensis et anni in suo brevi, quod incipit :* Cum Modoetiæ, *tom. VIII Bull. Rom.* ut in *num.* 888, *pag.* 440.

893. Ex parte ecclesiæ S. Jacobi Incurabilium Urbis quæsitum fuit, an Officium Visitationis B. M. V. die 2 Julii, in qua festum Dedicationis ejusdem ecclesiæ occurrit, celebrari possit die immediate sequenti, etiam si fuerit dies Dominica? Secundo quæsitum fuit ex parte ejusdem ecclesiæ, an item die immedietate sequenti diei 1 Aug. etiam Dominica, celebrandum sit Officium S. Petri ad Vincula, cum hac ipsa die occurrat Octava S. Jacobi? Et sacra Congreg. rescripsit, faciendum esse de Officiis, de quibus agitur in die immediate sequenti, etiam in occursu Dominicæ, propter perpetuum impedimentum in propria die, juxta alterum decretum sac. Congreg. 2 Julii 1712, *Eodem S. R. C. die* 20 *Nov.* 1717, *in una Urbis. :* Propter impedimentum : Officia enim perpetuo impedita assignanda sunt die prima sequenti non impedita, tanquam die propria, ut in decreto in hac sanctione citato, quod exstat sub *n.* 879, servando ordinem et ritum a rubrica Breviarii x signatum, de qua consule *n.* 1091, 1162 et 1196.

894. Confessario et capellanis tantum quarumcunque Monialium servitio addictis, licitum est Missas sanctorum, de quibus ipsæ recitant Officium, celebrare, sed cum Missali Romano, et de communi, non vero Missas proprias eorumdem sanctorum variis ordinibus concessas, *S. R. C.* 20 *Novemb.* 1717, *approbante Clem. XI die* 1 *Decemb. in decreto generali contento in ejus Bullario particulari par.* III *decreto XXVIII, quod incipit :* Supplicationibus. *Exstat tom. VIII Bullar. Rom., edit. Luxemburgi* 1727, *pag.* 441 : Confessario, et capellanis tantum; aliis quoque sacerdotibus, qui ex debito tenentur celebrare in ecclesiis earum Monialium. Vide *num.* 759.

895. In vigilia Epiphaniæ Missæ votivæ et Defunctorum celebrari non possunt, *S. R. C.* 10 *Dec.* 1718 *in Æsina. :* Missæ votivæ, et defunctorum privatæ. Vide *n.* 669 et 851.

896. Cum Tertiariæ ordinis Capuccinorum Terræ Fani diœcesis Nonantulæ, ob nondum constructam earum ecclesiam, Missam in una ex capellis parochiæ audire soleant, cumque feria v majoris hebdomadæ in eadem capella Missa solemnis celebrari nequeat, propterea pro facultate, ut ultra Missam parochialem in altari majori decantandam alia privata in memorata capella, ad spiritualem ipsarum consolationem celebrari possit, S. R. C. enixe supplicarunt et eadem S. Congreg. attentis circumstantiis, oratricibus gratiam petitam concedendam esse censuit, quibuscunque decretis in contrarium non obstantibus, *S. R. C. die* 11 *Martii* 1719, *in una Nullius Nonantulæ.* Hoc decretum est particulare et gratuitum. Vide *n.* 322.

897. In Missa S. Anselmi archiepiscopi Cantuariensis, et Angliæ primatis, quæ incipit : *In medio Ecclesiæ*, dicitur etiam *Credo, S. R. C.* 3 *Febr.* 1720, *in una Urbis et Orbis ad instantiam serenissimi Jacobi III Magnæ Britanniæ, etc., regis, approbante Papa Clemente XI die* 8 *ejusdem mensis et anni decreto* 29, *quod incipit :* Ad pias preces, *tom. VIII Bull. Rom., edit. Luxemburgi* 1727, *pag.* 441.

898. Cum in universo ordine S. Benedicti officium semiduplex ad libitum S. Canuti martyris die 19 Januarii ob occurrentiam alterius Officii S. Agathonis Papæ, et confessoris recitari minime valeat, ut idem Officium die fixa in Ordine prædicto recitari possit, nempe die 20 Februarii, concedit *S. R. C.* 15 *Martii* 1721, *in una ordinis S. Benedicti :* Recitari possit : non immutata tamen lege sanctorum ad libitum. Vide *n.* 874 et 1215. Die 20 Februarii ; sub qua respective elogium ejusdem sancti in Martyrologio monastico hodie ponitur. Vide *num.* 994 *seq.*

899. Abbatissa et monialibus monasterii S. Georgii ordinis S. Benedicti civitatis Patavinæ, pro declaratione dubii circa modum celebrandi secundas Vesperas in festo S. Georgii titularis ipsarum ecclesiæ, etiam parochialis, concurrentes cum primis Vesperis Dedicationis ecclesiæ cathedralis, *S. R. C.* humillime supplicantibus, sacra eadem Rit. congregatio secundas Vesperas de S. Georgio ex integro celebrandas esse cum commemoratione Dedicationis ecclesiæ cathedralis declaravit, *eadem S. R. C.* 9 *Aug.* 1721, *in una Monialium S. Benedicti civitatis Patavinæ.* Hoc decretum asservatur in archivo dictarum Monialium. S. Georgii titularis : festum est primæ classis ; *Rub. Brev. duarum tabellarum,* § *Duplicia primæ classis :* Dedicationis ecclesiæ cathedralis : secundæ classis, et sine octava. Vide *num.* 571.

900. Cum in directorio divini Officii pro civitate et diœcesi Januensi impresso, sub prætextu decreti *S. R. C.* die 18 Octob. 1684, super assignatione diei pro Officiis sanctorum die propria impeditis, prima dies non impedita pro hujusmodi Officiis fixe fuerit assignata, cumque occasione similis impressionis multæ exortæ fuerint altercationes, propterea sacr. Rit. congreg., instantibus ecclesiasticis civitatis Januensis, et præcipue, quia decretum prædictum suppositum est, et nunquam editum fuerit, in casu, de quo agitur, servandas esse rubricas declaravit, atque decrevit, *S. R. C.* 29 *Novemb.* 1721, *in Januen.* Vide tamen ultimam legem sub. *n.* 1196.

901. Officium proprium SS. Nominis Jesu ab omnibus Christi fidelibus, qui ad Horas canonicas tenentur, sub ritu duplici secundæ classis Dominica secunda post Epiphaniam recitari, et Missam respective celebrari debere indulsit *S. R. C.* 29 *Novemb.* 1721, *Innocentio XIII annuente* 20 *Decemb. ejusdem anni :* Dominica secunda : an teneantur hodie fratres Min. S. Francisci, et quid dictum sit de sequentia in Missa, require *num.* 914 et 1012.

902. In Missa S. Isidori die 4 Aprilis de communi Doctorum dicitur *Credo*, *S. R. C.* 25 *Aprilis* 1712, *in decreto Urbis et Orbis ad pias Serenissimi Philippi quinti regis catholici preces, et Ecclesiæ Hispalensis, annuente Innocentio Papa XIII die eodem et anno.*

903. Ad preces archiepiscopi Januensis iterum porrectas super assignatione dierum fixorum Officiis plurium sanctorum, quæ ob occurrentiam aliorum Officiorum majoris ritus in prædicta civitate, et diœcesi propria die recitari nequeunt, *S. R. C.* quoad Officia tantum sanctorum Canuti regis et martyris diem 6 Februarii, et S. Wenceslai martyris diem 7 Octob. assignari ; quoad reliqua Officia vero rubricas de Translatione festorum servandas esse mandavit, *S. R. C.* 22 *Aug.* 1722, *in Januensi.* Hoc decretum in præsenti affirmative se habet in Officiis, quæ non sunt ad libitum, pro quibus dies proxime non impedita, propria censetur, negative autem in Officiis sanctorum ad libitum : Pro Officiis plurium sanctorum : de quibus Officiis solummodo potest Ordinarius assignare diem fixum extra octavas sanctorum, et extra Dominicam, cum hoc tamen quod impedita die assignata, eo anno omittenda sint. Vide *n.* 1091 et 1215.

Digitized by Google

**904-914.** Officium SS. Nominis Jesu die 14 Jan. nec Monialibus SS. Corporis Christi de Bononia, nec fratribus Minoribus aliarum religionum non licere amplius, sed Dominica secunda post Epiphaniam recitare, omnesque teneri sub pœnis de non satisfaciendo Officio divino, aliisque in bulla S. Pii V contentis, novissimo decreto die 29 Novembris 1721, pro universali Ecclesia edito se conformare; *S. R. C.* 28 *Novemb.* 1722, *in una Bononiensi:* Fratribus Minoribus: observantes S. Francisci, eorumque ministro generali subjecti hodie possunt die 14 *Januarii* celebrare festum prædictum ex const. Benedicti Papæ XIII, vivæ vocis oraculo exhibita; non obstante decreto pro Ecclesia universali, *Rubric. partic. Brev. Minor. S. Francisci num.* 1. Vide *num.* 901.

915. *D. Bartolomeo Calimani Piovano della chiesa parrocchiale, collegiata, e matrice di S. Maria Zobenigo di Venezia, umilmente rappresenta all' Eminenze Vostre, come è stato concesso della Santa Sede alla serenissima republica di Venezia l'indulto di celebrare la Messa; e recitare l'Uffizio del Santissimo Redentore ogni anno nella terza Domenica di Luglio: e perchè in detta Domenica è sempre assegnato il giorno della dedicazione della sua chiesa, essendo doppio di prima classe, e l'Uffizio suddetto doppio ordinario, supplica, e demanda all' Eminenze Vostre,* se deve trasferire il suddetto Offizio del Redentore, in altro giorno non impedito? Et *S. R. C.* censuit, transferendum esse Officium sanctissimi Redemptoris, juxta rubricas, 27 *Febr.* 1723, *in Venet.:* Doppio ordinario: Modo Officium SS. Redemptoris ad duplicem ritum secundæ classis cum octava a Papa Clemente XII, fuit elevatum per totum Venetiarum dominium sub die 6 Aprilis 1737. Vide *num.* 1275: Juxta rubricas; id est prima die non impedita festo duplici, vel semiduplici; *Rubr. Brev. de Transl.* Vide *num. seq.*

916. Sacra Rit. congregatio, instante eminentissimo et reverendissimo domino cardinali Barbadico episcopo Patavino, censuit, in fine sextæ lectionis pro Officio diei festi sanctissimi Redemptoris, sub die 26 Aug. proxime præteriti, universo dominio serenissimæ reipublicæ Venetiarum concesso, addi, et imprimi posse verba infra scripta: *Ut autem accepti beneficii recordatio, et cultus erga Salvatorem nostrum augeretur in dies, Officium proprium, et Missam sub titulo sanctissimi Redemptoris, quæ Innocentius XIII, Romanus Pontifex omnibus utriusque sexus Christifidelibus Venetiis existentibus, qui ad horas canonicas tenentur, singulis annis, Dominica tertia Julii recurrente recitanda concessit, Benedictus XIII itidem Romanus Pontifex ad totum statum et dominium Venetum extendit:* Si sanctissimo domino nostro visum fuerit; et Sanctitas Sua benigne annuit die 16 ejusdem mensis et anni; *S. R. C.* 9 *Decemb.* 1724, *in Patavina.* Hoc decretum servatur in archivo cathedralis Patavinæ.

917. Benedictus XIII 28 Aprilis anni 1726, ritu solemni consecravit sacrosanctam basilicam Lateranensem, ejusque celebritatis memoriam decrevit recolendam quolibet anno die 9 Novemb. et mandavit, ut idem festum tanquam Dedicationis cathedralis Ecclesiæ almæ Urbis ab universo ipsius clero sæculari tantum, et ejus districtu, juxta S. Rit. cong. decreta hac in re pluries edita, sub ritu duplici primæ classis cum Octava quotannis celebretur. *Ita etiam S. R. C.* 14 *Sept.* 1726, *in decreto Urbis et Orbis, annuente eodem Benedicto XIII:* Ab universo ipsius clero sæculari tantum: juxta sac. Rit. cong. decreta; id est sub ritu primæ classis cum Octava a sæcularibus; a Regularibus vero, et Monialibus sub ritu secundæ classis sine octava. Vide *n.* 419.

918. Festum S. Benedicti, quod habet annexum forum incidens in aliquam diem majoris Hebdomadæ, transfertur ad feriam tertiam post Dominicam in Albis tanquam diem propriam, translato quocunque alio Officio etiam æqualis ritus in eo occurrente, *S. R. C.* 6 *Sept.* 1727, *in Fuld.* Idem antea statuerat pro Monachis et Monialibus S. Benedicti, *Benedictus XIII*, 23 Januar. 1727.

919. Quando adest consuetudo in aliqua diœcesi celebrandi post festum Patroni principalis ecclesiæ immediate annuam Dedicationem propriæ ecclesiæ in proxima Dominica: si tali Dominica inciderit festum primæ classis, tunc dicta annua Dedicatio debebit transferri ulterius in aliam non impeditam, etiamsi non sit eodem mense, *S. R. C.* 6 *Sept.* 1721, *in una Fulden:* Incideret festum primæ classis: ut sunt Nativitatis Domini, Epiphania, Pascha Resurrectionis, Ascensio Domini, Pentecostes, festum SS. apostolorum Petri et Pauli, Assumptio beatæ Mariæ, et festum Omnium Sanctorum. Item Dominicæ majores, scilicet prima Adventus, prima Quadragesimæ, Passionis, Palmarum, Paschæ, in Albis, Pentecostes, et Trinitatis. Similiter feriæ majores sequentes, quarta Cinerum, dies omnes Hebdomadæ sanctæ, Paschalis, et Pentecostes, nec non Vigilia ejusdem Pentecostes, et Nativitatis Domini; *Rubr. brev.* v, *in Tabellis, et sac. Rit. cong. num.* 610.

920-921. Canonicus episcopus titularis in Missis et Vesperis cantatis cum assistentia episcopi localis tenetur discedere a stallo una cum reliquis canonicis pro faciendis consuetis circulis præscriptis a Cæremoniali episcoporum, *S. R. C.* 10 *Apr.* 1728, *in Asculan.:* Consuetis circulis: faciendis in Missis quæ non sint defunctorum, nec feria vi in Parasceve coram proprio episcopo Missæ assistente, non vero celebrante, et non alio, licet legato de latere, metropolitano, vel suffraganeo, etc., qui tamen circuli, præsente prælato superiore, ob ejus reverentiam omittuntur. Igitur circulus primus fit, cum episcopus stans in sua sede legit *Introitum*, et dicit *Kyrie eleison*, etc., et successive *Gloria in excelsis*, etc., hoc modo semper: canonici opportuno tempore discedentes ab eorum sedilibus, procedunt ad medium chori, factis altari et episcopo reverentiis, et se sistunt in circulum ante episcopi faciem, quod diversimode fit pro diversitate situationis altaris et sedis episcopalis. Si enim altare adhæreat parieti, et sedes episcopalis sit in latere evangelii, incipient procedere juniores a sedili diaconorum, ita ut ultimus canonicus consistat ante faciem episcopi, quos gradatim alii sequuntur perficiendo circulum, et dignior canonicus, sive dignitas modice a suo sedili digressus, stat ad dextram episcopi. Si vero altare erit sub tribuna, et sedes episcopalis ex opposito altari, tunc canonici venientes ad circulum procedunt simul ab utraque parte non perficientes circulum, ne terga vertant altari, sed facientes hinc inde semicirculum, et sic stantes dicunt *Kyrie* et *Gloria* cum episcopo. Quo finito, producente super eos episcopo signum crucis, quod semper in fine circuli observatur, facta illi, et altari reverentia, procedunt ad loca sua. Secundus, dum dicitur *Credo*, in quo simul cum episcopo genuflectunt ad *Incarnatus*, etc. Et si forte cum redeunt ad loca sua idem articulus cantetur a choro, ubicunque erunt pariter genuflectunt in via. Tertius ante finem Præfationis pro *Sanctus*, etc., non tamen pectus percutientes. Quartus et ultimus ante *Agnus Dei*, et tunc, dum veniunt ad circulum, et dum discedunt ambobus genibus versus altare genuflectunt propter reverentiam SS. Sacramenti, quod est super eo. Canonici a circulis revertentes ad sedes suas, faciunt contrario modo quam faciunt veniendo: quia primo revertuntur seniores, deinde juniores. *Cærem. episc. l.* 1, *c.* 21, *n.* 3 *seqq.* Vide *n.* 244.

922-925. Decretum jam concessum Patribus Trinitariis die 12 Julii 1727, celebrandi Dominica se-

cunda Octobris Officium beatæ Mariæ Virginis sub titulo de Remedio, ad tollendas rixas et contentiones inter hos, et Patres beatæ Mariæ de Mercede, accedentibus etiam particularibus instantiis Patris generalis ordinis Prædicatorum, et Patris generalis Carmelitarum, revocandum esse statuit, *S. R. C. die* 21 *Januar.* 1730, *annuente Benedicto XIII, die* 29 *Julii* 1730, *const. quæ incipit :* Emanavit.

926. Canonici et beneficiati, dum occasione benedictionis augustissimi Sacramenti singulis Dominicis post Completorium cantatur hymnus, *Pange, lingua*, non tenentur descendere a choro, sed flexis genibus canere ante Venerabile, et remanere possunt in eorum stallis choralibus, *S. R. C.* 26 *August.* 1730, *in Avenionen.* Adest in ecclesia metropolitana Avenionensi onus ex testamento exponendi SS. Sacramentum omnibus Dominicis, cum hoc, ut canonici et beneficiati descendant a choro, et genuflexi ante Eucharistiam cantent hymnum *Pange, lingua.* Cum vero anno 1603, Egidius Berton testator reliquisset hanc suam voluntatem, chorus positus erat a latere altaris, et non nisi per aliquos gradus descendebatur in planum; nunc autem scilicet anno 1730, in quo hujus decreti emanatio orta est, chorus est in eodem plano post altare majus, ideo *S. R. C.* optime statuit (licet hæredibus reclamantibus) ut canonici, etc., non descendant, quia revera sunt ante SS. Sacramentum genuflexi.

927. Consuevit clerus ordinis Hierosolymitani hactenus celebrare sub ritu duplici majori festum S. Sebastiani martyris, Patroni minus principalis prædicti ordinis, et titularis capellæ linguæ Alverniæ, erectæ in ecclesia majori S. Joannis Baptistæ ejusdem ordinis, translato in primam diem non impeditam festo S. Fabiani Papæ et martyris sub ritu semiduplici : et quia, ut asseritur, emanatum fuit decretum ab hac sac. Rit. congregatione usque de die 22 Novembr. 1698, quo declaratum est, quod festum S. Fabiani non transferatur sed celebretur una cum S. Sebastiano, ideo humiliter postulat, ut possit solitum servare, non obstante dicto decreto, aliisque rationibus : et resolutum fuit, quod servari debeat decretum emanatum die 22 Novemb. 1698. Ita, *S. R. C.* 16 *Septemb.* 1730, *in una ordinis Hierosolymitani, seu Meliten.* Decretum enuntiatum habet sub *n.* 716, quid statuatur, cum S. Sebastianus sit Patronus titularis. Vide *n.* 25.

928. Consuevit dictus clerus Ordinis Hierosolymitani transferre in solam sequentem diem, dummodo non impeditam, festum S. Laurentii Justiniani assignatum pro Ecclesia universali die quinta Septembris sub ritu semiduplici ad libitum, eo quia eo die celebretur Officium de die octava Decollationis S. Jo. Baptistæ : unde pariter petit, ut possit imposterum solitum servare, quibuscunque non obstantibus : et responsum fuit juxta mentem, quæ est, quod supplicent pro assignatione diei fixæ, *S. R. C.* 16 *Sept.* 1730, *in una ordinis Hierosolymitani, seu Meliten.* Supplicent pro assignatione diei fixæ : hodie vero conceditur ordinario loci facultas modo exhibito sub *n.* 1215.

929. Exponit dictus clerus sacri ordinis, etc., qualiter de anno 1659, fuerit facta quædam fundatio ab eminentissimo fel. mem. Magno Magistro D. Martino Redin. pro decantandis in pontificali primis Vesperis et Missa votivis de S. Francisco Xaverio, assignato pro adimplemento suæ dispositionis die 10 Decembris cujuslibet anni, ne impediretur, ut creditur, festum ejusdem sancti quod magna cum pompa et populi concursu celebratur die 3 ejusdem mensis in ecclesia PP. Societatis Jesu civitatis Valetæ, unde ad tenorem dictæ piæ dispositionis consuevit dictus clerus usque adhuc post solutum pensum Officii currentis, decantare primas Vesperas, et Missam, in quibus intervenit Magnus Magister, et venerandum consilium : ideoque interpellat, ut possit solitum servare, quibuscunque non obstantibus, quoad Vesperas. Et sac Rit. C. ad relationem eminentissimi et reverendissimi D. card. Zondadari rescribendum censuit negative, et transferatur festum S. Francisci Xaverii in perpetuum ad diem decimam Decembris. Ita prædicta *sac. Rit. congr.* 16 *Septembris* 1730, *in una ordinis Hierosolymitani, seu Meliten.*

930. Submisse instat dictus clerus sacri ordinis Hierosolymitani pro extensione Officii Dedicationis cum octava prænominatæ ecclesiæ majoris, non solum ad clerum servitio ejusdem ecclesiæ addictum ; et ad Equites, qui tenentur ad Horas canonicas ratione alicujus beneficii, sed etiam ad omnes alios religiosos utriusque sexus supradicti ordinis ubique locorum exsistentes, etiam extra Melitam, non obstante decreto hujus sac. Rit. congr. emanato die 12 Julii 1711, et sac. Rit. congr. respondit negative quoad extensionem ubique locorum, *die* 16 *Sept.* 1730, *in una ordinis Hierosolymitani, seu Meliten.* Decretum die 11 Julii 1711, editum, non inveni in autographis, sed aliud simile in Auximana 16 Maii 1744. Vide *n.* 1174.

931. Dictus clerus, etc., petit declarari, an festum SS. Angelorum et Archangelorum debeat habere utrasque Vesperas integras in concursu alterius duplicis minoris, ad tenorem novi decreti emanati, ut asseritur, die 14 Maii 1707. Et responsum fuit, servandum esse decretum, *sac. Rit. congr.* 16 *Sept.* 1730, *in una ordin. Hierosolymitani*, etc. : Ad tenorem decreti : quod stat pro parte affirmativa. Vide *n.* 843.

932. Similiter dictus clerus sacri ordinis Hierosolymitani supplicat declarari, an sub nomine sanctorum ad libitum comprehendantur Officia duplicia et semiduplicia sanctorum, recitari concessa aliquibus regnis, provinciis, civitatibus, et alicui particulari ordini, absque expressa notula *ad libitum*, sed tantum cum sequenti clausula, nimirum, *recitari possint, et valeant*, vel *recitari posse censuit?* Asseritur enim emanatam fuisse quamdam declarationem ab hac sac. Congr. tenoris sequentis, videlicet : *Ex voto sac. Rit. congregat.* (ut constat ex responso illustrissimi archiepiscopi Apameni ejusdem sacræ congregationis secretarii) *sub nomine sanctorum ad libitum non comprehenduntur Officia duplicia sanctorum aliquibus regnis et provinciis recitari concessa ; ideoque occurrentia in Dominicis non debent omitti, uti etiamsi cadant in diebus impeditis, juxta rubricas transferantur.* Et sac. Rit. congr. dubio proposito respondit negative *die* 16 *Septemb.* 1730, *in una ordinis Hierosolymitani, seu Meliten.* Non debent omitti prædicta Offi ia postquam acceptata sint. Vide *n.* 572 et 1059.

933. Dictus clerus sacri ordinis Hierosolymitani petit declarari, an in Vigilia Epiphaniæ Domini possint celebrari Missæ privatæ de *Requiem*, et votivæ? Et sac. Rit. congr. respondit negative 16 *Sept.* 1730, *in una Meliten.* Vide *n.* 669.

934. Capellani ecclesiæ cathedralis de massa nuncupati, episcopum Missam aliaque divina Officia pontificaliter celebraturum, ex aula episcopali ad ecclesiam, et ab ea ad aulam, ubi adest antiquum solitum, comitari tenentur, *sac. Rit. C.* 3 *Martii* 1731, *in Januen.* Vide *n. seqq.*

935. Capellani de massa nuncupati non tenentur episcopo pontificaliter celebraturo deferre sacra paramenta ad cathedram episcopalem, nisi deficientibus acolythis ; actualiter vero celebranti debent tenere librum et bugiam, *S. R. C.* 3 *Mar.* 1731, *in Januen. :* Tenere librum : dum private celebrat, vel solemniter aliquid legit ; non autem cum cantat, quia hoc munus est presbyteri assistentis. *Cærem. episcop. lib.* I, *cap.* 11, *num.* 3. Vide *num. seqq. et* 340.

936. Capellani, ubi adest antiquum solitum, in aula episcopali, quando episcopum excipiunt tam

Digitized by Google

in recessu, quam in regressu, tenentur eidem episcopo genuflectere, *S. R. C.* 3 *Mart.* 1731, *in Januen.* : Tenentur eidem episcopo genuflectere, an cum semigenuflexione. Vide *n.* 1228.

937. Associatio a capellanis juxta antiquum solitum debetur episcopo, quando ipse cappa indutus descendit ad ecclesiam pro præstanda assistentia, *S. R. C.* 3 *Mar.* 1731, *in Januen.* : Associatio a capellanis : una cum canonicis et dignitatibus : *Cær. episcop. lib.* I, *cap.* 17. Vide *num. seqq.* 99 *et* 953 *sequent.*

938. Directio chori privative spectat ad primicerium, quatenus intersit choro, *S. R. C.* 24 *Novemb.* 1731, *in Baren.* : Ad primicerium; eoque impedito ad quos spectet. Vide *n. seq.*

939. Non possunt primicerii, eisdem, vel eorum altero absentibus, subrogare eorum loco simplicem presbyterum; sed eorum vices supplere debent canonici, eosque coadjuvare in canendis antiphonis, *sac. Rit. cong.* 24 *Novemb.* 1731, *in Baren.* Vide *n. ant.*

940. Primicerii, quando sunt secundæ dignitates, debent assistere episcopo in ecclesia collegiata diœcesis pontificaliter celebranti, *S. R. C.* 24 *Novemb.* 1731, *in Baren.* : Debent assistere, in diaconali munere, ubi præbendæ et ordines non sunt distincti, secus autem, ubi sunt distincti ordines diaconales, quia tunc ad præbendatos spectabit. *Cærem. episc. lib.* I, *cap.* 26, *n. seqq.* Vide *n.* 1, 1205.

941. Primicerii, seu secundæ dignitates non debent assistere in Officio diaconi, vel subdiaconi archipresbytero primæ dignitatis functiones solemniter peragenti, *S. R. C.* 24 *Nov.* 1731, *in Baren.*

942. Aliqui ex dignitatibus, seu primicerii, et canonici abesse possunt a choro audiendi causa monialium, seu sæcularium confessiones, et dirigendi confraternitates, vel ex alia causa, pro diebus, quibus tenentur interesse choro, *S. R. C.* 24 *Nov.* 1731, *in Baren.*

943. Ad secundas dignitates, non vero ad canonicos, spectat peragere functiones solemnes, prima dignitate impedita, vel celebrare nolente, *S. R. C.* 24 *Nov.* 1731, *in Baren.* : Functiones solemnes; adnotantur in *n.* 118.

944. Functiones solemniores dignitatibus, seu primiceriis peragentibus, tenentur canonici illis assistere in munere diaconi vel subdiaconi, *S. R. C.* 24 *Nov.* 1731, *in Baren.* : Tenentur canonici; nullo modo dignitates. Vide *n.* 30 *et* 727.

945. Abbatibus pontificaliter indutis, uti coabsolventibus, debetur præcedentia super canonicos cathedralis in processionibus funerum, *S. R. C.* 24 *Nov.* 1731, *in Ragusina* : In processionibus funerum; in aliis vero Officiis neque supra, neque inter cathedralis canonicos, habent locum, sed condecentem pro judicio et prudentia episcopi, *Cærem. episc. lib.* I, *c.* 13, *n.* 9. Vide *n. seq.* Dignitates et canonicos sacerdotes coabsolventes admittit sacra congr. Vide. *n.* 865.

946. Abbates pontificalibus induti invitati pro assistentia in solemnibus Vesperis, processione et Missa, debent sedere in loco decenti separatim a canonicis in choro post episcopos, *S. R. C.* 24 *Nov.* 1731, *in Ragusina* : Post episcopos; an supra canonicos? Vide *n. ant.*

947. Abbatibus pontificaliter indutis et genuflectentibus in actu receptionis et restitutionis sac. reliquiarum, quæ per eosdem in processione deferuntur, debet permitti usus ejusdem pulvini, quo in eodem actu utuntur tam archiepiscopus, quam episcopi suffraganei, *S. R. C.* 24 *Nov.* 1731, *in Ragusina* : Reliquiarum, SS. crucis, vel sacræ spinæ, et similium Domini nostri Jesu Christi. Vide *n.* 255 *et* 1121 : Pulvini, regulariter coloris paramentorum currentis. *Cærem. episc. lib.* III, *c.* 4, *n.* 1. Vide *n.* 1266.

948. Abbates pontificaliter induti in processionibus secum ducere possunt duos tantum clericos, seu monachos cotta indutos in utroque latere assistentes pro servitio, et usu mitræ, et baculi pastoralis, *S. R. C.* 24 *Nov.* 1731, *in Ragusina.*

949. Licitum est capitulo eligere pro functionibus canonicalibus, et ejus servitio magistrum cæremoniarum distinctum ab altero episcopi, *S. R. C.* 7 *Julii* 1734, *in Aquilana* : Distinctum ab altero episcopi, qui saltem in sacro ordine sit constitutus. *Cær. episc. lib.* I, *cap.* 5, *n.* 3. Vide *n. seq. et* 955 *seq.*

950. Magister cæremoniarum non potest suum munus exercere absque approbatione episcopi, *S. R. C.* 7 *Julii* 1734, *in Aquilana.* Vide *n. seq. et ant.*

951. Magister cæremoniarum in functionibus tantum episcopalibus uti valet veste violacea ex dispositione Cæremonialis, *S. R. C.* 7 *Jul.* 1734, *in Aquilana* : Veste violacea ex dispositione Cæremonialis; de qua vide *n.* 160 et 955.

952. Dignitates et canonici in eorum Missis privatis celebrandis, tam intra, quam extra cathedralem, ultra unum inservientem, qui Missæ respondeat, uti non possunt magistro cæremoniarum, cum, vel sine veste violacea, vel alio ministro sacerdote, tam pro delatione calicis ad altare, et illius deportatione ad sacristiam, quam pro sustinendo Missali, indicando orationes, operiendo, et porrigendo patenam cum hostia, calicemque postea cum velo instruendo, et cæteris actibus Missæ inserviendo ad instar episcoporum, sed debent celebrare, ut quilibet alius simplex sacerdos, omnes relatos ritus a seipso explendo absque ope ministri, *S. R. C.* 7 *Jul.* 1734, *in Aquilana* : Ut quilibet alius simplex sacerdos; cum paramentis vero præ cæteris solemnibus loco separato dispositis. Vide *n.* 831.

953. Dignitates et canonici tenentur capitulariter in habitu canonicali recipere episcopum a suo cubiculo, et associare ad ecclesiam cathedralem, similique modo ad idem reducere, quando iste vult pontificaliter celebrare, tam in solemnioribus a Pontificali Romano præscriptis, quam in aliis festis ex consuetudine vel devotione in civitate introductis, vel occasione universalis Jubilæi, vel alia rationabili causa episcopo bene visa, *S. R. C.* 7 *Julii* 1734, *in Aquilana* : Recipere episcopum, suum proprium intellige, et etiam administratorem, sede vacante, vel suffraganeum, quando nomine episcopi pontificalia exerceat. Vide *n.* 32, 709 *seqq.*, 913 *et* 937. An teneantur quoque episcopo accedente cum cappa? Vide *n. seq.*

954. Quando episcopus ad ecclesiam cathedralem accedit cum cappa, ut assistat Missæ cantatæ, Vesperis, vel processioni, vel ut concionem audiat, vel alia de causa, dignitates, et canonici tenentur capitulariter in habitu canonicali ipsum recipere a suo cubiculo, et associare ad eamdem, et similiter ad idem reducere juxta Cæremoniale episcoporum, *S. R. C.* 7 *Julii* 1734, *in Aquilana* : Juxta cæremoniale episcoporum, scilicet, *Præibunt familiares episcopi, et si aderit magistratus, aut alii nobiles, et illustres viri, immediate ante episcopum, tum ipse episcopus, et post eum sequentur canonici bini, juxta antiquam et canonicam disciplinam. Quod si fuerit archiepiscopus, aut alius utens cruce, ipsa crux immediate ante archiepiscopum per aliquem capellanum deferetur, imagine Crucifixi ad archiepiscopum conversa, inter quam et archiepiscopum nullus omnino incedit. Eo ordine procedant usque ad portam primariam. Cæremonial. episcop. l.* I, *cap.* 15, *n.* 3. Vide *n. antec.*

955. Licitum est capitulo eligere magistrum cæremoniarum ab episcopo confirmandum, *S. R. C.* 17 *Jul.* 1734, *in Monopolitana.* Vide *n.* 160 *et* 949 *seq.* Magistrum cæremoniarum; secundum, non vero primum, prout *in Cærem. episcoporum lib.* I, *c.* 5, *et in brevi Clem. P. XI, die* 6 *Jun.* 1708. Vide *n. seq.* 160, et 949 *seq.*

Digitized by Google

956. Episcopus justis de causis in Cæremoniali episcoporum præscriptis confirmationem magistri cæremoniarum a capitulo factam potest denegare, nec tenetur causas exprimere, S. R. C. 17 *Julii* 1734, *in Monopolitana :* Justis de causis in Cæremoniali episcoporum præscriptis ; quæ forte sunt : *Ut duo, si fieri possit, de gremio suæ Ecclesiæ, aspectu et statura corporis convenienti, et multo magis scientia et bonis moribus prædili, experti, et dociles ad hujusmodi onus assumantur, quorum primus vicesimum quintum saltem attingat annum, sitque in presbyterali ordine constitutus, bonis artibus instructus, et si fieri possit juris canonici, vel theologiæ intelligentiam habeat, divinorum Officiorum ac rituum ecclesiasticorum assiduus et diligens perscrutator. Cærem. episcop. lib.* I, *cap.* 6, *n.* 1. Vide etiam *n. seqq.* 160 *et* 949 *seqq.*

957. Magister cæremoniarum non censeri debet electus privative, etiam quoad omnes functiones episcopales, et assistentias præstari solitas episcopo tam intra, quam extra ecclesiam cathedralem, S. R. C. 17 *Jul.* 1734, *in Monopolitana.* Vide *n. ant. et seqq.*

958. Episcopo licitum est alium magistrum cæremoniarum eligere pro omnibus functionibus ab ipso peragendis, et aliis ipso præsente explendis, tam intra quam extra ecclesiam cathedralem, S. R. C. 17 *Jul.* 1734, *in Monopolitana.* Vide *n. antec. et seqq.*

959. Magistro cæremoniarum ab episcopo electo omnes capitulares tenentur obedire quoad ea, quæ divinum cultum concernunt, sub pœna arbitrio episcopi, S. R. C. 17 *Jul.* 1734, *in Monopolitana.* Vide *num. antec.*

960. Cum in tota Hispania sit concessum, ut tertia Dominica post Pascha celebretur festum Patrocinii S. Josephi sub ritu duplici, ex parte reverendissimi archiepiscopi et capituli ecclesiæ metropolitanæ Hispalensis quæsitum fuit, si cadat illa die festum majoris ritus, an festum patrocinii S. Joseph sit transferendum ad aliam diem ? Et responsum fuit, tranferri posse : ita tamen ut pro dicto festo archiepiscopus assignet certam aliquam diem, quæ non sit Dominica fixa, S. R. C. 26 *Nov.* 1735, *in Hispalen.* Hoc decretum est generale ex rationibus allatis sub *n.* 989, 1237 et 1325.

961. Cum pluries occurrant quotannis eodem die duo festa sanctorum, quorum unum juxta rubricas est transferendum, petitum fuit ex parte ejusdem archiepiscopi, et capituli Hispalensis, ut quoties perpetua est talis occurrentia, assignetur ei, quod transferendum est, dies propria, et fixa, prima nempe dies non impedita. Et sac. cong. rescripsit, quod sanctis, qui perpetuo sunt transferendi, sit assignanda dies fixa, et commisit eidem reverendissimo archiepiscopo, ut pro unica vice deveniat ad hanc designationem dierum, S. R. C. 26 *Nov.* 1735, *in Hispalen.* Hoc decretum est universale, et latissime ampliatur sub *n.* 1091 *et* 1162.

962. In festo exspectationis partus beatissimæ Virginis Mariæ, hymni sunt celebrandi cum versibus : *Virtus, honor, laus, gloria,* etc., et breve responsorium ad Primam debet esse, *Qui venturus es in mundum,* S. R. C. 26 *Nov.* 1735, *in Hispal. et* 29 *Nov.* 1738, *in Hispan.* Vide *n.* 1050.

963. An sancti, de quibus in toto anni decursu celebrari Officium non potuit, transferendi sint ad annum sequentem, vel potius eo anno sint omittendi ? Sacra eadem Rituum congregatio, ad relationem eminentissimi et reverendissimi D. cardinalis Belluga, respondit : Sanctos, qui in fine anni supersunt, non esse ad annum sequentem transferendos, sed quoties toto anni decursu de illis celebrari non valeat, tunc illo anno, diebus eorum propriis considerandos esse tanquam simplices, faciendo illorum commemorationem, ut fit in semiduplicibus, cum nona lectione ad Matutinum composita ex omnibus eorum lectionibus propriis secundi nocturni ad modum unius : et ita declaravit, et servari mandavit, S. R. C. 26 *Novemb.* 1735, *in una Hispalen. et die* 8 *Martii* 1738, *in una Ord. Capuc. nec non* 21 *Jun. in una Ord. Casinensium et* 6 *Sept. in una S. Francisci de Observantia :* Ad annum sequentem ; vulgarem intellige et communem, qui a Kalendis incipit Januarii. Vide *n.* 311. Sanctos, qui in fine anni supersunt, intellige illos etiam, qui sub ritu duplici celebrantur. Vide *n.* 1125 *et* 1194 : Commemorationem, ut fit in semiduplicibus, scilicet ad primas et secundas Vesperas, et in Laudibus ordine ut in festis semiduplicibus, ideoque occurrentibus cum feria, et vigilia, prius de festo est agendum, postea de vigilia, vel feria. Vide *n.* 1163.

964. Lectiones primi nocturni de Exodo, quæ leguntur in Dominica quarta Quadragesimæ, quoties ista sit impedita aliquo festo primæ classis, reassumendæ sunt intra illam hebdomadam in festo occurrente, carente lectionibus propriis primi nocturni, quæ desumerentur de Scriptura occurrente, si festum illud extra Quadragesimam incidisset, S. R. C. 26 *Nov.* 1735, *in Hispalen. :* Intra illam hebdomadam : Quid agendum a monachis S. Benedicti, si tota hebdomada esset impedita. Vide *n.* 991.

965. Relatis in S. R. C. ab eminentissimo D. cardinali Belluga die 26 Nov. anni proxime præteriti, reverendissimi archiepiscopi, et capituli metropolitanæ Hispalensis enixis precibus, quibus supplicatum fuit pro elevatione Officii S. Josephi ad ritum duplicem primæ classis ; nec non pro declaratione, utrum Officia semiduplicia, quæ occurrunt in Dominica infra octavam non privilegiatam, die lunæ sequentis non impedita per Officium novem lectionum fieri debeant, in exclusione alicujus duplicis præcedentis transferendi ? Sacra eadem congregatio tunc respondit : *Dilata.* Repropositis iterum hujusmodi instantiis per dictum eminentissimum ponentem, eadem sac. congr. ad primum rescripsit, pro gratia elevationis absque octava. Ad secundum vero respondit, juxta votum eminentissimi ponentis, nempe quod in exclusione duplicis præcedentis transferendi in diem lunæ immediate sequentem non impeditam, debeat Officium fieri de semiduplici, quod aliquando occurrit in Dominica infra octavam privilegiatam, quia eo casu talis dies est assignata pro dicto semiduplici, S. R. C. 2 *Aprilis* 1736, *in Hispalen. :* In Dominica infra Octavam ; idem statuit cum occurrerit in die ipsomet festo habente octavam, vel alio a festo duplici impedito infra octavam eamdem. Vide *n.* 509, et alios ibi notatos.

966. Præpositus cathedralis absente episcopo non debet thurificari triplici ductu, neque præsente vicario generali. Ubi ob deficientiam sedium fixarum chori, canonici sedent in scamnis, sive in functionibus sacris, sive in congressibus canonicalibus, præsente vel absente episcopo, debet sedere in illis primo loco, nec eidem apponenda est sedes cameralis, S. R. C. 21 *Aprilis* 1736, *in Anagnina.* Vide *n. seqq.*

967. In diebus solemnibus, sacrum faciente præposito cathedralis, non possunt exponi in gradibus abaci, pelvis, gutturnium, et manutergium in lance pro *Lavabo,* duobus mansionariis, vel clericis cum cotta ministrantibus, sed debet celebrare ad instar aliorum canonicorum, S. R. C. 21 *April.* 1736, *in Anagnina :* Ad instar aliorum canonicorum, scilicet ut simplex sacerdos, sed pretiosioribus indumentis in distincto loco, ab aliis sacerdotibus, sumptis. Vide *num.* 831 et 971.

968. In processionibus præposito cathedralis debetur candela majoris ponderis, et in distributione palmarum distincta, et honorabilior palma, quam cæteris de capitulo, S. R. C. 21 *April.* 1736, *in Anagnina.* Vide *num. ant. et seqq.*

969. Assistentibus in choro vicario generali, et præposito cathedralis, præcedere debet vicarius,

Digitized by Google

non vero præpositus, secus si præpositus sit indutus sacris vestibus, aut si vicarius sit canonicus, et intersit choro habitu canonicali, *S. R. C.* 21 *April.* 1736, *in Anagnina :* Præcedere debet vicarius. Ubi vero non adest consuetudo, Vide *num.* 16 et 1174.

970. Præpositus cathedralis, dum induitur vestibus choralibus, tolerari non potest, ut inserviat ei unus ex mansionariis; neque aliquis ex illis debet ei deferre Breviarium ad suum stallum, *sac. Rit. congr.* 21 *April.* 1736 *in Anagnina.* Vide *num. antec. et seqq.*

971. Præposito cathedralis non debentur paramenta sacra, et nobiliora in loco distincto a cæteris canonicis, *S. R. C.* 21 *April.* 1736, *in Anagnina.* Vide *num. ant. et seqq. :* A cæteris canonicis, sed tantum a quibuscunque aliis inferioribus de clero. Vide *num.* 967.

972. Præpositus cathedralis tenetur per seipsum, quando non est legitime impeditus, servare hebdomadam in choro, et canere Missas per turnum cum cæteris canonicis, *S. R. C.* 21 *April.* 1736, *in Anagnina.* Vide *num ant.*

973. In festo S. Marci, vel respective in feriis Rogationum, si fiat de Officio duplici vel semiduplici in locis, ubi tantum una Missa cantatur, pro majori populi commoditate, ut possit post processionem vacare laboribus, convenientius est processionem facere post Nonam, inde cantare Missam Rogationum, *S. R. C.* 5 *Maii* 1736, *in Einsidlen. :* Missa Rogationum; intellige extra ecclesias D. Marco dicatas. Vide *num.* 645.

974. In festo B. M. V. de Monte Carmelo, quod etiam a Regularibus servari debet die 16 Julii, quamvis Officium recitetur juxta concessionem Bened. XIII, prout in festo S. Mariæ ad Nives, tota tamen Missa, et non tantum Evangelium, dicatur illa, quæ a Sede Apostolica approbata est, et quæ incipit : *Gaudeamus omnes*, etc., *S. R. C.* 5 *Maii* 1736 *in una ordinis S. Benedicti congregationis Helvetiæ :* Missa *Gaudeamus :* approbata a Sede Apostolica die 24 Sept. 1726, Benedicto Papa XIII regnante.

975. Quando festum S. Petri martyris transfertur extra tempus paschale, evangelium erit : *Si quis venit ad me*, *S. R. C.* 5 *Maii* 1736 *in Einsidlen.* Vide *num.* 1062.

976. Ab orationibus expungenda sunt cognomina, et patriæ sanctorum, *S. R. C.* 5 *Maii* 1736 *in Einsidlen.* Præter hanc generalem sanctionem, alia habetur particularis pro S. Francisco de Paula *sub n.* 192. Adest quoque schedula Missalis typis reverendæ Cameræ (cujus exemplum omnes typographi extra Urbem tenentur exacte sequi, ut in *n.* 631) sigillo sacræ Rituum congregationis, et manu D. secretarii firmata; in qua specifice et signanter sequentia tolluntur cognomina, et patriæ sanctorum ab orationibus, ad normam aliorum decretorum in ipsa schedula expressorum. Et sunt : S. Canuti regis Danorum *die* 16 *Januarii*, S. Petri Nolasco *die* 31 *ejusdem mensis;* S. Joannis de Matha *die* 8 *Februarii;* S. Pii V, *die* 5 *Maii;* S. Margaritæ reginæ Scotiæ *die* 10 *Jun.;* S. Joannis Gualberti *die* 12 *Jul.* S. Raymundi Nonnati *die* 31 *Aug.* S. Margaritæ de Cortona *die* 23 *Febr.* aliaque multa pro regularibus ordinis Seraphici S. Francisci.

977. Annua commemoratio omnium defunctorum alicujus ordinis, seu communitatis, non est transferenda, si in illa die occurrat festum duplex minus, etiam translatum, sed fiet Officium de duplici cum sola Missa solemni post Tertiam : Officium vero defunctorum recitandum est post Laudes, et omnes Missæ privatæ dicentur pro Defunctis in paramentis nigris, *S. R. C.* 5 *Maii* 1736, *in Einsidl. :* Fiet Officium de duplici; procedit generaliter hoc decretum, fallit autem in ecclesia Societatis Jesu civitatis Œnoponti. Vide *n.* 44.

978. In desponsatione B. M. V. non est facienda commemoratio S. Josephi, nisi constet de speciali concessione, *S. R. C.* 5 *Maii* 1736, *in Einsidlen.* Vide *n.* 880 et 1046.

979. Si die 21 Januarii occurrat in aliquibus locis festum alicujus sanct' particulare sub ritu duplici, v. g. S. Meinradi apud Benedictinos, faciendum est Officium de tali sancto, et transferendum est Officium S. Agnetis, quod occurrit eadem die, cui assignari debet aliqua dies fixa, quæ tamen non sit dies 28 Januarii, ne festum sanctissimi Nominis Jesu, quod celebratur Dominica secunda post Epiphaniam, aliquando occurrat in eadem Dominica, quæ est Septuagesimæ, ideoque ne illud festum celebretur intra Quadragesimam (quod non conveniret), erit relinquenda vacua dies 28 Januarii, in quam id tunc erit transferendum. Quando autem agatur festum S. Agnetis secundo, fiet de eo commemoratio tanquam de simplici, nullo habito respectu, quod festum ejusdem solemne prius non fuerit celebratum, *S. R. C.* 5 *Maii* 1736, *in Einsidl :* Festum particulare, cum paritate ritus, et dignitatis, prævalet universali. Vide *num.* 802, 981, 1145, 1213.

980. In tertio nocturno pro festo Sancti Joannis Nepomuceni, tam intra, quam extra tempus paschale semper dicatur evangelium *Nihil est opertum*, etc., cum sua homilia, *S. R. C.* 5 *Maii* 1736, *in Einsidlen.*

981. Ubi celebratur festum S. Barbaræ sub ritu duplici, etiam sine speciali solemnitate, fiet de illa officium assignando aliam fixam, et perpetuam diem S. Petro Chrysologo, *S. R. C.* 5 *Maii* 1736, *in Einsidlen.* Ubi celebratur festum particulare, quod universalibus non cedit. Vide *n.* 902, 979 et 1045, ut eruitur ex pluribus decretis particularibus, hujusmodi autem assignatio diei fixæ ex *decreto sac. Rit. congreg.* 28 *Aug.* facienda non videtur inconsulta *S. R. C.*

982. Pro translatione festorum talis ratio habeatur, ut prius fiat Officium de prius descripto in Calendario, nullo habito respectu, quod Officium translatum sit ecclesiæ particularis, ordinis, seu religionis, diœcesis, nationis, et Ecclesiæ universalis, *S. R. C.* 5 *Maii* 1736, *in Einsidlen,* Pro translatione festorum; intellige in pari ritu et dignitate. An id statuatur in assignatione talium Officiorum, Vide *num.* 1131, 1017 et 1162.

983. Quando occurrit festum aliquod in diœcesi, quod fit de præcepto quoad forum, regulares de eo debent Officium facere, nisi apud ipsos occurrat eadem die aliud festum, quod sit ejusdem classis, ritus, et majoris dignitatis, *S. R. C.* 5 *Maii* 1736, *in Einsidlen.*

984. Quando in primis Vesperis S. Hermenegildi martyris hymnus proprius non fuerit recitatus, ponendus est in Matutino, et hymnus Matutini substituendus est in Laudibus, *S. R. C.* 5 *Maii* 1736, *in Einsidl.* Idem dicendum est de similibus, v. g. de S. Martina die 30 Januarii, aliisque, ne gestorum historicus ordo subvertatur.

985. In festo S. Margaritæ Scotorum reginæ ab aliquibus Breviariis expungi debent ultima verba lectionis, *Cujus festum ab eodem Pontifice concessum, Innocentius XI, octavo Idus Julii transferri jussit*, *S. R. C.* 5 *Maii* 1736, *in Einsidlen.*

986. Quando Vigilia Omnium Sanctorum venit in Dominica, et consequenter anticipanda est in Sabbato, quod tunc erit die 30 Octobris, in qua a PP. Benedictinis celebratur festum Sacrarum Reliquiarum totius ordinis, tunc a prædictis monachis facienda est commemoratio tantum de Vigilia Omnium Sanctorum, *S. R. C.* 5 *Maii* 1736, *Einsidlen.:* Commemoratio tantum de Vigilia; quia evangelium Vigiliæ concordat cum illo festi, ut accidit quoque die festo Translationis almæ Domus apud plurimas

Digitized by Google

mundi catholici regiones, quando occurrit cum feria quarta Temp. Adventus, *Rubr. Brev. prop.* Vide *num.* 1027.

987. In die octava Dedicationis semper sunt repetendæ lectiones in primo nocturno, quæ jam lectæ fuerunt in primo nocturno Officii de ipsomet festo Dedicationis, *Rubr. Brev. de lection. num.* 9, *S. R. C.* 5 *Maii* 1736 *in Einsidlen.*: Semper sunt repetendæ; tanquam propriæ etiam ultra hanc petitionem, cui respondit sacra congregatio juxta Rubricam Breviarii de lectionibus *num.* 9, nempe: *Quando aliquod festum novem lectionum occurrit in Quadragesima, et Quatuor Temporibus; in secunda feria Rogationum, et in Vigilia Ascensionis, in quibus feriis in Officio de tempore non assignantur lectiones de Scriptura, sed de homilia; tunc enim in festis recurrendum est ad lectiones de Scriptura positas in communi sanctorum. Quod si in aliquibus ex supradictis feriis occurrat dies octava alicujus festi habentis octavam; tunc in primo nocturno diei octavæ repetantur lectiones, quæ in primo nocturno festi lectæ fuerunt; Rubric. Breviar. XXVI* citata. Vide *n.* 1119.

988. Quando dies octava Dedicationis impeditur per festum majoris ritus, et in ea occurrat Dominica, vel concurrat in primis, aut secundis Vesperis semiduplex, commemoratio diei octavæ facienda est ante commemorationem Dominicæ occurrentis, et semiduplicis cujuscunque occurrentis, *S. R. C.* 5 *Maii* 1736 *in Einsidlen.*: Majoris ritus; quod sit primæ vel secundæ classis; octava enim dies non cedit duplicibus majoribus extra classem, et advertatur oportet, hocce decretum in omnibus generaliter procedere, quoad omnes octavas juxta rubricas Breviarii de octavis. Vide *num.* 611 et 652.

989. Non possunt transferri Officia illa affixa certis diebus, quæ sunt concessa pro locis et ecclesiis particularibus, ad eorum instantiam: at quando Officia prædicta sint de præcepto pro aliquo statu, sicuti sunt Officia plura B. M. V. concessa a S. M. Benedicto XIII, pro statu ecclesiastico affixa certis diebus, transferantur, *S. R. C.* 5 *Maii* 1736 *in Einsidlen.* Vide *num.* 1238.

990. In omnibus congregationibus ordinis Benedictini post festum Omnium sanctor. 14 Nov. celebratur solemnis Commemoratio omnium defunctorum confratrum dicti ordinis, unde si illa die 14 Nov. alicubi adsit festum duplex, sive occurrens, fiet quidem Officium de tali festo duplici cum Missa solemni post Tertiam; Officium vero Defunctorum recitandum erit post Laudes, et omnes Missæ privatæ dicendæ erunt pro defunctis confratribus in paramentis nigris: quapropter Commemoratio Omnium defunctorum non est transferenda in tali casu, *S. R. C.* 5 *Maii* 1736, *in Einsidlen.*: Duplex; minus, seu per annum, etiam translatum, et hoc decretum est generale. Vide *num.* 977.

991. Quæsitum fuit, an si per Dedicationem Ecclesiæ, vel aliud festum cadens in Dominica, impediatur initium Scripturæ talis Dominicæ, et per octavam non sit locus pro ea, eo quod omnes dies sint dies infra Octavam, præter unam forte, quæ tamen habet lectiones de communi assignatas; tunc tale initium sit omittendum, vel potius reponendum in illo festo, et quid si illud sit duplex majus? Et responsum fuit: Initium Scripturæ aut transferendum est ad diem liberam, etiam si post octavam hoc eveniat, aut anticipate legendum; sed in Officio, pro quo assignatæ sunt lectiones de communi, illæ sunt legendæ: quod faciendum est etiam in duplici majori, juxta *Rubr. Brev. de Lection. S. R. C.* 5 *Maii* 1736, *in Einsidlen.* Hoc decretum valet pro Benedictinis, qui in Officio de die infra octavam tres tantum lectiones admittunt. Qui vero Breviario Romano utuntur, videant *num.* 963 et 1099.

992. Ubi festum sanctissimæ Trinitatis est titulus ecclesiæ, sive est in Patronum, non est dicendum per totam octavam, sive Officium fiat de octava, sive de alio festo occurrente, Symbolum S. Athanasii, sed solum in solemni festo SS. Trinitatis, et in die octava ejusdem, *S. R. C.* 5 *Maii* 1736 *in Einsidlen.* Vide *num.* 860.

993. Festum principalis Patroni alicujus diœceseos a Regularibus est celebrandum sub ritu duplici primæ classis, et dedicatio Ecclesiæ cathedralis sub ritu duplici secundæ classis sine octava: et degentes extra civitatem non tenentur ad Dedicationis Officium, *S. R. C.* 5 *Maii* 1736, *in Einsidlen. et antea die* 16 *Junii* 1708, *in Parisien.* Nomine Regularium intellige etiam Moniales, licet Ordinario subjectas, et per ly *non tenentur*, excipe etiam ad libitum. Vide *n.* 283, 571 et 1131.

994. Postquam S. Canutus pro ordine Benedictino est repositus die 20 Februarii, potest pridie hoc elogium legi in Martyrologio, *S Canuti regis et martyris*, VIII *Idus Januarii*, non variata tamen dispositione Martyrologii Romani, *S. R. C.* 5 *Maii* 1736, *in Einsidlen.* In Martyrologio Benedictino additur, *et quartodecimo Kalendas Februarii.* Idem sub die 20 Feb. Hoc decretum est generale. Vide *num. seq.* 898 et 1114.

995. Festa illa, quæ a die obitus aliquorum sanctorum translata, sortita sunt alium diem fixum, annuntianda sunt iisdem diebus, et verbis in Martyrologio Romano descriptis. Quod si eorum transferantur Officia, pridie quam celebrentur, potest nuntiari festum illius sancti, de quo sequenti die agetur solemnis memoria, *S. R C.* 5 *Maii* 1736, *in Einsidlen.* Iisdem diebus, quibus festa celebrantur, non notantur. Vide *num. ant.* et 1114.

996. Si in Dominica quarta post Pascha legantur lectiones initii Epistolæ B. Jacobi apostoli, in festo SS. apostolorum Philippi et Jacobi legendæ sunt lectiones ejusdem Epistolæ, quæ occurrent dicendæ in illa feria, *S. R. C.* 5 *Maii* 1736, *in Einsidlen.*: In illa feria; si de Epistola B. Jacobi legatur, alioquin ponitur in die festo initium ejus Epistolæ, ut in Dominica quarta post Pascha, *Rubr. Brev. prop. de Sanctis.*

997. Cum sæpe contingat, ut in diœcesi celebretur unum et idem festum, et alii in tertio nocturno unum assignent evangelium, alii vero aliud: Religiosi sequi debent ordinem proprii Breviarii, *S. R. C.* 5 *Maii* 1736, *in Einsidlen.*

998. Dominica in Albis potest legi nona lectio de simplici festo occurrente, ut accidit anno 1735 de S. Aniceto, *S. R. C.* 5 *Maii* 1736, *in Einsidlen.*

999. Quando festum SS. Philippi et Jacobi celebratur extra tempus paschale, omitti debent omnia *Alleluia.* Asterisci vero non tolluntur, *S. R. C.* 5 *Maii* 1736 *in Einsidlen.*: Omnia *alleluia.* Intellige plura quæ congruunt tempori paschali, non ea quæ habentur extra tempus prædictum in communi Apostolorum Brev. Romani, ex quo responsoria lectionum, capitula omnia, et responsoria brevia cum versiculis omnibus desumi debent, rubricæ Breviarii nonnullæ (proprio loco positæ) de Sanctis in mense Maii. Notandum autem ex Gavanto, quod repetitio ultima in istis responsoriis debet esse brevior, non autem prolixior.

1000. Quando October habet tantum quatuor Dominicas, servetur omnino dispositio Breviarii Romani, et in feria quinta, sexta, et Sabbato hebdomadæ quartæ legantur lectiones de Dominica quinta continentes historiam martyrii SS. Machabæorum, *S. R. C.* 5 *Maii* 1736, *in Einsidlen.*: Lectiones de Dominica quinta, scilicet, de Dominica quinta in die feriæ quintæ, et in feria sexta, de feria secunda; in Sabbato vero, de feria tertia ejusdem Dominicæ quintæ. Quod si fuerint impeditæ eo anno, omittantur illæ lectiones, quæ iis diebus legi non possunt. Si vero sequenti hebdo-

Digitized by Google

mada hæ lectiones in suis feriis legi non possint, ponuntur in sequentibus feriis ejusdem hebdomadæ juxta ordinem historiæ martyrii Machabæorum, *Rubr. Brev. de Temp.* post feriam quintam Dominicæ 4 Octobris. Vide *num. seq.*

1001. Quando in festo aliquo lectiones assignantur legendæ, sive propriæ, sive de communi, omittitur etiam initium Scripturæ, quod reponendum est infra hebdomadam in Officio ritus inferioris, minoris dignitatis et solemnitatis, etiamsi tale festum habeat lectiones proprias, aut sint de communi, *S. R. C.* 5 *Maii* 1736, *in Einsidlen.* Vide *num. ant.* 964 et 991.

1002. In festo S. Joannis Chrysostomi, quoad lectiones in primo nocturno legendas, servetur rubrica Breviarii Romani : unde extra Quadragesimam dicantur lectiones de Scriptura occurrente; intra Quadragesimam vero recitentur lectiones de communi Doctorum. Pro S. Joanne de Matha idem servandum, et in Quadragesima dicantur lectiones de communi, scilicet *Beatus vir*, etc. *S. R. C.* 5 *Maii* 1736, *in Einsidlen.*

1003. In festo S. Caroli Borromæi 4 Novemb. in primis Vesperis pro commemoratione sanctorum Vitalis et Agricolæ MM. antiphona erit, *Istorum est enim regnum cœlorum*, etc., cum versu *Lætamini in Domino*, etc., et ad Laudes substituetur versus : *Exsultent justi*, etc., post antiphonam : *Vestri capilli*, etc. *S. R. C.* 5 *Maii* 1736, *in Einsidlen.*

1004. Quando festum S. Raphaelis celebratur Dominica tertia post Pascha, antiphona primi nocturni erit *Multa magnalia;* et in secundo nocturno *Archangele Raphael;* in tertio autem *Angelus archangelus*, etc., *S. R. C.* 5 *Maii* 1736, *in Einsidlen.* Vide *n. seq.*

1005. Dominica tertia post Pascha, ubi celebratum est festum sancti Raphaelis archangeli, in tertio nocturno recitetur homilia S. Joannis Chrysostomi, nempe *Cum vellet Deus*, etc., *S. R. C.* 5 *Maii* 1736, *in Einsidlen.* Vide *n. ant.*

1006. Festum Lanceæ, quod est approbatum ex indulto in Germania, et celebratur feria sexta post Dominicam in Albis, si ob occurrentiam alicujus festi novem lectionum impediatur, transferri debet ad aliam feriam sextam intra tempus Paschale tantum, *S. R. C.* 5 *Maii* 1736, *in Einsidlen.*

1007. Die 3 Martii, qua in Germania occurrunt S. Anselmus abbas, et S. Cunegundis virgo imperatrix, faciendum est officium de S. Cunegunde, et assignanda fixa et propria dies pro S. Anselmo, *S. R. C.* 5 *Maii* 1736, *in Einsidlen.*

1008. Quando antiphonæ, et versus in Vesperis variandi sunt pro commemoratione alicujus simplicis facienda, tunc ad primas Vesperas accipienda est antiphona cum versu Laudum. Si vero plures sint commemorationes simplicium, tunc secunda commemoratio sumetur ex secundis Vesperis cum versu secundi nocturni; tertia vero commemoratio fiet, desumendo antiphonam primam ex tertio nocturno cum versu ejusdem nocturni. Ad Laudes prima commemoratio cum versu erit propria ex primis Vesperis; secunda commemoratio fiet cum antiphona tertii nocturni, et versu assignatis jam in primis Vesperis; tertia autem commemoratio fiet desumendo antiphonam et versum, dictos secundo loco in primis Vesperis, nempe antiphona secunda Vesperarum, et versus secundi nocturni, *sac. Rit. congregat.* 5 *Maii* 1736, *in Einsidlen.* Vide *n.* 648.

1009. Si festum S. Joannis Baptistæ, sive aliud ex solemnioribus venerit in die Corporis Christi, Officium S. Joannis singulari privilegio transfertur in sequentem diem a quocunque die duodecim lectionum etiam impedita, cum commemoratione Octavæ; sed in secundis Vesperis Corporis Christi fit commemoratio tantum S. Joannis. Cætera vero festa solemniora occurrentia in dicta die Corporis Christi transferantur infra Octavam in prima die non impedita, *S. R. C.* 23 *Junii* 1736 *in Einsidlen.* : Duodecim lectionum, quia ad instantiam P. abbatis monasterii Einsidlensis responsum fuit. Vide *n.* 640.

1010. Dum Missa cantatur coram SS. Sacramento in altari exposito, debet fieri commemoratio de eodem Sacramento post omnes alias commemorationes de præcepto, et in Missis solemnibus tantum festorum primæ et secundæ classis facienda est sub unica conclusione, *S. R. C.* 23 *Jun.* 1736, *in Burgen.* : Dum Missa cantatur coram SS. Sacramento : Loquitur de Missa solemni extra occasionem quadraginta Horarum, quando necessitas urget in eo altari cantare, vel recitare ; in occasione enim prædicta, Missa cantatur de Sacramento, non de festo occurrenti diebus omnibus, exceptis festis primæ et secundæ classis, feria quarta Cinerum, feria secunda, tertia, et quarta majoris Hebdomadæ, tota octava Paschatis, et Pentecostes, Vigilia Nativitatis, et Pentecostes, et octava Epiphaniæ, in quibus diebus Missa erit occurrens cum commemoratione de SS. Sacramento sub unica conclusione; Ex brevi Clem. XII, 1 Sept. 1730, quod incipit Italice: *Essendo state fatte.* Vide *n.* 1223

1011. Quando ob festum SS. Nominis Jesu contingat transferri aliud Officium duplex secundæ classis inferioris dignitatis, de eo debet fieri prima die non impedita, *S. R. C.* 23 *Junii* 1736, *in Einsidlen.* Vide *n. seq. et* 901.

1012. Sequentia in Missa de SS. Nomine Jesu est omittenda, *S. R. C.* 23 *Junii* 1736, *in Burgen. et* 16 *Febr.* 1737, *in Mechlinien.* : Sequentia est omittenda ; minime vero a fratribus Seraphici S. Francisci ; Missale proprium sub die 14 Januarii ab Innocentio Papa approbatum.

1013. Dum præter Missam conventualem cantatur Missa ex fundatione, in hac Missa non debet fieri commemoratio festi, de quo cantatur Missa conventualis, *S. R. C.* 23 *Junii* 1736, *in Burgen* : Cantatur Missa ex fundatione; diebus a rubricis permissis. Vide *n.* 264, 348 et 1261.

1014. Quando occurrit Vigilia, aut feria Quatuor Temporum infra octavam Conceptionis B. M. V. debet recitari Officium de die infra octavam; Missæ autem, sive una cantetur, sive legatur, sint de feria Quatuor Temporum cum secunda oratione de octava, et tertia de Spiritu sancto, quæ semper dicitur infra octavas B. M. V. juxta *tit.* 9, de orationibus, *n.* 7 et 9; nam oratio, quæ ibi præscribitur dicenda secundo loco, ponitur tertio loco. At si feria quarta Quatuor Temporum occurrat in die octava Conceptionis, omnes Missæ privatæ dicantur de octava cum commemoratione feriæ. Missa autem solemnis, quæ dicitur post tertiam, erit de ipsa octava sine commemoratione feriæ, cum de ea cantari debeat alia Missa post Nonam sine commemoratione Conceptionis. Dicendæ autem sunt orationes assignatæ in ipsa feria, nempe secunda : *Deus, qui de beatæ Mariæ Virginis utero*, et tertia *Ecclesiæ*, vel pro Papa, cum Præfatione communi. Idem servandum est in Missa, et Officio alicujus sancti, ex speciali privilegio aliquibus in locis in Quadragesima octavam habente, in qua Missæ omnes dici debent de feria cum commemoratione octavæ, et tertia oratione *Concede*, non vero *A cunctis.* Tempore autem Passionis, quando contingat fieri Officium de infra Octavam, unica pariter cantari debet Missa de feria cum commemoratione diei infra octavam, et Præfatione de Octava, si habeatur propria, ut dictum est de Octava Conceptionis, *S. R. C.* 23 *Jun.* 1736, *in Einsidlen.* Vide *num. seq.*

1015. In Missa feriali, quæ substituitur Missæ de octava, est genuflectendum in choro, *S. R. C.* 23 *Jun.* 1736, *in Einsidlen.* : Est genuflectendum in choro; prælatis, et iis, qui erunt parati, exceptis, in omnibus Missis etiam solemnibus dum celebrans facit confessionem cum suo psalmo ; deinde in Missis ferialibus, et Vigiliis, quæ jejunantur, excepta Vigilia

Digitized by Google

Paschæ, et Pentecostes, ac Nativitatis Domini, et Quatuor Temporum Pentecostes, ac in Missis defunctorum genuflectunt omnes etiam ad orationes, et a dicto per celebrantem *Sanctus* usque ad *Pax Domini*, et ad orationes post communionem, *Cærem. episcop. lib.* II, *cap.* 8, *num.* 32, et *cap.* 18, *num.* 19 *seqq.* Missale tit. XVII. De ordine genuflectendi etc., *n.* 5. Vide *num.* 63.

1016. In Missa votiva, quæ celebrari aliquando potest infra Octavam, in Adventu, Quadragesima, Quatuor Temporibus, Vigiliis, et feria II Rogationum, prima oratio erit de Missa, secunda de octava, tertia de feria, et non recitatur evangelium feriæ, sed initium S. Joannis *In principio*, etc., *S. R. C.* 23 *Junii* 1736, *in Einsidlen:* Missa votiva; intellige de privata. Quid vero dicendum de solemni, consule *n.* 348 et 1013.

1017. In occurrentia festorum ejusdem ritus, et alias quomodocunque parium talis ordo servetur, ut primum locum habeat Officium ecclesiæ particularis, secundum ordinis, tertium diœcesis, quartum nationis, quintum Ecclesiæ universalis, *S. R. C.* 23 *Junii* 1736 *in Einsidlen. et* 22 *Apr.* 1741 *in Vilnen.:* In occurrentia festorum; intellige in pari ritu et dignitate. Vide *num.* 522, 1162. An talis ordo habeatur etiam in translatione, consule *num.* 982.

1018. Octava S. Scholasticæ, quando de illa fiat Officium apud Benedictinos, impedit preces, etc. Quod si occurrat in feria quarta Cinerum, dicuntur preces, sed nihil fit de Octava, quæ terminatur ad primas Vesperas feriæ quartæ Cinerum exclusive, *S. R. C.* 23 *Junii* 1736 *in Einsilden.* Quid dicendum de his octavis occurrentibus in Dominica Passionis, require *n. seq. et* 98.

1019. Quæsitum fuit, an conformiter ad decretum S. R. C. de commemoratione Octavæ S. Scholasticæ in die Cinerum omittenda, etiam in Dominica Passionis, infra Octavam S. Benedicti cadente, et ejusdem Dominicæ in primis Vesperis sit omittenda commemoratio Octavæ? Et responsum fuit: In primis Vesperis facienda est commemoratio de die infra Octavam, quando Octava celebratur post Dominicam Passionis, secus autem si dies Octava incidat in eamdem Dominicam Passionis, quia propter Dominicam privilegiatam cessat Octava, *S. R. C.* 23 *Junii* 1736, *in Einsidlen.* Vide *num. ant. et* 98.

1020. In officio votivo Immaculatæ Conceptionis in antiphona, quæ dicit, *Post partum Virgo inviolata permansisti*, dici non potest *immaculata*, *S. R. C.* 23 *Junii* 1736, *in Einsidlen.* : Dici non potest *immaculata*. Quid vero dicendum de cognominibus, et patria sanctorum, consule *n.* 192 et 976.

1021. In Officio defunctorum in Vesperis et Laudibus dicendi semper sunt psalmi appositi, nempe *De profundis*, et *Lauda, anima mea, Dominum*, etc., post Vesperas et Laudes: omittantur iidem psalmi tantum in die Commemorationis Omnium fidelium Defunctorum, et in die Obitus, seu Depositionis defuncti, *sacr. Rit. congr.* 23 *Junii* 1736, *in Einsidlen. et* 3 *Aug.* 1707, *in una Quindetii Nolanæ diœceseos.* Vide *num.* 1067.

1022. Festum Inventionis S. Crucis cadens in Dominica, in qua celebratur festum Dedicationis ecclesiæ, non potest transferri in diem immediate sequentem, si hæc sit festo duplici vel semiduplici impedita, sed debet reponi prima die non impedita, *S. R. C.* 23 *Junii* 1736, *in Einsidlen.* Hoc decretum est universale quoad omnia alia Officia, servatis privilegiis Annuntiationis B. M. V. et aliis, de quibus consule *num.* 522, 621, 918, 979, 1095 *seq.*, 1186 et 1234

1023. In secundis Vesperis S. Æmiliani abbatis (quod est duplex majus apud Benedictinos), quæ coincidunt cum primis Vesperis Omnium Sanctorum monachorum ejusdem ordinis, est facienda commemoratio de S. Æmiliano, si ritus id permittat, nulla habita ratione, quod sit etiam ipse unus ex iisdem sanctis monachis, quorum festus dies celebrari incipit in dictis Vesperis, *S. R. C.* 23 *Junii* 1736, *in Einsidlen.*

1024. In Officio S. Mariæ in Sabbato a Patribus Benedictinis facienda est commemoratio S. Benedicti, non vero S. Scholasticæ. Rursus in Officio de S. Benedicto, quod iidem monachi celebrare solent infra singulas hebdomadas, non est facienda commemoratio sanctæ Scholasticæ, *S. R. C.* 23 *Junii* 1736, *in Einsidlen.*

1025. In Officio SS. Sacramenti, quod recitatur singulis V feriis in Germania, et in Officio Immaculatæ Conceptionis, quod ex indulto S. R. C. recitatur in Germania sub ritu duplici in Sabbato, quoad commemorationes in his faciendas, servetur rubrica de commemorationibus, et commemoratio S. Benedicti (a PP. Benedictinis) fiat in semiduplici, simplici, et feriis. Et quoad Officia S. Benedicti, S. Scholasticæ, SS. Sacramenti, et Immaculatæ Conceptionis, servetur decretum diei 20 Martii 1706, quo prohibentur hujusmodi Officia celebrari infra Quadragesimam, Adventum, Quatuor Tempora, ferias Rogationum, et Vigilias omnes, sive cum jejunio, sive sine jejunio, *S. R. C.* 23 *Junii* 1736, *in Einsidlen.* : Servetur rubrica de commemorationibus; quæ admittit commemorationem de festis simplicibus, de octavis, et de Dominica in primis Vesperis; quæ vero communes, seu suffragia vocantur, non admittit, cum sub ritu duplici prædicta Officia recitentur, *Rub. Brev.* IX *de commem.*, *num.* 1 *seqq.*, *et* XXXV De commemorationibus, seu suffragiis Sanctorum *num.* 1 : Ferias Rogationum; seu alias, in quibus Officium Dominicæ reponendum sit ex rubricis. Vide *n.* 826.

1026. Quando festum SS. Philippi et Jacobi cadit in Dominica, tunc ultimum responsorium, quia est proprium, dicatur loco penultimi, quod est de Dominica pro Benedictinis, *S. R. C.* 23 *Junii* 1736, *in Einsidlen.*

1027. Festum sacrarum Reliquiarum, quæ asservantur in ecclesiis ordinis Benedictini, celebrandum est ab ipsis monachis de præcepto, et quidem die 30 Octob., *S. R. C.* 23 *Junii* 1736, *in Einsidlen.* : Festum sacrarum Reliquiarum; non admittit evangelium ultimum, si occurrat cum Vigilia Omnium Sanctorum. Vide *n.* 985.

1028. Festum B. M. V. de Monte Carmelo celebrandum est ab omnibus die 16 Julii de præcepto, et servari debet decretum emanatum 24 Septembris 1726, *S. R. C.* 23 *Junii* 1736, *in Einsidlen.* : Servari debet decretum emanatum; per Benedictum XIII, Urbis et Orbis die 24 Septemb. 1726.

1029. Festum SS. Nominis Mariæ celebrandum est Dominica infra Octavam Nativitatis ejusdem, *S. R. C.* 23 *Junii* 1736, *in Einsidlen.* Vide *num. seq.*

1030. Quando dies octava Nativitatis B. M. incidit in Dominica, in qua celebrari debet festum SS. Nominis ejusdem, nulla fit commemoratio Nativitatis, *S. R. C.* 23 *Junii* 1736, *in Einsidlen.* Vide *num. ant.*

1031. In secundo triduo majoris Hebdomadæ non possunt celebrari exsequiæ defunctorum, et Officium, et preces recitentur privatim, *S. R. C.* 11 *Aug.* 1736, *in Placentina.* Vide *n.* 499.

1032. Si festum Purificationis B. M. V. venerit in Dominica Septuagesimæ, vel Sexagesimæ, in ecclesiis dicatis sub titulo Annuntiationis, vel Assumptionis, debet cantari Missa Dominicæ tantum, nec facienda est commemoratio Purificationis B. M. V., *S. R. C.* 15 *Sept.* 1736, *in Toletana* : Nec facienda est commemoratio Purificationis; Officium vero Purificationis quando transferendum, Vide *n.* 532.

1033. In processione feriæ sextæ in Parasceve, epi

Digitized by Google

capo totum Officium, et sacram functionem in pontificalibus non peragente; non sunt a gestantibus hastas baldachini adhibenda pluvialia, sed solum cottæ, *S. R. C.* 15 *Sept.* 1736, *in Toletana :* Sed solum cottæ; ita etiam episcopo celebrante, deficientibus pluvialibus, *Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 25, *n.* 31. Vide *n.* 10.

1034. In adoratione crucis feriæ sextæ in Parasceve debent celebrans, et ministri deponere etiam manipulum, *S R. C.* 15 *Septembris* 1736, *in Toletana.*

1035. Translato festo semiduplici ad Vigiliam alicujus apostoli, in Missa festi, tertia oratio debet esse *A cunctis*, *S. R. C.* 15 *Sept.* 1736, *in Toletana :* In Missa festi; in Missa vero Vigiliæ dicitur *Ecclesiæ*, vel pro Papa, *Rub. Miss. de orationibus*, *n.* 9.

1036. Si secunda oratio est de Spiritu sancto, aut de eo fit mentio, tertia, sive ultima non debet concludi, *ejusdem Spiritus sancti Deus*, etc., *S. R. C.* 15 *Sept.* 1736, *in Toletana :* Tertia, sive ultima non debet concludi; *sed quando dicuntur plures orationes, prima tantum, et ultima cum sua conclusione terminantur, et ante primam et secundam dicitur* Oremus, *et ante primam dicitur etiam* Dominus vobiscum, *exceptis secretis, in quibus, et* Dominus vobiscum, *et* Oremus *omittuntur, Rub. Miss.* VII, *de com.*, *num.* 7, *et de Offer.* VII, *num.* 1. *Si oratio dirigitur ad Patrem, concluditur*, Per Dominum nostrum, etc.; *si ad Filium*, Qui vivis, et regnas cum Deo Patre; *si in principio orationis fiat mentio Filii, concluditur*, Per eumdem Dominum nostrum; *si in fine orationis ejus fiat mentio*, Qui tecum vivit; *si facta sit mentio Spiritus sancti inclusive, dicitur*, In unitate Spiritus sancti, etc. *Rub. Miss. de oratione* IX, *num. ultimo.*

1037. In communione Monialium habentium fenestrellam in parte evangelii, sacerdos debet descendere, et reverti per gradus anteriores, et non per laterales altaris, *sac. Rit. congreg.* 15 *Septemb.* 1736, *in Toletana.*

1038. Post expositionem reliquiæ SS. crucis, vel post ejus delationem in processione, benedicendus est populus cum ipsa, *S. R. C.* 15 *Septembr.* 1736, *in Brixien. :* Reliquiæ SS. crucis. Quid dicendum de aliis reliquiis, et SS. imaginibus. Vide *num. seqq. et* 705.

1039. Reliquia SS. crucis non est incensanda a celebrante genuflexo, *S. R. C.* 15 *Sept.* 1736, *in Brixien.* Vide *n. seq.*

1040. Non est genuflectendum a capitulo, et clero processionaliter transeuntibus ante altare, in quo recondita est reliquia SS. crucis, *S. R. C.* 15 *Sept.* 1736, *in Brixien.* Vide *n. ant.*

1041. In Missis ferialibus a Dominica Passionis usque ad feriam quintam in Cœna Domini, et infra octavas Paschatis, et Pentecostes, juxta alias resolutiones 22 Nov. 1619, in una rubricarum, 13 Sept. 1692, in Cæsaraugustana, et 4 Maii 1709, in Pistoriensi; occurrente festo simplici, non est dicenda tertia oratio *Ecclesiæ*, vel pro Papa, *S. R. C.* 15 *Sept.* 1736, *in una rubricar.* Vide *n.* 628 : In Missis ferialibus; secus autem semiduplicibus eo tempore occurrentibus. Vide *num.* 644.

1042. Ex parte cleri Ecclesiæ Toletanæ quæsitum fuit, an occurrente festo duplici secundæ classis octavam habente cum Dominica Septuagesimæ, si (sequentibus feriis occupatis) transfertur ad sequens Sabbatum, secundæ Vesperæ erunt in primis aut in secundis Vesperis festi cum commemoratione Dominicæ in Sexagesima, aut erunt de Psalterio a capitulo Dominicæ cum commemoratione diei octavæ: et quid, si dies octavus habeat orationem propriam. Et S. R. C. ponente eminentissimo Zondadari respondit, secundas Vesperas festi fieri debere cum commemoratione Dominicæ in Sexagesima, et in die Octavæ esse recitandam orationem propriam, eadem *S. R. C.* 15 *Sept.* 1736, *in Toletana :* In die Octavæ; in qua omittuntur preces ad Primam et Completorium, ac Sanctorum suffragia. *Rubric. Breviar. in suis propriis locis.* Vide *num.* 188.

1043. Ex parte ejusdem cleri quæsitum pariter fuit, an stantibus decretis de non addendo, mutando, vel detrahendo in Breviario Romano, nec non decretis Officiorum noviter apponendorum in corpore, in quibus præcipitur his verbis : *debeant, teneant, agant*, in Officiis vero provincialibus concluditur sic, *valeant, possint, recitare posse censuit, concessit, annuit*, etc., si autem in aliqua Ecclesia, præsertim Regularium, sint tot festa, quod non possunt nonnulla semiduplicia translata, adhuc recurrente anno, reponi semel in biennio : in hoc casu quæsitum, inquam, fuit, an licebit omittere quæ sunt de Breviario, ut fiat de particularibus dicto modo concessis? Et S. R. C. respondit : Detur decretum in Hispalensi, emanatum sub die 26 Nov. 1735. Eadem *S. R. C.* 15 *Septemb.* 1736, *in Toletana :* An licebit omittere quæ sunt de Breviario, ut fiat de particularibus; affirmative respondit S. R. C. ut videre est sub *n.* 1017 : Detur decretum in Hispalensi; declarans tanquam simplices sub ritu semiduplici considerandos esse sanctos, qui in fine anni supersunt. Vide *n.* 693.

1044. Officia B. M. V. nempe Desponsationis, Patrocinii, Translationis almæ domus, et Exspectationis partus a S. M. Benedicto XIII, die 23 Augusti 1725, pro toto statu ecclesiastico concessa, sub ritu duplici majori celebrari debent. Ita declaravit, et servari mandavit *S. R. C.* 15 *Septemb.* 1736, *in una Dubior.*

1045. An festa diœcesana occurrentia eodem die cum festis Romanis, præponenda sint festis Romanis ejusdem ritus et solemnitatis, ex gr. die 4 Dec. festum diœcesanum S. Barbaræ occurrit cum festo duplici Romano S. Petri Chrysologi, dubitatur, et quæritur, quale festum sit prius celebrandum? Et responsum fuit : Detur decretum sub die 12 Julii 1704, in una Urbis, *S. R. C.* 16 *Febr.* 1737, *in Mechlinien. :* Decretum sub die 12 Julii 1704, præponenda festa diœcesana Romanis docet cum paritate ritus et dignitatis. Vide *num.* 802 et 981.

1046. An die 23 Januarii in festo Desponsationis B. M. V. sit facienda commemoratio sponsi S. Josephi, tam in Officio, quam in Missa? Et responsum fuit : Servetur rubrica, quæ habetur in Officio Desponsationis, *S. R. C.* 16 *Febr.* 1737, *in Mechlinien.*, *vel* 23 *Junii* 1736, *in Brugen.:* Servetur rubrica; quæ concedit tantum fieri commemorationem ab iis, qui expresse habent indultum. Vide *num.* 977.

1047. Cum festum S. Gregorii VII, ex mandato Benedicti XIII, celebrandum sit die 25 Maii, quo die antea celebrabatur festum semiduplex S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, quæritur, an hoc festum habeat diem fixam, an vero sit transferendum in primam diem non impeditam. Et responsum fuit ei assignandam esse primam diem non impeditam, *S. R. C.* 16 *Febr.* 1737, *in Mechlinien.*, *et antea* 23 *Junii* 1736, *in Brugen.*

1048. An festum Nominis B. M. V. in diœcesibus imperatori subjectis sit duplex majus, prout in Breviario ponitur, an vero duplex secundæ classis ob indulgentias plenarias ab Innocentio XIII concessas anno 1722, prout in diœcesi Viennensi? Et responsum fuit affirmative ad primam partem, negative ad secundam. *S. R. C.* 16 *Februar.* 1737, *in Mechlinien.*

1049. An in festo S. Luciæ die decima tertia Decembris possit legi nona lectio propria alicujus S. simplicis, ut de S. Jodoco solet legi in hac diœcesi, de quo in illa fit commemoratio? Et responsum fuit affirmative, *S. R. C.* 16 *Febr.* 1737, *in Mechlinien.*, *et antea* 24 *Junii* 1736, *in Brugen.*

Digitized by Google

1050. An die 18 Decembris in festo Exspectationis partus B. M. V. sit finis hymnorum, *Jesu, tibi sit gloria*, etc., sicut in aliis festis B. M. V. an non? Et responsum fuit : Servetur rubrica. Ita *S. R. C.* 16 *Febr.* 1737, *in Mechlinien.*, *et antea* 23 *Junii* 1736, *in Brugen.* : Servetur rubrica ; scilicet claudantur hymni per *Virtus*, *Honor*, etc. Vide *num.* 962.

1051. Dum semiduplex incidit in festum habens Octavam, vel in Dominicam infra Octavam (non privilegiatam) et dies immediate sequens non est impedita, sed restat celebrandum duplex : v. g. anno 1736, festum Ascensionis Domini incidit in die 10 Maii, seu in festo S. Antonini, et remanet celebrandum festum S. Petri martyris, quod est duplex ; quæritur, an die 11 Maii, nempe immediate sequenti, celebrari debeat festum semiduplex S. Antonini juxta rubricam de Translatione festorum *num.* 5, transferendo ulterius festum S. Petri M. Rursum quæsitum fuit, an die festo translato faciendum sit Officium die immediate sequenti non impedito, etiamsi adsit aliud ejusdem dignitatis festum prius translatum? Ad utrumque responsum fuit dari decretum emanatum sub diebus 30 Sept. 1679 et 16 Sept. 1702, *S. R. C.* 16 *Febr.* 1737, *in Mechlinien.* : Ad utrumque responsum fuit affirmative ; ex rubrica Breviarii x *de Translatione festorum*, *num.* 5, et ex decretis sub *num.* 508, pro prima hujus sanctionis postulatione ; pro secunda vero intelligi debet absolute, ut in *num.* 509 *et* 666.

1052. Serventur rubricæ Missalis, Breviarii, et Cæremonialis episcoporum ad verba Invitatorii : *Venite, adoremus, et procidamus ante Deum*, etc., ad verba Symboli : *Et Incarnatus est*, etc., et ad alia similia genuflexionem requirentia, etiam a cantoribus ad ambonem, aut chorum regentibus, dum ea proferuntur actualiter ; sic tamen, ut quando mora genuflexionis est brevis, hæc fiat, quando autem mora est longa, ne plurium vocum unisona modulatio inflectatur, genuflectendum erit sub finem verborum, *S. R. C.* 8 *Martii* 1738, *in Ulixbonen. Occid. Regii Nosocomii* : Serventur rubricæ. Missalis, Breviarii, et Cæremonialis episcoporum : in quibus episcopus etiam celebrans, ac omnes de choro, tam ipsi cantores, quam alii ministri, ut genuflectant, præscribitur, *Cærem. episcop. l.* II, *cap.* 5, *num.* 2, *et cap.* 6, *num.* 8, *Rub. Miss. et Brev. prop.*

1053. An feria secunda post festum SS. Trinitatis, in qua tanquam in sede perpetua, et propria quotanis celebratur solemnitas SS. Mysterii uti Titularis, debeat cantari Missa solemnis de SS. Trinitate cum *Gloria* et *Credo* ratione rei gravis ob concursum fidelium, licet ipsamet feria secunda impedita sit festo duplici, dempto classico? Responsum fuit : Pro gratia, *S. R. C.* 8 *Martii* 1738, *in una Ulixbonen. Occident. pro confraternitate clericorum Sæcularium in ecclesia Regii Nosocomii.*

1054. An Officia pro animabus confratrum extra diem obitus, seu depositionis, tertium, septimum, et trigesimum, cum castro doloris, et concursu sacerdotum officiata, habere debeant ritum duplex, vel semiduplex cum psalmo ac tribus orationibus? Responsum fuit : Serventur rubricæ Ritualis Romani una cum novissimo decreto edito anno 1737, *in Nolana*, nempe duplicatio antiphonarum, præter diem Commemorationis Omnium fidelium Defunctorum, et diem Depositionis defuncti, fiat in diebus tertio, septimo, trigesimo, et anniversario tantum, *S. R. C.* 8 *Martii* 1738, *in Ulixb. Occidental.* : Fiat in diebus tertio, septimo, etc., recitatis psalmis *Lauda*, et *De profundis*, in die Commemorationis Omnium Defunctorum, Obitus, seu Depositionis defuncti omittendis tantum. Vide *num.* 1021 *et* 1067.

1055. Feria secunda post Dominicam infra Octavam Omnium Sanctorum, festo duplici minori occupata, in qua pro animabus confratrum cantatur Officium defunctorum cum solemnitate, debet pro gratia cantari Missa de *Requiem* ; quod si anniversarium præfictum contingat in festo altioris ritus, debet illud præcedenti die celebrari. *S. R. C.* 8 *Martii* 1738, *in Ulixb. Occident, pro Ecclesia Regii Nosocomii.* Vide *num. ant. et* 19.

1056. An in diebus infra Octavam Corporis Christi duplicia non excludentibus, cantari possit Missa de *Requiem* de die Obitus, tertio, septimo, et trigesimo, ac anniversario in dicto octavario incidentibus. Responsum fuit negative, et serventur decreta vulgata in Nuscana 12 Septemb. 1671, et in Collensi 5 Junii 1698, *S. R. C.* 8 *Martii* 1738, *in Ulixb. Occident.* : Serventur decreta ; ut Missa tantum solemnis de die Obitus, et præsente corpore cantari possit. Vide *num.* 19, 486 *et* 1103.

1057. *Rappresenta umilmente all' EE. VV. il capitolo*, *e canonici della cattedrale di Lisbona Orientale*, *qualmente per uso antichissimo*, *e senza memoria d' uomini*, *quando il parroco di detta cattedrale porta il Santissimo Sacramento per viatico agl' infermi*, *e dà la benedizione al popolo con il Santissimo chiuso nella pisside*, *l'incensa uno*, *o due canonici*, *o sacerdoti*, *che sono obligati*, *ed ordinariamente sono due canonici*, *che accompagnano il Santissimo per li statuti di detta cattedrale approvati da la S. Sede Apostolia*, *e costitutioni dell' arcivescovato*, *in modo tale*, *che tanto li sacerdoti*, *come in canonici*, *che il presidente del coro manda ad accompagnare il Santissimo Viatico*, *sono contati nel coro*, *quando in esso si cantino il Matutino*, *ed altre ore dell' Offizio divino. Ma perchè*, *eminentissimi signori*, *è stata riprovata dal maestro di cerimonie di detta cattedrale quella d'incensare il Santissimo richiuso nella pisside*, *quando il parroco dà la benedizione al popolo*, *e non ostante detta riprovazione*, *ha ordinato il capitolo oratore*, *s'osservasse la detta cerimonia d' incensare il Santissimo nel suddetto atto per rendergli maggior culto; per tanto supplicano l' EE. VV. a degnarsi graziarli con dichiarare*, *se devono*, *o nò osservare detta cerimonia*, *che lasciando di farla*, *seguirà scandalo al popolo*. S. R. C. declaravit, servari debere dictam cæremoniam thurificandi SS. Sacramentum inclusum in pyxide, cum defertur pro viatico infirmis. Eadem *S. R. C.* 11 *Junii* 1738, *in Ulixbon. Oriental.*

1058. *Se alla benedizione*, *che dall' edomadario si dà nella seconda lezione del terzo notturno de' santi* al cujus festum, vel quorum festum colimus, *debbasi o nò inginocchiare*, *stante nell' altre sette benedizioni*, *in alcune delle quali si nomina il divin Padre*, *il Figliuolo*, *e lo Spirito santo*, *non si costuma tal genuflessione*; Respondit negative *S. R. C.* 6 *Sept.* 1738, *in una Ord. Min. de Observ. Ref. S. Fran.* : *Inginocchiare*. Debet tamen se inclinare profunde ad ℣ *Jube*, *domne*, etc., versus celebrantem benedictionem petens, et sic inclinatus permanere, usque dum celebrans stans detecto capite, benedicat. Et dum dicit *Tu autem*, *Domine*, etc., genuflectat, si non est canonicus, cruci, vel Sacramento, si adsit, etiam si sit canonicus, comitante cæremoniario, vel acolytho, qui si noctu lectiones legantur, adhibeat parvam candelam. *Cærem. episc. l.* II, *cap.* 6, *num.* 12 *seqq.*

1059. Frater Michael Angelus a Gallipoli procur. gener. ord. Min. Obser. Ref. S. Francisci suppliciter exponit, quatenus recenter a S. R. C. conces a sunt quædam Officia sanctorum, alia Urbis et Orbis, alia aliquibus regnis, ditionibus, statibusque peculiaribus recitanda, tum a Sæcularibus, tum a Regularibus, qui ad Horas canonicas tenentur, quæ concessiones exprimuntur his verbis : *Recitari posse*, *fieri posse*; et cum ex rubricis nostri novi Breviarii approbatis a S. M. Innoc. PP. XII, per bullam, quæ inc. *Exponi nobis*, etc., statuatur, ut quotiescumque sit hæc expressio, *Recitari posse*, *fieri posse*, nihil aliud intelligatur, nisi Officium ad

Digitized by Google

libitum; hinc humiliter petit ab EE. VV. ut dignentur declarare, an prædicta Officia cum tali expressione expressa, si incurrant in die impedita ab aliis Officiis de præcepto Breviarii prædicti, non obstantibus decretis S. R. C. de non transferendis Officiis sanctorum ad libitum, a nobis possint transferri ad aliam diem, vel debeant omitti? Sacra autem congregatio declaravit, prædicta Officia acceptata, si occurrant diebus impeditis, non reputari debere tanquam mera Officia ad libitum, sed de præcepto, adeoque omnino transferenda, *eadem S. R. C.* 6 *Septemb.* 1738, *in una Ord. Min. Observ. Reform.* Vide *num.* 932.

1060. Festum S. Joachim patris B. M. V. quod celebrabatur 20 Martii, nunc ad ritum duplicem majorem, et ad Dominicam infra Octavam Assumptionis translatum, et perpetuo affixum est per recens decretum anno 1738, die 3 Octobris emanatum, ne festa de præcepto multiplicentur. Quod si alio Officio juxta rubricas impeditum fuerit, ad primam diem non impeditam transferendum erit. In quo decreto ad eumdem ritum duplicis majoris elevatum est Officium ejusdem conjugis S. Annæ pro die 26 Julii, *eadem S. R. C.* 20 *Sept.* 1738, *in decreto Urbis et Orbis, approbante Clemente XII die* 3 *Octobr. ejusdem anni.*

1061. Si transferatur ad tempus Paschale festum SS. martyrum, in quorum Missa Introitus sit *Gaudeamus omnes in Domino*, etc., si ultra Introitum *Gaudeamus*, etc., habeat etiam proprium vel evangelium, vel epistolam; tunc debet recitari idem Introitus; secus si nihil aliud proprii haberet, quia in eo casu Introitus alter incipiens *Protexisti me, Deus*, dicitur, *S. R. C.* 29 *Nov.* 1738, *in una Carthagin. in Hispan.* Vide *num. seq.*

1062. Si festum alicujus sancti martyris habens in Missa proprium evangelium transferatur ad tempus Paschale, dici debet idem proprium evangelium, non vero unum ex assignatis pro tempore Paschali, *sac. Rit. cong.* 29 *nov.* 1738, *in una Carthagin. in Hispania.* Vide *num. ant. et* 975.

1063. An in Officio Transverberationis S. Theresiæ debeat ad Matutinum recitari hymnus *Hæc dies, qua candidæ*, vel potius de communi Virginum? Et responsum fuit, debere recitari hymnos proprios, qui recitantur in festo S. Theresiæ, sed loco: *Hæc dies qua candidæ*, dicatur in festo Transverberationis: *Felix dies, qua candidæ*, *S. R. C.* 29 *Nov.* 1738, *in una Carthaginen. Hispan.*

1064. Dum incensatur altare, in quo est expositum publicæ adorationi venerabile Sacramentum, non debet post illud incensatum crux quoque incensari, *S. R. C.* 29 *Nov.* 1738, *in una Carthaginen. Hispan.* Crux quoque incensari: feria 6, in Parasceve ad Missam Præsanctificatorum, licet adsit Sanctissimum Sacramentum, crux debet incensari, ex *Rub. Miss. propria, et Cærem. episcop. lib.* II, *cap.* 25, *num.* 33 *et cap.* 26, *num.* 19. An imago crucifixi Jesu coram Sacramento exposita super altare reponi debeat, consule *num.* 1105.

1065. In commemorationibus communibus, sive suffragiis sanctorum per annum, dum fit de aliquo sancto principali, cujus antiphonæ habent in fine *Alleluia*, si contingant verba, quibus exprimantur gaudium, victoria, et similia, debet hæc *Alleluia* recitari, alioquin omittatur, *S. R. C.* 29 *Nov.* 1738, *in una Carthagin. Hispan.*: Per annum: secus autem tempore paschali quoad omnes Antiphonas; quibus non legitur *Alleluia*, addendum est, *Rub. Brev.* 21 *de Antiphonis, num.* 6. Omittatur autem a Dominica Septuagesimæ usque ad Pascha.

1066. Promotor fiscalis curiæ episcopalis Montis Politiani exponit, in illa cathedrali vigere consuetudinem, quandocunque cantentur Vesperæ feriales diebus Quadragesimæ, Adventus, et jejuniorum, canendi etiam preces, quæ flexis genibus persolvuntur alta voce cum desinentia ad unumquemque versiculum, prout in festo simplici in commemorationibus, et ad antiph. B. M. V. scilicet a *fa* ad *re* excepta oratione Dominica, quæ non canitur, sed alta voce recitatur usque ad vers. *Et ne nos inducas*, etc., quæ pariter canitur cum supradicta desinentia: ita psalmus *Miserere* non cantatur, sed recitatur alta voce, et in eodem tono, sicut cæteri versiculi. Humillime quærit, an ista consuetudo servanda sit; et quatenus, quo modo, et forma dicendæ sint? Et responsum fuit, non esse attendendam consuetudinem assertam concinendi preces feriales ad Vesperas, et ad Laudes in diebus jejuniorum per depressionem vocis a *fa* ad *re*, sed utendum tono, ac voce uniformi per simplicem *fa*, *S. R. C.* 9 *Maii* 1739, *in eadem Montis Politiani.* Vide *num.* 1021 *et* 1054.

1067. Quod statutum fuit per plura decreta S. R. C. dicendum esse psalmos *Lauda, anima mea*, etc., ad Vesperas, et *De profundis* ad Laudes pro defunctis exceptis diebus Commemorationis Omnium fidelium defunctorum, et Depositionis defuncti, servandum erit etiam in illis Ecclesiis, ubi ex vi regulæ, seu ob adimplendas pias defunctorum voluntates totum Officium Defunctorum ritu duplici recitare tenentur, ut fit diebus supra expressis, et in casu affirmativo, *S. R. C.* 9 *Maii* 1739, *in una ord. Camald. Congr. Montis Cor.* Vide *num. seq. ac* 1021 *et* 1054.

1068. Quæritur, an in dictis casibus omittendum sit Invitatorium, cum rubrica Breviarii innuat, quod dicatur in die Commemorationis Omnium fidelium Defunctorum? Et responsum fuit, negative: nempe quod in Officio Defunctorum, quando recitatur integrum, nunquam omittendum sit Invitatorium, *S. R. C.* 9 *Maii* 1739, *in una Ord. Erem. Camald. Congr. Montis Cor.* Vide *num. ant.* Quando recitatur integrum: vel legatur primum nocturnum, sicuti debet in Depositione cadaveris, saltem cum Laudibus recitatur, *Rit. Rom. de Exsequiis tit.* 6, *c.* 3, *n.* 16.

1069. Ex parte moderni episcopi Polensis S. R. C. pro declaratione infrascripti dubii supplicatum fuit: nempe, dignitates, canonici, et capitulum cathedralis Polensis, obtentu consuetudinis, terminatis omnibus Horis canonicis, etiam diebus festivis, in quibus nec horam Tertiam unquam canunt, nisi pontificalia exercente episcopo, recitatis anticipate hoc casu Sexta, et Nona, Missam conventualem decantant. Itemque Missas pro Defunctis a testatoribus legatas ante Matutinum, quoties contingunt, cum cantu celebrant. Cumque hæ consuetudines res stant rubricis Missalis tit. de hora celebrandi Missam, necnon cuidam decreto sacræ Rituum congreg. in una Catan. die 18 Junii 1689, quæritur, an attenta consuetudine tolerari queant hujusmodi respective anticipationes, et postpositiones Horarum, et solemnium Missarum cantuum supramemoratæ. Et responsum fuit: Serventur omnino rubricæ Missalis Romani sub tit. XV, *sac. Rit. cong.* 9 *Maii* 1739, *in Polan.*: Serventur omnino rubricæ Missalis: nempe, *Missa conventualis in festis duplicibus, semiduplicibus, in Dominicis, et infra Octavam dici debeat post horam Tertiam in choro recitatam; in festis simplicibus, et feriis per annum dicta Sexta; in Adventu, Quadragesima, Quatuor Temporibus, etiam infra Octavam Pentecostes, et Vigiliis, quæ jejunantur, quamvis sint dies solemnes, Missa de Tempore debet cantari post Nonam, Missa autem Defunctorum post primam: ubi vero dicuntur eorum Vigiliæ mane post Matutinum diei, dictis hujusmodi Vigiliis cum Laudibus immediate dici potest Missa pro Defunctis. In die vero Commemorationis dicitur post Nonam, quod quidem servari potest in die Anniversarii, Depositionis, tertii, septimi, et trigesimi, in quo sit concursus populi. Rubr. Miss. citat.* Vide n. 75.

1070. Nequit episcopus abbatibus, aliisque prælatis inferioribus exercitium pontificalium restrictive habentibus, in suis tantum ecclesiis, facultatem, seu licentiam impertiri exercendi illa in eccle-



Digitized by Google

siis ipsis non subjectis, sive sæculares fuerint, sive regulares suæ diœcesis, *S. R. C. 11 Julii 1739, in Barchinonen.* Vide *num.* 364.

1071. Officium Translationis S. Januarii, quod in civitate et diœcesi Neapolitana antiqua consuetudine S. R. C. quoque roborata 1664 16 Septembris, celebratur Dominica prima Maii sub ritu duplici majori cum Octava, vel secunda, si prima fuerit Dominica in Albis, occurrente cum festo altioris ritus, vel majoris dignitatis, transferendum est a prima Dominica Maii ipsi tanquam propria die assignata in primam diem non impeditam; quoad Octavam vero serventur rubricæ, *S. R. C. 11 Julii 1739, in una Neritonen.* Quoad Octavam serventur rubricæ: quæ præscribunt fieri de illis diebus infra Octavam solummodo, quæ remanent a die propria festi translati, non vero a die Translationis. *Rub. Brev.* x *de Translatione Festorum num.* 1. An id faciendum, quando Officia sunt perpetuo translata, et ab assignato cuilibet illorum die perpetuo amota, quære *n.* 1092 *et* 1123.

1072. Canonici collegiatæ, seclusa consuetudine in contrarium, uti personæ graduatæ, et quasi in dignitate constitutæ non genuflectunt, sed caput, et humeros profunde inclinant episcopo et altari, ad instar canonicorum cathedralis, *S. R. C. 11 Julii 1739, in Neritonen.* Vide *n.* 137, 260 *et* 1079.

1073. In Sabbatis Quatuor Temporum, vel aliis ad ordines conferendos a jure præstitutis, episcopus ordinationem faciens, Missam de feria, non autem de sancto, qui forte diebus illis occurret duplex, vel semiduplex, verb. g. S. Matthiæ tempore verno, S. Thomæ tempore hiemali, etc., celebrare debet, *S. R. C. 11 Julii 1739, in Neritonen.* A jure præstitutis: quæ sunt *Sabbata in omnibus Quatuor Temporibus, Sabbatum ante Dominicam de Passione, et Sabbatum Sanctum. Pont. Rom. part.* I, *de Ordinibus conferendis.* Vide *n.* 1166.

1074. Non tenetur capitulum cathedralis pro inchoandis divinis Officiis, quibus intervenire assolet magistratus civitatis, multoties ad deferendas consuetas oblationes, exspectare ultra horam condictam, *S. R. C. 11 Julii 1739, in Senogallien.*

1075. Capitulum et canonici celebrantes tam in cathedrali, quam extra, postquam ingressi sunt presbyterium pro Missis, vel Vesperis celebrandis induti pluvialibus, sicut quoties procedunt ad sedem, et redeunt ad altare, sese inclinant cruci, episcopo, et canonicis exsistentibus in presbyterio, ita quoque non debent sese vertere a presbyterio ad extra, et salutare magistratum, *sac. Rit. congreg. 11 Julii 1739, in Senogallien.; inhærendo aliis resolutionibus in similibus pluries editis.*

1076. *Se la notizia di un nuovo Offizio di un santo giungesse dopo la giornata propria assegnata, debba o nò farsi in quell' anno?* Responsum fuit, affirmative quatenus evenire possit Officii recitatio tempore congruo, nempe quod a die pro Officii recitatione a sacr. Rit. congregationis præscripto nondum habuerint dies feriati, seu vacantes, vel festo inferioris ritus impediti, in quibus juxta rubricarum regulas hujusmodi Officium recitari potuerit, et minime fuerit recitatum; quod si secus, pro præsenti anno omittatur, *sacr. Rit. congreg. 11 Julii 1739, in Tropien.*

1077. Transferendum est Officium cadens in die assignata, et recitandum est de assignato, ut accidit in Tropiensi die S. Joannis a Cruce assignata sancto Felici de Valois, cum hujusmodi festum non debeat considerari ut translatum, sed immutatum in aliam diem similiter sibi propriam perpetuo a S. R. C. assignatam, et sit ritus majoris S. Joannis a Cruce, cui ex vi rubricarum de occurrentia competit translatio, *S. R. C. 11 Julii 1739, in Tropien. et 1 Oct. 1740, in Nolana.* A sac. Rit. C. assignatam: vel etiam inconsulta sacra ipsa Cong. Vide *num.* 1084 *et* 1091.

1078. Non licet juxta mentem et normam præscriptam in Rituali Romano sacerdotibus prioriæ S. Petri in Silice civitatis Volaterranæ deferre cadavera Monialium ex monasterio ad ecclesiam supradictæ prioriæ, *S. R. C. 11 Julii 1739, in eadem Volateran.*: Juxta mentem et normam præscriptam in Rituali Romano: quæ est, ut deferantur defunctorum cadavera a domo ad propriam ecclesiam, *idem tit.* VI, *cap.* 3, *de Exsequiis.*

1079. Servandum est Cæremoniale Romanum quoad canonicos cathedralis, etiam si mitram deferant ex indulto apostolico, pro diacono et subdiacono, assistentes a latere archiepiscopi, nempe debent genuflectere, dum archiepiscopus actu Sacramento benedicit, ut declaravit pro cathedrali Messanensi: nec valet contraria consuetudo, licet immemorabilis, ut stent, ex praxi etiam nonnullarum cathedralium corroborata, *S. R. C. 28 Nov. 1739, in dicta Messanen.* Ad benedictionem episcopi sine Sacramento non tenentur canonici genuflectere; *Cærem. episcop. lib.* II, *cap.* 5, *n.* 6. Vide *n.* 28 *et* 137. Circa Collegiatarum canonicos, vide *n.* 1072.

1080. An beata Rita de Cascia possit eligi in Titularem ecclesiæ publice erectæ in hospitali Meliapurensi Patrum Eremitarum S. Augustini; quia cum de Titulari cujusvis ecclesiæ debeant fieri suffragia in Laudibus et Vesperis, quod est prohibitum, quoad beatos nondum canonizatos: item de Titulari fit Officium cum Octava, de beatis vero non fit cum Octava absque speciali privilegio? Responsum fuit, non licere, nisi pontificio indulto munitis assumere in Titularem propriæ ecclesiæ beatum, *S. R. C. 23 Jan. 1740, in Meliapuren.* Et prohibitum quoad beatos: quæ privilegia vero concedantur beatis, vide *n.* 390 *seqq.*, et quid statuatur de diademate capiti beatorum imponendo, quære *num.* 1192.

1081. Titulus ecclesiæ assumptus de beato supprimi debet, et alius pro eo de sancto jam canonizato substitui, *S. R. C. 23 Jan. 1740, in Meliapuren. pro B. Rita de Cascia.* Vide *n. ant.*, *n.* 400, *necnon a n.* 379 *usque ad* 392 *et* 1312.

1082. Officium Patrocinii B. M. V. in Dominica Novembris ab Ordinario loci assignandum, si per totum mensem a duplicibus primæ classis cum Octavis Dominicæ sint impeditæ, prædictum Officium in hoc casu non est recitandum in die alicujus Octavæ, sed transferendum pro gratia servatis Rubricis Breviarii Romani de Translatione festorum, *S. R. C. 1 Octob. 1740, in Nolan.*: Servatis rubricis Breviarii: id est transferendum est in primam diem non impeditam, dummodo semper præferantur festa digni oris ritus, seu majoris, seu solemnioris, *Rub. Brev. X, de Transl.* Vide *n.* 553.

1083. Cum in die 22 Novembris occurrat Octava S. Felicis, episcopi et martyris, in ecclesia cathedrali Nolana, ideo transferendum festum S. Cæciliæ sub ritu duplici, quia festa, quæ amittunt diem propriam, et sunt perpetuo translata, facienda sunt in prima die non impedita a festo novem lectionum tanquam die propria juxta decreta sacræ congregationis sub die 7 Septemb. 1707, et per hoc assignata fuit dies 24. At quia eadem dies videtur novissime ab eadem sacra congregatione assignata festo S. Joannis a Cruce, quæritur, quale Officium transferendum, sanctæ Cæciliæ potius, an S. Joannis. Et responsum fuit, firmo Officio S. Cæciliæ in die 24 Novembris, erit assignanda Officio S. Joannis a Cruce dies alia, tanquam dies fixa, et perpetua, ab Officio novem lectionum non impedita, *S. R. C. 1 Octob. 1740, in Nolan.*: A festo novem lectionum: excipe dies infra Octavam. Vide *n.* 1184.

1084. Stantibus sequentibus decretis pro Officio Corporis Christi, nempe omnibus feriis quintis per annum, præterquam in Adventu, Quadragesimæ et Vigiliarum, ut in Nolana novem lectionum etiam translato, non impeditis, fit sub ritu semiduplici Officium juxta decretum *S. R. C. 20 Martii 1706.* Item

Digitized by Google

si occurrat semiduplex ad libitum, poterit de illo fieri, si saltem in mense recitandum sit de hac commemoratione, alias Officium fiat de commemoratione, relicto prorsus Officio ad libitum, *eadem S. R. C.* 24 Januarii 1682. Quæritur igitur, si in aliquo mense omnes feriæ quintæ impeditæ fuerint a sanctis novem lectionum, dummodo non essent ad libitum, commemoratio Corporis Christi in hoc casu relinquenda erit secundum supradictum decretum : sed si occurret etiam Officium translatum, sive duplex, sive semiduplex, eritne faciendum de dicta commemoratione, vel potius hac omissa, recitandum Officium de Sancto translato? Responsum fuit : Occurrente quocunque Officio novem lectionum etiam translato, omissa recitatione Officii Sanctissimi Sacramenti, faciendum est Officium ea die occurrens, etiamsi dies sit infra Octavam, *S. R. C.* 1 *Octob.* 1740, *in Nolana.*

1085. In Officio votivo Sanctissimi Sacramenti, quod recitatur ex indulto apostolico, in responsoriis ad Matutinum, responsoriis brevibus Horarum, versiculis ad *Magnificat et Laudes* non debent recitari *Alleluia*, prout dicitur in Officio festivo diei solemnitatis Corporis Christi, *S. R. C.* 10 *Dec.* 1740, *in Salisburgensi ex parte Consistorii.* Non debent recitari *alleluia:* nisi esset tempus Paschale, in quo nocturni Matutini sub una antiphona dicuntur, et plura *Alleluia* juxta rubricas Breviarii Romani XXI, *n.* 6, XXIV, *n.* 4, XXVII, *n.* 8, et XXVIII, *n.* 5. Vide *n.* 448. Missa vero dicitur cum *Gloria in Excelsis* sine *Credo.* Vide *n.* 1273.

1086. Quando Dominica tertia post Pascha, cui est affixum festum Patrocinii S. Joseph secundæ classis, occurrit festum altioris ritus, vel majoris dignitatis, ut festum Inventionis SS. Crucis, transferendum est Officium de S. Joseph in primam diem non impeditam, quæ tamen non sit Dominica, *S. R. C.* 22 *Apr.* 1741, *in Vilnen.* Vide *num.* 828. Transferendum est Officium: ut statui, vel regioni de præcepto concessum, secus autem si in civitate celebraretur ex gratia. Vide *n. seq. et* 989 *et* 1238.

1087. Quando Dominica tertia post Pascha occurrit festum S. Marci evangelistæ, vel SS. apostolorum Philippi et Jacobi, debetne S. Joseph censeri dignior prædictis, ex quo positus est in Litaniis ante omnes apostolos post S. Joannem Baptistam, et decretum exstat *S. R. C.* 22 *Augusti* 1741 editum, quod dignitas personæ etiam attendi debeat juxta ordinem Litaniarum, ita ut prædictum Patrocinium non cedat præfatis festis; vel debet cedere et omitti hoc anno, vel transferri saltem, ut supra dictum est? Responsum fuit negative quoad primam partem propositæ difficultatis; pro gratia, quoad secundam partem, videlicet, quod Officium Patrocinii S. Joseph transferri possit in diem non impeditam, sed extra Dominicam, *S. R. C.* 22 *Apr. in Vilnen.* Vide tamen modernas declarationes *sub n. ant. et* 1150 *seqq.* quoad primam partem, quoad vero secundam. Vide *n.* 989 *et* 1238.

1088. Cum Dominica infra Octavam Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis celebretur in regno Poloniæ festum S. Hyacinthi patroni principalis primæ classis cum Octava, et eadem Dominica recenter sit assignata perpetuo a sacra Rituum congregatione festo S. Joachimi, an possit licite celebrari 20 Martii, ut olim, cum hac Dominica nunquam de eo Officium fieri possit, vel transferri in aliam diem non impeditam, vel in Dominicam ante Nativitatem beatæ Mariæ Virginis nunquam impedibilem, cum Dominica post Octavam Assumptionis sit jampridem assignata Translationi S. Casimiri : et si fieret de S. Joachimo 20 Martii, utrum sit celebre ad populum, secundum decretum nuper emanatum 20 Septembris 1738 ? Responsum fuit, faciendum esse Officium in regno Poloniæ Dominica infra Octavam Assumptionis de S. Hyacintho, quod est primæ classis, assignata firma die Officio S. Joachimi, cujus festum non sit de præcepto, quia translato Officio non transfertur festum, neque ejus festum potest celebrari ante Dominicam infra Octavam Assumptionis, *S. R. C.* 22 *Aprilis* 1741, *in Vilnen.* Vide *num. seq.*

1089. Cum in regno Poloniæ Dominica post Octavam Assumptionis B. M. V. sit assignata pridem a *S. R. C.* Translationi S. Casimiri conf. et eadem Dominica perpetuo occurrat Octava S. Hyacinthi conf. assignata firma die festo Translationis S. Casimiri, faciendum est Officium de die Octava S. Hyacinthi in Dominica post Octavam Assumptionis, *S. R. C.* 22 *Aprilis* 1741, *in Vilnen.* Vide *n. ant.*

1090. Cum de concessione Officii sanctarum Ursulæ, et soc. virg. non constet a Sede Apostolica, et tamen omnes diœceses de illa habeant Officium duplex 21 Octobris, excepta diœcesi Cracoviensi; an licite possint omnes de illa tale officium habere, vel omnes diœceses debeant cessare a tali recitatione ? Et responsum fuit, satis vulgatum esse, pluribusque decretis firmatum, Officia particularibus locis concessa, quantumvis sanctorum in Martyrologio Romano expressorum, Sede Apostolica inconsulta, non posse ab aliis recitari. Hinc cum sermo sit de Officio S. Ursulæ, a *S. R. C.* approbato, ac non semel concesso, ejus extensio expetenda est, ut Officium licite, ac valide recitetur in illis locis, in quibus præfatæ S. Ursulæ festum cum Officio celebratur absque S. C. indulto, *S. R. C.* 22 *Apr.* 1741, *in Vilnen.* Sede apostolica inconsulta, etiamsi locorum Ordinarii permittant. Vide *num.* 217 *seq.*

1091. Serventur decreta sacræ Rituum congregationis, quæ sane assignatio alterius diei Officio in perpetuum impedito fieri potest sacra congregatione inconsulta, abrogando alia contra hoc emanata, *S. R. C.* 22 *Aprilis* 1741, *in Vilnen.* Assignatio alterius diei; quæ sane debet fieri secundum ritum Officii, et dignitatem personæ. Vide *num.* 1162. Decreta in hac sanctione firmata sunt sub *num.* 879 *et* 893.

1092. Cum in ordine Carmelitarum Excalc. festum Corporis Christi celebretur cum Octava ad instar Octavæ Epiphaniæ, in qua non admittuntur nisi duplicia occurrentia primæ classis, quæsitum fuit, an Octavæ inchoatæ an festum Corporis Christi adveniente eodem festo debeant cessare, sicut aliæ Octavæ cessant a 17 Decemb. usque ad Epiphaniam. Et responsum fuit : Si Octava inchoata sit ante festum Corporis Christi, eo adveniente, Octava est deserenda. Quod si infra Octavam occurrat festum ritu duplici primæ classis, de eo celebrabitur Officium cum commemoratione Octavæ occurrentis. Si vero infra Octavam Corporis Christi occurrat festum secundæ classis, nihil de eo fit, sed transfertur post Octavam Corporis Christi, pereunte Octava festi translati, si post octo dies a die ejusdem festi Octava celebretur, *S. R. C.* 21 *Aprilis* 1741, *in Vilnen.* Vide *n.* 1071.

1093. Officium a Bened. XIII concessum universo dominio regis Sardiniæ de sancta Sindone habet locum in qualibet feria sexta a duplici, vel semiduplici non impedita, et specialiter in Quadragesima, non vero suffragatur indultum Adventus, Vigiliarum, et Quatuor Temporum, *S. R. C.* 8 *Julii* 1741. *in Fossanen.* Vigiliarum : cum jejunio, et sine jejunio. Adde quoque feriam secundam Rogationum, et illas, in quibus reponi debet Officium Dominicæ. Vide *n.* 828.

1094. Responsorium ex testamento quotidie cantandum pro defunctis a Monialibus monasterii *das Chagas* potest cantari post Missam decantatam, exceptis diebus primæ et secundæ classis, Octavis eorumdem festorum privilegiatis, nec non tota hebdomada majori, in quibus diebus, ne pia

Digitized by Google

testatoris voluntas defraudetur, recitetur privatim in choro a Monialibus prædictis, absolutis Horis canonicis, *S. R. C.* 8 *Julii* 1741, *in Lamacen.*

1095. Quando festum Annuntiationis B. M. V. transfertur simul cum præcepto audiendi sacrum ad feriam secundam post Dominicam in Albis, præfertur cuicunque duplici etiam primæ classis eo die occurrenti. Si vero transferatur absque præcepto audiendi sacrum, præfertur quidem cuicunque festo translato, licet primæ classis, non autem festis eo occurrentibus, *sac. R. C.* 2 *Sept.* 1741, *in Aquen.* Non autem festis eo die occurrentibus: si essent majoris ritus, et dignitatis. Vide *num.* 1234.

1096. Obligatio audiendi sacrum non reddit solemnitatem majorem, sed relinquit Officium in suo ritu. Quare reponendum prius erit Officium altioris ritus pro alio minoris, quamvis istud haberet annexum præceptum audiendi sacrum; cum sit peculiaris tantummodo prærogativa festi Annuntiationis B. M. V. et S. Joseph, ex decretis tum Alexandri VIII, tum Clementis XI, quod ista festa sic translata quibusque aliis festis tam translatis, quam occurrentibus præferantur, quando cum illorum officio transfertur simul obligatio audiendi sacrum, *sac. R. C.* 2 *Sept.* 1741, *in Aquen.* Vide *n.* 639, 1098 *et* 1101.

1097. Officia translata, quæ tantum sint ejusdem ritus et dignitatis, reponuntur non die immediate sequenti libera, sed juxta ordinem Translationis, ut scilicet prius celebretur Officium ab antea translatum, deinde fiat de alio secundo loco translato, et sic successive. Ab hac tamen regula excipitur semiduplex occurrens in festo habente Octavam, vel in Dominica infra Octavam, vel in festo duplici infra Octavam: quod semiduplex in prælatis tribus casibus transfertur in diem immediate sequentem, in qua agendum esset de Octava, protrahendo ad aliam diem non impeditam aliud quodcunque duplex, etiam primæ classis, prius translatum. Et decretum quoad semiduplex occurrens in festo duplici infra Octavam non privilegiatam, datum die 30 Septembris 1679; declaratur verum, non apocryphum, *sac. R. C.* 2 *Sept.* 1741, *in Aquen.* Vide *n.* 508 *seq.*, 1134 *et* 1180.

1098. Festa duplicia, quæ coluntur a populo de præcepto, retinent eumdem ritum, quem alias haberent, seclusa hac qualitate præcepti, nec sunt duplicia majora, *S. R. C.* 2 *Sept.* 1741, *in Aquen.*; Retinent eumdem ritum: quando vero possint habere integras Vesperas, vide *n. seq.*

1099. Duplicia majora habent lectiones primi nocturni vel propriãs, vel de communi, non autem de Scriptura occurrente, *sac. R. C.* 2 *Sept.* 1741, *in Aquen.*

1100. Qualitas festivitatis non est ratio quod Vesperæ sint, et dicantur integræ de tali festo, nisi hoc festum fruatur simul qualitate vel majoris dignitatis, vel ritus, *sac. R. C.* 2 *Sept.* 1741, *in Aquen.* Majoris dignitatis, vel ritus: adde etiam si magna cum solemnitate celebraretur. Vide *num. seq.*, 295, 1146 *et* 1186.

1101. Secundæ Vesperæ Annuntiationis, concurrentes cum primis diei festi S. Marci, recitantur integræ de Annuntiatione ob præstantiam dignitatis, non propter qualitatem præcepti. Idem dicendum de festis Domini, *sac. R. C.* 2 *Sept.* 1741, *in Aquen.* Vide *n. ant.*

1102. Cum juxta rubricas Ritualis Romani absque Missa quantum fieri potest defunctorum corpora non sint sepelienda, poterit præsente cadavere unica Missa solemnis pro defunctis celebrari feria secunda post Pascha, aut Pentecostes. Hæc tamen Missa non decantabitur in duplici primæ classis haud festivo, si corpus præsens fuerit, aut pridie sepultum, *sacr. Rit. congreg.* 2 *Sept.* 1741, *in Aquen.* Aut pridie sepultum: etiam sine Missa et sine Officio, ut aliquando accidit ob rationabilem causam, videlicet ob temporis angustiam, etc., *Rit. Rom. de Exsequiis.* Vide *n.* 75.

1103. In Missis quotidianis, quæ pro defunctis celebrantur, possunt quidem plures dici orationes quam tres, sed curandum ut sint numero impares, et aliquando pro illa *Deus*, *veniæ largitor* impune subrogabitur alia, verb. gr. pro patre, matre, etc., dummodo ultimo loco dicatur *Fidelium*. Insuper Anniversaria adimplenda non sunt infra Octavas privilegiatas, *sacr. Rit. congreg.* 2 *Sept.* 1741, *in Aquen.* Curandum ut sint numero impares: an id faciendum in Missis vivorum. Vide *num.* 19 *et* 838.

1104. In Missis defunctorum, seu ut utar verbis decreti in paramentis nigris, non ministratur Eucharistia per modum sacramenti, scilicet cum particulis præconsecratis, extrahendo pyxide a custodia: potest tamen ministrari per modum Sacrificii, prout est, quando fidelibus præbetur communio cum particulis infra eamdem Missam consecratis, *S. R. C.* 2 *Sept.* 1741, *in Aquen.*

1105. Etsi decretum hujus sacræ congregat. de anno 1707, præcipiat, quod in altari, ubi est publice expositum SS. Sacramentum, tempore sacrificii crux de more collocetur; non est tamen in viridi observantia, et patriarchales ecclesiæ Urbis oppositum servant. Supervacuam enim adjudicant imaginis exhibitionem, ubi prototypus adoratur. Et hacce de causa instructio pro oratione quadraginta Horarum Clem. XI, Benedicti XIII, et Clem. XII, Summ. Pontificum edita sub silentio præterit, an locanda, removendave sit hujusmodi crux, linquens quemlibet in sua praxi, *S. R. C.* 2 *Septemb.* 1741, *in Aquen.* Benedicto Papa XIV, 16 *Julii* 1746. Const. quæ incipit: *Accepimus*, corroborante. Vide *n.* 842 *et* 1064.

1106. Commemorationem de SS. Sacramento tempore solemnis expositionis posse fieri in Missa de festo duplici, non primæ, vel secundæ classis, declaravit sac. Rit. congr. Insuper sanctorum reliquias non esse collocandas super altari, in quo reipsa SS. Sacramentum publicæ venerationi est expositum, *sac. Rit. congr.* 2 *Sept.* 1741, *in Aquen. et antea per constitutionem quadraginta Horarum* Clementis XI, Benedicti XIII, et Clem. XII, quæ data fuit *die* 1 *Sept.* 1736 incip. italice: *Essendo stato fatte* § v. In Missa: privata, intellige, etiamsi Sacramentum expositum sit in pyxide publica causa. Vide *n.* 1223.

1107. Possunt adimpleri quælibet fundationes, sive in honorem sanctorum, sive pro defunctorum liberatione, Missam de die celebrando, quando et Missæ sanctorum, et defunctorum prædictæ ab occurrente primæ vel secundæ classis solemnitate, aut festivo die quoad forum impediantur, *sac. R. C.* 2 *Sept.* 1741, *in Aquen.* Quælibet fundationes: cave ne intelligas anniversaria defunctorum, quæ debent transferri, ut in *num.* 19 *et* 1281 *seq.*

1108. Tertia oratio in Missa dicenda ad libitum sacerdotis potest esse vel de Sancto, vel de SS. Sacramento, vel de Patrono, de Passione, de Cruce, etc., *S. R. C.* 2 *Sept.* 1741, *in Aquen.* Vide *num.* 869.

1109. Officia sanctorum ad libitum incidentia in die impedita in perpetuum non possunt figi, seu locari perpetuo in alia die ab Ordinariis locorum designanda, sacræ congr. inconsulta: nec circa hoc verificatur decretum de anno 1703, revocans in hoc aliud decretum generale de anno 1628, *S. R. C.* 2 *Sept.* 1741, *in Aquen.* sacra congregatione inconsulta: semel vero, et pro semper potest Ordinarius assignare, non immutata tamen lege sanctorum ad libitum. Vide *num.* 1215.

1110. Debet fieri in tota diœcesi Officium cum octava Titularis ecclesiæ cathedralis, aut Patroni,

Digitized by Google

*S. R. C.* 2 *Sept.* 1741, *in Aquen.* In tota diœcesi : a toto clero tam sæculari, quam regulari, sub ritu primæ classis, etiam a Monialibus ; sed isti, et istæ non tenentur ad Octavam. Vide *num.* 540, 550, 1132 *et* 1181.

1111. Hymnus *Iste Confessor*, quando festum alicujus confessoris habens Octavam transfertur, sed non ultra octo dies, dicendus est cum versu,

. . . . . *meruit beatas*
*Scandere sedes*,

ab iis tantum, quibus a Breviarii rubrica injunctum est : nec prædicta mutatio fiet, quando Officium festivum sancti habentis Octavam, non ultra Octavam transfertur, quia tota Octava nihil aliud est, quam extensio ipsius festi, et ideo versus idem per reliquos Octavæ dies, qui forte supererunt, retinebitur, *S. R. C.* 2 *Sept.* 1741, *in Aquen.* Vide *num.* 542 *et* 752.

1112. In festo translato Stigmatum S. Francisci nulla est facienda mutatio in hymno ; quæ quidem mutatio servanda modo est in festo S. Joachim, Dominica infra Octavam Assumptionis celebrando, *S. R. C.* 2 *Sept.* 1741, *in Aquen.* Nulla est facienda mutatio : scilicet versu pro Stigmatibus ad Vesperas erit sequens :

*Hac die lætus meruit beata*
*Vulnera Christi*,

pro

. . . . *meruit supremos*
*Laudis honores*,

vel

. . . . . *meruit beatas*
*Scandere sedes*.

Ad Laudes vero,

*Christi recepit stigmata*,

loco

*Migravit inter sidera*.

*Rub. Brev. prop.*

1113. Canonici extra chorum Officium persolventes non tenentur ad psalmos Graduales, Pœnitentiales, ad Officium defunctorum, B. M. V., etc. quæ quidem Officia sunt onera tantummodo ex præcepto implenda in choro, *S. R. C.* 2 *Sept.* 1741, *in Aquen.* Extra chorum : et in choro hodie non possunt cogi, neque per constitutiones synodales, neque per consuetudines. Vide *num.* 196, 1207 *et* 1310.

1114. Festa, quæ perpetuo in aliam diem translata sunt et remissa, pronuntiari debent in Martyrologio eo ipso die, quo celebrantur, non eo quo notantur, *S. R. C.* 2 *Sept.* 1741, *in Aquen.* Eo ipso die, quo celebrantur : quid si talia officia transferantur pridie quam celebrentur? Vide *num.* 994.

1115. Organa non silent, quando Ministri altaris, diaconus scilicet et subdiaconus, utuntur in Missa dalmatica et tunicella, licet color sit violaceus, *S. R. C.* 2 *Sept.* 1741, *in Aquen.* In Missa : silent vero ad Vesperas Dominicæ III Adventus, quæ dicitur *Gaudere in Domino*, et IV Quadragesimæ, quæ dicitur *Lætare, Jerusalem*. *Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 28, *num.* 2.

1116. Ubi festum S. Petri ad Vincula, vel conversionis S. Pauli est Titulus ecclesiæ, semper per Octavam facienda est commemoratio distincta alterutrius, prout in die festo, non autem unica communis per antiphonam *Petrus apostolus*, etc., *S. R. C.* 2 *Sept.* 1741, *in Aquen.* Facienda est commemoratio : per antiphonam in die S. Petri ad vincula pro S. Paulo, tam in Vesperis, quam in Laudibus, *Sancte Paule apostole*, etc. ; Vers. *Tu es vas*, etc. ; Oratio, *Deus, qui multitudinem gentium*. In die vero Conversionis S. Pauli pro S. Petro in Laudibus, et Vesperis, *Tu es Pastor*, etc. ; Resp. *Tu es Petrus* ; Oratio, *Deus, qui beato Petro*, etc. *Rub. Brev. prop.*

1117. Si episcopus non sit primum consecratus pro ecclesia cui præest, sed pro alia, a qua ad præsentem fuerit translatus, Missa, quæ habetur in Missali, celebranda est in ecclesia, cui fuit ultimo loco præpositus, recurrente die, quo Papa eum tali ecclesiæ præfecit. Exempla habentur in electione Sumni Pontificis. Festumque hujusmodi erit annuntiandum cum termino translationis, *S. R. C.* 2 *Sept.* 1741, *in Aquen.* : Missa : ut in Missali Romano de Anniversario, etc., exceptis diebus solemnibus, ut in *num.* 818.

1118. In festo S. Theresiæ lectiones primi nocturni sunt de Scriptura, non de communi, *S. R. C.* 2 *Sept.* 1741, *in Aquen.*

1119. In die octava Dedicationis ecclesiæ lectiones primi nocturni sunt de communi, et non Scriptura, *S. R. C.* 2 *Sept.* 1741, *in Aquen.* De communi ; quæ lectæ fuerunt die festo. Vide *num.* 989.

1120. Petitum fuit, an possint Regulares, cujuscumque sint ordinis, intra limites parochiæ, et extra ambitum propriæ suæ ecclesiæ, absolutiones defuncti facere, eumque incenso adolere, etiamsi ad id faciendum rogati sint a parentibus defuncti, vel a magistratibus civitatis, quando agitur de funeribus unius e magistratibus ; et si contra jus parochiale supradictas functiones palam et publice, deposito feretro in vico, facere præsumant, quanam pœna plectendi sint? Et responsum fuit negative quoad primam partem : Parochi jurisdictio super defuncto durat quousque transeat in aliorum jurisdictionem : non transit autem in jurisdictionem Regularium, nisi quando pervenit ad fores eorum ecclesiæ, *sacra cong. Concilii* 28 *Februarii* 1708, *in Sutrina, et* 26 *Martii* 1711, *in Montispolitiani.* Et sicut non licet parocho, deposito feretro ante limen ecclesiæ Regularium, consuetas recitare preces supra cadaver, *S. R. C. in Camerin.* 1 *Septemb.* 1708, ita non poterunt Regulares antequam vere et realiter sit cadaver intra limites propriæ jurisdictionis, super illud absolvere, deposito feretro in vico, qui actus ad summum unice spectaret ad Parochum. Ad secundam vero partem pœna consultius erit pecuniaria, quia agitur de re mere jurisdictionali, juxta alias in similibus statutas, prout ex decreto diei 21 Martii 1609, quod inflixit pœnam centum aureorum Regularibus pulsantibus campanas in Sabbato S. ante ecclesiam matricem, *S. R. C.* 2 *Sept.* 1741, *in Aquen.* Decretum *S. R. C.* prohibens prædictam campanarum pulsationem exstat sub *num.* 774, una cum constitutione Leonis Papæ X. Vide etiam *num.* 262.

1121. Consuetudo deferendi in processionibus reliquiam SS. Crucis manibus opertis cum velo a spatulis pendente potest retineri, *S. R. C.* 16 *Sept.* 1741, *in Barcaren.* Cum velo : sub baldachino, præcedentibus duobus thuriferariis ; ut de sacris Spinis statuitur. Clerus ac populus incedere debet aperto capite. Episcopus vero : cum mitra. Vide *num.* 255, 609 *et* 621.

1122. Regulares, etiamsi recitent Officium juxta ritum Kalendarii cleri sæcularis civitatis, non tenentur ad recitationem Officii de Octava Patroni loci, vel Titularis principalis, *S. R. C.* 16 *Sept.* 1741, *Panorm. in una ordinis Cler. Reg. Theat.* Non tenentur ad Octavam : an teneantur ad Officium, et quomodo? Vide *num.* 540.

1123. Festa sanctorum, quibus concessa est Octava perpetuo translata, et ab assignato cuilibet illorum die perpetuo amota, celebranda sunt sine Octava, si de ea nihil remaneat, vel cum residuo illius, si de ipsa aliqui tantummodo dies supererunt, *S. R. C.* 16 *Sept.* 1741, *Panormit. in una ordinis Minor. de Obs. Ref. S. Francisci.* Vide *num.* 1071.

1124. An festis, quibus concessa est indulgentia, attenta eorum perpetua translatione, transferri

Digitized by Google

etiam possit indulgentia, ut multi prætendunt virtute constitutionis Leonis X, quæ incipit *Exposuit*, sub die 23 Julii 1518, in qua prope finem habentur hæc verba : *Ac volumus, ut quoties dictarum festivitatum, et Octavarum earumdem celebrationes qualibet ex causa, etiam extra tempus transferrentur, etiam indulgentiæ dictas ecclesias in festivitatibus hujusmodi, et per earum octavas visitantibus pro tempore concessæ ad tempus celebrationis hujusmodi sint, et censeantur translatæ?* Et responsum fuit : Translato festo unice quoad Officium, non transfertur indulgentia tali festo concessa, *S. C. R.* 16 *Septembr.* 1741, *Panormit. in una ord. Min. Observ. Ref. S. Francisci.*

1125. Decreta, quæ statuunt non esse transferendos ad annum sequentem sanctos illos, qui in fine anni supererunt, intelligenda sunt non solum de semiduplicibus, sed etiam de duplicibus, sive ab accidentali, sive a perpetuo occurrenti impedimento eorum celebratio fuerit impedita, *S. R. C.* 16 *Sept.* 1741, *Panormit. in una ordin. Min. Observ. Ref. S. Francisci.* Ad annum sequentem: communem, non vero ecclesiasticum. Sed consideranda sunt tanquam simplicia, retento suo ritu, ut in *num.* 963 *et* 1311. A perpetuo occurrenti impedimento, ut est cum alia dies non remaneat pro sede fixa assignanda, sicuti pluries imperando in hac circumstantia statuit sac. cong. Vide *num.* 1190, et alios ibi notatos. Quid fieri debeat, si dies S. Silvestri occurrerit cum festo Dedicationis ecclesiæ? Vide *num.* 1194.

1126. Non est omittendus in fine cujusvis Horæ vers. *Fidelium animæ*, etc., quando post eam immediate dicitur Missa, sed servandus adamussim textus Rubricæ 30, Brev. Romani *sub num.* 3, *S. R. C.* 14 *Apr.* 1742, *in Thelesina.* Servandæ sunt rubricæ: versus nempe *Fidelium animæ*, etc., dicitur post *Benedicamus Domino*, et responso *Deo gratias*. Qui versus *Fidelium* non dicitur post *Benedicamus Domino* ad Primam ante *Pretiosa*, et ad Completorium ante versum *Benedicat*; *Rub. Brev. hic cit.*

1127. Ex vi aut lege cæremonialis episcoporum non prohibetur episcopo, ut propria utatur sede, qua desuper umbraculum, seu baldachinum dependeat, dum divinis assistit, vel per se ipsum peragit, SS. Sacramento super altari palam exposito; dummodo genuflexiones tunc præscriptas, debitasque reverentias adamussim observet, atque aperto capite in signum reverentiæ saltem assistat, *sacra R. cong.* 9 *Julii* 1742, *in Conimbricen.* Aperto capite: et conveniens esset, ut staret semper durante Officio, et nunquam sederet. Quod si ob longitudinem Officii præstare non poterit, non omittat saltem detecto capite exsistente SS. Sacramento divinis Officiis assistere. Similiter conveniens esset, ut non cappa tantum indutus, sed amictu, alba, cingulo, stola, et pluviali albi coloris interesset. *Cærem. episc. lib.* II, *cap.* 33, *num.* 15 *et* 33.

1128. *Il Vescovo di Veroli con ogni maggior ossequio rappresenta all' EE. VV. che celebrandosi il dì primo Maggio la festa della Dedicazione della cattedrale, da antico tempo fu fissato per la festa de' SS. apostoli Filippo, e Giacomo il dì 5 di detto mese. Ed essendo poi stato ordinato l'Officio di S. Pio V, credette il clero di detta città di dover trasportare detta festa de' SS. apostoli alli 11 dello stesso mese, e così pratica presentemente. E perchè alle volte detta giornata delli undeci cade in Domenica, supplica percio l'EE. VV. a degnarsi di prescrivergli precisamente, se debba in avvenire far celebrare la festa de' SS. Filippo e Giacomo il giorno dei 5 di Maggio, secondo era lo stile; o pure seguitare a farla celebrare il dì undici, quantunque sia Domenica. Che*, etc. *S. R. C.* respondit: De Officio SS. apostolorum fieri debet die quinta ipsis jampridem assignata, etiam in occursu Dominicæ, et de altero de S. Pio V, die XI, tanquam propria, *eadem S. R. C.* 9 *Julii* 1742, *in Verulana.* Tanquam propria: et fixa, et præsens decretum, licet particulare habet a generalibus suum fundamentum. Vide *num. seq.* et 1178.

1129. Modernus episcopus Tergestinus *S. R. C.* humillime supplicavit, quatenus infrascriptum dubium declarare dignaretur, nempe: *Singulis annis in diœcesi Tergestina die 19 Junii celebratur ritu duplici festum S. Nazarii P. et confes. ritu vero semiduplici festum S. Julianæ de Falconeriis, et festa SS. Achaii et soc. mart. Quæritur, inquam, an officium S. Julianæ de Falconeriis posset celebrari semper 23 Junii, et officium SS. Achaii, et soc. mart. die 20 Junii, quibus diebus aliunde deberet fieri Officium de ea, ita ut dies 20 et 23 sit dies tanquam propria eorumdem sanctorum, ad exclusionem alterius translati sancti, qui potest aliquando contingere, et sic de aliis, qui sunt omnes simul 48 quolibet anno in præfata diœcesi; et insuper an occurrentia similia officia duplicia in die Dominico possint celebrari tali die, ac si esset illorum propria?* Et responsum fuit affirmative in omnibus, *S. R. C.* 28 *Julii* 1742, *in Tergestina.* Vide *num. ant.*

1130. *D. Mattia eremita Camaldolense di Monte Corona al presente priore dell' eremo S. Maria degli Angeli di Nola in regno, oratore umilissimo dell' EE. VV. riverentemente espone, come in tutta la sua congregazione vi è l'abuso, che nella processione del Corpus Domini si porta il Venerabile dal celebrante col solo umerale, e senza altra assistenza de' ministri con indumenti sacri, che d'un solo chierico, che porta il turribulo, ed un altro, che sostiene l'ombrella appresso, lo che pare sia contro le Rubriche, e l'uso universale di S. Chiesa, ed anche di poca venerazione, decoro, e rispetto verso Gesù Sacramentato: che però supplica l' EE. VV. volersi compiacere d'istruire tanto l'Oratore, che tutta la detta sua congregazione, della maniera propria, colla quale si deve fare non solo detta processione del Corpus Domini, ma anche quelle del giovedì, e venerdì Santo, per potere in avvenire correggere gli abusi, ed errori fin al al presente commessi. Che* etc. Responsum fuit a *S. R. C.* Præcedet crux hastata a religiosa cotta induto delata inter ceroferarios cotta pariter indutos: Sequentur viri religiosi bini incedentes, qui in solemnitate Corporis Christi, monasterii cappis depositis, post communionem celebrantis, sument non in choro, sed in alio convenienti loco superpelliceum, cereosque accensos gestabunt. In processionibus vero, quæ fiunt feria V in Cœna Domini, et feria VI in Parasceve, quia hæ intra Ecclesiam peraguntur, cum cappis monasticis procedent. Post digniores religiosos succedent duo thurferarii itidem cum cottis, qui thuribula cum incenso fumigantia lente ducent ante celebrantem, facie, non dorso ad Sacramentum semiversa in incessu. Tandem adveniet celebrans pluviali ac velo humerali albo amictus, deferens Sacramentum inter ministros sacris vestibus, sed sine manipulo, indutos, fimbrias pluvialis hinc inde elevantes, qui alternatim una cum eodem celebrante psalmos submissa voce recitabunt. Supra celebrantem Sacramentum portantem deferatur omnino baldachinum quaternis saltem hastis instructum, quæ a totidem religiosis superpelliceo indutis in festo Corporis Christi eleventur. Feria autem sexta in Parasceve deferri poterit baldachinum a religiosis sine cotta: qua die celebrans non sumet pluviale, ministri autem celebrantis, cum non utantur planetis plicatis, tum solemni illius diei officio, tum processioni cum superpelliceo assistent. Cerei exstinguuntur postquam reconditum fuerit Sacramentum, et feria sexta in Parasceve, postquam fuerit a celebrante consumptum, nec cessabit campanarum sonitus, ubi ab Ecclesia non prohibetur, nisi post sacram actionem absolutam. Quod si ad hujusmodi supplicationes convocentur confratres alicujus sodalitii, hi

Digitized by Google

sacco induti designari poterunt ad deferendum baldachinum, supplendo vices religiosorum alia munia obeuntium. In iis cœnobiis, seu religiosis familiis, in quibus parva monachorum manus sit, assistentes celebrantis poterunt incedere cum superpelliceo : sed nunquam fas sit, ut omittatur baldachinum, semper deferendum ut supra, sive a monachis, sive a confraternibus, *S. R. C.* 15 *Sept.* 1742, *in una ord. Erem. Mont. Coronæ.* Vide *num.* 8.

1131. Si festum alicujus sancti erit tanquam patroni loci, electi a clero, populo etc. illius loci cum approbatione episcopi vigore constitutionis Urbani VIII, anno 1642, quæ incipit *Universa*, juxta decreta *S. R. C*, tunc festum prædicti sancti erit de præcepto observandum et celebrandum ab incolis totius loci, etiam a suburbanis, alias negative, *S. R. C.* 15 *Sept.* 1742, *in Tridentina.* Cum approbatione episcopi: mediante concilio generali civitatis vel loci, non autem ab officialibus solum. Vide *n.* 243 et 288.

1132. Si festum prædictum erit de patrono loci etc., Officium erit celebrandum sub ritu primæ classis cum octava ab omnibus sacerdotibus sæcularibus ejusdem. Si vero festum, etc., erit titularis illius tantum ecclesiæ parochialis, Officium celebrandum erit sub ritu primæ classis ab iis sacerdotibus tantum cum octava, qui addicti sint servitio ecclesiæ illius parochialis, et non ab aliis, *S. R. C.* 15 *Sept.* 1742, *in Tridentina.* Cum Octava, a Regularibus vero sub eodem ritu, sed sine Octava ex præcepto. Vide *n.* 552. Ecclesiæ parochialis: secus autem de cathedralis ecclesiæ titulo, Vide *num.* 1110 : Sacerdotibus tantum cum Octava, qui addicti sunt servitio ecclesiæ, vel beneficio, etiam tenuissimo, vel simplici gaudeant. Vide *n.* 1174.

1133. Quando non constat, Officia, quæ recitantur in aliqua diœcesi, a S. Sede Apostolica concessa esse, quæritur, an licite possint omnes diœceses de illis talia Officia habere, vel illæ diœceses debeant cessare a tali recitatione? Et sac. cong. respondit: Serventur decreta edita super Officiorum recitatione. Qui autem particularia Officia recitare desiderant, instent pro illorum approbatione et concessione, *S. R. C.* 1 *Dec.* 1742, *Poloniæ in una ord. Carmel. Excalceat.* Serventur decreta edita, etc., quæ tollunt t lium Officiorum recitationem post bullam S. Pii Papæ Quinti. Vide *num.* 216.

1134. Festa, quæ sunt ritus duplicis, non celebrantur sub alio ritu, quam ritu duplicis minoris, nisi constet de diversa concessione. Festa tamen secundaria Patronorum minus principalium, si celebrentur cum solemnitate, habent in se naturam duplicis majoris, et qualitatem duplicis minoris, si absque solemnitate peragantur. Symbolum autem in Missis recitandum non est, nisi in iis Ecclesiis, in quibus aut sacrum eorum corpus, aut insignes reliquiæ asservantur, *S. R. C.* 1 *Dec.* 1742, *Poloniæ in una ord. Carmel. Excal.* Insignes reliquiæ : quæ sint, Vide *num.* 215.

1135. Cum ex synodo provinciali regni Poloniæ anno 1628, die 22 Maii constitutum sit, ut festa aliqua a clero, et populo, cultu ac veneratione solemni celebrentur, quemnam ratione talis solemnitatis ritum habere debent? Quia aliquæ diœceses tribuunt ipsis duplicem majorem, aliæ duplicem minorem, tamen in occursu cum duplici minori dant illis integras utrasque Vesperas : proinde ob universitatem quinam illis ritus debetur? Et responsum fuit : Ad observandam uniformitatem instent in *S. R. C.* pro elevatione officiorum a ritu duplici minori ad duplicem majorem in festis a provinciali synodo regni Poloniæ designatis, et interim serventur rubricæ tam de occurrentia, quam de concurrentia festorum : quæ ex ritu Officii, non autem ex apparatu et concursu propriam et veram desumunt solemnitatem, *S. R. C.* 1 *Dec.* 1742, *in una ord. Carmel. Excalceat.* Non ex apparatu et concursu propriam et veram desumunt solemnitatem : quoad ritum et dignitatem, at integræ vesperæ conceduntur ex rubrica XI, de concurrentia Officii *n.* 2, et fortius si festa sint in populo de præcepto. Vide *num.* 522, 1140 et 1150. Festa vero a supradicta synodo statuta, sunt quæ sequuntur : S. Martini episcopi 11 *Novembr.*; S. Nicolai episcopi 6 *Decembr.*, S. Annæ 26 *Julii*; S. Mariæ Magdalenæ 22 *Julii*; S. Agnetis V. M. 21 *Januarii*; S. Margaritæ V. M. 20 *Julii*; S. Catharinæ V. M. 25 *Novembris*; *Syn. Prov. Poloniæ sess.* 3.

1136. Cum in synodo provinciali constitutum sit, ut in Adventu singulis diebus celebretur Missa primaria de beata Virgine, quæ vocatur *Rorate*, utrum in duplicibus possit dici Missa eadem privatim, et in Dominicis Adventus, ac in festis primæ, vel secundæ classis secundum institutum ejusdem synodi, utrum ut solemnis cum oratione unica, *Gloria*, *et Credo*, an vero cum orationibus Dominicæ, vel aliarum canenda sit, et præcipue in illis ecclesiis, ubi non est consuetudo cantandi duas, sed tantum unam Missam? Et responsum fuit, tum ad primam, tum ad secundam dubii hujus partem negative, *S. R. C.* 1 *Decemb.* 1742, *Poloniæ in una ord. Carmel. Excalceat.* In Adventu singulis diebus : an comprehendantur novem dies ante Natalem Domini, require *n.* 348.

1137. Cantata Missa solemni de aliquo sancto, ut est de S. Joseph in Polonia, ob concursum populi et indulgentias, licet solemnitas et expositio SS. Sacramenti adesset, color paramentorum in Missis privatis, nullo habito respectu colori adhibito in quavis Missa votiva solemni, semper is esse debet, qui convenit Officio in illa die occurrenti, etiamsi violaceus, *S. R. C.* 1 *Decemb.* 1742, *Poloniæ in una ord. Carmel. Excalceat.* Et expositio Sacramenti adesset: in ipsomet altari. Vide *n.* 1255.

1138. An celsitudinis regalis eminentissimi Ludovici domini cardinalis infantis Hispaniarum Toletanæ et Hispalensis Ecclesiæ administratoris, ac possessoris, licet sacris destituti ordinibus nomen in canone Missæ, Collecta, et præconio sit exprimendum? Et responsum fuit affirmative, *S. R. C.* 19 *Januar.* 1743, *in Hispalen.* Administratoris ac possessoris: quid de administratore tantum, vel alio superiore. Vide *num.* 307.

1139. Cum sub die 22 Aprilis 1741, obtenta fuerit facultas pro servanda in posterum uniformitate in eremis sub dominio reipublicæ Venetiarum recitandi officium Patrocinii beatæ Mariæ Virginis pro die 14 Novembris, ut pote minime impedita ab alio officio, modo compertum est, illam diem fuisse jam assignatam ab hac sacra Rituum congregatione sancto Andreæ de Avellino per decretum sub die XI Julii 1739 obtentum a congregatione Casinen i pro omnibus sub Regula S. Benedicti militantibus, ideoque dubitatum, an hoc non obstante, possit recitari prædictum Officium Patrocinii illa ipsa die 14. Et si non possit, supplicatur pro assignatione Dominicæ tertiæ Novembris. Responsum fuit : Posse recitari Officium Patrocinii B. M. V. die 14 Novemb. et remitti ad aliam diem non impeditam officium S. Andreæ de Avelino, *S. R. C.* 19 *Januar.* 1743. *in una ord. Erem. Camaldul. Montis Coronæ.* Hoc decretum est generale. Vide *num.* 1083 et 1178.

1140. Cum apud Camaldulenses Montis Coronæ celebretur 16 Novembris Officium SS. martyrum Joannis et Benedicti eremitarum dictæ Congregationis jam a S. Sede specialiter eis indultum sub ritu duplici secundæ classis, et cum die sequenti habeatur Officium S. Gertrudis virg. jam concessum post annos pariter sub ritu duplici secundæ classis pro omnibus sub Regula S. P. Benedicti militantibus; dubitatur, utrum stante rubrica *tit.* XI, *num.* 2, in fine de concurrentia, sit præponendum cum-

Digitized by Google

secundis Vesperis integris Officium dictorum sanctorum martyrum, utpote celebrandum tantum in dicta congregatione Camaldulensi, Officio dictæ S. Gertrudis virginis, quod celebratur generaliter in tota religione Benedictina? et responsum fuit, esse præponendum cum secundis Vesperis integris Officium SS. Martyrum Officio S. Gertrudis, *S. R. C.* 19 *Januar.* 1743, *in una cong. Camald. Montis Coronæ.* Esse præponendum cum secundis Vesperis integris: ratione magnæ solemnitatis, ex *Rub. Brev. cit. S. R C. num.* 522 et 1135.

1141. Festum principale S. Romualdi apud Camaldulenses est principale in die Dormitionis ejus in Domino 19 Junii, non vero Translationis sui corporis die 7 Februarii, et festum hoc Dormitionis tantum celebrandum est cum Octava, *S. R. C.* 19 *Jan.* 1743, *in una ord. Erem. Montis Coronæ.*

1142. Cum per rubricas, et decreta statutum sit, quod Quadragesimæ, Adventus, et Vigiliarum temporibus, necnon in diebus Rogationum occurrente aliquo festo duplici, vel semiduplici, celebretur Missa dictarum feriarum post Nonam, cum per constitutiones teneantur Camaldulenses Montis Coronæ celebrare Missam conventualem post Nonam in Quadragesima, et non sit consuetudo celebrandi post Nonam aliis temporibus, dubitatur, an prædicta Missa feriarum remitti possit ad aliud tempus, an potius relinquenda, cum non adsit aliqua obligatio apud illos eam celebrandi? Responsum fuit, observandum esse decretum diei 22 Januarii 1701, in quo prohibetur celebratio Missæ Vigiliarum etc., post Primam, sed servandas esse rubricas, in quibus præscribitur post Nonam, *S. R. C.* 19 *Januar.* 1743, *in una cong. Camald. Montis Coronæ*; Vide *num.* 740.

1143. Cum in ecclesiis Camaldulensium Montis Coronæ non adsit consuetudo celebrandi Missam post Nonam in feria quarta Cinerum, et cum rubrica ac decreta præcipiant benedictionem publicam sacrorum cinerum fieri debere post Nonam, dubitatur, an remitti possit ad aliud tempus, nempe post Tertiam, hæc benedictio, aliter post consuetudinem apud illos introducta? Responsum fuit, observandum esse decretum 22 Januarii 1701, in quo prohibitum fuit fieri cinerum benedictionem post Tertiam: sed servandas esse rubricas, in quibus præscribitur post Nonam, *S. R. C.* 19 *Jan.* 1743, *in una cong. Camald. Montis Coronæ.* Vide *n. ant. et* 740.

1144. Cum rubrica et decreta præcipiant Matutinum diei Commemorationis Omnium fidelium Defunctorum recitari debere post Laudes Officii currentis, et cum hæc ordinatio videatur pro monachis Camaldulensibus Montis Coronæ nimis onerosa, quippe qui ad duas horas per noctes semper protrahant consuetum Matutinum cum Laudibus, dubitatur, an prædictum Matutinum Defunctorum remitti possit ad summum mane ante Primam immediate, vel recitari permittatur in die festivitatis Omnium Sanctorum post Completorium, uti ex antiqua consuetudine moris est apud illos in similibus? Responsum fuit, observandum esse decretum 22 Januarii 1701, in quo præscribitur non posse recitari in choro Matutinum Defunctorum in die Omnium Sanctorum, sed servandæ sunt Rubricæ, *S. R. C.* 19 *Jan.* 1743, *in una Camald. Montis Coronæ*: Servandæ sunt rubricæ; scilicet post Laudes exclusis circumstantiis, de quibus vide *num.* 21, sed præcipue *num.* 1202.

1145. Pax danda est magistratibus sæcularibus solemniter assistentibus Missæ conventuali in ecclesiis tam Sæcularium, quam Regularium, sed cum instrumento ab eodem ministro, qui illum per osculum defert dignitatibus, et canonicis, cæterisque choro interessentibus, et non per diaconum, *S. R. C.* 23 *Martii* 1743 *in Barchin.* Vide *num.* 5, 10 et 84.

1146. An mazzerii, et virgarii magistratus sæcularis in processionibus Corporis Domini nostri Jesu Christi, et aliis, in quibus dictus magistratus assistit, et aliqui ex personis, quæ magistratum componunt, hastas baldachini deferunt, et reliqui magistratus cum suo capite episcopum subsequuntur, incedere debeant ante illos baldachinum deferentes, ita quod ante dictos mazzerios, et virgarios incedant sacerdotes faces, et insignia pontificalia portantes, seu potius illi incedere debeant ante dictos sacerdotes, aut extra lineam processionis alam facientes a lateribus illorum, vel post episcopum ante reliquum majorem numerum regitorum cum suo capite, in quibus potius corpus magistratus repræsentatur? Et responsum fuit, mazzerios autem in processione Sanctissimi Corporis Christi incedere debere non ante, sed hinc inde prope baldachinum, *S. R. C.* 23 *Mart.* 1743, *in Barchinonen.* Vide *num.* 10 et 151.

1147. An subdiaconus, vel alius quicunque minister, qui inter Missarum solemnia, vel alio quovis casu petit benedictionem a prælato, pro incenso, seu aqua, possit, seu debeat invertere ordinem pontificalis rubricæ, qua jubetur, ut dicat: *Benedicite, reverendissime Pater*, et dicere bracharæ tempore præsenti, *Benedicite, serenissime Pater.* Et responsum fuit: Servetur Cæremoniale episcoporum *lib.* 1, *cap.* 3, *S. R. C.* 11 *Maii* 1743, *in Bracharen.* Servetur Cæremoniale episcoporum: ubi habetur: *Ut cum acolythus, sive cæremoniarius affert thuribulum cum prunis ardentibus sinistra, naviculam autem cum thure, et cochleari dextera, ad episcopum, aut celebrantem, illico adsit, vel primus presbyter assistens, vel si episcopus celebrans est apud altare, diaconus evangelii, et accipit de manu prædicti acolythi naviculam semiapertam, et cochlear in ea exsistens, cum osculo cochlearis, et manus episcopalis, offert eam episcopo dicens*: Benedicite, Pater reverendissime. *Episcopus vero, accepto cochleari, sumit cum eo ter ex navicula thus* (*qui purus esse debet, vel si aliqua addantur, advertatur, ut quantitas thuris longe superet*) *illudque etiam ter in thuribulum immittit dicens interim*: Ab illo benedicaris, in cujus honore cremaberis. *Quæ quidem benedictio, et verba omittuntur præsente Sanctissimo Sacramento exposito, et thuribulum porrigitur absque osculis, similiter quando per cæremoniarium, vel acolythum, ut in Missis vivorum, vel per subdiaconum, ut in Missis defunctorum, ponitur thus pro elevatione*, *Cærem. episc. lib.* 1, *cap.* 23.

1148. An illa antiphona: *Ecce sacerdos magnus*, quæ dici debet ex dispositione Pontificalis Romani in ingressu, et receptione prælatorum in suis civitatibus, debeat repeti toties, quoties iidem prælati ingrediuntur ecclesiam cathedralem ad actus pontificales peragendos? Et responsum fuit: Servetur consuetudo, *S. R. C.* 11 *Maii* 1743 *in Bracharen.* Ecce sacerdos magnus: quod vocatur Responsorium tono octavo modulandum, vel antiphona: *Sacerdos et pontifex, etc.* Si prælatus non esset episcopus, puta diaconus cardinalis, cantatur Responsorium tono septimo: *Fidelis namque, etc.* Et si essent duo vel plures, tono octavo canitur: *Vos estis cives, etc.* Pontif. Rom. jussu Benedicti Papæ XIV, § 3. Ordo ad recipiendum prælatum, vel legatum.

1149. Festa beatæ Cunegundis, ac S. Stanislai Kostkæ, quibus pro regno Poloniæ, magno ducatu, adnexisque provinciis, Dominicam post 24 Julii, et 13 Novembris respective assignavit, non utique in sequentem Dominicam transferenda, sed ipsismet diebus 24 Julii, et 13 Nov. fore celebranda, quando ipsi dies in Dominica inciderint, *S. R. C.* 11 *Maii* 1743 *in Polon.* Vide *num.* 1128.

1150. Attenta dignitate personæ, licet æqualitas ritus sit inter festum S. Marci, et SS. apostolorum Philippi et Jacobi, et S. Joseph, Officium vero de

Digitized by Google

Patrocinio S. Joseph est recitandum, si cum prædictis solemnitatibus occurrat, *S. R. C.* 11 *Maii* 1743, *in Senen.* Vide *num. seqq.* 1087 et 1237.

1151. Occurrente Patrocinio S. Joseph cum S. Marco, et SS. apostolis Philippo et Jacobo, Vesperæ non sunt dimidiandæ, sed persolvendæ integræ de Patrocinio, attenta dignitate S. Joseph, *S. R. C.* 11 *Maii* 1743 *in Senen.* Vide *num. ant. et seqq.*

1152. Patrocinium S. Joseph non potest transferri ad aliam diem, quando non habet locum in Dominica tertia post Pascha, ut in Senensi, ob occurrentiam festi altioris ritus, vel dignitatis, sed pro eo anno omittatur ex novissimo hujus sac. cong. decreto *in una Einsidlensi* 5 *Maii* 1736, *S. R. C.* 11 *Maii* 1743, *in eadem Senen.*: Non potest transferri: quia non ex præcepto, sed ex concessione recitatur. Vide *num.* 989 et 1237.

1153. In oratione *A cunctis*, et suffragiis præponendus est S. Joseph apostolis Petro et Paulo, ut præscribitur in Litaniis majoribus, *S. R. C.* 11 *Maii* 1743, *in Senen.*: Præponendus est sanctus Joseph apostolis: nomen quoque sancti Michaelis archangeli, quod quidem intelligi potest de omnibus angelis, ex hoc, aliisque S. R. C. decretis *sub num.* 522, et Rub. Miss. ante orationes.

1154. Primaria festa S. Joannis Baptistæ, et apostolorum Petri et Pauli, attentis rationibus per P. Merati *sect.* 3, *cap.* 10, *num.* 2, innixis decreto sacr. hujus Congregationis in Aquileien. 21 Augusti 1688, excludunt omnia alia festa in ipsis occurrentia, excepta solemnitate Corporis Christi, *S. R. C.* 11 *Maii* 1743, *in Senen.*: Primaria festa S. Joannis Baptistæ, et apostolorum Petri et Pauli: id est *Nativitas, et festum SS. Petri et Pauli excludunt quodcunque festum in iis occurrens, etiam primæ classis, qualia sunt festa Patroni principalis loci, seu ordinis, nec non titularis ecclesiæ, ac ejus dedicatio, ita ut ne queat fieri Officium de dicto festo, sed transferri, et respective mutari debeat in diem proximam non impeditam.* P. Cajetanus Maria Merati *loc. cit.* et *S. R. C. n.* 1175. Occurrente vero die sequenti titulo ecclesiæ, vel ejus dedicatione, Vesperæ quomodo sint celebrandæ, consule *num.* 610.

1155. Ubi S. Joannis Baptistæ festum, et ejusdem Decollationis memoria gaudent prærogativa patroni, vel titularis, in Missa est utique recitandum Symbolum, secus vero negative, nisi rursus adesset ejusdem sancti insignis reliquia, *S. R. C.* 11 *Maii* 1743, *in Senen.*: Nisi rursus adesset ejusdem sancti insignis reliquia, quæ sunt caput, brachium, etc. Vide *num.* 215. Ubi vero adest titulus capellæ, vel altaris, in Missa tantum solemni dicatur Symbolum. Vide *num.* 412.

1156. Postquam a capitulo ecclesiæ cathedralis Scalensis in suo particulari Kalendario assignata fuit dies decima Novembris Officio Dedicationis basilicæ Sanctissimi Salvatoris ob perpetuum impedimentum festi altioris ritus S. Theodori occurrentis die nona ejusdem mensis, ac subinde ex concessione apostolica tali diei assignatum Officium S. Andreæ Avellini pro Ecclesia universali: quapropter capitulum, et canonici præfatæ cathedralis S. R. C. demisse supplicarunt, an ipsi in prædicta die decima Novembris debeant recitare officium S. Andreæ Avellini, vel Dedicationis basilicæ Sanctissimi Salvatoris. Et responsum fuit: fieri Officium Dedicationis die decima ipsi jam pridem assignata, et ad aliam diem non impeditam transferri Officium S. Andreæ postea concessum, *S. R. C.* 11 *Maii* 1743, *in eadem Scalensi*: Jam pridem assignata: quia sedem propriam in assignatione acquisivit. Vide *num.* 1128 et 1178.

1157. *Il guardiano, e religiosi Capuccini di Vilacco nella provincia di Stiria, diocesi d'Aquileja, espongono riverentemente all' EE. VV. come essendo nato un dubbio circa il giorno anniversario della Dedicazione della loro chiesa, stantecchè il documento della consecrazione della medesima parla in questi termini*: Consecravimus anno 1643, ipsa Dominica Quatuor Temporum post festum Exaltationis S. Crucis ecclesiam, etc., *e dandosi alcuni anni, che fra l'Esaltazione di S. Croce, e le Quattro Tempora intermedia una Domenica: si domanda, se questa Domenica, che antecede le Quattro Tempora, o quella che immediatamente segue, debba considerarsi propriamente*: ipsa Dominica Quatuor Temporum, *nella quale si debba celebrare l'anniversario di essa consecrazione.* Sac. cong. respondit: Dominicam Quatuor Temporum esse illam, quæ Sabbatum Quatuor Temporum immediate sequitur, non est prorsus ambigendum, *S. R. C.* 31 *Aug.* 1743, *in Aquileien. in una Ord. Capucc.*

1158. An Missæ pro enuntiatis diebus Officium de duplici, seu de solemni non admittentibus in Kalendario, et Missali Ambrosiano præscriptæ ad altaria privilegiata celebratæ, animabus in purgatorio exsistentibus perinde suffragentur, ac si celebrentur Missæ de *Requiem?* Responsum fuit affirmative, *S. R. C.* 31 *Aug.* 1743, *in Mediolan.*: Affirmative: ad normam Ecclesiæ Romanæ ex const. Clem. IX. Vide *num.* 475.

1159. An diebus, quibus juxta ritum Ecclesiæ Ambrosianæ prohibetur fieri de duplici, sive de solemni, prohibeantur etiam Missæ de *Requiem.* Et responsum fuit affirmative, *S. R. C.* 7 *Decemb.* 1743, *in Mediolanen.*: Juxta Ritum Ecclesiæ Ambrosianæ: et id faciendum in Romana. Vide *num. seq.* et 423.

1160. An Regulares debeant celebrare festa perpetuo translata in illis diebus in Kalendario diœcesis auctoritate Ordinarii assignatis, tanquam propriis, quando in illis diebus non occurrat festum sui ordinis. Responsum fuit affirmative, *S. R. C.* 7 *Decemb.* 1743, *in Mediolanen.*

1161. An fêsta perpetuo translata, etiamsi sint semiduplicia, transferri possent in dies infra Octavas non privilegiatas, in quibus fieri deberet de Octava, tanquam in dies proprias. Responsum fuit affirmative, *S. R. C.* 7 *Decemb.* 1743, *in Mediolanen.*: Infra Octavas non privilegiatas: quomodo etiam infra privilegiatas. Vide *num.* 1184 et 1196.

1162. In fixatione festorum attendi debet, quod præcipitur a rubrica x Breviarii Romani *sub num.* 7, de Translatione festorum, ut scilicet prius agatur de duplici, postea de semiduplici, et inter plura duplicia quod est magis solemne semper prius celebretur, sive ex ritu, sive ex dignitate majoritas illa solemnitatis proveniat; alioquin si sint omnino æqualia, unum ante aliud reponatur, et ordine quo erant celebranda in propriis diebus: eadem enim militat ratio in fixatione, quæ probaret in translatione, *S. R. C.* 7 *Decemb.* 1743, *in Mediolanen.*: Majoritas ista solemnitatis proveniat: sive etiam ex festis sanctorum, qui in propriis locis, vel ecclesiis solemniter celebrantur, aliis in Kalendario descriptis, *Rubr. Brev.* xi de Concurrentia Officii *num.* 2. Vide *num.* 1017 et 1135.

1163. An post decretum 3 Decemb. 1680, abrogatum sit aliud decretum ejusdem S. Rit. cong. scilicet Officia sanctorum, quæ alicubi supersunt de mense Decembri, possent transferri in annum sequentem. Responsum fuit: Posterioribus hujus sacr. congr. decretis, quibus cautum est, ut sancti, qui in fine anni supersunt, non sint ad sequentem annum transferendi, abrogatum fuisse decretum 7 Decemb. 1680, ideoque comprehendi sub illis etiam sanctos, qui mense Decembri occurrentes translati supersunt, affirmare non dubitaret, *S. R. C.* 7 *Decemb.* 1743, *in Mediolan.*: Ad sequentem annum: communem, id est, a Kalendis Januarii usque ad finem mensis Decembris. Vide *num.* 1311. Quo

Digitized by Google

ritu et methodo celebrari debeant. Vide *num.* 963.

1164. An sit validum votum emissum anno 1726, in civitate Thermitana ob liberationem a ruinis terræ motus: primo, celebrandi tria festa de præcepto, scilicet diem primam, secundam, et tertiam Septembris; secundo, jejunandi die præcedente prædicta festa; tertio, nunquam admittendi mulieres in scenis histrionum, et theatris. Responsum fuit: Votum sustineri quoad personas tantum, quæ illud emiserunt, *S. R. C. 1 Febr.* 1744, *in Panormitana*. Hoc decretum est generale. Vide *n.* 290.

1165. Utrum in Sabbato Sancto pro collatione sacrorum ordinum, episcopus in suo domestico oratorio teneatur Missam cum prophetiis, ut in Missali, celebrare. Responsum fuit, Missam collationis, etc., incipiendam esse a prophetiis, *S. R. C.* 21 *Martii* 1744, *in Bergomen.*: A prophetiis: quæ omitti non debent etiam attenta consuetudine immemorabili. Vide *n.* 1248 *et* 1309.

1166. In ordinum collatione diebus a jure statutis dicenda est semper Missa de feria occurrente, non de sancto in ea contingente, *S. R. C.* 21 *Martii* 1744, *in Bergomensi.* Vide *num. ant. et num.* 1073.

1167. Utrum in Dominicis primæ classis, et aliis diebus, in quibus absolute quæcunque alia festa etiam primæ classis excluduntur, licitum sit cantare Missam de *Requiem* præsente cadavere. Et responsum fuit: Servetur decretum latum 5 Julii 1698, videlicet, in duplicibus primæ classis etiam præsente cadavere non potest cantari Missa Defunctorum, *S. R. C.* 21 *Martii* 1744, *in Bergomensi*: In duplicibus primæ classis: intellige festiva, exceptis feriis secundis et tertiis Paschatis, et Pentecostes, *S. R. C. n.* 1102.

1168. Cum rubrica Missalis de *Introitu num.* 5 præscribat, quod, incensata cruce, incensentur et reliquiæ, seu imagines sanctorum; quæritur an imagines sanctorum debeant habere inclusas sanctorum reliquias juxta Quarti, *part.* II, *lib.* IV de *Introitu*, et Merati, *tom.* I, *part.* II, *tit.* 4. Responsum fuit: Non esse de necessitate in sculptis sanctorum imaginibus in altari dispositis sacras includere reliquias ad hoc, ut incensata cruce valeant illæ a celebrante thurificari, *S. R. C.* 21 *Mart.* 1744, *in Bergomen.*: Incensentur et reliquiæ, seu imagines sanctorum: incensata cruce, et facta ei reverentia, antequam celebrans discedat a medio altaris, primum incensat eas, quæ a dextris sunt, id est a parte Evangelii prope crucem, bis ducens thuribulum, et iterum facta cruci reverentia, similiter incensat bis alias, quæ sunt a sinistris, hoc est a parte Epistolæ, *Cærem. episc. lib.* I, *c.* 23, *n.* 6.

1169. Cum in Missali ultra primam in principio detur et altera rubrica in ordine et canone Missæ, et inter has videatur aliqua discrepantia, præcipue in inclinationibus, et manuum junctionibus; quæritur quænam sequendæ. Responsum fuit, pari forma sequendas esse tum rubricas generales, tum particulares Missalis Romani, præcipue ad cæremonias inclinationibus et manuum junctione rite peragendas, *S. R. C.* 21 *Martii* 1744, *in Bergomen.*

1170. Permitti posse, ut statua B. M. V. velo nigro circumdata in nocte feriæ quintæ in Cœna Domini cum Jesu Domino Filio mortuo in gremium deposito in ecclesia exponatur, et sequenti feria sexta in mane processionaliter cum pluvialibus nigris deferatur, *S. R. C.* 21 *Mart.* 1744, *in Bergomen.*

1171. Serventur præscripta a Cæremoniali episcoporum circa vestem violaceam, et ferulam gestandam, prout legitur *cap.* 5, et hujusmodi color, et ferulæ gestatio convenit solummodo cæremoniariis ecclesiæ cathedralis, *S. R. C.* 21 *Martii* 1744, *in Bergomen.* Vide *n.* 160.

1172. Capellani Monialium ordinis S. Benedicti, cæterique sacerdotes, tam sæculares quam regulares, ad earum ecclesias confluentes, Missam propriam S. Benedicti cum Missali monastico, non solum in die festi, sed per subsequentes dies alias non impeditas infra ejus Octavam celebrare possunt, ac debent, *S. R. C.* 21 *Martii* 1744, *in Patavina, Benedicto XIII antea permittente.*

1173. Cum sanctissimus Dominus noster Benedictus Papa XIV ad instantiam serenissimi Caroli utriusque Siciliæ regis sub die decima Julii 1743, indulserit universo clero præfatorum regnorum, Officium, et Missam beati Camilli de Lellis sub ritu duplici ad libitum pro die 15 Julii; cumque eadem die occurrat Officium diei festi S. Henrici confessoris sub ritu semiduplici de præcepto: propterea clerus diœcesis Barensis ad tollendam omnem hæsitationem sacram Rituum congr. demisse supplicavit, quatenus benigne declarare dignaretur, quodnam ex duobus enuntiatis Officiis sit transferendum. Et sac. eadem congr. censuit rescribendum ad dominum secretarium cum Sanctissimo. Et facta de prædictis per me secretarium relatione, Sanctitas Sua decrevit, ut fiat Officium de S. Henrico confessore die 15 Julii, Officium vero beati Camilli non transferatur, sed omittatur, *die* 18 *Apr.* 1744 *pro eadem Barensi*: Sed omittatur: juxta regulam generalem latam in decreto sub *num.* 537. Semel et pro semper, poterat Ordinarius assignare aliam diem servatis omnibus, ut in *n.* 1215.

1174. Clerus alicujus terræ non tenetur recitare Officium, et octavam Dedicationis ecclesiæ matricis, nisi fuerit ipsius ecclesiæ servitio, vel commoditati astrictus, aut in ea aliquod beneficium, vel tenue possideat, vel beneficium simplex, *S. R. C.* 16 *Maii* 1744, *in Auximana.* Vide *n. seq*, 11 *et* 950.

1175. An clerus alicujus terræ possit, vel debeat recitare Officium cum Missa tam in die, quam per Octavam Dedicationis ecclesiæ matricis, et an sint excludendi sacerdotes alicujus congregationis, qui habeant onus recitandi divinum Officium more canonicorum in propria ecclesia, cujus Dedicatio occurrit, sub cujus cruce in processionibus, quæ fiunt infra annum, promiscue incedunt. Et responsum fuit, non indigere responsione, *S. R. C.* 16 *Maii* 1744, *in Auximana*: Non indigere responsione: satis enim loquitur per se decretum, et clamat teneri responsio antecedens, et illa sub *n.* 11 *et* 1209.

1176. Presbyteri congregationis Oratorii S. Philippi Nerii Cortonæ exposuerunt, quod festum Dedicationis eorum ecclesiæ jam affixum quintæ Dominicæ post Pentecostem concurrat hoc anno 1744, cum Vesperis SS. apostolorum Petri et Pauli; propterea S. R. C. supplicarunt pro declaratione, quod ex hisce duobus festis sit præferendum. Responsum fuit: Faciendum esse totum de digniori cum commemoratione minus digni, scilicet totum de Dedicatione cum commemoratione SS. Apostolorum, idque servandum esse in præfatione Octavarum juxta rubricas generales, etiam occurrente in Dominica quinta post Pentecostem, *S. R. C.* 16 *Maii* 1744, *in una presbyt. Sæcul. Oratorii S. Philippi Nerii.* Vide attente generale decretum in Aquileiensi emanatum universe servandum.

1177. Occurrente die octava S. Michaelis cum festo B. M. V. de Rosario, faciendum est Officium de Octava S. Michaelis, transferendo Officium et Missam Rosarii ad primam diem non impeditam, *S. R. C.* 20 *Junii* 1744, *in Albinganen.* Hoc decretum est generale. Vide *n.* 530.

1178. Prima dies proxime non impedita assignanda est cuilibet festo a sua die ob perpetuum impedimentum translato, ita ut dies illa imposterum sit tanquam dies propria, et fixa festi translati justificatis tamen apud episcopum loci Ordina-

Digitized by Google

rium translatorum numero et causis, dierumque assignandorum ordine ac qualitate, *S. R. C. 22 Aug. 1744, in Frisingen.* : Prima dies proxime non impedita, servata tamen lege secundum ritum, et dignitatem festi. Vide *n.* 1162 *et* 1196.

1179. Usus celebrandi quamplura festa sub ritu duplicis majoris ex eo quia sunt celebria in populo, ut est in Cracoviensi, sustineri non potest, *S. R. C. 22 Aug. 1744, in eadem Cracoviensi.* Vide *n. seq. et* 1100.

1180. Festa per annum duplicia, quæ solemniter celebrantur a choro, et in populo sunt de præcepto, in concurrentia cum æqualibus quoad ritum, et dignitatem possunt habere integras Vesperas ad sensum rubricæ XI *Brev. Rom. n* 1, *S. R. C. 22 Aug. 1744, in Cracoviensi.* Vide *n.* 295 : Possunt habere integras Vesperas : an vero mutandus sit ritus, consule *n.* 295 *et* 1097.

1181. Moniales Ordinariis locorum subjectæ non tenentur recitare Officia particularia diœcesum; tenentur tamen recitare de Patrono principali loci, et de titulari ecclesiæ cathedralis, necnon de ejusdem ecclesiæ Dedicatione, non vero de eorumdem festorum Octavis, nisi id specialiter ipsis indultum sit ex vi concessionis apostolicæ, vel propriæ constitutionis ab Apostolica Sede approbatæ, *S R. C. 22 Aug. 1744, in Januen. Monialium Ord. S. Claræ* : De Patrono et titulari : sub ritu duplici primæ classis; de Dedicatione vero, secundæ classis. Vide *n.* 418 *et* 1110.

1182. Moniales ordinis S. Claræ, ut petitum fuit in Januensi a dictis Monialibus, novum Breviarium, et Kalendarium pro Patribus conventualibus editum possunt assumere, petita venia ab hac S. R. C. *ead. S R. C. 22 Aug. 1744, in Januen.*

1183. An festum S. Joachim, si occurrat in Dominica in die Octavæ Assumptionis, celebrandum sit eadem die, vel potius ad aliam transferri. Responsum fuit, servari rubricam X Breviarii Romani de Translatione festorum, *S. R. C. 22 Aug. 1744, in Romana* : Servari rubricam : in qua dicitur : *Faciendum erit Officium de Octava Assumptionis, quia festum duplex majus, ut est S. Joachim, transfertur in primam diem non impeditam, et dies octava cedit locum duplicibus tantum primæ et secundæ classis, Rubr. Brev. cit. et S. R. C. num.* 530.

1184. Non dedecet assignari festis etiam semiduplicibus, a propria die ob aliquod impedimentum perpetuo translatis, dies illos infra Octavam non privilegiatam ab alio occurrenti festo non impeditos, qui dies habeantur et sint imposterum sedes fixa talium translatorum, *S. R. C. 22 Aug. 1744, in Cracoviensi* : Infra Octavas non privilegiatas : an infra privilegiatas et quo ritu, consule *n.* 1196.

1185. Cum aliquod festum jam translatum iterum moveri ex necessitate contigerit a die sibi semel assignata, non est opus, ut cætera alia festa post ipsum translata a diebus sibi respective assignatis denuo removeantur, nisi forte nova Kalendarii constructio ex integro assumeretur, *S. R. C. 22 Aug. 1744, in Cracoviensi.*

1186. Utrum Ecclesia particularis, quæ non potest facere de festo in assignata tanquam propria pro tota diœcesi, possit et debeat huic festo aliam diem eligere tanquam propriam. Responsum fuit affirmative, cum approbatione tamen reverendissimi episcopi loci ordinarii circa electionem diei, *S. R. C. 22 Aug. 1744, in Cracoviensi* : Aliam diem eligere : primam proxime non impeditam, etiam infra octavas. Vide *n.* 1178 *et* 1184.

1187. Ab antiquo festum sanctorum Cosmæ et Damiani perpetuo a suo die translatum in Polonia appositum fuit pro prima die Octobris; postea festum S. Remigii concessum fuit semiduplex ad libitum. Nonne convenit assignare diem aliam istis sanctis, puta tertiam Octobris, ut possit fieri de S. Remigio? Et in hoc casu nonne satius esset, ut in cathedrali propter occursum diei infra Octavam S. Wenceslai fieret die prima Octobris commemoratio tantum S. Remigii in Officio de infra Octavam, protrahendo illud SS. Cosmæ et Damiani ad diem tertiam, ne multiplicentur dies proprii respective ad particulares ecclesias? Responsum fuit : Festum SS. Cosmæ et Damiani jam alias a propria die perpetuo amotum celebrari deinceps poterit tam in cathedrali, quam in diœcesi Cracoviensi die tertia Octobris, ut die prima agatur in diœcesi de sancto Remigio ad libitum, de quo in cathedrali haberi poterit commemoratio tanquam de simplici in Officio de infra Octavam S. Wenceslai inibi tantum occurrentes, *S. R. C. 22 Aug. 1744, in Cracoviensi* : Festa prædicta SS. Cosmæ et Damiani in Polonia, adveniente S. Remigio die prima Octobris: aut nondum erat assignata illis hæc dies secundum regulas sub *n.* 1076 positas, aut est particulare gratuitum juxta petita.

1188. Perpetuo transferri debet festum S. Annæ, quod celebre est in Polonia propter Octavam nuper concessam de beato Joanne de Dukla, supplicatur humillime, ut hoc festum fiat propria die cum commemoratione Octavæ etiam S. Vincentii a Paulo apud RR. sacerdotes cong. Missionis. Similiter contingit fieri de die Octava S. Stanislai Kostka 25 Novembris cum translatione S. Catharinæ, quæ colitur celebriter apud populum, eadem gratia postulatur, ut scilicet fiat de sancta cum commemoratione Octavæ. Responsum fuit, pro gratia quoad Officium festivum S. Annæ die 26 Julii cum commemoratione Octavæ tam beati Joannis de Dukla, quam S. Vincentii a Paulo pro RR. sacerdotibus congregationis Missionis insimul occurrentis. Quoad incidentiam vero diei Octavæ S. Stanislai cum festo S. Catharinæ, servetur rubrica de Translatione festorum, *S. R. C. 22 Aug. 1744, in Cracoviensi* : Quoad incidentiam vero diei octavæ servetur rubrica : nempe fieri de die Octava, et S. Stanislao assignare aliam diem, *Rub. Brev.* X, *n.* 2.

1189. Tolerari potest Missa votiva cantata B. M. V. toto tempore Adventus, ut in Polonia, exceptis solemnioribus festivitatibus, dummodo cantetur sine Symbolo, etiamsi Missa occurrens illud exigat, et solum cum *Gloria in excelsis* in Sabbatis, et infra Octavam ejusdem B. V. non omissa tamen Missa conventuali, *S. R. C. 22 Aug. 1744, in Cracoviensi* : Tolerari potest missa votiva : et iterato firmavit sacra congreg. sub *n.* 1258 : Sine Symbolo : excipe diem festum quemcunque beatæ Mariæ Virginis, et infra Octavas, quando de ea fiat Officium, necnon novem dies ante Nativitatem Domini, ubi adest consuetudo, vel concursus. Rub. Miss. de Symbolo. Vide *n.* 348 *et* 1258.

1190. In ecclesiis minoribus, ubi unica celebratur Missa, non potest omitti illa occurrentis festi de præcepto, ut cantetur votiva, *S. R. C. 22 Aug. 1744, in Cracoviensi* : Missa occurrentis festi : nisi defunctorum in die obitus. Vide *n.* 75, in anniversario tantum. Vide *num.* 736, et de Rogationibus. Vide *n.* 645.

1191. Exsequenda sunt omninò decreta 2 Decembris 1684, 15 Septemb. 1691, et 19 Junii 1700, quibus vetitum est dicere *Credo* in Missis Patronorum minus principalium, etiamsi nunquam fuerint ad praxim deducta, et a Missalibus, ubi contrarium notatur, expungantur, *S. R. C. 22 Aug. 1744, in Cracoviensi* : In Missis Patronorum minus principalium : idem agendum in festis secundis Patroni principalis, et puta Translationis. etc. Vide *n.* 595, 1131, *et* 1155.

1192. Imagines beatorum pingi ornarique possunt laureolis, radiis et splendoribus; non autem diademate, juxta decretum sac. cong. 19 Februarii 1658, ab Alex. VII confirmatum: *Quod rursus a Benedicto XIV die* 6 *Septembris* 1744, *in causa canonizationis*

Digitized by Google

*B. Nicolai Albergati renovatum fuit, ut in ejus Bullario.* Vide *num.* 379 *seqq.*

1193. Festum sanctorum martyrum Cornelii et Cypriani a propria die perpetuo amotum, die septima infra octavam Dedicationis non impedita ab alio festo, celebrari deinceps in civitate Perusina pro conventu Capuccinorum posse non improbatur, *S. R. C.* 28 *Nov.* 1744, *in Perusina.* Hoc decretum est generale. Vide *n.* 1184 *et* 1197.

1194. Occurrente festo Dedicationis propriæ ecclesiæ in die S. Silvestri, Officium S. Silvestri non est transferendum ad annum sequentem, sed celebrandum in ipsomet die Dedicationis cum commemoratione ejusdem S. Silvestri, *S. R. C.* 23 *Jan.* 1745, *in Lunen. Sarzanen. ord. S. Francisci de Observ.:* Officium sancti Silvestri : hoc decretum est universale pro omnibus Officiis, et diebus infra annum occurrentibus. Vide *n.* 963 *et* 1311.

1195. Prima die mensis impedita duplici aut semiduplici, cum ex præscripto rubricarum Officium defunctorum et Missa conventualis de *Requiem* non sint celebranda, Officium et Missa hujusmodi differenda sunt ad aliam diem non impeditam juxta Rubricas, *S. R. C.* 22 *Mar.* 1745 *in una Eporegien.*

1196. Quando plura Officia de præcepto eadem die in aliquibus locis ita fixe occurrant, ut translatio alicujus, seu aliquorum sit perpetua, tunc prima dies proxime non impedita, assignata censetur in perpetuum pro die propria festi respective translati, *S. R. C.* 15 *Maii* 1745, *Poloniæ in una ord. Discalceat. SS. Trinitatis.* Officia de præcepto : semiduplicia intellige, et duplicia vide *n.* 1178. Prima dies proxime non impedita : attento ritu, et dignitate personæ. Vide *numer.* 1162. An vero assignatio fieri possit infra aliquas Octavas, consule *n. seq* , 1161 *et* 1184.

1197. Festa plura de præcepto eadem die occurrentia possunt stabiliri infra illas Octavas privilegiatas, quæ hujusmodi festa occurrentia non excludunt, licet excludant translata, ut est Octava Corporis Christi, quæ admittit duplicia occurrentia, non autem translata. Stabiliri autem non possunt infra eas Octavas, quæ hujusmodi festa occurrentia excludunt juxta regulas præscriptas in rubrica de Octavis *num.* 3, *S. R. C.* 15 *Maii* 1745, *Poloniæ in una Ord. Discalceat. SS. Trinitatis :* Infra illas Octavas, quæ hujusmodi festa occurrentia non excludunt : infra Octavas igitur fit de festis duplicibus, et semiduplicibus occurrentibus etiam translatis ; sed hoc modo circa semiduplicia tantum : Quando occurrunt in die festo habente Octavam, vel in Dominica infra Octavas, vel in festo duplici infra Octavas, dummodo dies immediate sequens sit libera, reponenda sunt Officia semiduplicia cum commemoratione Octavæ : alioquin ultra non sunt protrahenda, ex decretis S. R. C. et Rub. Brev. decima de Translatione festorum *n.* 5. Infra Octavas autem Paschæ, et Pentecostes non fit de festo aliquo, etiam principali Patrono, vel titulari Ecclesiæ, vel Dedicatione ejusdem, sed transfertur post Octavas. Infra octavam Epiphaniæ fit tantum de Patrono, vel titulari ecclesiæ, de Dedicatione ejusdem, et de duplici primæ classis occurrente (non tamen in die octava) cum commemoratione tamen Octavæ. Infra Octavam Corporis Christi fit tantum de duplicibus, non tamen translatis, nisi sint primæ vel secundæ classis et in die octava neque de duplici secundæ classis occurrente, facta semper commemoratione Octavæ, *ex Rub. Brev.* VII, *de Octavis n.* 3. Commemoratio vero Octavæ nunquam omittitur, nisi in solemnioribus, scilicet primæ et secundæ classis, exceptis Octavis Nativitatis, Epiphaniæ, et Corporis Christi, *Rub. Brev. cit.* Vide *n.* 724.

1198. Cum in die octava beati Joannis de Dukla compatroni regni Poloniæ incidat perpetuo festum S. Annæ genitricis B. M. V., qui dies magna cum devotione populi frequentatur, quæritur, an debeat fieri Officium de S. Anna, cum commemoratione Octavæ beati Joannis de Dukla. Responsum fuit, de die octava beati Joannis de Dukla compatroni regni habendum esse Officium, S. Annæ vero die prima non impedita habendum esse, *sac. R. C.* 15 *Maii* 1745, *Poloniæ in una ord. Excalceat. SS. Trinitatis.* Officium S. Annæ die prima non impedita : Præceptum vero audiendi Missam non transfertur. Hoc præceptum est generale, et rubricis Breviarii conforme. Aliud resolvitur pro gratia S. Annæ in Cracoviensi. Vide *n.* 1188.

1199. Non est reprobandus parochus qui defert SS. Viaticum infirmo feria sexta in Parasceve, dummodo private, et submissa, quinimo submississima voce, recitet psalmos consuetos per vias publicas, etiamsi dicat vers. *Gloria Patri*, etc., quia in tali circumstantia actio talis nullam habet connexionem cum functionibus ecclesiæ hujus diei, et considerandum est, quod defert cum stola, atque pluviali albi coloris, quando in feria supradicta color paramentorum est niger pro ecclesiæ functionibus. Ideoque si defert privatim pro aliqua necessitate non est reprobandus, si populum absque benedictione dimittat feria sexta in Parasceve, quia in publica ecclesia non debet recondi, *S. R. C.* 15 *Maii* 1745, *in Lucana.*

1200. Licet episcopo observari facere cæremoniam candelæ accensæ in Confirmatione conferenda, utpote ab Ecclesia receptam, ceu fidei protestativam, et meritoriam, *S. R. C.* 15 *Maii* 1745, *in Portugallen.*

1201. Non licere Tertiariis sacerdotibus S. Francisci in numero decem et octo, seu viginti nuncupatis congregatis B. M. V. de Oliveira in diœcesi Portugallensi deferre mozzettam ad instar episcoporum ; et episcopus etiam auctoritate sac. congr. per censuras, si opus sit, eos obliget ad illam deponendam, declaravit *S. R. C.* 15 *Maii* 1745, *in eadem Portugallen.*

1202. An non obstante decreto prima Sept. 1607, aut alio quocunque, possit quis in festo Omnium Sanctorum post secundas Vesperas, etiam Vesperas Vigiliæ defunctorum una cum Matutino et Laudibus recitare, facereque fructus suos, aut an obligetur sub peccato obedire prædicto decreto, et secunda Novembris dictum Matutinum cum Laudibus recitare, facereque fructus suos. Et responsum fuit : Privata Officii defunctorum recitatio pro generali illorum commemoratione absolvi licite potest post vespertinas Horas festi Omnium Sanctorum, in choro autem juxta rubricas adimplenda est mane die secunda Novembris, nisi ut populi commodius et frequentius illis interesse possint, contraria jam faceret consuetudo, *S. R. C.* 4 *Sept.* 1745, *in Ratisbonen. :* An præsente episcopo in choro, etiam non accedente legitima causa in hac sanctione expressa, legitime recitari possit post Vesperas. Vide *num.* 21.

1203. An universa diœcesis teneatur ad celebrandum sub ritu primæ classis cum Octava de festo titulari ecclesiæ cathedralis et civitatis. Responsum fuit : affirmative, *S. R. C.* 4 *Sept.* 1745, *in Pernambucen. :* Universa diœcesis : etiam de titulo cathedralis tantum, Regulares vero, et Moniales non tenentur ad Octavam. Vide *n.* 1110, et alios ibi notatos.

1204. Canonici assistentes episcopo in Missa pontificali non albam, sed rocchetum, vel cottam, quoquo modo, vel forma ad regionis morem compacta illa sint, et consueta, induere debent una cum amictu subtus dalmaticam, vel aliud chori peculiare insigne, *S. R. C.* 14 *Septembr.* 1745, *in Pernambucen.:* Vel aliud chori peculiare insigne : ut sunt tunicella pro subdiaconis, planeta pro presbyteris, et pluviale pro dignitatibus, quibus comprehenditur

Digitized by Google

primicerius, licet dubitetur an sit dignitas, *S. R. C. n.* 6 *et* 59; *Cærem. episc. lib.* 1.

1205. Quando præbendæ non sunt distinctæ, duo diaconi assistentes apud solium episcopi erunt primæ duæ dignitates immediate sequentes post primam. Si autem inter præbendatos canonicos perpetua, non autem accidentalis esset ordinum distinctio in presbyterales, et diaconales, tunc pro munere assistentiæ assumuntur primo duo canonici ex ordine diaconali. Diaconus vero evangelii, et subdiaconus pro epistola, in Missa pontificali inservientes, quando tale onus inter omnes per vices, vel alias juxta ecclesiæ consuetudinem distribuendum non sit, erunt alii duo digniores, sive canonici sive dignitates fuerint, qui sequuntur in ordine post assistentes canonicos in solio, si, ut supra dictum est, nulla intercedat ordinum vel præbendarum distinctio, *S. R. C.* 4 *Sept.* 1745, *in Pernambucen.*

1206. Cum nullus pro vicario generali episcopi determinatus sit locus, sed illum diversum obtineat juxta diversam consuetudinem ecclesiarum; idcirco scribendum episcopo, ut de suæ respondeat ecclesiæ praxi, *S. R. C.* 4 *Sept.* 1745, *in Pernambucen.* Vide *n.* 16 *et* 221.

1207. Officium parvum B. M. V. in diebus simplicibus et ferialibus, non abrogata tamen consuetudine, quæ in contrarium fortasse vigeret, tuto potest omitti, et in bona conscientia, *S. R. C.* 4 *Sept.* 1745, *in Pernambucen.:* Non abrogata consuetudine quoad consilium, non autem ex præcepto, cum non sint cogendi canonici ad recitationem in choro ex consuetudine, et synodo, Officii parvi B. M. V. Defunctorum, etc. Vide *n.* 1510.

1208. An clerici sæculares choro non astricti possint recitare de sanctis ordinis Carmelitani, si sint ejusdem Tertiarii. Responsum fuit affirmative, *S. R. C.* 4 *Sept.* 1745, *in Pernambucen.* Vide *n. seq*, 11, 659 *et* 1276.

1209. An clerici sæculares professi in militari ordine D. N. J. C. possint recitare de sanctis, de quibus recitant ejusdem ordinis claustrales. Et responsum fuit, cum clausula, dummodo non sint choro astricti, *S. R. C.* 4 *Sept.* 1745, *in Pernambucen.* Vide *n. ant.*

1210. De Titulari ecclesiæ cathedralis in genere, commemoratio inter suffragia solummodo habenda est per illos, qui sunt de gremio Ecclesiæ; secus si esset insimul Patronus principalis civitatis, *sacra Rituum congr.* 4 *Sept.* 1745, *in Pernambucen.* Vide *num.* 570 et 1294.

1211. In diœcesi Januensi die 21 Novembris fit Officium patrocinii B. M. V. et in toto dominio ejusdem fit etiam Officium patrocinii B. M. V. de Misericordia die 18 Martii: quæritur, an clerus sæcularis et regularis oppidi Novarum diœcesis Dertonen. in Dominio Januen. possit et debeat recitare utrumque Officium concessum die 21 Novembris, et 18 Martii. Responsum fuit affirmative, *sacra Rituum congregatio* 19 *Januarii* 1746, *in eadem Dertonen.*

1212. Vigore decreti Sanctissimi D. N. Benedicti XIV, editi sub die 12 Aprilis 1742, in actis sacræ congregationis exhibiti, potest Ordinarius Rhegiensis provinciæ Bononiensis in feria quinta post Sexagesimam absque alia ulteriori facultate, solemni pompa festum sancti Aloysii Gonzagæ cum communione generali, indulgentia plenaria, et Missa ejusdem sancti, celebrare juxta consuetudinem, ac respective in perpetuum assignare Patribus Societatis Jesu feriam prædictam post Sexagesimam pro spirituali populorum profectu, *S. R. C.* 19 *Januarii* 1746, *in eadem Rhegien. provinciæ Bononien.*

1213. Potest ulterius transferri Officium S. Raymundi de Pennafort ob occurrentiam fixam Desponsationis, relinquendo diem 28 Januarii vacuam, ut festum Nominis Jesu ponatur illa die, et non celebretur in Quadragesima, quando contingit illud transferri, ex eo quod Dominica secunda post Epiphaniam assignata huic Officio, aliquando incidit in Dominica Septuagesimæ *sac. Rit. congreg.* 7 *Maii* 1746, *in Varsavien.* Hoc decretum est generale, et respicit Officium S. Agnetis, ac omnia Officia transferenda in aliam diem extra 28 Januarii. Vide *n.* 979.

1214. Quando festum Purificationis occurrit in aliqua Dominica secundæ classis, ejus Officium transferendum est in feriam secundam immediate sequentem, quamvis impeditam, translato ab ea quocunque alio festo, ne continuatio mysterii Dominicæ Incarnationis diu protrahatur, *S. R. C.* 7 *Maii* 1746, *in Varsavien. in explic. Rubricæ Miss. de Bened. Cand.* Translato ab ea quocunque alio festo: intellige minoris vel æqualis ritus incidente. Vide *n.* 1234.

1215. Semel, et pro semper assignare potest Ordinarius diem non impeditam extra Dominicam, et Octavas sanctorum, festis sanctorum ad libitum, non immutata tamen lege sanctorum ad libitum, *S. R. C.* 7 *Maii* 1746, *in Varsavien.:* Non immutata lege sanctorum ad libitum: quomodo id intelligi debeat, vide *n.* 336.

1216. Non potest continuari Officiorum recitatio, quæ concessa sunt in aliquibus diœcesibus ab aliquo tempore; ut sunt de sanctis martyribus Corcomiensibus 9 Julii, et de S. Erasmo episcopo martyre 3 Junii pro Belgio, sub ritu duplici ad libitum, cum nullum fundamentum sit horum Officiorum extensionis ad regnum, *S. R. C.* 7 *Maii* 1746, *in Varsavien.*

1217. Festa simplicia perpetuo impedita, ita ut de illis nequidem commemoratio perpetuo fieri possit, non potest Ordinarius loci assignare diem aliam illis festis impeditis, *S. R. C.* 7 *Maii* 1746, *in Varsavien.* Vide *n.* 1252.

1218. Consuetudo antiqua et immemorabilis dicendi Officia de aliquo sancto sufficit ad licite continuandum ut illud recitetur, dummodo immemorabile respiciat festum in Romano Martyrologio descriptum, sin minus, negative, *S. R. C.* 7 *Maii* 1746, *in Varsavien.:* In Martyrologio descriptum: quid de sanctis non descriptis in Martyrologio, vide *n.* 630.

1219. Cum inter cætera Officia Patronorum regni Sueciæ a *S. R. C.* approbata, et sub die 25 *Maii* 1616 extensa ad regnum Poloniæ, reperiatur festum reliquiarum in ecclesia Hispalensi, Dominica proxima post festum S. Matthæi celebrandum, et diœceses regni Poloniæ varie celebrent illud, aliæ enim prædictum festum impeditum a festo altioris et æqualis ritus in Dominica præfata occurrente illo anno omittunt juxta decretum a *S. R. C.* emanatum sub die 20 *Martii* 1653. Aliæ vero diœceses, non obstante prædicto decreto, transferunt illud in primam diem non impeditam secundum alia decreta emanata sub die 16 *Septembris* 1730, et sub die 5 *Maii* 1736. Et responsum fuit, Officium reliquiarum, quod celebratur prima Dominica post festum S Matthæi, si talis Dominica fuerit Officio altioris ritus impedita, poterit in aliam diem non impeditam transferri, *S. R. C.* 7 *Maii* 1746, *in Varsavien.:* Poterit in aliam diem non impeditam transferri: tanquam Officium de præcepto, ut in *n.* 989 et 1238.

1220. Supplicatur, quid faciendum in diœcesibus Cracoviæ, et Posnaniæ, in quibus jam a tribus annis nihil fit de festo reliquiarum, quæ reperiuntur in Ecclesia Hispalensi, juxta alia iterum decreta ab eadem *S. R. C.* sub 5 *Junii* 1617, *et* 12 *Maii* 1615, *et* 5 *April.* 1625, ideo ad uniformitatem diœcesum supplicatur humillime declarari, an debeat prædictum Officium recitari, etsi impeditum sit a festo altioris ritus occurrente in præfata Dominica, vel possit, necne, transferri ad primam diem non impeditam non obstante citato decreto. Et responsum fuit: Officium reliquiarum prædictarum, impedita Dominica a festo altioris ritus, in diem aliam non impeditam

Digitized by Google

transferri, *S. R. C.* 7 *Maii* 1746, *in Varsavien.* Vide *num. ant.*

1221. Cum Officium gratiarum actionis pro victoria de Turcis obtenta pro Polonia concessum sit, atque approbatum a S. R. C. sub die 21 *Januarii* 1639, sub ritu duplici, et Missa nulla sit ordinata, varie illam sacerdotes dicunt, alii dicunt votivam de SS. Trinitate cum secunda oratione pro gratiarum actione, ut in Missali; alii vero Missam quidem dicunt de sanctissima Trinitate, sed orationem dicunt ex Officio, et quidem unicam, Evangelium etiam conforme Officio, non illud, quod est in votiva de sanctissima Trinitate: ideoque ad tollenda dubia supplicatur declarari qualiter debeat dici Missa, num priori modo, an posteriori, utpote in quo Missa est conformior Officio. Responsum fuit: Exhibeant Officium concessum, ut ex ipso designari possit Missa, *S. R. congreg.* 7 *Maii* 1746, *in Varsavien.*

1222. Cum præscriptum sit, dicendum esse Officium de Dedicatione in ipsa die consecrationis a clero illius ecclesiæ, quæ consecratur, dubium est, utrum episcopus consecrans, etiam non Ordinarius loci, debeat dicere idem Officium de Dedicatione. Et responsum fuit negative quoad præceptum; poterit tamen, si velit, ex congruentia, *S. R. C.* 7 *Maii* 1746, *in Varsavien.*

1223. Commemoratio de SS. Sacramento in Missis privatis poterit fieri, quando ejus expositio fiat pro publica causa, etiamsi Sacramentum expositum sit in pyxide, *sacr. R. C.* 7 *Maii* 1746, *in Varsavien.*: Commemoratio in Missis privatis poterit fieri: exceptis diebus primæ vel secundæ classis. Vide *n.* 1010 et 1106.

1224. Missæ de *Requiem*, extra altare, ubi est expositum sanctissimum Sacramentum etiam in pyxide, poterunt celebrari, dummodo tamen oratio coram sacramento non sit pro publica causa, *S. R. C.* 7 *Maii* 1746, *in Varsavien.* Vide *num. ant. et seq.*

1225. Genuflexio utroque genu est facienda a transeuntibus ante sanctissimum Sacramentum, etiamsi fuerit in pyxide patenter expositum, *S. R. C.* 7 *Maii* 1746, *in Varsavien.*: Genuflexio utroque genu: quid de sacerdote Missam celebraturo, et de crucem ferente, vide *n.* 23, 278 et 314.

1226. Quando frequenter fiunt expositiones Sanctissimi publice in majori altari, et præter Missam solemnem, dicuntur etiam Missæ privatæ ad idem altare majus, an etiam in Missis privatis ad altare majus, et ad alia altaria minora, durante expositione Sanctissimi poterit fieri commemoratio de Sacramento durante expositione. Responsum fuit: Poterit fieri commemoratio de Sanctissimo Sacramento durante expositione, *S. R. C.* 7 *Maii* 1746, *in Varsavien.* Vide *num. ant. et sequent.* Missæ privatæ ad idem altare majus: nisi ex necessitate celebrandæ, ad majorem enim decentiam erit abstinendum, *Cærem episc. lib.* I, *cap.* 12, *num.* 9. Quid statuatur de Missa solemni, vide *n.* 481.

1227. Exposito Sanctissimo Sacramento in altari majori, dum sub *Magnificat* in Vesperis idem altare majus incensatur, an debeant etiam incensari alia altaria, ex eo quod incongruum esse videatur relinquere in altari expositum Sacramentum, et utrum thurificato altari majori, ubi est expositum Sanctissimum, debeat etiam fieri thurificatio illius, in quo est reconditum Sanctissimum in ciborio. Responsum fuit, non esse thure adolenda alia altaria, licet alibi Sanctissimum Sacramentum asservetur, *S. R. C.* 7 *Maii* 1746, *in Varsavien.*: Non esse thure adolenda: ac idem servandum non exposito Sacramento. Vide *num.* 305.

1228. Transeuntes ante expositam reliquiam S. crucis, utrum debeant genua usque ad terram flectere, vel etiam, an sufficiat semigenuflexio, uti solet fieri coram episcopo: et utrum eadem genuflexio facienda sit ante prædictam reliquiam S. crucis, quæ, licet non sit exposita, asservatur tamen occlusa in aliquo altari, aut etiam quando exposita est, sed non apparet, ex eo quod pars illa, quæ respicit populum, habeat figuram Christi Crucifixi. Et responsum fuit: Si loco principe reliquia sanctissimæ crucis super altare fuerit exposita, tunc transeuntes ante illam unico genu usque ad terram flexo venerari debent; diversimode vero sola capitis inclinatione, si præfata reliquia recondita erit intra custodiam, *S. R. C.* 7 *Maii* 1746, *in Varsavien.*: Tunc transeuntes ante expositam reliquiam SS. crucis: excipe celebrantem paratum, canonicos cathedralis, et collegiatæ, non obstante consuetudine in contrarium (qui non genuflectunt, nisi feria sexta in Parasceve) excepto crucifero, ut eruitur ex *Cærem. episcop. lib.* II, *cap.* 27, *num.* 7, *et cap.* 27, *num.* 12; *Rubr. Missal.* 7, *de Introitu, et* 8, *de Offert.* Vide *n.* 127, et 1072.

1229. Cum contingat sæpius in ecclesiis regularium, vel aliis, præsertim in die Obitus, seu anniversario defunctorum, Missas celebrari a confluentibus sacerdotibus, supplicatur declarari, an sacerdotes, qui recitant Officium de festo duplici, confluentes ad ecclesias sive regularium, sive aliorum, ubi dicitur Officium de semiduplici, possint ibi dicere Missas privatas defunctorum. Responsum fuit negative, *S. R. C.* 7 *Maii* 1746, *in Varsavien.* Ad recte et absolute observandum præsens decretum, et sine scrupulo, vide quæ diximus in *n.* 753.

1230. Recitantes Officium de Martyre, et celebrantes in ecclesiis, ubi dicitur de confessore, utrum debeant se conformare in colore illis ecclesiis, etiam si nulla ibi sit solemnitas. Responsum fuit affirmative, etiam quoad Missam, quæ non poterit celebrari de sancto confessore, si color fuerit rubeus, *S. R. C.* 7 *Maii* 1746, *in Varsavien.*: Etiam quoad Missam: sed cum Missali Romano, ubi particulares puta alicujus religionis celebrantur. Vide *n. ant.* 753 et 894.

1231. An Dominica infra Octavam Beatæ Mariæ Virginis, ut de S. Maria de Monte Carmelo in Missa, etc., sacerdotes, qui accedunt ad dictam ecclesiam, debeant in ea celebrare Missam de S. Maria cum commemoratione et evangelio Dominicæ in fine, et an possit eadem ecclesia celebrare ejusmodi Missam solemnem, prout singulis annis celebrat dicta Ecclesia de Massa absque ulla commemoratione. Responsum fuit: In Dominica infra Octavam, Missæ privatæ nequeunt dici de festo, sed dicuntur de Dominica cum commemoratione Octavæ juxta rubricas, constito tamen de concursu populi, permittitur unica tantum Missa solemnis de Octava, cum *Gloria* et *Credo*, absque ulla commemoratione, *S. R. C.* 3 *Septemb.* 1746, *in una Massæ, et Populonii*: Constito tamen de concursu populi, vel alia causa: vide *n.* 430. Unica recitata oratione de Beata Maria sine commemoratione Dominicæ et evangelio ejusdem in fine: vide *n.* 348, et 1013.

1232. An in exsequiis defunctorum sacerdotum, præsente corpore, subdiaconus se sistere debeat ad caput defuncti sacerdotis, vel ad pedes, juxta opinionem P. Merati. Responsum fuit: Servetur Rituale Romanum, et in exsequiis defuncti sacerdotis præsente corpore locetur crux ad caput defuncti inter feretrum, et altare, *S. R. C.* 3 *Septembris* 1746, *in una Massæ, et Populonii*: Servetur Rituale: ubi dicitur: *Finita Missa, sacerdos deposita casula, et manipulo, accipit pluviale nigri coloris, et subdiaconus accipit crucem, accedit ad feretrum, et se sistit ad caput defuncti cum cruce, medius inter duos acolythos, seu ceroferarios cum candelabris, et candelis accensis, et omnes alii de clero veniunt ordinati in gradu suo cum candelis accensis, et stant in circuitu feretri. Rit. Rom. de exseq. n.* 7.

1233. Officium Sanctissimi Sacramenti, quod recitatur ex privilegio in feria quinta non impedita per annum a festis duplicibus, vel semiduplicibus, demptis quoque feriis Adventus, Quadragesimæ,

Digitized by Google

etc., si occurrat in Vesperis cum alio officio semiduplici, dividit Vesperas a capitulo, *S. R. C.* 1 *Julii* 1747, *in Zagabrien.* Vide *n.* 448 *et* 1185.

1234. An quando festum Purificationis B. M. V. occurrit in Dominica privilegiata, ejus officium transferri debeat in feriam secundam immediate sequentem, an in primam diem non impeditam festo duplici, vel semiduplici. Responsum fuit: Quando hujusmodi casus intervenerit, Officium Purificationis esse transferendum in feriam secundam immediate sequentem, quocunque festo etiam æqualis, non tantum altioris ritus, in eam incidente, et idem servandum mandavit, quando festum Annuntiationis beatæ Mariæ Virginis occurrat in Dominica privilegiata; quod si in hebdomada majori, vel Paschali, tunc Annuntiationis Officium pari cum privilegio in feriam secundam post Dominicam in albis transferri voluit, atque hoc decretum generalibus Kalendarii Romani Rubricis adjici præcepit *S. R. C.* 20 *Julii* 1746, *in decreto Urbis et Orbis:* Quod si in hebdomada majori: excipe feriam sextam et Sabbatum, de quibus require *num.* 620 *et* 1095.

1235. An in ecclesiis sub titulo S. Mariæ Angelorum fieri debeat die secunda Augusti officium cum Missa de beata Maria Virgine, prout hactenus servatum fuit, vel potius festum S. Mariæ angelorum sit celebrandum die Assumptionis ejusdem. S. R. C. re mature discussa, ad relationem eminentissimi et reverendissimi D. cardinalis Alexandri Albani rescribendum censuit, servari solitum; nempe in casu proposito die secunda Augusti faciendum esse Officium cum Missa de beata Maria Virgine titulari Ecclesiæ, prout in festo ad Nives, præter lectiones secundi nocturni, quæ sumendæ sunt ex secundo nocturno Nativitatis ejusdem beatæ Mariæ, mutato verbo *natali* in verbum *festivitate*, juxta decretum editum die decima Junii anni 1690, in una ord. Min. de Observ. *sac. R. C.* 7 *Sept.* 1748, *in una ord. Capuccinorum provinciarum Calabriæ in Italia Sanctissimo Papæ Benedicto XIV suppliciter porrecta, et ad sac. Rit. congreg. eadem die remissa.* Servari solitum apud Franciscanos: vide *n.* 623. Secus apud alios. Vide *n.* 844.

1236. An Dedicatio Ecclesiæ cathedralis, ad quam regulares intra eamdem civitatem constituti, sub ritu duplici secundæ classis celebrandam tenentur, ultra illius Octavam transferri possit ab iisdem regularibus, si prima dies altiori festo, simulque tota reliqua Octava aliis novem lectionum festis impedita sit. Responsum fuit affirmative, *sac. R. C.* 11 *Januarii* 1749, *in una ord. Excalceat. S. Augustini provinciæ Austriæ.* Tenentur... ultra illius Octavam transferri...: non tenentur vero, imo non possunt Octavam Dedicationis celebrare, et ligat etiam moniales Ordinariis subjectas. Vide *n.* 757. Episcopus vero cogere debet eosdem, ut cathedralis Dedicationem adimpleant. Vide *n.* 1278.

1237. Festum Patrocinii S. Joseph occurrens in festo altioris ritus transferri potest, non obstante decreto 20 Martii 1683. Nam eadem sac. Rit. congreg. die 26 Novemb. 1735, hanc declarationem edidit: Cum in tota Hispania sit concessum, ut in tertia Dominica post Pascha celebretur festum Patrocinii S. Joseph sub ritu duplici; quæsitum fuit, si cadat in illa die festum majoris ritus, an festum Patrocinii S. Joseph sit transferendum ad aliam diem. Et responsum fuit, transferri posse. Hæc declaratio facta pro regnis Hispaniæ valet etiam pro aliis regnis quibus idem Officium concessum est, *S. R. C.* 11 *Januarii* 1749, *in una ord. Excalceat. provinciæ Austriæ:* Transferri posse: juxta decretum citatum de anno 1735, sub *n.* 960, tanquam officia de præcepto, et non gratiose concessa. Vide *num.* 989, 1238 *et* 1350.

1238. An festum titulare archiconfraternitatis Septem Dolorum, quod pro regnis, et provinciis hæreditariis augustissimæ domus Austriacæ, ab utroque clero sub ritu duplici celebrari debere indultum est tertia Dominica Septembris, cum in religione Sancti Augustini idipsum sæpe impediatur ab Octava B. Mariæ Virginis et S. Nicolai, ac festum S. Thomæ de Villanova eadem Dominica celebretur, possit similiter transferri, præcipue quod hoc festum potius videatur repetitio alterius, quod feria sexta post Dominicam Passionis in Quadragesima celebratur, prout patet ex oratione et lectionibus secundi nocturni, quæ sunt eædem. Responsum fuit affirmative. Quia pro statibus Austriacis tale Officium est de præcepto: dicitur enim in decreto concessionis die 28 Augusti 1734, *Recitari debere.* Officia autem de præcepto, licet sint fixa certis diebus, si in his impediantur, transferri possunt juxta decretum S. Rit. C. 5 Maii 1736, in Einsidlen., *sac. R. C.* 11 *Januarii* 1749, *in una Ordinis S. August. Excalceat. provinciæ Austriæ.* Vide *num. anteced. et* 989.

1239. An festum Sanctissimi Nominis beatæ Mariæ Virginis, quod pro regnis, et provinciis Austriacis est duplex secundæ classis, in occurrentia cedere debeat festo S. Nicolai Tolentinatis, quod est duplex secundæ classis cum Octava, præsertim cum illud Viennæ cum solemnissima utriusque cleri processione, maxima exteriori pompa, Indulgentiis etiam plenariis, ac ingenti populi concursu ob liberationem Viennensis civitatis ab obsidione Turcarum celebretur. Responsum fuit negative. Octava enim non elevat ritum. In paritate autem ritus attendi debet tum major dignitas beatæ Mariæ Virginis juxta rubricam de concurrentia officii tit. xi, n. 2, tum major solemnitas celebrationis et populi concursus juxta decretum die 20 Martii 1683, in quo sic: Si Officia, quæ recitari debent in aliquibus regnis, sint ejusdem ritus, et dignitatis, an sit præferendum Officium loci Officio in proprio religionis Kalendario descripto. Resolutum fuit, præferendum esse Officium, quod cum majori solemnitate, et populi concursu celebratur, *sac. R. C.* 11 *Jan.* 1749, *in una ord. S. Augustini Excalc. provinciæ Austriæ:* In paritate autem ritus; ut hic asseritur attendi debet major dignitas; secus autem in disparitate ritus, ut videre est *num.* 1314. Decretum vero in hac sanctione notatum vide *numer.* 554.

1240. An ubi habentur insignes reliquiæ plurium sanctarum virginum et martyrum e societate S. Ursulæ, debeat de illis fieri Officium duplex 21 Octob. cum commemoratione S. Hilarionis, et Ursulæ, et sociarum, vel possit aliis distinctis extra illum diebus de singulis illarum in particulari, prout hactenus alicubi die 17 et die 19 Decemb. observatum fuit, recitari Officium duplex. Quod si primum fieri oporteat, quæritur adhuc, an id faciendum, ubi festum SS. Ursulæ et sociarum est duplex, vel semiduplex, aut hoc potius in aliam diem non impeditam transferendum sit. Responsum fuit, fieri debere Officium duplex de SS. Ursula et sociis cum sola commemoratione S. Hilarionis, sicut fit Romæ in patriarchali ecclesia S. Mariæ Majoris, ubi asservatur caput unius ex sociis S. Ursulæ. Et ita pariter fieri debet absque ulla translatione in illis ecclesiis, in quibus festum SS. Ursulæ et sociarum aliunde esset duplex, vel semiduplex, *sac. R. C.* 11 *Jan.* 1749, *in una ord. S. Augustini Excalceat. provinciæ Austriæ:* Insignes reliquiæ: quæ sint, vide *n.* 215.

1241. Ubi processio SS. Sacramenti in ejus festo die, vel per Octavam ea, qua decet, solemni pompa nequiverit haberi, designabit episcopus pro suo arbitrio et prudentia unicuique ecclesiæ aliquam ex sequentibus Dominicis, in qua celebrata Missa cum commemoratione SS. Sacramenti juxta rubricarum præscriptam formam solemnis illius processio peragi possit, *S. R. C.* 8 *Martii* 1749, *in Lisbonen.:* Ea

Digitized by Google

qua decet solemni pompa : id est præcedente cruce hastata, etc., de quo vide *num.* 1130. Celebrata Missa : currenti eum colore festo, seu Officio convenienti. Vide *n.* 641, 1137 *et* 1235.

1242. Exorto dubio in ecclesia parochiali et collegiata S. Jacobi de Luprio civitatis Venetiarum, an liceat die 2 Augusti celebrari festum S. Petri ad Vincula, prout ab antiquo tempore consuevit, eo quod præcedenti die perpetuo occurrat Octava S. Jacobi apostoli ejusdem ecclesiæ titularis, an potius recitandum sit Officium S. Hermolai, quod paucis abhinc annis in diœcesi Venetiarum sub ritu semiduplici affixum fuit diei secundæ Augusti. Pro parte capituli dictæ ecclesiæ S. R. C. humillime supplicatum fuit, quatenus dignaretur declarare, nedum quid in subjecto casu sit faciendum, verum etiam an possit assignari semiduplex infra Octavam non privilegiatam. Responsum fuit ad primum : Die 2 Augusti agendum esse in dicta ecclesia S. Jacobi de Luprio Venetiarum de festo S. Petri ad Vincula. Ad secundum : Festum semiduplex a sua die perpetuo amotum celebrari deinceps potest infra Octavam non privilegiatam in die ipsi assignanda, tanquam sede illius fixa, juxta decretum die 28 Novemb. 1744, in Perusina. *Eadem sac. R. C.* 19 *Apr.* 1749, *in una Venetiarum.* Prout ab antiquo tempore consuevit : ad hanc petitionem decretum fuit, fieri de festo S. Petri ad Vincula, cum non sit regulariter amplius amovendum Officium (quod erat jam perpetuo impeditum) a die assignata, eo quia nunc vel postea assignaverit Ordinarius, aut etiam *sac. R. C.* eamdem diem alicui Officio, sed firmam et propriam sedem jam primum adeptum sit. Vide *n.* 879, 893 *et* 1256. Decretum vero de celebrando Officio semiduplici, perpetuo impedito, infra Octavam non privilegiatam, habes sub *n.* 1193, una cum alio *n.* 1184.

1243. Instructio pro oratione Quadraginta Horarum Romæ jussu fel. rec. Clementis XI, primum edita, extra Urbem non obligat; laudandi tamen, qui se illi conformare student, nisi aliud ab ordinariis locorum statutum sit, *sac. R. C.* 12 *Julii* 1749, *in una cong. S. Philippi Nerii civitatis Patavinæ,* Clem. XI primum edita : deinde ab aliis Summis Pontificibus ordinata, signanter *die* 1 *Septemb.* 1736, cujus initium : *Essendo state fatte.*

1244. An presbyteri ordinandi statim ab initio, vel solum a *Suscipe, sancte Pater,* etc., debeant inchoare Missam cum celebrante, et ordinante episcopo Responsum fuit, teneri solum a *Suscipe, sancte Pater, sac. R. C.* 20 *Septembris* 1749, *in una Javarinen. in Hungaria.* Vide *num. seq.*

1245. An presbyteri ordinandi debeant legere Missam stantes, vel in terram genuflexi. Responsum fuit negative ad primam, affirmative ad secundam partem, *sac. Rit. congreg.* 20 *Septemb.* 1749, *in Javarinen. in Hungaria.* Vide *n. ant. et seqq.*

1246. An presbyteri ordinandi omnes illas, quas episcopus ordinans in Missa facit, actiones debeant facere, adeoque an ii presbyteri debeant cruces manu super oblata peragere, an genuflectere, etc., an denique omnia illa, quæ episcopus sub sacrificio agit; agere. Similiter idem quæritur de episcopo consecrando. Responsum fuit ad primum, negative; ad secundum, servandum esse Pontificale Romanum, *sac. R. C.* 20 *Septemb.* 1749, *in Javarinen. in Hungaria.* Vide *n. ant. et seq.* Servandum esse Pontificale Romanum : in quo præscribitur : *Dicto Offertorio, consecrator sedet cum mitra in faldistorio, ante medium altaris. Et consecratus veniens ex sua capella, inter assistentes episcopos medius coram consecratore genuflectit, et illi offert duo intortitia accensa, duos panes, et duo barilia vino plena, et consecratoris prædicta recipientis manum reverenter osculatur. Deinde consecrator lavat manus, et accedit ad altare, consecratus etiam ad posterius cornu epistolæ altaris ejusdem accedit, et ibi stans medius inter episcopos assistentes, ante se habens Missale suum, simul cum consecratore dicit et facit omnia, prout in Missali. Et ponatur una hostia consecranda pro consecrante, et consecrato, et vinum consecrandum in calice, sufficiens pro utroque. Pont. Rom. p.* 1 *tit.* de Consecrat. electi in episcopum. Vide *n. ant. et seq.*

1247. An presbyteri ordinandi postquam sunt de corpore D. N. J. C. communicati, debeant de illo calice, quem in ordinatione sua tetigerunt, ablutionem sumere. Responsum fuit non esse necesse, *sac. R. C.* 20 *Septemb.* 1749, *in Javarinen. in Hungaria.* Ablutionem sumere : non in calice, quo Pontifex celebravit, sed in alio cum vino, *Pontif. Rom. par.* i, *tit. de Ordinat. presbyter.* Vide *num. anteced.*

1248. Cum Sabbato Sancto unica tantum in quavis ecclesia Missa cantata admittatur, an episcopus in privata capella, vel in oratorio possit ordinationem sub Missa lecta servare. Et quatenus affirmative, an debeat post communionem idem episcopus pro Vesperis, *Alleluia, Vespere autem,* etc. *Laudate Dominum, Magnificat,* etc., dicere. Responsum fuit, ad mentem, *sacr. Rit. congregat.* 20 *Septembris* 1749, *in Javarinen., in Hungaria.* Vide *num.* 1165 et 1168.

1249. An episcopi non habentes facultatem specialem concedendi in oratoriis privatis, et capellis pro sæcularibus, et aliis, legendi Missam, possint licentiam dictam petentibus consedere. Responsum fuit negative, *sac. R. C.* 20 *Septemb.* 1749, *in Javarinen. in Hungaria :* Negative : et hæc facultas spectat ad Papam, ex constit. Bened. XIV, 2 *Julii* 1751, quæ incipit : *Magno cum animi nostri.* Vide *num.* 620.

1250. Cum in rubricis de sacramento Confirmationis dicatur : Adulti seu alii majores ponant pedem suum super pedem dexterum patrini sui : quæritur, an sufficiat, si patrinus ponat manum dexteram super humerum dexterum confirmandi. Responsum fuit, sufficere, *S. R. C.* 20 *Septemb.* 1749, *in Javarinen. in Hungaria.* Vide *num. sequent.*

1251. An confirmandus tempore Confirmationis, quando episcopus dicit : *N. Signo te signo crucis,* etc., præter nomen suum baptismale, possit aliud nomen sancti sibi imponi curare. Responsum fuit, posse, *S. R. C.* 20 *Septemb.* 1749, *in Javarinen., in Hungaria.*

1252. *Il compositore del calendario per i religiosi e religiose di S. Francesco, sotto l' obbedienza del ministro generale di tutto l' ordine Serafico, umilmente espone, come leggendosi nel Rituale del Merati alla sezione* 3, *capitolo* 4, de festo simplici, *citato un decreto del dì* 22 *Gennaro* 1735, *col quale la sacra Congregazione assegna a S. Teodore martyre di rito semplice, per i Padri Minori Conventuali, il giorno* 12 *Novembre, per l' impedimento perpetuo della Dedicazione della basilica Constantiniana, celebrata da essi sotto rito di prima classe, e per le monache del terzo Ordine di S. Francesco, quali celebrano S. Elisabetta d' Ungaria sotto l' istesso rito, come Padrona principale, si assegna a S. Ponziano, Papa e martire, il giorno* 20 *dell' istesso mese; ma non trovandosi tal decreto nel registro della Segretaria, supplica l' EE. VV, a dichiarare, se si debba tale decreto osservare tanto dalle suddette religiose, quanto per altre diverse chiese dell' ordine, nelle quali occorrono molti Santi del detto rito perpetuamente impediti, ovvero si debba nelle dette chiese lasciare totalmente la memoria di essi santi, tanto più, che la rubrica generale, dove al titolo decimo* de Translatione festorum, *si legge al num.* 8. Eo anno de eo non fit amplius, *parla dei santi semplici impediti dalle feste di prima classe mobili? Che della grazia,* etc. Et sacra congregatio, re mature

Digitized by Google

discussa, ad relationem eminentissimi et reverendissimi D. cardinalis Tamburini ponentis sanctæ memoriæ, rescribendum censuit: Si festum simplex perpetuo impediatur ob occurrentiam duplicis primæ classis, non esse ad aliam diem transferendum juxta rubricas, *S. R. C. die* 18 *Jul.* 1750, *in una ord. Min. S. Francisci.* Vide *num.* 1217.

1253. Regulares degentes in civitate tenentur ad Officium Dedicationis cathedralis sub ritu secundæ classis, extra civitatem et per totam diœcesim non tenentur, neque ad recitationem Officii in die festo, *S. R. C. die* 29 *Jan.* 1752, *in una ordinis Carmelitarum Discalceatorum provinciæ Poloniæ.* Officium Dedicationis cathedralis fit a Regularibus et Monialibus in civitate sub ritu duplici secundæ classis sine Octava, et similiter a Sæcularibus in diœcesi. Vide *num. seq.* 498, et alios ibi notatos.

1254. Cum in omnibus diœcesibus regni Poloniæ, et magni ducatus Lithuaniæ, Officio Dedicationis ecclesiæ cathedralis assignata sit dies Dominica in perpetuum, et in eadem Dominica recitetur quotannis, utrum aliquando apud Regulares, occurrente in illa Dominica alio festo altioris ritus, vel dignitatis, debeat prædictum Officium Dedicationis ecclesiæ cathedralis apud Regulares transferri in aliam diem non impeditam, etiam ultra duas septimanas, an omitti juxta decretum *S. R. C.* emanatum anno 1633, 20 Martii. Et insuper utrum cedere debeat prædictum Officium Dedicationis ecclesiæ cathedralis Officio solemniori alicujus religionis occurrenti eadem die Dominica sub eodem ritu. Ad primam ejusdem dubii partem responsum fuit, transferendum esse ad primam diem non impeditam; ad secundam vero, servari rubricam x Breviarii Romani de concurrentia festorum *num.* 2, *S. R. C. die* 29 *Jan.* 1752, *in una ordinis Carmelitarum Discalceat. provinciæ Poloniæ :* Servari rubricam x Breviarii; in qua legitur *sub num.* 6 : *Si duo vel plura festa novem lectionum simul eodem die veniant, fiat Officium de majori, id est, de duplici, et semiduplicia transferantur. At si omnia fuerint duplicia, fiat de digniori, seu solemniori, et quæ minoris solemnitatis sunt, transferantur, Rub. Brev. citat.* Inter festa autem æqualis solemnitatis qualis ordo præcise attendatur vide *num.* 522. Decretum vero in præsenti lege signatum sub *num.* 555, ut omittatur Officium Dedicationis, non est considerandum circa Officia de præcepto recitanda, inter quæ hoc festum considerari debet, ut in *n.* 1278, sed de illis duntaxat gratiose concessis. Vide *num.* 989, 1238 et 1257.

1255. Dum fit expositio Sanctissimi Sacramenti ratione solemnitatis ad populum in Dominicis privilegiatis, vel aliis festis, in altari majori, ubi est expositum publice sacramentum, si celebretur Missa diei, celebrari debet cum paramentis festo, seu Officio convenientibus, scilicet non est adhibendus color albus, uti competens solemnitati ratione expositionis, sed etiam violaceus, *S. R. C.* 29 *Jan.* 1752, *in una ordinis Discalceat. Carmelitarum provinciæ Poloniæ:* Ubi est expositum publice sacramentum, si celebretur, propter necessitatem intellige; ait enim Cæremoniale : *Non incongruum, sed maxime decens esset, ut in altari, ubi Sanctissimum Sacramentum situm est, Missæ non celebrarentur, quod antiquitus observatum fuisse videmus. Cærem. episc. lib.* 1, *cap.* 12, *num.* 9. Vide *num.* 641, 1137 et 1241. Missa vero solemnis quando rite celebrari possit. Vide *num.* 481 et 1226.

1256. Cum in provincia Polona et Lithuana ob occursum in perpetuum cum festo S. Stanislai episcopi martyris patroni principalis ex die 8 Maii Officium Apparitionis S. Michaelis archangeli translatum in diem decimam Maii tanquam propriam recitaretur, quæritur, utrum nunc, cum sacra Rituum congregatio Officio S. Antonini de præcepto semiduplici eamdem diem decimam Maii assignaverit pro universali Ecclesia, debeat cedere Officium Apparitionis S. Michaelis archangeli ad uniformitatem Officii S. Antonini: Et responsum fuit: Officium jam translatum Apparitionis S. Michaelis archangeli ob occursum festi S. Stanislai episcopi martyris, quod in Polonia sub ritu duplici primæ classis celebratur, et perpetuo assignatum diei 10 Maii, non erit ulterius amovendum propter Officium S. Antonini episcopi eo die in Ecclesia celebrandum, sed firmo remanente Officio Apparitionis, illud S. Antonini transferatur in primam diem non impeditam, *S. R. C.* 29 *Jan.* 1752, *in una ordinis Carmelitarum Discalceat. provinciæ Poloniæ :* Non erit ulterius admovendum, assignatio enim non est translatio, sed propria sedes festi illius regulariter reputatur, et ideo decretum hoc est generale. Vide *num.* 879, 893.

1257. Utrum occurrente aliquando festo altioris ritus in Dominica secunda post Pascha, in qua ex indulto sacræ Rituum congregationis recitatur in Polonia Officium affixum huic Dominicæ Sanctissimi Sepulcri, debeat prædictum Officium SS. Sepulcri transferri in aliam diem non impeditam, an omitti juxta decretum anni 1683, 20 Martii emanatum. Responsum fuit : Officium SS. Sepulcri, si occurrerit festum altioris ritus, non erit ad aliam Dominicam transferendum, sed prorsus omittendum, *S. R. C.* 29 *Januar.* 1752, *in una ordinis Carmelitarum Discalceat. provinciæ Poloniæ :* Sed prorsus omittendum, quia ex indulto, non ex præcepto recitatur, juxta decretum 20 Martii 1683 hic enuntiatum, quod exstat sub *num.* 555. Vide *num.* 989, 1238 et 1253.

1258. Etsi cum maxima solemnitate, et concursu populi, canetur ab immemorabili tempore, in Adventu Domini, singulis diebus Missa votiva beatæ Mariæ Virginis, quæ vocatur *Rorate*, instituta etiam a concilio provinciali, ut est in regno Poloniæ, a Paulo V Papa approbato, non est tamen recensenda inter Missas votivas pro re gravi, vel pro publica causa, sed haberi duntaxat poterit ut mera populi devotio, *S. R. C.* 29 *Januar.* 1752, *in una ordinis Carmelitar. Discalceat. provinciæ Poloniæ :* Singulis diebus, exceptis solemnioribus festivitatibus. Novem dies vero ante Nativitatem Domini sunt privilegiati, ubi adest consuetudo et concursus in quibus quotidie, etiam diebus solemnibus, unicam Missam cantare votivam cum *Gloria* et *Credo* non negatur. Vide *num.* 348 et 1189.

1259. Utrum ex præscripto fundatorum, et institutione eorumdem possit dici Missa de Assumptione, Purificatione, Conceptione beatæ Mariæ Virginis in Sabbatis, vel aliis feriis per annum non impeditis festo duplici. Responsum fuit : Non sunt violandæ rubricæ imperitorum laicorum causa, et ideo petentibus Missam votivam de Assumptione, etc., fiet satis celebrando unam ex Missis votivis beatæ Mariæ Virginis juxta temporis occurrentiam, *S. R. C.* 29 *Jan.* 1752, *in una ordinis Carmelitarum Discalc. provinciæ Poloniæ :* Fiet satis, sed contra rubricas forte non agitur, si votiva Missa recitetur de Septem doloribus beatæ Mariæ Virginis, ut eruitur ex Missali Romano de eodem festo in mense Martio. Infra Octavam vero alicujus festivitatis, licet non fiat Officium de S. Maria, erit congruenter ejus votiva de Octava sine *Gloria* et *Credo.* Vide *num.* 1283.

1260. Cum in regno Poloniæ ab immemorabili consuetudine recitetur 28 Septembris Officium sancti Wenceslai martyris sub ritu duplici minori, et sub eodem similiter ritu duplici minori recitetur 5 Martii Officium Translationis ejusdem sancti Wenceslai martyris, utrum licite tolerari possit, ut festum principale, et ejus Translatio sub eodem ritu celebretur, sicut in Magno Ducatu Lithuaniæ Officium S. Adalberti, et ejus Translatio, et an debeat cessari a recitatione Officii Translationis S. Wen-

ceslai martyris sub ritu duplici in regno Poloniæ, sicut et in Lithuania, a recitatione Officii Translationis S. Adalberti. Responsum fuit : Servetur solitum, *S. R. C.* 29 *Januarii* 1752, *in una ordinis Carmelitarum Disc. provinciæ Poloniæ.*

1261. In iis ecclesiis Regularium, quibus non est consuetum canendi quotidie Missam currentis Officii, utrum in Missa solemni, quæ sola canitur pro re gravi, vel ob occursum festi solemnis, de quo eodem die Officium nequit fieri, non cantata Missa Officii diei, nempe de Dominica privilegiata, feria majori, vel festo aliquo, debeat addi collecta illius diei Officii currentis ? Responsum fuit : In Missis votivis solemnibus, quæ pro re gravi, vel ob occursum festi solemnis in aliam diem sunt transferendæ, etsi unica tantum cantatur Missa, unica oratio dicenda est, *S. R. C.* 29 *Jan.* 1752, *in una ordinis Carmelitarum Discalceat. provinciæ Poloniæ :* Unica oratio dicenda est, cum Evangelio in fine Missæ S. Joannis, cum Præfatione propria, si habeat Missa, vel de communi. Vide *num.* 348, 835 et 851.

1262. Utrum sacerdos sæcularis, vel regularis, habens Officium duplex, et quid si duplex primæ, vel secundæ classis, celebrans in aliena Ecclesia ex devotione, ubi celebratur festum solemne, debeat celebrare Missam se conformando illi Ecclesiæ, ubi celebrat, etiam quoad solemnitatem, et colorem paramentorum. Utrum etiam sacerdos sæcularis habens Officium duplex, et quid si duplex primæ, vel secundæ classis, celebrans in aliena Ecclesia ex obligatione in sepultura solemni alicujus cadaveris, vel exsequiis solemnibus, debeat se conformare illi Ecclesiæ celebrando Missam de *Requiem ;* responsum fuit : Serventur decreta alias edita in una Tertii Ordinis S. Francisci de undecima Junii 1701. Et sacerdotes tam sæculares, quam regulares conformare se debeant ritui Ecclesiæ, in qua celebrant, *S. R. C.* 29 *Januar.* 1752, *in una ordinis Carmelitarum Discalceat. provinciæ Poloniæ.* Pro adimplenda rite et absolute mente hujus decreti, vide ea, quæ diximus in adnotatione ad *num.*. 753. Nota. Hæc decreta cum novissima sint, derogant quibuscumque aliis prioribus. *L. Non est novum* 26 *et L. Sed et posterius* 35, *ff. de Legib. cap.* 1, *de Constitutionib. in* 6, et per consequens certum est, quod nunc celebrans in aliena ecclesia se debeat in Missa conformare ecclesiæ in qua celebrat, saltem in casu alicujus solemnitatis, vel solemnis exsequiæ. Sic Cavalieri in Kalendario anni 1757, in fine.

1263. Missæ privatæ *de Requiem*, etiam corpore præsente, et insepulto, dici non possunt diebus, quibus fit de Officio duplici etiam minori, vel aliis a rubrica exceptis, et quæcunque consuetudo in contrarium abusus esse declaratur ; Missa tamen unica solemnis insepulto corpore celebrari poterit etiam in Dominicis, et festis diebus, non tamen solemnioribus primæ classis, *S. R. C.* 29 *Januar.* 1752, *in una ordinis Carmelitarum Discal. provinciæ Poloniæ:* Vel aliis a rubrica exceptis, ut sunt feriæ majores, et Dominicæ omnes, in quibus prohibetur fieri de festo duplici, ut in Breviario : Solemnioribus primæ classis, festivis et celebribus, intra quas feriæ secundæ, et tertiæ Paschalis, et Pentecostes non numerantur. Vide *n. seqq.* 75 *et* 1102.

1264. Utrum in majori Hebdomada, excepto triduo ante Pascha, et biduo post, et infra octavam Paschæ et Pentecostes, ac etiam in festis duplicibus primæ classis, non tamen celebribus, possit cantari Missa unica solemnis *de Requiem* in sepultura cadaveris ? Responsum fuit, affirmative. *S. R. C.* 29 *Januar.* 1752, *in una ordinis Carmelitarum Discalceat. provinciæ Poloniæ :* Excepto triduo ante Pascha, et biduo post. Vide tamen *n. ant.* et alios ibi notatos, et præcipue 1102.

1265. In die obitus, vel depositionis alicujus defuncti sacerdotis dici poterit vel Missa prima, quæ est pro episcopis assignata, ut in Commemoratione Omnium fidelium Defunctorum, vel ea, quæ est secundo loco posita, quæ est in die obitus, seu depositionis, dummodo oratio pro eo designata, *Deus, qui inter apostolicos sacerdotes*, etc., omnino adhibeatur. Similiter agendum erit in anniversario pro sacerdote defuncto, *S. R. C.* 29 *Januar.* 1752, *in una Carmelitarum Discalceat. provinciæ Poloniæ :* Oratio *Deus, qui inter apostolicos*, vel alia *Præsta, quæsumus*, ut in rubrica Missalis *de Missis Defunctorum.* Vide *n.* 19.

1266, 1267. Supradictæ dignitates et canonici, an palmatoria seu bugia in Pontificalibus, et in Missis lectis, seu privatis, uti valeant ? Responsum fuit, negative, et amplius, *Sac. Rit. congreg.* 29 *Januar.* 1752, *in eadem Urbinatensi, ut supra, num. ant.*

1268. An liceat eisdem in Missa Pontificali populum salutare dicendo *Pax vobis*, loco dicendi, *Dominus vobiscum.* Et an post Missas, Vesperas, aut Matutinum in Pontificalibus celebratum, possint ipsi solemnem dare benedictionem, dicendo, *Sit nomen Domini benedictum*, seu potius simplicem benedictionem tantum post Missam dicendo, *Benedicat vos omnipotens Deus*, cum unico, seu cum trino signo crucis. Et an benedicendo populum cum Sanctissimo Sacramento, dare possint trinam benedictionem, vel unicam ; necnon, an induti mitra, aliisque paramentis ad instar abbatum, etiamsi Missas, aut Vesperas in Pontificalibus non celebraverint, dare possint trinam benedictionem. Et responsum fuit ad primum, negative, et amplius; ad secundum, negative ad primam partem, affirmative ad secundam, cum unico signo, et amplius ; ad tertium, ad primam partem affirmative; ad secundam, cum unica tantum, et amplius ; ad quartum, negative, et amplius, *S. R. C.* 29 *Jan.* 1752, *in supradicta Urbinaten. ad quintum, sextum, septimum et octavum dubium, Benedicto XIV annuente.* Vide *n.* 190.

1269, 1270. An in metropolitana ecclesia supralaudatæ dignitates, et canonici uti possint mitra, et pontificaliter celebrare in Missis Defunctorum. Et responsum fuit, negative, *S. R. C.* 29 *Januar.* 1752, *in Urbinatensi ad undecimum dubium, ut supra.* Hoc decretum est generale, prælatos omnes episcopis inferiores respiciens. Vide *n.* 360.

1271. An in insignibus, et armis suæ familiæ appositis, vel apponendis in paramentis sacris, aliisque rebus Ecclesiam concernentibus, loco mitræ, vel una cum ipsa, pileum apponere valeant dignitates, et canonici supradictæ metropolitanæ. Et responsum fuit, affirmative, quoad mitram tantum, et amplius, *S. R. C.* 29 *Januarii* 1752, *in Urbinatensi ad duodecimum dubium, ut supra.*

1272. An pluries supralaudatæ dignitates, et canonici in processionibus Sanctissimi Corporis Christi incedere possint capite mitra cooperto ? Responsum fuit, negative, et amplius, *S. R. C.* 29 *Januar.* 1752, *in Urbinatensi ad decimum tertium, et ultimum dubium, Benedicto XIV ad servandum mandante die* 29 *Januar. ejusdem anni in Const. quæ incipit :* In throno justitiæ.

1273. Missæ, quæ cohærenter ad officia semel in mense vel hebdomada recitari concessa celebrantur, puta de SS. Sacramento feria quinta, de SS. Nomine B. M. V. in Sabbato, de Patrono principali in alia feria, cum *Gloria in excelsis* tantum, et sine *Credo* celebrari debent, *S. R. C.* 26 *Augusti* 1752, *in una Gadicensi :* Officia semel in mense, vel hebdomada ; quando et cur licite recitanda. Vide *n.* 537 et alios ibi notatos.

1274. Cum ex fundatorum voluntate opus sit quotannis ultra officium diei plura anniversaria adimplere, et de pluribus festivitatibus sanctorum officium cum Vesperis, et Missa celebrare, quæritur, num Vesperæ dictarum festivitatum sanctorum Pontificum v. g. seu Virginum tempore paschali, si ce-

Digitized by Google

lebrentur, Antiphonæ psalmorum, et reliqua dici debeant cum *Alleluia* ob citati temporis paschalis occurrentiam? Et similiter in iisdem Vesperis (utpote extra diem proprium earum festivitatum) ultimus psalmus esse debeat de sanctis pontificibus, v. g. *Memento, Domine, David*, et in sanctis martyribus psalmus *Credidi*, num vero psalmus *Laudate Dominum, omnes gentes*. Responsum fuit : Quando ultra officium diei recitatur aliud de aliquo sancto ex fundatorum voluntate, si tempus currerit paschale, ritum pro tempore convenit imitari, addendo antiphonis, versiculis et singulis responsoriis, *Alleluia*, uno excepto beatæ Mariæ Virginis Officio parvo, in quo dum feriali conjungitur Officio diei, nullum additur *Alleluia* secundum peculiarem illius rubricam juxta alias resoluta. Psalmi quoque Vesperarum erunt, ut jam alias designati in festo scilicet ut in primis, si primæ decantantur Vesperæ, ut in secundis, si secundæ, *S. R. C.* 26 *Augusti* 1752, *in una Gadicensi :* Secundum peculiarem illius rubricam; scilicet, Tempore Paschali in Officio parvo beatæ Mariæ; quod dicitur in choro, non additur *Alleluia* antiphonis, neque versibus, neque responsoriis, *Rub. Brev. tit. XXXVII, de Officio parvo B. Mariæ, n.* 2, *juxta Decr. S. R. C.* 28 *Martii* 1626.

1275. Cum ex fundatorum voluntate Missæ solemnes ultra illam diei celebrentur, quæritur, num propositæ Missæ solemnes celebrari possint occurrente festo duplici, et maxime quia tunc casus, si celebretur, datur, quod de eadem festivitate in eodem die duæ Missæ solemnes in eodem principali altari dicantur, ex. g. una solemnis post Primam, et altera eadem post Tertiam. Responsum fuit : In casu, de quo agitur, duplex de eodem occurrenti solemni festo cantabitur Missa, una videlicet pro fundatione post Primam, altera conventualis post Tertiam, *S. R. C.* 26 *Augusti* 1752, *in una Gadicensi*. Una pro fundatione post Primam. Non ritu votivo in hac accidentali occurrentia, sed de festo, ut conventualis post Tertiam. Non interposita vero Hora canonica, scilicet una Missa post aliam immediate an possit cantari. Vide *n.* 317.

1276, 1277. Lignum SS. crucis, et spinæ coronæ Domini nostri Jesu Christi, ubi adest immemorabilis consuetudo, licitum est capite aperto sub baldachino processionaliter deferre, easdem reliquias incensantibus duobus thuriferariis, *S. R. C.* 26 *Aug.* 1752, *in Gadicensi :* Lignum SS. crucis, et spinæ cum velo a spatulis pendente, manibusque cum eo opertis deferenda sunt in processionibus. Et episcopus ea deferens incedere potest cum mitra; clerus vero et populus ut detecto capite procedat, statuitur. Vide *n.* 625, 637, 804 *et* 1121.

1278. An onus celebrandi Missam unam omnibus diebus festivis Deiparæ Virginis, intelligendum sit pro diebus festivis tantum de præcepto, an etiam pro aliis simplicibus, in quibus commemoratio in honorem Deiparæ Virginis intra annum fieri consuevit? Quo relato per eminentissimum cardinalem Cavalchinum ponentem, sacra eadem Congregat. respondit : Missas esse celebrandas omnibus diebus in quibus fit Officium beatissimæ Virginis sub ritu duplicis majoris, et altioris ritus tam in Ecclesia universali, quam in diœcesi, *Die* 9 *Decembris* 1752, *in Bracarensi*.

1279. Anniversaria, quæ ex diversorum testatorum voluntate sunt a capitulo præsertim circa singula Quatuor anni Tempora in cantu celebranda, absolvi possunt in festo duplici majori per annum, non tamen de præcepto, etiamsi dies ille non sit vere dies anniversarius defuncti, *S. R. C.* 22 *Decemb.* 1753, *in una Vilnen. in Lithuania :* Non tamen de præcepto; audiendi Missam, et abstinendi ab operibus servilibus, juxta mentem sac. congregationis sub n. 1300. Vide etiam *n. seqq. et* 19.

1280. Translato Anniversario e proprio die obitus testatoris ob occurrens impedimentum in alium diem non impeditum, *de Requiem* cantanda est Missa sive ut in Anniversario, sive ut in Quotidianis, verba tamen in oratione, *cujus anniversarium depositionis diem commemoramus*, etc., non sunt varianda, *S. R. C.* 22 *Decemb.* 1753, *in una Vilnen. in Lithuania*. Vide *n. ant. et seqq. necnon* 19.

1281. Obitus die impedito, non potest pro defunctorum Anniversario cantari Missa de occurrenti festo vel feria privilegiata per applicationem, *S. R. C.* 22 *Decemb.* 1753, *in una Vilnen. in Lithuania :* Non potest; sed transferri in aliam diem, prout transtulit S. R. C. Vide *n. ant. et* 19. An aliæ fundationes licite absolvi possint, consule *n.* 1107.

1282. Anniversaria, quæ occurrunt absolvenda circa Quatuor Tempora paschalia, et infra Octavam Pentecostes, et non possunt omnia absolvi, aut finiri ante Octavam sanctissimi Corporis Christi, quomodo et qualiter absolvenda. Responsum fuit : Servetur decretum datum die 4 Maii 1686, in una canonicorum Regularium Lateranensium, *S. R. C.* 22 *Dec.* 1753, *in una Vilnen. in Lithuania*. Decretum enuntiatum signatur sub n. 600. Quomodo, et qualiter absolvenda. Vide *num. citatum ant. et præcipue* 19.

1283. Pro Missis ex fundatione, aut ex alia quacunque causa in cantu celebrandis, sive de Assumptione, sive de Conceptione beatæ Mariæ Virginis, extra ejus festos dies, vel Octavas earumdem solemnitatum, assumi nequit propria festivitatis, sed substituenda est ei una ex quinque votivis Missis beatæ Mariæ Virginis, quæ habentur in Missali Romano juxta congruentiam temporis, *S. R. C.* 22 *Dec.* 1753, *in una Vilnen. in Lithuania :* Assumi nequit propria festivitatis. Dubitatur de Missa votiva Septem Dolorum beatæ Mariæ in Missali Romano die festivo assignata. Vide *n.* 1259.

1284. Pro Missa votiva alicujus sancti, si habeat propriam, mutanda sunt verba, *Natalitia*, vel *Festivitas* in aliis congruentibus votivis, scilicet *Commemoratio*, aut *Memoria*, *S. R. C.* 12 *Decembris* 1753, *in una Vilnen. in Lithuania pro Missa S. Casimiri*.

1285. Quando per rubricas Missalis, ac per decreta sacræ congregationis, videlicet per Octavas Nativitatis, Epiphaniæ, per feriam IV Cinerum, a Dominica Palmarum usque post Octavam Paschæ, per Octavas Pentecostes, et SS. Corporis Christi, prohibentur Missæ votivæ privatæ, prohibentur etiam votivæ in cantu fundatæ, *S. R. C.* 23 *Dec.* 1753, *in una Vilnen. in Lithuania :* Per Octavas, nempe per omnes dies dictarum Octavarum. Vide *n.* 1287. Votivæ in cantu fundatæ, illæ vero pro re gravi, vel de titulari, seu patrono Ecclesiæ non prohibentur, nisi diebus exceptis a rubrica Missalis tit. VI, de Translatione, de quibus consule *n.* 805. Vide *n. seq.*

1286. Substitui debent Missæ de festo pro votivis in cantu fundatis diebus impeditis; et ex rationabili causa ab Ordinario dignoscenda, et approbanda, satisfieri posse lectis, loco cantatarum, statuit *S. R. C.* 22 *Decembris* 1753 *in una Vilnen. in Lithuania*. Vide *num.* 145 et 564.

1287. Num saltem in primis diebus solemnibus possint substitui loco votivarum Missæ cantatæ de festo; reliquis vero diebus infra Octavas, et aliis diebus supra enuntiatis cantari votivæ? Responsum fuit, negative, *S. R. C.* 22 *Decembris* 1753, *in una Vilnen in Lithuania*. Vide *n.* 1285.

1288. Quando juxta rubricas Missalis in feriis Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Rogationum ac Vigiliarum præscribuntur duæ Missæ cantatæ in cathedralibus et collegiatis, una de festo post Tertiam, altera de feria post Nonam : an propter insufficientiam temporis, ratione multarum votivarum cantandarum ex fundatione (ut est in cathedrali Vilnensi) possit una ex his duabus substitui lecta pro cantata; et quæ potius, an de festo post Tertiam, an post Nonam de feria. Responsum fuit : Non posse omitti alteram ex his duabus Missis can-

Digitized by Google

tandis. Rursus, an securius una ex dictis votivis legi possit, ut ambæ conventuales de Sancto, et de feria per rubricas præscriptæ decantentur. Et responsum fuit : Quoad Missam votivam lectam cantatæ substituendam, jam provisum sub num. octavo (de quo vide num. 1286). *S. R. C.* 22 *Decemb.* 1753, *in una Vilnen. in Lithuania.*

1289. An in Dominicis infra Octavam, sive privilegiatam, sive non, præter Missam conventualem, quæ cantatur de Dominica, debeat etiam alia Missa cantari de die infra Octavam? Item in Dominicis per annum, in quibus fit de aliquo festo cum commemoratione Dominicæ, an item præter Missam conventualem de festo celebrandam per hebdomadarium, debeat etiam alia Missa cantari de Dominica per vicarios, ut agitur in cathedrali Vilnensi? Et responsum fuit negative, scilicet in Dominicis infra Octavas, vel aliis a festo duplici impeditis, unicam tantummodo cantandam esse Missam : in Dominicis quidem infra Octavas de Dominica, cum commemoratione Octavæ, in aliis vero Dominicis non privilegiatis, et in quibus fit de occurrenti festo duplici, Missam de festo cum commemoratione Dominicæ, ejusque evangelio in fine, *S. R. C.* 22 *Decembris* 1753, *in una Vilnen. in Lithuania.*

1290. Quando absolvitur Missa lecta coram Sanctissimo Sacramento in monstrantia exposito, attamen velato; item coram Sanctissimo Sacramento in pyxide exposito, debent omnes genuflexiones observari in tali Missa, quæ alias observantur coram Sanctissimo Sacramento publice exposito, et non velato, conformiter ad rubricam Missalis feriæ quintæ in Cœna Domini, *S. R. C.* 22 *Decemb.* 1753, *in una Vilnen. in Lithuania.* Absolvitur Missa lecta, quæ regulariter dicitur pro expositione, privatæ enim Missæ non sunt celebrandæ, nisi ex necessitate. Vide. *n.* 481.

1291. Quando episcopus pro publicis supplicationibus injungit in diœcesi recitari publice in templis Litanias de Sanctissimo Nomine Jesu, utrum parochi scientes easdem Litanias esse prohibitas debeant satisfacere huic edicto? Responsum fuit : Dilata, et exhibeantur Litaniæ. *S. R. C.* 22 *Decembris* 1753, *in una Vilnen. in Lithuan.* Exhibeantur Litaniæ : Præter Litanias, quæ in Breviariis, Missalibus, Pontificalibus ac Ritualibus, continentur, necnon de beata Virgine, quæ in æde Lauretana decantari solent, inconsulta sacra Rituum congregatione, non posse in publicum edi, aut recitari in ecclesiis, oratoriis et processionibus, sub pœnis (ultra peccatum) arbitrio Ordinarii, et inquisitoris severe infligendis, præcipit et mandat Clemens VIII, die 6 Septembris 1601, Constit. quæ incipit *Sanctissimus.*

1292. Est consuetudo in plurimis Poloniæ, et Lithuaniæ ecclesiis decantandi Officium parvum de Immaculata Conceptione beatæ Mariæ Virginis : sunt insuper in aliquibus ecclesiis relicta pia legata ad hunc effectum, ut idem Officium de Immaculata Conceptione beatæ Mariæ Virginis certis diebus publice decantetur. In tali casu rectores ecclesiarum quid facere debeant, cum idem Officium sit prohibitum. Responsum fuit : Dilata, et exhibeatur Officium, *S. R. C.* 26 *Decemb.* 1753, *in una Vilnen. in Lithuania.*

1293. Cum archiepiscopus civitatis Bahiæ, alias S. Salvatoris nuncupatæ, occasione controversiæ in sua civitate exortæ circa commemorationem faciendam inter communia suffragia de Sanctissimo Salvatore titulari civitatis prædictæ, ejusque cathedralis, ac de S. Francisco Xaverio patrono principali rite electo, et confirmato ejusdem civitatis, per supplicem libellum humillime supplicaverit sanctissimo domino nostro Benedicto Papæ XIV, pro solutione sequentium duorum dubiorum, ac Sanctitas Sua preces oratoris sacræ Rituum congregationi remiserit, prædicta dubia ab eminentissimo cardinali Tamburino ejusdem sacræ congregationis præfecto ac ponente in ea proposita fuerunt, nempe: An archiepiscopo prædicto liceat declarare per litteras pastorales Sanctissimum Salvatorem non esse Patronum, sed semper fuisse, et esse titularem civitatis Bahiensis, ejusque cathedralis; adeoque in posterum pro titulari habendum, et colendum sub eodem ritu quem nunc habet, et semper habuit quandiu Patronus existimabatur. Responsum fuit, audito prius voto ab apostolicarum cæremoniarum collegio scriptis enarrato, typisque vulgato : Licere prout in dubio. *S. R. C.* 16 *Febr.* 1754, *in eadem Bahien. ad primum dubium.*

1294. An eidem supradicto archiepiscopo liceat declarare per litteras pastorales S. Franciscum Xaverium esse Patronum principalem civitatis Bahiensis rite constitutum : adeoque inposterum pro Patrono principali habendum, et colendum sub eo ritu, qui Patronis principalibus civitatum conceditur, ita ut infra annum in officio divino, quando dicuntur suffragia sanctorum, de eo, ut Patrono principali, fieri debeat commemoratio loco competenti, et propterea in Missa, quando dicitur oratio *A cunctis* sub littera N. ejus nomen exprimi debeat. Responsum fuit, licere prout in dubio, dummodo non omittatur in metropolitana commemoratio Sanctissimi Salvatoris tanquam Titularis ejusdem, *S. R. C.* 16 *Febr.* 1754, *in eadem Bahien. ad secundum dubium.* Hoc decretum est municipale. Vide *num.* 561. Loco competenti, videlicet, ut in casu, post commemorationes, vel Suffragia de Mysteriis Domini nostri Jesu Christi, de S. Maria, et Angelis, de S. Michaele, S. Joanne Baptista, S. Joseph, SS. Apostolis, et de cæteris aliis, ultimo loco de Pace, *Rub. Brev. XI, n.* 2, *et XXXV, num.* 1. Vide *n.* 1153.

1295. Festum duplex secundæ classis, habens Octavam, cadit in Dominica impedita Officio altioris ritus, sed sine Octava ; quæritur utrum Officium prædicti festi possit reponi in subsequenti Dominica, cum alias sit Octava ejusdem festi, et tota hebdomada sit impedita, vel potius debeat fieri de Dominica, et dictum Officium reponi prima die non impedita post dictam Dominicam? Responsum fuit, negative quoad primam partem, affirmative quoad secundam. *S. R. C.* 16 *Februarii* 1754, *in una ordinis Carmelit. Discalceat. Urbis.*

1296. Ubi erectæ sunt confraternitates S. Annæ, S. Francisci, S. Antonii, et aliorum sanctorum, non possunt cantari votivæ simplices de ejusmodi sanctis in festo duplici minori et majori, etiamsi non sint de præcepto seu festivo, licet antiqua consuetudo vigeat, et populus concurrat, libenterque eas audiat, et cantari procuret, *S. R. C.* 11 *Maii* 1754, *in una ordinis Minor. de Observ. S. Franc. provinciæ majoris Poloniæ.* Non possunt cantari votivæ de Sanctis, de beata Virgine Maria an tali rigore sit procedendum, vide *num.* 259 et alios.

1297. Missa de *Requiem* pro parentibus fratrum, quavis feria secunda in quolibet conventu non potest cantari, exposito castro doloris, occurrente festo duplici minori et majori, etiamsi non sit de præcepto, seu festivo, *S. R. C.* 11 *Maii* 1754, *in una ordin. Min. de Observ. S. Franc. provinciæ Majoris Poloniæ.* Vide num. 75.

1298. Missæ de *Requiem* possunt cantari in iis ecclesiis pro benefactoribus defunctis (qui apud illos non sepeliuntur) in die Obitus illorum, occurrente festo duplici minori et majori, sed non de præcepto, seu festivo, *S. R. C.* 11 *Maii* 1754, *in una ordinis Minor. de Observ. S. Franc. provinciæ Majoris Poloniæ.* Vide *num.* 75.

1299. An Missæ de *Requiem* (ut populus semper prætendit, et non per applicationem sacrificii) possint cantari pro benefactoribus defunctis ad petitionem hæredum quavis die, etiamsi non sit dies Obitus vel anniversarii, occurrente festo duplici

Digitized by Google

minori, et majori, sed non præcepto, seu festivo. In omnibus supradictis quæsitis exclusa volumus festa primæ et secundæ classis, Dominicas per annum, Dominicas ac Octavas privilegiatas. Responsum fuit negative, *S. R. C.* 11 *Maii* 1754, *in una ordinis Minor. de Observ. S. Francisci provinciæ Majoris Poloniæ:* Ad petitionem hæredum, secus autem pro adimplenda mente testatoris. Vide *n.* 29. In ruralibus vero ecclesiis, cum agatur de die vera anniversaria, tantum indulgetur in Officio duplici minori pia consanguineorum vota persolvere. Vide *n.* 737.

1300. Cum S. R. C. decreverit, in festo duplici minori et majori, sed non de præcepto, posse cantari Missam de *Requiem*, cum accipitur nuntius de obitu alicujus in loco dissito, sub die 4 Maii 1686 et Anniversaria, quæ ex dispositione testatorum cum cantu quotannis sunt celebranda, possint cantari etiamsi eorum dies inciderint in festum duplex majus, non tamen de præcepto, sub die 20 Julii 1669, annuente sanctissimo Clemente IX, quæritur intelligendum duplex majus de præcepto, an quod sit celebre ad populum, seu festivum, vel alio modo, etc. Et sac. congreg., audito prius voto unius ex cæremoniarum apostolicarum magistris, ad relationem eminentissimi cardinalis Tamburini ejusdem congregationis præfecti, rescribendum censuit; festum duplex majus de præcepto est illud, in quo occurrit Officium recitandum sub ritu duplici majori, cuique a legitimo superiori annexum est præceptum audiendi sacrum, et abstinendi ab operibus servilibus, *S. R. C.* 11 *Maii* 1754, *in una ordinis Minor. de Observ. S. Franc. provinciæ Majoris Poloniæ.* Vide *num.* 601.

1301. Quando adest onus celebrandi, v. g. duas Missas singulis diebus festivis duodecim apostolorum, et pariter alias duas in festis evangelistarum, non tenetur pro adimplendo testamento in festis SS. Joannis et Matthæi ultra duas Missas, alias duas similiter celebrare ex eo quia prædicti sancti non solum apostoli, sed etiam sunt evangelistæ, *S. R. C.* 7 *Sept.* 1754, *in una Lisbon.*

1302. Onus celebrandi, v. g. duas Missas in festis doctorum sanctæ Matris Ecclesiæ, rite adimpletur, quando in Officio Ecclesia utitur antiphona: *O Doctor optime*, *S. R. C.* 7 *Septembris* 1754, *in una Lisbon.*

1303. Patriarchas religionum pro adimplendo onere, puta duarum Missarum in festis eorumdem, eos omnes intelligendos esse, de quibus Ecclesia catholica celebrat officium, et Missam declarat, *S. R. C.* 7 *Septemb.* 1754, *in una Lisbonen.*

1304. An fratres provinciæ S. Mariæ de Arrabida in regno Portugalliæ infra Octavam Omnium Sanctorum, Anniversarium a Joanne V rege fidelissimo fel. rec. cœnobii et ecclesiæ fundatore institutum pro animabus regis Petri II et reginæ Mariæ parentum suorum; necnon alia tria Anniversaria pro omnibus defunctis religiosis provinciæ, eorumque parentibus, et provinciæ patronis solemniter celebrare possint illis diebus ab Officio sub ritu duplici impeditis. Responsum fuit: Anniversarium pro gratia, et in reliquis servetur decretum Alexandri VII, 4 Augusti 1662, *S. R. C.* 11 *Januarii* 1755, *in una ordinis Minorum Reformatorum S. Francisci in Provincia S. Mariæ de Arrabida in regno Portugalliæ:* Anniversarium pro gratia; non enim pro adimplenda mente testatoris celebratur; sed ad pium institutum, dum adhuc viveret Joannes rex V, forte fuit ordinatum. Vide *n.* 19 et 1279.

1305. An Patres supradictæ provinciæ debeant vel possint continuare recitationem Officiorum specialium Kalendarii diœcesani, vel ab illa totaliter abstinere. Responsum fuit negative, ad primam partem; affirmative, ad secundam, et serventur decreta sacræ congregationis, et constitutiones ordinis *S. R. C.* 11 *Januar.* 1755, *in una ordinis Minor. Reformatorum S. Franc. in provincia S. Mariæ de Arrabida in regno Portugalliæ.* Hoc decretum est generale pro omnibus regularibus Kalendario religionis utentibus. Vide *num.* 550 *et* 1122.

1306. An ferenda sit immemorabilis aut antiqua consuetudo parochorum benedicentium sacrum fontem de mane, aut in Vesperis dierum festorum juxta præscriptum Ritualis Romani, ubi agit de benedictione fontis baptismi extra Sabbatum Paschæ et Pentecostes, cum aqua consecrata non habetur. Responsum fuit: Parochos habentes facultatem benedicendi fontem baptismalem, Sabbatis diebus Paschatis aut Pentecostes duntaxat, et non aliis diebus, illum de mane benedicere debere. Qui vero hanc facultatem non habent, ab ejus benedictione se abstinere tenentur *S. R. C.* 12 *Aprilis* 1755, *in Lucana.* Vide *num. seqq. et* 673.

1307. An parochis, quibus in die Sabbati Sancti imminet onus adeundi ecclesiam matricem, aut plebanalem, ut functioni fontis intersint, aquamque benedictam, atque olea sacra recipiant, possint, aut teneantur idem onus in alium sacerdotem ab iis deputandum, ac delegandum rejicere, ut qui habent fontem baptismalem illum benedicant, et cum quo numero ministrorum, aut saltem sacrum faciant, pro commoditate et devotione suorum parochianorum. Responsum fuit: Parochis licere alium sacerdotem delegare, qui benedictioni fontis baptismalis in ecclesia matrice pro iis assistat; sicuti etiam possunt die Sabbati Sancti alteri sacerdoti Missæ celebrationem in propria ecclesia committere. Qui facultatem obtinent fontem benedicendi, quatuor saltem clericos in ministerio habebunt, *S. R. C.* 12 *Apr.* 1755, *in Lucana.* Vide *num. ant. et seq.*

1308, 1309. An parochi in alienas ecclesias convenientes possint, attenta consuetudine immemorabili, aut saltem antiqua, sacrum facere in die Sabbati Sancti cum cantu, aut sine cantu in propria ecclesia, prætermissis benedictionibus, ignis, cerei, prophetiis, aliisque ritibus ipsa die præscriptis, aut non obstante eadem consuetudine idem sacrum omittere teneantur, et quatenus negative quoad secundam partem, sub qua pœna statuenda contra parochos, aliosque sacerdotes. Responsum fuit: Congruit, ut Missæ in Sabbato Sancto celebrandæ, ignis ac cerei benedictiones præcedant, antequam Missam prophetiæ omitti non debent, et archiepiscopus parochos ad ignis ac cerei benedictionem faciendam aliqua pœna pecuniaria adigere poterit, *S. R. C.* 12 *April.* 1755, *in Lucana:* Prophetiæ omitti non debent; Missam enim semper incipiendam esse a prophetiis, statuit *S. R. C.* Vide etiam *num.* 672 *seq. et num.* 1165.

1310. An canonici cogi possint ad recitationem in choro statutis diebus Officii beatæ Mariæ Virginis et defunctorum, psalmorum quoque Pœnitentialium, atque Gradualium juxta rubricas Breviarii Romani, constitutiones synodales, et consuetudinem Firmanæ diœcesis, et proposito dubia per eminent. card. Tamburini sacræ Rituum congregationis præfectum, et hujus instantiæ ponentem, eminentissimi Patres sacræ Rituum congregationi præpositi unanimes fuerunt in sensu: Non esse cogendos; et ita *S. R. C.* decrevit, ac servari mandavit, *die* 14 *Junii* 1755, *in eadem Firmana:* In choro statutis diebus. De quibus vide *numer.* 196, 1112 *et* 1207.

1311. Cum capitulum et canonici ecclesiæ cathedralis Angelopolitanæ in Indiis occidentalibus sacræ Rituum congregationi humiliter exposuerint, tam in eadem cathedrali, quam in tota diœcesi, adamussim observata fuisse decreta, et signanter illud de anno 1735, præcipiens, quod officia sanctorum, quæ in fine anni supererunt, non sint transferenda ad annum sequentem, sed quoties toto anni decursu de illis celebrari non valeat, tunc in illo anno diebus eorum propriis consideranda sunt

Digitized by Google

tanquam simplicia, faciendo illorum commemorationem, ut fit in semiduplicibus cum nona lectione ex omnibus lectionibus propriis secundi nocturni (si proprias habuerint) ad modum unius; sed cum quidam religiosus Matritensis in Kalendario typis dato, cætera annotaverit circa supradictum decretum, quod principium anni in hoc casu a die illius festi, non vero a mense Januario, computandum sit; ideo ad tollendum quodcunque dubium eidem sacræ Rituum congregationi enixe supplicarunt, quatenus benigne declarare dignaretur, quod intelligendum sit de anno communi, qui incipit mense Januario, et non aliter. Et sacra eadem congregatio ad relationem mei secretarii, damnata religiosi Matritensis vana interpretatione, capitulo et canonicis præfatæ ecclesiæ metropolitanæ respondendum censuit: Decretum diei vicesimæ sextæ Novembris 1735 esse intelligendum de anno vulgari et communi, qui a Kalendis incipit Januarii. Et ita declaravit *die* 30 *Augusti* 1755, *in eadem Angelopolitana in Indiis occidentalibus :* Qui a Kalendis incipit Januarii; ita ut neque Officium duplex die 31 Decembris occurrens et perpetuo impeditum transferri fas sit ad annum sequentem. Vide *num.* 1194. Decretum vero 26 Novembris 1736, hic citatum, habes quamplurimis copulatum sub *num.* 693.

1312. Cum adsint decreta sacræ Rituum congregationis aliquoties repetita; quod in Missa de Beatis, id est nondum canonizatis, *Credo* dici non debeat, dubitatur, an in festis B. Joannis Cantii, B. Joannis de Dukla, B. Ladislai de Gielniow, et B. Cunegundis virginis, quorum Officium auctoritate sedis apostolicæ tanquam de Patronis regni principalibus ritu duplici primæ classis in Polonia recitatur, *Credo* in Missa dicendum sit. Et responsum fuit affirmative, *S. R. C.* 29 *Novemb.* 1755, *in Varmiensi :* Auctoritate sedis apostolicæ, sine qua beati in Patronos eligi non valent, et ubi forte assumpti fuerint, supprimi debent. Vide *num.* 1080 *seq.*

1313. Quamvis juxta rubricam generalem Breviarii, et Missalis Romani in festis ritus duplicis primæ classis nulla die infra Octavam fiat commemoratio; tamen hymni ad horas terminari debent, v. gr. *Jesu tibi sit gloria;* et in Missis Præfatio beatæ Mariæ Virginis erit dicenda, ut pro festo S. Hyacinthi Patroni principalis Poloniæ decrevit *S. R. C.* 29 *Novembris* 1755, *in Varmiensi :* Nulla die infra Octavam fiat commemoratio, *exceptis Octavis Nativitatis, Epiphaniæ et Corporis Christi, de quibus fit semper commemoratio, quocunque festo in illis occurrente, Rub. Brev. VII de Octavis num.* 3. De die vero Octava fit commemoratio in festis solemnioribus, *Rub. Brev. IX de Commem. num.* 5 *et* 10, *de Translatione festorum num.* 2.

1314. Si Officium infra Octavam festi S. Joachimi patris beatæ Mariæ Virginis in Polonia ex indulto sacræ Rituum congregationis die 29 Januarii 1751, dato ad ritum duplicem primæ classis cum Octava elevati, et in Dominicam secundam post Octavam festi Assumptionis ejusdem beatæ Mariæ Virginis concurrat, ut sæpissime contingit, faciendum est Officium de die infra Octavam S. Joachimi, an vero de die infra Octavam Nativitatis, etc. Ratio dubitandi est, quod etsi festum primæ classis præcedat aliud secundæ classis, attamen Octava beatæ Mariæ Virginis est pro universali Ecclesia, jam autem altera pro Polonia duntaxat, sitque devotio fidelium ad Deiparam Virginem longe major? Responsum fuit : Recitandum esse Officium de infra Octavam S. Joachim. *S. R. C.* 29 *Novemb.* 1755, *in Varmiensi :* De infra Octavam S. Joachimi ratione ritus primæ classis, qui habet præcedentiam a duplici secundæ classis; secus autem in paritate ritus, quia attendenda erit major dignitas. Vide *num.* 1239.

1315. Ecclesia collegiata loci Guttenstadt diœcesis Varmiensis sub titulo Sanctissimi Salvatoris et Omnium Sanctorum dedicata fuit, sed cum potior titulus, nempe Sanctissimi Salvatoris, illic nullam festivitatem haberet, episcopus ordinavit, ut festum Transfigurationis Domini, quod in Octavario Romano per Bartholomæum Gavantum concinnato, a sacra Rituum congregatione die 19 Februar. 1622 approbato, et Venetiis impresso, *Salvatoris* appellatione venit, dignitatem tituli ecclesiæ habeat, et Officium de eadem Transfiguratione Domini ritu duplici primæ classis cum Octava deinceps recitetur. S. R. C. dignabitur declarare, an hæc ordinatio sit observanda : nulla quidem ex parte capituli et cleri præfatæ ecclesiæ est oppositio, episcopis tamen desiderat, ut omnia auctoritate sedis apostolicæ fiant. In toto dominio Veneto Dominica tertia mensis Julii ritu duplici secundæ classis recitatur Officium Sanctissimi Redemptoris, quod quidem Salvatoris synonymum, sed in Polonia præcitati Officii usus nondum obtinuit. Et responsum fuit : Servandum esse decretum ejusdem reverendissimi episcopi, *S. R. C.* 29 *Nov.* 1755, *in Varmiensi.* Vide *num.* 185, 866.

1316. Pater provincialis ordinis Minorum Excalceatorum S. Francisci provinciæ S. Didaci Hispalensis S. R. C. exposuit, prohiberi suis religiosis a quibusdam peculiaribus constitutionibus usum pluvialis in processionibus Sanctissimi Corporis Christi, quæ leges cum adversentur decretis hujus sacræ congregationis, humillime eidem supplicavit, ut præcipere dignaretur, ut ab omnibus suis religiosis præfatæ provinciæ eadem decreta sacr. congregationis essent observanda. Et sacra congregatio rescripsit, quod eidem oratori darentur decreta alias in hoc dubio emanata, videlicet congregationis Montis Coronæ : Supplicante humiliter sacræ Rituum congregationi P. Juvenale Visitatore generali congregationis Camaldulensium Montis Coronæ infrascriptum dubium declarari, An liceat non habentibus usum pluvialis in die et infra Octavam Sanctissimi Corporis Christi, peragere processionem cum Sanctissimo Sacramento, et illud sine pluviali exponere. Et sacra eadem Rituum congregatio censuit respondendum negative, quoad primam partem, et quoad secundam non posse cogi, id est in expositione Sanctissimi Sacramenti. Et ita respondit et declaravit, die 22 Jan. 1701. Quod decretum eadem sacra congregatio etiam a religiosis Excalceatis S. Francisci dictæ provinciæ S. Didaci servari mandavit. *Die* 15 *Maii* 1756, *in eadem Hispalensi.* Vide *num.* 744.

1317. Cum reverendissimus episcopus Varmiensis sacræ Rituum congregationi exposuerit, quod fratres Minores S. Francisci de Observantia nuncupati conventuum, exsistentes in sua diœcesi expunxerunt ab eorum Kalendario festum Dedicationis ecclesiæ cathedralis, ad cujus celebrationem tenentur ex præscripto decretorum; S. R. C. rescripsit : Ut reverendissimus episcopus cogat eosdem fratres ad celebrationem festi Dedicationis suæ ecclesiæ cathedralis ad formam decretorum, *die* 18 *Dec.* 1756, *in eadem Varmiensi :* Ad formam decretorum, juxta quæ obligantur ad celebrandum Anniversarium Dedicationis ecclesiæ cathedralis Regulares in urbe degentes, non vero in diœcesi. Vide *num.* 419 et alios ibi notatos.

1318. An civitas Calaguritana rigorose, prout ante indultum, servare teneatur festum sanctorum Hemeterii et Celedonii fratrum martyrum : et civitas Calceatensis servare eodem modo teneatur festum S. Dominici, vel utraque civitas utrumque festum servare teneatur? Et responsum fuit, affirmative, ad primam, Negative ad secundam, *S. R. C.* 26 *Martii* 1757, *in eadem Calaguritana ad primum Dubium.*

1319. An oppida, quæ non habent peculiarem patronum, servare teneantur festum Patronorum

Digitized by Google

principalium ecclesiæ Calaguritanæ, cui subsunt, seu potius festa Patronorum utriusque ecclesiæ, nempe Calaguritanæ et Calceatensis. Et responsum fuit negative ad utramque partem, *S. R. C.* 26 *Martii* 1757, *in eadem Calaguritana ad secundum dubium*. Vide *num. seq.*

1320. An oppida, quæ habent peculiarem Patronum, servare teneantur festum illius duntaxat, sive potius omisso festo sui peculiaris Patroni, servare teneantur festum Patronorum Ecclesiæ Calaguritanæ, cui subsunt, vel Ecclesiæ Calceatensis huic principaliter unitæ, vel potius festa Patronorum utriusque, servato etiam festo proprii Patroni. Responsum fuit : Teneri servare festum Patroni particularis loci duntaxat, *S. R. C.* 26 *Martii* 1757, *in eadem Calaguritana ad tertium dubium.* Vide *num.* 1319 *seq.*

1321. An civitates Calaguritana et Calceatensis servare teneantur, ultra festum Patroni proprii, festum Patroni principalis provinciæ, in qua sitæ sunt? Et an oppida particularia diœcesis Calaguritanæ, sive habeant, sive non habeant Patronum proprium, servare teneantur festum Patroni proprii provinciæ, in qua ea respective exsistunt, nempe S. Prudentii episcopi et confessoris Patroni provinciæ Alaccæ, et S. Ignatii de Loyola Patroni provinciæ Guipuzcoæ et Viscaiæ etc. Responsum fuit negative ad utramque partem, *S. R. C.* 26 *Martii* 1757, *in eadem Calaguritana ad quartum dubium.* Vide *num. ant.*

1322. Officium S. Stanislai Poloni martyris, episcopi Cracoviensis, Patroni principalis regni Poloniæ, quod a clero sæculari et aliis in Polonia recitatur sub ritu duplicis primæ classis, a Patribus autem Carmelitis propter aliquod dubium sive scrupulum tantum sub ritu duplicis minoris primæ classis : utrum iidem Patres Carmelitæ in Polonia idem Officium S. Stanislai teneantur recitare sub ritu duplicis majoris primæ classis, qui ritus æquivalet et correspondet ritui duplicis primæ classis juxta rubricas Breviarii Romani, necne. Idem est dubium de S. Casimiro. Responsum fuit : Teneri ad ritum duplicis majoris primæ classis, *S. R. C.* 26 *Martii* 1757, *in una ordinis Carmelitarum regni Poloniæ ad primum dubium.* Vide *num.* 552.

1323. Officium proprium de eodem supradicto sancto debet recitari cum suis antiphonis, lectionibus, responsoriis, etc., a Patribus Carmelitis in Polonia, prout recitatur a clero sæculari, *S. R. C.* 26 *Martii* 1757 *in una ejusdem ordinis Carmelitarum Poloniæ ad secundum dubium.*

1324. Utrum festum sancti Joachim cum suo Officio, quod per decretum sanctissimi domini nostri Papæ Benedicti XIV, ex Dominica infra Octavam Assumptionis beatæ Mariæ Virginis translatum est pro Dominica post Octavam Assumptionis ejusdem beatæ Mariæ Virginis in regno Poloniæ, ut ab omnibus hoc decretum observetur in Polonia, utrum etiam Patres Carmelitæ teneantur ad illud observandum propter uniformitatem cum aliis, necne. Responsum fuit affirmative, *S. R. C.* 26 *Martii* 1757, *in una ordinis Carmelitarum Poloniæ ad tertium dubium.*

1325. Magister cæremoniarum ecclesiæ cathedralis Gadicencis supplicavit, quatenus declarare dignaretur, an Officium patrocinii S. Josephi, quod privilegio e concessione particulari omnibus Hispaniarum regnis indultum est celebrari sub ritu duplicis minoris Dominica tertia post Pascha, si concurrente in dicta Dominica, sicut accidit hoc præsenti anno 1757, festo sanctorum apostolorum Philippi et Jacobi sub ritu duplicis secundæ classis, vel alterius sancti sub eodem ritu, dictum Officium Patrocinii S. Josephi non tam celebrari, neque transferri, sed omitti debeat, et quatenus affirmative. Supplicavit pariter pro declaratione, an licitum sit, et possit reverendissimus episcopus Gadicensis idem Officium transferre in aliam diem post citatam Dominicam tertiam, ut jam in simili ab hac sacra congregatione concessum fuit archiepiscopo et capitulo Ecclesiæ Hispalensi sub die 26 Novemb. 1755. Et responsum fuit : In hujusmodi casu Officium Patrocinii esse omittendum ad formam rubricarum, sacr. Rituum cong. 16 *Julii* 1757, *in una Gadicensi :* Omittendum; quia non ex præcepto, sed ex privilegio et concessione particulari recitatur. Vide *num.* 1258. Vide etiam *num.* 960.

1326. Facultas concessa est clero regni Poloniæ transferendi festa nonnullorum sanctorum ad Dominicas infra eorum Octavas ob majorem populi concursum ; cum autem, ut sæpe solet, aliquod ex dictis festis incidat die Dominico, quæritur : An hoc casu festa sanctorum incidentia in diebus Dominicis celebrari debeant in iisdem diebus propriis assignatis pro Ecclesia universali, sive transferri ad Dominicas respective sequentes? Et responsum fuit, Festa prædicta celebranda esse in diebus propriis, non autem in Dominicis sequentibus in casu, de quo agitur, *sacr. Rituum cong.* 16 *Julii* 1757, *in una totius cleri regni Poloniæ :* Diebus propriis; cum Missa et Officio, ut patet; secus autem cum celebraretur in Dominica infra Octavam, quo in casu neque Missa solemnis conceditur. Vide *num.* 409.

1327. Singulis Dominicis diebus totius anni, quibus Præfationes propriæ per rubricas non sunt assignatæ, incipiendo a Dominica sanctissimæ Trinitatis anni 1759, sacerdotes omnes utriusque cleri secularis atque regularis, Præfationem de Sanctissima Trinitate, quæ jam inde a vetustissimis temporibus in usu fuisse dignoscitur, in Missa recitare teneantur ; et inviolabiliter servari mandavit *sacr. Rituum cong.* 5 *Jan.* 1759, *in decreto* Urbis et Orbis, *sanctissimo D. N. Papa Clemente XIII, fel. rec., movente et confirmante.*

*Subnectuntur infrascripta decreta e variis supplementis auctoris.*

1328. Consecrator ecclesiæ potest in actu consecrationis statuere aliam diem pro Anniversario hujus consecrationis, *sacr. Rituum cong.* 19 *Febr.* 1587. Vide infra *num.* 1379, *decretum hoc refertur a Gavanto.*

1329. Coadjutor episcopi potest de licentia ejusdem episcopi benedicere populo, dum per civitatem incedit, *sacr. Rituum cong.* 31 *Jan.* 1591.

*Hoc et sequentia decreta usque ad num.* 1615, *partim referuntur a D. Joanne Baptista Pitono in suis constitutionibus, et decisionibus ad sacros ritus spectantibus, partim e Gavanto, Merati, Cavalieri,* etc.

1330. In fer. v in Cœna Domini fit communio generalis in Missa per manus celebrantis. Sacerdotes procedunt cum stola de collo pendente, non autem in modum crucis. Post Missam fit processio cum SS. Sacramento per ecclesiam tantum ; et similiter in fer. sequenti, *sacr. Rituum cong.* 6 *Augusti* 1592.

1331. Non potest episcopus cantare Missam in ecclesiis Regularium ipsis invitis, ubi scilicet non est solitum, *sacr. Rituum cong.* 6 *Julii* 1593. Ubi autem est solitum, potest et ibi baldachinum erigere, ex decreto edito sub die 10 *Junii* 1603.

1332. Eucharistia in festo Corporis Christi non est deferenda per vias Hebræorum, *sacr. Rituum cong.* 22 *Februar.* 1593.

1333. In tabernaculo ubi asservatur SS. Sacramentum non sunt retinendæ reliquiæ; nec vasa sacrorum oleorum, *sacr. Rituum cong.* 22 *Febr.* 1593.

1334. Reliquiæ, quibus in altaris consecratione utitur episcopus, debent esse sanctorum ab Ecclesia approbatorum, *sacr. Rituum cong.* 13 *Sept.* 1593.

Digitized by Google

1335. Tabernaculum SS. Sacramenti in cathedralibus non debet esse in altari majori propter functiones pontificales, quæ fiunt versis renibus ad altare *sacr. Rituum cong.* 28 *Nov.* 1594.

1336. Vicario episcopi Missam cantanti solemnem non ministrant canonici, neque fit circulus ante ipsum : *S. C. Episc.* 8 *Martii* 1595.

1337. Ad Horas omnes, quæ recitantur in choro, ardeant in altari duæ saltem candelæ, *sacr. Rituum cong.* 7 *Aug.* 1595.

1338. Tempus præscriptum ad recitandum in choro divinum Officium ab Ordinario cum duobus, vel tribus deputatis a capitulo diversimode fieri debet, secundum diversa anni tempora, et adnotari in tabella appendenda in sacristia, *S. C. Episc.* 7 *Aug.* 1595.

1339 Matutinum in cathedrali recitandum est mane, non autem Vesperi pro die sequenti, *sacr. Rituum cong.* 18 *Octob.* 1595.

1340. Si consuetudo deferendi processionaliter SS. Sacramentum fer. VI Parasceves in feretro nigris velleribus contecto non potest absque graviori incommodo exstirpari, est toleranda, *sacr. Rituum cong.* 29 *Martii* 1596.

1341. Tolerari non debet, quod in locis publicis et sordidis stent depictæ diversæ cruces, ac sanctorum imagines in derisum Christianæ religionis, *sacr. Rituum cong.* 22 *Maii* 1596.

1342. Non sunt consecranda ea altaria sub quibus recondita sunt defunctorum cadavera, *sacr. Rituum cong.* 8 *Nov.* 1599.

1343. Si sub altari, vel sub ejus gradibus humata sint defunctorum cadavera, non est ibi celebranda Missa, donec alio transferantur, *sacr. Rituum cong.* 10 *Nov.* 1599. Vide supra *num.* 236.

1344. Moniales completo Officio possunt recitare aliquem psalmum, orationem, vel collectam, quia hoc non est Officio addere, *sacr. Rituum cong.* 12 *Januar.* 1600.

1345. Episcopo absente, non potest vicarius Missas celebrare conventuales, nec pontificales *sacr. Rituum cong.* 16 *Maii* 1600.

1346. Hebdomadarius non debet celebrare valde diluculo, *sacr. Rituum cong.* 20 *Feb.* 1601.

1347. Nomine Processionum generalium comprehenduntur Rogationes, *sacr. Rituum cong.* 21 *Martii* 1601.

1348. Musica non decet in Officio quadragesimali, præsertim cum instrumentis, et si est occasio alicujus scandali, *sacr. Rituum cong.* 27 *Martii* 1601.

1349. Ubi canonici sunt pauci, dignitates etiam accedere tenentur ad legile, et cantare sicut alii, *sacr. Rituum cong.* 20 *Aug.* 1601.

1350. Sacerdoti Missam novam celebranti licet oblationes accipere, modo non descendat ab altari, *sacr. Rituum cong.* 1 *Oct.* 1601.

1351. Non sunt ex organo faciendæ conciones, maxime ubi habetur solitus pulpitus, *sacr. Rituum cong.* 25 *Oct.* 1601.

1352. Dignitatibus hinc inde distributis in choro, incensentur eæ cum canonicis ab una parte, deinde aliæ cum aliis canonicis ab una parte, non vero dignitates simul ante canonicos, *sacr. Rituum cong.* 1 *Decemb.* 1601.

1353. Canonici in Dominicis singillatim aspergendi sunt aqua benedicta, non vero unico ictu in circulum, *sacr. Rituum cong.* 20 *Decemb.* 1601.

1354. Cum antiphonæ præintonantur, omnes ab utroque latere chori, etiam canonici, surgere debent, juxta Cæremoniale, non obstante consuetudine, *sacr. Rituum cong.* 23 *Martii* 1602.

1355. Non est impedienda devotio ad imagines sanctas, *sacr. Rituum. cong.* 17 *Apr.* 1602.

1356. Canonici tenentur in choro psallere, alias non satisfaciunt obligationi suæ, *sacr. Rituum cong.* 20 *Apr.* 1602. Vide *supra num.* 12, *et infra num.* 1425.

1357. Missa conventualis in Festis dicenda est tempore æstivo hora XIV, tempore vero hiemali hora XVII, in feriis autem potest dici paulo citius, modo non valde diluculo, *sacr. Rituum cong.* 27 *Jul.* 1602.

1358. Assistentia quæ fit ad Missam et Vesperas, fiat cum pluviali, *sacr. Rituum cong.* 3 *Aug.* 1602.

1359. Qui sunt de gremio alicujus ecclesiæ, debent recitare Officium, quod in choro dicitur, et licet extra ecclesiam, vel diœcesim morentur, decet eos recitare Officium proprium ecclesiæ ipsorum : *sacr. Rituum cong.* 8 *Sept.* 1602.

1360. Clerici licet ascripti alicui ecclesiæ, et ejusdem servitio, non tamen obligati choro, et quicunque alii clerici sæculares regularesve in civitate vel diœcesi commorantes, non tenentur recitare Officia propria sanctorum illius diœcesis, vel quæ de consuetudine in eadem ecclesia recitantur in choro, *sacra Rituum cong.* 8 *Sept.* 1602.

1361. Statuta ecclesiæ collegiatæ quærenda sunt a proprio episcopo, *sacra Rituum cong.* 28 *Sept.* 1602.

1362. Qui assistit in choro Missæ conventuali non potest portare pileolum per totum canonem; in aliis vero divinis Officiis uti potest, *sacra Rituum cong.* 5 *Novemb.* 1602.

1363. In ecclesia collegiata possunt divina persolvi citius quam in cathedrali, *sacra Rituum cong.* 3 *Dec.* 1602.

1364. Infra clausuram omnino prohiberi debet celebratio Missæ, etiam ad communicandas infirmas, non obstante antiquissima consuetudine, *sacra Rituum Cong.* 10 *Dec.* 1602.

1365. Missa conventualis canenda est quotidie in collegiatis quarum clerus est numerosus, et reditus non tenues, *sacra Rituum cong.* 14 *Januar.* 1603.

1366. Altare portatile tunc consecrationem amittit, quando frangitur, vel loco movetur repositorium reliquiarum, *sacra Rituum cong.* 5 *Martii* 1603.

1367. Ubi oratio quadraginta Horarum fuit ob tumultus bellicos intermissa, debet restitui, *sacra Rituum cong.* 15 *Apr.* 1603.

1368. Abusus antiqui in processionibus tollendi sunt cum magna cautela, ne majora scandala sequantur, *sacra Rituum cong.* 13 *Maii* 1603.

1369. In Dominicis et festis potest celebrari Missa de *Requiem* pro defunctis insepulto cadavere, *sacra Rituum cong.* 23 *Maii* 1603, *in Egitanien.*

*Hoc decretum intelligitur de Missa solemni, non vero de privatis.* Vide supra *n.* 19, 328, 351, 423, 455, 643, 668, 688 *et seqq.*

1370. Cineres distribuendi in fer. IV post Dominicam Quinquagesimæ debent esse aridi, non vero in modum luti, *sacra Rituum cong.* 23 *Maii* 1630, *in Egitanien.*

1371. Si processio Litanarium majorum terminetur ad ecclesiam S. Marci, cantatur ibi Missa de S. Marco, non vero de Rogationibus, *sacra Rituum cong.* 23 *Maii* 1603, *in Hispalensi.*

1372. Vesperæ Defunctorum pro prima die mensis dicuntur post Vesperas etiam Dominicæ, vel festi de præcepto si accidat, *sacra Rituum cong.* 25 *Maii* 1603.

1373. Non potest episcopus prohibere, ne parochus celebret mortuorum Officium sine interventu vicarii, *S. C. Episcop.* 10 *Junii* 1603.

1374. Psalmi graduales et pœnitentiales dicuntur licite ubi est consuetudo eos dicendi pridie Vesperi fer. IV et VI, post Completor., *sacra Rituum cong.* 2 *Aug.* 1603, *in Lauden.*

1375. Vicarius generalis supra dignitates et canonicos paratos nullam habeat præcedentiam, sed

tantum aliis præcedat, quando sunt in habitu canonicali ordinario, et sine paramentis, *sacra Rituum cong.* 6 *Septemb.* 1603, *in Lauretana.* Vide supra *n.* 16, *et locis ibi indicatis.*

1376. Non est relinquendum Officium Breviarii pro Officio devotionis, *sacra Rituum cong.* 29 *Novemb.* 1603, *in Salamantina.*

1377. In eodem palatio non conceditur nisi unum oratorium privatum, *sacra Rituum cong.* 7 *Feb.* 1604.

1378. Non potest uti abbas extra suam ecclesiam mitra et baculo, neque ea ante se deferre, *sacra Rituum cong.* 7 *Julii* 1604. Vide infra *n.* 1459.

1379. Dedicationis festum extra actum consecrationis non potest amplius mutari ab episcopo inconsulta sede apostolica, *sacra Rituum cong.* 16 *Octob.* 1604. *in Ariminen.* Vide supra, *n.* 238, 426, 447, 1328.

1380. Si ecclesiæ Dedicatio accidat in festo Nativitatis B. M. V., Officium fieri debet de Dedicatione, et duæ Missæ possunt eadem die cantari; infra octavam vero fiat de digniori, *sacra Rituum cong.* 16 *Octob.* 1604, *in Ariminen.*

1381. Corpora sanctorum nondum canonizatorum non possunt poni sub altari, *sacra Rituum cong.* 16 *Octob.* 1604.

1382. Titulus antiquus ecclesiæ mutari non potest a confraternitate, *sacra Rituum cong.* 16 *Octob.* 1604.

1383. Si episcopus interesse voluerit Horis canonicis, statuere debet certam adventus sui horam, qua elapsa, poterit inchoari Officium, *sacra Rituum cong.* 16 *Januar.* 1605.

1384. Episcopus regularis debet recitare Officium juxta ritum suæ diœcesis, non vero sui ordinis *sacra Rituum cong.* 11 *Jun.* 1605, *in una pro Regulari promoto ad episcopatum.*

1385. Capellani episcopi, qui cum eo recitant Officium, debent se illi conformare, *sacra Rituum cong.* 11 *Jun.* 1605, *in una pro Regulari promoto ad episcopatum.*

1386. Ubi viget consuetudo immemorabilis, potest recitari Officium de communi pro sanctis jam non canonizatis, *sacra Rituum cong.* 11 *Jun.* 1605, *in Visen., et reperitur in Rubricis Brev. Minor. Observ.* Vide supra *n.* 217, 227.

1387. Missæ ad satisfaciendum eleemosynis alicui ecclesiæ traditis, non sunt celebrandæ per exteros, ubi commode possunt satisfieri per sacerdotes ejusdem ecclesiæ, *sacra Rituum cong.* 28 *Januar.* 1606.

1388. Non potest episcopus extendere ad suam diœcesim Officium illud, quod fieri solet in civitate, *sacra Rituum cong.* 16 *Januar.* 1607, *in Bojanen.*

1389. Res gravis pro licita votivæ solemnis decantatione ea est, pro qua convenit episcopus cum clero; vel apud Regulares in eorum comitiis generalibus seu provincialibus, cum cantatur Missa pro re, eorum judicio, gravi, *sacra Rituum cong.* 19 *Maii* 1607, *in Placentina.* Vide supra *n.* 466, 563, 850.

1390. Cereus Paschalis regulariter accendi debet ad Missas, et Vesperas solemnes in triduo Paschatis, in Sabbato in Albis, et Dominicis usque ad Ascensionem, quo die, cantato evangelio, exstinguitur. Ad Matutinum, et in aliis solemnitatibus, et diebus solemniter celebratis non accendatur, nisi adsit consuetudo, quod durante tempore Paschali accendatur, *sacra Rituum cong.* 19 *Maii in Placent.*

1391. Coadjutor episcopi non sedet celebrans in faldistorio, neque habet diaconos assistentes, neque canonici parantur, neque ponitur septimum candelabrum, *sacra Rituum cong.* 1 *Septemb.* 1607. Vide supra *n.* 206.

1392. Prædictus episcopi coadjutor non utitur baculo, nisi in ordinationibus, *sacra Rituum cong.* 1 *Sept.* 1607.

1393. In altari privati oratorii, cui conceditur celebratio Missæ, non potest tamen celebrari in Natali Domini, Epiphania, prima die Paschatis, et prima Pentecostes, Annuntiatione et Assumptione B. V. M., in festo SS. apostolorum Petri et Pauli, nec non in solemnitate Omnium Sanctorum, *sacra Rituum cong.* 17 *Novemb.* 1607.

*His tamen diebus addatur Sabbatum Sanctum ex variis decretis.* Vide supra *n.* 390, et infra *n.* 1513.

1394. Ecclesia parochialis in diœcesi venit sub nomine Matricis, ante quam idcirco neque Regulares, neque confratriæ possunt campanas pulsare in Sabbato Sancto, *sacra Rituum cong.* 9 *Februarii* 1608.

1395. Omnes de clero etiam canonici Eucharistiam sumant de manu celebrantis in fer. v, in Cœna Domini, *sacra Rituum cong.* 17 *Sept.* 1608. Vide supra *n.* 504.

1396. In choro teneri non debent aliæ imagines quam sanctorum, *sacra Rituum cong.* 7 *Augusti* 1609.

1397. Neque abbates, neque superiores possunt benedicere paramenta ecclesiarum non sibi subjectarum, *sacra Rituum cong.* 24 *August.* 1609.

1398. Clavis hostiæ repositæ in fer. v in Cœna Domini, non debet dari laico, quantumvis nobili, *sacra Rituum cong.* 30 *Jan.* 1610, *in Pacen.*

1399. Canonici tenentur ad cantandam Missam conventualem de Officio currenti, ut lucrentur distributiones, nec ad satisfactionem sufficit Missa in Aurora, *sacra Rituum cong.* 25 *Jun.* 1611, *in Urbinaten.* Vide supra *n.* 120, 121, 128.

1400. Domino loci, et commendatario religionis Hierosolymitanæ, et multo minus ejus procuratori, non defertur liber osculandus in Missa, *sacra Rituum cong.* 17 *Sept.* 1611, *in una nullius Marubii.* Vide infra *num.* 1403.

1401. Episcopus tantum, et non alius, dum private celebrat, potest accipere paramenta de ipso altari, et duos habere ministros superpelliceis indutos, præter alium ministrum clericum, sive laicum communi veste indutum, *sacra Rituum cong.* 7 *Julii* 1612, *in Cremonen.*

1402. Potest episcopus prohibere, ne campanæ nondum benedictæ pulsentur, *sacra Rituum cong.* 5 *Julii* 1614.

1403. Diaconus non debet pacem dare laicis, neque domino loci, sed ipsa spectat ad alium ministrum cotta indutum, et cum instrumento, non vero cum osculo, *sacra Rituum cong.* 5 *Julii* 1614.

1404. Non debent Regulares in canone nominare superiores suos, ut antistites, *sacra Rituum cong.* 12 *Novemb.* 1615.

1405. Canonicus hebdomadarius Officium faciens debet habere locum super omnes dignitates et canonicos, *S. C.* 17 *Junii* 1616.

1406. Regulares deferre debent crucem in processionibus cum velo pendente, seu pallio, *sacra Rituum cong.* 14 *Januar.* 1617, *in Neapolitana.*

1407. Accensis suo tempore candelis, non differatur Officium, licet absit hebdomadarius, sed jussu Majoris suppleat alius, *sacra Rituum cong.* 18 *Apr.* 1617.

1408. Ad majorem in choro spectat intonare initium Officii per *Pater noster*, et idem eo finito dabit signum, ut incipiatur Hora, *sacra Rituum cong.* 18 *Ap.* 1617.

1409. Idem dicit : *Dies et actus nostros*, etc., *Adjutorium*, etc. *Dominus nos benedicat*, etc, *Noctem quietam*, etc., *Benedicat et custodiat*, etc., *Dominus det nobis suam pacem*, etc., nisi alia sit consuetudo; *sacra Rituum cong.* 18 *Apr.* 1617.

Digitized by Google

1410. Nemo exeat de choro, etiam expleto Officio, nisi dato a majore signo finis, *sacra Rituum cong.* 18 *Ap.* 1617.

1411. Sub nomine festi novem lectionum venit Dominica, ideoque non est feria prima, ut si in ea occurrerit festum duplex, in cathedralibus et in collegiatis canendæ sint duæ Missæ, *sacra Rituum cong.* 12 *Martii* 1618.

1412. Canonici non debent ascendere ad stallum dignitatum, *sacra Rituum cong.* 12 *Martii* 1618.

1413. Capuccini in processionibus possunt erigere et deferre propriam crucem, *sacra Rituum cong.* 12 *Maii* 1618.

1414. In festo Corporis Christi non est deferenda in processione Eucharistia sacerdotum humeris, sed celebrantis manibus, *sacra Rituum cong.* 1 *Jun.* 1618.

1415. Capuccini, post sibi concessum propriæ crucis erectionem, debent in processionibus locum cedere Regularibus illis, qui sub propria cruce, et in proprio loco incedebant, antequam ipsi crucem propriam deferrent, *sacra Rituum cong.* 23 *Martii* 1619. Vide infra *n.* 1420.

1416. Potest episcopus cogere canonicos ad discendum cantum Gregorianum, etiam per subtractionem fructuum, *sacra Rituum cong.* 9 *Maii* 1619.

1417. Regulares in celebratione Missæ possunt annuntiare dies festos et jejunia in suis ecclesiis, *sacra Rituum cong.* 2 *Jul.* 1620.

1418. In oratione *A cunctis* nomina Patronorum, S. Michaelis archangeli, et S. Joannis Baptistæ præponenda sunt apostolis, *sacra Rituum cong.* 22 *Augusti* 1620. *Prædicta dispositio habetur etiam in Rub. Missal. post orat.* A cunctis.

1419. Si in communibus sanctorum suffragiis facienda sit commemoratio de cruce, tanquam de Titulo ecclesiæ, sufficit ea ordinaria, quæ habetur in Psalterio, quando scilicet Officium currat feriale, *sacra Rituum cong.* 30 *Mart.* 1621.

1420. Erectio crucis Capuccinis concessa fuit in illis tantum locis, in quibus sub cruce Minor. conventualium incedebant, et ideo in locis, in quibus jam sub propria cruce, seu in proprio loco sub cruce cleri in processionibus ante hujusmodi concessionem incedebant, eumdem locum retinere debent, *sacra Rituum cong.* 10 *Julii* 1621.

1421. Festum S. Annæ est de præcepto ubique, *sacra Rituum cong.* 24 *April.* 1622, *De mandato Gregoris XV, in const. incip.* Honor laudis

1422. Moniales, quæ Breviario Romano uti consueverunt, non sunt compellendæ ad recipiendum monasticum, *sacra Rituum cong.* 6 *Maii* 1622.

1423. In Officio de festo Conceptionis beatæ Mariæ Virginis non aliud nomen adhibeatur, quam conceptionis, *sacra Rituum cong.* 24 *Maii* 1622.

1424. Quædam Missa propria SS. Rosarii fuit concessa tantum ordini prædicatorum, *sacra Rituum cong.* 25 *Jun.* 1622, *in una ord. prædicator.*

1425. Missæ certis regularibus concessæ non possunt ab aliis dici, etiam in ipsorum regularium ecclesiis, *sacra Rituum cong.* 19 *Novemb.* 1622, *in una Conventualium Siciliæ.*

1426. Annuli usus in missa prohibetur protonotariis non participantibus, et quibuscunque doctoribus, *sacra Rituum congregat.* 11 *Februarii* 1623, *in Tropien.* Vide supra *num.* 443, 493 et infra *n.* 1454.

1427. In festo Stigmatum S. Francisci adhibetur color albus, *sacra Rituum cong.* 1623, *in una Urbis.*

1428. Symbolum S. Athanasii, quod dicitur ad Primam, laudabilius in choro recitatur stando, *sacra Rituum cong.* 23 *Decemb.* 1624.

1429. Imagines illorum, qui cum sanctitatis, seu martyrii fama decesserunt, non sunt apponendæ in oratoriis, vel in ecclesiis, tam sæcularibus, quam regularibus, antequam declarentur beati, neque ad eorum sepulcra accedendæ sunt lampades aut tabellæ affigendæ sine licentia Sedis Apostolicæ, *sacra Rituum cong.* 13 *Martii* 1625.

1430. Non ideo præjudicandum erit in aliquo illis, qui aut per communem Ecclesiæ consensum, aut per Patrum virorumque sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedis Apostolicæ, vel Ordinarii, coluntur, *sacra Rituum cong.* 13 *Martii* 1625.

1431. Ad invitatorium, antiphonas, responsoria, et versiculos in Officio parvo B. M. V. non additur *Alleluia* tempore paschali, *sacra Rituum cong.* 28 *Martii* 1626.

1432. Facultas concedendi usum pileoli in Missa spectat ad Papam, *sacra Rituum cong.* 24 *April.* 1626, *in Veliterna.*

1433. Non potest omitti altera ex duabus Missis cantandis de festo et de feria, *sacra Rituum cong.* 16 *Maii* 1626, *in Brugen.*

1434. In Missa fer. IV Temporum occurrentis in die Octava Nativitatis B. M. V. dicenda est Præfatio communis, non vero de B. V. *sacra Rituum cong.* 12. *Decemb.* 1626, *in una Urbis.*

1435. Signum quod fit cum patena a fronte ad pectus, fit integre cum signo crucis, post quod debet deosculari, *sacra Rituum cong.* 13 *Mart.* 1627, *in Panormitana.*

1436. Protonotarii non possunt benedicere paramenta pro Missa, *sacra Rituum cong.* 17 *Julii* 1627, *in una Castri Durantis.*

1437. Ad Missam vicarii generalis non debent accendendi quatuor candelæ, neque assistere duo capellani, *sacra Rituum cong.* 7 *Augusti* 1627.

1438. Celebrans in Parasceve mittat particulam in calicem sine aliquo crucis signo, neque se signet cum calice, *sacra Rituum cong.* 28 *Augusti* 1627, *in una Urbis.*

1439. Si festa SS. apostolorum Philippi et Jacobi, ac Inventionis S. Crucis occurrerint infra Octavam Ascensionis, præfatio in Missa erit de Apostolis, vel de Cruce, at *Communicantes* de Ascensione, *sacra Rituum cong.* 28 *Augusti* 1627, *in una Urbis.*

*Hic duo notanda occurrunt: primum, quod idem dicendum de aliis festis, ac de Missis votivis propriam habentibus præfationem, et infra eamdem octavam celebrandis; sicuti et hoc prorsus servandum infra Octavam Epiphaniæ, quoad festa duplicia primæ classis occurrentia, si propria gaudeant præfatione. Alterum, quod infra Octavam Nativitatis Dominicæ, non solum semper dicitur* Communicantes, *sed etiam* Præfatio, *licet Missa, vel occurrens, vel votiva propriam habeat præfationem, ut clare patet ex Missa S. Joannis evangelistæ, in qua recitatur præfatio Nativitatis, non vero Apostolorum.*

1440. Oratio imperata a superiore, veluti *Deus refugium*, omittenda est in duplicibus 1 classis; Romæ vero omittitur etiam in duplicibus 2 classis. *Sacra Rituum cong.* 28 *Augusti* 1627.

1441. In fine Missæ ad quodcunque altare celebratæ, fit reverentia cruci infra gradus, capite semper aperto, *sacra Rituum cong.* 28 *Augusti* 1627, *in una Urbis.*

1442. Infra Octavam Epiphaniæ nequit fieri nisi de duplici 1 classis, cum commemoratione Octavæ et prohibentur Missæ votivæ, excepta una solemni pro re gravi, et de *Requiem* præsente cadavere. Et si occurrat, tam in hac, quam infra alias Octavas privilegiatas Paschatis, Pentecostes, etc., celebrari Missa solemnis pro re gravi, dicitur unica oratio, *Gloria, Credo* et *Præfatio* propria si habeatur, sed *Communicantes* semper de Octava, *sacra Rituum cong.* 28 *Augusti* 1627.

1443. Vicarius, ut vicarius, non potest, absente

Digitized by Google

episcopo, Missas cantare solemnes, SS. Sacramentum aut sacras reliquias paratus deferre, nec aliis se immiscere functionibus ecclesiasticis, sed tantum præesse, ut omnia suo ordine fiant. *sacra Rituum cong.* 19 *Septemb.* 1627.

1444. Litaniæ majores, si occurrant in die Paschatis, transferuntur in fer. 3 seq., *sacra Rituum cong.* 25 *Sept.* 1627, *in una Urbis.*

Non in fer. 2, *sacra Rituum cong.* 19 *Sept.* 1665, *in una Galliar.*

1445. Baldachinum abbatis sine auro sit, et ter in anno ad summum adhiberi potest, *sacra Rituum cong.* 29 *Januar.* 1628. Vide verb. Abbas *sub num.* 31.

1446. Abbati celebranti una tantum Missa conceditur, *sacra Rituum cong.* 27 *Jan.* 1628.

1447. Missa solemnis abbatialis ter in anno ad summum est canenda, non tamen cum septem, sed cum sex candelabris, et cum abaco parvo, *sacra Rituum cong.* 29 *Jan.* 1628. Vide verb. Abbas *sub num.* 31.

1448. Missæ S. Gregorii pro vivis et defunctis impressæ, xv Auxiliorum, et de Patre Æterno, prohibitæ sunt, *sacra Rituum cong.* 8 *Apr.* 1628, *in una Urbis.*

1449. Officium Defunctorum dici potest in choro separatim ab Officio diei in diebus exceptis a Breviario pro adimplenda testatorum voluntate, *sacra Rituum cong.* 12 *Jun.* 1628.

1450. Abrogatur omnis consuetudo non canendi Missam de die ultra Votivam, seu pro Defunctis, *sacra Rituum cong.* 28 *Aug.* 1628.

1451. De titulis altarium, nisi sint in Kalendario Romano, nullum recitatur Officium, *sacra Rituum cong.* 28 *Augusti* 1628.

1452. Triginta Missæ S. Gregorii pro Defunctis non prohibentur, *sacra Rituum cong.* 28 *Octobris* 1628, *in una Urbis.* Vide supra *n.* 1448.

1453. Annuli usus in Missa prohibetur non solum protonotariis, sed etiam canonicis ecclesiarum cathedralium, *sacra Rituum cong.* 10 *Novemb.* 1628, *in dubio circa delationem annuli.* Vide supra *num.* 415, 493, 1426.

1454. Capellani sæculares in propriis ecclesiis Monialium, quæ Romano non utuntur Breviario, dicere possunt Missam de sancto ordinis, de quo Moniales officium recitant; sed cum Missali Romano, ut in proprio de Sanctis, vel de communi, *sacra Rituum cong.* 10 *Novemb.* 1628, *in una Urbis.*

1455. Solemniter consuevisse fieri officium significat festum populi, aut cleri cum apparatu, *sacra Rituum cong.* 9 *Decembris* 1628.

1456. De sancto canonizato non potest fieri Officium extra propriam ecclesiam sine novo decreto, *sacra Rituum cong.* 9 *Decemb.* 1628.

1457. Moniales in *Confiteor* ne dicant *tibi, mater,* nec *vobis, sorores,* sed ut in Breviario, *sacra Rituum cong.* 18 *Augusti* 1629.

1458. Sæpius decretum est, episcopos carere facultate delegandi aliis benedictionem paramentorum, et earum rerum, in quibus unctio non adhibeatur, *sacra Rituum cong.* 22 *Dec.* 1629.

1459. De licentia Ordinarii poterit abbas uti mitra et baculo extra proprias ecclesias, *sacra Rituum congr.* 6 *Decembris* 1631. Vide verb. Abbas *sub num.* 31.

1460. Pyxis, in qua asservata fuit Eucharistia, non potest vendi vel oppignorari, *sacra Rituum cong.* 27 *Augusti* 1632.

1461. In ecclesia SS. Nazarii et Celsi transferendum est festum SS. Victoris et Innocentii in primam diem non impeditam (post festum SS. Nazarii et Celsi) sub ritu semiduplici, sed cum evangelio et oratione eorumdem, in qua omittuntur socii, *sacra Rituum cong.* 12 *Febr.* 1633, *in Mediolanen.* Vide supra *n.* 25, 717, 891, 927.

1462. Canonici in processionibus, quibus episcopus cum mitra intervenit, intra ecclesiam incedant capite detecto, et extra eam cum birreto in capite, *sacra Rituum cong.* 30 *Martii* 1633.

1463. Moniales ipsæ tenentur legere, vel cantare cantu firmo divinum Officium, non vero earum capellani, *sacra Rituum cong.* 11 *Maii* 1635.

1464. In Calendariis locorum fiat nota *ad libitum,* quando officia non sunt de præcepto, *sacra Rituum cong.* 6 *Febr.* 1638. Vide supra *n.* 537.

1465. Ille idem, qui benedicit cineres prima die Quadragesimæ, vel candelas in festo Purificationis, aut ramos in Dominica Palmarum, debet etiam cantare Missam sequentem, *sacra Rituum cong.* 12 *April.* 1640.

1466. Tolerandum, quod canonici tribus mensibus anni frigidioribus recitent diebus ferialibus Matutinum in sacristia, *sacra Rituum cong.* 13 *Sept.* 1641.

1467. Magister cæremoniarum tenetur personaliter significare episcopo quando debeat ad ecclesiam accedere pro functionibus episcopalibus, *sacra Rituum cong.* 3 *Octobris* 1643.

1468. Regulares, qui sunt in possessione præcedentiæ, præcedant in publicis functionibus; et ubi non constat de possessione, præcedant ii qui sunt antiquiores in loco controversiæ, *sacra Rituum cong.* 6 *Octob.* 1645.

1469. Organum haberi debet etiam in ecclesiis collegiatis, *sacra Rituum cong.* 27 *Julii* 1646.

1470. In Missis votivis de Passione, vel de Cruce, quæ dicuntur infra hebdomadam Passionis, non est omittendus psalmus *Judica me, Deus,* neque *Gloria Patri* ad *Introitum,* et *Lavabo,* licet hæc omnia omittantur in Missa de Tempore, *sacra Rituum cong.* 10 *Februarii* 1647.

1471. Candelæ, cineres, palmæ distribuuntur stando cum mitra in capite ab eo, qui privilegium habet eam gestandi, *sacra Rituum cong.* 28 *Febr.* 1649.

1472. Festum, quod in aliqua ecclesia celebratur ratione Corporis, vel insignis reliquiæ, non habet Octavam, nisi specialiter concedatur a Sede Apostolica, *sacra Rituum cong.* 12 *Augusti* 1653.

1473. Tam Minores conventuales, quam Observantes Reformati S. Francisci possunt in propriis suorum ordinum ecclesiis solemnizare festum S. Antonii Patavini ea ipsa die, in quam inciderit; dummodo Reformati a processionibus abstineant in eodem loco, *sacra Rituum cong.* 20 *Septemb.* 1658.

1474. Nullo modo sunt permittendæ duæ processiones ne eodem festo in eodem loco, *sacra Rituum cong.* 9 *April.* 1662.

1475. Antiphona in choro cathedralis, postquam primo loco data fuerit celebranti in cornu epistolæ, danda est secundo loco primæ dignitati sive a cornu evangelii, sive a cornu epistolæ exsistenti, et sive interveniat, sive non prima dignitas, quæ sedet a dicta parte evangelii, non obstante allegata consuetudine, *sacra Rituum cong.* 12 *Martii* 1665, *in Senogallien.*

1476. Ad Octavam benedictionem in festo conversionis S. Pauli apostoli, non dicitur : *Cujus conversionem colimus;* sed *cujus festum,* etc., *sacra Rituum cong.* 23 *Febr.* 1666.

*Patet ex hoc quid faciendum sit in Officiis Translationis, Apparitionis, Ordinationis, vel Inventionis, et similium.*

1477. Si transferatur aliquod festum pro quo solent pulsari plures campanæ, pulsari debent propria die, et non in qua transfertur, *sacra Rituum cong.* 23 *Septembris* 1666.

1478. Ad responsorium breve Completorii in Dominica Passionis ne omittatur *Gloria Patri,* si die sequenti fiat de festo semiduplici, *sacra Rituum cong.* 28 *Sept.* 1666.

Digitized by Google

1479. In Missis votivis privatis non est dicendus Hymnus Angelicus, nisi fuerit Missa Angelorum, in qua quotidie est recitandus; vel Missa de beata Maria, in qua quolibet Sabbato dici debet, *sacra Rituum cong.* 14 *Maii* 1672.

1480. Si Moniales non habeant Missale a Romano diversum, sacerdotes in earum ecclesiis celebraturi possunt dicere proprias Missas ipsis Monialibus concessas, *sacra Rituum cong.* 27 *Augusti* 1672. Vide infra *n.* 1494.

1481. Clausula posita in brevibus indulgentiarum, scilicet : *Volumus autem, ut si alias Christifidelibus dictam ecclesiam visitantibus, aliqua alia indulgentia perpetua vel ad tempus nondum elapsum duratura concessa fuerit, præsentes litteræ nullæ sint*, non comprehendit altaria privilegiata pro defuntis, *sacra Rituum cong.* 23 *Junii* 1676. Vide infra *n.* 1491.

1482. Quando dicitur oratio *A cunctis* vel *Ecclesiæ*, non est dicenda oratio contra Paganos, vel alia hujusmodi, quia sufficienter una continet quod et altera, *sacra Rituum cong.* 16 *April.* 1688.

1483. AQUEN. *Instante clero Aquen. pro declaratione infrascriptorum dubiorum*, videlicet :

1. An attenta concessione recitationis officii SS. Sacramenti quolibet die Jovis non impedito, et excepto tempore adventus, Quadragesimæ, et Vigiliarum, clero sæculari diœcesis Mantuanæ, et Status Montisferrati, recitari possit a clero sæculari Aquen., quemadmodum practicatur a clero sæculari Mantuano propter verba decreti prædicti, vel eodem modo et forma quibus ibidem recitatur a sæcularibus.

2. An cum regulares varii sint in assignando quolibet mense lectiones 2 et 3 nocturni pro hujusmodi Officio, constet de decreto ejusdem sacræ cong. Rituum, quo utuntur PP. Barnabitæ, quod nimirum lectiones 2 et 3 nocturni semper recitari debeant, prout in die solemnitatis Corporis Christi.

3. An, quando recitatur Officium prædictum, Missa dici debeat prout in solemnitate Corporis Christi, et cum sequentia *Lauda, Sion*, etc., vel ut Missa votiva de SS. Sacramento in fine Missalis; an 2 et 3 oratio dici debeat ut infra Octavam ejusdem solemnitatis, vel 2 et 3 ad libitum.

4. An prædictum Officium recitari possit etiam tempore Adventus, Quadragesimæ, et Vigiliarum, prout etiam practicatur ex ratione, quod nullum tempus sit in decreto exceptum; et ratio dubitandi est, quia sic sequeretur, quod imposterum ibidem amplius non recitaretur a clero integrum Psalterium per totum annum, nec Officium fer. VI, nec in choro Psalmi Pœnitentiales.

Et sacra congreg. respondit : Ad 1 et 4 asserta concessio intelligenda est extra Adventum, Quadragesimam, Quatuor Tempora, et Vigilias, ac ita tam a Sæcularibus, quam a Regularibus servari debet, prout alias decrevit sac. Rit. congreg. sub die 18 Novemb. 1612, et 11 Novemb. 1641 ; ad 2, affirmative ex decreto pro ord. Min. de Observ. emanato die 12 Julii 1664 ; ad 3, Missa votiva celebranda est sine sequentia, et cum orationibus tempori congruentibus, ex eodem decreto, et ita censuit, et servari mandavit *sacr. Rit. cong. hac die* 14 *Junii* 1689.

1484. Si primæ Vesperæ de S. Martina impeditæ fuerint festo duplici, vel Dominica, hymnus proprius Vesperarum uniatur hymno Matutini, et ex duobus fiat unus sub unica conclusione, *sacr. Rit. cong.* 26 *April.* 1692.

*Et cum similium eadem sit ratio, idem videtur dicendum de aliis festivitatibus proprios habentibus hymnos, dummodo sint ejusdem metri, et successivas contineant actiones.*

1485. Ubi die decima octava Decembris celebratur Officium de Exspectatione B. M. V., omittendæ sunt ad Laudes antiphonæ illæ quæ occurrunt in illa feria in proprio tempore, *sacr. Rit. cong.* 12 *Maii* 1692.

1486. Si prædictum festum Exspectationis venerit in fer. IV Quatuor Temporum, nec erit dicenda nona lectio in Officio, nec legendum ejus evangelium in fine Missæ, sed illud S. Joannis : ideoque de feria sola fiat commemoratio in Officio, et Missa, *sacr. Rit. cong.* 12 *Maii* 1692.

1487. Translato festo S. confessoris ultra sequentem diem, in hymno *Iste Confessor* facienda est mutatio versiculi dicendo : *meruit supremos*, etc., *sacr. Rit. cong.* 14 *Jun.* 1692.

1488. Extenditur ad Ecclesiam universalem festum B. M. V. de Mercede, celebrandum die 24 Septembris sub ritu duplici de præcepto, cum oratione propria ac lectionibus 2 nocturni, *sacra Rituum congr.* 18 *Febr.* 1696.

1489. Festum Translationis, Ordinationis, Apparitionis, vel Inventionis, quod alicubi celebratur ratione corporis, vel insignis reliquiæ, celebrandum est sub ritu semid. nisi sit festum unicum, vel principale, et supposita concessione, si bis celebretur, *sacra Rituum congr.* 6 *Decembris* 1698.

1490. Regulares, obtenta a locorum ordinariis licentia oretenus, vel in scriptis, faciendi solemnes processiones extra limites conventuum suæ religionis cum statua, aut reliquia alicujus sancti, possunt uti pluviali, licet ejus usus non fuerit expressus in licentia obtenta, *sacra Rituum congr.* 21 *Mart.* 1699.

1491. Sub generali indulgentiarum suspensione, quæ fit anno Jubilæi, non comprehenduntur altaria privilegiata, nec aliæ indulgentiæ pro solis defunctis concessæ, *sacra Rituum congr.* 24 *Jan.* 1700.

1492. Officium S. Ubaldi habet orationem propriam, ac tres lectiones 2 nocturni, *sacra Rituum congr.* 14 *Februar.* 1702.

*Ex semid. ad libit. erectum fuit postea ad semidupl. de præcepto.*

1493. Conceditur Officium simplex S. Liborii episcopi et confessoris, occurrentis die 23 Julii cum sola commemoratione in Vesperis, et Laudibus, ac cum oratione, *Da, quæsumus*. ex ejus communi, *sacra Rituum congr.* 1 *Julii* 1702.

1494. Conceditur omnibus Monialibus ordinis Cisterciensis, quæ utuntur Breviario Romano, ut adaptare possint juxta ritum prædicti Breviarii Romani plura Officia una cum Missis propriis anno proxime præterito sub die 9 Decembris toti ordini Cisterciensi concessa, eaque sic accommodata faciant typis imprimi, nec non secundum easdem festivitates valeant celebrari facere Missas per capellanos ecclesiis earumdem servitio addictos cum Missali Romano, et juxta illius rubricas, *sacra Rituum congr.* 23 *Jun.* 1703.

1495. A Dominica Palmarum usque ad Dominicam in Albis inclusive prohibetur Officium cujuscunque festi. Item missa votiva, et de *Requiem*, excepta una solemni præsente cadavere, quæ tamen prohibetur triduo ante, et biduo post Pascha, *sacra Rituum congr.* 1704, 23 *Aug.*

1496. In expositione, vel repositione SS. Sacramenti pro oratione XL Horarum, si occurrat festum 1 vel 2 classis, fer. IV Cinerum, II, III, et IV majoris Hebdomadæ, aut Dominica privilegiata, debet cantari Missa de Officio occurente, addita oratione SS. Sacramenti sub una tantum conclusione cum paramentis tali officio convenientibus; processio tamen cum paramentis albis, in qua defertur crux a clerico superpelliceo induto, non vero tunicella ; sacræ autem imagines, seu reliquiæ sanctorum in tali casu non sunt exponendæ super altare. *Ita SS. D. N. Clemens XI*, 1705, 20 *Januar.*

1497. Nequit addi *Alleluia* in fine vers. *Panem de cœlo*, etc., infra annum in expositione SS. Sacramenti, excepto tempore paschali, et diebus infra Octavam Corporis Christi. *Ita SS. D. N. Clemens XI*, 1705, 20 *Januarii.*

Digitized by Google

1498. Parochi, superiores ecclesiarum sæcularium et regularium, sacristæ, et alii, ad quos spectat, non permittere debent quod cadavera ecclesiasticorum sæcularium, præsertim sacerdotum, sicut etiam diaconorum, et subdiaconorum, transferantur e propriis domibus ad ecclesias, vel in istis exponantur quocunque alio habitu, sive confraternitatum, sive religionum, sed cum sacris vestibus eorum ordini convenientibus juxta dispositionem Ritualis Romani *Tit. de exsequiis. Clemens XI*, 1705, 8 *Dec. in ejus Bullario particul. p.* 2.

1499. Officium S. Vincentii Ferrerii est semiduplex de præcepto cum oratione propria, *sacra Rituum congreg.* 1706, 6 *Mart.* At nunc ex declaratione Benedicti XIII, die 5 Aprilis 1726, est duplex.

1500. Officium S. Heduvigis viduæ, nunc habet ritum semiduplicem de præcepto, cum oratione propria, *sacra Rituum congr.* 1706, 20 *Martii.*

1501. Sacræ religioni Hierosolymitanæ conceditur, ut in navibus magnis, occasione longæ navigationis in alto mari contra infideles (quibus navibus rarissime terra attingitur, et sunt magni ponderis, ac firmæ structuræ, ut unaquæque sustineat quinquaginta ænea tormenta bellica), celebrari possit Missa eo duntaxat tempore, quo mare est tranquillum, et cœlum est serenum, et cum assistentia alterius sacerdotis, seu diaconi, ita ut adesse non possit periculum effusionis sanguinis in dicta celebratione, *Clemens XI, in diplomate incip.* Exponi nobis, *editum* 20 *Martii* 1706, *in ejus particul. Bullario, p.* 1.

1502. Cum in aliquibus diœcesibus sint aliqua loca, aut conventus in dit. C. C. M. et alia sub dit. aliorum principum, et cum aliqua Officia particularia sint concessa pro dit. tantum C. C. M. et alia ad instantiam aliorum principum pro suis respective statibus, et dominiis, advertant omnes, qui tenentur ad recitationem divini Officii, non posse, qui degunt in una dit. (quamvis sint in eadem diœcesi) recitare Offic. concess. alteri ditioni ex decreto *sacræ Rituum congr.* 16 *Dec.* 1679, ut in rubr. Brev. Seraph. *n.* 162, 163 et 164. Nam talia Officia non sunt concessa diœces. ut celebr. in diœces. (nisi essent concessa ad instantiam episc. talium diœc. pro tota diœc. et cum specificat. *Regularium*), sed tantum sunt concessa ad instantiam et preces principum pro suis tantum respective statibus et dominiis. Nec valet dicere, talia Officia celebr. in tota diœcesi, prout sunt posita in Kalend. diœces. Nam *Regulares non posse uti Kalendario diœcesano respondit et declaravit sacra Rituum congr.* 20 *Martii* 1684. Neque valet dicere, privilegia sunt amplianda, quia commutatio etiam amplissima privilegiorum se minime extendit ad Officia sanctorum ex decreto supradicto *sacræ Rituum congr.* 15 *Decembris* 1679, et ultim. ex decreto ejusdem *sacræ Rituum congr.* 1707, 20 *Martii.*

1503. Festum Immaculatæ Conceptionis B. M. V. ubique terrarum ab omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus, sicut alia festa de præcepto, servetur, et celebretur, ac sub præcepto observationis festorum comprehendatur, *sacra Rituum congr.* 1708, 28 *Januar.*

1504. Extenditur ad Ecclesiam universalem sub ritu semidup. de præcepto Officium S. Pii Papæ V, cum oratione, et lectionibus 2 nocturni propriis pro die 5 Maii, *sacra Rituum congr.* 1710, 28 *Jan.*

1505. Officium S. Agathæ V. et M. die 5 Februar. sub ritu semiduplici recitari consuetum, sub ritu duplici in posterum recitetur ab omnibus Christifidelibus, qui ad Horas canonicas tenentur, *sacra Rituum congr.* 1712, 26 *Aug.*

1506. Confirmantur decreta sacræ Rituum congr. super cultu immemorabili S. Liberati de Lauro ord. Min. Reg. Observ. S. Francisci provinciæ Marchiæ, *sacra Rituum congr.* 1713, 2 *Septemb.*

1507. Officium proprium S. Joannis de Deo confess. ord. fratrum Hospitalitatis fundatoris extenditur ad Ecclesiam universalem sub ritu semiduplici de præcepto pro die 8 Martii, *sacra Rituum congr.* 1714, 21 *April.*

1508. Ad pias, enixasque preces Cæsareæ Majest. SS. D. N. porrectas, et a Sanctitate Sua ad sacram Rituum congr. remissas, quibus supplicabatur, ut Officia Exspectationis Partus, de Mercede, et Patrocinii B. M. V., jam olim pro regnis Hispaniarum ritu duplici maj. concessa, ad omnia regna et dominia prædictæ Cæsareæ Majest. subjecta sub eodem ritu duplici majori in iisdem regnis et dominiis recitari, ac Missas respective celebrari posse indulsit, si SS. D. N. visum fuerit die 23 *Sept..... Facta deinde per me infrascriptum prosecr.* de prædictis SS. D. N. relatione, Sanctitas Sua benigne annuit 1774, 18 *Nov.* F. card. de Abdua præf.

1509. Resolvuntur sequentia dubia sacra Rituum congr. sub die 11 *Maii* 1715, in Camerinen.

1. An priori collegiatæ ecclesiæ S. Venantii occasione accessus capitulariter ad ecclesiam cathedralem debeatur locus in presbyterio ejusdem cathedralis? Et quatenus affirmative.

2. An eidem priori debeatur præcedentia ante præpositum, cæterosque canonicos ejusdem cathedralis, tam præsente, quam absente archidiacono, prima dignitate dictæ cathedralis.

3. An idem locus in dicto presbyterio debeatur etiam canonicis ejusdem collegiatæ, infra locum canonicorum cathedralis, in linea tamen æquali.

4. An, et qui locus debeatur priori S. Venantii absente archidiacono cathedralis, in processionibus, aliisque actibus, in quibus accedere solet utrumque capitulum: et prior S. Venantii incedit a sinistris archidiaconi ipso præsente et interessente.

5. An archidiaconus habeatur pro præsente quando assistit episcopo celebranti, vel assistentiam præstat eidem in processionibus etiam Sanctissimi Corporis Christi, ita ut prior S. Venantii debeat præcedere præpositum cathedralis.

6. An ministrare naviculam episcopo ponenti thus in thuribulo in collegiata in processionibus, in quibus intervenit capitulum cathedralis, et episcopus non assistit in pontificalibus, spectet ad digniorem ex capitulo cathedralis, vel ad priorem, aliumque digniorem ex capitulo collegiatæ.

7. An parochus collegiatæ in processionibus, in quibus intervenit utrumque capitulum, incedere debeat a sinistris parochi Cathedralis etiam cum stola.

Ad 1, negative; ad 2, affirmative præsente archidiacono, negative vero absente; ad 3, negative; ad 4, satis provisum in secundo; ad 5, negative; ad 6, negative quoad primam partem, affirmative quoad secundam; ad 7, affirmative, et amplius in omnibus.

1510. Festum et Officium SS. Rosarii B. M. V. Clemens XI extendit ad Ecclesiam universalem sub ritu duplici majori de præcepto quolibet anno recitandum in prima Dominica Octobris, ut videre est in ejusdem Pontificis bulla, quæ incip. *Cum aliis*, et habetur sub num. 25 in Bullario particulari dicti Pontificis. *Ita die* 3 *Octobris* 1716.

1511. A Vig. Pent. usque ad fest. SS. Trinit. inclusive prohibetur quodcunque Officium etiam 1 class. Item prohibetur Vot. et de *Req.* excepta una solemni præsente cadavere, quæ tamen prohib. triduo seq. *ex decr. sacra Rituum cong.* 1718, 10 *Decemb.*

1512. Ex decreto sacra Rituum cong. emanato die 10 *Decemb.* 1718, annuente Clemente Papa XI, die 14 ejusd. mensis et anni, in elogio pronuntiato in Martyrologio pro S. Felice confess. ord. Minor. Capucc. die 21 Maii, addantur hæc verb.: *Et a Clem. XI Pont. Max. solemni ritu sanctorum numero ascriptus est.* Item est supracitato decreto in Martyr. 10 Nov. post lectionem in oppido Milleduno S. Leonis confessoris, etc., immediate legitur — Neapoli in Campania S. Andreæ Avellini, etc., ut *ibi* cum

Digitized by Google

hac additione : *Quem miraculis clarum Clemens XI sanctorum Catalogo ascripsit.*

1513. In fer. quinta in Cœna Domini, et Sabb. Sancto non potest ullo modo, et a quocunque dici Missa privata, *ex decret. sacr. Rituum cong. et Clem. XI, die* 20 *Apr.* 1717 ac ejusdem Pontificis vivæ vocis oraculo 8 *Aug.* 1713, ac ultimo demandato ejusd. 1719.

1514. Confirmata a sacra Rituum cong. sub die 15 Martii proxime præteriti 1721, sententia a reverendiss. archiepisc. Pragen. lata super cultu publico ab immemorabili tempore præstito beato Joanni Nepomuceno olim ecclesiæ metropolitanæ Pragen. canonico cum subsecuto assensu SS. D. N. Innocentii Papæ XII. Ad pias modo enixasque preces Cæs. Majest. Caroli VI Roman. electi imperatoris, augustissimæ domus Austriæ, serenissimi regis Poloniæ, ac etiam nonnullorum emin. et reverendiss. S. R. E. cardinalium, pluriumque archiepiscoporum, episcopor. aliorumque Germaniæ principum a san. mem. Clemente Papa XI ad sacram Rituum cong. remissas, quibus supplicatum fuit, ut de beato Joanne prædicto Officium et Missam de comm. martyr. sub ritu duplici pro regno Bohæmiæ, Germaniæ, et statibus hæreditariis augustiss. domus Austriæ, cum facultate etiam collocandi in altari eidem sacro sito in metropolitana ecclesia Pragen. corpus dicti beati, quod usque adhuc sub humo quievit, benigne concedere dignaretur, illasque ab eminent. et rev. D. card. ab Althan relatas, sac. ead. congregatio, instante Ludovico Stayr canonico præfatæ metropolitanæ, hujusmodi causæ postulatore, et tam in voce, quam in scriptis R. P. D. Prospero de Lambertinis fidei promotore prius audito, petitum Officium et Missam de comm. mart. sub ritu dupl. pro regno Bohemiæ, sub ritu vero semid. pro tota Germania, et statibus hæreditariis augustiss. domus Austriæ singulis annis pro die 16 Maii concedi, prædictumque beati corpus elevari, et intra altaris mensam arbitrio reverendiss. archiepiscopi collocari posse censuit, si SS. D. N. visum fuerit, *Die* 7 *Junii* 1721. *Factaque deinde per me secret. de prædictis SS. D. N. Innocentio Papæ XIII relatione, Sanctitas sua benigne annuit. Die* 25 *ejusd. mensis et anni* 1721. Item reperitur in regestis decret. *sacra Rituum cong.*

1515. Cum sacra Rituum cong. die 11 *Aprilis* 1714, annuente etiam san. mem. Clem. Papa XI, Officium S. Joannis de Deo ordinis fratrum Hospitalitatis fundatoris pro Ecclesia universali sub ritu semid. recitari concesserit; cumque modo ex parte PP. Bernardi Bansi generalis, et Joachim Maggi procuratoris generalis ordinis prædicti pro elevatione ritus a semid. ad dupl. pro universali Ecclesia humillime supplicatum fuerit, sac. ead. Rit. cong. hujusmodi instantiæ benigne annuendo, supradictum Officium S. Joannis de Deo ab omnibus Christifidelibus, tam sæcularibus, quam regularibus utriusque sexus, qui ad horas canonicas tenentur, sub ritu dupl. in posterum recitari posse censuit, si SS. D. N. visum fuerit. *Die* 24 *Aprilis* 1722. *Factaque deinde de prædic. per me secret. SS. D. N. relatione, Sanctitas sua benigne annuit die et anno suprad.*

1516. Ad pias preces Augustissimi Caroli VI Roman. electi imperatoris san. mem. Clementi Papæ XI, nec non serenissimorum Poloniæ regis et Magni Ducis Etruriæ, ac eminen. et reverendiss. D. Christiani Augusti card. de Saxonia SS. D. N. Innoc. Papæ XIII porrectas, et a Sanctitate Sua ad sacra Rituum cong. remissas, in eaque per em. et rev. D. card. Salernum relatas, sac. ead. congregatio Rit. benigne indulsit, atque concessit, ut Officium S. Pauli primi eremitæ, quod hactenus sub ritu semid. in Ecclesia universali celebratum fuit, in posterum singulis annis die 15 Jan. ipsius festo ab omnibus Christifidelibus, tam sæcularibus, quam regularibus utriusque sexus, qui ad Horas canonicas tenentur, sub ritu dupl. min. recitari possit, et debeat, si SS. D. N. visum fuerit, 1722, *die* 13 *Jul. Factaque deinde per me secret. de prædictis SS. D. N. relatione, Sanctit. Sua benigne annuit die* 18 *ejusd. mens. et an.*

1517. Sacra Rituum cong. ad humillimas preces P. F. Francisci de Altamura vice-commissarii generalis ord. Min. Observ. benigne concessit, ut Officium omnium sanctorum dicti ordinis, quod hactenus sub ritu dupl. min. recitatum fuit, in posterum sub ritu dupl. 2 classis cum præfatione, prout in festo S. Francisci, a religiosis præfati ordinis recitari possit, et valeat, *sacra Rituum cong.* 1722, 22 *Augusti.*

1518. Episcopi abusus omnes, qui in ecclesiis sæcularibus, aut regularibus, contra præscriptum Cæremonialis episcoporum, et Ritualis Romani, vel rubricas Missalis et Breviarii irrepserint, debent omnino removere; et si adversus ea, quæ in dicto Cæremoniali statuta sunt, consuetudinem immemorabilem allegari contingat, postquam recognoverint, aut eam non satis probari, aut etiam probatam suffragari, utpote irrationabilem, de jure non posse, executioni eorum, quæ in dicto Cæremoniali instituta sunt, diligenter incumbere debent, neculla suspensio, aut appellatio admittitur. Innocentius XIII, in constitut. quæ incipit. *Apostolici ministerii* 13 Maii 1723, super Ecclesiastica disciplina confirmata a Benedicto XII, in alia constitutione, quæ incipit : *In supremo,* 23 *Septembris* 1724. Vide *n.* 41 *et* 55

1519. Calaritana canonizationis beati Salvatoris ab Horta laici professi ord. Min. S. Francisci de Observantia provinciæ Cathaloniæ. Confirmata in sacra Rituum cong. die 13 Sept. 1710, sententia per cl. mem. cardinalem Urbis vicarium super cultu beato Salvatori ordinis prædicti præstito, sive super casu excepto a decretis san. mem. Urbani Papæ VIII lata, annuente postmodum san. mem. Clemente Papa XI, sub die 29 Jan. 1711, P. F. Bernardinus de Nicea ordinis Min. Observ. Reform. et omnium causarum beatificationum et canonizationum, dicti ordinis postulator humiliter sacra Rituum cong. supplicavit, ut in posterum singulis annis 18 Martii die Anniversaria ipsius beati obdormitionis in Domino, non solum universo ordini Min., verum etiam civitati Calaritanæ, in qua corpus dicti beati veneratur, oppidis S. Columbæ diœc. Gerunden. ubi natus fuit, et Hortæ diœc. Dertusen. a quo idem beatus cognomentum sumpsit, illius Officium sub ritu dupl. et Missam benigne concedere dignaretur. Et sac. ead. Congregatio ad relationem emin. et reverendis. D. card. Fabroni ponentis tam in scriptis quam in voce, reverendis. Prospero de Lambertinis archiepiscop. Theodosiæ fidei promotore prius audito, Offic. supradicti beati sub ritu dupl. de comm. et Missam respective juxta petita posse concedi censuit, si SS. D. N. visum fuerit 1724 *die* 15 *Julii. Factaque deinde per me secret. de prædictis S. D. N. Benedicto Papæ XIII relatione, Sanctitas Sua benigne annuit die* 31 *ejusdem mensis et anni* 1724.

1520. Porrectis nuper san. mem. Innocentio Papæ XIII litteris Cæsareæ Majest. Carol. VI, Roman. elect. imperat. et Elisabethæ imperatricis, nec non sereniss. Poloniæ regis, nonnullorum emin. et reverendiss. S. R. E. cardinalium, pluriumque archiepiscoporum, episcop. ac principum, quibus non minus pie, quam enixe supplicatum fuit, ut Officium sanctæ Birgittæ, quod in universali Ecclesia sub ritu semid. et in pluribus regnis sub ritu duplici recitatur, in posterum ad Ecclesiam universalem sub ritu dupl. extendere dignaretur, illisque ad sacram Rituum cong. remissis, in eaque novissime per emin. et reverendiss. D. cardinalem Ptolomæum relatis, sac. ead. congregatio, instante P. Jacobo

Digitized by Google

Schechk priore generali ordinis Sanctæ Birgittæ in Bavaria, reverendissimoque Prospero de Lambertinis archiepiscopo Theodosiæ fidei promotore etiam audito, censuit, ut singulis annis die 8 Octob. ab omnibus tam sæcularibus, quam regularibus utriusque sexus, qui ad Horas canonicas tenentur, Officium prædictum sub ritu duplici recitari, et Missa respective celebrari possit, si SS. D. N. visum fuerit, 1724 *die 26 Aug. Et facta per me secr. S. D. N. de prædictis relatione, Sanctitas Sua benigne annuit, ejusdem anni* 1724 *die* 2 *Septembris.*

1521. Sacra Rituum cong., annuente SS. D. N. Benedicto Papa XIII, benigne indulsit, atque concessit, ut Officium cum lectionibus 2 noct. propriis, et oratione S. Andreæ Avellini jam pro clericis Regularibus Theatinis die 19 August. 1719 approbatum, in posterum ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus tam sæcularibus, quam regularibus, qui ad Horas canonicas tenentur die 10 Nov. sub ritu semid. recitari, et Missa respective celebrari debeat, 1725, 7 *Julii*, et ex novissimo decreto sub die 12 Dec. 1761, Officium hoc erectum est ad ritum dup. pro Dom. Ven.

1522. Ead. sacra Rituum cong. sub *die* 7 *Julii* 1725, ad supplicationem P. procuratoris generalis ord. Min. Conventualium concessit, ut fratres Min. S. Francisci in Officio B. Cunegundis virg. ord. S. R. Claræ possint uti lectionibus 2 noct. et oratione propriis jam sub die 10 Martii proxime præteriti approbatis pro regno Poloniæ, et ducatu Lithuaniæ.

1523. Ad humillimas preces P. Matthæi de Pareta procuratoris generalis ord. Min. Observ. S. Francisci pro extensione Officii proprii, et Missæ Exspectationis partus B. M. V. ad universum suum ordinem sacræ Rituum cong. porrectas, atque relatas, sacr. ead. congregatio gratiam in similibus factam extendendo petitum Officium singulis annis die 18 Decemb. omnibus Religiosis et Monialibus totius præfati ordinis facultatem recitandi, et Missam respective celebrandi posse concedi censuit, si SS. D. N. visum fuerit, 1725, 18 *Aug. Factaque deinde per me secret. de prædictis SS. D. N. relatione, Sanctitas Sua benigne annuit die* 23 *ejusdem mensis et anni* 1725.

1524. Pro Officio SS. Rosarii B. M. V. habentur lect. 2 noct. propr. et oratio tam pro Officio quam pro Missa ex decret. *sacr. Rituum cong.* 1726 10 *Martii* et confirm. a SS. D. N. Benedicto XIII *die* 19 *ejusdem mensis et anni.*

1525. Pro diœc. Cremonen. emanavit decr. sacr. Rituum cong. pro Officio et Missa sacræ domus Lauretanæ, 1726, 27 *April.*

1526. Sacra Rituum cong. ad humillimas preces P. procuratoris generalis ord. Capucc. nomine etiam totius religionis, orationem, et lectiones 2 et 3 noct. proprias, nec non Missam S. Felicis Capucc. ab emin. et reverendiss. D. card. Barberino ponente diligenter revisas et correctas, et in sacra Rituum cong. per eminent. et reverendiss. D. card. Picum loco ejusdem eminen. et reverendiss. Barberini absentis relatas approbavit, ut in festo ipsius sancti cum Offic. sub ritu 2 class. ab universo præfato ordine utriusque sexus in posterum recitari, ac celebrari possit, benigne concessit, 1726, *die* 25 *Maii.*

1527. Sanctissimus dom. nost. Bened. XIII, in Brevi sub datum Romæ *die* 7 *August.* 1726, pro beatificatione beatæ Hyacinthæ de Marescottis virginis Tertii Ordinis, indulsit, ut in terra Vignanelli civitatis Castellan. diœcesis, in qua prædicta beata nata est, et in civitate Viterbiensi ubi ejus corpus requiescit, et in universo ordine Sancti Francisci, tam Fratrum quam Monialium, quotannis die anniversaria felicis Obitus ejusdem beatæ, seu alia die non impedita illam immediate sequenti, recitetur Officium, et Missa celebretur de Virgine non martyre juxta rubricas Breviarii, et Missalis Romani, et quantum ad Missas attinet, etiam a sacerdotibus confluentibus. Præterea concessit, ut in prædictis locis et ordine solemnia beatificationis celebrentur cum Officio et Missa sub ritu duplici majori. Deinde die 21 ejusdem mensis approbavit ejusdem orationem propriam, eamque in solemni beatificatione ejusdem beatæ recitari debere benigne indulsit, atque concessit, 1726, 7 *Augusti.*

1528. Pro festo beatæ Ludovicæ Albert. Tertii Ordinis 31 Jan. sanctiss. domin. noster Bened. Papa XIII, 1725, *die* 19 *Decembris* approbavit lection. 2 nocturni et orationem propriam, et in universo ordine S. Francisci eas recitari indulsit, 1726, 19 *Decemb.*

1529. In Litaniis sanctorum pro diversitate functionum et temporum assignatis, et in illis pro commendatione animarum, post nomen S. Joannis Baptistæ statim adjungi debet illud S. Josephi dicendo : *S. Joannes Baptista, ora pro nobis; S. Joseph, ora pro nobis; Omnes sancti patriarchæ*, etc. *Benedictus XIII*, 1726, 19 *Decemb. in decreto* Urbis et Orbis.

1530. Cum clericus Jo. Baptista Luppi in ordinatione habita die 28 Decembris 1724, prius receperit ordines minores, quam clericus Jo. Franciscus de Rubeis : hic tamen occupaverit digniorem stallum in choro; episcopus nihil voluit definire. Re delata ad *sacr. Rituum congr.* dicta die, proposito dubio, *An, et cui competat præcedentia ?* sacra Rituum congr. ponente eminentissimo domino Georgio Spinula die 15 Febr. 1727, rescripsit; *Competere præcedentiam clerico Jo. Baptistæ Luppi.*

1531. Sacra Rituum congregatio concessit, ut ab omnibus religiosis trium ordinum Sancti Francisci, et ab aliis, a quibus ex indulto Sedis Apostolicæ festum sanctorum Jacobi de Marchia, et Francisci Solani sub ritu dupl. majoris hactenus celebratum fuit, in posterum, servatis tamen rubricis Breviarii ac Missalis Romani, sub ritu dupl. 2 classis cum Octava celebrari possit, 1727, 6 *Aprilis.*

1532. Aliud decretum *sacra Rituum congr.* emanavit *die* 12 *Julii* 1729, annuente sanctiss. dom. nost. Benedicto Papa XIII, die 23 ejusdem mensis et anni, quo conceditur Officium et Missa beat. mart. Joannis de Perusio, et Petri de Saxoferrato ordin. Minor. de commun. mart. sub ritu dupl. minor. pro die 29 August. in universa ordin. Minor. religione, et pro civitate ac diœcesi Valentina, ubi martyrium prædicti BB. passi fuerunt, ac etiam pro civitate, ac diœcesi Terulensi ubi ipsorum corpora venerantur, nec non in civitate ac diœcesi Perusina, et oppido Saxiferrati, in quibus ortum habuerunt : *Huic Officio assignata tanquam propria dies* 3 *Septembris*, 1727, 12 *Julii.*

1533. Sanctissimus domin. nost. Benedictus Papa XIII, *die* 28 *Julii* 1727, benigne indulsit, atque concessit, ut Officium S. Rosæ virginis Limanæ ordin. Prædicatorum jam pluries pro regnis Hispan. aliisque dominiis, civitatibus, et diœcesibus approbatum, et extensum in posterum die 30 August. sub ritu dup. cum oratione, et lection. 2 noctur. propriis, alias a S. Rituum congreg. approbatis, ab omnibus Christifidelibus utriusque sexus tam sæcularibus, quam regularibus, qui ad Horas canonicas tenentur, recitari possit, et debeat, et ita servari, ac in Breviario et Missali Roman. apponi mandavit, 1727, 28 *Julii.*

1534. In dit. R. et Dom. Sabaudiæ qualibet feria 6, etiam in Quadragesima, non impedita festo duplici, vel semidupl., fiet Officium sanctissimæ Sindonis ritu semidup. ex decreto sanctiss. dom. nost. Benedicti XIII, 1727, 14 *Augusti.*

1535. Idem sanctiss. dom. nost. die 22 *Aug.* 1727, indulsit, ut Officium Septem Dolorum B. M. Virg.

Digitized by Google

pluribus regnis, dominiis, civitatibus, ac diœcesibus jam concessum, in posterum feria 6, post Dominic. Passionis ab omnibus Christifidelibus sæcularibus et regularibus, utriusque sexus, qui ad Horas canonicas tenentur, sub ritu duplici majori recitari, et Missa respective celebrari possit, et debeat, servatis in reliquis rubric. Missalis et Brev. Rom., ac ita in Brev. et Missal. Rom. apponi mandavit, 1727, 22 *Aug.*

1536. In cathedrali Novariensi exstat statutum : *Quod nullus canonicorum admittatur ad fructus præbendarum, donec fecerit septimanam in suo ordine laudatam, nec assignetur alicui canonico præbenda aliqua, donec fecerit septimanam laudatam et approbatam a majori parte capituli in ordine suo.* Mense Decembris 1693, cum vacassent duo canonicatus, fuit de uno provisus canonicus Torniellus, et de altero canonicus Berciochus. Torniellus prius cepit possessionem; sed alter prius terminavit suam septimanam, quam laudavit, et approbavit capitulum, a quo fuit etiam decretum, quod quo ad honorifica præcederet Torniellus, et quo ad lucrosa Berciochus. Sunt in dicta cathedrali aliæ præeminentiæ debitæ Antianis, nempe quod celebrare valeant, dum recitatur Matutinum in choro; et quod assumantur ad officia thesaurarii, et procuratoris, de quibus est orta disputatio inter dd. canonicos. Quare propositis dubiis :

1. An sustineatur resolutio capitularis concedens Canonico Berciocho manutentionem in quasi possessione antiquitatis quoad omnia lucrosa, et Canonico Torniello quoad omnia honorifica.

2. An et qui competant jura præeminentialia noviter superventa.

Sac. congr. ponente eminentissimo Pico die 6 Sept. 1727, rescripsit; Ad primum, *Affirmative*; ad secundum, *Competere Torniello.*

1537. Die 5 Decembris 1727, in Sorana fuerunt posita sequentia dubia. Primo, an archipresbyter et canonici ecclesiæ collegiatæ S. Bartholomæi civitatis Soræ intervenire et assistere debeant omnibus functionibus pontificalibus ab episcopo celebrandis in ecclesia cathedrali. Secundo, an teneantur intervenire ad processiones publicas et votivas dictæ civitatis. *Sacra Rituum congr.* dicta die rescripsit : *Ad utrumque affirmative.*

Die 15 Jan. 1728, fuit propositum dubium : An decisa sub die 5 Decembris 1716, contra archipresbyterum et canonicos S. Bartholomæi civitatis Soræ, militent etiam in omnibus contra præpositum, et canonicos ecclesiæ collegiatæ S. Restitutæ ejusdem civitatis. Fuit rescriptum *Affirmative.* Et die 24 Januarii 1728, sacra congregatio stetit *In decisis.* In dicta diœcesi sunt constitutiones synodales præcipientes hanc assistentiam, et concurrebat etiam observantia.

1538. Parochi civitatis Arimini obtinuerunt rescriptum ab eminentissimo de Via tunc episcopo, quod possent in publicis processionibus, in quibus intervenit capitulum cathedralis, incedere cum stola. Ad reclamationem capituli fuit propositum dubium : An in processionibus, in quibus incedunt, et præcedunt canonici ecclesiæ cathedralis sine stola, et simul incedunt parochi sub una ejusdem cathedralis cruce, liceat prælatis parochis deferre stolam, non obstante rescripto eminentissimi ordinarii, per quod simile indultum sub die 31 nuper elapsi mensis Augusti ipsis fuit concessum; *sacra Rituum congr.* die 24 Januarii 1728, ponente eminentissimo Origo, rescripsit : *Parochos Ecclesiæ Ariminensis ferre posse stolam in processionibus generalibus, in quibus capitulum procedit sacris paramentis indutum.*

1539. Die 20 Mart. 1728, in una Milevitana fuerunt proposita sequentia dubia :

1 An liceat magistratui et capitaneo virgæ se introducere, ac respective permanere intus aulam, seu cubiculum, in quo reverendiss. episcopus functiones episcopales peracturus recipit capitulum habitu chorali indutum, ut deinde cum illo se transferat ad Ecclesiam.

2. Usque ad quem locum præcise pervenire, ac permanere debeant, donec episcopus, et capitulum ex eadem aula et cubiculo egrediantur, ut ad ecclesiam procedant.

3. An magistratui, et capitaneo virgæ, postquam associaverint episcopum usque ad altare SS. Sacramenti, liceat transire per presbyterium ad effectum prosequendi associationem usque ad locum baldachini.

4. An eisdem, in functionibus ecclesiasticis uti liceat clava seu mazza honorifica, quam de præsentibus ante se deferri faciunt, tam extra, quam intus ecclesiam.

5. An eadem clava seu mazza uti valeant in præfatis functionibus ecclesiasticis, tam præsentibus quam absentibus episcopo et capitulo.

6. An liceat capitulo ejusdem cathedralis, sine Apostolicæ Sedis indulto in functionibus ecclesiasticis uti tam extra quam intra ecclesiam clava seu mazza honorifica, quam de præsenti ante se deferri facit.

Sacra Congregatio die 20 Martii 1728 rescripsit: Ad eminentissimum ponentem juxta mentem, Mens est *Affirmative* in omnibus, nisi episcopus aliquam ingerat difficultatem.

1540. SS. D. N. Benedictus PP. XIII, in bulla beatificationis servi Dei Joannis de Prado M. ord. Min. sub die 14 *Maii* 1728, indulsit, ut in universo ordine S. Francisci quotannis celebretur de eodem Officium cum Missa de com. unius mart. sub ritu dupl. maj.; sed cum dies propria, quæ est 24 Maii, impediatur in perpetuum ab Oct. die S. Paschalis, assignatur dies 31 ejusdem mensis ut prima non impedita, juxta quod conceditur in eadem bulla, et Rub. Brev. *de Translat. fest.*, *n.* 31.

1541. Die 3 Julii 1728, resoluta sunt sequentia dubia :

1. An magister cæremoniarum capituli ecclesiæ S. Antonini Placentiæ associare valeat dictum capitulum cum habitu violaceo, et cum gestatione ferulæ in illis processionibus, in quibus intervenit capitulum cathedralis.

2. In quo loco incedere debeant clerici seminarii in dictis publicis et solemnibus processionibus.

3. An in Kalendario ecclesiæ Placentinæ adnotari debeat tempus, in quo fit mutatio capparum dictorum canonicorum S. Antonini, sicut adnotatur tempus mutationis capparum dd. canonicorum cathedralis.

4. An canonici dictæ ecclesiæ S. Antonini peragere valeant in dicta eorum ecclesia, occasione funerum Summorum Pontificum, propriorum episcoporum, aliorumque principum, exsequias solemnes cum quinque absolutionibus, juxta formam præscriptam in Pontificali Romano, seu potius privative spectet ad cathedralem.

Sacra Rit. congregatio dicta die, ponente eminentissimo Salerno, rescripsit : *Ad* 1, *Negative, et amplius; ad* 2, *Dilata; ad* 3, *Negative, et arbitrio episcopi etiam quoad alias collegiatas; ad* 4, *Negative, et amplius.*

Quoad secundum dubium difficultatem ingessit, quia in processionibus præcedebant ante confraternitates, et regulares, cruces cathedralis, et collegiatæ S. Antonini, ex quo deducebat capitulum cathedralis clericos seminarii non debere ab ipsa separari.

1542. SS. D. N. Benedictus XIII, ad humillimas preces episcopi, capituli, et civium civit. Vercellensis benigne indulsit atque concessit, ut Officium S. Eusebii ep. Vercellen. et mart. cum lect. 2 noct. propriis ab emin. et reverendiss. D. card. Pipia diligenter revisis, atque correctis, *die* 16 *De-*

Digitized by Google

*cembr.* ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui ad Horas canonicas tenentur, sub ritu semidup. recitari, et Missa respective celebrari debeat, et ita in Breviar. et Missali Romano apponi mandavit 1728 *die* 7 *Jul.*

1543. Die 3 Augusti 1728, inter capitulum cathedralis et capitulum insignis collegiatæ S. Venantii civit. Camerini fuerunt proposita sequentia dubia :

1. An episcopo pontificalia exercenti in ecclesia S. Venantii debeatur assistentia a dignitatibus et canonicis ecclesiæ cathedralis, seu potius a priore ejusdem collegiatæ.

2. Ubi, et quomodo occasione synodi cedere debeant canonici et dignitates ecclesiæ cathedralis, et prior, et canonici d. collegiatæ.

Ad 1, rescriptum fuit, *negative quoad primam partem, et affirmative quoad secundam*; ad 2, *servetur decretum eminentissimi Casini*, nempe quod locus sessionis in synodo sit extra presbyterium, et canonici cathedralis stent a dextris episcopi, et capitulum collegiatæ a sinistris.

Reproposita die 10 Aprilis 1728, sacra congregatio rescripsit : *Inspectis prærogativis competentibus capitulo dictæ collegiatæ, quæ in multis gaudent privilegio cathedralitatis in vim bullæ Pauli III, sacra cong. stetit in decisis.* Referente eminentiss. Belluga in locum eminentiss. Zondadari ponentis.

1544. Sanctissimus dom. nost. Benedictus XIII, ad humillimas preces Pat. Fr. Bernardini de Nicea ordinis Minor. Observant. Reform. Sancti Francisci, et causarum beatificationum et canonizationum totius sui ordinis postulatoris benigne indulsit, atque concessit, ut die 28 Sept. festi beati Bernardini de Feltria ordin. Minor. de Observantia in tota religione Seraphica, cui nomen dedit, necnon in civitate Papiensi, in qua sacrum ejus corpus requiescit, et in civitat. Feltrinen., ubi natus fuit, Officium ipsius de communi confes. non pontificis sub ritu dupl. et Missa respective celebrari possit et debeat 1728, *die* 3 *Augusti.*

1545. Sanctissimus dom. nost. Benedictus XIII benigne indulsit, atque concessit, ut Officium sancti Gregorii Papæ VII, alias a sac. Rituum congreg. die 19 August. 1719, cum lection. 2 nocturni et oratione propriis pro universo ordine Benedictino revisum et approbatum, in posterum ab omnibus Christifidelibus utriusque sexus, tam sæcularibus quam regularibus, qui ad Horas canonicas tenentur, die 25 Maii sub ritu duplici recitari, et Missa respective celebrari debeat, ac ita in Breviar. ac in Missali Romano apponi mandavit 1728, *die* 25 *Septembr.*

1546. Cum Officium Septem Dolorum beatæ Mariæ Virginis, Ecclesiæ universali jam pro feria 6 post Dominicam Passionis assignatum, multoties in dicta feria 6, ob occurrentiam Officii 2 classis recitari minime valeat, propterea sanctiss. dom. nost. Benedictus Papa XIII, ob specialem devotionem erga beatam Mariam Virginem Septem Dolorum, idem Officium die Sabbati immediate sequenti, non obstante quod dicta die occurrat aliud Officium alterius sancti, dummodo non sit altioris ritus, ab Ecclesia universali in posterum celebrari, et festum sancti occurrentis juxta rubricas generales transferri mandavit 1729, 25 *Jan.*

1547. Sanctissimus dom. nost. Benedictus XIII, ad humillimas preces reveren. pat. D. Julii Aresii congregationis Casinensis ordin. Sancti Benedicti præsidis generalis benigne indulsit, atque concessit, ut die 10 Februar. Officium sanctæ Scholasticæ virg. et abbatissæ, ejusdem sancti Benedicti sororis cum lection. 2 nocturni et oratione propriis jam in universo ordine Benedictino recitari solitum, in posterum ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui ad Horas canonicas tenentur, sub ritu dupl. recitari, et Missa respective celebrari debeat, et ita in Breviar. et Missali Romano apponi mandavit 1729, die 1 *Febr.*

1548. Sanctissimus domin. noster Benedictus XIII, ad enixas supplicesque preces eminentiss. et reverendiss. dom. card. Accoramboni episcopi Imolen. benigne concessit, ut die 4 Decemb. Officium sancti Petri Chrysologi, episcopi et confessoris, cum oratione et lectionibus propriis juxta approbationem a sacra Rituum congreg. sub die 19 Augusti 1617, pro Ecclesia Imolensi factam, ab omnibus tam sæcularibus quam regularibus utriusque sexus, qui ad Horas canonicas tenentur, sub ritu duplici, servatis tamen rubricis Breviarii ac Missalis Romani, in posterum recitari debeat, et ita in Breviario ac Missali Rom. apponi mandavit 1729, 20 *Februar.*

1549. In decreto canonizationis beati Seraphini de Monte Granario ordinis Minorum Capuccin., sanctissimus domin. noster Benedictus XIII concessit Officium et Missam ejusdem Beati in toto Seraphico ordine sancti Francisci pro die 12 Octobris de communi confessoris non pontif. sub ritu duplici 1729, 18 *Julii.*

1550. In collegiata Murri Vallium habentur conciones in Adventu et Quadragesima : nascitur quæstio, cui debeatur prima salutatio facienda a concionatore, canonicis, an magistratui. Die 20 Augusti 1729, ab eminentissimo S. Clementis fuit propositum dubium, an, et cui debeatur primo loco. *Sac. congregat.* rescripsit : *Salutationem deberi capitulo primo loco, et amplius.*

1551. Sanctissimus dominus noster Benedictus XIII, ad humillimas preces Patris Magistri Frat. Felicis Leonis ordinis Eremitarum Sancti Augustini procuratoris generalis benigne indulsit, atque concessit, ut officium sancti Joannis a sancto Facundo cum lectionibus 2 nocturni et oratione propriis, jam pro universo prædicto ordine eremitarum Sancti Augustini approbatum, et ad omnia regna, ac dominia serenissimo regi catholico subjecta novissime extensum, in posterum ab omnibus Christifidelibus utriusque sexus, tam sæcularibus quam regularibus, qui ad Horas canonicas tenentur, die 12 Junii sub ritu duplici recitari, et Missa respective celebrari debeat, et ita in Breviariis et Missalibus Romanis apponi mandavit 1729, 16 *Nov.*

*Prædicto Officio, cum dies propria, scilicet* 12 *Junii, sit in perpetuum impedita Officio altioris ritus, assignatur dies* 15 *Junii.*

1552. De mandato sanctissimi dom. nost. Benedicti Papæ XIII, extensum fuit ad totum Seraphicum ordinem utriusque sexus Officium beati Fidelis a Sigmaringa, martyris ordinis Capuccinorum, pro die 24 Aprilis sub ritu duplici majori 1729, 2 *Decembris.*

1553. Ad humillimas preces Patr. Fr. Josephi Mariæ ab Ebora, commissarii generalis in curia ordinis Minorum Observant. Sancti Francisci sanctissimo domino nostro Benedicto Papæ XIII porrectas, Sanctitas Sua orationem et lectiones secundi nocturni proprias, et antiphonas ad *Benedictus* et ad *Magnificat* approbavit, et in Officio ac Missa diei Festi Sanctæ Margaritæ de Cortona, tam ab omnibus religiosis totius ordinis Minor. quam a Monialibus, et Tertiariis, necnon etiam ab universo clero sæculari et regulari civitatis et diœcesis Corton. sub ritu dupl. 2 classis cum Octava, servatis tamen Rubricis Breviar. et Missalis Roman., in posterum recitari posse benigne concessit 1730, 6 *Febr.*

1554. Episcopus Trivicanus consuevit habitare in terra Castelli, in qua adest ecclesia parochialis cum numero presbyterorum, quam episcopus refert esse collegiatam ; sed capitulum cathedralis contendit contrarium, dicens esse mere receptitiam. Quod comprobat, quia ejus prima dignitas non est reservata ; quod secus foret, si esset collegiata, ut notum est. Sed utrum sit collegiata, pendet lis in sacra

congregatione Concilii; episcopus propria auctoritate dedit eisdem presbyteris canonicis nuncupatis usum quorumdam insignium, nempe rochetti sine manica, et almutiæ cum caputio ad instar aliarum collegiatarum diœcesis Beneventanæ. Adversus quam concessionem recurrit capitulum cathedralis, et proponitur dubium :

1. An concessio insignium, de quibus agitur, facta ab episcopo Trivicano RR. presbyteris vener. ecclesiarum S. Joannis Baptistæ Cansi, et S. Mariæ de Fratta Castelli prætensarum collegiatarum, sustineatur.

Sacra Rit. congregatio die 18 Apr. 1730, ponente eminentissimo Pico, rescripsit, *Ad primum*, *negative*.

Ad instantiam dictarum ass. collegiatarum fuit propositum aliud dubium adversus capitulum cathedralis, nempe:

2. An capitulum cathedralis ecclesiæ Trivicanæ sit manutenendum in possessione, seu quasi, deferendi insignia, de quibus agitur. Sacra congregatio rescripsit : *Negative quoad insignia concessa ab episcopo Viglino, et moderno.*

Pro cujus intelligentia, capitulum hujus cathedralis, usque ad annum 1704, non aliis insignibus usum fuit, quam quadam mozetta violacei coloris lanea sine caputio; sed anno 1704, sub episcopatu dicti episcopi Viglini obtinuerunt reintegrationem ad jus deferendi rochettum, et mozettam cum caputio, quod decretum confirmatum fuit a moderno episcopo, ut ipse retulit in sua informatione, asserens dictum decretum ab antecessore processisse prorsus inscio, et cum actis falsis, et se etiam deceptum fuisse, quibus documentis innititur relata resolutio.

1555. Ex decreto sacræ Rituum congr. Officium S. Monicæ vid. 4 Maii in posterum celebratur sub ritu dupl. 1730, 26 *Aug.*

1556. Sacra Rituum congr. concessit universo ordini Sancti Francisci lect. 2 nocturni pro Officio beat. Fidelis a Sigmaringa ordinis Minorum Capuccinorum, 1730 20 *Sept.*

1557. Cum ex parte Pat. Fr. Josephi Mariæ ab Ebora commissarii generalis in curia ordin. Minor. Obs. Sancti Francisci supplicatum fuerit pro extensione Officii et Missæ de communi sub ritu semidup. beati Simonis a Lipnica sacerdotis regularis Observantiæ Sancti Francisci de anno 1689, pro regno Poloniæ jam elargitum, ad universum ordinem, tam Fratrum quam monialium, Sancti Francisci, sacra Rituum congreg. dictum Officium in universo præfato ordine singulis annis in festo ipsius beati die 18 Julii juxta petita recitari, et Missam respective celebrari posse benigne indulsit atque concessit 1730, 9 *Decemb.*

1558. In loco Casoriæ, quod est unum ex suburbiis civitatis Neapolis, ubi adest, collegiata insignis, inter cujus præpositum et canonicos ex una, et parochos civitatis ex alia parte, lite exorta circa præcedentiam, propositum fuit dubium:

An in synodo Neapolitana, et aliis functionibus publicis in dicta civitate faciendis, debeatur præcedentia præposito et canonicis collegiatæ S. Mauri Casalis Casoriæ, vel potius parochis civitatis Neapolis. Sacra congregatio ponente eminentissimo Belluga die 9 Decembris 1730, rescripsit : *Ad primam partem, affirmative, et negative ad secundam, et amplius.*

1559. Ponente eminentissimo Origo, magistratus Terræ Plebis occasione reædificationis ecclesiæ collegiatæ inivit concordiam cum capitulo anno 1728, circa modum sedendi in concionibus, in qua cum daretur pars dextera magistratui, et quia canonicus, qui contraxit, non habebat speciale mandatum, fuit impugnata a capitulo ; et dicta die proposita fuerunt sequentia dubia :

1. An ass. concordia die 10 Februar. 1728 sit servanda.

2. An liceat magistratui retinere scamnum æqualiter elevatum cum scamno capituli e conspectu concionatoris, et an sit licitum illud retinere a parte dextera.

3. An capitulum occasione concionum, retinere debeat suum scamnum intra presbyterium, vel potius servandus sit stylus practicatus ante restaurationem ecclesiæ.

4. An salutatio per concionatorem capitulo, et magistratui sit peragenda in confuso, vel cum prælatione capituli, vel potius sit omittenda.

5. An danda sit a subdiacono pax per amplexum gubernatori, et duobus consulibus, reliquis vero communistis a mansionario, seu alio sacerdote cum pluviali per instrumentum.

6. An teneantur canonici per se, vel per alium præsentare aspersorium magistratui in ingressu ecclesiæ.

Rescripsit sacra congregatio die 9 Decembr. 1730 : *Ad 1, et 2, negative; ad 3, affirmative quoad primam partem, et negative quoad secundam, transportato pulpito sumptibus propriis communitatis in situ commodo capitulo; ad 4, esse faciendam cum prælatione capituli; ad 5, esse dandam a mansionario per instrument.; ad 6, esse dandam concordiam* 1669, *in qua convenitur, aspersorium esse præsentandum magistratui a magistro cæremoniarum.*

1560. Inter promotorem fiscalem curiæ episcopalis, et capitulum cathedralis concordata fuerunt sequentia dubia :

1. An liceat apponi tapetum cum pulvinari ante pedes præbendati celebrantis, etiam quando descendit vertendo terga ad altare, pro impositione cinerum, ac distributione candelarum et palmarum, ac pro quacunque alia functione.

2. An liceat, etiamsi sequatur casus, quod magistratus civitatis, vulgo regidores, utatur eodem tapeto et pulvinari in eisdem functionibus.

3. An liceat, præsente episcopo, eisdem dignitatibus et canonicis, intra vel extra ecclesiam cathedralem adhibere in privatis functionibus ecclesiasticis sedes cum brachiis et subselliis; aut solum uti debeant scabellis vel scamnis, quemadmodum utuntur, episcopo pontificalia exercente.

4. An liceat eisdem dignitatibus et canonicis occupare easdem sedes cum brachiis, absente episcopo, in functionibus ecclesiasticis intra ecclesiam, non obstante non usu in cathedralibus Hispaniæ.

5. An episcopo pontificalia exercenti competat retentio baldachini, etiam pretiosi et aurati, supra sedem positam e latere altaris majoris.

6. An eadem retentio competat episcopo, etiamsi capitulum omiserit apponere baldachinum super altare majus.

Sacra congr. *die* 20 *Aug.* 1729, ponente eminen. Belluga, rescripsit : *Ad 1, non licere; ad 2, pro reformatione dubii; ad 3, negative quoad primam partem, affirmative quoad secundam; ad 4, negative; ad 5, competere, dummodo non sit pretiosum nec auratum; ad 6, affirmative, et episcopus cogat capitulum ut ponat baldachinum super altare majus.*

Reproposito secundo dubio die 9 Decemb. 1730, fuit rescriptum, *negative.*

1561. Officium S. Andreæ Corsini episcopi et confessoris, semidup. 4 Febr., deinceps duplex ex decr. *sacræ Rituum congr.* 1731, 3 *Jan.*

1562. Anno 1706, episcopus Trivicanus, ob malam suam valetudinem, confecit oleum sanctum in ecclesia S. Mariæ terræ Castelli, et archipresbyter dictæ ecclesiæ prætendit illud distribuere; quæ res dedit motivum canonicis cathedralis recurrendi, et proposita fuerunt duo dubia :

1. An episcopus Trivicanus solitam consecratio-

Digitized by Google

nem oleorum sanctorum in fer. v in Cœna Domini teneatur facere in cathedrali.

2. An dato quod episcopus propter aliquam canonicam necessitatem oleorum sanctorum consecrationem faciat in aliqua ecclesia diœcesis, dicta olea sancta dispensari debeant in ecclesia cathedrali parochis totius diœcesis.

Sacra congregatio die 19 Februar. 1707, rescripsit: *Ad primum, affirmative cessante legitimo impedimento; ad secundum, affirmative.*

Die vero 28 Aprilis 1731, ad instantiam promotoris fiscalis fuit propositum dubium:

An sit standum, vel recedendum a decisis sacra congregat. die 19 Februar. 1707, tam quoad ecclesiam in qua fieri debeat consecratio olei sancti in die Cœnæ Domini, quam quoad ecclesiam in qua fieri debeat illius distributio in casu. Sac. congreg., ponente eminentissimo Pico, rescripsit: *In decisis in omnibus, et amplius.*

1563. A magistratu provinciæ Guipuscoæ cum mandatis procuræ omnium locorum fuit emissum votum jejunandi in vigilia S. Ignatii Loyolæ, tanquam patroni principalis illius. Quod cum servare renuerit clerus, propterea episcopus tanquam legislator ecclesiasticus illum obligavit ad ejus observantiam. At reportavit clerus chirographum a fel. mem. Benedicto XIII, quo improbatum fuit illud factum episcopi sub die 21 Martii 1729, a quo cum petita fuisset oris apertio in sacra Rituum congr. die 3 Martii 1731, ponente eminentissimo Origo, fuit denegata. Et iterum postulato recessu a decisis die 15 Decembris, sacra congregatio stetit *in decisis.*

1564. Pro universo ordine Minorum emanavit decretum sacræ Rituum cong. cum approbatione orationis et lection. 2 Nocturni propr. et elevation. ad ritum dupl. maj. festi beati Joannis de Prado ord. Minorum, 1732, 17 *Maii.*

1565. Lectiones proprias et orationem beati Joannis de Prado ab eminentiss. et reverendiss. dom. card. Origo diligenter revisas, examinatas, et ad instantiam P. Fr. Petri Ivan. de Molina, secret. generalis curiæ Minor. Excalceat. eorumque provinciæ San. Didaci in Bœtica procuratoris, ac hujusmodi causæ postulatoris in sacra Rituum cong. relatas, sacr. eadem congreg. approbavit, ac singulis annis die 24 Maii pro 2 nocturno in Officio diei festi ipsius beati ab omnibus, quibus dictum Officium concessum fuit, una cum præfata oratione etiam in Missa recitari, ac in universo ord. Min. illius festum cum Officio et Missa sub ritu dup. maj., servatis tamen rubricis, celebrari posse indulsit, si sanctiss. dom. N. visum fuerit 1732, 17 Maii. *Factaque deinde per me secret. de prædictis SS. D. N. relatione, Sanctitas Sua benigne annuit, die 31 ejusdem mensis et anni.*

1566. Sacra Rituum cong. approbavit, et concessit ordini Minor. Observ. orationem et lect. 2 nocturni pro festo S. Helenæ viduæ, 1732, 13 *Septemb.*

1567. SS. D. N. Clemens Papa XII, prævio decreto sacræ Rituum cong., approbavit cultum ab immemorabili tempore præstitum beato Joanni de Dukla ordin. Minor. Observ. S. Francisci, et concessit *die* 19 *Maii* 1733 Officium et Missam ejusdem de comm. confess. non pont. dupl. pro tota religione ordin. Min. S. Francisci, necnon pro clero sæculari et regulari civitat. Leopolien., assignata tanquam die propria in perpet. pro festo illius die 19 Julii, cum dies propria illius obitus sit perpetuo impedita ob fest. sancti Michaelis archangeli die 29 Sept.

1568. Sacra Rituum cong. ad humillimas preces PP. procuratoris generalis, commissarii generalis curiæ, et procuratoris generalis Excalceator. et Recollect. S. Francisci porrectas, ut in recitatione divini Officii uniformitas in tota religione servetur, benigne indulsit, ut singulis annis Dom. 3 post Pasch. Resurrectionis Domini fest. Patrocinii S. Josephi cum officio et Missa alias approbatis in universo ordine Minor. Observ. Reformat. Excalceat. Recollect. S. Francisci utriusque sexus sub ritu dupl., servatis tamen Rubricis, celebrari possit, 1733, *die* 4 *Julii.* Vide *infra num.* 1579.

1569. Pia majorum Cæsarum exempla secutus augustissimus imperator Carolus VI ut beatissimæ Virginis Mariæ cultus sub titulo Septem Dolor. jam per tot. fere Germaniam dilatatus, magis in dies augeretur, sanctiss. D. N. Clement. XII per emin. et rev. D. card. Cienfuegos preces suas obtulit, ut festum cum Officio et Missa eorumdem Septem Dolorum ea forma et modo, quibus a fratribus ord. Servorum B. M. V. Dominica tertia Septemb. recitatur, ad illam extendere dignaretur, iisdem vero precibus a Sanct. Sua ad sacram Rituum cong. remissis atque relatis; sac. ead. congreg. petitum Offic. et Missam in omnibus statibus hæreditariis præfatæ Cæsareæ majestatis dicta Dominica tertia Septembris sub ritu dupl. recitari, et Missam respective celebrari debere indulsit *die* 28 *Augusti* 1734.

1570. Ex decreto ejusdem sacræ Rituum cong. 6 *Maii* 1736, quando occurrit Vigil. et aliquod fest. habens Officium, id est evangelium, tunc omitt. 9 lect. et fit tantum comm. Vigil. in Laudib. et Missa privat., in cujus fine legitur evangelium S. Joannis. Ideo corrigi debet error in recentioribus Breviariis, et Missal. impress. in Vigil. Omnium SS. occurren. cum Officium sanct. Cosmæ et Damiani hab. idem evangel. *Descendens*, etc. Maxime cum exstet aliud decret. eman. 10 *Junii* 1690, prohibens mutare aliquod in Officio vel Missa sine speciali indulto Sedis Apostolicæ, et ut hab. etiam ex bulla S. Pii V, etc.

1571. Adveniente infra aliquam Octavam fer. 4 Cinerum, vel Vig. Pent., vel *die* 7 *Decemb.* Officium de infra Octav. cessat post Completor. diei præced. Si autem prædictis tribus occurrat dies Oct. Offic. de infra Octav. cessat post Nonam præced. diei, nec amplius fit de ea die 21 *Junii* 1736.

1572. *Decretum emanatum ann.* 1737, *occasione proximæ canonizationis, in quo statuitur firma regula, quæ servari debet circa præcedentiam in proferendis nominibus servorum Dei, qui a Summis Pontificibus in Catalogo sanctorum ascribuntur.*

Cum sacror. R. C. sub die 29 Decembris anni 1670, annuente san. mem. Clemente X, demandaverit in expressione nominum beatorum, qui canonizandi sunt, servandum esse ordinem hierarchiæ ecclesiasticæ, nempe antecedere debere: primo illos status clericalis; secundo illos status regularis; et tertio inter plures ejusdem ordinis attendendum esse tempus mortis; prout clarius subinde declaravit alio simili decreto die 14 Jan. subsequentis anni 1671, ab eodem pontifice similiter approbato; cumque occasione proximæ futuræ canonizationis dubitatum fuerit de ordine servando in exprimendis nominibus B. Vincentii a Paulo sacerdotis fundatoris congregationis Missionis, et societatis puellarum de Charitate, et B. Joannis Francisci Regis sacerdotis professi Societatis Jesu, congregatio particularis sacrorum Rituum a sanctissimo domino nostro deputata hoc suo decreto statuit, et mandat servari memorata decreta, cum hac tamen declaratione, quod si, inter plures ejusdem status et ordinis, reperiatur unus, qui sit fundator alicujus religionis, congregationis, societatis, aut alterius hujusmodi instituti, sive clericalis sive regularis, a S. Sede approbati, præferatur aliis, qui hanc qualitatem fundatoris non habent, licet ante in Domino obdormierint, ideoque, in casu de quo agitur,

Digitized by Google

primo loco nominetur Vincentius a Paulo, secundo Joannes Franciscus de Regis, si sanctissimo, etc., die 16 Apr. 1737.

Factaque per me fidei promotorem de prædictis SS. domino nostro Clementi XII relatione, Sanctitas Sua decretum istud prædictæ sacræ congregationis particularis confirmavit, et approbavit, et in posterum servari mandavit, die 17 ejusdem mensis April. 1737.

1573. Sanctissimus dom. nost. Clemens Papa XII, Missam et Officium proprium sancti Aloysii Gonzagæ e Societate Jesu pro festo ipsius die 21 Junii cujuslibet anni dominiis omnibus sacr. Cæsareæ Majest. subjectis, nonnullisque aliis regnis ac provinciis, ac toti fere Italiæ sub ritu dupl. min. concessum ad enixas humillimasque preces ab eminentiss. et reverendiss. D. card. Pico de Mirandula et Columna tum proprias, tum aliarum quamplurium per eamdem Italiam Ecclesiarum sibi hodierna die perlatas, Sanctitas Sua attenta tam utriusque card. cum sancto adolescente sanguinis conjunctione, quam multitud. mirabil. gratiar. quas præfatæ Ecclesiæ a Deo, et meritis ejusdem sancti assidue se impetrare unanimiter fatentur, dictum Officium, et Missam ad omnes utriusque sexus Christifideles exsistentes in tota Italia, et insul. adjacent. qui ad Horas canonicas tenentur, sub eodem ritu in posterum extendi mandavit 1737, 18 *Maii*.

1574. Officium cum oratione et lect. 2 nocturni propr. sancti Vincentii a Paulo confess. pro univers. Ecclesia approb. a sacra Rituum cong. ex decreto emanato 1737, 7 *Dec*.

1575. Officia concessa alicui regno, seu ditioni, possunt ad servandam uniformitatem diœcesis recitari a diœcesanis etiam exsistentibus extra tale regnum, seu talem ditionem, dummodo sua cathedralis sit intra ipsum regnum, seu ditionem. *Sacra Rituum cong. in Brixien.* 7 *Decemb.* 1737.

1576. Item pro omnibus Christifidelibus utriusque sexus, tam sæcularibus quam regularibus, qui ad Horas canonicas tenentur, emanat. est decret. sacræ Rituum cong. approb. Officium cum oratione, Hymn. ad Matutinum, et lection. 2 noctu rn. propr. sanctæ Julianæ de Falconeriis, 1738, *die* 8 *Martii*.

1577. Sacra Rituum cong. approbavit atque concessit Officium S. Joannis a Cruce confess. cum lectionibus secundi nocturni, ac oratione propria, atque ad universalem Ecclesiam ampliavit pro die 24 Novembris sub ritu semiduplici, recitandum ab utroque clero sæculari et regulari, anno 1638, *die* 3 *Octobris*.

1578. Officium S. Felicis a Cantalicio confess. ordin. Min. Capuccinorum cum lectionibus secundi et tertii nocturni, ac oratione propriis novissime emanatis, sacra Rituum cong. ad totam Italiam, insulasque adjacentes sub ritu semiduplici recitandum die 21 Maii ab utroque clero sæculari et regulari, Missamque propriam celebrari, extendit anno 1739, die 21 Martii.

1579. Anno itidem 1739, ubi die 9 Maii sacra Rit. cong. decrevit, ut Officium S. Gertrudis virg. abbatissæ ord. S. Benedicti cum lectionibus secundi nocturni, ac oratione propriis in Ecclesia universali die 14 Nov. recitetur sub ritu dup. min., ac ejusdem Missa respective celebretur.

1580. Ex decret. sacræ Rituum cong. 20 Januarii 1741, Officium Patrocinii S. Josephi sponsi B. M. V. dupl. Dominica 3 post Pascha, in posterum celebrabitur sub ritu dupl. 2 classis.

1581. In ditionibus sereniss. dom. Austriac. Officium S. Joannis Nepomuc. mart. semidup. 16 Maii, in posterum celebrabitur sub ritu dup. ex indulto sanctiss. domin. nostri D. PP. Benedicti XIV, die 13 April. 1741.

1582. Ex decreto sacræ Rituum congr. 16 *Sept*. 1742, concessum est Officium proprium et Missa Patrocinii B. M. V. pro toto ordine Minorum de Observantia pro Dominica secunda *Novemb*.

1583. Cum festum S. Zenonis martyris, quod in civitate et diœcesi Veronensi, uti illius episcopi et principalis protectoris, quotannis die 12 Aprilis de præcepto cum Octava celebratur, aliquoties incidat in feriam sextam Parasceves, vel in Sabbatum Sanctum, clerus sæcularis ac regularis ejusdem civitatis et diœcesis sacram Rituum congr. humillime supplicavit, quatenus in casu talis occurrentiæ in posterum dictum festum S. Zenonis ad feriam II post Dominicam in Albis cum Officio et Octava transferre, necnon Officium diei festi S. Petri martyris, totius illius diœcesis protectoris minus principalis, ad ritum duplicem secundæ classis elevare dignaretur, et sac. cong., audita prius informatione episcopi, hujusmodi instantiis juxta petita benigne annuit, die 15 Septembris 1742, in Veronen. *Ex Regestis ejusdem S. C.*

1584. Ex decreto emanato sub *die* 19 *Januarii* 1743, SS. D. N. Benedictus XIV concessit omnibus Religiosis et Monialibus ordinis Minorum recitationem Officii, et Missæ de communi nec virg. nec mart. B. Joannæ Valesiæ sub ritu semiduplici pro *die* 4 *Febr*. anniversaria ejus obdormitionis.

1585. Ad satisfaciendum insigni pietati, ac serenissimi regis Sardiniæ devotioni erga S. Vincentium a Paulo congregationis Missionis fundatorem, necnon pio desiderio nonnullorum episcoporum in ejus dominiis exsistentium, sanctissimus dominus noster Benedictus XIV, ad instantiam ejusdem majestatis suæ benigne inclinatus indulsit, ut in cunctis dominiis præfato serenissimo regi subjectis ab universo clero sæculari, qui ad Horas canonicas tenetur, Officium proprium cum Missa ejusdem sancti sub die 20 Aprilis 1731 approbatum, sub ritu primæ classis recitari, ac respective celebrari possit, et valeat. Hac die 28 Martii 1745.

1586. Non obstante alio decreto emanato a sacra Rituum congr. 11 Maii 1743, in favorem Patrocinii S. Joseph, quo Officium erat præferendum in concursu cum festis SS. apostolorum et evangelistarum, denuo exposito dubio in sacra Rituum congr. pro parte ecclesiæ metropol. Florentinæ, emanavit aliud decretum declarationis dubii super occurrentia festi SS. apostolorum Philippi et Jacobi, ac S. Marci cum altera festivitate patrocinii S. Joseph. *S. R. C. die* 3 *Julii* 1745 *respondit præferendum esse festum apostolorum et evangelistarum.*

1587. Cum sub die 4 Maii nuper elapsi anni 1748, prodierit decretum, per quod universo ordini Minorum S. Francisci, inscio penitus ministro generali tum Minorum Observantium, tum Reformatorum ejusdem S. Francisci, a sacra Rituum congr. facultas impertiebatur recitandi Offic. S. Josephi a Leonissa sub ritu dupl. 2 clas. et aliud Offic. S. Fidelis a Sigmaringa a ritu duplicis maj. ad duplex 2 class. elevabatur, ideo supplicante nunc eidem sacræ Rituum congr. F. Josepho a Fano procuratore generali prædicti ordinis Minorum Observantium, nomine etiam præfati ministri generalis, ut liceret in suo ordine prosequi deinceps recitationem Officii S. Fidelis a Sigm. sub ritu tantum duplici maj. prout hactenus consuevit, et facultatem faceret recitandi Offic. S. Josephi a Leonissa sub eodem ritu cum oratione et lectionibus 2 nocturni propriis die 7 Sept. prox. præteriti approbatis, sacra ipsa congregr. utrique petitioni benigne annuit. Hac die 11 Januarii 1749.

1588. Reproposita in sacror. Rituum congr. ordinaria habita sub infrascripta die nomine Patris Fratris Leopoldi a Roma sacerdotis professi ord. Min. Observ. Reformator. S. Francisci, ac postulatoris generalis causarum beatificationis et canonizationis præfati sui ord. instantia super concessione Off. et Missæ de communi in honorem B. Jacobi Illyrici, vulgo de Bitecto, in cujus causa usque, et sub die 15 Jul. an. 1700, approbationem

Digitized by Google

consecutus fuerat cultus immemorabilis eidem præstitus; sacra ipsa cong. superaccedentibus supplicationibus reverendissimi episcopi Bitectensis, capituli ecclesiæ cathedralis, et magistratus urbis Bitecti, necnon audito R. P. D. Ludovico de Valentibus fidei promotore, qui scripto et voce suam sententiam exposuit, ejusdem gratiam licet alias denegatam sub ritu duplici ordini Min. Observ. et Reform. S. Francisci ac diœc. Bitectensi pro die 20 Aprilis benigne largita est, atque concessit, si sanctissimo domino nostro visum fuerit. Hac die 19 Aprilis 1749.

Factaque deinde per R. P. D. Erbam protonotarium apostolicum, et prosecretarium, de prædictis eidem sanctissimo domino nostro relatione, Sanctitas Sua benigne annuit, die 23 ejusdem mensis et anni 1749.

1589. Postquam per sacr. Rituum congr. ordinariam habitam die 31 Januarii currentis anni 1750, approbatus fuerit cultus immemorabilis B. Ladislai de Gielniow, ac subinde fuerit die 11 Februarii ejusdem anni per SS. dominum nostr. Benedictum XIV confirmatus, ex parte P. procuratoris generalis ord. Min. Observ. S. Francisci, ac etiam P. Matthæi Rornerski ex-provincialis provin. Majoris Poloniæ ejusd. ordin. et hujus causæ postulatoris promota fuit instantia pro concessione Officii et Miss. de com. conf. non pont. cum or. propr. in honorem dicti beati tam in oppido de Gielniow, et in civit. Varsaviæ, ac in toto ducatu Masoviæ sub ritu dupl. major. quam in ord. Min. sub ritu dupl. minor. Cumque hanc instantiam in præfata sac. congr. per celsitudinem regiam emin. et reverendissimi D. card. ducis Eboracensis relata fuerit; sac. eadem congreg., audito prius R. P. D. Ludovico de Valentibus fidei promotore, qui voce et scripto suam sententiam exposuit, petitum Officium et Missam de com. conf. non pont. cum orat. pariter de eodem commun. et recitandum et respective celebrandum quotannis die quarta Maii tam in oppido Gielniow, et in civitate Varsaviæ, ac in toto duc. Masoviæ, sub ritu dup. maj. quam in toto ord. Min. Observ. S. Francisci sub ritu dup. min. concessit, si sanctiss. dom. nostro placuerit. Hac die 2 Maii 1750.

Et facta per me secretarium de prædictis eidem sanctiss. domino nostro relatione, Sanctitas Sua benigne annuit die 9 Maii 1750.

1590. Jam alias sacror. Rituum congr. habita die 2 Maii 1750, concessit Officium et Missam de commun. confess. non pont. in honorem beati Ladislai de Gielniow recitandum, et respective celebrandum sub ritu duplici maj. quotannis die 4 Maii in oppido Gielniow, in civitate Varsaviæ, et ducatu Masoviæ; in ordine vero Minorum sub ritu dupl. minori. At quoniam præfata dies 4 Maii in dictis locis et in præfato ord. Min. impedita reperitur ab Offic. S. Monicæ, jam pro Ecclesia universali concesso, et ab Offic. S. Floriani, quod in præfatis locis uti patronus minus principalis colitur: ideo supplicantibus postulatoribus pro translatione festi dicti B., eadem S. cong. ad relationem celsitudinis regiæ eminentiss. ac reverendiss. D. cardinalis ducis Eboracensis rescripsit; Quoad ord. Fratrum Min. Observ. recitatio dicti Officii fiat die 22 mensis Octob.; quo vero ad loca regni Poloniæ comprehensa in decreto, dic per nuntium apostolicum, auditis Ordinariis, designanda, exceptis tamen Dominicis, ac tempore Quadragesimæ, Adventus, et Quatuor Temp. et Vigiliarum. Die 19 Septembris 1750.

1591-1592. Sacra Rituum congr., audito prius R. P. D. Ludovico de Valentibus fidei promotore, orationem et lectiones secundi noctur. proprias B. Salomeæ approbavit, et quotannis die ejus festo 17 Novemb. ab omnibus tam sæcularibus quam regularibus utriusque sexus, quibus ex indulto Sedis Apost. permissum est ipsius beatæ Officium, de com. virg. imposterum recitari posse, benigne indulsit, atque concessit, si sanctissimo domino nostro placuerit, die 3 Apr. 1751.

Et facta deinde de prædictis eidem sanctissimo domino nostro relatione, Sanctitas Sua benigne annuit die 24 ejusdem mensis et anni 1751.

1593. Sanctiss. D. N. Benedictus XIV, ad humillimas preces P. procuratoris gener. ord. Min. S. Francisci de Obser. lectiones proprias 2 nocturni, cum oratione S. Francisci Solani confess. ejusdem ordinis, tam pro die festo, quam pro die ejus Octava accurate revisas et examinatas, audito prius R. P. D. Ludovico de Valentibus fidei promotore, benigne approbavit; ac insuper concessit, ut singulis annis die festo, et respective Octava prædicti sancti, ab omnibus religiosis utriusque sexus, et aliis quibus ex indulto apostolico concessum est ipsius sancti Officium de communi, recitari possint et valeant, die 26 Junii 1751.

1594. Sanctissimus Dom. noster Benedictus XIV, piis enixisque precibus nomine majestatis regis Sardiniæ per comitem de Rivero Sanctitati Suæ porrectis benigne annuens, indulsit, ut Officium S. Camilli de Lellis sub ritu duplici minori in omnibus dominiis eidem regi subjectis imposterum recitari possit, et valeat, die 8 Januar. 1752.

1595. SS. dominus noster orat. et lect. 2 nocturni propr. necnon lect. 3 noct. B. Ladislai de Gielniow benigne approbavit, et tam in ord. Min. Observ. quam in oppido Gielniow et civitate Varsaviæ, ac in toto ducatu Masoviæ pro die festo 22 Octobris recitandas concessit, die 11 Martii 1752.

1596. Porrectis SS. domino nost. Benedicto Papæ XIV, humillimis precibus per Patrem F. Bernardinum a Terlitio, commissarium generalem curiæ ord. Min. S. Francisci de Observ., pro extensione ad omnes religiosos utriusque sexus ministro gen. totius ord. subjectos, Officiorum et Missarum in memoriam scilicet B. Rogerii conf. de comm. non pont. qui inter primos S. Francisci discipulos numeratur, pro die quinta Martii sub ritu dupl. min. necnon sanctæ Agnetis, germanæ sororis sanctæ Claræ, de comm. Virg. sub ritu dup. maj. pro die decima sexta Novembris, Sanctitas Sua, attentis peculiaribus circumstantiis, petitis benigne annuit die 15 Aprilis 1752.

1597. Ad preces Mariæ Theresiæ augustissimæ Romanorum imperatricis electæ, necnon Hungariæ reginæ, idem SS. dominus N. benigne annuens, indulsit, ut Officium cum orat. et lect. 2 nocturni prop. ac Miss. in honorem S. Camilli de Lellis conf. sub ritu dupl. min. in omnibus regnis et provinciis hæreditariis eidem imperatrici subjectis, ab omnibus utriusque sexus, qui ad Horas canonicas tenentur, imposterum recitari, ac Missa respective celebrari possit et valeat, die 29 Maii 1752.

1598. Casalen. *Præeminentiarum*, ad seqq. dub.

1. An, et quomodo præpositus et canonici collegiatæ ecclesiæ S. Mariæ Majoris de Platea civitatis Casalis intervenire possint congregationibus habendis ante synodi celebrationem in casu, etc.

2. An dictus præpositus interveniendo congregationibus præcedere possit canonicos cathedralis in casu, etc.

3. An, et quo habitu possint incedere dignitates et canonici dictæ collegiatæ in synodo in casu, etc.

4. An, et ubi, occasione dictæ synodi, sedere debeant canonici cathedralis et canonici collegiatæ in casu, etc.

5. An canonici ecclesiæ cathedralis in synodo possint uti sedibus cum brachiis, vel potius debeant uti scamnis a pavimento elevatis per unum gradum aliquo panno coopertis, et possint etiam canonici collegiatæ uti eisdem scamnis absque tamen dicto

Digitized by Google

gradu, bene vero aliquo panno coopertis in casu, etc.

6. An prædictis scamnis tam canonici cathedralis quam canonici collegiatæ debeant in Rogationibus, dum a canonicis cathedralis canitur Missa in ecclesiis, collegiata, vel regularium, et ubi utriusque ecclesiæ canonici sedere debeant, quando presbyterium non est capax : seu potius sit servandum assertum solitum in casu, etc.

7-9. An magister cæremoniarum dictæ collegiatæ gestare possit per civitatem habitum violacei coloris cum ferula, et associare canonicos ejusdem collegiatæ in processionibus, in quibus non interveniunt canonici cathedralis in casu, etc.

10. An episcopo pontificalia celebranti in ecclesia dictæ collegiatæ præstanda sit assistentia a canonicis cathedralis, seu potius a canonicis ejusdem collegiatæ in casu, etc.

11. An, et a quibus canonicis præstanda sit assistentia episcopo celebranti Missam privatam, vel alias privatas functiones exercenti in dicta collegiata in casu, etc.

Sacra Rit. congreg. die 15 Julii 1752 respondit : *Ad 1, affirmative arbitrio episcopi; ad 2, negative; ad 3, incedere debere in habitu chorali, et amplius; ad 4, servetur solitum; ad 5, negative quoad primam partem; affirmative ad secundam; affirmative quoad tertiam, et quoad colorem arbitrio episcopi, et amplius, ad* 6, 7, 8, *sedere debere in scamnis, et in reliquis servetur solitum et amplius; ad* 9, *negative, et amplius; ad* 10, *affirmative ad primam partem, negative ad secundam, et amplius; ad* 11, *posse præstari assistentiam ab alterutris ex canonicis non renuentibus utriusque capituli arbitrio episcopi.*

1599. Porrectis sac. Rit. congreg. humillimis precibus per P. Fratrem Bernardinum a Verlitio, commissarium generał. curiæ ord. Min. S. Franc. de Observ. pro approbatione orationis et lectionum propriarum 2 nocturni in honorem S. Jacobi de Marchia ejusdem ord., sacr. eadem congreg. supradictas orationem et lect. per eminentiss. et reverendiss. D. card. Cavalchini ponentem, necnon per R. P. D. Ludovicum de Valentibus fidei promotorem mature revisas et examinatas approbavit, easque ab omnibus Religiosis utriusque sexus prælati ord. recitari posse benigne concessit die 9 Decemb. 1752.

1600. Ex decreto a sacra Rit. congr. edito die 16 Decemb. 1752, conceditur Officium et Missa pro ditione Austriac. in honorem B. M. V. de Soccos virg., cum antiph. ad *Benedict.* et ad *Magnif.* et lect. 2 nocturni, et oratione prop. pro die 25 Septembr.

1601. Pro concess. Offic. et Miss. S. Josephi a Cupert. exstant seq. desumpta ex Brevi Beatificat. ejusdem beati a SS. Domino nostro Benedicto XIV fel. rec. edito die 20 Febr. 1753, incipiente : *Æternus Dei Filius*, etc.... ac de eo (id est B. Josepho) quotannis die 18 Sept. quam diem pro ejus festivitate celebranda præscribimus, sub ritu dupl. min. recitetur Offic. et Miss. de commun. conf. non pontif. cum orat. a nobis approbata, juxta rubr. Brev. et Miss. Rom.; recitationem autem Offic. et Miss. celebrat. hujusmodi fieri concedimus, tum in proprio Min. S. Fr. convent. ordine, in quo solemni emissa professione usque ad obitum permansit, tum in ord. Fr. Min. ejusdem S. Franc. Capucc. (inter quos per aliquot annos commemoratus est) ac Observ. reformator., recollector. et excalceator. ac Tertii Ord. nuncupator., etc.

1602. Cum discussa et approbata fuerit a sac. Rit. congreg. sub die 14 Aprilis currentis anni ad relationem eminentissimi et reverendissimi dom. card. Alexandri Albani causa canonizationis beati Angeli a Clavasio sacerdotis professi ordinis Min. de Observantia Sancti Francisci, sententia per reverendissimum episcopum Montis-Regalis lata super cultu ab immemorabili tempore dicto beato præstito, sive super casu excepto a decretis san. mem. Urbani VIII editis, P. Fr. Leopoldus a Roma ejusdem ordinis Minorum de Observantia Reformatorum Sancti Francisci causæ postulator sanctissimo domino nostro Benedicto PP. XIV humillime supplicavit, quatenus in memoriam ipsius beati Officium et Missa sub ritu duplici de communi confessoris non pontif. primo loco, cum oratione *Adesto* de eodem communi secundo loco, die duodecima mensis Aprilis singulis annis recitari, tam pro universo ord. Min. utriusque sexus Sancti Francisci, quam pro civitate nuncupata Cunei, et tota diœcesi Montis Regalis, ubi dictus beatus obdormivit in Domino, prope civitatem nuncupatam Clavasi, quo natus est, totaque diœcesi Ipporeg. sub eodem ritu benigne concedere dignaretur. Et Sanctitas Sua oratoris instantiæ benigne annuit die 26 Mart. 1753.

1603. Cum sacror. Rit. congreg. die 7 Decemb. 1737, approbante san. mem. Clemente PP. XII, Offic. S. Vincentii a Paulo congregat. Missionis fundator. cum orat. et lect. 2 noct. propriis pro Eccl. univers. sub ritu semid. recitari concesserit, supplicantibus modo SS. domino nostro Benedict. XIV, presbyteris ejusdem congreg. pro elevat. ritus Officii prædicti a semidupl. ad dupl. min., accedentibus etiam piis precibus serenissimi Caroli regis utriusque Siciliæ per ducem de Cerisano ejus nomine humiliter porrectis, Sanctitas Sua ad relat. mei secretarii hujusmodi instantiæ benigne annuendo, petitum Offic. S. Vincentii a Paulo ab omnibus Christifidel. tam sæcularibus quam regularibus utriusque sexus, qui ad Horas canonicas tenentur, sub ritu duplic. min. in posterum recitari mandavit die 12 Maii 1753.

1604. Postquam a sacror. Rit. congreg. die XV Sept. elapsi anni, annuente sanctiss. D. N. Benedicto PP. XIV die 9 ejusdem mensis, approbatus fuit casus exceptus a decretis san. mem. Urbani VIII, seu cultus publicus præstitus beato Gabrieli Ferretti religioso professo ord. Min. de Observ. S. Francisci, Frater Joseph Amadeus a Taurino, sacerdos ejusdem ordinis postulator, humillime eidem S. D. N. supplicavit, pro concessione Offic. et Missæ in memoriam dicti B. Gabrielis, tam pro univers. ord. Min., quam pro civitate, et diœcesi Anconitana, in qua dictus beatus obdormivit in Domino, et sacrum ejus corpus requiescit, et Sanctitas Sua ad relationem mei secretarii benigne concessit, annuendo ejusdem instantiæ, ut singulis annis, die qua ejusdem beati commemoratio peragitur, in præfato ord., et in civitate, et diœcesi Anconitana petitum officium et missa de comm. conf. non pont. primo loco, orat. *Adesto* de eodem comm. 2 loco sub ritu dupl. min. ab omnibus utriusque sexus, qui ad Horas canonicas tenentur, recitari, et respective celebrari possit et valeat, die 28 Augusti 1754.

1605. Supplicante fratre Carolo Maria Perusino, commiss. gen. curiæ ord. Min. S. Franc. de Observ., SS. domino nostro Benedicto PP. XIV pro facultate recitandi Offic. cum Missa B. Helenæ Enselminæ, monialis Clarissæ ejusdem ord., jam sub die 8 Martii 1701 annuente san. mem. Clemente XI monialibus monasterii nuncupat. *della beata Elena* in diœcesi Patavina concessum, Sanctitas Sua ad relationem eminentiss. et reverendiss. D. Card. Tamburini sac. Rit. congreg. præf. oratoris instantiæ benigne annuit pro commemorat. tantum prædictæ beatæ in die ejus obitus, seu sub ritu simplicis, pro fratribus et monialibus jurisdictioni ministri generalis totius ord. Min. subjectis, die 16 Januarii 1755.

1606. Porrecto SS. D. N. Benedicto XIV supplici libello, quo rev. Alphonsus Mirolius episcopus Alexandrinus, nomine etiam cleri sæcularis et regu-

Digitized by Google

laris suæ civitatis, et diœcesis, ad devotionem et cultum erga S. Christinam virginem et martyrem augendum confirmandumque humillime supplicavit, ut Officium et Missam ejusdem sanctæ eo modo et forma, quo civitati et diœcesi Taurinen. die 5 Aprilis 1742 concessa reperiuntur, ad clerum præfatæ suæ civitatis, et diœcesis extendere dignaretur, Sanctitas Sua ad relationem mei secretarii pro gratia benigne annuit die 9 Aprilis 1755.

1607. Porrectis humiliter precibus sac. Rit. congreg. a duce Philippo Sfortia Cæsarini, quatenus Officium et Missam de comm. non virg. nec mart. cum infrascripta oratione propria B. Seraphinæ Sfortiæ monial. profess. monasterii Corporis Domini Pisauri ord. S. Claræ civitati et diœcesi Pisauren. necnon universo ordini Minorum S. Francisci, ac insuper ecclesiis et oratoriis, quæ sunt de jure patronatus præfati ducis, sub ritu dupl. min. concedere dignaretur, sac. congreg. ad relationem emin. et rev. card. Columna de Sciarra ponentis, audito prius R. P. D. Benedicto Veterani fidei promotore, benigne rescripsit, *pro gratia* quoad civitatem tantum sub ritu dupl. min., quo vero ad diœcesim Pisaurensem, necnon ord. Min. et oratoria propria, et ecclesias principaliores feudorum oratoris sub ritu semidupl. tantum ad primam diem non impeditam ab ordinariis locorum designandam. Si SS. D. N. placuerit. Die 29 Novemb. 1755. Factaque deinde per me secretarium de prædictis eidem SS. D. N. relatione, Sanctitas Sua benigne annuit die 10 Decembris 1755. Oratio :

*Deus, qui per beatam Seraphinam eximium nobis patientiæ exemplum tribuisti, præsta supplicibus tuis, ut et ipsius instruamur exemplis, et ab omnibus ejus patrocinio liberemur adversis. Per Dominum*, etc.

1608. Ad magis excitandum cultum erga augustissimum Eucharistiæ sacramentum, clerus sæcularis civitatis Alexandriæ pro indulto recitandi singulis feriis quintis minime impeditis Officium et Missam ejusdem SS. Sacramenti SS. domino nostro Benedicto Papæ XIV humillime supplicavit. Et Sanctitas Sua, attentis peculiaribus circumstantiis, ad relationem mei secretarii gratiam petitam sub ritu semiduplici oratoribus benigne concessit, exceptis tamen Adventus, Quadragesimæ, ac Vigiliarum temporibus, sive cum jejunio, sibe absque jejunio, atque illis feriis, in quibus secundum rubricas sit reponendum Officium de festo duplici vel semiduplici translato, die 10 Decemb. 1755.

1609. Cum pervenerit in Urbem assertum autographum operis mysticæ civitatis Dei ven. servæ Dei sororis Mariæ a Jesu de Agreda, ex monasterio Agredano Tirasonen. diœcesis extractum, et ad SS. D. N. transmissum una cum aliis indubiis exemplaribus characteris servæ Dei, necnon processus super ejusdem characteris identitate, a reverendiss. episcopo Tirason. confectus juxta ea, quæ SS. dominus noster Benedictus XIV, pro ea qua præditus est sapientia et doctrina, præscripserat in epistola ad P. Raphaelem a Lugagnano tunc ministrum generalem ordinis Minorum, die 16 Januar. 1748, habita est congreg. particularis sacror. Rituum de mandato SS. in qua interfuerunt eminentissimi, et reverendis. Patres cardinalis Portocarrero, Cavalchini, Tamburini, et Galli, necnon R. P. D. Benedictus Veterani promotor fidei, et ego secretarius, in eaque, omnibus mature perpensis, examinatisque non minus peritiis in Hispania accurate confectis, quam aliis tribus peritiis in Urbe, prævia instructione dicti R. P. D. promotoris fidei, peractis omnes fuerunt in sensu : *Constare ven. servam Dei soror. Mariam a Jesu de Agreda scripsisse Hispano idiomate opus, de quo agitur, in octo tomos distributum sub titulo : La mistica ciudad de Dios.* Necnon, si SS. placuerit, restitui posse autographum memorati operis, cum ejus apographum, accuratissime compulsatum, exsistat in processu informativo, asservato in actis sacræ congregationis. Die 7 Maii 1757.

Facta deinde per me secretarium de prædictis relatione Sanctissimo, Sanctitas Sua benigne approbavit resolutionem sacræ congregationis, necnon restitui mandavit eminentissimo D. cardinali Portocarrero autographum dicti operis *Mysticæ civitatis Dei*, in Hispanias remittendum. Hac die 8 Maii 1757.

1610. Sanctissimus D. N. Benedict. Papa XIV ad humillimas preces Patris Mag. fratr. Dominici Andreæ Rossi procuratoris generalis ord. Minor. S. Francisci convent. benigne indulsit, suprascriptas lectiones 2 nocturni B. Michelinæ vid. Tertii Ord. S. Francisci, cum oratione jam sub die 6 April. 1742 ab eadem Sanctitate Sua approbatas, ab eminentiss. D. card. Tamburino S. R. C. præf. una cum R. P. Benedicto Veterani fidei promotore, meque secret. accurate revisas, benigne approbavit, ac insuper concessit, ut singulis annis in memoriam ejusdem Beatæ a fratribus Min. Francisci convent. et aliis, quibus ex indulto apostol. concessum est ipsius beatæ Officium de communi, eædem lectiones, una cum oratione, recitari possint et valeant. Die 1 Septemb. 1757.

1611. Ad preces P. F. Josephi Torrubia commiss. generalis curiæ ord. frat. Min. S. Francisci de Observantia, Sanctiss. D. N. Benedicto Papæ XIV humillime porrectas, eidemque relatas ab eminent. et reverend. card. Tamburino sacræ Rituum congr. præfecto, auditis prius per dict. eminent. R. P. D. Benedicto Veterani fidei promotore, meque infrascripto secretario, Sanctitas Sua benigne indulsit, ut in festo, et per Octav. S. Francisci Solani ab omnibus iis, qui ad Officium recitandum, Missamque in illius memoriam celebrandam tenentur, evangelium *Euntes in mundum universum*, etc., tam in Missa, quam in Officio, simul cum homilia S. Gregorii Papæ quæ incipit : *Potest omnis creaturæ nomine*, etc., quæ legitur in festis SS. Cypriani et sociorum, et S. Francisci Xaverii, possit et valeat. Hac die 26 Septembr. 1757.

1612. Supplicante eminentissimo et reverendissimo domino cardinali archiepiscopo Taurinen. sacram Rituum congr. ut festivitas sanctissimæ Sindonis, quæ proximo anno 1758 occurret in die Ascensionis D. N. J. C. una cum Officio transferri possit ad diem subsequentem pro dominiis serenissimi regis Sardiniæ, sac. cong. ad relationem mei secretarii pro hoc anno tantum petitis annuit die 10 Dec. 1757.

1613. Porrectis Sanctiss. D. N. Benedicto Papæ XIV, humillimis precibus per P. Fr. Josephum Amedeum a Taurino ord. Min. S. Francisci de Observantia postulatorem generalem causarum servorum Dei dicti ordinis pro approbatione lectionum propriarum secundi nocturni S. Joannis a Capistrano in diebus primo, septimo, et octavo ejusdem sancti Octavæ recitand. Sanctitas Sua infrascriptas lectiones proprias, prout jacent, per eminentiss. D. cardinal. Tamburinum sacræ Rituum congr. præfectum, una cum R. P. Benedicto Veterani fidei promotore, meque infrascripto secretario accurate revisas, approbavit, easque a fratribus et monialibus Breviario ordinis Min. de Observ. utentibus recitari, ac imprimi posse concessit : quas tamen lectiones ead. Sanctitas Sua, ne unquam ad clerum sæcularem extendantur, præcepit. Die 20 April. 1758.

1614. Sanctissimus dominus noster Clemens Papa XIII, inter multiplices apostolatus sui curas, sacrorum Rituum amplitudinem præ oculis habere non prætermittens, pia meditatione perpendit, quod quamvis compertum sit festis quibusvis diebus Ecclesiam jugi cultu sacrosanctæ et individuæ

Digitized by Google

Trinitatis solemnia colere, cum Deum ipsum, qui est Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus, rerum omnium opifex, et ad quem omnia referenda sunt, in festis quoque Deiparæ et aliorum sanctorum venerari, et glorificare profiteatur, maxime tamen deceat Dominica die, quo Deus ipse lucem condidit, quo Jesus Christus a mortuis surrexit, quo sedens ad dextram Patris Paraclitum Spiritum misit de cœlis, quo proinde ineffabile et incomprehensibile Trinitatis mysterium manifestum factum est nobis, quemadmodum in divino Officio, tum ad Primam recitando Symbolum *Quicunque*, tum plerumque in ultimo tertii nocturni responsorio augustissimæ Triadis fit commemoratio, idem, et in Missæ sacrificio peragi, et in ea potissimum parte, qua contestamur dignum, et justum esse Deo gratias agere, eumque collaudare, benedicere, et prædicare; idcirco ad majorem splendidioremque tanti mysterii gloriam, ut fideles quoque, qui die Dominico Missæ interesse debent, latius atque apertius sacrosancti ejusdem mysterii præconia audientes, debitum et ipsi servitutis obsequium supremæ impendant majestati, statuit, atque decernit, quod singulis Dominicis diebus totius anni, quibus præfationes propriæ per rubricas non sunt assignatæ, incipiendo a Dominica sanctissimæ Trinitatis currentis anni 1759, sacerdotes omnes utriusque cleri, sæcularis nempe atque regularis præfationem de sanctissima Trinitate, quæ jam inde a vetustissimis temporibus in usu fuisse dignoscitur, in Missa recitare teneantur, et ita inviolabiliter observari mandavit. Hac die 3 Januarii 1759.

1615. Humillime sacram Rituum congr. supplicante R. P. fratre Clemente a Panormo, ministro gen. ord. Min. Observant. ac Reformat. S. Francisci pro concessione Officii, et Missæ de communi conf. non pont. in honorem beati Petri a Moliano pro universo ordine prædicto et terra Moliani diœcesis Firmanæ, cujus sacrum corpus Camerati requiescit, in sequelam casus excepti in vim temporis immemorabilis in causa dicti beati approbati die 9 Augusti 1760, sacra congreg. ad relationem mei infrascripti secretarii loco eminentiss. et reverendiss. card. Cavalchini ponentis, audito R. D. Cajetano Forti fidei promotore, qui suam sententiam voce exposuit, petitum Officium et Missam sub ritu duplicis minoris ab omnibus utriusque sexus prædicti ordinis, qui ad Horas canonicas tenentur, tantum pro die non impedita ac designanda per superiorem generalem ordinis recitari, ac respective celebrari concessit, si SS. D. N. placuerit, die 3 Martii 1761.

Factaque deinde per me secretarium de prædictis eidem SS. D. N. relatione, Sanctitas Sua benigne annuit.

Tenore itaque hujus concessionis reverendiss. P. N. gener. ord. diem 13 Augusti sancivit pro celebratione Officii et Missæ in honorem supradicti beati: quod si in aliqua provincia vel conventu præfata dies sit in aliquo Officio non impedita, post diem 13 Augusti.

(*) *Novissima additamenta Decretorum sacræ Rituum congr. quæ nunc primum ex autographis in publicum lucem prodeunt, ab anno* 1759 *ad* 1789.

*Hildesimen.*

1616. Cum capitulum et canonici Ecclesiæ cathedralis Hildesimensis in Westphalia a sacra Rituum cong. postulaverint declarationem sequentium dubiorum, nempe:

1. An canonici, seu vicarii, assistentes in solemnitate Missæ cum cappis, seu pluvialibus, genuflectere debeant in elevatione sacræ hostiæ.

2. An Officium de Immaculata Conceptione beatæ Mariæ Virginis solummodo sub ritu semiduplici in choro recitari possit.

3. An stante fundatione de dicendo Officio parvo de B. Maria Virgine in choro diebus ferialibus, liceat se conformare indulto Clementis XI, recitandi Officium de SS. Sacramento.

Sacra congr. ad relationem emin. et rever. dom. card. Feroni ponentis respondit: *Ad* 1, *affirmative; ad* 2, *posse, et debere recitari Officium sub ritu semiduplici; ad* 3, *affirmative*. Et ita, etc., die 7 Julii 1759.

*Maceraten.*

1617. Inter Cajetanum Foglietti præpositum ecclesiæ collegiatæ SS. Salvatoris civitatis Maceratæ ex una, et nonnullos canonicos ejusdem ecclesiæ ex altera, exorta controversia super prætensa assistentia in celebratione Missarum solemnium, illaque ad sacram Rituum congr. delata, emin. et rev. dom. card. Paulutius ponens infrascriptum dubium decidendum proposuit, nempe:

An præposito Missam solemnem celebranti debeatur assistentia canonicorum in munere diaconi et subdiaconi, in casu, etc.

Et sacr. congreg. utraque parte, scripto et voce informante, audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem eminent. D. card. ponentis rescribendum censuit: *Affirmative, et amplius*. Et ita decrevit, et servari mandavit, die 7 Julii 1759.

*Nullius Atissæ.*

1618. Inter promotorem fiscalem curiæ præposituralis Nullius Atissæ, et hodiernum patrem priorem, et patres Carmelitas dictæ terræ super usu genuflexorii cum pulvinaribus parati a moderno præposito prætenso exortis controversiis, eisque ad sacram Rituum congr. delatis, emin. et reverend. D. card. Paulutius ponens infrascriptum dubium decidendum proposuit, nempe:

An sit reponendum genuflexorium cum pulvinaribus extra presbyterium in medio ecclesiæ, in casu, etc.

Sac. eadem congreg. utraque parte, scripto et voce informante, audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem præfati eminent. ponentis rescribendum censuit: *Negative, et ad mentem; et mens est, quod quando præpositus accedit ad ecclesiam in habitu, et prævia certioratione, exhibeatur pulvinar eidem præposito*. Et ita decrevit, ac servari mandavit, die 4 Septembris 1756.

Verum, cum promotor fiscalis dictæ terræ super eodem proposito, et resoluto dubio novam audientiam expetiverit, eaque obtenta, inter partes concordatum, et in sacra congreg. propositum fuit sequens dubium:

An sit standum, vel recedendum a decisis, in casu, etc.

Et S. congreg. utraque parte, scripto et voce informante, audita; visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem præfati eminent. ponentis rescribendum censuit: *In decisis, et amplius, et super attentatis non amplius proponatur*. Et ita decrevit, et servari mandavit, die 7 Julii 1749.

*Urbis et Orbis.*

1619. Cum san. mem. Innocentius Papa XII, suo die 11 Augusti 1691, obsecundans piis precibus serenissimæ reipublicæ Venetiarum, facultatem concesserit, ut in Ecclesia universali recitari, et respective celebrari posset sub ritu semiduplicis Officium et Missa *S. Laurentii Justiniani* primi patriarchæ Venetiarum, modo sanctiss. dominus noster Clemens Papa XIII, pro sua erga præfatum sanctum pietate decrevit, ut ab omnibus fidelibus utriusque sexus, qui ad Horas canonicas tenentur, in posterum die 5 Septembris sub ritu semiduplicis de præcepto prædicti sancti Officium et Missa recitari, et celebrari debeat, die 12 Septemb. 1759.

*D. F. Card. Tamburinus præf.*

Loco ✠ sigilli.

*M. Marefuscus S. R. C. secret.*

Digitized by Google

*Avenionen.*

1620. Ad componenda dissidia exorta inter capitulum ecclesiæ collegiatæ, et parochialis S. Agricolæ, parochum dictæ ecclesiæ, necnon priores fraternitatis SS. Sacramenti civitatis Avenionensis ex una, et Petrum Bellanger, aliosque habitatores viæ *Principum* nuncupat. dictæ civitatis ex altera partibus, super immutatione incessus processionis SS. Corporis Christi, quæ die Octava ejusdem solemnitatis ab eadem ecclesia collegiata, et parochiali peragitur; eminent. et reverend. dom. cardin. Feronus ponens infrascriptum dubium sacr. Rituum cong. decidendum proposuit, nempe : *An processio ecclesiæ parochialis S. Agricolæ in Octava SS. Corporis Christi incedere debeat per vias solitas, et consuetas, sive potius sit locus mutationi cursus, in casu, etc.*

Et sac. eadem congregatio, prævia relatione reverend. archiepiscopi, ac visis juribus ex utraque parte deductis, eorumque procuratoribus scripto, et voce informantibus auditis, ad relationem præfati eminent. ponentis rescribendum censuit : *Negative ad primam partem, affirmative ad secundam, et amplius.* Et ita decrevit, ac servari mandavit. Die 17 Maii 1760.

*Basilicæ Lateranen.*

1621. Exortis nonnullis controversiis super jure supplendi vices beneficiatorum in patriarchali basilica Lateranensi, tam in servitio altaris, quam in functionibus chori inter clericos beneficiatos præfatæ basilicæ ex una, et capellanis ejusdem ex altera partibus, eisque ad sacram Rituum congr. delatis, infrascriptum dubium coram eminent. et reverendiss. domino cardinali Tamburino ejusdem congregationis præfecto, et ponente concordatum decidendum, propositum fuit, nempe : *An, et quibus competat supplere vices beneficiorum in basilica Lateranensi tam in servitio altaris, quam in functionibus chori, in casu, etc.* Et sac. eadem congreg. utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, matureque perpensis, ac consideratis, ad relationem emin. et reverend. card. ponentis rescribendum censuit : *Competere clericis beneficiatis, et amplius.* Et ita etc. Die 7 Julii 1753.

Adversus istam resolutionem ex parte eorumdem capellanorum expetita, et obtenta nova audientia, cujus vigore reproposita per eumdem eminent. et reverend. dom. card. Tamburini ponentem ejusmodi controversia super novo dubio, videlicet. *An sit standum, vel recedendum a decisis die 7 Julii 1753, in casu,* etc., sacr. congr. scripto pariter, et voce utraque parte hinc inde informante iterum audita, et ex noviter deductis rescripsit : *In decisis, salva præintonatione antiphonarum, et amplius.* Et ita etc. Die 17 Maii 1760.

*Venusina.*

1622-1623. Porrecto S. R. congregationi nomine capituli, et canonicorum ecclesiæ cathedralis civitatis Venusinæ supplici libello pro resolutione sequentis dubii : *An Missa conventualis, attenta immemorabili consuetudine, cani possit post nonam, non obstantibus rubricis generalibus Missalis in contrarium disponentibus.* S. cong. ad relationem mei infrascripti secretarii (*nempe de Lerma*) respondendum censuit : *Negative, et quoad horam celebrandi Missas conventuales de Sanctis et de feria, servandas esse rubricas Missalis.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 9 Augusti 1760.

*Derthonen.*

1624. Inter marchiones Paulum, et alios de Malaspina ex una, ac angelum Maria, aliosque de marchionibus Malaspina, et litis ex altera, partibus, exhortis nonnullis controversiis tam pro reintegratione sedilis in ecclesia parochiali S. Petri Villæ Orezoli diœcesis Derthonensis, quam pro forma ejusdem sedilis, infrascriptum dubium coram eminentissimo et reverendissimo domino cardinali Paulutio concordatum in cong. sac. Rituum propositum fuit, nempe : *An sit locus reintegrationi sedilis, in ecclesia parochiali Orezoli favore marchionis Pauli Malaspina, in casu,* etc. Et S. Congregatio, auditis prius reverendissimo episcopo, necnon procuratoribus utriusque partis scripto, et voce informantibus, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem, ejusdem eminentissimi ponentis rescribendum censuit : *Affirmative et ad eminentissimum ponentem ad mentem, et mens est, quoad antequam reponatur in ecclesia sedile, de quo agitur, doceatur coram eodem eminentissimo ponente, illud non excedere neque in longitudine, neque in latitudine mensuram antiqui sedilis.* Docto autem coram eodem eminentissimo ponente pro parte marchionis Pauli Malaspina, antiquum sedile per Octavium Malaspina ejus patrem alias retentum in ecclesia parochiali Orezoli fuisse ejusdem longitudinis et latitudinis ac illud, quod modo ibidem retinetur a marchionibus Alberto et Carolo de Malaspina, scilicet longitudinis palmorum sex cum dimidio circiter, et latitudinis palmorum quatuor cum dimidio mensuræ Januensis, suprascriptam resolutionem confirmavit, decrevitque servari. Die 9 Augusti 1760.

*Aretina.*

1625. Cum Antonius Barboni oppidi di Poppi nuncupat. diœcesis Aretinæ in ultimo, quo decessit, testamento capellam fundaverit sub titulo Sanctissimi Nominis Mariæ in ecclesia beatæ Virginis Mariæ nuncupat. del Morbo ejusdem oppidi, et adjecto onere, ut quotannis præter festum ejusdem Sanctissimi Nominis recolerentur etiam in perpetuum in eadem capella cæteræ festivitates beatæ Virginis, quæ in calendario descriptæ reperiuntur cum celebratione unius Missæ solemnis, aliarumque sex Missarum et officii. Cumque executor testamentarius prædicti Antonii ad amovendam omnem ambiguitatem in adimplemento prædictorum onerum, sacrorum Rituum congregationi supplicaverit, ut declarare dignaretur : *An onus a dicto fundatore adjectum celebrare faciendi in festis B. Mariæ Virginis in præfata capella Missam solemnem cum aliis sex Missis lectis, et officio, intelligendum sit pro septem festis principalibus ejusdem B. Mariæ Virginis, an etiam pro aliis simplicibus, in quibus commemoratio in honorem Deiparæ Virginis intra annum fieri consuerit.* Et sacra cong. audita prius reverendissimi episcopi informatione, ad relationem eminentissimi, et reverendissimi domini cardinalis Albani episcopi Sabinensis ponentis declaravit : *Missas esse celebrandas ad formam testamenti omnibus diebus, in quibus fit officium beatæ Mariæ Virginis sub ritu duplicis majoris, vel altioris ritus, tam in ecclesia universali, quam in calendario diœcesis.* Die 13 Septembris 1760.

*Aquen.*

1626. Propositis per archiepiscopum Aquensem sac. Rit. congregationi nonnullis dubiis circa rubricas, iteratoque per litteras eminentissimo et reverendissimo domino cardinali secretario Status sanctissimi domini nostri datas, ab eadem sac. cong. expostulantem eorum resolutionem, sacra congregatio, auditis scripto, et voce suffragiis duorum ex apostolicarum cæremoniarum magistris; ac re diligenter perpensa, eorum resolutionem juxta sequentia decrevit. Dubia vero hæc sunt :

1. Quæritur, quænam dies præsenti anno 1761, et deinceps in simili casu, assignanda fuerit Officio sanctissimi Nominis Jesu. Secunda quippe Dominica post Epiphaniam fuit Dominica Septuagesimæ. Porro apud Meratum in Indice decretorum sacræ Rituum congr. typis Florentinis edito legitur decretum 5 Maii 1736, in quo dicitur, quod non convenit Officium prædictum transferri post Domini-

Digitized by Google

cam Septuagesimæ. Proinde non alia videtur congrua dies ipsi assignanda, quam anticipando illud ad diem 14, vel ad 16 Januarii, translatis ad proximas dies non impeditas officiis S. Hilarii, et S. Marcelli. Equidem illud ipsum decretum paulo aliter refertur in editione (mendosa) commentarii ejusdem P. Merati Augustæ Vindelicorum, ubi simpliciter dicitur, quod prædictum Officium sanctissimi Nominis Jesu non conveniret celebrari *intra Quadragesimam*. Vera fortasse utraque lectio. Quidquid tamen sit, et postrema hac lectione supposita ut genuina, non cessat difficultas. Ex quo enim receptum fuit in hac diœcesi Aquensi Officium Desponsationis B. M. V. ut recitandum die 23 Januarii, ab annis circiter viginti Officium S. Raymundi conformiter ad sacra Rituum congr., Decreta translatum est ad diem 28, ut ei fixam, et propriam. Unde jam impedita ea die 28, Officium sanctissimi Nominis Jesu, si non anticipetur, necessum est transferri post feriam quartam cinerum, saltem in ecclesia seminarii Aquensis, in qua conversio S. Pauli, ut Patroni, celebratur cum Octava. Unde Officio S. Ignatii e propria sede prima Februarii in perpetuum ejecto, dies tertia, ut fixa, et propria, assignata fuit, quarta vero hoc anno fuit dies cinerum. Dignetur sacra congregatio universim statuere, quid in iis ambagibus sit servandum, ne invalescat ea varietas, quam in ipsis Italiæ Ecclesiis observarit Meratus.

2. Dubium pro nunc urgentius ob exortas isthic controversias spectat conclusionem orationis pro rege, quæ in omnibus vulgo Missalibus Romanis notatur. *Per Dominum*, etc., aliter tamen in Parisiensi, aliisque pluribus Galliæ Missalibus notatur. *Qui vivis*, etc. Quod conformius videtur rubricæ generali; siquidem postrema phrasis prædictæ orationis dicens : *Ad te, qui via, veritas, et vita es*, etc., indicat orationem ad Christum dirigi, de quo solo scriptum est, et cui specialiter convenit, ut sit *via, veritas*, etc., unde consequens videtur concludendam esse orationem per : *Qui vivis, et regnas*, etc. Nonne igitur errore librariorum irrepsit in Missalis Romani multis editionibus altera conclusio : *Per Dominum*, etc.? Equidem initium orationis (si sequentia non obstarent) videtur denotare Patrem, qui communius intelligitur, dum dicitur : *Omnipotens Deus*, etc., at ea appellatio non tam ipsi est propria, quam est Filio Incarnato singulare esse viam et veritatem. Quid igitur servandum in conclusione præfatæ orationis? Et magis anteponenda videtur conclusio : *Qui vivis*, etc. Quod ipsa quandoque præscribitur in ipsis orationibus ad Patrem directis, ut videre est in Primæ ultima oratione, et in gratiis post prandium agendis : *Agimus tibi gratias... Qui vivis*, etc.

3. Si nuptiæ celebrentur die non festivo, sed in quo recitatur officium duplex per annum, debetne celebrari Missa conformis Officio cum commemoratione pro sponsis? aut potestne dici Missa pro sponso, et sponsa cum commemoratione officii currentis? Rubrica ante eam Missam posita, non est quoad hoc satis aperta. Quid si Officium esset duplex primæ aut secundæ classis, sed non festivum?

4. Item, si mulier esset vidua, debetne omitti Missa pro sponso, et sponsa, ut omittendæ sunt benedictiones infra eam descriptæ post orationem Dominicam, et *Ite, Missa est?*

5. In Missa de Vigilia Nativitatis, hæc verba, quæ post collectam leguntur : *Et dicitur hæc oratio tantum :* excluduntne orationes a superiore præceptas, v. g. pro pace, pro aeris serenitate? etc.

6. Item cum decretum diei 23 Junii 1736 præcipit, ut in Missa primæ et secundæ classis coram Sanctissimo Sacramento cantatis, commemoratio ejusdem Sanctissimi fiat sub unica conclusione, estne intelligendum de festis etiam in die Dominica occurrentibus? Tunc commemoratio sanctissimi Sacramenti cui orationi conjungenda? Nonne orationi Dominicæ?

7. Exstatne aliquod decretum prohibens, ne in benedictione Sanctissimi Sacramenti ante orationem dicatur : *Dominus vobiscum?* Asserunt multi, Rituale tamen etiam nuper a Benedicto XIV editum id præscribit in festivitate Corporis Christi post reditum processionis.

8. In Officiis Translationis almæ domus Lauretanæ, et Exspectationis partus, octava benedictio debetne dici : *Cujus festum colimus, ipsa Virgo Virginum*, etc., an *Divinum auxilium*, etc.?

9. Item in Præfatione Missæ Exspectationis dicendumne est : *Et te in Exspectatione partus B. M. V. collaudare*, etc.? Pariterque in Missa Rosarii dicendumne : *Et te in solemnitate Rosarii*, etc.? vel suntne omittenda hæc duo verba?

10. In ecclesiis, ubi retenti sunt hymni veteres, dum fit Officium de confessore translato, quidam in tertio versu hymni : *Iste confessor*, dicunt :

*Hac die lætus meruit supremos*, etc.,

alii nil mutant. Equidem in omnibus Breviariis, ubi habentur hymni secundum emendationem Urbani VIII notatur hæc mutatio : at in iis, in quibus soli describuntur hymni veteres, quædam editiones præcipiunt mutationem versus, quædam eam omittunt. Quid igitur servandum est?

11. Circumfertur decretum recens de transferendis simplicibus, quorum lectio, et commemoratio a propria sede in perpetuum rejicitur per Officium duplex primæ classis v. g. in metropolitana Aquensi lectio SS. martyrum Sixti etc. occurrens in Transfiguratione Domini, quæ titularis est nostræ ecclesiæ. Decretum illud estne genuinum?

12. Sunt quædam ecclesiæ, ubi Anniversaria defunctorum celebrantur undecimo mense a die obitus. Si die illa occurrerit Officium duplex non festivum, poteritne cantari Missa de *Requiem*, ac in ipsa die anniversaria Obitus.

13. Item cum primum accipitur nuntium de obitu alicujus in loco dissito, potest in die duplici cantari Missa de *Requiem* ex decreto 1686. A fortiori celebrari possunt exsequiæ pro defuncto pridie sero sepulto. Verum si contingat Sabbato post meridiem sepeliri cadaver, aut accipitur nuntium, nonne tunc feria secunda sequenti poterit cantari Missa de *Requiem*, et si Officium sit duplex non festivum.

14. Tandem dicendo Missam privatam de die occurrente, satisfitne cuilibet obligationi Missæ privatæ, sive fundatæ, sive a fidelibus petitæ, oblato manuali stipendio, sive ipsa pro defunctis, sive in honorem alicujus sancti petita fuerit, modo sacerdos non expresse promiserit, se illam de sancto, aut in paramentis nigris celebraturum? Id quidem ab Alexandro VII definitum fuit pro diebus duplicibus; at in diebus semiduplicibus, et feriatis estne licitum, et satisfit debito? Ea est persuasio, et praxis quamplurimorum sacerdotum, et nisi hoc liceat, vix unquam Missa conveniret cum Officio in prædictis diebus non duplicibus : quæ enim postulantur a privatis fidelibus, vulgo petuntur pro defunctis, aut in honorem alicujus sancti. Aliunde sic citius defunctis subvenitur, idque videtur exigere commoditas et securitas sacerdotis. In re tanti momenti et quotidianæ occurentiæ quid præstandum, dignetur sacra congregatio declarare ac statuere.

Quibus ut supra propositis, et examinatis, decrevit Sacra Congregatio : *Quoad primum dubium*, quando festum SS. Nominis Jesu ab occurrente Dominica Septuagesimæ impeditur, transferendum est ad diem 28 Januarii tanquam illi propriam, ne festum prædictum celebretur *intra Quadragesimam* juxta genuinum decretum diei 5 Maii 1736, et Officium S. Raymundi transferatur in aliam diem non

Digitized by Google

impeditam; *quoad secundum*, conclusio orationis pro Rege debet esse, *per Dominum nostrum*, etc. Ita enim habent autographa Missalia S. Pii V, Clementis VIII et Urbani itidem VIII, et ita antiquissima S. Gregorii Magni Sacramentaria; *quoad tertium*, quotiescunque occurrit Officium duplex per annum, non potest dici Missa propria pro sponso et sponsa; est enim Missa votiva, quæ prohibetur in diebus duplicibus a rubrica generali Missalis num. 4. Sed debet celebrari Missa conformis Officio cum commemoratione pro sponsis; *quoad quartum*, si mulier est vidua, non solum debet omitti benedictio nuptiarum, sed etiam Missa propria pro sponso et sponsa; *quoad quintum*, in Missa Vigiliæ Nativitatis debent omitti orationes a superiore præceptæ, v. g. pro pace, pro aeris serenitate, etc.; *quoad sextum*, quando Missa cantatur coram Sanctissimo Sacramento in festis primæ classis occurrentibus in Dominica, commemoratio Sanctissimi Sacramenti conjungenda est commemorationi Dominicæ; *quoad septimum*, in benedictione Sanctissimi Sacramenti ante orationem non debet dici, *Dominus vobiscum*, juxta decretum sacræ Rituum congr. in Granaten. 16 Junii 1663, et in Salernitana 28 Septembris 1675, quod ita se habet: *In festo Sanctissimi Corporis Christi servanda est dispositio Cæremonialis episcoporum lib.* II, *cap.* 33, *in reponendo Sanctissimo Sacramento, ubi nulla fit mentio de* ℣ Dominus vobiscum, *non vero Rituale Romanum, ubi dicitur addi*, Dominus vobiscum, *et sic servat in Urbe Summus Pontifex, et servatur ab omnibus; quoad octavum*, in Officiis Translationis almæ domus Lauretanæ, et Exspectationis partus, octava benedictio debet esse, *Cujus festum colimus, Ipsa Virgo virginum*: vere enim sunt festa beatæ Mariæ Virginis: *quoad nonum*, in Præfatione Missæ Exspectationis partus dicendum est, *et te in Exspectatione beatæ Mariæ semper Virginis*, et in festo Rosarii dicendum est, *Et te in solemnitate beatæ Mariæ semper Virginis*, etc., omissis verbis *partus*, et *Rosarii; quoad decimum*, in Ecclesiis, ubi retenti sunt hymni veteres, dum fit Officium de confessore translato, unaquæque potest retinere suam antiquam consuetudinem mutandi, vel non mutandi, tertium versum hymni *Iste Confessor*, etc.; *quoad undecimum*, nullum adest decretum de transferendis festis simplicibus a duplici primæ classis perpetuo impeditis. Quare apocryphum est, quod circumferri asseritur, decretum; *quoad duodecimum*, in ecclesiis, quibus anniversaria celebrantur undecimo mense a die obitus, si die illa occurrat Officium duplex non festivum, potest cantari Missa de *Requiem*, ac in ipsa die anniversaria, dummodo dies illa, vel ex locorum consuetudine, vel ex testatorum dispositione, stata, et fixa sit pro celebrandis dictis anniversariis; *quoad decimum tertium*: si Sabbato post meridiem accipiatur nuntium de obitu alicujus in loco dissito, poterit feria secunda sequenti cantari Missa de *Requiem*, et si Officium sit duplex non festivum; *quoad decimum quartum*, diebus, quibus dici possunt Missæ votivæ privatæ, vel defunctorum, sacerdos ad illas obligatus ratione fundationis, vel accepti manualis stipendii, propriæ obligationi non satisfacit, dicendo Missam de die occurrente: expressa enim voluntas testatorum, vel postulantium, dummodo sit rationabilis, debet adimpleri. Ideoque servanda, quæ in resolutionibus supra præmissis præscripta sunt, statuit, atque decrevit. Die 3 Martii 1761.

### *Varmien.*

1627. Cum rever. episcopo, et principe Varmiensi nonnulla occurrerint dubia, enixe sacra Rituum congr. supplicavit, quatenus ea benigne decernere dignaretur: Dubia sunt sequentia.

1. Cum festum Sanctissimi Rosarii B. Mariæ Virginis Dominica ipsis Kalendis mensis Octobris vel easdem Kalendas proxime sequente juxta decretum sa. mem. Clementis PP. XI, de die 3 Octobris 1716, de præcepto celebrari debeat, jam vero eadem Dominica die anniversaria Dedicationis ecclesiæ cathedralis Varmiensis occurrat festum Sanctissimi Rosarii; quæritur, an ad tenorem rubricæ Breviarii Romani Antuerpiæ anno 1727, typis excusi, ad sequentem Dominicam transferri debeat.

2. Bellum, quod ad initium sæculi XVII, Gustavus Adolphus rex Suecorum, Poloniæ et Germaniæ moverat, episcopatum Varmiensem maximis ærumnis afflixit; flamma enim, et gladio grassabantur Sueci, incolas omnibus bonis spoliabant, et quod luctuosissimum erat, templa, ejectis vel igne combustis imaginibus sanctorum, et crucibus signisque dedicationem eorumdem denotantibus, impie deletis, profanabant: quia vero etiam archivum tam episcopale, quam capituli abstulerunt; idcirco memoria Dedicationis fere omnium ecclesiarum parochialium exolevit, ita ut usu venerit, quod parochiales anniversarium Dedicationis eadem die cum ecclesia cathedrali celebrent. Cum autem hæc consuetudo decretis sacræ Rituum congr. contraria sit, episcopus Varmiensis in proposito (*est*) singulis ecclesiis præfatis propriam diem pro festi Dedicationis celebratione assignare. Et quia dubitat, an jure suo id possit, an vero specialem licentiam a Sede Apostolica petere debeat, hinc quatenus id necessarium sit, supplicat sibi eam concedi, nempe, non tantum ubi nulla exstat memoria Dedicationis, eam designandi, sed etiam plerisque ecclesiis, in quibus Dedicatio festis Assumptionis beatæ Mariæ Virginis, vel Omnium Sanctorum, vel Nativitatis S. Joannis Baptistæ, vel SS. apostolorum Petri et Pauli, aut etiam principalium patronorum regni Poloniæ, etc. vel Dominicis privilegiatis occurrit, festum Dedicationis transferendi.

Et sacra eadem congregatio ad relationem eminentissimi et reverendissimi domini cardinalis Tamburini dictæ sacræ congregationis præfecti, et ponentis, censuit rescribendum: *Ad primum*, transferendum esse festum Rosarii ad primam diem non impeditam juxta Rubricas Breviarii Romani; *ad secundum* episcopus, si constet de consecratione alicujus ecclesiæ, sed dies ignoretur, diem assignabit pro celebratione festi Dedicationis. Idem faciet, si perpetuo occurrat dies Dedicationis in festis primæ classis, ac propterea esset transferendus. Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 3 Martii 1761.

### *Brictinorien.*

1628. Inter promotorem fiscalem curiæ episcopalis ex una, et magistratum Brictinoriensem ex altera partibus, exortis nonnullis controversiis super observantia Cæremonialis episcoporum in aliquibus functionibus pontificalibus, eisque ad sacram Rituum congr. delatis, infrascripta dubia coram eminentissimo et reverendissimo D. cardinali Joanne Francisco Albani ponente concordata, decidenda, in congregatione diei 29 Martii proposita fuerunt, nempe:

1. An magistratus Brictinoriensis accedens ad lotionem manuum episcopi pontificaliter parati debeat in actu stare, seu potius genuflectere, et manere genuflexus, in casu, etc.

2. An idem magistratus eundo et redeundo debeat genuflectere ante altare et ante crucem, in casu, etc.

3. An in benedictionibus solemnibus episcopi debeat stare, uti canonici, vel genuflectere, in casu, etc.

4. An possit adhibere pulvinaria cum strato in scamno more episcoporum, in casu, etc.

An possit habere scamnum in presbyterio ecclesiæ S. Dominici Patrum ordinis Prædicatorum, in casu, etc.

Digitized by Google

At petente procuratore magistratus dilatione, nulla sacra Rituum congr. data fuit responsio suprascriptis dubiis, jussumque duntaxat per modum provisionis servari solitum. Proposita deinde in eadem sacr. congr. per eumdem eminentissimum et reverendissimum D. cardinalem ponentem sub die 17 Maii ejusdem anni 1760, cum novo et sexto dubio a magistratu prædicto excitato, nempe : an sit concedenda remissoria, in casu, etc., cum ob suffragiorum paritatem super ejusmodi remissoriali in suspenso etiam stetisset decisio totius controversiæ, rescriptum fuit : *Iterum proponatur, et interim servetur solitum juxta ultimos status.*

Deductis igitur suprascriptis quinque dubiis in altera S. Rit. congr. sub die 13 Septembris ejusdem anni 1760 habita, neglectisque omnino atque negatis remissorialibus, ac utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, matureque perpensis, ac consideratis, ad relationem præfati eminentissimi ponentis rescriptum fuit : *Ad* 1, *negative ad primam partem, affirmative ad secundam; ad* 2, *affirmative; ad* 3, *negative ad primam partem, affirmative ad secundam ; ad* 4, *affirmative quoad pulvinaria lanea tantum; ad* 5 *negative.* Petita tandem, et obtenta a magistratu prædicto nova audientia, denuoque per eumdem eminentissimum ponentem repropositis iisdem quinque dubiis, sacra congregatio respondendum censuit : *In decisis*, *et amplius.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 21 Julii 1761.

*Basilicæ Vaticanæ*

1629. Porrectis sacræ congregationi Rituum precibus ex parte celsitudinis regiæ eminentissimi et reverendissimi D. cardinalis ducis Eboracen. archipresbyteri Vaticanæ basilicæ pro definitione dubiorum sequentium respicientium ministerium acolythi basilicæ in pontificalibus, seu per eumdem eminentissimum archipresbyterum, seu per episcopum ab eo delegatum peragendis, remissaque instantia ad eminentissimum et reverendissimum D. cardinalem Galli ponentem, seu relatorem, proposita fuerunt in sacra congr. eadem dubia, videlicet.

1. An acolythus beneficiatus, seu clericus beneficiatus basilicæ Vaticanæ sustinens librum cardinali archipresbytero, dum sedens legit præparationem ad Missam solemnem, teneatur genuflectere, prout cardinali celebranti placuerit, ejusve commoditas postulaverit.

2. An idem modus sustinendi librum ad commodum celebrantis servari debeat ab eodem acolytho in omnibus aliis sacris actionibus, in quibus cardinalis archipresbyter sedens legit aliquid, vel cantat.

3. An idem modus sustinendi librum in omnibus supradictis actionibus debeat ad commodum celebrantis pariter servari ab eodem acolytho, quotiescunque episcopus canonicus ejusdem basilicæ, vel quicunque alter episcopus de mandato cardinalis archipresbyteri exercet munia pontificalia in dicta basilica?

Sacra congregatio, visis juribus ex parte dictæ celsitudinis regiæ eminentissimæ productis, atque votis pro veritate exaratis ex duobus ex magistris Apostolicarum cæremoniarum, de petita vero ab acolythis dilatione nulla in præsenti judicio habita ratione, parte unica informante censuit rescribendum : *Affirmative in omnibus.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 9 Febr. 1762.

Verum iidem beneficiati, et clerici beneficiati prædictæ resolutioni minime acquiescentes, nemine citato adversus eam sub die 7 Aprilis proxime præteriti in actis emiserunt protestationem, quam facto verbo cum sanctissimo domino nostro Clemente Papa XIII ejus R. P. D. auditor per suum decretum de medio sustulit, ac terminum trium mensium ad effectum adeundi sacra Rituum congreg. ipsis beneficiatis, et clericis beneficiatis præfixit, quo elapso perpetuum eisdem eorumque successoribus silentium imposuit.

Deductis propterea per dictos beneficiatos, et clericos beneficiatos suis juribus, utraque parte informante tam scripto, quam voce, resumptoque prædictorum dubiorum maturo examine, ad relationem pariter prælaudati eminent. et reverend. D. cardinalis Galli ponentis proposito dubio : *An sit standum, vel recedendum a decisis?* Ipsamet sacra congregatio sub infrascripta die unanimi omnium eminentissimor. et reverendissimor. DD. cardinalium suffragantium consensu respondit : *In decisis, et amplius.* Et ita decrevit, et in prædicta Vaticana basilica servari mandavit. Die 28 Aug. 1762.

*Parisien.*

1629. Cum presbyteri Galli seminarii Missionum exterarum sacra Rituum congreg. supplicaverint pro declaratione sequentium dubiorum, videlicet :

1. Utrum quoties festum aliquod duplex, aut semiduplex, incidit in feriam, possit, et debeat celebrari Missa Defunctorum, et quatenus negative.

2. Utrum in ejusmodi casu possit obtineri talis indulgentia celebrando Missam de festo duplici, aut semiduplici feria secunda occurrenti : quod si iterum negative, iidem oratores humiliter rogant EE. VV. ut dictam indulgentiam pro omnibus feriis secundis, modumque eam lucrandi presbyteris largiri non dedignentur.

Sac. eadem congregatio ad relationem per me infrascriptum secretarium *videlicet Scipionem Burghesium* factam mandavit, ut detur decretum anni 1662, 5. Augusti alias emanatum, quod est sequens, nempe : *Cum SSmus dominus noster in visitatione ecclesiarum Urbis acceperit*, *in plerisque ecclesiis abusum irrepsisse celebrandi Missas privatas pro defunctis etiam in festis duplicibus contra præscriptum rubricarum Missalis Romani, eumdemque abusum decreto congregationis eliminari præceperit innotueritvero sacra Rituum congregationi hujusmodi abusum etiam in aliis ecclesiis ubique gentium exsistentibus inductum pariter reperiri; sac. eadem congregatio, ut Missalis rubricæ inviolate serventur, districte præcepit omnibus et singulis sacerdotibus tam sæcularibus, quam regularibus cujusvis ordinis, congregationis, societatis, et instituti, etiam necessario exprimendi, ut in posterum omnino dictam rubricam servent, ita ut Missas privatas pro defunctis, seu de* Requiem *in duplicibus nullatenus celebrare audeant, vel præsumant. Quod si ex benefactorum præscripto Missæ hujusmodi celebrandæ incidant in festum duplex, tunc minime transferantur in aliam diem non impeditam, ne dilatio animabus suffragia exspectantibus detrimento sit, sed dicantur de festo currenti cum applicatione sacrificii juxta mentem eorum benefactorum. Curentque ecclesiarum rectores, sacristæ, aliique ad quos pertinet, ut hujusmodi decretum inviolate servetur, et in sacristia affixum retineatur, ubi commode ab omnibus celebrare volentibus conspici ac legi possit. In eos autem, qui contra facere ausi fuerint, vel præmissa adimplere neglexerint, locorum Ordinarii tum sæculares, tum regulares, pro modo causæ animadvertant. Die* 5 *Augusti* 1662. Et facta de prædictis SS. relatione, Sanctitas Sua annuit, et cum applicatione sacrificii satisfieri ac benefactorum mentem impleri voluit eadem die 5 Aug. 1662. Atque ita a præfatis presbyteris servari mandavit. Die 28 Augusti 1762.

*Urbis et Orbis.*

1630. Cum sacra Rituum congreg. die 8 Martii 1738, approbante san. mem. Clem. PP. XII, Officium S. *Julianæ de Falconeriis* fundatricis tertii ordinis Servorum B. V. M. cum oratione, hymno, ac lectionibus secundi nocturni propriis pro Ecclesia universali sub ritu semiduplicis recitari concesserit; ad

Digitized by Google

preces modo porrectas nomine Sacræ Cæsareæ majestatis Francisci I Romanorum electi imperatoris, ac magni ducis Etruriæ ab eminent. et reverend. D. cardinali Alexandro Albani pro elevatione ritus Officii prædicti a semiduplici ad duplicem minorem, sac. eadem congreg. ad relationem emi. et rmi. D. cardinalis Feroni dictæ sac. congreg. præfecti, et ponentis hujusmodi instantiæ benigne annuendo, petitum officium *S. Julianæ de Falconeriis* ab omnibus Christifidelibus tam sæcularibus, quam regularibus utriusque sexus, qui ad Horas canonicas tenentur, sub ritu duplicis minoris in posterum recitari mandavit, si SS. D. nostro visum fuerit. Die 11 Decembris 1762. Et facta deinde per me secretarium de prædictis eidem SS. D. nostro relatione, Sanctitas Sua benigne annuit. Die 14. ejusdem mensis, et anni 1762. *Joseph Maria card. Feroni præfectus.* Loco ✠ sigilli. *S. Burghesius sacr. Rituum congr. secretarius.*

*Urbis et orbis.*

1631. Ad pias preces serenissimi Jacobi III Magnæ Britanniæ regis, necnon Patris Joannis Gentili præfecti generalis clericorum regularium ministrantium infirmis SS. D. N. Clementi Papæ XIII porrectas, et a Sanctitate Sua ad sacram Rituum congreg. remissas; sacra eadem congregatio ad relationem per me infrascriptum secretarium factam, mandavit, ut ab omnibus Christifidelibus tam sæcularibus, quam regularibus, qui ad Horas canonicas tenentur, die decima octava Julii Officium *S. Camilli de Lellis* fundatoris eorumdem clericorum regularium ministrantium infirmis cum oratione, lectionibus secundi, et tertii nocturni, ac Missa propriis a san. mem. Benedicto Papa XIV, die 12 Martii 1753 approbat. sub ritu semiduplicis de præcepto, servatis rubricis recitentur, et in Breviario ac Missali Romano apponi concessit, si sanctissimo domino nostro visum fuerit. Die 11 Decembris 1762. Et facta deinde per me secretarium de prædictis eidem SS. D. N. relatione; Sanctitas Sua benigne annuit. Die 15 ejusdem mensis, et anni 1762. *Joseph Maria-card. Feroni præfectus.* Loco ✠ sigilli. *S. Burghesius sacr. Rituum congreg. secretarius.*

*Amerina.*

1632. Exortis inter capitulum, et canonicos ecclesiæ cathedralis Amerinæ ex una, et parochos S. Luciæ, S. Mariæ de Portu, et S. Mariæ ad Ulmum dictæ civitatis ex altera partibus controversiis super juribus parochialibus aliisque præeminentiis in functionibus ecclesiasticis peragendis, illisque ad sacra Rituum congregat. delatis, infrascripta dubia coram eminent. et reverend. dom. card. Feroni dictæ sac. congreg. præfecto, et ponente, concordata decidenda proposita fuerunt, nempe:

1. An ecclesiæ parochiales S. Luciæ, S. Mariæ de Portu, et S. Mariæ ad Ulmum, earumque parochi sint liberi, et independentes ab ecclesia cathedrali ejusque capitulo, canonicis, et priore, uti parocho, sive potius dependentes, in casu, etc.

2. An omnibus dictis parochis, sive potius parocho tumulanti tantum, absente capitulo, competat usus stolæ occasione, qua funus ducitur ad dictam cathedralem, sive aliam ecclesiam in transitu per parochiam prioris dictæ cathedralis, et in eadem cathedrali, in casu, etc.

3 An interveniente capitulo funebris functio conficienda sit ab altero ex canonicis dicti capituli, sive potius a parocho defuncti, in casu, etc. *Et quatenus a canonico.*

4. An dicto canonico funebrem functionem conficiente, induto pluviali, et stola, eadem stola deferri possit a supradictis parochis, sive a parocho defuncti, in casu, etc. Quatenus vero ab eodem parocho.

5. An omnes supradicti parochi possint deferre stolam, sive potius parochus defuncti tantum, in casu, etc.

6. An iidem parochi teneantur publicare matrimonia, et decimas exigere in dicta cathedrali, sive potius illa publicare possint, et decimas exigere in propriis ecclesiis, in casu, etc.

7. An iidem parochi teneantur tempore paschali sacramenta pœnitentiæ et Eucharistiæ ministrare propriis ovibus in dicta cathedrali, in casu, etc.

8. An iidem parochi teneantur incedere in processione SS. Corporis Christi, aliisque processionibus, quatenus interveniant vestibus sacris induti, prout alii sacerdotes, sive potius possint incedere cum cotta, et stola, et in quo loco, in casu, etc. Et sac. congregatio, utraque parte, scripto, et voce prius audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem eminent. et rever. D. cardinalis ponentis, rescribendum censuit. *Ad* 1, *Dilata; ad* 2, *usum stolæ competere parocho tumulanti tantum*; *ad* 3, *affirmative ad primam partem, negative ad secundam juxta solitum; ad* 4, *negative quoad omnes juxta solitum; ad* 5, *provisum in præcedenti; ad* 6, *quoad publicationem matrimoniorum faciendam esse tam in propria parochia, quam in cathedrali ad formam constitutionis synodalis anni* 1566. *Quo vero ad exactionem decimarum, in nulla ecclesia faciendam esse, sed in loco ab episcopo designando; ad* 7, *quoad sacramentum pœnitentiæ, negative; quoad communionem paschalem, posse in propria, dum parochus celebrat; ad* 8, *affirmative ad primam partem; ad secundam juxta solitum.* Et ita decrevit, ac servari mandavit. Die 7 Maii 1763.

*Firmana Funerum.*

1633. Ad dirimendas nonnullas controversias exortas inter sacerdotem Julium, aliosque fratres de Tofinis oppidi Petritoli diœcesis Firmanæ ex una, et parochos dicti oppidi, et litis, ex altera, partibus, super associatione cadaverum ad ecclesiam Regularium, necnon super emolumentis parochis debitis, illasque ad sacra Rituum congreg. judicium delatas, eminent. et reverend. D. card. Caprara ponens infrascripta dubia coram se concordata decidenda proposuit, nempe:

1. An parochi teneantur associare cadavera tumulanda in ecclesia Regularium usque ad crucem, vel potius usque ad januam ecclesiæ, ibique dare ultimum vale, *et quatenus affirmative ad secundam partem.*

2. An regulares, quatenus associationi non fuerint invitati, teneantur exspectare, et recipere cadavera in janua eorum ecclesiæ, in casu, etc.

3. An liceat hæredibus defuncti asportare cadavera e propriis domibus ad ecclesiam parochialem per modum depositi, antequam illa processionaliter deferantur ad ecclesiam Regularium, et parochi teneantur recipere; et quatenus affirmative;

4. An, et quale emolumentum debeatur parochis ratione ejusdem depositi, in casu, etc.

5. An parochis cæterisque ecclesiasticis associantibus cadavera ad ecclesiam Regularium liceat exigere pro dicta associatione majorem eleemosynam, et emolumentum, seu potius illud dari solitum occasione associationis faciendæ ad ecclesiam, in casu, etc.

6. An cæteri ecclesiastici, et confratres associantes cadavera teneantur introire ecclesiam Regularium, ibique solitas sacras preces una cum Regularibus canere, et totum Officium absolvere, in casu, etc.

Et sac. eadem congregatio, utraque parte, scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem emi. D. card. ponentis rescribendum censuit: *Ad* 1, *negative ad primam, affirmative ad secundam partem; ad* 2, *affirmative; ad* 3, *affirmative in omnibus, petita tamen, quamvis non obtenta licentia Parochi; ad* 4, *deberi parocho intorticia tantum, quibus cadaver expositum*

Digitized by Google

*fuit, summodo aliquas preces expleverit ; ad* 5, *negative ad primam partem, affirmative ad secundam ; ad* 6, *in casu, de quo agitur, serventur Constitutiones synodales*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 7 Maii 1763.

*Dertusen. dubiorum.*

1634. Postquam reverendissimus episcopus Dertusensis sacrorum Rituum congregationi exposuit, plures in sua cathedrali reperiri abusus, quos capitulum, dignitates, et canonici servare contendebant contra præscriptum, et dispositionem Cæremonialis episcoporum, et decretorum hujus sacræ congregationis, reverendissimus idem episcopus parens mandatis ejusdem sacræ congregationis per litteras particulares sibi commissis die 11 Septembris 1761, præfixo termino omnibus interesse habentibus ad comparendum coram eadem sacra congregatione, et deducendum jura sua, propriam relationem transmisit. Deinde eminentissimus et reverendissimus D. cardinalis Feroni præfectus, et causæ ponens, infrascripta dubia coram se inter partes concordata decidenda proposuit, nempe :

1. An dignitates omnes et canonici (exceptis canonicis celebrante, diacono, et subdiacono) teneantur associare episcopum cappa indutum ad ecclesiam pedester accedentem divinis Officiis interfuturum, a suo cubiculo ad sedem episcopalem in choro, eumque omnibus horis canonicis absolutis, vel nulla incepta recedentem illuc reducere.

2. An omnes dignitates et canonici, ut supra, eidem episcopo curru, vel portatili sella ad ecclesiam venienti teneantur extra portam cathedralis occurrere, et usque ad suam sedem in choro associare; ipsumque pariformiter ab ecclesia discedentem ad eamdem cathedralis januam deducere.

3. An omnes, seu quot dignitates et canonici teneantur associare episcopum accedentem ad ecclesiam, seu ab illa recedentem, aliqua hora canonica incepta, vel nondum absoluta, et a quo, et ad quem locum.

4. An feria v in Cœna Domini, aliisque diebus, quibus episcopus pontificaliter celebrat, debeant non solum tres dignitates, et canonici, qui eidem juxta morem assistunt; sed omnes pariter dignitates et canonici ad ejus cubiculum se conferre, ut eum ad ecclesiam, ut supra, deducant; eumdemque suam domum redeuntem, ut supra, associare.

5-6. An episcopo pontificaliter celebranti præparari debeat genuflexorium, ut suis loco et tempore genuflectat; seu potius idem episcopus debeat esse semper contentus solo pulvino.

7. An episcopo pontificaliter celebrante, debeat super altare poni septimum candelabrum, et cujus sumptibus.

8. An feria v in Cœna Domini episcopus juxta morem Ecclesiæ Dertusensis, canonicorum pedes lavans, debeat habere assistentiam duarum dignitatum, et aliam pariter dignitatem, quæ munus diaconi, et canonicum, qui munus subdiaconi subeant.

9. An episcopum in cathedrali Confirmationis sacramentum vel ordines collaturum, debeant saltem duæ dignitates, seu canonici in habitu chorali ad januam ecclesiæ excipere, aspersorium porrigere, eique Confirmationem vel ordines conferenti assistere.

10. An, et quot dignitates et canonici debeant episcopo assistere, cum Missam pontificalem celebrat, vel alia officia pontificalia exercet in aliqua Ecclesia parochiali, vel conventuali ejusdem civitatis.

11. An, et quot dignitates et canonici debeant episcopo assistere, quando hic publice divinis Officiis interest in aliqua ecclesia parochiali, vel conventuali ejusdem civitatis.

12. An privative spectet ad episcopum de consilio capituli intimare processiones, ac designare vias, per quas incedendum erit; seu potius id spectet ad capitulum sine consensu episcopi.

13. An gubernatori, et decurionibus civitatis Dertusensis locum habentibus in presbyterio, dum cantatur Missa solemnis, fieri debeat reverentia a canonico celebrante, diacono, et subdiacono ante initium et post finem Missæ, tam præsente, quam absente episcopo.

14. An, et quibus pœnis possit episcopus compellere dignitates et canonicos ad præstanda obsequia, quæ juxta sacræ congregationis decisiones sibi debita videbuntur.

Et eadem sacra congregatio, re mature discussa, perpensisque tam reverendissimi episcopi, quam capituli, dignitatum, et canonicorum juribus per eorum procuratores voce, et scripto expositis, rescribendum censuit : *Ad* 1, *affirmative ad utramque partem ; ad* 2, *affirmative usque ad locum, ubi episcopus induit cappam; ad* 3, *quoad numerum, quatuor; quoad locum provisum in superioribus; ad* 4, *affirmative; ad* 5-6, *deberi faldistorium juxta Cæremoniale; ad* 7, *affirmative ad primam partem, et eorum sumptibus, qui ad cæteras Missæ pontificalis expensas tenentur; ad* 8, *affirmative ad formam Cæremonialis; ad* 9, *affirmative in omnibus; ad* 10 *et* 11, *affirmative ad utrumque dubium, ita tamen, ut ecclesia cathedralis debito non fraudetur Officio; ad* 12, *non proposita; ad* 13, *negative in omnibus; ad* 14, *affirmative juris remediis. Et amplius in omnibus*. Et ita declaravit, et servari mandavit. Die 6 Augusti 1763.

Loco ✠ Sigilli, *Joseph Maria Card. Feroni præfectus. S. Burghesius S. R. C. secretarius.*

*Fesulana.*

1635-1637. Cum reverendissimo episcopo Fesulano nonnulla occurrerint dubia circa Missam celebrandam ab episcopo ordinationem habente diebus a jure præstitutis, ex parte ejusdem reverendissimi episcopi, sacrorum Rituum congregationi humillime supplicatum fuit, quatenus ea benigne declarare dignaretur. Dubia sunt sequentia :

1. An decretum editum a S. R. congregatione 11 Julii 1739, in quo statuitur ab episcopo ordinationem habente diebus a jure præstitutis celebrandam esse Missam de feria, non autem de Sancto forte eadem die occurrente, comprehendat, vel intelligi debeat, etiamsi Missa privatim, et sine cantu ab episcopo ordines conferente dictis diebus celebretur.

2. An ubi viget consuetudo celebrandi Missam de sancto occurrente, non autem de feria, dum episcopus prædictis diebus privatim sacras habet ordinationes, quæ ratione dierum a jure præscriptorum generales vocantur, toleranda sit, vel potius abolenda. Et sacra eadem congregatio audito prius voto unius ex apostolicarum cæremoniarum magistris, ad relationem eminentissimi, et reverendissimi domini cardinalis Columnæ almæ Urbis vicarii ponentis, rescribendum censuit : *Ad* 1, *affirmative ; ad* 2, *negative ad primam partem, affirmative ad secundam*. Et ita declaravit. Die 11 Februarii 1764.

*Rhegien.*

1638. Ad sedandas controversias exortas inter Tiberium Genovese decanum ecclesiæ metropolitanæ civitatis Rhegii ex una, et Joannem Philippum Mantica ejusdem ecclesiæ metropolitanæ cantorem ex altera, partibus, in causa præeminentiarum super juribus dandi nutum inchoandi divina Officia in choro, eaque terminandi, nec non veniam concedendi iis, qui e choro quavis ex causa egredi volunt illisque ad sac. Rituum congregationem delatis, fuit ex parte Joannis Philippi Mantica opposita exceptio actorum in partibus de anno 1755, seu alio tempore, confectorum, eaque per R. P. de Lerma tunc temporis ejusdem sacræ congregationis secretarium remissa ad eamdem congregationem una

Digitized by Google

cum negotio principali, deputatoque causæ ponente eminentissimo, et reverendissimo D. cardinali Feroni, fuit concordatum infrascriptum dubium : *An, et ad quem spectet dare nutum inchoandi divina officia in choro, eaque terminandi, necnon veniam concedere iis, qui e choro quavis ex causa egredi volunt.* Et sacra congregatio utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis ad relationem ejusdem eminentissimi ponentis rescribendum censuit : *Exhibeantur acta.* Die prima Martii 1763.

Adversus istam resolutionem ex parte Decani Tiberii Genovese expetita et obtenta nova audientia, et reproposita iterum per eumdem eminentissimum D. cardinalem ponentem hujusmodi controversia ; sacra eadem congregatio, scripto, et voce utraque parte iterum informante audita rescripsit : *Prævio recessu a decisis super exhibitione actorum proponatur causa super negotio principali.* Die 6 Augusti 1763.

Contra hanc resolutionem ex parte cantoris Joannis Philippi Mantica expetita et obtenta nova audientia, et causa denuo proposita per eumdem eminentissimum dominum cardinalem ponentem, sacra eadem congregatio, utraque parte noviter informante audita, propositum dubium resolvendo, rescripsit, *Spectare ad decanum.* Die 17 Septembris 1763.

Iterum vero nova audientia ex parte ejusdem cantoris Joannis Philippi Mantica postulata et obtenta, reproposita per dictum eminentissimum dominum cardinalem ponentem hujusmodi controversia : sacra eadem congregatio scripto, et voce procuratore decani Tiberii Genovese tantum noviter informante audito, cum pars adversa non comparuerit, rescribendum censuit : *In decisis, et amplius.* Et ita decrevit, ac servari mandavit. Die 11 Februarii 1764.

*Toletana.*

1639. Ex parte magistri cæremoniarum regiæ capellæ, et monasterii Monialium reformatarum ordinis S. Augustini Incarnationis nuncupat. Villæ Matriti diœcesis Toletanæ, sac. Rituum congregationi humillime supplicatum fuit pro declaratione sequentium dubiorum, quæ sunt :

1. An in Missis solemnibus, quæ celebrantur in altari quo publicæ venerationi est expositum Sanctissimum Sacramentum, subdiaconus sustinens patenam debeat genuflectere, quando celebrans post Offertorium genuflexus thurificat Sanctissimum Sacramentum, sicuti genuflectit in actu consecrationis ac elevationis?

Et sacra congregatio, audito prius voto unius ex apostolicarum cæremoniarum magistris, ad relationem eminentissimi et reverendissimi D. cardinalis Albani episcopi Sabinen. ponentis rescribendum censuit : *Ad 1, negative.* Et ita declaravit. Die 11 Februarii 1764.

*Tranen. Præcedentiæ.*

1640. Ad definiendas nonnullas controversias exortas inter Franciscum Paulum Brescia primicerium ecclesiæ metropolitanæ Tranensis ex una, et Nicolaum Morola alterum primicerium ejusdem ecclesiæ cathedralis ex altera, partibus, super jure præcedendi tam in choro, et stallo, quam in quibuscunque aliis locis et actibus, illasque ad sac. Rituum congregationem delatas, eminentissimus et reverendissimus D. cardinalis Feroni ponens, ejusdemque sacræ congregationis præfectus infrascriptum dubium inter partes concordatum decidendum proposuit, nempe : *An et cui competat præcedentia tam in choro et stallo, quam in quibuscunque aliis locis et actibus, in casu,* etc. Sacra eadem congregatio utraque parte scripto, et voce prius audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem eminentissimi et reverendissimi domini cardinalis ponentis rescribendum censuit: *Præcedentiam deberi Nicolao Morola, et amplius.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die prima Decembris 1764.

Adversus istam resolutionem instante iterum Francisco Paulo Brescia prædicto apud eamdem sacram congregationem pro obtinenda nova audientia, sacra congregatio, utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque novis juribus hinc inde deductis, ad relationem præfati eminentissimi ponentis respondendum censuit : *Nihil de nova audientia, et amplius.* Die 20 Julii 1765.

*Congregationis clericorum Regularium S. Pauli vulgo Barnabitarum*

1641. Ex parte procuratoris generalis clericorum Regularium S. Pauli vulgo Barnabitarum sacrorum Rituum congregationi humillime supplicatum fuit pro declaratione sequentis dubii, videlicet : *An iis in locis, ubi sæpe non adsunt dies non impeditæ juxta rubricas, recitari nihilominus licite possit Officium Defunctorum recurrente Officio novem lectionum?* Et sacra congregatio, audito prius voto unius ex apostolicarum cæremoniarum magistris, ad relationem eminentissimi et reverendissimi domini cardinalis Galli ponentis rescribendum censuit : *Non posse.* Et ita declaravit. Die 11 Maii 1765.

*Toletana.*

1642. Inter promotorem fiscalem curiæ archiepiscopalis Toletanæ ex una, et ven. Societatem Sanctissimi Crucifixi Injuriarum nuncupat. ejusque confratres, erectam in ecclesiam Sancti Æmiliani suffraganei ecclesiæ parochialis SS. Justi, et Pastoris ejusdem civitatis ex altera partibus exorta controversia super continuatione processionis peragi solitæ feria sexta majoris hebdomadæ, illaque ad sac. Rituum congregationem delata, infrascriptum dubium coram eminentissimo et reverendissimo domino cardinali Albani episcopo Sabinensi ponente, concordatum decidendum propositum fuit, nempe: *An, et quomodo sit continuanda processio, de qua agitur; sive potius obstet ordinatio eminentissimi archiepiscopi, in casu,* etc. Et sac. eadem congregatio, utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem præfati eminentissimi ponentis rescribendum censuit. *Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.* Et ita declaravit, et servari mandavit. Die 11 Maii 1765.

*Termularum assistentiæ.*

1643-1644. Exortis nonnullis controversiis inter reverendissimum episcopum Termularum, ejusque promotorem fiscalem ex una, et Antonium de Antonolo canonicum pœnitentiarium, et Carolum Scrima pariter canonicum ecclesiæ cathedralis dictæ civitatis ex altera, partibus, super assistentia præstanda episcopo solemniter celebranti, iisque ad sac. Rituum congregationis judicium delatis, concordata fuerunt coram eminentissimo et reverendissimo domino cardinali Albani episcopo Sabinen. ponente sequentia dubia, nempe :

1. An, et qui ex dignitatibus et canonicis cathedralis ecclesiæ Termularum teneantur in Officio diaconorum assistentiam præstare episcopo solemniter celebranti, seu divinis cum cappa interessenti, in casu, etc.

2. An, et quando canonicus pœnitentiarius ejusdem ecclesiæ sit immunis a præstanda dicta assistentia episcopo, in casu, etc.

Et sacra eadem congregatio, utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem præfati eminentissimi ponentis rescribendum censuit : *Ad 1, assistentiam spectare ad diaconos juxta Cæremoniale; ad 2, provisum in primo.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 22 Januarii 1766.

Adversus istam resolutionem ex parte reverendissimi episcopi, sive ejus promotoris fiscalis expetita et obtenta nova audientia, cujus vigore reproposita per eumdem eminentissimum dominum cardinalem

Digitized by Google

ponentem hujusmodi controversia super novo dubio, videlicet : *An sit standum, vel recedendum a decisis, in casu*, etc. Sacra eadem congregatio scripto pariter, et voce utraque parte hinc inde informante, iterum audita rescripsit : *In decisis, et amplius.* Et ita decrevit, ac servari mandavit. Die 12 Julii 1766.

*Carthaginen.*

1645. Cum parochis oppidi Lorcæ diœcesis Carthaginensis nonnulla occurrerint dubia circa Officium et Missas Defunctorum celebrandas diebus etiam impeditis, nec non circa modum incedendi in processionibus, aliisque sacris functionibus, ex parte eorumdem sac. Rituum congregationi humillime supplicatum fuit, quatenus ea benigne declarare dignaretur. Dubia sunt sequentia :

1. An diebus non festivis de præcepto, in quibus tamen recitatur Officium duplex secundæ classis, et diebus festivis infra Octavas privilegiatas, celebrari possit Officium mortuorum cum Missa festi currentis, ad implenda legata quæ non sunt anniversaria, quæque a testatoribus relicta sunt sine præfixione dierum.

2. An diebus 3, 7 et 30, a depositione defuncti, in quibus occurrit Officium duplex per annum, non tamen festivis de præcepto, celebrari possint Officium et Missa Defunctorum? Et an prædicti dies numerari debeant a die obitus vel a die depositionis.

3. An sustineri possit consuetudo, ut in processionibus, aliisque sacris functionibus, in quibus celebrans est indutus pluviali, et ejus ministri sunt induti dalmaticis, dicti ministri sive diaconi incedant in medio processionis unus post alium ante celebrantem, ad latera vero celebrantis adsistant duo canonici, sive parochi induti superpelliceo; seu potius ipsimet ministri dalmaticis induti, ultimo loco incedere debeant, unus ad dexteram, alter ad sinistram celebrantis.

Et sacra eadem congregatio, audito prius voto unius ex apostolicarum cæremoniarum magistris, ad relationem eminent. et reverend. dom. card. Galli ponentis rescribendum censuit : *Ad* 1, *negative, sed Missæ cantatæ de* Requiem *a defunctis relictæ sine præfixione dierum, debent celebrari diebus a Rubrica permissis ; ad* 2, *affirmative ad primam partem, dummodo sermo sit de Missa cantata; ad secundam partem, prædictos dies tertium, septimum, et tricesimum posse numerari a die obitus, sive a die sepulturæ juxta diversam Ecclesiarum consuetudinem ; ad* 3, *negative ad primam partem, affirmative ad secundam.* Et ita declaravit. Die 23 Augusti 1766.

*Sancti Miniatis.*

1646-1647. Ad dirimendas nonnullas contentiones super celebratione festivitatis S. Antonii Patavini exortas inter Patres Minores conventuales civitatis S. Miniatis ex una, et Patres ordinis Prædicatorum conventus S. Jacobi dictæ civitatis, ac Paschalem de Martinis, aliosque præsides prædictæ civitatis, et litis ex altera, partibus, illasque ad sacra Rituum cong. pro decisione delatas, eminentiss. et reverend. D. cardinalis Marcus Antonius Columna ponens infrascripta dubia, unica tantum parte comparente, proposuit, nempe :

1. An festum S. Antonii Patavini in civitate S. Miniatis cum recitatione orationis panegyricæ, cum processione cum statua ejusdem sancti, ac cum subsequenti novena, seu tredicina, et cum aliis solemnitatis pompis ab antiquo tempore per PP. Minores conventuales in eorum ecclesia hactenus celebratum, liceat nunc illud introducere, et celebrare in ecclesia Sancti Jacobi PP. Prædicatorum? *et quatenus affirmative.*

2. An liceat in eadem ecclesia S. Jacobi exponere tabulam pictam cum imagine S. Antonii in habitu fratrum Capuccinorum, vel fratrum Observantium; *et quatenus affirmative.*

3. An liceat præsidentibus hujus modernæ festivitatis quæstuationem facere, et eleemosynam colligere sive intus, vel extra ecclesiam, aut per civitatem, et territorium, nomine, et in honorem S. Antonii, in casu, etc.

Et sac. eadem congregatio habitis prius hac super re geminis reverend. episcopi informationibus, unicaque tantum parte scripto, et voce informante audita, cum alii contradictores respuerint sua prætensa jura deducere, visisque partis informantis deductis juribus, ad relationem ejusdem emin. et reverend. D. cardinalis ponentis rescribendum censuit : *Ad* 1, *negative, et serventur decreta curiæ episcopalis S. Miniatis ; ad* 2 *et* 3, *Provisum in primo.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 21 Februarii 1767.

*Ariminen. Præeminentiarum.*

1648-1649. Relata in sacra Rituum cong. per eminentissimum et reverendissimum D. cardinalem Ghisium ejusdem S. cong. præf. ponentem causa *Ariminen. Præeminentiarum* inter archipresbyterum Joannem Paulum Jovanardi ex una, et Franciscum Bartolucci, Carolum Antonium Pecci, et Nicolaum Cossium ex altera, partibus, infrascripta dubia inter easdem partes concordata idem eminent. ponens decidenda proposuit, nempe :

1. An in plebanatu SS. Viti et Modesti reperiatur congregatio aliqua composita ex rectoribus ecclesiarum S. Justinæ, S. Martini in Ripa rupta, S. Mariæ Magdalenæ de Cellis, cæterarumque ecclesiarum in prædicto plebanatu exsistentium.

2. An ecclesia archipresbyteralis SS. Viti et Modesti sit caput ejusdem congregationis.

3. An constet de matricitate impropria ecclesiæ archipresbyteralis SS. Viti et Modesti.

4. An archipresbytero SS. Viti et Modesti competat jus peragendi processionem die festo Sanctissimi Corporis Christi privative ad parochos S. Justinæ, S. Martini ad Ripam ruptam, S. Mariæ Magdalenæ de Cellis, aliosque parochos plebanatus.

5. An parochi plebanatus teneantur eadem die interesse eidem processioni.

6. An iidem parochi teneantur Sabbato Sancto interesse fontis renovationi in ecclesia SS. Viti et Modesti.

7. An, et pro quibus functionibus cum uno, vel pluribus sacerdotibus celebrandis in respectivis ecclesiis parochialibus plebanatus invitari debeat archipresbyter SS. Viti et Modesti.

8. An idem archipresbyter SS. Viti et Modesti in omnibus festis functionibusque, ut supra, celebrandis in ecclesiis parochialibus plebanatus, debeat privative quoad parochum ecclesiæ Vesperas et Missam solemniter canere, aliasque functiones peragere, seu potius ad libitum rectorum earumdem ecclesiarum.

9. An in cadaverum associationibus ad parochiales ecclesias S. Justinæ, S. Martini in Ripa rupta, et S. Mariæ Magdalenæ de Cellis, aliasque ecclesias plebanatus peragendis cum interventu parochi proprii, atque unius, vel plurium sacerdotum plebanatus, archipresbyter SS. Viti et Modesti omnibus præcedere debeat, etiam parocho proprio.

10. An in functionibus atque exsequiis in iisdem ecclesiis plebanatus celebrandis et peragendis, ut supra, ad archipresbyterum SS. Viti et Modesti spectet Missam solemnem celebrare, functionesque agere, atque in omnibus quoad parochum aliosque sacerdotes plebanatus præcedere, et præeminentiam habere, in casu, etc.

Et sacra congregatio, utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem præfati eminent. ponentis rescribendum censuit : *Ad* 1 *et* 2, *negative, et am-*

Digitized by Google

plius; ad 3, constare de majoritate tantum; ad 4, servetur solitum, et amplius; ad 5, ut ad proximum; ad 6, affirmative, et amplius; ad 7, arbitrio parochorum; ad 8, negative ad primum partem, affirmative ad secundam, et amplius; ad 9, negative, et amplius; ad 10, negative, et amplius. Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 17 Maii 1768.

Adversus istam resolutionem ex parte sacerdotis Joannis Pauli Jovanardi archipresbyteri ecclesiæ plebanæ SS. Viti et Modesti expetita et obtenta nova audientia, cujus vigore reproposita per eminentissimum et reverendissimum D. cardinalem Marefuscum ponentem deputatum loco el. mem. cardin. Chisii jam defuncti hujusmodi controversia super novo dubio: *An sit standum, vel recedendum a decisis, in casu*, etc. Sacra eadem congregatio, scripto pariter et voce super iisdem repropositis dubiis informante (*parte*) iterum audita, ad relationem ejusdem eminentissimi ponentis rescripsit: *Ad 1 et 2, iterum proponatur; ad 3, prævio recessu a decisis, affirmative; ad 4 et 5, in decisis, et amplius; ad 6, in decisis, et amplius; ad 7, prævio recessu a decisis, affirmative ad formam constitutionum synodalium; ad 8, in decisis, et amplius; ad 9, in decisis, et amplius; ad 10, in decisis quoad parochum, et amplius, in reliquiis serventur constitutiones synodales cl. mem. Duviæ et Massæ.* Et ita decrevit, ac servari mandavit. Die 15 Julii 1775.

*Ordinis minorum S. Francisci Capuccinorum.*

1650. Cum sacra Rituum cong. die 21 Januarii anni 1741 ad instantiam PP. Conventualium approbaverit rubricam, qua præcipitur recitatio symboli in festis translationum S. Francisci de Assisio, et S. Bonaventuræ ecclesiæ doctoris, P. F. Erhardus Padkerspurgensis procurator generalis Capuccinorum eidem sac. congregationi humillime supplicavit, quatenus declarare dignaretur: *An universus etiam ordo Capuccinorum, qui præfata festa sub eodem titulo, ritu et solemnitate celebrat, sub eadem rubrica comprehendatur.* Et sacra congregatio, referente eminent. et reverend. card. Ganganelli (*deinde Clemente XIV*), ponente, rescribendum censuit: *Servandam esse etiam a Patribus Capuccinis rubricam ad instar PP. Conventualium.* Die 27 Augusti 1768

*Mechoacanen.*

1651. Relatis in congregatione sacrorum Rituum sub infrascripta die habita, per eminent. et reverend. D. cardinalem S. Angeli, humillimis precibus Patrum congregationis Oratorii S. Philippi Nerii erectæ in villa S. Michaelis Mechoacanen. diœcesis in America, seu nova Hispania SS. D. N. Clementi Papæ XIII porrectis, et a Sanctitate Sua eidem sacræ Rituum congregationi remissis, quibus occasione supplicationum, quæ ordinarie infra annum, seu extraordinarie, aliqua urgente causa, in eadem villa peraguntur, declarari petierunt sequentia tria infrascripta dubia, nempe:

1. An dicti Patres teneantur intervenire sacris supplicationibus, quæ fiunt ordinarie infra annum, vel extraordinarie aliqua urgente causa.

2. An casu, quo teneantur intervenire, vel invitati sponte interveniant pro populi ædificatione, incedere debeant veste nigra cum pileo aperto, vel potius cum superpelliceo et birreto.

3. An si interveniunt prædictis supplicationibus, debeant præcedere regularibus, vel potius eis præcedentiam concedere.

Et sac. eadem congreg., audita relatione præfati eminent. et reverend. D. cardinalis Sancti Angeli ponentis, cui hæc eadem ipsa dubia examinanda commiserat, rescribendum censuit: *Ad 1, affirmative; ad 2, negative ad primam partem, affirmative* ad secundam; *ad 3, affirmative ad primam partem, negative ad secundam.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 21 Januarii 1769.

*Ordinis Minorum de Observ.*

1652. Inter alia dubia, quæ a P. Fr. Antonio a Campobasso, procuratore generali ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia, sacræ Rituum cong. declaranda proposita fuerunt, ab eadem sacra congreg. declaratum fuit etiam sequens, nempe: *An dicti religiosi præter Officia Patroni principalis loci, et titularis ecclesiæ cathedralis (ad quæ recitanda ipsos teneri jam declaratum est) possint uti Kalendario diœcesano, quoad reliqua Officia, quæ in cathedrali, vel civitate, vel diœcesi respective recitantur.* Et eadem sacra Rituum congreg., ad relationem emin. et reverend. D. cardinalis de Alteriis, ad prædictum dubium respondit: *Regulares non posse uti Kalendario diœcesano; sed. tantum teneri ad recitationem Officii proprii Patroni principalis, ac titularis ecclesiæ cathedralis, necnon protectoris civitatis.* Die 20 Martii 1683. Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 15 Julii 1769.

*Turritana.*

1653. Relatis per eminent. et reverend. dominum cardinalem a Lanceis in congregatione sacrorum Rituum humillimis precibus reverend. archiepiscopi Turritani pro declaratione infrascriptorum dubiorum circa reformationem Kalendarii suæ civitatis, et diœcesis enixe supplicantis, nempe:

1. An abroganda sint Officia martyrum Turritanorum baptizatorum, in casu, etc.

2. An concedendum sit Officium de communi plurimorum martyrum semel in anno recitandum die ab Ordinario designanda in honorem sanctorum martyrum Turritanorum.

3. An concedendum sit Officium de communi sub ritu duplici in prædictis decem diebus in honorem sanctorum in superiori elencho descriptorum, scilicet Ephisii, Justinæ, etc.

4. An festum S. Jacobi apostoli a ritu duplici primæ classis cum Octava reducendum sit ad ritum secundæ classis sine Octava, prout inscribitur in Breviario Romano die 25 Julii, et an abrogandum pariter sit festum translationis ejusdem apostoli, quod celebratur die 30 Decembris.

Sacra eadem congregatio, audito prius super præfatis dubiis voto unius ex apostolicarum cæremoniarum magistris, rescribendum censuit: *ad 1, affirmative; ad 2, pro gratia, juxta votum; ad 3, pro gratia, juxta ritum aliarum ecclesiarum Sardiniæ; ad 4, affirmative quoad utramque partem.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 12 Septembris 1769.

*Bosanen.*

1654-1655. Pro parte D. Joannis Baptistæ Quasina, moderni episcopi Bosanensis in Sardinia, humillime expositum fuit sacræ Rituum cong. quod plura sanctorum Officia in sua diœcesi indiscriminatim recitantur, de quibus an legitime fiat, valde se dubitare fatetur; quare nedum propriæ, verum etiam ut aliorum consulat conscientiæ, infrascripta dubia respicientia reformationem Kalendarii prædictæ suæ diœcesis ab eadem sacra Rituum cong. petiit declarari, nempe:

1. An, et quæ Officia pro regnis Hispaniarum concessa, et in Kalendario Bosanensi inserta, retineri, vel expungi debeant.

2. Quonam sub ritu recitari debeant prædicta Officia regnis Hispanis indulta, et in Bosanensi Kalendario retinenda.

3. An ratione sacrorum corporum, vel insignium reliquiarum, quæ asservantur in cathedrali, vel in alia diœcesis ecclesia, fieri possit Officium in



Digitized by Google

tota diœcesi, vel tantum in ea ecclesia, in qua prædictæ reliquiæ asservantur.

4. An, et ubi recitari possint Officia S. Flaviani martyris, ac S. Eugeniæ virginis et martyris, ratione reliquiarum in cathedrali exsistentium.

5. An in eadem diœcesi recitari possint Officia sanctæ Æmilianæ martyris, et sancti Æmiliani medici martyris, quorum reliquiæ in cathedrali asservantur.

6. An liceat celebrare Officium et Missam reversionis Magorum die prima Martii, prout in die Epiphaniæ, vel saltem locus sit emendationi hujusmodi Officii, et translationem in alium aptiorem diem.

7. An in dicta civitate et diœcesi liceat die 25 Octobris recitare Officium SS. Gavini, Prothi et Januarii, martyrum Turritanorum et Patronorum æque principalium provinciæ Turritanæ, sub ritu duplicis primæ classis cum Octava, et Officium eorum inventionis sub ritu duplicis minoris, Dominica secunda post Pascha.

8. An in civitate et diœcesi Bosanensi continuari possit recitatio Officii sub ritu duplicis majoris S. Rochi, qui colitur ut patronus minus principalis.

9. An in prædicta diœcesi recitari liceat Officium de Sancto Juliano, episcopo et confessore Hispano, die 28 Januarii sub ritu duplicis secundæ classis cum Octava, et commemorationis ejusdem sancti sub ritu duplicis minoris die quinta Septembris.

10. Cum ab ecclesia S. Petri olim cathedrali, et adhuc stante, jus cathedralitatis ad aliam ecclesiam nuper ædificatam fuerit legitime translatum, an Officium Dedicationis præfatæ veteris cathedralis recitandum sit per totam diœcesim, vel saltem a clero eidem ecclesiæ addicto.

11. An possit continuari recitatio Officiorum SS. martyrum Turritanorum, Sabbini et Crispoli, die 30 Maii, necnon S. Crescentiani die 31 ejusdem mensis, sub ritu duplici.

12. An concedendum sit indultum recitandi Officium de sanctis Sardiniæ naturalibus.

Et sacra eadem congregatio, audito prius voto unius ex apostolicarum cæremoniarum magistris, ad relationem eminent. et reverend. dom. cardinalis Boschi ponentis, respondendum censuit: *Ad 1, ex officiis regnorum Hispaniæ retinenda esse ea, quæ in Breviario Romano ascripta inveniuntur, et insuper Officia exspectationis Dominæ Nostræ, sancti Ildefonsi episcopi, et confessoris triumphi S. Crucis, et si quod aliud certo constet ab Apostolica Sede pro universis catholici regis dominiis ante annum 1770 fuisse concessum, et ante annum 1722 in diœcesi Bosanensi fuisse usitatum;* ad secundum, *Officium triumphi S. Crucis, et exspectationis B. M. V. recitandum esse sub ritu duplicis majoris, Officium S. Ildefonsi sub ritu duplicis minoris, alia vero sub eo ritu, quo eadem, vel similia Officia in Breviario Romano præscribuntur;* ad tertium, *quoad Officia ratione reliquiarum, serventur omnino decreta sub Urbano VIII, die* 8 *Aprilis* 1628, *edita, et in Breviario Romano præfixa; ad* 4 *et* 5, *affirmative, sed in cathedrali tantum; ad* 6, *negative; ad* 7, *affirmative quoad Officium* 25 *Octobris tantum; ad* 8, *posse continuari; ad* 9, *provisum in primo, et respective in secundo, et quoad festum secundarium, in septimo; ad* 10, *negative ad primam, affirmative ad secundam; ad* 11, *pro gratia continuationis; ad* 12, *pro gratia.* Et ita declaravit, et in præfata diœcesi Bosanen. servari mandavit. Die 23 Martii 1771.

*Ordinis Eremit. Excalceat. S. August. provinciæ Mediol.*

1656. Cum P. editori Kalendarii ordinis Eremitarum Discalceatorum S. Augustini provinciæ Mediolanensis nonnulla occurrerint dubia in Kalendarii constructione, sacram Rituum cong. humillime supplicavit, quatenus ea benigne resolvere dignaretur. Dubia sunt sequentia:

1. Cum a decreto fel. record. Clementis Papæ XIII, de die 16 Septembris 1767, elevatum fuerit Officium S. Camilli de Lellis confessoris de ritu semiduplici ad ritum duplicem in die 18 Julii recitandum ab omnibus Christi fidelibus, tam sæcularibus quam regularibus, qui ad Horas canonicas tenentur: quæritur, an etiam in illis peculiaribus ditionibus, ubi idem Officium S. Camilli fuit alias concessum sub eodem ritu duplici pro die 15 ejusdem mensis, in qua prædictus sanctus e vita decessit, sit varianda dies, et de die 15 Julii sit etiam in dictis ditionibus præfatum Officium perpetuo transferendum ad diem 18 Julii noviter assignatam pro Ecclesia universali.

2. De annis 1734, 1745 et 1751, concurrerunt secundæ Vesperæ solemnitatis S. P. Augustini cum festo B. M. V. de Consolatione, quod celebratur Dominica infra Octavam ejusdem S. Patris, ambæ solemnitates in toto ordine Augustiniano sunt sub ritu duplicis primæ classis; quæstio orta tunc fuit, cuinam ex prædictis solemnitatibus essent integræ Vesperæ concedendæ, num solemnitati S. P. Augustini, uti Patris et Patroni principalis totius ordinis, cui opinioni favet etiam rubrica Breviarii Augustiniani anno 1751 editi; an vero festo B. M. V. de Consolatione, eo quod rubricæ generales festa B. M. V. præferri volunt omnibus sanctorum festis æqualis ritus. Ut ergo in posterum tollantur de medio hinc inde opiniones in dicta Vesperarum concurrentia, supplicatur sacra Rituum cong. pro opportuna declaratione, cuinam, eveniente casu, sicut eveniet de anno 1773, sint integræ Vesperæ concedendæ.

3. Cum pluribus in locis sit a sacra Rituum cong. concessum Officium sacratissimi Cordis Jesu sub ritu duplicis majoris in feria sexta post Octavam Corporis Christi recitandum; cumque secundæ Vesperæ Octavæ Corporis Christi concurrant cum primis Vesperis Officii Sacratissimi Cordis Jesu, dubitatur, cuinam ex duobus festis sint integræ Vesperæ concedendæ; aliqui opinantur dimidiandas esse, cum sint festa æqualis ritus ac dignitatis; alii integras concedendas Octavæ Corporis Christi, cum agatur de festo solemniori, et Officio Cordis Jesu commemorationem tantum: alii demum sic integras esse Octavæ Corporis Christi concedendas secundas Vesperas, ut de sequenti festo Cordis Jesu neque fiat commemoratio, cum ambo sint festa ejusdem Jesu Christi. Humillime ergo supplicatur sacra Rituum cong. ut declarare dignetur, quid agendum in dictarum Vesperarum concurrentia, et supplicatur etiam declarare, quinam color sit adhibendus in Missa Cordis Jesu, albusne, vel rubeus.

4. In Missa Officii commemorationis Omnium Sanctorum, quorum reliquiæ in propriis ecclesiis asservantur, aliquibus congregationibus concessi, quæritur, quo colore uti debeat, albone, vel rubeo?

Et sacra eadem congregatio, audito prius voto unius ex apostolicarum cæremoniarum magistris, ad relationem eminentissimi et reverendissimi D. cardinalis Alexandri Albani ponentis, respondendum censuit; *Ad* 1, *Officium esse recitandum, prout in Ecclesia universali, die nempe* 18 *Julii; ad* 2, *integras Vesperas recitandas esse de festo B. M. V. de Consolatione cum commemoratione S. Augustini; ad* 3, *integras Vesperas recitandas esse diei Octavæ Corporis Christi absque commemoratione Sanctissimi Cordis Jesu, et utendum colore albo; ad* 4, *adhibendum esse colorem rubrum.* Et ita declaravit. Die 17 Augusti 1771.

*Hydruntina Præeminentiarum.*

1657. Exortis inter Paulinum Agostinelli, archi-

Digitized by Google

diaconum ecclesiæ metropolitanæ Hydruntinæ ex una, et canonicos dictæ ecclesiæ metropolitanæ, et litis ex altera partibus, controversiis super præeminentiis, et juribus, quæ in prædicta fiunt ecclesia pro sacris divinisque peragendis, necnon ecclesiasticis muniis obeundis; illisque ad sac. Rituum congregationem delatis, infrascripta dubia coram eminentissimo et reverendissimo domino cardinali Nigronio ponente concordata proposita fuerunt, nempe:

1. An constet archidiaconum ecclesiæ cathedralis Hydruntinæ esse primam et unicam dignitatem, cui adnexa sit dignitas cantoratus, in casu, etc.; et quatenus affirmative.

2. An, et ad quem pertineat conficere tabellam horariam pro divino Officio celebrando aliisque explendis functionibus ecclesiasticis, in casu, etc.

3. An, et quomodo ad prædictum archidiaconum pertineat conficere alteram tabellam designativam eorum, qui debent canere evangelium et epistolam, in casu.

4. An tertia tabella designativa aliarum functionum explendarum in solemniis confici debeat per archidiaconum, et an in ea comprehendi valeant canonici, in casu, etc.

5. An, et quomodo in casu negligentiæ archidiaconus possit in tabellis prædictis statuere pœnam unius libræ ceræ albæ in diaconos et subdiaconos, præter obolos quinque pro stipendio eorum, qui deficientium vices suppleut, in casu, etc.

6. An archidiaconus tunc possit suspensionem imponere tam adversus ecclesiasticos in servitio ecclesiæ deficientes, quam etiam contra magistrum cæremoniarum, qui eorum notulam fideliter non exhibet, in casu, etc.

7. An pertineat ad archidiaconum, sive potius ad præfectum chori corrigere defectus, qui committuntur in choro, et prohibere, ne ibi deferantur chirothecæ, legantur libri, epistolæ, etc., et valeat inobedientes privare distributionibus quotidianis, in casu, etc.

8. An archidiaconus valeat suis propriis sumptibus deputare in vicecantorem unum ex canonicis, vel mansionariis astrictis servitio chori, sive potius alium choro non addictum, in casu, etc.

9. An absente, vel impedito archiepiscopo, functiones ab eo peragendæ competant archidiacono, et quæ sint eædem functiones, in casu, etc.

10. An archidiaconus cogi possit sub pœnis arbitrio archiepiscopi ad peragendas easdem functiones, et ad celebrandum solemniter in festis secundæ classis descriptis in libro secundo Cæremonialis cap. 34.

11. An, et cui competat delatio Sanctissimi Sacramenti in die octava Sanctissimi Corporis Christi, in casu, etc.

12. An archidiacono solemniter celebranti teneantur in munere diaconi et subdiaconi inservire duo canonici, sive potius duo presbyteri, in casu, etc.

13. An archidiaconus assistens uti presbyter archiepiscopo Missam, vel Vesperas solemniter celebranti, aut eisdem assistenti, sedere debeat super throno prope archiepiscopum, seu in planitie ecclesiæ, vel alio in loco, in casu, etc.

14. An idem archidiaconus tunc archiepiscopo elevare debeat librum Evangeliorum, et Pontificale, in casu, etc.

15. An archiepiscopo solemniter celebrante, archidiaconus in prædicta figura presbyteri assistentis præferri debeat in thurificatione canonicis pro diacono et subdiacono eidem archiepiscopo inservientibus, in casu, etc.

16. An eadem thurificationis prælatio debita sit archidiacono, quoties in habitu chorali assistit cum duobus canonicis archiepiscopo cum cappa assistenti Missæ, vel Vesperis, quæ per canonicum hebdomadarium celebrantur, in casu, etc.

17. An, et cui competat dare signum pro inchoando divino Officio, et pro discessu a choro post ejus terminationem, in casu, etc.

18. An in principio Matutini, et aliarum Horarum prædictus archidiaconus, seu potius canonicus hebdomadarius valeat, et debeat intimare, *Pater noster; Deus in adjutorium*, etc.; ad Primam dicere, *Dies et actus nostros; Dominus nos benedicat*, et similia, in casu, etc.

19. An, occurrente aliqua necessitate, exeuntes a choro debeant petere veniam ab archidiacono, sive potius a canonico punctatore, seu a chori præfecto sub pœna punctaturæ, in casu, etc.

20. An, et a quo debeant canonici petere veniam, quoties nolint intervenire in concionibus Quadragesimæ et Adventus, aut velint ab his discedere; et an, non petita venia, punctari possint, in casu, etc.

21. An in divinis Officiis prima sedes in choro competat archidiacono habitu chorali induto, sive canonico hebdomadario, etiam sacris vestibus parato, in casu, etc.

22. An invitato capitulo per magistratum civitatis ad canendam Missam, vel *Te Deum* pro rege, functio peragi debeat per archidiaconum, sive potius per canonicum syndicum capituli, sive per aliquem ex ejus auditoribus, et a quo designanda sit hora talis functionis, in casu, etc.

23. An in presbyterio et in aula capitulari archidiacono debeatur sedes distincta ornatior, seu magis elevata.

24. An archidiacono Missam celebranti tribui debeant paramenta pretiosiora iis, quibus utuntur canonici tam in Missis solemnibus, quam in privatis, in casu, etc.

25. An in festo Purificationis Beatæ M. V. archidiacono debeatur candela majoris ponderis, in casu, etc.

26. An archidiaconus habeat jus convocandi capitulum pro illius negotiis, quandocunque capitulo expedire ei visum fuerit, atque ei coadunato præsidendi; sive potius idem jus convocandi, et præsidendi competat syndico, aut alteri ex auditoribus, in casu, etc.

27. An congregato capitulo, ad archidiaconum pertineat dicere orationes consuetas in principio, et fine capituli, sive potius id spectet ad syndicum, seu ad alterum ex auditoribus, in casu, etc.

28. An convocato capitulo ab archidiacono, sive ab alio, cui competit, possint punctari tum canonici, tum mansionarii absque legitimo impedimento ei non interessentes, in casu, etc.

29. An capitulares ab aula capitulari discedere cupientes, non terminato capitulo, sub pœna punctationis veniam petere debeant ab archidiacono, sive a syndico, aut altero ex auditoribus, ut supra, in casu, etc.

30. An archidiaconus debeat habere unam ex clavibus archivi capituli, in casu, etc.

31. An sigillum capituli retineri debeat per illius syndicum, aut alterum ex auditoribus; sive potius per archidiaconum, in casu, etc.

32. An canonici ad effectum adeundi proprios stallos, vel ab illis discedendi, progredi et recedere valeant a parte superiore chori, in qua adest sedes archidiaconi, vel potius progredi et recedere a parte inferiori, in casu, etc.

Et sacra congregatio utraque parte, scripto et voce informante, audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem eminentissimi ponentis, rescribendum censuit: *Ad* 1, *affirmative in omnibus, et amplius; ad* 2, *spectare ad archidiaconum uti cantorem; ad* 3, *affirmative, auctorante archiepiscopo, et juxta solitum; ad* 4, *et* 5, *ut ad proximum, ad* 6, *negative, nisi de speciali mandato archiepiscopi, et amplius; ad* 7, *negative, sed spectare ad præfectum*

Digitized by Google

*chori, et quoad privationem distributionum pertinere ad archiepiscopum, et amplius; ad 8, affirmative quoad utramque partem arbitrio archidiaconi; ad 9, affirmative juxta numerum solemnitatum præscriptarum in cæremoniali episcoporum, et amplius; ad 10, dilata; ad 11, provisum per resolutionem anni 1714, et amplius; ad 12, servetur solitum, et amplius; ad 13, affirmative ad primam partem, negative ad secundam, et amplius; ad 14, servetur Cæremoniale, et amplius; ad 15, affirmative, et amplius; ad 16, affirmative, et amplius; ad 17, dilata; ad 18, dilata; ad 19, negative ad primam partem, affirmative ad secundam, et amplius; ad 20, dilata; ad 21, negative ad primam partem, affirmative ad secundam, et amplius; ad 22, omnia spectare ad archidiaconum, et amplius; ad 23, negative, et amplius; ad 24, negative, et amplius; ad 25, affirmative juxta solitum, et amplius; ad 26, servetur solitum et amplius; ad 27, ut ad proximum; ad 28, dilata; ad 29, dilata; ad 30, servetur solitum, et amplius; ad 31, ut ad proximum; ad 32, canonici in accedendo et recedendo, progredi et recedere valeant per partem proximiorem stallo, et amplius.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 7 Decembris 1771.

Adversus istam resolutionem ex parte Paulini Agostinelli, archidiaconi dictæ ecclesiæ metropolitanæ, expetita nova audientia super dubiis 12 et 21, necnon super dubio secundo ex parte promotoris fiscalis curiæ episcopalis pariter expetita, cujus vigore reproposita per eumdem eminentissimum et reverendissimum dominum cardinalem Nigronum ponentem hujusmodi causa tam super dicta nova audientia, quam super sex dubiis non resolutis; sacra eadem congregatio, scripto et voce utraque parte itidem informante audita, et ex noviter deductis, rescribendum censuit: *Ad 10, detur decretum, ut in Cremen.* Functionum *die* 8 *Junii* 1709, *et amplius; ad 17, spectare ad archidiaconum, et amplius; ad 18, spectare ad hebdomadarium, et amplius; ad 20, a præfecto chori, et amplius; ad 28, affirmative et amplius; ad 29, servari solitum; ad 12 et 21, nihil de nova audientia, et amplius; ad 2, in decisis, salvo jure archiepiscopi, et amplius.* Et ita declaravit, ac servari mandavit.

*Bosanen.*

1658-1659. Sacræ Rituum congregationi humillime supplicante reverendissimo episcopo Bosanensi pro resolutione nonnullorum novorum dubiorum circa reformationem Kalendarii suæ diœcesis post editas resolutiones ab eadem sacra congregatione die 13 Martii superioris anni emanatas, recens excitatorum, hisque in congregatione ordinaria sub infrascripta die habita ab excellentissimo et reverendissimo domino cardinali Boschi ponente propositis sub ea, quæ sequitur, forma, videlicet:

1. An liceat in Kalendario ecclesiæ Bosanensis præter ea Officia, quæ olim concessa fuerant pro universis catholici regis dominiis, inserere ea, quæ ante annum 1720 pro regnis Hispaniæ tantum concessa, in diœcesi Bosanensi ante annum 1722 recitata fuisse constet.

2. Quænam censeri debeant, ad effectum de quo agitur, Officia pro universis catholici regis dominiis concessam ante annum 1720, et usu recepta in diœcesi Bosanensi ante annum 1722.

3. An die 28 Maii, quo festum sanctorum martyrum Æmilii et Priami, Patronorum principalium diœcesis Bosanensis, quorum corpora in cathedrali asservantur, celebratur sub ritu duplici primæ classis cum Octava, fieri simul debeat de sociis martyribus Felice et Luciano, seu potius horum festiva commemoratio tranferri debeat ad proximam diem non impeditam, et sub quo ritu celebrari.

4. An de inventione corporum dictorum Patronorum principalium Æmilii et Priami fieri debeat Officium, ut hactenus, sub ritu duplici secundæ classis, seu potius sub ritu duplici minori.

5. An festum Conceptionis B. M. V., quæ est titulus ecclesiæ cathedralis, celebrari debeat sub ritu duplici primæ classis tam in civitate, quam in tota diœcesi, et ab utroque clero.

6. An in indulto celebrandi Officia de sanctis naturalibus Sardiniæ a sacra congregatione concesso die 13 Martii superioris anni in responsione ad dubium 12, præter festum Translationis Corporis S. Augustini, et reliqua in elencho descripta, comprehendantur etiam festa S. Potiti M. die 30 Januarii, et Salustiani confessoris die 8 Junii.

Sacra eadem congregatio, habito prius voto unius ex apostolicarum cæremoniarum magistris, recensitis dubiis, rescribendum censuit: *Ad 1, negative, ad formam rescripti editi die 13 Martii 1771, in responsione ad primum dubium; ad 2, ad R. P. episcopum ad mentem; ad 3, negative ad primam partem, affirmative ad secundam, ita videlicet, ut pro festo sanctorum martyrum Felicis et Luciani, tanquam naturalium Sardiniæ, assignetur in Kalendario perpetuo proxima dies non impedita, etiam infra Octavas, eorumque Officium celebretur sub ritu duplici minori; ad 4, negative ad primam partem, affirmative ad secundam; ad 5, affirmative; ad 6, quoad festum Translationis Corporis S. Augustini, et alia descripta in elencho pro ecclesia Turritana approbato, affirmative, in reliquis negative.* Mens autem S. congregationis, de qua in responsione ad secundum dubium, hæc fuit, videlicet: *Ut idem R. P. episcopus cum consilio aliquot ex dignioribus et senioribus de capitulo et clero, de singulorum Officiorum hujusmodi indulto, antiquitate, et usu in diœcesi Bosanensi, prout etiam de ritu, sub quo in posterum celebrari debeant, ad formam præsentium, et respective generalium decretorum, pro sua prudentia cognoscat, et statuat.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 22 Augusti 1772.

*Ordinis Carmelitarum excalc. prov. Polon.*

1660. Cum Patri Fr. Josepho a B. M. V. ordinis Carmelitarum excalceatorum, visitatori generali provinciæ regni Poloniæ, nonnulla occurrerint dubia circa rubricas, sacræ Rituum congr. humillime supplicavit, quatenus benigne resolvere dignaretur. Dubia sunt sequentia:

1. Cum ob occurrentiam Officiorum Patronorum regni Poloniæ ex indulto concessorum contingat assignari dies proprias Officiis perpetuo translatis, quæritur, an debeant moveri ex suis locis propriis assignatis in Kalendario ordinis Officia illa, quibus assignati sunt dies proprii, et juxta antiquitatem, assignandæ sint aliæ dies; seu potius, relicto intacto Kalendario ordinis, assignari debeant post illos aliæ dies Officiis perpetuo translatis juxta Kalendarium particulare provinciæ.

2. Ecclesia cathedralis Cracoviensis ab antiquo erat sub titulo S. Wenceslai martyris; nunc manet sub titulo S. Stanislai episcopi et martyris, cujus festum maxima cum celebritate, et totius populi concursu veneratur, illiusque Officium sub ritu duplici primæ classis etiam a regularibus recitatur; Officium vero S. Wenceslai martyris sub ritu duplici primæ classis in cathedrali ecclesia dicitur, sine tamen celebritate ad populum. Quæritur an regularibus sufficiat recitare Officium S. Stanislai sub ritu duplicis primæ classis, uti Patroni principalis, et titularis ecclesiæ cathedralis, et Officia facere S. Wenceslai sub ritu duplici minori, uti Patroni minus principalis.

3. Ex indulto concessum est semel in mense Officium sanctissimi Nominis Mariæ, et singulis Sabbatis Officium de Conceptione B. M. V.: quæritur an Missa celebrari debeat de festo Sanctissimi Nominis Mariæ, et similiter de Conceptione, seu potius sumenda sit ex quinque votivis assignatis pro diversitate temporis.

4. In ecclesiis Regularium, ubi nulla cantatur Missa, quæritur, an, et quæ Missa legi debeat tam

Digitized by Google

in festo S. Marci, quam in feriis Rogationum, in quibus occurrunt Litaniæ.

5. In ecclesiis Regularium, in quibus una solet cantari Missa; quæritur, an, et quæ Missa cantari debeat tam in festo S. Marci, quam in feriis Rogationum, in quibus pariter occurrunt Litaniæ.

6. Occurrentibus Litaniis majoribus in feriam tertiam Paschæ, quæritur quæ Missa legi debeat in iis ecclesiis, ubi non solet cantari, nisi Missa de festo.

7. Cum in festis duplicibus primæ classis non possit cantari Missa solemnis votiva etiam ad invocandum Spiritum sanctum pro felici successu comitiorum generalium, vel capituli; quæritur, an tunc addi possit collecta de Spiritu sancto sub unica conclusione.

8. Cum Officio Sanctissimi Nominis Jesu aliquando translato, occurrente Dominica Septuagesimæ, assignata sit dies 28 Januarii, ne celebretur in Quadragesima, quæritur, an occurrente Officio in proprio loco ritus duplicis, debeat illud transferri cedendo Officio Sanctissimi Nominis Jesu ob uniformitatem cum universali Ecclesia.

9. An in feria v in Cœna Domini celebrari possit in ecclesia una Missa privata propter infirmos, excepta solemni.

10. An in ecclesiis Græcorum unitorum cum ritu Latino, ubi non sunt ecclesiæ ritus Latini, in feria v in Cœna Domini celebrari possit Missa privativa loco solemnis propter parochianos ibi commorantes cum administratione communionis ob distantiam ecclesiæ parochialis.

11. Cum in aliquibus diœcesibus regni Poloniæ, et ducatus Lithuaniæ ex indulto apostolico transferantur festa ad populum in Dominicas in mensibus Julio, Augusto, et Septembri, quæritur, an de prædictis festivitatibus cantari possit ad populum de dictis festis Missa solemnis.

12-13. Cum ab immemorabili tempore in religione Carmelitana cantetur Missa Sabbatis diebus de B. Maria Virgine quæritur, an dicta Missa cantari possit in festis duplicis primæ, et secundæ classis.

Et sacra eadem congregatio, audito prius voto unius ex cæremoniarum apostolicarum magistris, ad relationem per me infrascriptum secretarium (*Mutium Gallo*) factam, loco eminentissimi et reverendissimi D. cardinalis Albani episcopi Portuensis ponentis, censuit rescribendum : *Ad* 1, *negative quoad primam partem, affirmative quoad secundam; ad* 2, *affirmative; ad* 3, *affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam, mutato tamen Graduali in Adventu, et addito Tractu a Septuagesima usque ad totam Quadragesimam; ad* 4, *serventur rubricæ; ad* 5, *ut ad proximum; ad* 6, *ut ad proximum; ad* 7, *affirmative; ad* 8, *affirmative; ad* 9, *arbitrio episcopi; ad* 10, *dilata, et reformetur dubium; ad* 11, *affirmative, non omissa Missa conventuali de festo occurrente; ad* 12-13, *ut ad proximum.* Et ita declaravit. Die 27 Martii 1773.

*Ordinis Minorum S. Franc. Capuccinor.*

1661. Ex parte P. Fr. Erhardi Kadkerspurgensis procuratoris, et commissarii generalis ordinis Minorum S. Francisci Capucciuorum sacræ Rituum congregationi humillime expositum fuit, in nonnullis sui ordinis provinciis, ob multitudinem Officiorum diœcesanorum pedetentim introductorum, singulis quibusque annis plura Officia de præcepto, quæ supersunt, ad ritum simplicis redigi necesse esse. Quare idem orator eidem sacræ Rituum congregationi humillime supplicavit, ut Patribus ministris provincialibus præfati universi ordinis facultas sit committendi suis respectivis fratribus Kalendaristis omissionem festorum diœcesanorum, quæ prædicta Officia de præcepto impediunt, dummodo non sint de Patrono principali loci, vel diœcesis, necnon de Dedicatione ecclesiæ cathedralis pro degentibus in civitate; itemque de iis, quæ ad instantiam principis concessa sunt, aut quæ adnexum habent festum de præcepto quoad forum. Et sacra eadem congregatio ad relationem eminentissimi, et reverendissimi domini cardinalis Boschi ponentis rescripsit : *Pro gratia juxta petita; et detur decretum in Portugallen. ordinis Minorum S. Francisci Reformatorum provinciæ S. Mariæ de Arrabida* 11 *Januarii* 1755 *prout sequitur, nempe : ordinis Minorum Reformatorum S. Francisci in provincia S. Mariæ de Arrabida in regno Portugalliæ, proposito in sacra Rituum congregatione ad instantiam fratris Joannis a S. Josepho ordinis Minorum Reformatorum S. Francisci provinciæ S. Mariæ de Arrabida in regno Portugalliæ cæremoniarum magistri in cœnobio S. Antonii, nec non B. Mariæ prope Mansram inter alia dubia etiam sequenti, videlicet* 2, An Patres prædictæ provinciæ debeant, vel possint continuare recitationem Officiorum specialium Kalendarii diœcesani, vel ab illa totaliter abstinere; sacra eadem congregatio ad relationem eminentissimi, et reverendissimi domini cardinalis S. Cæsarii ponentis rescribendum censuit : *Ad* 2, *negative ad primam partem, affirmative ad secundam, et serventur decreta sacræ Congregationis, et constitutiones ordinis. Die* 11 *Januarii* 1755. Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 27 Martii 1773.

*Urbis S. Mariæ in Cosmedin.*

1662. Cum ex parte nonnullorum capitularium ecclesiæ S. Mariæ in Cosmedin Urbis sacræ Rituum congregationi recursum habitum fuerit, quosdam ex canonicis, et beneficiatis ejusdem ecclesiæ contra præfatæ sacræ congregationis decreta abusum induxisse administrandi Pœnitentiæ sacramentum cum cappa, seu solo rochetto indutos, sacra eadem congregatio, ut hujusmodi abusus omnino removeatur, et præscripto ejusdem sacræ congregationis obtemperetur, rescribendum censuit : *Detur decretum, prout sequitur.* Urbis illustrissimo cardinali Columna proponente quatuor dubia huic sacræ congregationi, inter quæ propositum fuit etiam præsens, nempe; 1, *an canonicis usum cappæ, et rochetti habentibus liceat sacramenta administrare cum solo rochetto, et deposita cappa;* sacra congregatio respondit : *Ad* 1, *sacramenta esse administranda cum superpelliceo, et stola juxta Rituale Romanum.* Die 12 Julii 1628. Et ita declaravit, ac in ecclesia S. Mariæ in Cosmedin Urbis servari mandavit. Die 19 Junii 1773.

*Ordinis Minorum strictioris observantiæ S. Francisci Recollectorum provinciæ Germano Belgicæ.*

1663. Ex parte Fratrum Minorum S. Francisci strictioris observantiæ Recollectorum provinciæ Germano Belgicæ sac. Rituum congregationi humillime expositum fuit, inter eosdem religiosos nonnulla exorta esse dubia circa celebrationem divini Officii. Hinc ad tollendam omnem discrepantiam, omnemque dubitationem eliminandam, a sacra Rituum congregatione pro declaratione infrascriptorum dubiorum demisse efflagitarunt videlicet :

1. An Dominica tertia post Pascha, in qua ex decreto hujusce sacræ congregationis 20 Januarii 1741, est celebrandum Officium Patrocinii S. Josephi sub ritu duplici secundæ classis, si in ea occurrat festum altioris ritus, vel majoris dignitatis, ut ex. gr. festum Inventionis S. Crucis, sit festum Patrocinii S. Josephi ad aliam diem transferendum.

2. An si Dominica tertia post Pascha incidat festum SS. apostolorum Philippi et Jacobi, vel S. Marci evangelistæ una cum festo Patrocinii S. Joseph, debeat apostolis, et evangelistæ præferri Officium Patrocinii S. Joseph.

3. An Vesperæ de Patrocinio S. Josephi debeant esse integræ in casu, quod hæc festivitas concurrat cum festo S. Marci evangelistæ, vel SS. apostolorum Philippi et Jacobi, atque illi præferatur.

4. An quando die 6 Februarii Sabbato ante

Digitized by Google

Septuagesimam Officium Dominicæ quintæ post Epiphaniam anticipate impeditur per festum novem lectionum, requirens lectiones primi nocturni de Scriptura occurrente, poni debeat Epistola secunda ad Thessalonicenses ex Sabbato hebdomadæ quartæ post Epiphaniam, vel Epistola prima ad Timotheum ex Dominica quinta post Epiphaniam.

5. An quando festum duplex majus S. Gabrielis archangeli, et S. Benvenuti confessoris debet celebrari post Octavam Paschæ, debeat celebrari primum ordine translationis, seu temporis, vel ordine dignitatis.

6. An præfatio de S. Francisco, quæ recitari solet, ut in omnibus festivitatibus S. Parentis, ita et in festo Portiunculæ, possit etiam recitari per Octavam ejusdem festivitatis, quæ ex indulto apostolico Clementis Papæ XIII, in ecclesiis Missionariorum S. Francisci in Hollandia magna populi frequentia, et summa pompa, et apparatu celebratur.

7. An festa duplicia, quæ locum translationis non habent ob multiplicia festa de præcepto, quæ a familia Germano Belgica Fratrum Minorum S. Francisci strictioris observantiæ Recollectorum partim constituta sub dominio Augustissimi imperatoris, et serenissimæ reginæ Hungariæ, partim vero in ditione serenissimi regis Hispaniarum sunt celebranda, sint omnino omittenda, vel possint ea anticipate celebrari diebus ultimis mensis Februarii vel primis mensis Martii diebus non impeditis, nisi die infra Octavam S. Margaritæ de Cortona, vel initio Aprilis in diebus ferialibus.

Et sacra eadem congregatio, ad relationem eminentissimi et reverendissimi domini cardinalis Boschi ponentis rescribendum censuit : *Ad 1, affirmative; ad 2, negative; ad 3, dilata et scribat aliquis ex DD. magistris cæremoniarum; ad 4, ut ad proximum; ad 5, juxta ordinem dignitatis; ad 6, affirmative; ad 7, negative.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 19 Junii 1773.

Sed quinque tantum ex (*propositis*) dubiis fuerunt resoluta : cum circa tertium, et quartum nonnullæ occurrerint ambiguitates, quæ ut maturiori subjicerentur examini, majorem pro declaratione dilationem desiderabant, propositis igitur per eumdem eminentissimum ponentem iisdem tertio, et quarto dubiis jam exhibitis, quorum dilata fuerat resolutio sacra eadem congregatio, audito prius voto unius ex apostolicarum cæremoniarum magistris, rescripsit : *Ad 3, affirmative, deletis iis verbis :* atque illis præferatur : *Ad 4, affirmative ad primam partem, negative ad secundam.* Et ita declaravit, die 4 Sept. 1773.

*Conchen.*

1664. Cum presbyter Thomas Saix cæremoniarum magister ecclesiæ cathedralis Conchensis in Hispaniis sac. Rituum congregationi humillime exposuerit per totam diœcesim Conchensem festum S. Eliæ prophetæ cum Officio, et Missa sub ritu duplici die sexta Martii a reverendissimo Ordinario designata quotannis celebrari : quæ dies aliquando concurrens cum Sabbato Quatuor Temporum post Dominicam primam Quadragesimæ, cum evangelium prædicti festi sit unum cum evangelio feriæ concurrentis, nempe : *Assumpsit Jesus*, de Transfiguratione, eidem sacræ congregationi humillime supplicavit, quatenus declarare dignaretur sequens infrascriptum dubium, videlicet : *An in tali concurrentia tres lectiones tertii nocturni dicendæ sint de festo sine nona lectione feriæ, vel an sit dicenda nona lectio feriæ, non obstante, quod idem sit evangelium, vel homilia distincta, vel an tres lectiones dicendæ sint de feria, ut accidit in festo Exspectationis B. M. V. 18 Decembris, quando occurrit in feria Quatuor Temporum, vel an sit sumendum pro S. Elia aliud evangelium de aliquo communi, et quale commune illi respondeat.* Et sacra eadem congregatio, audito prius voto unius ex apostolicarum cæremoniarum magistris, ad relationem mei infrascripti secretarii (*videlicet Mutii Galli*), loco eminentissimi et reverendissimi domini cardinalis Albani episcopi Portuensis ponentis rescribendum censuit : *Quando sexta dies Martii cadat in Sabbatum Quatuor Temporum vernalium una cum Officio S. Eliæ, non est in fine Missæ legendum evangelium feriæ; quod idem est, ac evangelium festi: sed in Laudibus, sicuti et in Missa habebitur ejus commemoratio cum suis antiphonis, versiculo et oratione; omissa tamen ejus homilia pro nona lectione.* Et ita declaravit, et servari mandavit. Die 4 Septembris 1773.

*Urbis et Orbis.*

1665-1666. Ad aures sacrorum Rituum congregationis delatum est, in nonnullis Monialium publicis ecclesiis tum extra, tum quandoque intra almam hanc Urbem exsistentibus sensim irrepsisse abusum, ut, Sanctissimo Eucharistiæ sacramento in earumdem Monialium ecclesiis fidelium venerationi exposito, antequam illius fit depositio, et confluenti populo cum illo benedictionem sacerdos de more concedat, idem sacerdos primum, ac separatim benedicat Monialibus in interiori earumdem choro, sive oratorio post altare, vel alibi genuflexis, et deinde populo in publica ecclesia astanti, sacra eadem congregatio, referente me infrascripto secretario (*Mutio Gallo*), loco Celsitudinis regiæ eminent. et reverend. dom. cardinalis ducis Eboracensis ponentis, ad hanc reprehensibilem, et a sacris ritibus, et Ecclesiæ praxi deviam consuetudinem radicitus convellendam, præsenti generali decreto districte prohibet illam in posterum observari, etiamsi diuturno, et immemorabili tempore, ac usu convaluerit; ac præcipit, ut sacerdos sacram illam exercens functionem in quibusvis ecclesiis Monialium ubique locorum erectis, cujusvis sint ordinis, et instituti (omissa speciali, ac separata Monialium benedictione) unicam tantum cum eodem Sanctissimo Sacramento benedictionem interessent populo impartiatur. Et ita decrevit, ac servari mandavit. Die 11 Decembris 1773.

Factaque deinde per me secretarium de prædictis Sanctissimo Domino nostro relatione, Sanctitas Sua præfatum sacræ congregrationis generale decretum confirmavit, et ubique exsecutioni dandum esse præcepit. Die 18 ejusdem mensis, et anni 1773.

*Derthonen. præcedentiæ.*

1667. Ad definiendas nonnullas controversias exortas inter congregationem, seu unionem presbyterorum sæcularium sub invocatione SS. Joannis et Pauli oppidi Novarum diœcesis Derthonensis ex una, et regulares præfati oppidi ex altera partibus super jure præcedenti in associatione cadaverum, illasque ad sac. Rituum congregationem delatas, eminent. et reverend. dom. card. Boschi ponens infrascriptum dubium decidendum proposuit, nempe : *An congregationi, seu unioni presbyterorum sæcularium sub invocatione SS. Joannis et Pauli oppidi Novarum in associatione cadaverum, aliisque functionibus ecclesiasticis competat præcedentia super regulares?* Sacra eadem congregatio, habita prius reverend. episcopi informatione, ac visis juribus congregationis, seu unionis presbyterorum sæcularium, auditoque tantum ejus procuratore, voce, et scripto informante, ad relationem præfati em. ponentis rescribendum censuit : *Affirmative juxta decretum in Imolen. 19 Augusti 1719.* Et ita decrevit, ac servari mandavit. Die 15 Martii 1774.

*Conchen.*

1668. Cum in Calendario diœcesis Conchensis pro anno 1773 edito adnotatum fuisset, cœtum parochorum, et beneficiatorum non posse sese conformare in recitatione Officiorum illorum sanctorum etiam alienigenarum, quorum corpora, et no-

Digitized by Google

tabiles reliquiæ in dicta cathedrali asservantur; idem parochorum, et beneficiatorum cœtus sacr. Rit. congreg. humillime supplicavit pro declaratione sequentis dubii, videlicet: *An cœtui parochorum, et beneficiatorum parochiarum civitatis Conchensis liceat continuare in recitatione Officiorum de Sanctis etiam alienigenis, quorum corpora, seu notabiles reliquiæ in cathedrali adversantur, in casu, de quo agitur.* Sacra eadem congregatio ad relationem eminent. et reverend. card. Boschi ponentis. re mature discussa, respondendum censuit: *Affirmative.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 15 Martii 1771.

*Urbis, seu ordinis minor. Observ. S. Francisci.*

1669-1670. Cum Patri vicario chori ordinis Minor. de Observantia S. Francisci conventus Aracœlitani Urbis nonnulli occurrerint dubia circa rubricas super officiorum, et Missarum celebratione, sacra Rituum congr. humillime supplicavit, quatenus ea benigne declarare dignaretur. Dubia sunt sequentia :

1. An in casu, quo in Dominica Paschæ, et Pentecostes occurrant Officia semiduplicia, et duplicia minora, pro quorum translatione locus non supersit in toto anni ecclesiastici decursu, de ipsis fieri debeat commemoratio in eadem Dominica Paschæ, et Pentecostes in Vesperis, et Laudibus, et Missis, an vero debeant prorsus omitti, in casu, etc.

2. An de iisdem semiduplicibus, et duplicibus possit fieri commemoratio in feria secunda, et tertia Paschæ, et Pentecostes in utrisque Vesperis, Laudibus, et Missis.

3. An in quibuscunque aliis duplicibus sive secundæ, sive primæ classis, comprehensis etiam festis Ascensionis, et Corporis Christi, fieri possit commemoratio de Laudibus duplicibus, et semiduplicibus in utrisque Vesperis, Laudibus, et Missis æque, ac fit de die Octavæ, si alicubi occurrat.

4. An de eisdem semiduplicibus, et duplicibus fieri debeat commemoratio in Vesperis feriæ tertiæ Paschæ, et Pentecostes, necnon in secundis cujuscunque alterius festi duplicis primæ classis in casu, quo de ipsis facienda sit die sequenti.

5. An de laudatis semiduplicibus, et duplicibus legenda sit nona lectio ad Matutinum, composita ex omnibus eorum lectionibus propriis secundi nocturni ad modum unius in omnibus duplicibus primæ classis, exceptis illis trium lectionum, festo, et Octava Corporis Christi, et quoties legenda occurrat nona lectio de homilia super Evangelium.

6. An in Missis Dominicæ Palmarum, et Vigiliæ Pentecostes, in quibus excluditur commemoratio festi simplicis, licet facta fuerit in Officio, facienda sit commemoratio de prædictis duplicibus, et semiduplicibus in Missis.

7. An in Dominicis privilegiatis, in quibus occurrit commemoratio facienda de Officio duplici, omitti possint suffragia Sanctorum, preces ad Primam, et Completorium, necnon tertia oratio in Missa, ut fit in casu, quo hujusmodi Dominicæ occurrant infra aliquam Octavam.

8. An in casu, quo recitetur Officium de Dominica per annum occurrente infra aliquam Octavam cum commemoratione festi semiduplicis, quæ præfertur illi diei infra Octavam, adhibendus sit in Missa color conveniens Octavæ, an festo duplici, aut semiduplici.

9. An commemoratio festi duplicis occurrentis in Dominica per annum, in qua recitatur Officium alicujus festi mobilis majoris ritus, vel dignitatis præferenda sit commemorationi ejusdem Dominicæ, lecta tamen nona lectione de homilia ejusdem.

10. An dum per solam commemorationem anticipatur Officium alicujus Dominicæ post Epiphaniam in Sabbato ante Septuagesimam, in qua occurrat festum novem lectionum non habens lectiones primi nocturni proprias, vel de communi assignatas, legi debeant illæ de Sabbato occurrenti, an vero istis omissis, vel præcedenter lectis, si sint de initio alicujus Epistolæ, legendum sit initium Epistolæ divi Pauli assignatum illi Dominicæ, cujus Officium per commemorationem anticipatur.

11. An occurrente festo confessoris non pontificis infra Octavam alterius festi pariter confessoris non pontificis pro commemoratione Octavæ, in Laudibus desumenda sit antiphona ex secundis, an vero ex primis Vesperis.

12. An Officium S. Silvestri abbatis die 14 Decembris, cui in directorio pro tribus primis præcedentibus annis 1771, 1772 et 1773, assignatum fuerat tanquam diei propriæ in perpetuum, recte revocatum sit ad diem primam ejusdem mensis.

13. An in die Commemorationis Omnium fidelium Defunctorum, in qua omnes Missæ, excepta conventuali post Tertiam, celebrandæ sint pro defunctis, reponi debeat festum duplex majus translatum, Sancti Joachim v. g. SS. Nominis, aut Rosarii B. M. V. vel Angelorum Custodum. An ulterius translatis Officiis istis, recitari debeat Officium de die infra Octavam Omnium Sanctorum. An vero in hoc peculiari casu reponi prius possit Officium aliud duplex minus pariter translatum, quod pro tali die non excludit Missas defunctorum.

14. An in illis provinciis, vel ordinibus regularibus, in quibus sub aliquo titulo colitur, et veneratur Deipara Virgo tanquam patrona, in feriali Officio fieri debeat in suffragiis Sanctorum commemoratio de eadem veluti de Patrona cum consueta antiphona *Sancta Maria, succurre miseris*, etc., etiamsi ejusdem Officium parvum in choro fuerit recitatum.

15-16. An ex sensu rubricæ, positæ in Breviario in festo S. Marci, et in feria secunda, tertia, et quarta post Dominicam quintam Paschæ recte inferatur, quod litaniæ sanctorum, de præcepto recitandæ in eodem festo S. Marci, et in triduo Rogationum, anticipari possint, atque recitari post Matutinum, et Laudes die antecedenti ab iis, qui processioni sequentis diei non interveniunt.

17. An attentis apostolicis, et sacræ Rituum congr. decretis, graviter peccet sacerdos celebrans Missam privatam in feria quinta in Cœna Domini, sive etiam solemnem in illa ecclesia, ubi non reponitur, nec asservatur Sanctissimum Sacramentum in aliquo altari, vel alio loco decenti vulgo dicto *il Sepolcro.*

18. An in casu, quo aliquis pro se adhuc vivente celebrare anticipate velit functiones funebres cum Officio Defunctorum, et Missa cantata; an hæc Missa possit esse de *Requiem*, si ritus officii currentis permittat. An votiva juxta devotionem petentis. An vero celebrari debeat de Officio occurrenti : vel si ritus non obstet, pro remissione peccatorum, aut ad postulandam gratiam bene moriendi.

Et sacra eadem congregatio, audito prius voto unius ex apostolicarum cæremoniarum magistris, ad relationem eminent. et reverend. dom. card. Torrigiani ponentis rescribendum censuit : *Ad 1 et 2 Dilata, et videantur particulariter; ad 3, affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam, excepta Missa solemni; ad 4, ut ad proximum; ad 5, affirmative, exceptis illis trium lectionum, festo, et Octava Corporis Christi, et quoties legitur nona lectio de homilia super evangelium; ad 6, negative, et serventur rubricæ; ad 7, negative; ad 8, affirma-*

Digitized by Google

*tire quoad primam partem, negative quoad secundam; ad 9, affirmative; ad 10, legendas esse lectiones de Dominica anticipata, dummodo in Sabbato antecedenti non occurrat initium alterius Epistolæ S. Pauli; ad 11, negative quoad primam partem, affirmative quoad secundam; ad 12, negative; ad 13, dentur decreta sacræ congregationis; ad 14, affirmative; ad 15-16, negative; ad 17, non licere, et sacerdos se abstineat; ad 18 negative, et serventur rubricæ Missalis, ac ritus Ecclesiæ.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 28 Martii 1775.

Repropositis deinde in eadem sacra congregatione per eminentissime ponentem sequentibus 1 et 2 dubiis, nempe :

1. An in casu, quo in Dominica, etc., *ut supra num.* 1.

2. An de iisdem semiduplicibus, etc., *ut supra num.* 2. Et sacra eadem congregatio ad relationem ejusdem eminentissimi ponentis, rescripsit : *Ad 1 et 2, negative ad primam partem, affirmative ad secundam.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 15 Junii 1776.

*Kiovien.*

1671. P. Fr. Joseph a B. V. M. Prior, et Fratres ordinis Carmelitarum Excalceatorum conventus Berdiczoviæ diœcesis Kioviensis humillime sacræ Rituum congr. supplicarunt pro resolutione sequentis dubii : *An anniversaria, et Missæ solemnes de Requiem a testatoribus relictæ in ecclesia prædicti conventus Berdiczoviæ persolvenda, cantari, et celebrari omnes debeant diebus, quibus cadunt, seu potius attenta illorum pluralitate, transferri possint in dies etiam ritus duplicis, dummodo non sint de præcepto, quando dies feriales, et ritus semiduplicis non sunt sufficientes, in casu,* etc. Et sacra eadem congregatio, audito ipsius voto unius ex apostolicarum cæremoniarum magistris scripto exarato, typisque vulgato, ad relationem eminentissimi et reverendissimi domini cardinalis Corsini episcopi Sabinensis ponentis rescribendum censuit : *Consulendum sanctissimo pro concessione indulti, ut in feria secunda cujuslibet hebdomadæ, etiam occurrente Officio duplici, non tamen primæ, aut secundæ classis, et festis de præcepto, celebrari possint anniversaria etiam translata.* Et ita, etc. Die 25 Februarii 1777. Et facta deinde per me infrascriptum secretarium (*nempe Mutium Gallo*) de prædictis eidem sanctissimo domino nostro relatione, Sanctitas Sua benigne annuit. Die prima Martii 1777.

*Bitecten.*

1672. Reverendissimus hodiernus episcopus Bitectensis, sacræ Rituum congr. humiliter exposuit, quod juxta Cæremonialis episcoporum dispositionem, et decretum ejusdem sacræ congregationis, canonici ecclesiarum cathedralium in die festo Sanctissimi Corporis Christi, celebrante episcopo, processionemque peragente, vel non, tenentur sacris vestibus indui. At cum nonnulli canonici, quibus, absente vel impedito episcopo, easdem functiones peragendi onus incumbit, choralibus tantum vestibus per consuetudinem inductam uti posse prætendunt, quare idem reverendissimus episcopus ad dirimendas hujusmodi controversias, eidem sacræ congregationi pro decisione recursum habuit : Et sacra eadem congregatio ad relationem mei infrascripti secretarii (*Mutii Gallo*) rescribendum censuit : *Servetur decretum jam die 27 Martii 1628, in una Cajetana editum, prout infra, nempe : Vicarius capitularis civitatis Cajetæ petiit declarari : An canonici, et dignitates in processione Sanctissimi Sacramenti incedere debeant sacris vestibus indui, episcopo non deferente Sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, ex quo dispositio cæremonialis videtur loqui tantum de episcopo deferente.* Et sacra congregatio respondit : *Canonicos, et dignitates vestes sacras utroque casu induere debere in honorem tanti Sacramenti, prout disponitur in Cæremoniali* cap. de process. Sacramenti *circa finem. Die 27 Martii 1628.* Et ita decrevit, ac servari mandavit. Die 12 Julii 1777.

*Guadalaxaren. in America septentrionali.*

1673. Ex parte parochi pagi de Aquas Calientes nuncupat. diœcesis Guadalaxarensis in America septentrionali sacræ Rituum congr. expositum fuit, tertiarios, seu confratres sæculares Tertii Ordinis S. Francisci dicti loci, quamvis a reverend. Ordinario admonitos, tam occasione funerum, et associationis cadaverum, quam in processionibus Sanctissimi Sacramenti, et aliis, quibus invitati intersunt, Rituali Romano, et sacræ Rituum congr. decretis obedire renuere. Quapropter ad eamdem sacram Rituum congr. idem parochus orator recursum habuit, ut ad observantiam prædictorum decretorum, et Ritualis Romani eosdem refractarios confratres omnino compellat. Et sacra eadem congregatio ad relationem mei infrascripti secretarii (*Gallo*) respondendum censuit : *Dentur decreta, prout infra, nempe, Nepesina die 10 Maii 1608; Lauden., 12 Julii 1628; Mediolanen. 19 Junii 1655.* Et ita decrevit, ac in ecclesia pagi de Aquas Calientes nuncupat. diœcesis Guadalaxarensis in America septentrionali servari quoad prædictos confratres tertii ordinis S. Francisci mandavit. Die 12 Julii 1777.

*Vasionen. Præeminentiarum.*

1674. Exortis inter archidiaconum, præpositum, sacristam, et præcentorem ecclesiæ cathedralis Vasionensis ex una, et canonicos dictæ ecclesiæ cathedralis, et litis, ex altera partibus, controversiis super præeminentiis, et juribus, quæ (*sunt*) in prædicta ecclesia pro sacris divinisque peragendis, necnon ecclesiasticis muneribus obeundis, illisque ad sacram Rituum congr. delatis, infrascripta dubia coram emin. et reverend. D. cardinali Marefusco ponente concordata, proposita fuerunt, nempe :

1. An, et in quibus festivitatibus, ac ecclesiasticis functionibus assumi debeant nobiliora sacra celebrantium indumenta, et altaris respective pretiosiora ornamenta, in casu, etc.

2. An, et qui numerus candelarum apponendus sit in altari, et quæ respective candelæ accendi debeant, dum divina Officia, et Missæ solemnes celebrantur, tam in festivitatibus primæ, et secundæ classis, quam in diebus Dominicis, et aliis festis in casu, etc.

3. An in festivitatibus primæ classis assumere liceat quatuor pluvialia, et respective in festivitatibus secundæ classis duo, dum Officia divina solemniter celebrantur in casu, etc.

4. An liceat archidiacono, præposito, sacristæ, et præcentori solemniter celebrantibus, majora assumere pluvialia, quam in solemnitatibus celebrari solitis a canonicis, in casu, etc.

5. An distributio cinerum, palmarum, et candelarum peragenda sit a reverend. episcopo juxta prærogativam, et antiquitatem capitularium, seu potius in dicto actu distributionis præferendi sint duo illi canonici, qui assistunt in cappa eidem reverend. episcopo, in casu, etc.

6. An liceat canonicis celebrare solemniter divina Officia in festivitatibus secundæ classis, in casu, etc.

Et sacr. congreg. utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem eminent. ponentis rescribendum censuit : *Ad 1, indumenta sacra nobiliora celebrantium, et altaris pretiosiora ornamenta esse assumenda in festivitatibus primæ classis, et functionibus solemnioribus ad formam cæremonialis, exclusis tamen a solemnioribus diebus expositione Sanctissimi occasione orationis quadraginta Horarum, et Octava Sanctissimi Corporis Christi : ad 2, respondendum juxta votum episcopi; ad 3, licere, observata proportione in festis secundæ classis*

Digitized by Google

*ad formam Cæremonialis, et quoad executionem, arbitrio et prudentiæ episcopi, attentis peculiaribus circumstantiis; ad 4, provisum in tertio; ad 5, affirmative ad primam partem, negative ad secundam; ad 6, servetur distributio festorum juxta statuta Ecclesiæ. In reliquis, provisum in tertio et quarto.* Et ita eminent. Patres unanimi suffragio censuerunt, declararunt, et servari mandarunt, die 12 Julii 1777.

*Civitatis Castellanæ Præeminentiarum.*

1675. Relata in sacra Rituum congr. per eminent. et reverendiss. D. cardinalem Corsini, episcopum Sabinensem ponentem, causa civitatis Castellanæ *Præeminentiarum* inter Joannem Antonium Rosetti, archipresbyterum ecclesiæ S. Andreæ terræ Vallerani diœcesis civitatis Castellanæ ex una, et Victorem Parchiaroni, parochum ecclesiæ S. Victoris, ac sacerdotem Hieronymum Janni, sacristam ecclesiæ B. M. V. de Ruscello ejusdem terræ ex altera partibus infrascripta dubia inter easdem partes concordata; idem emin. ponens decidenda proposuit, nempe:

1. An, et de qua matricitate constet ven. ecclesiæ sub titulo S. Andreæ Vallerani.

2. An illius parocho, sive archipresbytero jus competat faciendi processiones, tam de præcepto, quam votivas, in honorem sanctorum, quorum celebratur festum in dicta terra Vallerani.

3. An consimiliter eidem parocho S. Andreæ competat jus præeminentiarum in omnibus functionibus tam publicis quam privatis super clerum et sacerdotes dictæ terræ.

4. An liceat eidem ingredi alteram ecclesiam parochialem S. Victoris, et alias quascunque sitas extra districtum suæ parœciæ cum stola et cruce elevata.

5. An pariter eidem parocho liceat tam in associatione cadaverum, quam etiam in aliis functionibus ingredi cum stola et cruce elevata ven. ecclesiam B. M. V. de Ruscello, ejusdem terræ.

6. An dicto parocho S. Andreæ et clero sint assignanda alia signa præeminentialia, et signanter receptio cum honore facienda a presbyteris ejusdem ecclesiæ B. Virginis de Ruscello inservientibus, primi accubitus in choro, celebrationis divinorum officiorum, ac etiam Missæ canendæ pro defunctis occasione asportationis cadaverum.

7. An constet de attentatis, et quomodo sint purganda.

Et sacra eadem congregatio, utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem emin. ponentis rescribendum censuit: *Ad 1, constare de matricitate impropria tantum, et amplius; ad 2, quoad processiones generales, et alias, in quibus convenit totus clerus, affirmative juxta solitum; quoad processionem Corporis Christi, servetur transactio: in reliquis processionibus particularibus ecclesiæ S. Victoris, negative, et amplius; ad 3, affirmative in illis functionibus in quibus intervenit totus clerus, et amplius; ad 4, affirmative in processionibus et functionibus publicis duci et celebrari solitis cum interventu totius cleri in reliquis negative, et amplius; ad 5, provisum in antecedenti, et amplius; ad 6, quoad receptionem in processionibus publicis, de quibus supra, servetur Cæremoniale; in reliquis negative, et amplius; ad 7, affirmative per viam nullitatis.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 27 Jan. 1778.

*Bononien.*

1676-1677. Exortis controversiis super præcedentia in processione SS. Corporis Christi, quæ fieri solet in civitate Bononiæ infra Octavam ejusdem inter clerum sæcularem dictæ civitatis ex una, et monachos Cassinenses S. Proculi prædictæ civitatis ex altera partibus, illisque ad sacram Rituum congr. delatis, eminent. et reverend. dom. card. Archintus ponens infrascriptum dubium decidendum proposuit, nempe: *An et cui competat præcedentia, in casu*, etc. Et sacra eadem congregatio, habita prius eminent. et reverend. dom. card. archiepiscopi informatione, auditoque procuratore cleri sæcularis, ejusque juribus scripto, et voce tantum visis, cum pars non comparuerit, ad relationem præfati eminent. ponentis rescribendum censuit: *Præcedentiam competere clero sæculari.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 23 Maii 1778.

*Asculana.*

1678. Exortis inter parochos sæculares civitatis Asculi ex una, et monasterium seu P. vicarium S. Angeli Magni congregationis Olivetanæ dictæ civitatis ex altera partibus, controversiis super delatione caputii in functionibus ecclesiasticis peragendis, illisque ad sacram Rituum congr. delatis, infrascriptum dubium coram eminent. ac reverend. dom. cardin. Marefusco ponente concordatum, decidendum propositum fuit: *An liceat parocho ven. monasterii S. Angeli Magni congregationis Olivetanæ Asculi deferre in sua parœcia, et in aliis functionibus super amictu vulgo cotta signum nuncupatum* cappuccio, *in casu*, etc. Et sacra eadem congregatio, utraque parte scripto, et voce informante prius audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem eminent. ponentis respondendum censuit: *Negative, et amplius.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 12 Septembris 1778.

*Nucerina Paganorum.*

1679. Cum in ecclesia collegiata S. Joannis Baptistæ terræ Angriæ diœcesis Nucerinæ Paganorum inducta fuerit consuetudo, qua prima die lunæ cujusque mensis in suffragium defunctorum confratrum et sororum congregationis sub titulo S. Cajetani electæ celebratur funerale, cui additur expositio Sanctissimi Sacramenti, coram quo ante suppedaneum altaris erigitur tumulus mortuorum accensis luminibus circumdatus. Durante interim dicta Augustissimi Sacramenti expositione a canonicis in choro officium defunctorum cantatur, pulsantur campanæ ad mœstitiam excitandam, absolutis inde Laudibus in choro, statim in prædicta capella, exposito pariter Sanctissimo Sacramento, canitur Missa propria illius diei in paramentis albis, eaque absoluta, celebrans dat populo solemnem Sanctissimi Sacramenti benedictionem, Joannes Adinolfi memoratæ ecclesiæ canonicus sacræ Rituum congr. humillime supplicavit, ut dignaretur resolvere: *An talis consuetudo sustineri deberet.* Et sacra eadem congregatio, audito prius voto unius ex apostolicarum cæremoniarum magistris, scriptis exarato et typis vulgato, ad relationem eminent. et reverend. dom. card. Boschi ponentis rescribendum censuit: *Assertam consuetudinem, tanquam rubricis et Ecclesiæ ritibus contrariam, sustineri non debere, mandavitque, ut episcopus eamdem omnino aboleri curet.* Et ita declaravit. Die 27 Martii 1779.

*Ordinis Minor. Observ. Reform. S. Francisci.*

1680. Cum P. Bonifacio a Brixia ordinis Minorum Observantium Reformatorum S. Francisci, editori Kalendarii dicti sui universi ordinis, nonnulla occurrerint dubia in Kalendarii constructione, sacræ Rituum congr. humillime supplicavit, quatenus ea benigne resolvere dignaretur. Dubia sunt sequentia, nempe:

1. An in Officio Defunctorum, quod ex consuetudine recitatur in quolibet conventu alicujus provinciæ ritu duplici post habitam notitiam de obitu alicujus religiosi ejusdem provinciæ, dicendi sint Psalmi *Lauda*, etc., ad Vesperas, et *De profundis* ad Laudes.

2. An Missa de *Requiem*, quæ cantatur, cum primum accipitur nuntium de obitu religiosi in loco dissito, differri possit ad triduum.

Digitized by Google

3. An dicta Missa cantari possit in vigilia Epiphaniæ, et infra Octavas privilegiatas.

4. An in festo S. Claræ, quæ apud Franciscanos celebratur sub ritu duplici primæ classis, cantari possit missa de *Requiem*, præsente corpore.

5. An in monasterio Clarissarum Eugubii, in quo feria secunda post festum Sanctissimæ Trinitatis, quotannis fit Officium solemne pro Monialibus defunctis ejusdem monasterii cum magno concursu sacerdotum ad celebrandum pro ipsis, si occurrat illo die Officium ritus duplicis minoris vel majoris non festivum, Missæ privatæ dici possint de *Requiem*, vel saltem cantari possit una Missa solemnis de *Requiem* pro eisdem defunctis.

6. An religiosi conventus vulgo *la Romita di Cesi* siti in districtu temporali Cæsiorum, qui tamen remanet intra limites parochiæ terræ Portariæ, teneantur ad Officium de Patrono principali terræ Cæsiorum, vel Portariæ, vel neutrius, cum ab utraque distent tria milliaria.

7. An quando habentur tria Officia translata, et reponenda, unum classicum, alterum duplex majus, et tertium duplex minus, quodnam ex iis reponi debeat in die Commemorationis Omnium Defunctorum, vel potius faciendum sit de die Octava Omnium Sanctorum.

8. Assisii Dominica quarta post Pascha occurrit dedicatio ecclesiæ cathedralis apud Regulares duplex secundæ classis, et eadem die sæpe occurrit festum sancti Petri Regalati, vel S. Paschalis Baylon, aut S. Bernardini Senensis, quæ apud Franciscanos celebrantur sub ritu pariter duplici secundæ classis: quæritur, quodnam ex dictis Officiis celebrare debeant Patres S. Francisci.

9. Item quæritur, quomodo apud eosdem Franciscanos regulandæ sint Vesperæ, si eadem dedicatio concurrat in primis aut secundis Vesperis cum prædictis sanctis.

10. Eugubii concurrunt secundæ Vesperæ sancti Matthæi apostoli cum primis Vesperis Dedicationis ecclesiæ cathedralis, quæ a regularibus celebratur sub ritu duplici secundæ classis: quæritur, an præfatæ Vesperæ apud eosdem regulares debeant esse integræ de S. Matthæo cum commemoratione Dedicationis, vel integræ de dicta Dedicatione.

11. An sacerdos cantaturus Martyrologium in Vigilia Nativitatis Domini nostri Jesu Christi indutus stola et pluviali, accedere debeat ad superiorem gestantem habitum quotidianum, eique naviculam ministrare pro impositione incensi, et genuflexus ab eo benedictionem petere pro annuntianda eadem Nativitate, seu potius idem sacerdos imponere debeat incensum, et annuntiare præfatam nativitatem ejusdem Domini nostri Jesu Christi, absque ulla petitione benedictionis facienda superiori.

12. Aliquando transfertur Patrocinium B. Mariæ Virginis ad 17 vel ad 19 Decembris, quo casu concurrit in primis aut secundis Vesperis cum Officio Exspectationis Partus ejusdem B. M. V. Quæritur, quomodo in his casibus disponendæ sint Vesperæ.

13. In pluribus locis hebdomada quinta Novembris ob multitudinem Officiorum habentium lectiones primi nocturni proprias, vel de communi, sæpe non remanent dies pro recitandis omnibus initiis Prophetarum Minorum, quamvis tria initia uno die recitentur. Quæritur, an in casu omittenda sint initia, quæ locum habere non possunt, vel dicenda sint in officio semiduplici, et duplici majori, vel minori, licet habeant lectiones primi nocturni proprias, vel de communi.

14. An sacerdos pergens ad celebrandum, et calicem manu sinistra portans, possit ad januam sacristiæ accipere aquam benedictam, eaque se signare.

15. An, quando rubricæ mandant ut dicantur duæ Missæ conventuales, nempe de Officio post tertiam, et de feria post nonam, Regulares, qui ad missam de feria non tenentur, possint eamdem celebrare privatim et sine assistentia choristarum, seu potius necesse sit, ut communitas religiosa assistat, ut Missa conventualis dici possit.

16. An prælati regulares, etiam locales, possint ordinare collectam dicendam in Missa a subditis suis tam pro necessitatibus ordinis, quam pro necessitate communi.

17. An, quando in gratiarum actione cantatur hymnus *Te Deum* coram Sanctissimo Sacramento publice exposito, clerus tam ad altare, quam in choro, debeat manere genuflexus, seu potius stare.

18. An commemoratio sancti simplicis occurrentis in duplici secundæ classis omitti debeat in Missa conventuali sine cantu, sed lecta a communitate religiosa.

19. An Regulares possint recedere a recitatione illorum Officiorum ad libitum, quæ fuerunt ab ipsis acceptata, quando satisfacere nequeunt Officiis propriis ordinis.

20. An missæ votivæ solemnes pro re gravi, vel pro publica Ecclesiæ causa, cantari possint in Dominicis primæ et secundæ classis, et in festis duplicibus primæ et secundæ classis, necnon in feriis, vigiliis, et aliis diebus privilegiatis Officia primæ et secundæ classis excludentibus.

Et sacra eadem cong. audito prius voto unius ex apostolicarum cæremoniarum magist. scriptis exarato, typisque vulgato, ad relationem eminentissimi et reverendissimi dom. card. Archinto ponentis, rescribendum censuit: *Ad 1, affirmative; ad 2, in prima die non impedita; ad 3, affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam; ad 4, affirmative, excepta tantum Ecclesia titulari, ubi celebratur festum S. Claræ; ad 5, negative, et ad mentem, ut supplicetur Sanctissimo pro una Missa solemni tantum; ad 6, dilata; ad 7, nullum ex translatis esse admittendum; ad 8, celebrandum esse Officium Dedicationis ecclesiæ cathedralis, et reliqua Officia ordinis regularis, eadem die, et sub eodem ritu occurrentia, ad aliam diem esse transferenda; ad 9, Vesperas debere esse integras de dedicatione Ecclesiæ cathedralis cum commemoratione sancti ordinis regularis; ad 10, Vesperas debere esse integras de Dedicatione ecclesiæ cathedralis cum commemoratione S Matthæi apostoli, ex quo est festum Domini; ad 11, negative quoad primam partem, affirmative quoad secundam; ad 12, totum de præcedenti, nihil de sequenti, in utroque casu, ad 13, negative quoad primam partem, affirmative quoad secundam; ad 14, si commode fieri potest, se signet, sin minus se abstineat; ad 15, laudandos interessentes, sed non cogendos; ad 16, non licere sine licentia episcopi; ad 17, standum esse; ad 18, affirmative; ad 19, affirmative; ad 20, negative in duplicibus primæ classis, Dominicis privilegiatis, feriis Cinerum, et majoris hebdomadæ, Vigiliis Pentecostes, et Nativitatis Domini. In reliquis affirmative.* Et ita declaravit. Die 27 Martii 1779.

*Ordinis Minor. S. Francisci de Observantia provinciæ Conceptionis B. M. V. in regno Portugalliæ.*

1681. Ex parte Patris editoris Kalendarii ordinis Minorum S. Francisci de Observantia provinciæ Conceptionis B. M. V. in regno Portugalliæ, sac. Rituum congregationi humillime supplicatum fuit pro declaratione sequentium dubiorum, quæ sunt:

1. Sancti, qui in fine anni supersunt, vel sunt ritus duplicis, vel semiduplicis, diebus eorum propriis considerandi sunt tanquam simplices ex decreto 26 Novembris 1735. In Rituali autem P. Cavalieri tom. I, cap. 6, Decret. 5 cap. (in Ord. 73) legitur, hujusmodi Officia tractari debere ad normam Rubricarum de festis simplicibus, addita tantum commemoratione in secundis Vesperis. Sed cum per decretum 23 Januarii 1745, facienda sit commemoratio S. Silvestri in die Dedicationis pro-

Digitized by Google

priæ ecclesiæ, dubitatur nunc, an, si Officia hujusmodi sanctorum, vel sint ex se ritus duplicis, vel semiduplicis, inciderint in festis solemnioribus primæ classis, fieri de illis debeat commemoratio, maxime in Dominica Paschæ et Pentecostes, et duobus sequentibus diebus (ubi etiam cessant Octavæ), ac in festo Corporis Christi, et Ascensionis.

2. Ambigitur, an talium sanctorum (vel sint ex se ritus duplicis, vel semiduplicis) commemoratio recitanda sit in primis Vesperis primæ vel secundæ classis.

3. Quæritur, utrum hujusmodi sanctorum commemoratio præponenda vel postponenda sit commemorationi Dominicæ, vel Octavæ, seu infra-octavæ, si cum illis concurrat.

4. Fratres provinciæ Conceptionis, ex indulto apostolico, possunt celebrare in singulis Sabbatis festo secundæ classis non impeditis, Missam de Conceptione B. M. V., et cum aliquando contingat ipsa die recitari de sancto martyre: quæritur in casu, quo colore utendum est pro Missis votivis B. M. V. in illis ecclesiis, ubi fit de martyre ritus duplicis.

5. An occurrente Octava SS. apostolorum cum alio duplici minori, dimidiandæ sint Vesperæ, vel integræ persolvendæ de Octava Apostolorum.

6. Quando recitatur de S. confessore, et in Laudibus fieri debet commemoratio de infra Octavam alterius confessoris propriam non habentis; quæritur, unde desumenda est antiphona, ex primis Vesperis, an potius ex secundis, cum infra Octavam primas non habeat Vesperas.

7. An Regulares in festis principalibus suorum ordinum, et maxime in festo fundatoris, seu Patriarchæ, possint addere symbolum in Missa celebranda extra proprias sui ordinis ecclesias.

8. An commemoratio Sanctissimi Sacramenti ob ejus expositionem in duplici primæ et secundæ classis debeat uniri cum oratione Missæ sub unica conclusione quando insimul concurrunt aliæ commemorationes de præcepto, uti de Dominica, vel de feria majori.

9. An quando defunctus tumulatus fuit vespere ob aliquam causam, possit sequenti mane fieri Officium, et Missa cantari de *Requiem*, etiamsi recitetur de festo duplici.

10. Festum Patrocinii S. Joseph celebratur in Ordine Seraphico Dominica tertia post Pascha sub ritu duplici secundæ classis; postea vero pro omnibus ecclesiis regni Portugalliæ exiit recentior concessio, moderniori et correctiori Officio decorata sub eodem ritu pro Dominica secunda Octobris. Quæritur, an provinciæ Seraphici Ordinis in Lusitania exsistentes debeant se conformare cum clero, et aliis ordinibus, tam in Officio novo, quam in die pro regno assignata. Et quatenus negative, dubitatur, an Provincia, quæ a primo anno regni indultum recepit, possit deinceps sic permanere, et ipsi Regno se conformare.

11. Ex decreto 11 Martii 1743, præferri debet festum Patrocinii S. Joseph festis apostol. et evang. tam in concurrentia, quam in occurrentia: an Vesperæ dimidiandæ sint, vel integræ persolvendæ de festis apostolorum.

12-13. In Ordine Seraphico juxta Ordinis rubricam celebratur festum Translationis S. Didaci sub ritu duplici feria secunda Rogationum, dummodo talis dies aliquo festo novem lectionum impedita non sit; quia tunc transfertur translatio; sed cum aliquando ipsa dies impediatur festo S. Antonini ritus semiduplicis, et non sit locus pro transferenda Translatione S. Didaci, dubitatur: quale ex prædictis festis considerandum sit tanquam simplex, festum S. Antonini, an Translationis S. Didaci.

14. Dedicatio ecclesiæ cathedralis celebratur a Regularibus in civitate degentibus sub ritu secundæ classis, et aliquando concurrit cum aliqua festivitate nostri ordinis ejusdem ritus, et indulgentia plenaria decorata, ac insuper cum Vesperis cantatis celebrata. Dubitatur nunc, an Vesperæ sint dimidiandæ, vel cuinam eorum integræ sint tribuendæ.

15. An inter Regulares tam celebrans, quam assistentes in celebrandis Matutinis solemnibus possint uti pluviali a principio Officii.

16. An in oratione et versiculis B. Francisci possit addi a Franciscanis: *Beati Patris nostri*.

17. An in adoratione Crucis in feria sexta in Parasceve, debeant prælati regulares pontificalibus non utentes præcedere suo subdito celebranti, vel celebrans primo in loco adorationem peragere.

18. An thuriferario, et acolythis minoribus per mittenda sit sedes in Missa solemni, quando celebrans sedet cum diaconis. Et quatenus affirmative, an tolerari possit illos sedere in gradibus presbyterii, versis renibus ad altare.

19. An in Dominicis quadragesimalibus et paschalibus debeat recitari Præfatio de tempore respectivo, vel Præfatio Trinitatis.

20-21. An in Missa conventuali absque diaconis cantata, assistentibus tantum thuriferario et ceroferariis, et præsente clero, seu communitate adhiberi possit thus tam in principio Missæ, quam in Evangelio, et Offertorio.

22. An in Missa solemni, quando chorus exsistit in loco superiori, et ab altari remoto, debeat incensari a thuriferario, postquam diaconus subdiaconum thurificat.

23. An in impositione thuris debeant proferri verba: *Ab illo benedicaris*, quando imponitur incensum in thuribulo, ut videtur insinuari in Rubrica generali, vel dum efformatur signum crucis, ut exsequitur in Rubrica particulari, in qua crucis effigies invenitur inserta in verbo, *Benedi ✠ caris* uti etiam similiter fit in omnibus aliis benedictionibus, ubi crux manu describitur illo in verbo, ubi crucis schema exstat depictum.

24. An pulpitum, ubi sermo recitatur in functione lotionis pedum in feria quinta majori, debeat esse ornatum, vel denudatum.

Et sacra eadem congregatio, audito prius voto unius ex apostolicarum cæremoniarum magistris, scriptis exarato, typisque vulgato, ad relationem eminentissimi et reverendissimi D. cardinalis Boschi ponentis rescribendum censuit: *Ad* 1, 2 *et* 3, *commemoratio sanctorum* 9 *lectionum, qui in fine anni supersunt, nec sunt transferendi ad annum sequentem, ut alias decretum; aut sint ritus semiduplicis aut duplicis etiam majoris, diebus eorum propriis (etiamsi occurrant in festis primæ et secundæ classis) facienda est ad instar diei Octavæ, et Dominicæ, tam in occurrentia, quam in concurrentia, habita ratione ad ritum, quo descripti sunt in propriis Kalendariis; exceptis tantum ultimo triduo majoris hebdomadæ, festis Paschæ et Pentecostes cum duobus sequentibus diebus, in quibus nulla sanctorum commemoratio omnino tolerari debet. Quoad ordinem vero, si die eorum propria aliæ commemorationes occurrant, servetur, ut prius fiat commemoratio, de quo, secluso impedimento, die illa celebraretur Officium, aut Vesperæ integræ, aut capitulum, aut dimidiæ; ad* 4, *adhiberi debet color albus; ad* 5, *scribat alter ex DD. magistris cæremoniarum; ad* 6, *negative quoad primam partem; affirmative quoad secundam, scilicet pro Laudibus sumendam esse antiphonam de secundis Vesperis, et pro secundis Vesperis, de Laudibus: in utroque tamen casu cum* ℣ *de primis Vesperis; ad* 7, *affirmative; ad* 8, *uniendam esse in fine aliarum commemorationum de præcepto; ad* 9, *affirmative, exceptis tamen diebus, in quibus Missæ cantatæ de* Requiem *prohibentur, absente cadavere; ad* 10, *affirmative in omnibus;*

Digitized by Google

*ad* 11, *Vesperæ integræ debentur apostolis et evangelistis; ad* 12-13, *Officium fieri debet de S. Antonino, omissa translatione S. Didaci, de qua tamen facienda est commemoratio, quando sit ex Officiis mobilibus de præcepto; ad* 14, *Vesperæ integræ persolvendæ sunt de Dedicatione ecclesiæ cathedralis cum commemoratione sancti ordinis regularis; ad* 15 *et* 16, *negative; ad* 17, *negative quoad primam partem; affirmative quoad secundam; ad* 18, *in Missa solemni, quando celebrans et ministri sacri sedent, possunt etiam in gradibus presbyterii sedere acolythi, et etiam thuriferarius, quando non gerit vicem cæremoniarii; ad* 19, *in Dominicis quadragesimalibus et paschalibus debet recitari Præfatio de tempore, non vero de sanctissima Trinitate; ad* 20-21, *negative; ad* 22, *si chorus exsistat intra ambitum, et aream ecclesiæ, affirmative: si autem in loco, ad quem accedere nequeant, nisi exeundo ab ecclesia, negative; ad* 23, *serventur rubricæ generales Missalis Romani*, 4 De Introitu, *num.* 4 *et Cæremoniale episcoporum* lib. I, cap. 23, § 1 et 2; *ad* 24, *affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam.* Et ita declaravit, et servari mandavit. Die 18 Decembris 1779.

*Ordinis S. Benedicti congregationis Vallisoletanæ in Hispaniis.*

1682. Porrecto sacræ Rituum congregationi nomine hodierni P. generalis ordinis S. Benedicti congregationis Vallisoletanæ in Hispaniis supplici libello pro resolutione sequentis dubii : *An ecclesiarum præfatæ congregationis certo non consecratarum, vel de quarum consecratione dubitatur, Officium Dedicationis earum ab immemorabili recitari et celebrari consuetum, continuari possit; et quatenus negative, supplicatur pro gratia, ne fiat notabilis alteratio in celebratione divinorum Officiorum :* sacra eadem congregatio ad relationem eminentissimi et reverendissimi D. cardinalis Boschi ponentis rescribendum censuit : *Quoad ecclesias certo non consecratas, negative, et ad mentem. Mens autem est, ut quatenus constet de consecratione ecclesiæ monasterii primarii congregationis Vallisoletanæ, Officium de illius Dedicatione recitari possit in aliis ecclesiis ejusdem congregationis, quæ non habent, seu habere nequeunt diem assignatum pro Officio propriæ Dedicationis : quoad ecclesias vero, de quarum consecratione dubitatur, stante asserta immemorabili consuetudine, nihil innovandum.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 22 Aprilis 1779

*Ordinis S. Pauli primi eremitæ congregationis Montis Ossæ in Lusitania.*

1683. Proposita fuerunt in sacra Rituum congregatione ad instantiam P. rectoris generalis supradictæ congregationis infrascripta dubia, scilicet :

1. An licite continuari possit recitatio Officii, et celebratio Missæ Dedicationis ecclesiarum prædictæ congregationis Montis Ossæ in die prima Septembris per capitulum generale assignata; et quatenus negative.

2. An locus sit novæ concessioni ejusdem Officii et Missæ pro dicta die prima Septembris.

Et sacra eadem congregatio sub infrascripta die habita, referente eminentissimo et reverendissimo cardinali Boschi ponente, re mature perpensa, respondit : *Ad* 1, *negative; ad* 2, *quatenus constet de consecratione saltem ecclesiæ monasterii primarii totius congregationis, pro gratia.* Die 22 Aprilis 1780.

*Sancti Severini.*

1684. Exortis inter capitulum et canonicos ecclesiæ cathedralis Sancti Severini ex una, et sacerdotes sæculares dictæ civitatis ex altera partibus, controversiis super præcedentia in processionibus, quæ fieri solent in dicta civitate; illisque ad sacram Rituum congregationem delatis, infrascripta dubia coram eminentissimo et reverendissimo domino cardinali Corsinio episcopo Sabinensi ponente concordata, decidenda proposita fuerunt, nempe :

1. An in publicis processionibus competat præcedentia sacerdotibus sæcularibus, seu potius cantoribus, in casu, etc.; et quatenus *affirmative ad primam partem.*

2. An, et in quo loco incedere debeant cantores, in publicis processionibus, in casu, etc.

3. An sit locus purgationi attentatorum, ita ut sit circumscribendum edictum anni 1779, in casu, etc.

Et sacra congregatio, utraque parte scripto, et voce prius audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem eminentissimi ponentis rescribendum censuit : *Ad* 1, *affirmative ad primam partem, negative ad secundam; ad* 2, *in loco ab episcopo designando; ad* 3, *negative in omnibus.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 22 Aprilis 1780.

*Firmana.*

1685. Porrectis per fratres ordinis Eremitarum S. Augustini civitatis Firmanæ humillimis precibus pro declaratione sequentis dubii : *An consuetudo exponendi feria sexta in Parasceve sacratissimam spinam Domini nostri Jesu Christi ante Missam Præsanctificatorum, et consummationem Sanctissimi Sacramenti sit retinenda; seu potius eadem sacra reliquia sit proponenda venerationi fidelium post peractam dictam Missam, et consummatum Sanctissimum Sacramentum, in casu,* etc. : sacra eadem congregatio, habita prius reverendissimi archiepiscopi informatione, auditoque prius voto unius ex apostolicarum cæremoniarum magistris scripto exarato, typisque vulgato, ad relationem eminentissimi et reverendissimi domini cardinalis Marefusci ponentis et præfecti rescribendum censuit : *Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.* Et ita declaravit, et servari mandavit. Die 29 Julii 1780.

*Mechlinien.*

1686. Cum eminent. et reverend. domino cardinali archiepiscopo Mechliniensi nonnulla occurrerint dubia circa sacros ritus servandos in consecrationibus ecclesiarum, enixe sac. Rituum congregationi supplicavit, quatenus ea benigne decernere dignaretur. Dubia sunt sequentia, nempe :

1. An jejunium in Pontificali Romano præscriptum iis, a quibus consecratur ecclesia, sit strictæ obligationis, seu potius tantum de consilio.

2. An sit locale tantum, an personale; seu potius locale et personale simul.

3. An, si ecclesia consecretur die feriali, sit observandum festum in populo tali die cum obligatione in hujusmodi loco abstinendi ab operibus servilibus et audiendi sacrum.

4. An in loco consecrandæ ecclesiæ Officium de communi Dedicationis ecclesiæ sit celebrandum a primis Vesperis die præcedenti recitandis inclusive seu potius duntaxat inchoandum, finita consecratione, scilicet in Vesperis subsequentibus.

5. An eo casu de feria, vel de festo Sancti occurrentis Vesperæ, Matutinum, ac aliæ Horæ præcedentes consecrationem ecclesiæ recitandæ sint.

6. Si Officium a primis Vesperis die præcedente consecrationem celebrandum sit de communi Dedicationis ecclesiæ, quæritur, an pastor, aut alius sacerdos, ruri deficientibus aliis ecclesiis, in ipsa ecclesia consecranda summo mane celebrans pro populi commoditate die consecrationis peragendæ, Missam de Dedicatione ecclesiæ celebrare valeat et teneatur.

7. Si nec valeat, nec teneatur, quæritur, an Missam de festo alias occurrente, aut de Dominica, et quo ritu celebrare debeat.

Et sacra eadem congregatio, audito prius voto unius ex apostolicarum cæremoniarum magistris scriptis exarato, typisque vulgato, ad relationem

Digitized by Google

eminentissimi et reverendissimi domini cardinalis Archinto ponentis, rescribendum censuit : ad 1, *jejunium in Pontificali Romano præscriptum esse strictæ obligationis pro episcopo consecrante, et pro iis tantum qui petunt sibi ecclesiam consecrari; idemque jejunium indicendum esse die præcedente consecrationi, ad formam Rubricæ Pontificalis ; ad 2, negative quoad primam partem, affirmative quoad secundam; ad 3, negative; ad 4, negative quoad primam partem, affirmative quoad secundam; ad 5, Vesperas, Matutinum, Laudes, et Horas consecrationem præcedentes recitandas esse vel de feria, vel de sancto, prout descriptum fuerit in ordinario; ad 6, negative juxta modum. Et modus est, ut ubi nulla alia sit ecclesia, vel capella, parochus aut sacerdos celebret post peractam consecrationem; sin minus ea die se abstineat a Missæ celebratione, et populus audiat Sacrum ab episcopo decantandum; ad 7, Missam non esse celebrandam de dedicatione Ecclesiæ, sed de feria, vel de sancto, prout descriptum fuerit in Kalendario.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 29 Julii 1780.

*Ordinis Carmelitarum Excalceatorum congregationis Hispaniæ.*

1687. Propositis sac. Rituum congregationi per P. Antonium a S. Josepho procuratorem generalem ordinis Carmelitarum Excalceatorum congregationis Hispaniæ sequentibus dubiis, nempe :

1. An in die S. Marci, ac in tribus feriis Rogationum, teneantur Regulares cantare Missam conventualem de Rogationibus, seu potius de festo occurrente cum commemoratione Rogationum, cum regulares non teneantur ad duas Missas eadem die: et quatenus *affirmative quoad primam partem, et negative quoad secundam.*

2. An, et quæ orationes dici debeant in Missa Rogationum.

3. An rubrica posita in Missa S. Joannis apostoli assignans Præfationem de Nativitate, accipienda sit generaliter, ita ut talis Præfatio debeat dici in omnibus Missis festivis occurrentibus infra Octavam Nativitatis etiam habentibus Præfationem propriam : seu potius dicta rubrica sit exceptio rubricæ generalis, ita ut in sola Missa S. Joannis apostoli debeat dici Præfatio Nativitatis, non vero in aliis Missis sive festivis, sive votivis propriam Præfationem habentibus.

4. De Vigilia, quæ occurrit in Adventu, nihil fit in Officio. Quæritur, utrum in Missa in qua de Vigilia fit commemoratio, legendum sit ejus Evangelium in fine.

5. Utrum, quando non prohibentur Missæ defunctorum, possit celebrari Missa de *Requiem* pro defunctis vage sumptis, id est pro quibus communitas debet applicare aliquam, vel aliquas Missas, quin celebrans sciat determinate, sitne pro sacerdote, pro laico, pro viro, pro femina, etc.; et quatenus affirmative.

6. Quæritur, quæ prima oratio erit dicenda in tali Missa.

7. Utrum sub prohibitione celebrandi Missas privatas post solemnem decantatam, et administrandi fidelibus sacram Eucharistiam in nocte Nativitatis comprehendantur Carmelitæ utriusque sexus, maxime cum apud illos cantetur Missa solemnis non in media nocte (hoc enim tempore incipit Matutinum), sed circiter hora 3; et quatenus affirmative.

8. An consuetudo contraria immemorabilis valeat sustentari saltem quoad moniales, et religiosos choristas, et laicos.

9. Cum inter Patres Carmelitas discalceatos Hispaniæ antiqua vigeat consuetudo se in choro prosternendi super terram in Missa conventuali post elevationem calicis, et cantato *Benedictus qui venit*, etc.. usque ad orationem Dominicam exclusive, quæritur, utrum hæc consuetudo contrarietur Rubricæ XVII. Missalis num. 5; et quatenus affirmative.

10. An nihilominus retineri possit imposterum, et quatenus negative.

11. Quæritur, quem statum servare debent, standi vel genuflectendi, et quem ab *Agnus Dei* usque ad sumptionem.

12. Sacra Rituum congregatio, 28 Januarii 1668, concessit ordini Carmelitarum discalceatorum facultatem recitandi Officium votivum sine ulla temporis exceptione semel in hebdomada, die non impedito festo novem lectionum, et non obstante posteriori decreto 20 Martii 1706, posito in initio Breviarii Romani, prohibente hujusmodi Officia votiva in Quadragesima, nihilominus PP. Carmelitæ discalceati, recta quidem fide, perseverarunt hucusque recitando hujusmodi Officium votivum etiam in Quadragesima. Quæritur modo, utrum prædicti Patres continuare queant in Quadragesima talem recitationem; et quatenus negative.

13. Supplicant P. generalis, ejusque definitorium generale pro gratia, ut ad præfatum tempus extendatur concessio, attenta devotione, quam prælaudatus Carmelitarum ordo habet erga Sanctissimum Sacramentum, ob quam olim eadem sacra Rituum congr. illi concessit octavam privilegiatam pro solemnitate Corporis Christi, et ulterius nisi hujusmodi Officium recitetur in Quadragesima, non datur locus toto anno, in quo possit recitari.

14. Eadem sacra Rituum congregatio, 18 Septembris 1666, concessit præfato ordini, ut quater in anno posset recitare ritu duplici Officium votivum Sanctissimi Nominis B. M. V. die non impedito festo novem lectionum ; vi hujus concessionis prælaudatus ordo hactenus illud recitavit etiam tempore Quadragesimæ, fortasse quia utpote concessum pro quater in anno, videtur non comprehendi in decreto prohibitivo 29 Martii 1706, quod tantum loquitur de Officiis votivis semel, vel pluries in singulis hebdomadis, vel mensibus. Quæritur ergo, utrum hujusmodi praxis possit continuari ; et quatenus negative.

15. Supplicatur pro gratia, ut supradictum Officium votivum extendatur etiam ad tempus quadragesimale pro die non impedita festo novem lectionum, cum in toto anno non remaneant dies vacui, in quibus recitetur, nisi in tempore Quadragesimæ.

16. Eadem sacra congregatio, 9 Julii 1668, concessit præfato ordini, ut semel in mense die non impedita festo novem lectionum celebretur Officium votivum S. Theresiæ virginis, ejusdem ordinis fundatricis, supplicatur pro modo extensionis ad tempus Quadragesimæ.

17. Ob impedimentum perpetuum Quadragesimæ, festum principale S. Joseph Protectoris congregationis Hispaniæ Carmelitarum Discalceatorum celebratur sine Octava ; et ideo provisum est a sacra Rituum congregatione, ut Octava adjudicaretur secundario ejus festo Patrocinii ; sed cum hoc festum licet ritum secundæ classis non excedat, pompa tamen extrinseca, maximaque interna animi commotione Religiosorum celebretur ; imo et pluries in statutis provinciis concursus populi conveniat : quæritur, num in concursu, et occursu cum festis apostolorum et evangelistarum, præferentiam obtineat; et quatenus negative.

18. Supplicatur pro gratia, ut præferatur festum Patrocinii festis apostolorum, et evangelistarum, attenta solemnitate maxima, quam sortitur inter Carmelitas discalceatos, et maxime attenta dignitate personæ S. Joseph super apostolos.

19. Officium S. Laurentii Martyris celebratur cum cantu a Patribus Carmelitis Discalceatis ex præscripto Constitutionum, hebdomadario cum pluviali ad Vesperas, acolythis et thuriferario etiam respective paratis, et ejus Missa cantatur cum mi-

Digitized by Google

nistris ceroferariis, et incenso; festum vero SS. Justi et Pastoris, licet ejusdem ritus apud Hispanos, nihil solemnitatis sortitur inter Patres Carmelitas. Quæritur ergò, utrum in concursu dictorum festorum debeantur integræ Vesperæ S. Laurentio martyri, ex Rubrica xi Breviarii Romani num. 2.

20. Utrum dignitas, qua gaudent festa apostolorum et angelorum, extendatur ad eorum diem octavum, quando cum Octava celebrantur, ita ut concurrente die octavo in primis vel secundis Vesperis cum festo duplici minori inferioris dignitatis integras sortiatur Vesperas dies octavus cum sola commemoratione præcedentis vel subsequentis.

21-24. Utrum in pronuntiatione lectionis Martyrologii Romani elogium S. Cypriani oppidi Fontis Tiberii principalis Patroni sit separandum ab elogio S. Cornelii, ex eo quod Officium unius separatur ab alio.

25. An S. Cyprianus nominandus sit in primo loco.

Sacra eadem congregatio, audito prius voto unius ex apostolicarum cæremoniarum magistris, scriptis exarato typisque vulgato, ad relationem eminent. et reverend. dom. card. Corsini ponentis, rescribendum esse censuit: *Ad 1, in duplicibus primæ et secundæ classis canendas esse duas Missas : in reliquis dilata; ad 2, dicendas esse orationes a rubrica præscriptas, scilicet primam de Rogationibus, secundam* Concede *de B. M. V., tertium pro Papa vel Ecclesia; ad 3, negative ad primam partem, affirmative ad secundam.; ad 4, affirmative, exceptis feriis Quatuor Temporum; ad 5, affirmative; ad 6, dicendam esse primam orationem* Deus, qui inter apostolicos, etc., *ut habetur in eodem Missali; ad 7, affirmative; ad 8, negative; ad 9 et 10, servari posse; ad 11, dilata; ad 12, negative; ad 13, negative; ad 14, 15 et 16, negative, et servetur decretum anni 1706 ; ad 17, negative, cum agatur de festo secundario; ad 18, negative; ad 19, integras Vesperas de digniori cum commemoratione de sequenti; ad 20, negative; ad 21-24, affirmative in omnibus; ad 22 et 23, affirmative; ad 24 et 25, ad me ponentem cum D. promotore fidei.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 16 Februarii 1781.

*Asculana.*

1688. Exortis inter capitulum ecclesiæ collegiatæ terræ Ophydæ diœcesis Asculanæ ex una, et magistratum dictæ terræ et litis partibus ex altera controversiis super juribus, et præeminentiis pro sacris functionibus in supradicta collegiata ecclesia peragendis, illisque ad sacram Rituum congr. delatis, infrascripta dubia coram eminent. et reverendiss. D. cardin. vicecomite ponente concordata proposita fuerunt.

1. An, et in quibus functionibus ecclesiasticis collegiatæ ecclesiæ terræ Ophydæ intervenire debeat magistratus ejusdem terræ, in casu, etc.

2. An pro functionibus, in quibus intervenire debet magistratus prædictus, fieri debeat eidem intimatio diei et horæ, in qua functiones incipiunt, seu potius sit servanda tabella horaria capituli, in casu, etc.

3. An, et a quo ex capitulo, seu presbyteris addictis servitio Ecclesiæ collegiatæ præstanda sit aqua benedicta magistratui ingredienti ecclesiam, in casu, etc.

4. An, et a quo sit comitandus idem magistratus interveniens supradictus functionibus, dum ab Ecclesia discedit, in casu, etc.

5. An magistratui accedenti ac ecclesiam interveniendi causa sacris functionibus assignari debeat sacrarium, seu aliud cubiculum eidem adnexum, in quo persistat, usquedum sacræ functiones incipiunt, in casu, etc.

6. An sit servanda consuetudo faciendi in festo Purificationis Beatissimæ Virginis præter distributionem candelarum in altari, etiam alteram mulieribus, et populo in janna ecclesiæ ante discessum magistratus ab ecclesia, seu potius sit facienda post discessum ejusdem magistratus, in casu, etc.

7. An eidem magistratui intervenienti publicis concionibus præter solitam generalem reverentiam ante initium concionis, fieri debeat a sacris concionatoribus specialis reverentia post inceptum exordium concionis, in casu, etc.

Et sac. eadem congregatio, utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem eminentissimi ponentis, rescribendum censuit: *Ad 1, servetur solitum; ad 2, affirmative ad primam partem; ad 3, 4 et 5, negative; ad 6, faciendam esse post discessum magistratus; ad 7, faciendam esse unicam reverentiam ante initium concionis, primam capitulo, alteram magistratui, et generalem populo, et amplius in omnibus.* Et ita eminentissimi Patres censuerunt, declararunt, et servari mandarunt. Die 23 Junii 1781.

*Aretina.*

1689. Porrecto sacræ Rituum congregationi nomine archipresbyteri ecclesiæ collegiatæ loci Trojani diœcesis Aretinæ supplici libello pro resolutione sequentium dubiorum.

1. An in nocte Nativitatis Domini nostri Jesu Christi liceat cuicunque sacerdoti ante auroram celebrare Missam privatam absque indulto Sedis Apostolicæ; et quatenus negative.

2. An contraria praxis, ubi introduci vellet, vel jam esset introducta, declaranda sit abusus, et directe opposita legibus Ecclesiæ, ita ut per episcopum sit abscindenda.

Sacra eadem congregatio, audito prius voto unius ex apostolicarum cæremoniarum magistris, scriptis exarato, typisque vulgato, ad relationem eminent. et reverend. D. card. vicecomitis ponentis, rescribendum censuit : *Ad 1, non licere; ad 2, contrariam consuetudinem declarandam esse abusum, et episcopus curet abscindi.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 18 Septemb. 1781.

*Civitatis Castellanæ Præeminentiarum.*

Inter capitulum insignis collegiatæ ecclesiæ matricis S. Andreæ terræ Vallerani, et reverend. D. Victorem parchiaroni curatum venerab. ecclesiæ S. Victoris, et reverend. dominum Hieronymum Janni sacristam alterius ven. ecclesiæ B. Mariæ Virginis de Ruscello dictæ terræ Vallerani super dubiis:

1. An sit locus observationi concordiæ anni 1754, initæ inter archipresbyterum S. Andreæ, et curatum S. Victoris super processione Corporis Christi, seu potius capitulo insignis collegiatæ, et parochialis ecclesiæ S. Andreæ competat privative jus faciendi dictam processionem tam in dicto festo, quam in ejus Octava, et quatenus *affirmative ad secundam partem.*

2-3. An sit locus observationi alterius concordiæ anno 1731, initæ inter easdem partes super alternativa celebratione ecclesiasticarum functionum intra annum.

4. An capitulo insignis collegiatæ, et parochialis S. Andreæ competat privative jus faciendi processionem Sanctissimi Sacramenti tertia Dominica cujuslibet mensis; et quatenus *affirmative.*

5-7. An curatus et coadjutor S. Victoris debeant abstinere a celebratione, seu cantu choralium Officiorum, et Missæ conventualis; et quatenus *negative.*

8. An dicto curato, et coadjutori sint assignandæ horæ distinctæ ab horario dictæ ecclesiæ collegiatæ.

9. An totus clerus terræ Vallerani, et signanter supradictus curatus, et coadjutor S. Victoris, et

Digitized by Google

capellani ecclesiæ B. M. V. de Ruscello, cogendi sint ad interessendum omnibus processionibus publicis, quæ privative fiunt ab archipresbytero, et capitulo ecclesiæ collegiatæ.

10. An post archipresbyterum spectent privative ad præpositum, iisque absentibus, vel impeditis, ad canonicos dictæ collegiatæ omnia jura præeminentialia tum in processionibus, tum in aliis publicis functionibus, quæ privative fiunt a dicto archipresbytero, et capitulo.

11. An in processionibus, quibus interveniunt capitulum collegiatæ, curatus, et coadjutor S. Victoris, necnon sacrista, et capellani B. M. V. de Ruscello debeant omnes incedere, et in quo loco sub cruce capituli.

12. An, et qui locus sit assignandus in aliis functionibus prædicto curato, sacristæ, et capellanis.

13. An immediate post processiones, quæ ducuntur ad Ecclesiam S. Victoris tam die festo S. Antonii Patavini, quam die quinta Septembris, celebranda sit, et a quo, Missa solemnis.

14. An diebus festis sanctorum, et votivis celebrari solitis in ecclesia S. Victoris, quibus intervenit archipresbyter, et capitulum S. Andreæ ad celebrandum officia choralia, et Missam solemnem, liceat curato dictæ ecclesiæ S. Victoris aliam Missam solemnem, et alia officia choralia vel ante, vel post interventum prædicti capituli celebrare.

15. An invito capitulo, ad associationem cadaveris alterius parœciæ S. Victoris debeat illius curatus incedere, quo loco, et cum stola, sub cruce capituli.

16. An electa a parochiano S. Victoris sepultura in ecclesia collegiata, et recusante illius curato levare, atque associare cadaver, liceat capitulo levare, et deferre illud ad propriam ecclesiam.

17. An electa a parochiano S. Andreæ sepultura in ecclesia S. Victoris, liceat capitulo ingredi dictam ecclesiam cum stola, et cruce elevata, et aliquas functiones facere circa cadaver.

18. An liceat idem archipresbytero, et, eo absente, præposito, et capitulo in associatione funerum ad alias quascunque ecclesias etiam extra districtum parœciæ S. Andreæ.

19. An dignitatibus, vel, iis impeditis, canonicis Missam, et Vesperas solemniter ubicunque extra propriam Ecclesiam celebrantibus competat jus habendi assistentes in officio diaconi, et subdiaconi de gremio capituli.

20. An curato S. Victoris terræ Vallerani liceat ducere processiones particulares ejusdem ecclesiæ extra portas dictæ terræ.

21. An archipresbytero S. Andreæ terræ Vallerani liceat ducere processiones particulares ejusdem Ecclesiæ extra ambitum suæ parœciæ.

22. An concio quadragesimalis, et tempore Adventus tam diebus feriatis, quam festivis privative fieri debeat in dicta ecclesia collegiata.

23. An constet de attentatis, et quomodo, et a quo sint purganda.

A sacra congregatione responsum fuit, ut sequitur: *Ad* 1, *negative ad primam partem, affirmative ad secundam quoad diem festum tantum; ad* 2-3, *negative, et ecclesiam S. Victoris reintegrandam esse ad primæva jura; ad* 4, *negative et ad mentem; ad* 5-7 *et* 8, *negative, ad* 9, *affirmative quoad processiones publicas et generales tantum; ad* 10, *affirmative quoad functiones spectantes ad archipresbyterum tanquam primam dignitatem; ad* 11, *affirmative in omnibus, ante capitulum, et clerum sub ipsius cruce; ad* 12, *provisum in antecedenti; ad* 13, *celebrandam esse per digniorem de capitulo; ad* 14, *negative; ad* 15, *dilata, et ad eminent. ponentem juxta mentem; ad* 16, *perquisito, expectato per congruum tempus, et renuente parocho, affirmative; ad* 17 *et* 18, *dilata et ad eminent. ponentem juxta mentem; ad* 19, *affirmative, quando totum capitulum convenire debet; ad* 20, *affirmative, dummodo sit intra ambitum parœciæ, et interveniat licentia Ordinarii; ad* 21, *negative; ad* 22, *ad eminent. ponentem juxta mentem; ad* 23, *nihil de attentatis: et in omnibus dubiis amplius.*

Spiegazione della mente della sagra congregazione: Ad dubium quartum: *La mente è, che la processione da farsi la terza Domenica di ciascun mese non sia privativa della Chiesa di S. Vittore, ma che l' Ordinario concordi il giorno, in cui si debba fare dall' una, e dall' altra chiesa*; ad dubia 15, 17 *et* 18, *la mente è, che scriva un maestro di ceremonie da destinarsi dall' eminentissimo ponente*; ad dubium 22, *la mente è, che l' Ordinario, osservato ambedue le Chiese, ed àvuto riflesso alle ragioni, che possono competere all' una, e all' altra, destini il luogo, o i luoghi, dove si debba fare la Predica nella Quaresima, e nell' Avvento.* Et ita declaravit, et servari mandavit. Die 10 Septembris 1782.

*Gnesnen.*

1690. Reverend. archiepiscopus Gnesnensis Poloniæ primas ad præcidendas controversias, quæ exortæ fuerant inter canonicos suæ ecclesiæ metropolitanæ; et primatialis episcopali charactere insignitos, et eos, qui episcopali dignitate carent super præcedentia tam in choro, quam in aliis ecclesiasticis functionibus, mandavit rem proponi in capitulo, eaque per dictum capitulum generale remissa ad ejusdem reverend. archiepiscopi reditum in patriam; etsi certo ipsi non innotuerit, an capitulum prædictum totum arbitrium ipsi conferre voluerit, vel non; cum tamen dilatio ulterior jurgia, et controversias magis excitasset, infrascripta decreta imposterum observanda pro bono, et quiete Ecclesiæ suæ, et dignitate episcopali, edidit, videlicet:

Universis, et singulis, quorum interest, intererit, aut quomodolibet interesse in futurum poterit, significamus, et ad notitiam indubitatam deducimus, relatum nobis fuisse, et esse qualiter in capitulo generali illustrissimorum, perillustrium reverendissimorum prælatorum, et canonicorum almæ ecclesiæ nostræ metropolitanæ Gnesnensis, pro festo Translationis S. Adalberti episcopi, et martyris die Martis 29 mensis Octobris anno elapso celebrato propositum fuerit de, et super stallo, ac loco in choro dictæ ecclesiæ nostræ metropolitanæ episcopis titularibus, prælaturas, et canonicatus in eadem ecclesia possidentibus assignando, idemque negotium ad nos, uti et tanquam loci Ordinarium Gnesnensem, sit remissum, mediante decreto ejusdem capituli generalis, die, ut supra, lato tenoris sequentis.

Illationem hanc illustrissimi, et reverendissimi dom Gasparis Izaiowski episcopi Larandensis canonici metropolitani, ac administratoris generalis archidiœcesis Gnesnensis de stallo episcopis titularibus, prælaturas, et canonicatus in hac ecclesia possidentibus in choro designando factam, præsens reverendissimum capitulum generale ad felicem celsissimi principis loci Ordinarii in patriam adventum remittit. Nos itaque illationem hujusmodi decreto capitulari ad Nos remissam, totumque hinc inde emergens negotium cum omnibus suis adnexis, et connexis auctoritate nostra ordinaria resolventes, unaque simul, quibusvis dubiis, et controversiis de stallo, et præcedentia ad præsens exortis, sive imposterum quomodolibet exoriundis provise, et indilate occurrere volentes, inhærendo tum laudabili consuetudini aliarum ecclesiarum cathedralium in præmissis observari solitæ, tum attento eo, quod in hoc potissimum regno dignitas episcopalis plurimum honoratur, eoque intuitu episcopi Poloni tam in senatu, quam in publicis consessibus, priori loco distinguuntur, eo magis ut in facie ec-

Digitized by Google

clesiæ nostræ metropolitanæ, primariæ regni basilicæ, idem episcopalis ordo conformi præcedentia dignoscatur, statuendum, atque ordinandum esse duximus.

Et quidem I, episcopi, et simul regni senatores, quoties ad aliquam prælaturam, vel canonicatum in ecclesia nostra metropolitana Gnesnensi possidere contigerit, omnes alios præcedant, primumque locum in choro, ac processionibus dictæ ecclesiæ nostræ metropolitanæ obtineant.

II. Post eosdem autem episcopos senatores suffraganei nostri locales archidiœcesani, et quidem primo Gnesnensis, dein Loviciensis, in choro stallis, et processionibus in eadem ecclesia aliis episcopis titularibus præcedant.

III. Post suffraganeos nostros locales, episcopi in partibus titulares, et canonicatus in præfata ecclesia nostra metropolitana possidentes, pro dignitate suarum prælaturarum, sive juxta senium suorum canonicatuum locum habeant.

IV. Post episcopos titulares administrator generalis archidiœcesis præsentis pro tempore exsistens sedeat, et præcedat. Quod si autem idem administrator generalis fuerit episcopus senator, ex tunc aliis episcopis senatoribus præferendus; si vero fuerit episcopus tantum titularis, tunc immediate post suffraganeum nostrum Loviciensem aliis episcopis titularibus præeat. Subsequenter reliqui prælati, et canonici dictæ ecclesiæ nostræ metropolitanæ ordine pontificali non insigniti, juxta distinctionem prælaturarum, sive senium canonicale, stallum in choro, et locum in processionibus obtineant. Et ita resolvimus, decernimus, statuimus, atque ordinamus hujusmodi nostram resolutionem, decisionem, atque ordinationem abhinc, et imposterum per reverendissimum capitulum ecclesiæ nostræ metropolitanæ Gnesnensis inviolabiliter observari, teneri, et effectuari volumus, disponimus, atque obstringimus. In quorum fidem præsentes manu nostra subscripsimus, et sigillo nostro communicari jussimus. Dabantur Francofurti ad Menum, die 18 mensis Januarii anno Domini 1783. *Quæ quidem decreta probata Sanctissimo fuerunt, sequenti rescripto,* die 12 Martii 1783. Et *audientia Sanctissimi. Sanctissimus benigne approbavit decreta edita a reverendissimo archiepiscopo, de quibus in precibus. C. Airoldi sac. Rit. congregat. secretarius.*

*Nullius S. Laurentii Scurialensis provinciæ Toletanæ.*

1691. Cum Patri priori et fratribus regalis monasterii Nullius S. Laurentii Scurialensis provinciæ Toletanæ nonnulla occurrerint dubia super Officiorum et Missarum celebratione, sacræ Rituum congregationi humillime supplicarunt, quatenus ea benigne declarare dignaretur. Dubia sunt sequentia, nempe:

1. An priori et fratribus monasterii S. Laurentii Scurialensis Officium duplex cum Octava singulis annis in honorem sanctorum, quorum reliquias habent, ex indulto recitantibus, liceat simul festa particularia die propria celebrare de sanctis, quorum corpora, vel notabilem reliquiam custodiunt.

2. An ipsis id liceat saltem, quia usque ad hæc novissima tempora recitare consueverunt.

3. An insuper celebrare possint festa particularia cum ritu duplici de Sanctis, quorum reliquias notabiles servant.

4. An juxta rubricas Breviarii Romani sub ritu semiduplici tantum, vel simplici celebrare deberent sanctorum Officia, si illorum reliquia in Ecclesia insignis non exstaret

Et sacra eadem congregatio, audito prius voto unius ex apostolicarum cæremoniarum magistris, scriptis exarato, ad mei infrascripti secretarii relationem, rescribendum censuit: *Ad 1, affirmative, si reliquiæ sanctorum sunt insignes, aut notabiles, seu illa pars corporis, in qua passus est martyr, modo sit integra, et non parva, ac legitime ab Ordinario approbata, et dummodo habeatur specialis concessio a S. Sede apostolica, quando iidem sancti descripti non sunt in Martyrologio Romano; ad 2, affirmative de sanctis, ut in primo; de aliis etiam affirmative, si eorum celebratio invecta sit ante Bullam S. Pii PP. V editam VII Idus Julii* 1568; *ad 3, de sanctis, quorum habentur reliquiæ insignes, sub ritu duplici minori; si vero notabiles, ritu semiduplici, et etiam superiori, si a S. Sede apostolica, aut a sacra Rituum congregatione concessum sit; ad 4, negative.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 29 Martii 1783.

*Senogallien.*

1692. Porrectis per Aloysium Fabbri et Vincentium Trusiani, canonicos deputatos a capitulo insignis ecclesiæ collegiatæ terræ Montis Martiani, diœcesis Senogalliensis, sac. Rituum congregat. humillimis precibus pro declaratione sequentium dubiorum:

1. Utrum circa præeminentiam faciendi chorales functiones solemniores non parochiales servari debeat decretum hujus sacri tribunalis in Andrien. 3 Decembris 1672. An vero aliud valde differens in Compsana collegiata terræ Colliani 23 Martii 1709. An tandem illud in Lucana 15 Martii 1721, contra primam dignitatem illius insignis collegiatæ, per quod videtur quamcunque præeminentiam dictas functiones privative faciendi collegiatarum dignitatibus denegari juxta decretum eminentissimi ac reverendissimi episcopi.

2. Num in hoc casu liceat cuilibet hebdomadario absque singulorum capitularium consensu favore dignitatis renuntiare juri suo, et sic turbare possessionem capituli in dictis actibus per hebdomadarium indiscriminatim exercendis.

3. An in casu, quo decretum in Andrien. erga primam dignitatem debeat observari, eadem præeminentia in secundis feriis Nativitas D. N. J. C., Resurrectionis, Pentecostes, aliorumque festorum pertineat ad priorem, et quorum.

4. Num liceat aliquibus canonicis renuntiare capitulari juri per eminentissimum et reverendissimum dominum episcopum asserto celebrandi Missas decantandas pro anniversariis benefactorum, festivitatibus, etc., ac novendiales aliasque similes functiones. An illud vicibus sibi fungentibus, sive aliud ad hebdomadarium spectans celebrandi Missas solemnes, ac Vesperas, quæ habent processiones, vel alias functiones quasi adnexas, transferre in primam vel alteram dignitatem, sibi hæc privative deberi contendentes, et sic incertum reddere jus capituli.

5. Utrum cum dd. Missæ, vel aliæ extra chorales functiones ad alios pertinent collegas juxta institutum turnum de mandato ejusdem episcopi liceat illis canonicis a choro, et cantu per capitulares de necessitate præstando (quoniam mansionarii curæ animarum addicti sunt, et alii decentes cantores non habentur), se substrahere, relinquere insufficientem ad id canonicorum numerum, et ita non tantum exercitium juris capitularis, sed etiam fidelium devotionem in derisum vertere, vel impedire.

6. An duo saltem adesse debeant inservientes clerici in funeribus; alter crucem deferens ac tenens, alter vero parocho ministrans; an vero sufficiat unus.

7. Num stipendia a defunctorum hæredibus pro cruce, et dicto clerico ministrante solvi solita, sint de juribus parochialibus, an potius capitularibus, spectentque ad deferentem crucem, et respective dictum clericum ministrantem, sive ad sacristam collegiatæ salarium dictis clericis solventem, juxta illud decretum ejusdem eminentissimi ac reverendissimi episcopi.

Sacra eadem congregatio, habita prius eminentissimi et reverendissimi episcopi informatione, ad relationem eminentissimi et reverendissimi domini

Digitized by Google

cardinalis vicecomitis ponentis, rescribendum censuit : *Ad 1, affirmative ad primam partem; in reliquis arbitrio eminentissimi episcopi.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 2 Augusti 1783.

*Senogallien.*

1693. Proposito in congregatione sacrorum Rituum inter fratres ordinis Minorum conventualium Sancti Francisci terræ Montis Novi diœcesis Senogalliensis ex una, et abbatem Franciscum Festarini parochum ecclesiæ S. Mariæ de Platea dictæ terræ ex altera, partibus, infrascripto dubio coram eminentissimo et reverendissimo domino cardinali Archinto præfecto, et ponente concordato : *An in funeribus explendis in ecclesia PP. Minorum conventualium S. Francisci Montis Novi, in digniori loco consistere debeat crux ecclesiæ tumulantis, seu potius illa ecclesiæ abbatialis, et parochialis, in casu, etc.* Sacra eadem congregatio, utraque parte, scripto et voce informante, prius audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem eminentissimi ponentis rescribendum censuit : *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 2 Augusti 1783.

*Volturarien.*

1694. Proposito per eminentissimum et reverendissimum dominum cardinalem Archinto sacræ Rituum congregationis præfectum, et ponentem in eadem sacra Rituum congregatione, ad instantiam cleri S. Marci diœcesis Volturariensis infrascripto dubio : *An a clero S. Marci diœcesis Volturariensis recitari debeant duo Officia pro duabus translationibus corporis S. Januarii martyris, unum nempe Dominica prima vel secunda Maii, alterum die vigesima tertia Octobris, juxta concessiones factas per hanc sacram Rituum congregationem, seu potius alterum ex illis.* Et sacra eadem congregatio, audito prius voto unius ex apostolicarum cæremoniarum magistris, scriptis exarato, typisque vulgato, ad relationem ejusdem eminentissimi ponentis rescribendum censuit : *Teneri clerum S. Marci ad recitationem utriusque Officii pro duplici distincta translatione corporis S. Januarii martyris, juxta concessiones factas per hanc sacram Rituum congregationem, neque ullo pacto posse sive ab uno, sive ab altero abstinere.* Et ita declaravit. Die 2 Augusti 1783.

*Lusitana.*

1695. Ex parte Antonii de Padua Correa, canonici congregationis canonicorum sæcularium Sancti Joannis evangelistæ in Lusitania, sacræ Rituum congregationi supplicatum fuit pro declaratione sequentium dubiorum, quæ sunt.

1. Num in ecclesiis choro astrictis diebus illis, in quibus Officium aut nocturnum Defunctorum recitatur die duplici majori, vel minori, vel semiduplici, præter Missam de *Requiem*, debeat, necne, Missa alia celebrari Officii illius diei.

2. Inquiritur, qualis in die commemorationis Defunctorum, cum pro uno tantum Missa applicatur, dici debeat, nimirum si prima propria diei, aut vero Missa communis sub ritu semiduplici.

3. Utrum in ecclesiis regni Lusitani, ubi feria quinta Ascensionis Domini Nona cantatur solemnis post meridiem usque ad primam horam absque Officii interpolatione, debeatur cereus paschalis exstingui statim post Evangelium Missæ solemnis, aut vero conservari usque ad finem Nonæ, et tunc exstingui, finita antiphona prædictæ horæ.

Et sacra eadem congregatio, audito prius voto unius ex apostolicarum cæremoniarum magistris, scriptis exarato, typisque vulgato, ad relationem eminentissimi et reverendissimi domini cardinalis vicecomitis ponentis rescribendum censuit : *Ad 1, affirmative, quia Missa conventualis de Officio currenti omitti non potest; ad 2, cum Lusitani gaudeant privilegio tres Missas celebrandi in die commemorationis defunctorum, qualemcunque trium a Benedicto XIV ipsis præscriptarum possunt dicere, licet pro uno tantum Missa applicetur; ad 3, affirmative quoad primam partem dubii, et negative quoad secundam: quia rubrica Missalis adamussim servari debet.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 20 Decembris 1783.

*Urbis et Orbis.*

1696. Cum ex peculiaribus dubiis ex parte nonnullorum parochorum, seu aliorum ad præscriptarum in rubricis regularum observantiam deputatorum sacræ Rituum congregationi propositis, compertum fuerit, non levem alicubi subortam esse dubitationem et controversiam super intelligentia generalis illius rubricæ, quæ in Missali Romano ascripta legitur ante Missam *pro sponso et sponsa*, videlicet : *Quod si benedictio nuptiarum facienda sit pro sponso et sponsa die Dominico, vel alio die festo, dicaturMissa de Dominica. vel festo, etc., cum commemoratione sequentis Missæ pro sponso et sponsa;* dum aliqui censent rubricam illam locum habere in omnibus diebus, quibus celebretur Officium et Missa de festo duplici sive majoris, sive minoris ritus, quibusque proinde minime licet præmissas inibi Missas votivas pro sacerdotum devotione celebrare; alii vero putant præfata verba, *vel alio die festo*, intelligenda tantum esse de festis solemnioribus, et festivis de præcepto: hinc sacra eadem congregatio, referente eminentissimo et reverendissimo domino cardinali Corsino episcopo Sabinensi, ad dirimendas imposterum controversias, et dubitationes de medio tollendas, præsenti generali decreto statuit : In celebratione nuptiarum, quæ fit extra diem Dominicum, vel alium diem festum de præcepto, seu in quo occurrat duplex primæ vel secundæ classis, etiamsi fiat Officium et Missa de festo duplici per annum, sive majori, sive minori, dicendam esse Missam *pro sponso et sponsa*, in fine Missalis post alias Missas votivas, specialiter assignatam : in diebus vero Dominicis, aliisque diebus festis de præcepto, ac duplicibus primæ, et secundæ classis, dicendam esse Missam de festo cum commemoratione Missæ *pro sponso et sponsa*. Atque ita decrevit, et servari mandavit. Die 20 Decembris 1783.

Factaque deinde per me secretarium de prædictis sanctissimo domino nostro Pio PP. VI, relatione, Sanctitas Sua præfatum sacræ congregationis generale decretum confirmavit, et ubique exsecutioni dandum esse præcepit. Die 7 Januarii 1784.

*Civitatis Castelli.*

1697. Exortis inter parochos, priores, cæterosque rectores ecclesiarum sæcularium civitatis Castelli controversiis ex una, et capitulum, necnon præpositum archidiaconum, aliosque canonicos ecclesiæ cathedralis dictæ civitatis, ex altera, partibus, super jure porrigendi aspersorium episcopo in processionibus, illisque ad sacram Rituum congregationem delatis, infrascriptum dubium coram eminentissimo ac reverendissimo domino cardinali vicecomite ponente concordatum, decidendum propositum fuit : *An, et a quo in actu ingressus ad ecclesias priorales et parochiales civitatis Castelli sit porrigendum aspersorium aquæ benedictæ episcopo incedenti processionaliter in diebus Rogationum, seu alia quavis occasione insimul cum canonicis cathedralis vestibus canonicalibus indutis, et capitulariter procedentibus, in casu, etc.* Et sacra eadem congregatio, visis tantum juribus parochorum, priorum, cæterorumque rectorum ecclesiarum sæcularium dictæ civitatis, eorumque procuratore, scripto et voce informante, audito, cum pars adversa pro dilatione institerit, ad relationem præfati eminentissimi ponentis rescribendum censuit : *Dilata, et per modum provisionis servetur constitutio synodalis.* Et ita declaravit. Die 27 Aprilis 1783.

*Pisauren.*

1698. Exorta controversia inter Hieronymum Angeli aliosque presbyteros sæculares civitatis Pi-

sauri ex una, et promotorem fiscalem curiæ episcopalis dictæ civitatis ex altera, partibus, super jure interessendi processioni Sanctissimi Corporis Christi, illaque ad sacram Rituum congregationem delata, infrascripta dubia coram eminent. et reverend. domino cardinali Boschi ponente concordata decidenda proposita fuerunt.

1. An presbyteri nullum beneficium habentes in cathedrali ecclesia Pisauri teneantur accedere ad processionem Sanctissimi Corporis Christi, in casu, etc.

2. An teneantur deferre cereum propriis sumptibus coemptum, in casu, etc.

3. An sit locus pœnæ aureorum scutorum 13 in casu, etc.

Et sacra eadem congregatio, scripto et voce informante procuratore presbyterorum sæcularium tantum, promotore fiscali non comparente, visisque juribus deductis, ad relationem præfati eminentissimi ponentis, rescribendum censuit : *Ad* 1, *ex hactenus deductis, negative; Ad* 2, *et* 3, *provisum in primo.* Et ita declaravit, et servari mandavit. Die 27 Aprilis 1784.

*Amerina.*

1699. Porrectis per canonicos collegiatæ ecclesiæ Assumptionis B. M. V. oppidi Luniani diœcesis Amerinæ humillimis precibus pro declaratione sequentium dubiorum :

1. An extra casum necessitatis possit permitti a superiore, ut canonicus constitutus in minoribus ordinibus cantet epistolam in Missis solemnibus paratus absque manipulo, et quatenus negative;

2. An pro eo supplere debeat qui immediate illi præcedit, et illo legitime impedito, an debeant supplere alii canonici subsequentes, sive in diaconali, sive in subdiaconali ordine sint constituti juxta ordinem antianitatis, in casu, etc.

Sacra eadem congregatio, habita prius rever. episcopi informatione, auditoque etiam unius ex apostolicarum cæremoniarum magistris voto scriptis exarato, typisque vulgato, ad relationem em. et reverend. domini cardinalis Archinto sacræ Rituum congregationis præfecti, et ponentis, rescribendum censuit : *Ad* 1, *negative, et episcopus curet abscindere consuetudinem tam in cathedrali, quam in collegiata, videlicet extra casum absolutæ et præcisæ necessitatis, non posse a superiore permitti, ut clericus in minoribus pro subdiacono suppleat in Missis solemnibus paratus sine manipulo, et pro hujusmodi effectu, per episcopum abscindendam esse consuetudinem* (tam) *in cathedrali, ubi clerico etiam extra casum necessitatis permittitur, se parare pro subdiacono sine manipulo, quam in collegiata, in qua induci vellet, ut canonicus clericus ministret pro subdiacono sine manipulo, exsistentibus aliis canonicis diaconis, et presbyteris, ad quos de jure spectat supplere vices canonici clerici in officio subdiaconi;* ad secundum, *dilata, et ad mentem : mens vero est, quod ab eo canonico hujusmodi officium præstetur, ad quem spectat per constitutiones, et consuetudines capitulares dictæ Ecclesiæ respicientes servitium chori supplere vices canonici ultimi, qui absens forte sit, vel infirmus, vel quovis alio modo legitime impeditus. Istius siquidem servitii ordo adamussim retinendus constantissime est ad præscriptum ab ecclesiasticis legibus, atque a notissimis decretis hujusmet sacræ congregationis, ad quam, si quando aliquid, vel novæ difficultatis, vel controversiæ emerserit, semper patebit aditus.* Et ita declaravit, et servari mandavit. Hac die 18 Decembris 1784.

*Setina.*

1700-1701. Inter Franciscum Cima canonicum ecclesiæ cathedralis civitatis Setinæ anteriorem in possessione canonicatus, et Angelum Tirletti ejusdem ecclesiæ cathedralis canonicum anteriorem in ordine sacerdotali, posteriorem autem in possessione canonicatus, orta controversia super jure præcedendi in choro, aliisque functionibus ecclesiasticis, illaque ad sac. Rit. congregationem delata infrascriptum dubium coram eminent. ac rever. domino cardinali Archinto præfecto, et ponente, concordatum propositum fuit, nempe : *An canonicus Tirletti in assumptione canonicatus posterior, in presbyteratus vero ordine anterior, locum digniorem cedere debeat canonico Cima antea inter canonicos cooptato, licet in ordine presbyteratus posteriori, in casu,* etc. Et sacra eadem congregatio, utraque parte scripta, et voce informante, expensisque juribus hinc inde deductis, ad relationem eminent. et reverend. dom. cardinalis Archinto ponentis, rescribendum censuit : *Affirmative.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 30 Aprilis 1785.

*Portugallen.*

1702. Relatis in sacra Rituum congregatione per em. et reverend. dominum cardinalem Boschi ponentem ad instantiam magistri cæremoniarum ecclesiæ cathedralis Portugallensis infrascriptis dubiis, nempe :

1. An recipienda sit in praxi doctrina cujusdam anonymi auctoris asserentis, quod ad deponendum Sanctissimum Sacramentum a suo eminentiori throno, parentur in sacristia sacerdotes tres, unus scilicet amictu, alba, stola et pluviali; alii vero duo assistentes, pluvialibus tantum super cottas, quorum dignior assistens deponat ostensorium (notetur), quin utatur stola, quia (ait ipse auctor) est pluviali indutus.

2. Utrum retineri debeat, ut duo diaconi assistentes a lateribus episcopi in solemnissima processione Corporis Christi, et feria quinta in Cœna Domini parentur amictu, alba et dalmatica. Ratio est dubitandi, quia Cæremoniale episcoporum cap. 23 et 33, lib. II, non meminit stolarum.

3-4. An incongruum sit, quod ad augendam fidelium devotionem, publice exponatur in nocte Nativitatis Domini Sanctissimum Sacramentum, eo quod incongruum est, ipsa nocte fideles communicari, ex decreto sacr. Rituum congregat. 20 Aprilis 1605.

5. Sacra Rituum congregatio die 6 Decembris 1653 decrevit, quod Missa de Dominica cujuslibet mensis, seu festo duplici, cum fit particularis processio cum Sanctissimo Sacramento, dici debeat cum commemoratione ejusdem; at quæritur si processio absoluta fuerit, Sanctissimumque reconditum antequam cantetur Missa conventualis, utrum debeat fieri in dicta conventuali eadem commemoratio.

6. Utrum tolerari possit, ut in collegiata, cum in choro adsint beneficiati sacerdotes, unus in minoribus constitutus impleat onus suæ hebdomadæ in decantandis tantummodo Horis canonicis, vertendo versum, *Dominus vobiscum,* in, *Domine, exaudi orationem meam.*

Eadem sacra congregatio sub infrascripta die habita, audito prius voto unius ex magistris cæremoniarum apostolicarum, typis cuso, reque mature perpensa, rescripsit, ut infra, videlicet : *Ad* 1, *negative, et ad mentem juxta votum magistri cæremoniarum, nempe vel duos assistentes sumere debere dalmaticam et tunicellam, vel alium sacerdotem cum cotta et stola, ponere debere ostensorium cum Sanctissimo Sacramento; ad* 3-4, *non probari, utpote extra communem ecclesiarum consuetudinem; ad* 5, *negative; ad* 6, *negative.* Atque ita servari mandavit. Die 17 Septembris 1785.

*Placentina.*

1703. Relato in sac. Rituum congregatione per emin. et reverend. dominum cardinalem Archintum loco eminent. et reverend. D. cardinalis vicecomitis ponentis, ad instantiam canonicorum ecclesiæ collegiatæ S. Petri oppidi Bronæ diœcesis Placentinæ, infrascripto dubio, nempe : *An attenta consuetudine per centum annos servata, sed postea interrupta, et reassumpta, ut in casu, debeatur præce-*

Digitized by Google

*dentia, in choro et processionibus canonicis diacono et subdiacono collegiatæ oppidi Bronæ ordine sacerdotali insignitis, et possessione anterioribus, supra canonicos sacerdotes possessione posteriores, an vero hæc debeatur canonicis sacerdotibus, etsi possessione recentioribus.* Eadem sacra congregatio sub infrascripta die habita, re mature perpensa, rescripsit: *Negative ad primam partem, et affirmative ad secundam.* Atque ita servari mandavit. Die 27 Maii 1786.

*Setina.*

1704. Exortis inter archidiaconum Pilorei, et præpositum Fosci, dignitates ecclesiæ cathedralis civitatis Setinæ ex una parte, et canonicos ejusdem ecclesiæ cathedralis dictæ civitatis ex altera, controversiis super præeminentia, et juribus pro sacris divinisque peragendis, necnon ecclesiasticis muneribus obeundis in prædicta ecclesia cathedrali, cum eæ ad sac. Rituum congregationem delatæ fuissent, infrascriptum dubium coram eminentissimo et reverendissimo D. cardinali vicecomite ponente concordatum, propositum fuit, nempe: *An, et cui competat jus exercendi functiones sacras in solemnioribus anni festivitatibus, absentibus vel impeditis episcopo et archipresbytero cathedralis Setinæ, in casu,* etc. Et sacra eadem congregatio, utraque parte scripto et voce informante, expensisque juribus hinc inde deductis ad relationem eminentissimi et reverendissimi D. cardinalis Archinto sacræ Rituum congr. præfecti, loco ejusdem eminentissimi ponentis, rescribendum censuit: *Competere canonico digniori juxta solitum, non autem archidiacono, vel præposito, et amplius.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 27 Maii 1786.

*Ariminen.*

1705. Archidiaconus et canonici ecclesiæ cathedralis Ariminensis humillime S. R. congregationi supplicarunt, ut infrascriptis in dubiis quid servandum esset, decernere dignaretur, nempe:

1. An in illis ecclesiis, in quibus non ex fundatione, aut obligatione, sed ex mera devotione singulis Sabbatis cantari solet Missa votiva B. M. V., hujusmodi Missa cantari etiam debeat, ubi in eisdem Sabbatis occurrant festa ritus duplicis primæ et secundæ classis, vel cadant feriæ privilegiatæ; et quatenus negative,

2. An idem servari debeat, quoties in enuntiatis Sabbatis contingant festa Dedicationis ecclesiæ, sancti titularis, aut Patroni principalis civitatis.

3. An dicta Missa votiva B. M. V. celebrari debeat, ubi in Sabbatis occurrat aliud festum præfatæ B. M. V. sive illud sit altioris, seu minoris ritus.

Sacra eadem congregatio, audita prius sententia unius ex apostolicarum cæremoniarum magistris, referente eminentissimo et reverendissimo D. cardinali Boschi rescribendum censuit: *Ad* 1, *negative; ad* 2, *provisum in primo; ad* 3, *negative.* Et ita declaravit, et servari mandavit. Die 10 Martii 1787.

*Lusitana.*

1706. Supplicante sacræ Rituum congregationi P. D. Laurentio a S. Maria, superiore generali canonicorum regularium regni Lusitaniæ, nomine etiam Patrum in definitorio congregatorum suæ congregationis pro resolutione sequentis dubii, nempe: *An congregatio canonicorum regularium Lusitaniæ permanere debeat in antiqua possessione recitandi, ex apostolico indulto, sub ritu duplicis majoris Officium sancti archangeli Gabrielis, Dominica prima non impedita cujuslibet mensis a Pascha usque ad Adventum; seu potius firmo remanente eodem ritu duplicis majoris, teneatur se conformare universo Portugalliæ regno, ubi dictum Officium præfati S. archangeli recitatur die 18 Martii sub ritu duplicis minoris.* Sacra eadem congregatio, audita prius sententia unius ex apostolicarum cæremoniarum magistris, referente eminentissimo et reverendissimo D. cardinali Boschi ponente, rescribendum censuit: *Affirmative ad primam partem, etiam quoad ritum; negative ad secundam.* Et ita declaravit. Die 10 Martii 1787.

*Ordinis Minorum S. Francisci Reformatorum provinciæ S. Mariæ de Arrabida in Lusitania.*

1707. Porrectis a P. ministro provinciali et Patribus definitorii ordinis Minorum S. Francisci Reformatorum S. Mariæ de Arrabida in Lusitania sac. Rituum congregationi humillimis precibus pro declaratione infrascriptorum dubiorum, nempe:

1. Provincia Arrabidensis ducentis abhinc annis initium habuit supra montana Arrabidæ, ubi adest conventus sub titulo B. M. V. de Arrabida, cujus titulo memorata provincia a suo exordio condecoratur. Usque nunc B. M. V. non celebratur ut titularis præfatæ provinciæ contra decreta et rubricam. Populus tum Lusitanus tum externus magnam devotionem profitetur erga eamdem B. M. V.; quapropter, ut impleatur præceptum de recitando Officio titularis provinciæ juxta rubricas Breviarii Seraphici tit. VII, de Octava, num. 76, 77, 78, et etiam ut satisfiat devotioni populorum, petit, ut in tota provincia recitetur imposterum de B. M. V. titulari ejusdem provinciæ cum Officio, prout in festo ad Nives 5 Augusti, assigneturque præfata dies 5 Augusti pro festo B. M. de Arrabida titularis provinciæ; lectiones vero secundi nocturni desumentur ex festo Nativitatis ejusdem B. M. V. 8 Septembris, mutato *Nativitate* in *Festivitatem*, sicut in festo S. Mariæ Angelorum ex decreto S. R. congregationis 10 Junii 1690.

2. In conventibus Dominæ nostræ da Boaviage; Dominæ nostræ a Pietate em. Caprarica et em. Salvaterra; Dominæ nostræ de Jesu em. Valde figueira, quasi ex eodem tempore non recitatur usque nunc de suis titularibus. Ideo humillime petitur, ut imposterum recitetur in memoratis conventibus de titularibus eorum, nempe in primo conventu celebretur B. M. V. da Boaviage sub die secunda Februarii cum Officio proprio ejusdem diei secundæ: in hac quippe die ad præfatum cœnobium concurrit magna populi multitudo devotionis causa erga B. M. V. da Boaviage, jam ex fundatione dicti cœnobii; in tribus aliis conventibus recitetur de suis respectivis titularibus in feria secunda post Dominicam in Albis cum eodem Officio Gaudiorum B. M. V., de quibus in ipsa feria fit in toto regno Lusitaniæ, salvo semper decreto S. R. congregationis 3 Augusti 1755, de omissione festi Gaudiorum, quando ad ipsum diem transfertur festum Annuntiationis B. M. V.

3. In omnibus conventibus præfatæ provinciæ, exceptis cœnobiis, cujus titulus est S. Petri Alcantarensis, recitatur de eodem S. Petro sub ritu secundæ classis. Idem S. Petrus fuit coadjutor fundationis provinciæ; in illa vixit per multos annos, fuitque præsul; idcirco postulatur, ut in posterum recitetur pro tota provincia de eodem sancto Petro Alcantarensi sub ritu primæ classis cum Octava.

4. In aliquibus cœnobiis dictæ provinciæ recitabatur usque nunc de sanctis illis, quorum insignes specialesque reliquiæ ibi asservantur. Kalendarium vero Seraphicum approbatum a S. R. congregatione 9 Junii 1781, præcipit, quod in universo ordine fiat die 15 Martii commemoratio illorum sanctorum, quorum corpora et reliquiæ asservantur in ecclesiis trium ordinum S. Francisci. Idem Kalendarium editum Romæ typis Rev. Cameræ apostolicæ jubet die 5 Julii fieri anniversarium Dedicationis ecclesiarum consecratarum trium ordinum S. Francisci sub ritu duplici primæ classis cum Octava; exindeque monet, quod in prædictis ecclesiis consecratis non poterit celebrari aliud Officium consecrationis respectivæ ecclesiæ juxta rubricas par-

Digitized by Google

ticulares nostri Breviarii num. 83. Quapropter idem postulator omni cum humilitate petit, ut illi declaretur a S. R. congregatione, debeatne imposterum fieri particularis memoria sanctorum, quorum reliquiæ asservantur in conventibus, et de quibus jam fit Officium, non obstante memoria universali præscripta in novo Kalendario.

5. Translatio S. Antonii Lisbonensis fuit abrogata a dicto novo Kalendario. Omnes conventus, tribus exceptis, provinciæ Arrabidæ sunt intra limites patriarchatus Lisbonensis, cujus clerus sæcularis et regularis facit Officium de præfata translatione, ideoque idem postulator devotionis causa erga sanctum, et conformitatis cum clero, petit, ut illi concedatur, quod in tota sua provincia recitetur de dicta translatione sub ritu duplici minori: salva semper resolutione S. R. congregationis 11 Januarii 1755, pro eadem provincia citra festa diœcesana.

Sacra eadem congregatio, audita prius sententia P. ministri generalis ordinis, referente eminentissimo et reverendissimo D. cardinali Boschi, rescribendum censuit: *Ad 1 et 2, nihil innovari, et festum Assumptionis B. M. V. habendum esse pro titulari provinciæ, ejusque conventuum, qui titulo gaudent ejusdem B. M. V. absque adjuncta denominatione alicujus mysterii, de quo festum speciale celebratur; ad 3, negative; ad 4, satis provisum in rubricis nuper approbatis pro Breviario Romano Seraphico; ad 5, pro gratia juxta petita.* Et ita declaravit, et servari mandavit. Die 10 Martii 1787.

*Bononien.*

1708. Exorta controversia inter parochum et monachos ordinis S. Benedicti ecclesiæ parochialis S. Proculi civitatis Bononiæ ex una, et clerum sæcularem dictæ civitatis ex altera, partibus, super jure interessendi sacris functionibus, infrascriptum dubium coram eminentissimo et reverendissimo domino cardinali Boschi ponente, seu relatore, concordatum ad sac. Rituum congregationis judicium delatum est; nempe: *An in publicis functionibus, et processionibus tam ordinariis quam extraordinariis, fieri solitis, vel in posterum faciendis, non tamen ex regulari instituto, ab ecclesia parochiali S. Proculi, etiam de licentia, vel mandata eminentissimi archiepiscopi Bononiæ, et signanter in processione Sanctissimi Corporis Christi fieri solita in dicta parochia quolibet decennio, possint presbyteri, et clerici sæculares ejusdem parœciæ intervenire induti superpelliceo, et intorticiis, etiam non invitati, in casu,* etc.; sacra eadem congregatio, utraque parte informante, et eodem eminentissimo et reverendissimo domino cardinali Boschi referente, respondit: *Affirmative; et quoad exsecutionem, eminentissimo archiepiscopo ad mentem. Et mens est, quod ipse provideat, ne oriantur scandala.* Die 27 Maii 1788.

*Asculana.*

1709. Exortis controversiis inter promotorem fiscalem curiæ episcopalis civitatis Asculi ex una, et capitulum et canonicos ecclesiæ cathedralis dictæ civitatis ex altera, partibus, super jure assistendi sacris functionibus episcopo in Missis privatis tam intra quam extra ecclesiam cathedralem, infrascripta dubia coram eminentissimo et reverendissimo domino cardinali Boschi ponente, concordata ad sacræ Rituum congregationis judicium delata sunt:

1. An liceat canonicis in Missis privatis, tam intra quam extra cathedralem, uti opera inservientis Missæ tam pro delatione calicis ad altare, et illius reportatione ad sacristiam, quam pro sustinendo Missale, indicando orationes, aperiendo et porrigendo patenam cum hostia, tergendo calicem, eumdemque postea cum velo instruendo, in casu, etc.

2. An liceat canonicis in sacris functionibus celebrandis in ecclesiis extra cathedralem uti pulvinari ad genuflectendum.

3. Utrum permittendum sit tradi ostensorium a magistro cæremoniarum in manus canonici impertituri benedictionem cum Sanctissimo Sacramento.

4. An dignitates et canonici dictæ ecclesiæ cathedralis teneantur episcopum accedentem ad ecclesiam cappa indutum, ut solemniter celebret, vel alia pontificalia munia exerceat, comitari, et ex quo loco.

5. An etiam in reditu debeant eum reducere, et ad quem usque locum; et quatenus affirmative ad utrumque;

6. An, et qua pœna possint inobedientes puniri ab episcopo.

7. An sacer concionator tempore Quadragesimæ et Adventus, peracta generali reverentia, et incepta concione, alteram reverentiam seu veniam exhibere tantum debeat episcopo, an etiam capitulo, absente episcopo.

Sacra eadem congregatio, procuratore tantum promotoris fiscalis curiæ episcopalis informante, respondit: *Ad 1, 2, 3 et 7, negative in omnibus; ad 4 et 5, dignitates et canonicos teneri deducere episcopum a cubiculo, et comitari ad ecclesiam cathedralem, ipsumque reducere ad cubiculum; ad 6, affirmative, prudenti arbitrio episcopi.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 27 Maii 1788.

Deinde iterum reproposita causa, proponente eminentissimo et reverendissimo cardinali Antonio ab Auria, ponente subrogato in locum cl. me. cardinalis Boschi, interim defuncti, infrascripto dubio: *An, et quomodo sit standum, vel recedendum a decisis, quoad* 1, 5 *et* 7 *dubium, in casu,* etc. Sacra eadem congregatio, utraque parte informante, respondit: *Quoad* 7, *in decisis juxta modum, nempe absente episcopo, deberi reverentiam, sed non veniam. In reliquis, in decisis et amplius.* Et ita declaravit, et servari mandavit. Die 24 Septembris 1788.

*Gaditana.*

1710. Reverendissimus hodiernus episcopus civitatis Gaditanæ enixe sacræ Rituum congregationi supplicavit, ut infrascriptis dubiis quid servandum esset, decernere dignaretur, nempe:

1. An feria 6 in Parasceve episcopo non celebraturo, procedendo ad crucis adorationem et osculum, canonici assistentes debeant ipsum comitari usque ad initium tapetis, ibique sistere, donec solus ad crucis adorationem osculumque procedat; seu potius tum in genuflexionibus, tum etiam in ipso osculi actu eumdem associare teneantur, ibique exspectare quousque idem crucis adorationem, et osculum compleverit.

2. An episcopus, absoluta crucis adoratione et osculo, debeat ibidem remanere, donec a canonicis assistentibus par cruci obsequium exhibitum fuerit; seu potius immediate canonici assistentes debeant episcopum ad cathedram pontificalem associare, ac subinde idem Officium adorationis crucis et osculi cum aliis canonicis in ordine suo complere teneantur.

3. An canonici assistentes valeant se induere et exuere sacris paramentis super solio in loco proprii scamni; seu potius interim aliis canonicis eorum munere fungentibus, descendere debeant de solio ad propria stalla canonicalia, ibique sacras vestes assumere, et post completum Officium deponere.

Sacra eadem congregatio, audita prius sententia unius ex apostolicarum cæremoniarum magistris, scriptis exarata, typisque vulgata, referente emin. et rever. domino cardinali Corsinio episcopo Sabinensi, rescribendum censuit: *Ad 1, negative quoad primam partem, affirmative quoad secundam.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 24 Septembris 1788.

Digitized by Google

*Canariensis.*

1711. Cum in insula Canariensi occasione alicujus publicæ calamitatis, imago quædam bmæ Deiparæ *a Pinu* dicta, a templo exsisten. in oppido *Ferror* vulgo nuncupato, in quo apparuisse fertur, ad cathedralem ecclesiam supplicationis causa transferri solent; rever. episcopus sacræ Rituum congregationi supplicavit, ut ad tollendas controversias inter capitulares ejusdem cathedralis exortas, definiret, utrum eadem imago in iis circumstantiis thurificanda sit triplici an duplici ductu. Sacra eadem Rituum congregatio, audita etiam sententia unius ex apostolicarum cæremoniarum magistris, referente emin., et rever. D. cardinali Archinto sacræ Rituum cong. præfecto, rescribendum censuit : *Thurificandam esse duplici ductu tantum.* Die 28 Julii 1789.

*Urbis S. Joannis in Ayno.*

1712. Sacra Rituum congregatio ad humillimas preces sacerdotis Gabrielis Maria Gasparri moderni rectoris ecclesiæ parochialis S. Joannis in Ayno de Urbe, audita prius sententia emin. et rever. D. cardinalis Urbis vicarii, ad relationem emin. et rever. D. cardinalis Archinto præfecti declaravit, non licuisse, neque in posterum licere camerario, et confratribus piæ societatis sub titulo S. Annæ matris B. M. V. in eadem parochiali coadunatæ quacunque veste indutis etiam de consensu parochi assistere Vesperis, ac Missæ solemni intra presbyterium in festivitate ejusdem S. Annæ, ibique thurificationem, aliosque obsequii actus excipere. Et ita declaravit, et omnino servari mandavit. Die 28 Julii 1789.

*Melevitana Præeminentiarum.*

1713 Dubia, quæ proposita fuerunt ex parte rever. capituli, et rmorum DD. dignitatum, et canonicorum insignis ecclesiæ collegiatæ Sancti Pauli civitatis Vallettæ, in sacra congregatione Rituum particulari habita die 19 Maii 1786, cum respectivis resolutionibus ejusdem sacræ congregationis, hæc sunt, videlicet :

1. An dignitates et canonici cathedralis civitatis notabilis, qui invitati ab episcopo se conferunt ad ecclesiam collegiatam civitatis Vallettæ, occasione festivitatis Naufragii divi Pauli, aut alterius cujusque solemnitatis, et ecclesiasticæ functionis interveniant, uti corpus capituli, seu potius uti singuli, in casu, etc.

2. An iisdem jus competat incedendi processionaliter a dicta collegiata ad oratorium Charitatis pro associando episcopo ; seu potius jus hujusmodi competat ad capitulum collegiatæ : ita ut illi e dicto oratorio tantum una cum episcopo pergere debeant ad ecclesiam collegiatam, et ab eadem ecclesia reducere episcopum ad oratorium, in casu, etc.

3. An, et quæ assistentia a prædictis dignitatibus, et canonicis cathedralis sit præstanda episcopo aut pontificaliter celebranti, aut præsentiam tantum præstanti, in casu, etc.

4. An episcopo, seu dignitatibus, et canonicis cathedralis ab eo invitatis jus competat ducendi ad collegiatam capellanos mansionarios, aliosque clericos, necnon seminaristas cathedralis, invito capitulo ejusdem collegiatæ, in casu, etc.

5. An cantor cathedralis, qui cum aliis dignitatibus et canonicis ab episcopo invitatis ad collegiatam se confert, valeat virgam gestare qua utitur in cathedrali, in casu, etc.

6. An eadem virga uti valeat cantor collegiatæ, præsentibus canonicis cathedralis, in casu, etc.

7. An, quæque functiones sint ab eo peragendæ, quique eidem assignandus locus tam in associatione episcopi, quam in processionibus, in casu, etc.

8. An, et a quo occupandum sit stallum aliis magis elevatum in choro exsistens, quo alias utitur episcopus, quando accedit ad collegiatam, in casu, etc.

9. An, et a quo sit præstandum thus, et osculum Evangelii episcopo solemniis simpliciter assistenti, necnon ejusdem peragenda thurificatio, in casu, etc.

10. An canonicis collegiatæ jus competat in processione utendi clava capitulari, in casu, etc.

11. An, et quo ordine incedere debeat in dicta processione clavicularius aut cathedralis, aut collegiatæ, in casu, etc.

12. An in dictis processionibus dignitates, et canonici collegiatæ iisdem uti valeant cereis, quibus utuntur dignitates et canonici cathedralis in casu, etc.

13. An, et ubi incedere debeat in processionibus prædictis acolythus cum pluviali baculum deferens episcopalem, in casu, etc.

14. An dignitates et canonici cathedralis occasione prædictarum functionum uti valeant mitris, nec non planetis, ac respective pluvialibus, tam in choro, quam in processionibus, et quatenus *affirmative quoad planetas et pluviales.*

15. An iisdem uti valeant dignitates et canonici collegiatæ, in casu, etc.

*Dubia, quæ proposita fuerunt ex parte reverendissimorum dominorum canonicorum ven. ecclesiæ cathedralis civitatis notabilis, pariter cum respectivis resolutionibus nempe :*

16. An sit servanda, et exsequenda transactio, in casu, etc., et quatenus *negative ;*

17. An capitulo collegiatæ S. Pauli, præsentibus dignitatibus, et canonicis capituli cathedralis in die festivitatis Naufragii S. Pauli competat jus utendi cappa magna cum pellibus armellinis, in casu, etc.

18. An prædictis dignitatibus et canonicis cathedralis competat jus elevandi propriam crucem in processione peragenda in eadem festivitate, in casu, etc., seu potius incedere debeant sub cruce capituli collegiatæ.

19. An, quomodo, et a quo sit facienda thurificatio tam dignitatibus et canonicis capituli cathedralis, quam capitulo collegiatæ in eadem festivitate, in casu, etc.

20. An, quomodo, et a quo sit accipiendum et communicandum osculum pacis, in casu, etc.

21. An dignitatibus et canonicis capituli cathedralis in processione præcedere possit proprius scutifer, seu clavicularius, in casu, etc.

22. An prædictis dignitatibus et canonicis invitatis ab episcopo, competat jus accedendi ad ecclesiam S. Pauli, et assistendi quacunque alia occasione, et die qua placuerit episcopo peragere ibi pontificalia, vel assistere, in casu, etc.

23. An iisdem dignitatibus, et canonicis assistentibus, ut supra, tam in dicta die festivitatis S. Pauli, quam in quacunque alia die, liceat uti ornatu strati viridis damasceni, in casu, etc. Et quatenus *affirmative ;* an capitulo collegiatæ tunc liceat uti ornatu panni lanei coloris prædicti.

24. Quomodo, et quo ordine incedere debeant canonici collegiatæ in associatione episcopi ab oratorio Charitatis ad ecclesiam collegiatam, et a janua ecclesiæ ad chorum.

Sacra eadem congr. die 19 Maii 1786 respondit : *Ad 1, dignitates et canonicos intervenire collegialiter in obsequium episcopi, et ad effectus expressos, in resolutionibus sacræ Rituum congregationis anni 1741, et in subsequentibus exprimendos, ad 2, negative ad primam partem ; affirmative ad secundam ; ad 3, affirmative ad formam resolutionum anni 1741, et juxta methodum in Cæremoniali episcoporum præscriptam ; ad 4, quoad episcopum ad mentem : mens est : Non denegari episcopo jus ducendi secum personas sibi benevisas, tanquam de suo honorifico comitatu, sed non expedire, ut præter dignitates, et canonicos cathedralis, alios adducat, ad hoc, ut sacris functionibus ecclesiæ collegiatæ formiter interveniant, et assistant : in reliquis negative ; ad 5, negative ; ad*

Digitized by Google

6, *affirmative ; ad 7, ad cantorem ecclesiæ collegiatæ spectare functiones chorales muneris sui proprias, locum autem in associatione episcopi, et in processionibus assignandum esse ad formam Cæremonialis; ad 8, negative in omnibus ; ad 9, affirmative in omnibus ad formam Cæremonialis, et resolutionis superioris dubii sub numero tertio; ad 10, negative in casu :* Mens autem sacra Rituum cong. hæc fuit : *Si placeat capitulo collegiatæ ministrum aliquem deputare, qui tenens baculum quomodocunque ornatum, turbas submoveat, ministrum hujusmodi tantum in casu, etc. universæ processioni præire posse; ad 11, negative ad utrumque ; ad 12, affirmative ; ad 13, affirmative ad formam Cæremonialis; ad 14, affirmative in omnibus; ad 15, affirmative ; ad 16, negative ; ad 17, negative ad mentem ; quæ fuit attento, quod dignitates, et canonici cathedralis Melitensis post erectionem collegiatæ divi Pauli, et post resolutiones anno 1741, emanatas, novis, et majoribus insigniis, quibus a reliquo clero, et a canonicis dictæ collegiatæ distinguantur, ab Apostolica Sede decorati fuerunt. Quodque iidem in tractatibus coram episcopo habitis anno 1781, suum præbuerunt consensum, ut convenientibus ipsis in ecclesiam collegiatam occasione solemnitatis naufragii divi Pauli, ejusdem collegiatæ canonici cappas magnas cum pellibus armellinis deferre valerent : horum nomine, si placuerit, supplicandum Sanctissimo, ut ad hujusmodi effectum, et in hac parte, derogare dignetur litteris apostolicis super eorum collegiatæ erectione a Clemente XII editis, etc. Ad 18, negative ad primam partem, affirmative ad secundam; ad 19, affirmative in omnibus ad formam Cæremonialis, et resolutionis anni 1741 ; ad 20, affirmative, ut ad proxime superiorem ; ad 21, Provisum in numero undecimo ; ad 22, affirmative, et ad mentem. Et mens est : Non expedire, dignitates et canonicos cathedralis ab episcopo invitari, præter solemnem diem memoriæ naufragii S. Pauli dicatam, ut aliis occasionibus, et diebus in ecclesiam collegiatam civitatis Vallettæ conveniant, ibique collegialiter sacris functionibus adsient, seu ipsi episcopo pontificaliter celebranti, vel simpliciter assistenti, ministrent, aut respective assistentiam præstent; ad 23, servetur in omnibus resolutio anni 1741, ad 24, servetur ordo præscriptus in Cæremoniali episcoporum, firma remanente præcedentia, et loco digniore prope episcopum dignitatibus, et canonicis cathedralis, ad formam resolutionis anni 1741.*

Mox autem die 15 Junii 1789, repropositis iisdem dubiis prodiit, ab eadem S. congregatione responsum : *Ad 1, 2 et 3, in decisis, et amplius ; ad 4, in decisis etiam quoad mentem, et amplius; ad 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15 et 16, in decisis, et amplius; ad 17, locum esse arbitrio pro aperitione oris, adversus Breve Clementis XII, in hac parte tantum, et ad effectum, de quo agitur, adeoque prævio recessu a decisis, affirmative, et amplius ; ad 18, 19, 20, 21, in decisis, et amplius ; ad 22, in decisis etiam quoad mentem, et amplius; ad 23, in decisis, ita ut liceat dignitatibus, et canonicis cathedralis uti ornatu strati viridis damasceni, et liceat capitulo collegiatæ uti panno laneo ejusdem coloris ; ad 24, in decisis, et amplius.*

Ita reperitur in regestis decretorum exsisten. in Secretaria congreg. sacror. Rit. In fidem, etc.

Loco ✠ sigilli.

*D. Coppola S. R. C. secret.*

# APPENDIX

## RESOLUTIONUM SACRÆ CONGREGATIONIS CONCILII,

Continens varias frequentiores causas ab eademmet sac. congregatione resolutas ab 1700 anno usque ad 1761.

1-2. PORTUGALLEN. *Visitationis,* in qua ad seq. dub.

I. An episcopo, concurrente legitimo impedimento, liceat per ejus delegatum visitare propriam cathedralem, et totum corpus capituli, nedum in temporalibus, verum etiam in spiritualibus? et *quatenus* affirmative.

II. An circa impedimentum standum sit soli assertioni episcopi, an vero teneatur assignare causam legitimi impedimenti.

III. An impedimentum debeat esse continuum, videlicet toto durante tempore a sac. concilio præscripto pro visitatione facienda, vel potius sufficiat, quod sit temporale ?

Sac. cong. concil. die 15 Januarii 1701, distulit propositionem ; die vero 29 dicti mensis respondit : *Ad* I, affirmative; *ad* II, affirmative *quoad primam partem, et* negative *quoad secundam ; ad* III, negative *quoad primam partem, et quoad secundam remanere conscientiæ episcopi, ut in lib.* LI *Decret. pag.* 13 *et* 63.

3. TROJANA. *Funerum,* in qua ad sequentia dubia.

I. An licitum sit canonicis, capitulo, et aliis parochis dictæ civitatis ducere funus per publicas plateas, quæ non est recta via ducens ad ecclesiam funeris, et præsertim Regularium, *et quatenus* affirmative.

II. An eisdem capitulo, canonicis et curato propter hoc aliquod stipendium accipere, seu exigere liceat ?

III. An sit licitum dictis capitulo, et canonicis ducere cadaver alicujus de regimine civitatis prius in ecclesia collegiata ad officiandum, et deinde ab illa transferre ad ecclesiam funeris ?

IV. An licitum sit canonicis, et parochis aliquid exigere ratione transitus per parochiam, quando funus ducitur ab una parochia ad ecclesiam funeris sitam in alia parochia ?

V. An candela gestanda per canonicos in associatione funeris debeat esse ponderis ad minus quatuor librarum, vel arbitrio hæredum, et an canonici ul-

Digitized by Google

tra dictam candelam prætendere possint unum ducatum regni pro quolibet canonico.

VI. An de dictis candelis debeatur aliqua portio ecclesiæ funeris, pro ut etiam de candelis, quæ in similibus casibus gestantur a Regularibus.

VII. An capitulum, canonici, et parochi prætendere et accipere possint majorem portionem funeralis, quando cadaver sepelitur in ecclesiis extra civitatem Regularium, ac extra parochiam, quamvis sitam intra civitatem, quam acciperent, si cadaver sepeliretur in illorum ecclesia.

VIII. An interveniente in funere ducendo ad ecclesiam Regularium cruce capituli cum unico illius abbate, seu sacerdote, capitulum exigere possit emolumentum eo modo quo interveniret totum capitulum.

IX. An licitum sit canonicis pro decimis non solutis in vita per defunctum devenire ad impedimentum sepulturæ cadaveris dicti defuncti in casu, etc.

Sac. cong. Concil. die 7 Maii 1701, distulit propositionem, die vero 12 ejusdem respondit : *Ad* I, affirmative; *ad* II, negative; *ad* III, negative, *nisi aliter disposuerit defunctus, nec ejus hæredes; ad* IV, negative; *ad* V, negative *quoad primam partem, sed remittendum arbitrio hæredum; quo vero ad secundam partem* negative; *ad* VI, VII, VIII, IX, *pariter* negative *ut in lib.* LI *Decret. pag.* 237, *terg. et* 268 *terg.*

4. ÆSINA *juris nominandi concionatorem*, in qua ad sequens dubium :

An, et ad quem spectet jus nominandi concionatorem Quadragesimalem in casu, etc.

Sac. cong. Conc. die 30 septembris 1702, censuit *electionem spectare ad episcopum, soluta tamen per eum eleemosyna, ut in lib.* LII *Decret. pag.* 373.

5. NOVARIEN. *Funerum, et jurisdictionis*, in qua ad seq. dub.

I. An cadavera impuberum oppidi Varalli debeant ex aliqua speciali consuetudine sepeliri in sepultura destinata exsistente in ecclesia parochiali; vel potius licitum sit parentibus, tam ante, quam post mortem illorum ea tumulare facere in proprio sepulcro majorum in ecclesia Reformatorum exsistente; *et quatenus* affirmative *quoad secundam partem.*

II. An dicta cadavera deferri possint ad dictum sepulcrum majorum absque associatione parochorum, et cleri sæcularis post eorum monitionem ad interveniendum funeri, et recusantium.

III. An parochis intervenientibus sive associatis, sive non, ab aliis canonicis ejusdem parochiæ distribui debeat candela major illa, quæ datur superiori Regularium associato ab illis fratribus.

IV. An dicta cadavera deferri valeant ad ecclesiam quacunque hora diei, et an de nocte absque expressa licentia Ordinarii.

V. An parochi sub aliqua et quacunque prætensione possint differre, vel impedire ne tempore debito cadavera ad sepeliendum deferantur? *et quatenus* negative.

VI. An parochis impedientibus licitum sit hæredi post exspectatum triduum a morte defuncti ducere funus etiam de nocte ad ecclesiam, in qua cadaver est sepeliendum.

VII. An parochi cogere possint hæredes ad peragendum in ecclesia parochiali omnes functiones missæ solemnis, accensis luminibus in singulis altaribus et anniversariorum, quæ fiunt in ecclesia Reformatorum occasione funerum.

VIII. An dicti parochi possint cogere hæredes, ut celebrare faciant Missas pro defuncto singulis sacerdotibus sæcularibus funus associantibus.

IX. An in prætensa associatione cadaverum sint per hæredem defuncti in æquali numero convocandi tot sacerdotes sæculares, quot convocantur fratres Reformati.

X. An in casu, de quo agitur, episcopus Novarien. habuerit jurisdictionem in supradictos fratres Reformatos prætensos delinquentes extra claustra, seu turbantes jura parochorum.

XI. An interdictum, de quo agitur, sustineatur in casu, etc.

Sac. cong. Conc. die 15 Martii 1704, respondit : *Ad* I, negative *quoad primam part.*, affirmative *quoad secundam; ad* II, affirmative; *ad* III, negative; *ad* IV, affirmative *ante tamen solis ortum, et de nocte* negative, *nisi de consensu episcopi ; ad* V, negative; *ad* VI, affirmative *præterquam ante solis ortum, de et nocte; ad* VII, VIII, IX, X *et* XI, negative, *ut in lib.* LIV *Decr. pag.* 93.

6. PAPIEN. *Juris deferendi crucem*, in qua ad seq. dub.

An eminentissimo episcopo Papiensi licuerit in suo accessu ad Carthusiam Papien. occasione revisionis computorum eleemosynarum ingredi erecta cruce ecclesiam, et monasterium ejusdem Carthusiæ in casu, etc.

Sac. cong. Conc. 24 sept. 1707, distulit propositionem, et die 17 Decembris ejusdem anni respondit, affirmative quoad ecclesiam, et negative in casu de quo agitur, quoad monasterium, ut in *lib.* LVII *Decret. pag.* 368 *et* 462.

7-8. PRAGEN. *Jurisdictionis*, in qua ad seq. dub.

I. An pro exemptione a jurisdictione ordinaria archiepiscopi sufficiat sola nominatio, seu deputatio presbyteris sæcularibus facta a superiore D. Joannis Hierosolymitani in ecclesiis dicti ordinis pro cura animarum, quamvis ex causa non admitteretur ab archiepiscopo, sive potius requiratur admissio, approbatio, et licentia archiepiscopi, sive ejus consistorii ad curam animarum, et administrationem sacramentorum.

II. An præfati nominati, seu deputati ad dicta beneficia curata teneantur examen subire, et professionem fidei emittere coram archiepiscopo, vel ejus consistorio, antequam curam animarum exerceant.

III. An teneantur præstare juramentum ad curam animarum debite obeundam coram archiepiscopo, sive ejus consistorio, et quomodo.

IV. An dictus archiepiscopus, sive ejus consistorium pro prædictis exigentibus procedere possit jure ordinario, sive potius delegato.

V. An dicti nominati, seu deputati in dictis ecclesiis, postquam reportaverint ab archiepiscopo licentiam pro exercenda cura animarum, teneantur se conformare constitutionibus synodalibus, et ordinationibus consistorialibus quoad omnia in ordine ad sacramentorum administrationem, et curam animarum.

VI. An dictis presbyteris sæcularibus, ut supra nominatis, seu deputatis in præfatis ecclesiis, et ab archiepiscopo examinatis, teneatur idem archiepiscopus concedere licentiam exercendi curam animarum? et *quatenus* affirmative.

VII. An in hujusmodi licentiis archiepiscopus valeat reservare facultatem eam revocandi ad sui beneplacitum, seu potius debeat eam concedere pure et simpliciter.

VIII. An archiepiscopus debeat exprimere se procedere auctoritate delegata, dum procedit contra dictos presbyteros exercentes curam animarum, ita ut hoc non teneantur illi ei obedire, etiam in concernentibus curam animarum.

IX. An archiepiscopus prædictos presbyteros exercentes curam animarum in casu non paritionis ejus præceptis, possit plectere pœna revocationis licentiæ exercendi curam animarum.

X. An præfati presbyteri pro servitio dictarum ecclesiarum valeant assumere capellanos pro celebratione missarum in eisdem ecclesiis sine licentia episcopi.

Sac. cong. Conc., diebus 3 et 17 Decembr. 1707, distulit propositionem, die vero 14 Januarii 1708, rescripsit : *Ad* I, negative *quoad primam*, affirmative

*quoad secundam partem dubii; ad* II, affirmative *quoad examen. et quoad professionem fidei ad formam Concilii; ad* III, affirmative; *ad* IV, *Dilata; ad* V, affirmative; *ad* VI, negative; *ad* VII, negative *quoad primam, et* affirmative *quoad secundam partem dubii; ad* VIII, affirmative; *ad* IX, *recurrat in casibus particularibus; ad* X, affirmative.

9. TURRITANA, *seu Bossanen. Jurisdictionis*, in qua ad sequentia dubia.

I. An in edictis emanatis ab archiepiscopo Turritano, et affixis in diœcesis Bossanen., potuerit se enuntiare Patrem et pastorem.

II. An poterit dictus archiepiscopus dicta edicta affigere in dicta diœcesi Bossanen.

III. An potuerit dictus archiepiscopus in dictis edictis comminari censuras sibi reservatas in subditos episcopatus Bojanen. tam ecclesiasticos, quam laicos in casu amotionis illorum?

IV. An curia episcopalis Turritana rite processerit ad expeditionem litterarum citatorialium ad instantiam Alviræ, Nater, et Solgui adversus œconomum capituli Bojanen.

V. An idem archiepiscopus pro causis ad curiam metropolitanam devolutis in gradu appellationis mittere possit exsecutores suæ curiæ pro exsequendis mandatis in diœcesi Bojanen. pro juribus curiæ archiepiscopalis, salario sententiarum advocati, et similibus; *et quatenus* affirmative.

VI. An archiepiscopus teneatur interpellare episcopum suffraganeum pro exsecutione dictorum mandatorum, vel saltem dicti exsecutores teneantur ante exsecutionem ostendere mandata Ordinario.

VII. An quatenus archiepiscopus in casibus præfatis excesserit limites suæ facultatis in diœcesim, et diœcesanos episcopi Bojanen. inciderit in censuras, et quales.

VIII. An subditi episcopi Bojanen. tam ratione domicilii, quam originis, qui ratione studiorum traxerunt in civitate Saxerensi, potuerint ad ordines promoveri ab eodem episcopo sine testimonialibus archiepi. copi; *et quatenus* negative.

IX. An tam episcopus Bojanen. quam ordinati inciderint in pœnas contentas in constitut. S. M. Innocentii XII, in casu, etc.

Sacr. congreg. Concil. resolvit die 17 Mart. 1708: *ad* I, II, III, IV *et* V, negative; *ad* VI affirmative *quoad primam, et secundam partem provisum in prima; ad* VII, negative; *ad* VIII, affimative; *ad* IX, negative.

10. AQUEN. *Jurium parochialium.*

Ægre ferens Joannes Franciscus Stranius modernus præpositus, et parochus loci Incisæ quosdam prætensos abusus fuisse invectos a PP. Carmelitis ejusdem loci in præjudicium suorum jurium parochialium, ad hanc S. congregationem recursum habuit, a qua de more requisita informatione episcopi, vicarius generalis illius juxta relationem parocho usquequaque favorabilem in summario exhibendam transmisit. Quocirca infrascripta dubia, concordata, partibus hinc inde scribentibus, resolvenda EE. VV. proponuntur, una cum alio dubio, quod est ultimum, nuper concordatum occasione quod cum PP. obedire detrectaverint episcopi edicto piolato, uti prætenditur, pendente lite in hac sacra congregatione, demandati, ut in funeribus accederent ad parochialem, ad elevandam crucem, eorum tres fuerunt a confessionibus audiendis suspensi, super quibus informans episcopus eadem confirmat, et conquiritur eosdem tres Patres suspensos, statim post declarationem cum spretu, licet semel tantum, audivisse confessiones. Quapropter ex utrinque deducendis humiliter postulant partes ipsæ declarari.

I. An PP. Carmelitæ in rogationibus possint ad processionem accedere sine cappis albis.

II. An in solo numero duorum religiosorum cruce præcedente.

III. An teneatur præpositus, qui est etiam parochus in publicis generalibus processionibus fieri consuetis, monitos facere dd. Patres, ut ad processionem accedant, et quomodo.

IV. An iidem PP. possint libere quæstuare in diebus hebdomadæ sibi benevisis, absque restrictione alicujus diei.

V. An possint eamdem quæstuationem facere pro confraternitatibus in eorum ecclesia erectis.

VI. An possint in d. ecclesia pro dd. confraternitatibus exponere SS. Eucharistiæ sacramentum occasione Novenæ S. Natalis, et quadraginta Horarum in diebus sibi benevisis sine licentia Ordinarii?

VII. An easdem expositiones facere possint pro eorumdem Regularium devotione?

VIII. An possint benedicere sponsos cum licentia parochi, vel sine.

IX. An iidem Patres audientes confessiones infirmorum, teneantur ante vel post dictam confessionem illam parocho notificare.

X. An possint in propria ecclesia mulieres post partum benedicere, et ad purificationem admittere.

XI. An vocati possint se conferre ad benedicendam febrem cum reliquia sancti Alberti?

XII. An vocati ad associandum defunctorum cadavera, prius convenire debeant ad ecclesiam parochialem cum eorum cruce, et deinde se conferre ad domum defuncti; et *quatenus* negative.

XIII. An ad eumdem effectum sub qua cruce, et in quo loco dicti Patres exspectare debeant parochum, et alios exsequiis intervenientes.

XIV. An possint dare signum, et celebrare missam in diebus festivis eodem tempore, antequam detur signum, et celebretur missa parochialis.

XV. An præpositus habeat jus interveniendi in redditionibus rationum faciendis per confraternitates laicorum in ecclesia dd. Patrum erectas.

XVI. An eisdem Patribus Carmelitis liceat professiones facere extra propria claustra, seu districtum, intra limites parochiæ invito parocho, et *quatenus* negative.

XVII. An eisdem Patribus liceat extra propria claustra, seu districtum per loca consueta facere processionem B. M. V. de Monte Carmelo occasione suæ festivitatis, petita tamen licentia a parocho, licet non obtenta.

XVIII. An Patres suspensi sint reintegrandi ad audiendas confessiones sacramentales in casu, etc.

Die 19 Maii, et 9 Junii 1708, S. congreg. eminentissimorum S. R. E. Cardinalium concilii Tridentini interpretum respondit: *ad* I, negative; *ad* II, negative; *ad* III, affirmative, *sive per nuntium, sive schedulam; ad* IV, affirmative; *ad* V, negative; *ad* VI, negative; *ad* VII, negative; *ad* VIII, *posse, cum licentia tamen parochi, et amplius non proponi mandavit; ad* IX, affirmative *ad formam constitutionis Clementis X; ad* X, affirmative; *ad* XI, affirmative; *ad* XII *et* XIII: *in casu, de quo agitur, posse convenire etiam in ecclesia viciniori domui defuncti, et in tumulatione cadaveris sub unica cruce ecclesiæ tumulantis*; *ad* XIV, affirmative; *ad* XV, negative; *ad* XVI, negative; *ad* XVII, affirmative; *ad* XVIII, affirmative. = B. card. Panciaticus præfectus. = *V. Petra Secretarius.*

Sic expresse habetur in Bullario particulari Clementis XI, in decreto tertio inter decreta sacræ congregationis Concilii.

Et reclamante parocho sub die 27 April. 1709, rescripsit: *In decisis in omnibus, et amplius*, ut refert Matthæuc. *Officialis curiæ cap.* 36, *num.* 18, *in fine.*

11-12. RUBEN. *Habitus talaris*, in qua ad seq. dub.

An edictum super delatione habitus talaris in ecclesia, illarumque ingressu, et egressu sustineatur in casu, etc.

Sacr. cong. Concil. distulit propositionem; die vero 16 Augusti ejusdem anni respondit: *Sustineri, moderatis pœnis arbitrio eminentissimi præfecti.*

Digitized by Google

13. PAPIEN. *Juris deferendi* crucem, in qua ad sequent. dubia.

An, et quomodo sit standum, vel recedendum a decisis sub die 17 Decembris 1707, in casu, etc.

Sac. cong. Concil. die 22 Septemb. 1708 rescripsit : *In decisis quoad ecclesiam, quo vero ad monasterium prævio recessu a decisis licere reverendissimo episcopo ingredi cum cruce in casu, de quo agitur etiam in monasterium absque tamen ullo exercitio jurisdictionis.*

14. ANDRINEN. *Accessus ad processiones*, in qua ad seq. dub.

I. An, et ad quas processiones accedere teneantur PP. Dominicani civitatis Andriæ.

II. An, et quomodo sint vocandi in casu, etc.

Sacr. congreg. Concil. die 11 Januarii 1710 rescripsit. *Ad* I *et* II, *servetur solitum*, *et amplius*.

15. ALBEN. *Sacrorum Rituum, ac reginimis ecclesiæ*.

I. An servandum et exsequendum sit decretum episcopi, quod canonici teneantur deponere usum rochetti et reassumere usum superpellicei.

II. An prima dignitas, vel in illius defectum, alius dignior de capitulo teneatur substituere missale episcopo pontificaliter celebranti.

III. An canonici abesse possint sine legitima causa a functionibus ab episcopo pontificaliter peragendis, et *quatenus* negative.

IV. An, et quomodo in casu bujusmodi absentiæ sit providendum.

V. An episcopo accedenti ad ecclesiam cathedralem, cappam assumpturo ad ostium ejusdem ecclesiæ pro pontificalibus peragendis, teneatur capitulum eidem obviam ire, ac in reditu associare usque ad januas eccles.

VI. An episcopo accedenti ad dictam ecclesiam, cappam ad ostium assumpturo, ad effectum assistendi missis conventualibus, concionibus, et similibus, teneatur capitulum eidem obviam ire, et in reditu associare usque ad januas dictæ ecclesiæ, vel potius sufficiat associatio quatuor canonicorum.

VII. An quoties episcopus accedit ad ecclesiam cappam assumpturus ad ostium pro pontificalibus peragendis, sive ad effectum assistendi concionibus, missis conventualibus, et similibus, teneatur capitulum transmittere duos canonicos ad palatium episcopale ad ipsum associandum tam in accessu, quam in recessu.

VIII. An episcopo accedenti ad alias ecclesias occasione festivitatum missam celebraturo, capitulum teneatur transmittere duos canonicos ad effectum ipsum excipiendi et descendentem associandi in habitu canonicali ad januam ecclesiæ, eidemque assistendi in celebr. Missæ.

IX. An vicarius generalis possit intervenire functionibus chori, et pontificalibus, et *quatenus* affirmative.

X. An dignior locus ei sit assignandus, seu qualis.

XI. An possit capitulum sine licentia episcopi, et ex causa sibi benevisa, exponere Venerabile, et populo benedicere in forma publica, vel potius servandæ sint constitutiones synodales.

XII. An capitulum in celebratione Missæ conventualis teneatur adhibere diaconum, et subdiaconum, tam diebus festivis, quam ferialis.

XIII. An Missæ conventualis sacrificium sit applicandum pro collegio, et benefactoribus.

XIV. An sit servandus prætensus usus, quod duo ex clericis seminarii inserviant cathedrali diebus ferialibus a celebratione secundæ missæ inclusive, missis conventualibus, et usque ad finem aliarum functionum de mane.

XV. An omnes vel major pars dd. clericorum teneatur assistere diebus ferialibus processionibus, associationibus funerum capitulariter faciendis, expositionibus Venerabilis, et similibus aliis functionibus fieri solitis.

XVI. An episcopus deputare valeat in ministros seminarii proprios familiares.

XVII. An capitulum, canonici, et hebdomadarii qui ob prætensum defectum clericorum seminarii cantum in prætensa Missa conventuali prætermiserunt, et prætermittunt, inciderint in pœnas inter dicti, suspensionis a divinis, ac respective excommunicationis, comminatas in præcepto episcopi, et *quatenus* affirmative.

XVIII. An celebrando canonici inciderint in irregularitatem.

XIX. An archipresbyter habens curam animarum in cathedrali, et canonici, quibus prætenditur incumbere curam in casu, de quo agitur, teneatur singulis saltem diebus festivis celebrare Missam in cathedrali.

XX. An pœnitentiarius, archipresbyter, et alii canonici cathedralis habentes curam animarum, teneantur confessiones fidelium excipere in cathedrali, vel in ecclesiis prætensis coadjutricibus, seu prætensis distinctis parochiis.

XXI. An servanda sint decreta facta in visitatione super adimplemento, et satisfactione onerum, Missarum, et anniversariorum incumbentium capitulo, et retentione libri in sacristia, in quo celebrantes satisfactionem dd. onerum propria manu describant.

XXII. An canonici teneantur residere saltem novem mensibus anni, nec non saltem duæ ex tribus eorum partibus continuo interesse choro.

XXIII. An episcopus possit deputare præfectum chori.

XXIV. An idem episcopus possit deputare contrapunctatorem.

XXV. An renuentibus canonicis dicta officia acceptare, exercere, possit episcopus illos sub censuris compellere, vel clericos extraneos sumptibus capituli deputare.

XXVI. An sit tolerandus prætensus usus d. ecclesiæ recitandi Horas canonicas in sacristia a festivitate Omnium Sanctorum usque ad diem Resurrectionis Dominicæ : itidemque præmittendi eo tempore sub vespere Matutinum cum Laudibus sequentis diei : vel potius servandum sit decretum episcopi super loco et tempore divinorum Officiorum.

XXVII. An capitulum possit convertere in usum distributionum ceras applicatas sacristiæ superexstantes in fine anni, vel potius teneantur illas servare ad usum ejusdem sacristiæ pro anno sequenti.

XXVIII. An capitulum possit repartire distributiones quotidianas canonicis, antequam recognoscantur libri punctationum et contrapunctationum.

XXIX. An capitulum possit admittere ad participationem distributionum canonicos de natura sui canonicatus non participantes.

XXX. An admittere valeat ad participationem dd. distributionum canonicos participantes, sed choro non interessentes.

XXXI. An comitia capitularia sint habenda saltem bis in mense.

XXXII. An illis possit intervenire episcopus ad libitum.

XXXIII. An capitulum teneatur contribuere ad expensas pro celebratione anniversarii episcopi antecessoris.

XXXIV. An capitulum teneatur retinere librum, in quo distincte adnotentur omnes resolutiones capitulares, et alium in quo adnotentur omnes contractus stipulati et stipulandi, nec non alium, in quo similiter adnotentur introitus et exitus proventuum massæ capitularis.

XXXV. An capitulum teneatur exhibere dd. libros episcopo, toties quoties illi videbitur.

XXXVI. An episcopus possit exigere additionem

Digitized by Google

rationis proventuum capitularium a capitulo ejusque ministris.

XXXVII. An episcopus in casu negligentiæ capituli possit eidem injungere exactionem redituum, ac reparationem, et respective culturam bonorum tam urbanorum, quam rusticorum.

XXXVIII. An episcopus possit inhibere capitulo, ne eligat in ministros, qui de anteacta administratione rationem non reddiderunt.

XXXIX. An possit episcopus ex legitima causa œconomos aliosque capituli ministros removere.

XL. An scripturæ respicientes præbendas bonorum, et capitularium ecclesiæ, et commune interesse ejusdem ecclesiæ, servandæ sint in archivio capituli sub pluribus clavibus, et non penes particulares possessores.

XLI. An episcopus possit cathedraticum exigere a beneficiatis, qui congruum non percipiunt a proprio beneficio.

XLII. An canonici teneantur solvere cathedraticum.

XLIII. An liceat capitulo impertiri servientibus sacristiæ eleemosynas quorumdam dierum inter conciones collectas, et licentiam quæstuandi granum aliosque fructus.

XLIV. An capitulo competat jus recognoscendi seu examinandi institutiones, seu bullas noviter provisorum de beneficiis cathedralis.

XLV. An tolerandus sit usus, quod capitulum habeat invitationes ac visitationes noviter provisorum ecclesiæ cathedralis in antecedentibus et subsequentibus diebus eorum admissionis.

XLVI. An episcopus possit exigere in visitatione pastorali summam pecuniæ pro cavalcaturis, ultra victualia, et quoties exegerit, an teneatur ad restitutionem.

XLVII. An episcopus deputare valeat canonicum pœnitentiarium cathedralis in confessarium ordinarium monialium.

XLVIII. An episcopus teneatur supplere anniversaria omissa pro episcopo antecessore.

XLIX. An liceat episcopo asportare et retinere paramenta propriæ sacristiæ cathedralis ad capellam palatii episcopalis, invito capitulo.

L. An episcopus teneatur sibi providere de paramentis pro pontificalibus peragendis in cathedrali.

LI. An canonici uti possint paramentis nobilioribus ab episcopis antecessoribus sacristiæ relictis, pro missis privatis et functionibus minus solemnibus.

LII. An capitulum possit, inconsulto episcopo, formam dd. paramentorum immutare, vel alienare pro aliis subrogandis.

LIII. An episcopus teneatur reparare cathedralem.

LIV. An episcopus aliquoties in anno debeat interesse Horis canonicis in choro, et quatenus affirmative.

LV. An episcopus teneatur interesse aliquando Horis canonicis in choro, stantibus litibus cum capitulo.

LVI. An episcopo liceat collationes generales ordinum, et chrisma respective conficere extra cathedralem, stantibus litibus cum capitulo.

LVII. An dies interpolatæ permanentiæ episcopi in suo castro extra diœcesim exsisten. computandæ sint in absentia episcopi a S. conc. Trid. permissa.

LVIII. An episcopus abesse possit a functionibus solemnioribus cathedralis per triennium, stantibus litibus cum capitulo.

LIX. An archidiaconus coadjutor potuerit abesse a residentia per biennium, et ultra, et adhuc continuare sine licentia S. congregationis in casu, de quo agitur, et *quatenus* negative.

LX. An et in quas pœnas inciderit.

LXI. An episcopus teneatur adimplere onera capellæ S. Andreæ in casu, de quo agitur, ad formam tabellæ sacristiæ.

LXII. An episcopus possit responsiones concurrentium pro parochialibus scripto traditas, suo tantummodo sigillo obsignare, vel potius teneatur obsignare etiam sigillo examinatorum synodalium.

LXIII. An episcopus teneatur subministrare anno quolibet concionatoribus quadragesimalibus cathedralis prætensum stipendium, vel donativum librarum centum.

LXIV. An capitulum sit manutenendum, ve. reintegrandum in prætensam possessionem viridarii ab episcopo, ut prætenditur, occupati.

LXV. An synodus diœcesana celebrata ab anno 1702, sit valida.

LXVI. An idem episcopus confraternitates in cathedrali instituere valeat sine consensu capituli.

LXVII. An episcopus possit titulos beneficiorum simplicium, et parochialium cathedralis, et diœcesis immutare tribuendo e. g. simplici plebano, vel presbytero titulum archipresbyteri. *C. Petra S. C. Conc. secret.*

Sacra congregatio particularis a Sanctissimo deputata, in qua interfuere eminentiss. card. Pantiatici, De Abdua, sancti Clementis, Gabrielis, Caprara et Fabroni, imperiali non intervenientes, sub die 19 Septemb. 1710 rescripsit ut infra :

*Ad* I, affirmative; *ad* II, affirmative *ad formam Cæremonialis*; *ad* III, negative; *ad* IV, *ad formam sac. can. et sac. conc. Trident.*; *ad* V, affirmative; *ad* VI, affirmative *quoad primam partem*; negative *quoad secundam*; *ad* VII, affirmative; *ad* VIII, *ad sac. congregationem concilii*; *ad* IX, affirmative; *ad* X, affirmative, *et deberi locum digniorem*; *ad* XI, *licentiam esse petendam ab episcopo semel in anno pro functionibus consuetis, pro aliis qualibet vice*; *ad* XII, affirmative *pro diebus festis; ac aliis præscribendis ab eminentissimo Panciatico*; *ad* XIII, affirmative *pro benefactoribus tantum*; *ad* XIV, negative; *ad* XV, negative; *ad* XVI, affirmative; *ad* XVII, affirmative, *et adeant episcopum pro absolutione a censuris*; *ad* XVIII, affirmative, *et domino secretario cum Sanctissimo pro dispensatione*; *ad* XIX, affirmative *quoad archipresbyterum; quo vero ad canonicos curatos teneri in propria ecclesia curata cum applicatione pro populo*; *ad* XX, *pœnitentiarium, et archipresbyterum teneri in cathedrali; canonicos vero curatos in propria ecclesia debitis temporibus*; *ad* XXI, XXII, XXIII *et* XXIV, affirmative; *ad* XXV, affirmative *etiam sub censuris, non tamen ipso facto incurrendis*; *ad* XXVI, *quoad primam partem* negative *in diebus festis, et aliis posse tolerari in loco deputando ab episcopo; et quoad recitationem Matutini, et Laudum usum non esse tolerandum*; *ad* XXVII *et* XXVIII, negative; *ad* XXIX, affirmative; *item ad* XXX *et* XXXI, affirmative; *ad* XXXII, affirmative, *dummodo non agatur de commodo episcopi vel suorum*; *ad* XXXIII *et* XXXIV, affirmative; *ad* XXXV, affirmative, *ex rationabili causa*; *ad* XXXVI, XXXVII, XXXVIII, XXXIX, XL, XLI, XLII, affirmative; *ad* XLIII *et* XLIV, negative; *ad* XLV, affirmative; *ex urbanitate, dummodo non retardetur possessio provisorum*; *ad* XLVI, *dentur decreta S. congregationis Concilii in Amalyphitana 18 Jul.* 1699; *ad* III, *ad* XLVII, negative; *ad* XLVIII, affirmative, *expensis episcopi et capituli*; *ad* XLIX *dentur decreta edita in Casalen. in congregatione deputata* 11 *Martii* 1708, *approbata a Sanctissimo, nempe ad nonum. An capitulum ob denegationem baculi, mitræ pretiosæ, et pluvialis factum episcopo occasione publicandi Jubilæum, aliaque ut in actis, sit puniendum, et quomodo? Ad decimum, an stante dicta denegatione potuerit episcopus propria auctoritate transportari facere paramenta prædicta, et sac. supellectilia a sacristia cathedrali ad curiam episcopalem*; *ad* IX, affirma-

Digitized by Google

tive, *arbitrio congregationis deputatæ; ad* X, affirmative, *et esse restituenda capitulo, facta obligatione de illis subministrandis; pro usu episcopi in functionibus pontificalibus peragendis tam in cathedrali, quam in capella episcopali; ad* L, negative, *quatenus adsint; ad* LI *et* LII, negative; *ad* LIII *et* LIV, affirmative, *prout de jure, arbitrio et conscientia episcopi; ad* LV, *provisum in superioribus; ad* LVI, negative, *nisi ex causa legitima; ad* LVII, affirmative; *ad* LVIII *et* LIX, negative; *ad* LX, *incidisse in pœnas S. canonum, et sac. conc. Trident.; ad* LXI, *ad sac. congregationem Conc. et interim servetur decretum episcopi de anno* 1698; *ad* LXII, affirmative *quoad primam*, negative *quoad secundam partem; ad* LXIII, *servetur solitum; ad* LXIV, *ad judices suos; ad* LXV, affirmative; *ad* LXVI, negative; *ad* LXVII, negative.

16. LANCIANEN. *Confraternitatis*, in qua ad sequentia dubia.

I. An constet de legitima aggregatione confraternitatis Mortis Lanciani archiconfraternitati Mortis Urbis ita ut fruatur privilegiis dictæ archiconfraternitatis, et possit uti statutis ejusdem.

II. An confratres d. confraternitatis Mortis Lanciani possint libere quæstuare tam intra ecclesiam, quam extra per civitatem ejusdem territorii, et districtum absque licentia curiæ archiepiscopalis.

III. An possint libere disponere de introitibus, effectibus, et eleemosynis ejusdem confraternitatis absque licentia curiæ archiepiscopalis.

IV. An dicti confratres occasione electionis novorum officialium valeant se congregare absque interventu, et assistentia vicarii generalis contra formam dicti reverendissimi archiepiscopi id demandantis.

V. An electio aliter facta sustineatur.

VI. An in electione officialium ejusdem confraternitatis requiratur confirmatio reverendis. archiepiscopi.

VII. An iidem officiales potuerint delere ex tabula confratrum aliquos ex iisdem confratribus, non servata forma statutorum ejusdem confraternitatis.

VIII. An liceat eisdem confratribus absque licentia reverendissimi archiepiscopi erigere montem frumentarium, et de illo ad libitum disponere.

IX. An officiales d. confraternitatis teneantur reddere rationem eorum administrationis, introituum, effectuum, et eleemosynarum ejusdem confraternitatis reverendissimo archiepiscopo? *et quatenus* affirmative.

X. An idem archiepiscopus debeat uti pro redditione rationis syndicis, seu rationalibus electis a confratribus, vel potius possit uti alio quocunque sibi beneviso.

XI. An censuræ latæ per reverendissimum archiepiscopum sustineantur.

XII. An sint reaffigendi cedulones in casu, etc.

Sac. cong. Concil. die 20 Septembris 1710 respondit: *Ad* I *ex deductis* negative; *ad* II, negative; *ad* III, affirmative *exceptis eleemosynis, in quibus servetur dispositio Bullæ S. M. Clementis VIII; ad* IV, negative, *in casu, de quo agitur; ad* V, negative; *ad* VI affirmative; *ad* VII *et* VIII, negative; *ad* IX, affirmative; *ad* X, negative *quoad primam, et* affirmative *quoad secundam partem, sed gratis; ad* XI, negative; *ad* XII, negative, *et archiepiscopus procedat ex integro servatis servandis.*

17. SAVONEN. *Jurium parochialium*, in qua ad sequentia dubia.

I. An viatores degentes in civitate Savonæ, vel in ea decedentes subjiciantur parocho ecclesiæ cathedralis quoad receptionem omnium sacramentorum, vel potius parocho ecclesiæ parochialis, intra cujus districtum degunt, vel decedunt in casu, etc.

II. An prædictis non eligentibus sepulturam, eorum corpora sepeliri debeant in ecclesia cathedrali, ac solvi emolumenta funeralia illius ecclesiæ parocho, vel potius in ecclesia parochiali, intra cujus districtum decedunt, ac solvi emolumenta funeralia parocho dictæ ecclesiæ in casu, etc.

III. An prædictis eligentibus legitime sepulturam in aliqua ecclesia, quarta funeralis solvi debeat parocho cathedralis, vel parocho ecclesiæ parochialis, intra cujus districtum decedunt in casu, etc.

IV. An peregrini degentes in civitate Savonæ, vel in ea decedentes subjiciantur parocho ecclesiæ cathedralis quoad receptionem omnium sacramentorum, vel potius parocho ecclesiæ cathedralis, intra cujus districtum degunt, vel decedunt in casu, etc.

V. An prædictis non eligentibus sepulturam, eorum corpora sepeliri debeant in ecclesia cathedrali, ac solvi emolumenta funeralia illi ecclesiæ parochiali, intra cujus districtum decedunt, ac solvi emolumenta funeralia parocho dictæ ecclesiæ in casu, etc.

VI. An prædictis eligentibus legitime sepulturam in aliqua ecclesia quarta funeralis solvi debeat parocho cathedralis, vel potius parocho ecclesiæ parochialis intra cujus districtum decedunt in casu, etc.

VII. An advenæ, et exteri quicunque, qui non habent animum permanendi in civitate Savonæ, in ea habitantes, vel degentes, una cum eorum familiis subjiciantur parocho ecclesiæ cathedralis quoad receptionem omnium sacramentorum vel potius parocho ecclesiæ parochialis, intra cujus districtum habitant, vel degunt in casu, etc.

VIII. An prædictis non eligentibus sepulturam, eorum corpora sepeliri debeant in ecclesia cathedrali, ac solvi emolumenta funeralia illius ecclesiæ parocho, vel potius in ecclesia parochiali intra cujus districtum decedunt, ac solvi emolumenta funeralia parocho dictæ ecclesiæ in casu, etc.

IX. An prædictis eligentibus sepulturam in aliqua ecclesia, quarta funeralis solvi debeat parocho cathedralis, vel parocho ecclesiæ parochialis, intra cujus districtum decedunt in casu, etc.

X. An et qualis habitatio requiratur ad hoc, ut prædicti dicantur habere animum remanendi in civitate in casu, etc.

XI. An idem, quod servandum quoad dictos advenas, etc., exteros, sic etiam servandum quoad cives Savonenses, qui patriam redeuntes animo commorandi solum ad tempus, domum consanguineorum, seu etiam paternam inhabitant, in casu, etc.

S. C. Concil. die 24 Septembris 1712 distulit propositionem, die.... vero ejusdem mensis, et anni respondit: *Ad* I *usque ad* IX *inclusive*, affirmative *quoad primam, et* negative *quoad secundam partem; ad* X, *servandum esse laudum anni* 1712, *et amplius; ad* XI, *proponantur cum aliquibus dubiis.*

18. SAVONEN. *Jurium parochialium*, in qua ad seq. dub.

An idem, quod servandum est, quoad dd. advenas, et exteros, sit etiam servandum quoad cives Savonenses, qui patriam redeuntes animo commorandi solum ad tempus domum consanguineorum, seu etiam paternam inhabitant in casu, etc.

XII. An gubernator, ejusque vicarius, magistratus, officiales, et stipendiati quicunque, missi a principe ad regimen civitatis habitantes in civitate Savonæ, vel in domo publica, vel privata sumptibus publicis conducta, aut in ea decedentes, una cum eorum familiis subjiciantur parocho cathedralis quoad receptionem omnium sacramentorum, vel potius parocho ecclesiæ parochialis, intra cujus districtum habitant, vel decedunt in casu, etc.

XIII. An prædictis non eligentibus sepulturam,

Digitized by Google

eorum corpora sepeliri debeant in ecclesia cathedrali, ac solvi emolumenta funeralia illius ecclesiæ parocho, vel potius in ecclesia parochiali, intra cujus districtum decedunt, ac solvi emolumenta funeralia parocho dictæ ecclesiæ in casu, etc.

XIV. An prædictis eligentibus legitime sepulturam in aliqua ecclesia quarta funeralis solvi debeat parocho cathedralis, vel parochialis, in qua decedunt in casu, etc.

XV. Quid servandum quoad prædictos, qui cives Savonenses forent, et habitarent in domo propria, vel privata propriis sumptibus conducta in casu, etc.

Sacra congreg. Conc. die 3 Decembris 1712 respondit: *Ad* XI, affirmative *quoad eos tantum qui omnino deseruerunt domicilium; ad* XII, XIII, XIV, affirmative *quoad primam*, et negative *quoad secundam partem ; ad* XV, *spectare ad parochum ecclesiæ parochialis, in cujus parochia habitant.*

19. SAVON. *Jurium parochialium*, in qua ad seq. dub.

XVI. An officiales belli quocunque nomine nuncupentur habitantes in civitate Savonæ, vel in quarteriis, et domo publica vel privata, aut in ea degentes una cum eorum familiis, subjiciantur parocho ecclesiæ cathedralis quoad receptionem omnium sacramentorum, vel potius parocho ecclesiæ parochialis, intra cujus districtum habitant, vel decedunt in casu, etc.

XVII. An prædictis non eligentibus sepulturam, eorum corpora sepeliri debeant in ecclesia cathedrali, ac solvi emolumenta funeralia illius ecclesiæ parocho, aut potius in ecclesia parochiali, intra cujus districtum decedunt, ac solvi emolumenta funeralia parocho dictæ ecclesiæ in casu, etc.

XVIII. An prædictis eligentibus legitime sepulturam in aliqua ecclesia, quarta funeralis solvi debeat parocho cathedralis, vel parocho ecclesiæ parochialis, intra cujus districtum decedunt in casu, etc.

XIX. An domus publica intelligenda sit illa, quæ partim sumptibus publicis, partim privatis conducitur, vel potius illa, quæ tota sumptibus publicis conducitur ad effectus supradictos?

XX. Quid servandum quoad prædictos officiales belli, qui cives Savonenses forent in casu, etc.

Sac. cong. Conc. die 17 Decemb. distulit propositionem, die vero 21 Januarii 1713 respondit; *ad* XVI *usque ad* XVIII *inclusive*, affirmative *quoad primam, et* negative *quoad secundam partem ; ad* XIX, *non indigere responsione; ad* XX, *spectare ad parochos.*

20. SAVON. *Jurium parochialium*, in qua ad seq. dub.

XXI. An milites omnes habitantes in civitate Savonæ, vel in quarteriis, et domo publica, vel privata, aut in ea decedentes una cum eorum familiis subjiciantur parocho ecclesiæ cathedralis quoad receptionem omnium sacramentorum, vel potius parocho ecclesiæ parochialis, intra cujus districtum habitant, vel decedunt, in casu, etc.

XXII. An prædictis non eligentibus sepulturam, eorum corpora sepeliri debeant in ecclesia cathedrali, ac solvi emolumenta funeralia illius ecclesiæ parocho, vel potius in ecclesia parochiali, intra cujus districtum decedunt ac solvi emolumenta funeralia parocho dictæ ecclesiæ, in casu, etc.

XXIII. An prædictis eligentibus legitime sepulturam in aliqua ecclesia, quarta funeralis solvi debeat parocho parochialis, intra cujus districtum decedunt, in casu, etc.

XXIV. Quid servandum quoad prædictos milites, qui cives Savonenses forent, in casu, etc.

XXV. An carcerati in carceribus criminalibus domini gubernatoris, ibique degentes, aut decedentes, sive sint Savonenses, sive exteri, subjiciantur parocho ecclesiæ cathedralis quoad receptionem omnium sacramentorum, vel potius parocho ecclesiæ parochialis, intra cujus districtum reperiuntur carceres, in casu, etc.

XXVI. An prædictis non eligentibus sepulturam, eorum corpora sepeliri debeant in ecclesia cathedrali ac solvi emolumenta funeralia illius ecclesiæ parocho, vel potius in ecclesia parochiali, intra cujus districtum carceres reperiuntur, ac solvi emolumenta funeralia parocho dictæ ecclesiæ, in casu, etc.

XXVII. An prædictis eligentibus legitime sepulturam in aliqua ecclesia quarta funeralis solvi debeat parocho cathedralis, vel parocho ecclesiæ parochialis, intra cujus districtum reperiuntur carceres, in casu, etc.

XXVIII. An idem, quod servatum est quoad carceratos in carceribus criminalibus, servandum sit quoad carceratos in carceribus civilibus vulgo dictis *male paghe.*

Sac. cong. Concil. die 1 April. 1713 distulit propositionem, die vero 13 Maii ejusdem anni rescripsit : *Ad* XXI, XXII et XXIII, affirmative *quoad primam, et* negative *quoad secundam partem; ad* XXIV, *spectare ad parochos; ad* XXV, XXVI et XXVII, affirmative *quoad primam, et* negative *quoad secundam partem ; ad* XXVIII, *subjici propriis parochis respective.*

21. SAVONEN. *Jurium parochialium*, in qua ad seq. dub.

XXIX. An damnati ad mortem subjiciantur parocho ecclesiæ cathedralis quoad receptionem sacramentorum, vel potius parocho ecclesiæ parochialis, in cujus districtu reperiuntur carceres, in casu, etc.

XXX. An prædictis non eligentibus sepulturam, eorum corpora sepeliri debeant in ecclesia cathedrali, ac solvi emolumenta funeralia illius ecclesiæ parocho, vel potius in ecclesia parochiali, intra cujus districtum carceres criminales reperiuntur, ac solvi emolumenta funeralia parocho dictæ ecclesiæ, in casu, etc.

XXXI. An prædictis eligentibus legitime sepulturam in aliqua ecclesia quarta funeralis solvi debeat parocho cathedralis, vel parochialis, in cujus districtu reperiuntur dicti carceres.

XXXII. An jus baptizandi pueros natos intra octavam Paschatis resurrectionis, et octavam Pentecostes spectet ad parochum cathedralis, vel potius ad alios parochos, in quorum parochiis nascuntur.

XXXIII. An privative, vel cumulative, in casu, etc.

XXXIV. Et an sit intelligendum etiam de illis pueris natis intra octavas prædictas, quos baptizari contingat extra easdem octavas, in casu, etc.

Sac. cong. Concil. die 17 Junii 1714 respondit : *Ad* XXIX, XXX, XXXI *et* XXXII, affirmative *quoad primam, et* negative *quoad secundam partem; ad* XXXIII, privative; *ad* XXXIV, affirmative.

22. BALNEOREGIEN. *Missæ parochialis, et conventualis*, in qua ad seq. dub.

I. An canonici ecclesiæ cathedralis, et parochialis Balneoregii teneantur applicare quotidie Missam conventualem pro fundatoribus, et benefactoribus in casu, etc., *et quatenus* affirmative.

II. An singuli canonici teneantur a die adepti canonicatus satisfacere Missas conventuales usque adhuc non applicatas, in casu, etc.

III. An Missæ de anniversario, quæ cantantur in choro in quatuor mensibus anni diebus non impeditis cedere debeant loco Missæ conventualis, in casu, etc., et *quatenus* negative.

IV. An canonici teneantur celebrare, et applicare tam dictas Missas de anniversario, quam conventuales, in casu, etc.

V. An ultra Missam conventualem sit celebranda, et applicanda diebus festivis Missa parochialis a canonicis per turnum, sive potius a canonicis curatis

Digitized by Google

in casu, etc., *et quatenus* affirmative, vel a curatis, vel a canonicis singulis per turnum?

VI. An occurrente quod prædicti duo canonici curati, vel alii canonici celebrent Missam conventualem per turnum diebus Dominicis, ac festis de præcepto, tunc teneantur per alium celebrari facere Missam parochialem, in casu, etc.

VII. An, quatenus Missa parochialis sit celebranda in diebus festivis a canonicis curatis in parochia contradæ Rebotæ, sufficiat celebratio, et applicatio unius Missæ pro populo, seu potius ambo canonici curati teneantur ad applicationem supradictæ Missæ, in casu, etc.

VIII. An canonicus curatus eccl. parochialis contradæ Civitæ, ubi residere tenetur, exemptus a servitio chori teneatur per turnum cantare, et applicare in cathedrali Missam conventualem, et celebrare aliam missam in aurora, quæ celebratur per turnum in dicta ecclesia ab omnibus canonicis, tam diebus festivis, quam ferialibus, in casu, etc., *et quatenus* affirmative *in omnibus*.

IX. An occurrente quod celebret per turnum Missam conventualem, sive aliam in aurora diebus festivis de præcepto, tunc teneatur per alium celebrari facere Missam parochialem in ecclesia parochiali Civitæ, in casu, etc.

Sac. cong. Concil. die 8 Julii 1714 distulit propositionem, die vero 19 Augusti ejusdem anni respondit: *Ad* I *et* II, affirmative; *ad* III, negative; *ad* IV, affirmative; *ad* V, negative *quoad primam, et* affirmative *quoad secundam partem ; ad* VI, affirmative; *ad* VII, *sufficere unicam celebrationem, et applicationem; ad* VIII, negative; *ad* IX, *provisum in octavo*.

23. NULLIUS. *Altamuræ conservatorii, et exemptionis*, in qua ad sequent. dub.

I. An electio episcopi Bitecten. in conservatorem sustinetur, in casu, etc., *et quatenus* negative.

II. An teneantur PP. Minores observantes eligere conservatorem in civitate Altamurana, vel possint in alia civitate viciniori alterius diœcesis, in casu, etc.

III. An conservator prædictus possit cognoscere causas civiles contentiosas dd. religiosorum, et eorum syndici, sive potius eorum cognitio spectet ad Ordinarium, in casu, etc., *et quatenus* affirmative *quoad primam partem*.

IV. An dictus conservator debeat uti actuario curiæ archipresbyteralis, et delegare cognitionem dictarum causarum in ipsa civitate Altamurana, in casu, etc.

V. An in concernentibus correctionem morum syndicus dictorum religiosorum sit exemptus a jurisdictione Ordinarii, in casu, etc.

Sac. cong. Concil. die 13 Julii 1715, distulit propositionem; die vero 3 Augusti dicti anni respondit: *Ad* I, negative; *ad* II, affirmative, *quoad primam partem, et* negative *quoad secundam partem; ad* III *et* IV, dilata, *et particulariter scribatur; ad* V, negative.

24. LUCANA *Juris deferendi crucem*, in qua ad seq. dub.

An liceat episcopo Lucano ingredi erecta cruce ecclesiam S. Frigdiani canonicorum Lateranensium, in casu, etc.

Sac. cong. Concil. die 4 Julii 1716, distulit propositionem, die vero 8 Augusti ejusdem anni respondit: *affirmative*.

25. TUDERTINA *Capellaniæ*, in qua ad seq. dub.

I. An clericus Cajetanus Corsetti teneatur ad onera, de novo apposita in nominatione de se facta a confratribus, et non memorata in fundatione.

II. An idem ordinari possit ad titulum ejusdem capellaniæ, superaddito ex bonis patrimonialibus alio annuo reditu scutorum decem.

Sac. cong. Conc. die 12 Martii 1718, respondit: *Ad* I, negative, *et amplius; ad* II, affirmative.

26. CASALEN. *Montis pietatis*, in qua ad seq. dub.

An, et pro qua summa, et quomodo oratorum precibus sit annuendum.

Sac. cong. Conc. diei 12 Martii 1718 respondit: Affirmative *pro aliis scutis* 6000 *cum iisdem cautelis et conditionibus appositis in præcedentibus concessionibus, et ad mentem*.

27. AQUIBENDII. *Visitationis sacrorum limitum*, in qua ad sequens dub.

An in casu, de quo agitur, permissum esse valeat episcopo concedenti sacerdotibus regularibus facultatem audiendi confessiones sæcularium, injungere ut intersint congregationibus Casuum conscientiæ.

Sacra cong. Conc. die 12 Martii 1718 respondit: negative; *et detur decretum in Forosempronien. 12 Maii* 1688.

28. FERRARIEN. *Applicationis Missarum*, in qua ad seq. dub.

I. An capellani instituti a Calamello de Calamellis teneantur quocunque die Missam applicare pro anima fundatoris, et ejus propinquorum, *et quatenus* negative.

II. An teneantur tantummodo applicare Missas diebus ferialibus, in quibus in Kalendario dicitur *de ea ; et quatenus* negative.

III. In quibus diebus teneantur applicare.

Sac. cong. Conc. die 26 Martii 1718 respondit: *Ad* I, affirmative. *In reliquis satis provisum*.

29. FLORENTINA. *Præeminentiarum* in qua ad seq. dub.

I. An canonicus coadjutus possit per se ipsum explere functiones nuncupatas de hebdomada, et turno, in casu, etc.

II. An eo impedito, vel nolente possit dd. functiones peragere coadjutor, seu potius jus ea explendi devolvatur ad canonicum in turno succedentem, in casu, etc.

Sac. congr. Conc. die 9 Aprilis 1718 respondit: *Ad* I, affirmative, *et amplius; ad* II, affirmative *quoad primam partem, et* negative *quoad secundam*.

30. MEDIOLANEN. *Reductionis Missarum*, in qua ad sequens dub.

An supposito, quod nullus inveniatur sacerdos qui velit Missam quotidianam celebrare pro annua eleemosyna librarum 400 a testatore præscripta, sit locus reductioni, in casu, etc.

Sacra congr. Conc. die 9 Aprilis 1718 respondit: *Affirmative*.

31-32. PAPIEN. In qua ad sequens dub.

An Ordinarius dispensare valeat in irregularitate ex homicidio contracta in casu, et ad effectum de quo agitur.

Sacr. cong. Conc. die 21 Maii 1718 respondit: *Negative*.

In oratoriis convictoribus discipulis, et domesticis, hoc est illis, qui actu degunt in collegio, et illi inserviunt, communio paschalis administrari non potest: sac. congr. Conc. 11 Julii 1718.

33. NOVARIEN. *Aggregationis*, in qua ad seq. dub.

I. An confraternitas aggregata gaudeat solum indulgentiis, vel potius etiam privilegiis archiconfraternitatis aggregantis, in casu, etc.

II. An SS. Eucharistiæ sacramentum retineri possit in oratorio confraternitatis, in casu, etc.

III. An cum licentia episcopi, et sine consensu parochi fieri possit in oratorio confratrum expositio infra annum, et præcipue Quadraginta Horarum in octava defunctorum, in casu, etc.

IV. An parochus possit impedire celebrationem Missarum solemnium in dicto oratorio per annum sive pro vivis, sive pro defunctis etiam post Missam parochialem in casu, etc.

V. An liceat dictæ confraternitati facere processiones, tam intra ambitum dicti oratorii, quam ex-

Digitized by Google

tra illum absque licentia parochi, per cujus parochiam transeundum est, in casu, etc.

VI. An capellanus dictæ confraternitatis possit deferre stolam in dictis processionibus in oratorio tantum, seu extra oratorium, in casu, etc.

VII. An et quomodo possit parochus se ingerere in administratione oblationum, vel eleemosynarum in dicto oratorio recollectarum, vel capsulæ pro illis recipiendis expositæ clavem retinere, in casu, etc.

VIII. An dictus parochus possit se ingerere in distributione subsidii dotalis dari soliti quolibet anno a dicta confraternitate, in casu, etc.

IX. An confraternitas possit facere suas congregationes absque licentia et interessentia parochi, in casu, etc.

X. An, et quando parochus est paratus ad sepelienda cadavera pauperum defunctorum, seu occisorum, possit ea sepelire confraternitas mortis, in casu, etc.

XI. An parocho dicta cadavera sepelire, et januas ecclesiæ aperire recusante, possit eadem confraternitas ea sepelire in ecclesia parochiali, eamque aperire per vim, in casu, etc.

XII. An liceat capellano dictæ societatis facere benedictionem, et distributionem candelarum in dicto oratorio pro confratribus, et sororibus in festo sanctissimæ Purificationis, in casu, etc.

XIII. An processus, et comminatio censurarum contra dictos confratres sustineatur, in casu, etc.

Sacr. congr. Conc. die 24 Septembris 1718 respondit: *Ad* I, *gaudere indulgentiis*, *et privilegiis archiconfraternitatis aggregantis; ad* II, affirmative; *ad* III, affirmative; *ad* IV, affirmative, *nisi accedat licentia episcopi; ad* V, *ad primam partem* affirmative; *ad secundam* negative, *nisi accedat licentia episcopi; ad* VI, affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam; ad* VII, negative; *ad* VIII, negative; *ad* IX, affirmative; *ad* X, negative; *ad* XI, affirmative *ad formam Bullæ, et ad mentem; ad* XII, affirmative; *ad* XIII, negative.

34. MANTUANA *applicationis sacrificii*, in qua ad sequens dub.

An capellanus teneatur Missam applicare pro suffragio animæ fundatoris, vel potius teneatur ad solam Missæ celebrationem, in casu, etc.

Sacr. congr. Conc. die 19 Novembris 1718 respondit : Negative *quoad primam partem; et* affirmative *quoad secundam.*

35. DERTHONEN. *Jurium parochialium*, in qua ad seq. dub.

I. An constet de matricitate ecclesiæ collegiatæ Sanctæ Mariæ Novarum, seu potius de alio titulo, aut specie superioritatis?

II. An jus benedicendi fontem, et cereum paschalem in die Sabbati Sancti spectet privative ad dictam ecclesiam collegiatam? *Et quatenus* affirmative.

III. An parochi ecclesiarum SS. Petri, Andreæ, et Nicolai teneantur in dicta die Sabbati S. accedere ad dictam ecclesiam collegiatam, et præstare per se, vel mediantibus eorum deputatis, assistentiam personalem benedictioni fontis et cerei.

IV. An dicti parochi possint in die Sabbati S. pulsare campanas ante signum collegiatæ.

V. An in feria sexta hebdomadæ sanctæ possit discooperiri crux ante ecclesiam collegiatam.

VI. An competat ecclesiæ collegiatæ jus recipiendi ab Ordinario oleum sanctum, illudque privative distribuendi, et consignandi parochis.

VII. An jus benedicendi sponsas, et puerperas spectet privative ad parochos.

VIII. An competat capitulo collegiatæ jus convocandi parochos in propria ecclesia occasione funerum et processionum.

IX. An occasione processionum, seu funerum faciend. cum interessentia capituli, teneantur parochi incedere sub cruce capituli, seu potius, an, et sub qua cruce sit incedendum.

X. An accedente capitulo dictæ ecclesiæ collegiatæ ad funus, debeatur præcedentia parocho, seu potius archipresbytero collegiatæ.

XI. An jus deferendi stolam in processionibus, et funeribus competat privative archipresbytero, et capitulo collegiatæ.

XII. Starium frumenti occasione funerum patris, vel matris familias, aliæque oblationes funebres, an, et pro qua rata dividi debeant inter ecclesiam collegiatam et parochos.

XIII. An in processionibus solemnibus, et rogationibus possit capitulum, et archipresbyter ingredi alias ecclesias, ibique solitas orationes, seu functiones peragere.

XIV. An eidem archipresbytero accedenti ad infirmos pro danda benedictione in articulo mortis, liceat deferre superpelliceum, et stolam sine licentia parochi.

XV. An canonicus ecclesiæ collegiatæ habitans in domo sita intra fines alterius parochiæ, ex quo dicta ecclesia collegiata caret ædibus canonicalibus, teneatur in ultima infirmitate recipere sacramenta ab ecclesia collegiata, vel potius a parocho domicilii.

XVI. An idem canonicus decedens, non electa sibi sepultura, debeat sepeliri in ecclesia collegiata, vel in parochia domicilii.

Sacr. congregat. Concilii die 3 Decembris 1718 respondit : *Ad* I, negative *quoad primam, et* affirmative *quoad secundam partem; ad* II, affirmative; *ad* III, affirmative; *ad* IV, negative; *ad* V, negative; *ad* VI, affirmative *arbitrio tamen episcopi; ad* VII, affirmative *quoad primam, et* negative *quoad secundam partem ; ad* VIII, negative *quoad parochum defuncti*, affirmative *quoad alios parochos, qui ad funus invitantur, et quoad omnes quando ad processiones accedunt; ad* IX, Dilata, *ad* X, negative *ad primam partem*, affirmative *ad secundam ; ad* XI, negative; *ad* XII, dilata; *ad* XIII, affirmative; *ad* XIV, affirmative *in actu benedictionis; ad* XV, affirmative *quoad primam partem*, negative *quoad secundam, ad* XVI, affirmative, *dummodo adsit sepulcrum canonicorum.*

36. ROMANA. *Capellaniæ*, in qua ad seq. dub.

I. An Balthassar institui valeat ad capellaniam, ad quam fuit præsentatus, non obstante quod tempore præsentationis non esset sacerdos, *et quatenus* negative.

II. An eidem sit indulgenda dispensatio, et in casu, etc.

Sac. congr. Concil. die 4 Februarii 1719 respondit : *Ad* I, affirmative; *ad* II, *provisum in primo.*

37. ALEXANDRINA, in qua ad sequens dub.

An Patres congregationis Somaschæ teneantur ad applicationem Missæ celebrandæ in aurora, in casu, etc.

S. congr. Concil. die 18 Martii 1719 respondit : *Affirmative.*

38. CASALEN. *Residentiæ*, in qua ad sequens dub.

An canonici ecclesiæ collegiatæ oppidi Lù nominati per familiam de Belliardis post decretum sacræ congregationis Concilii emanatum de anno 1699, et per eamdem familiam imposterum nominandi habeant onus formalis residentiæ personalis præcise, in casu, etc.

Sacr. congreg. Concil. die 18 Martii 1719 respondit : *Negative, et amplius.*

39. FERRARIEN. In qua ad seq. dub.

I. An dignitates, canonici, mansionarii, et capellani capituli, qui omnes ex usu, et consuetudine tenentur celebrare in cathedrali ecclesia Missas conventuales, teneantur ad easdem applicandas pro benefactoribus, *et quatenus* affirmative.

Digitized by Google

II. An celebrantibus, et applicantibus Missas conventuales solvenda sit eleemosyna a capitulo, *et quatenus* affirmative.

III. An pro eleemosyna dictarum Missarum conventualium teneantur contribuere omnes constituentes corpus capituli, sive sacerdotes, sive diaconi, sive subdiaconi, et sive participent, sive non participent de massa distributionum.

IV. An supposita obligatione applicationis Missæ conventualis, teneatur capitulum imposterum continuare in recitatione nocturni a Mortuis, et in celebratione Missæ cantatæ cum applicatione prima die cujuslibet mensis non impedita pro benefactoribus.

V. An capellani curati amovibiliter a capitulo deputati pro exercitio curæ animarum teneantur diebus Dominicis, et festis Missam applicare pro populo, *et quatenus* affirmative.

VI. An eleemosyna sit iisdem persolvenda ab archipresbytero, vel a capitulo, et quatenus solvenda sit a capitulo.

VII. An eleemosyna desumenda sit ex massa distributionum, vel ex fructibus præbendæ singulorum canonicorum.

Sac. cong. Conc. die 18 Martii 1719 respondit : *Ad* I, affirmative; *ad* II, affirmative; *ad* III, affirmative *sed ex massa distributionum; ad* IV *et* V, affirmative; *ad* VI, *eleemosynam esse persolvendam a capitulo in casu; ad* VII, *esse desumendam ex massa distributionum.*

40. AQUIPENDII. *Indulti*, in qua da seq. dub.

I. An canonicus seraphinus vigore indulti jubilationis, si choro non intersit, participare debeat de punctaturis, seu fallentiis, in casu, etc.

II. An idem participare debeat de emolumentis adventitiis anniversariorum, et associationum cadaverum, si functionibus non intersit, in casu, etc.

Sac. cong. Conc. die 1 Aprilis 1719 respondit : *Ad* I, affirmative, *et amplius; ad* II, affirmative *ad primam partem, dummodo non obstet voluntas testatoris, vel dantis; ad secundam partem* negative.

41. MEDIOLANEN. *Oneris Missarum*, in qua ad seq. dub.

An hæres teneatur supplere, vel potius sit locus reductioni oneris, in casu, etc.

Sac. cong. Conc. die 1 Aprilis 1719 respondit : *Quoad primam dubii partem* negative; *ad secundam* affirmative.

42. MACERATEN. *Jurium parochialium*, in qua ad sequent. dub.

I. An liceat præposito S. Georgii Terræ Urbisaliæ, et invito plebano ecclesiæ S. Laurentii, benedicere in hebdomada majori seu in Octava Paschalis Resurrectionis cum stola, vel sine, domos eidem plebaniæ subjectas, in casu, etc.

II. An eidem præposito liceat intervenire funeribus et associare cadavera parochianorum plebaniæ S. Laurentii, ubi non fuerit vocatus, vel a plebano, vel a familiaribus, seu hæredibus defuncti.

III. An, ubi intervenerit, possit invito plebano exigere unum intortitium ex iis, quæ circa cadaver deferuntur, et apponuntur, vel potius dicto præposito dictum intortitium tradi debeat ab hæredibus defuncti.

IV. An dictus præpositus, et clerus teneatur in hebdomada majori, et in nocte Nativitatis, et in aliis festivitatibus interesse functionibus in dicta plebania.

V. An, et quomodo liceat præposito peragere processionem, et in ea exercere functiones solitas in altero ex diebus Rogationum.

VI. An, et quomodo in aliis solitis processionibus liceat præposito intervenire cum plebano, in casu, etc.

VII. An, et cui in functionibus explendis in ecclesiis exsistentibus intra limites plebaniæ, vel in aliis locis tertiis, interveniente plebano, et præposito, præeminentia debeatur, in casu, etc.

VIII. An liceat præposito prædicto alternative cum plebano retinere in ipsius domo concionatorem tempore Quadragesimæ.

IX. An, et quomodo liceat præposito celebrare in ipsis ecclesiis Missas et Officia communitatis.

X. An, et cui competat jus deputandi quæstuatores in Quadragesima pro eleemosynis animarum purgantium.

XI. An Missæ cum dictis eleemosynis celebrandæ celebrari debeant in ecclesia plebaniæ S. Laurentii, vel in altera præpositure.

XII. An illi, qui a præposito sacramenta recipiunt teneantur pro fructibus recollectis in prædiis plebaniæ subjectis, solvere decimas plebano, in casu, etc.

Sac. cong. Conc. die 17 Junii 1719 respondit : *Ad* I, II *et* III, negative; *ad* IV, *affirmative in hebdomada majori, et nocte Nativitatis; ad* V *et* VI, *licere præposito facere secundam processionem Rogationum, et aliis processionibus intervenire, quæ fiunt a plebano, ita tamen, ut præcedentia competat præposito in sola processione secunda Rogationum, in aliis vero plebano ; ad* VII, *deberi præcedentiam plebano ; ad* VIII, affirmative ; *ad* IX, affirmative, *sed alternatim ; ad* X *et* XI, *servandum esse decretum Visitationis, donec aliter ab episcopo statutum fuerit, et amplius in omnibus ; ad* XII, dilata, *et examinentur hinc inde formiter testes.*

43. BRUNDUSINA. *Adimplementi*, in qua ad sequent. dub.

I. An fratres sint capaces legati in casu, de quo agitur, *et quatenus* negative.

II. An hæres legatum, seu onus celebrationis Missarum ab altari S. Francisci de Paula transferre possit ad ecclesiam collegiatam S. Liberiani, *et quatenus* negative.

III. Quomodo dictus hæres adimplere valeat onus impositum celebrationis Missarum.

Sac. cong. Conc. die 26 Augusti 1719 respondit : *Ad* I *et* II, negative; *ad* III, *posse hæredem census creare, et assignare pro onere Missarum, sed creare, et assignare cum auctoritate episcopi, cui scribatur juxta mentem, ita ut novus Censuarius se obliget solvere Patribus eleemosynam ad formam testamenti.*

44. AUXIMANA. *Restaurationis ecclesiæ*, in qua ad seq. dubium.

An manutentio, seu reaptamentum ecclesiæ parochialis, et matricis terræ Staphili spectet ad plebanum, seu parochum, vel potius ad communitatem, in casu, etc.

Ead. sac. Cong. die 26 Augusti 1719 respondit : *Ad primam partem* affirmative ; *ad secundam* negative, *et amplius.*

45. NOVARIEN. *Aggregationis*, in qua ad sequens dubium.

An sit standum vel recedendum a decisis die 24 Sept. anni 1718, in casu, etc.

Sac. cong. eadem die 13 Januarii 1720 respondit : *Ad* I, *in decisis ; ad* II, *in decisis, arbitrio tamen eminentissimi episcopi, attentis circumstantiis facti ; ad* VII, *in decisis, nisi aliter demandetur ab eminentissimo episcopo ; ad* XII, *ad mentem*, *ad* XIII, *in decisis.*

46. FERRARIEN. *Applicationis Missarum*, in qua ad seq. dub.

An sit standum, vel recedendum a decisis die 26 Martii 1718. In casu, etc.

Sac. cong. Concil. die 24 Februarii 1720 respondit : *Standum in decisis et ampl.*

47. SANCTI MARCI, in qua ad seq. dub.

I. An Horarium a reverendissimo episcopo præscriptum pro horis canonicis recitandis, et sacris

Digitized by Google

functionibus absolvendis in ecclesia S. Marci sustineatur, et observari debeat.

II. An in accessu reverendissimi episcopi ad ecclesiam cathedralem, et in illius recessu ad palatium episcopale, ipse associari debeat a canonicis, et quomodo.

III. An quæstuatio pro suffragio animarum purgantium fieri solita, injungi valeat per episcopum personæ laicæ.

IV. An deputatio laici in sacristiam cathedralis ecclesiæ sustineatur.

V. An dato assueto signo per sonitum campanæ pro recitatione Officii, sit exspectandus accessus reverendissimi episcopi.

VI. An capitularibus sit injungendum novum onus cantus Gregoriani in recitandis Horis canonicis.

VII. An divisio servitii chori inter canonicos, et clerum cathedralis dietim, et per turnum sit observanda, in casu, etc.

Sac. cong. Conc. die 15 Aprilis 1720 respondit: *Ad* I, *ad mentem; ad* II, affirmative, *et episcopum esse associandum a canonicis habitu canonicali indutis ab aula palatii ad ecclesiam, et ab ecclesia ad aulam, dummodo episcopus sit cappa indutus; ad* III, affirm.; *ad* IV, *sacristem debere saltem esse clericum; ad* V, affirm. *juxta modum insinuatum ab episcopo Bisinianen. in sua relatione; ad* VI, affirmative *juxta pariter modum insinuatum ab eodem episcopo; ad* VII, *servitium præstandum esse per hebdomadam, et amplius in omnibus.*

48. PORTALEGREN. in qua ad seq. dub.

An supposita consuetudine immemorabili, licitum sit conferre primam tonsuram, et minores ordines feria sexta post prandium ante diem Sabbati Quatuor Temporum, in casu, etc.

Sac. cong. Conc. die 13 Aprilis 1720 respondit: Affirmative *quoad primam tonsuram. et quoad cæteros minores ordines, consuetudinem immemorabilem tolerari posse, sed expedire, ut episcopus se conformet Pontificali Romano, titulo De minoribus ordinibus.*

49. COMEN. *Missæ parochialis, et conventualis,* in qua ad seq. dub.

I. An capitulum, et canonici collegiatæ S. Euphemiæ insulæ teneantur applicare Missam conventualem pro fundatoribus, et benefactoribus.

II. An singuli eorum teneantur a die adeptæ possessionis eorum canonicatuum satisfacere Missas conventuales hucusque non applicatas.

III. An ultra Missam conventualem, sit celebranda ab archipresbytero parocho Missa parochialis diebus festivis, hora congrua populo, et pro eo applicanda.

IV. An idem facere debeat in diebus ferialibus Quadragesimæ, in quibus in ecclesia parochiali habentur conciones, cum, vel sine applicatione.

V. An occurrente quod archipresbyter parochus celebret Missam conventualem, vel alias legitime absit, vel sit impeditus tam in diebus festivis, quam ferialibus Quadragesimæ, teneatur celebrare facere per alium Missam parochialem pro populo, ut supra.

VI. Qua hora concio diebus Quadragesimæ haberi debeat.

VII. An archipresbyter teneatur satisfacere Missas etiam parochiales hucusque non applicatas.

Sacr. congreg. Conc. die 11 Maii 1720 respondit: *Ad* I, affirmative; *ad* II, *ad mentem; ad* III, affirmative; *ad* IV, affirmative, *sed sine applicatione; ad* V, affirmative *sed cum applicatione diebus festis tantum; ad* VI, *arbitrio episcopi, ad* VII, affirmative, *et ad mentem, ut in* II.

50. VENETA, in qua ad seq. dub.

An permittendum sit, quod in ecclesia collegiata, et parochiali S. Pauli nocte Nativitatis Domini prima noctis hora Missa celebretur, in casu, etc.

Sacr. congr. Concil. die 13 Julii 1720 respondit: *Negative.*

51. COLONIEN. in qua ad seq. dub.

I. An confessarii regulares possint sæculares extra mortis periculum absolvere a casibus Ordinario reservatis, in casu, etc.

II. An confessarii Monialium exemptarum, et prælati Regularium subjectarum possint easdem etiam extra mortis periculum absolvere a casibus episcopo reservatis, in casu, etc.

III. An supposito edicto supra recensito confessarius regularis extra mortis periculum absolvere possit sæcularem complicem criminis carnalis externi mortaliter peccaminosi secum commissi, in casu, etc.

IV. An supposito pariter eodem edicto confessarius regularis Monialium exemptarum absolvere possit Monialem complicem criminis carnalis externi mortaliter peccaminosi secum commissi, in casu, etc.

Sac. cong. Conc. die 16 Novembris 1720 respondit: *Ad* I. negative; *ad* II affirmative, *præter quam quoad casus, quos episcopus sibi reservaverit in materia clare spectante ad jurisdictionem delegatam; ad* III, negative; *ad* IV, affirmative *quatenus non sit violata clausura.*

Sed nunc quoad hoc est observanda novissima constitutio sanct. mem. Summi Pontificis Benedicti XIV, *incip.* Sacramentum Pœnitentiæ, relata in tom. II hujus Bibl. sub verb. Complex peccati, *num.* 1, 2, 3. Vide ibi, et serva.

52. DUBIA *Concursus,* ubi ad seq. dub.

I. An in concursibus, qui imposterum fient occasione vacationis ecclesiarum parochialium præcipiendum sit, ut eadem omnino quæsita omnibus concurrentibus proponantur, et quod unusquisque ex concurrentibus intra congruum tempus assignandum, debeat, in scriptis satisfacere quæsitis propositis, et an ulterius præcipiendum sit, ut unusquisque ex concurrentibus sermonem scribat super textu Evangelii omnibus concurrentibus assignando.

II. An, et quantum tempus præfigendum sit illis qui intendunt appellationem interponere, vel a mala relatione examinatorum, vel ab irrationabili judicio episcopi.

III. An ante concessionem novi examinis, appellans a mala relatione examinatorum, vel ab irrationabili judicio episcopi, in eo quod attinet ad litteraturam, debeat imposterum docere de gravamine ex actis primi concursus, in quo tam suæ, quam concurrentium responsiones proprio charactere, una cum concionibus conscriptæ inveniuntur.

IV. An ante appellationis admissionem, appellans ab irrationabili judicio episcopi, non ex capite litteraturæ, sed aliarum qualitatum, teneatur docere de gravamine, aut ex actis primi concursus, aut ex aliis documentis, saltem extrajudicialibus ab ipso exhibendis.

Sacr. cong. Conc. die 16 Nov. 1720 respondit: *Ad* I, affirmative *per modum instructionis; ad* II, *esse præfigendum tempus decem dierum ad appellandum; ad* III, affirmative, *et doceatur de gravamine, vel ex actibus originalibus concursus, vel ex copia authentica collationata ad formam juris; ad* IV, affirmative.

53. NULLIUS, *seu* FARFEN. *Reparationis ecclesiæ,* in qua ad seq. dub.

An, et a quibus sit contribuendum in reparatione ecclesiæ parochialis S. Petri in Penna Firmanæ diœcesis, in casu, etc.

Sacr. congr. Conc. die 8 Februarii 1721 respondit: *Esse contribuendum a parocho, ut beneficiatis ad ratam redituum, et amplius.*

54. ROMANA *Capellaniæ,* in qua ad seq. dub.

An capellania, de qua agitur, sit laicalis, sive

Digitized by Google

potius ecclesiastica, in casu, etc.

Sacr. congr. Conc. die 12 Julii 1721, respondit: Affirmative *quoad primam, et* negative *quoad secundam partem.*

55. ELBOREN. *Dubiorum*, in qua ad seqq. dub.

I. An coadjutor ejusdem canonicatus cum futura successione, et assignata congrua, alias exterus, eo ipso dici possit subjectus capitulo Elboren. ad effectum suscipiendi ordines, absque alia dimissoria episcopi suæ originis.

II. An supradicta coadjutoria sufficiat saltem, ut talis coadjutor dicatur habere domicilium requisitum a constitutione S. M. Innocentii XII, incip. *Speculatores* ad effectum suscipiendi ordines, ex eo quod ex possessione talis coadjutoriæ perpetuæ, videtur sufficienter demonstratus animus perpetuo permanendi.

III. An idem episcopus auxiliaris teneatur inquirere, utrum circa illos, qui sibi ab Ordinario, seu capitulo proponuntur, seu dimittuntur ordinandi, satisfactum sit supradictæ constitutioni *Speculatores*, non obstante quod ipsi non competat habitare, et expedire ordinandos, sed provisori capituli, a quo non in genere, sed expresse personæ habiles, et expeditæ proponuntur.

Sacr. congr. Conc. die 23 Augusti 1721, respondit: *Ad* I affirmative; *ad* II, *satis provisum in primo*; *ad* III, *non teneri inquirere, sed posse, et debere, justa subsistente causa, se abstinere ab ordinatione.*

56. DUBIUM *Visitationis*, ubi ad sequent. dub.

I. An vicarius capitularis Scardonen. facere possit visitationem civitatis et diœcesis.

II. An facere possit visitationem personalem capitularium, in casu, etc.

Sacr. congr. Conc. die 13 Septembris 1721, respondit: *Ad* I *et* II, affirmative, *dummodo elapsus sit annus a die ultimæ visitationis factæ ab ordinario.*

57. ASTEN. *Officii Fabricerii*, in qua ad sequent. dub.

I. An electio ad officium Fabricerii in personam D. canonici Goria sustineatur in casu, *et quatenus* affirmative.

II. An canonicus Goria sit excusandus ab acceptione dicti officii, in casu, *et quatenus negative.*

III. An exercere teneatur per se ipsum, vel illud exercere valeat per suum coadjutorem, aut alium ex beneficiatis ejusdem cathedralis ab ipso substituendum, in casu, etc.

Sac. cong. Conc. die 2 Octobris 1721, respondit: *Ad* I, affirmative; *ad* II, negative; *ad* III, negative quoad *primam partem*, affirmative *ad secundam*; negative *ad tertiam.*

58. BITECTEN. in qua ad seq. dub.

I. An obtinens primum beneficium, sive liberæ collationis, sive de jure patronatus laicorum ad sui sustentationem sufficiens possit absque dispensatione apostolica retinere secundum de jure patronatus laicorum, in casu, etc.

II. An obtinens duo beneficia, sive liberæ collationis, sive de jure patronatus laicorum, minime sufficientia ad congruam sustentationem, possit retinere tertium, et quartum de jurepatronatus laicorum absque dispensatione apostolica, in casu, etc.

III. An id, quod procedit in retentione beneficiorum procedere etiam debeat in legatis piis, et capellaniis de jure patronatus laicorum, in casu, etc.

Sacr. cong. Conc. die 6 Decembris 1721, respondit: *Ad* I, negative; *ad* II, negative, *et ad mentem*; *ad* III, negative.

59. LUCANA *Funerum*, in qua ad sequent. dub.

I. An cadavera defunctorum sepelienda in ecclesia Patrum Minorum Observantium Terræ Petræ Sanctæ, antequam ad eorum ecclesiam deferantur, debeant prius asportari ad parochialem, et eorum ibi debeat fieri expositio usque ad horam sepulturæ, *et quatenus* negative.

II. An parochus teneatur restituere ceram, et alia emolumenta percepta occasione associationis, et expositionis in sua ecclesia cadaverum Angelæ, et Annæ, in casu, etc.

Sacr. congr. Concil die 14 Martii 1722 respondit: *Ad* I negative, *ad* II affirmative.

60. VELITERNA, in qua ad seq. dub.

I. An canonici collegiatæ ecclesiæ oppidi di Core teneantur quotidie Missam conventualem celebrare, *et quatenus* affirmative.

II. An teneantur quotidie dictam Missam conventualem applicare pro benefactoribus, *et quatenus* affirmative.

III. An, et quæ exemptio, sive a celebratione, sive ab applicatione Missæ conventualis iisdem, attenta præbendarum tenuitate, sit indulgenda, in casu, etc.

Sacr. congr. Conc. die 14 Martii 1722, respondit: *Ad* I, affirmative; *ad* II, affirmative; *ad* III, *posse indulgeri, ut Missas applicent diebus tantum festis de præcepto.*

61. VITERBIEN. *Visitationis sacrorum liminum*, in qua ad sequens dub.

An Patres Capuccini capellani triremium Summi Pontificis excipere possint confessiones remigum sine approbatione episcopi Viterbiensis, et aliorum in triremibus degentium, sive quando remiges, et alii sunt in *Darsena*, sive quando remiges, aliisque in triremibus degentes sunt in civitate Centum Cellarum, in casu, etc.

Sac. congr. Conc. die 18 Aprilis 1722, respondit: *Posse Patres Capuccinos sine approbatione Ordinarii Viterbien. et cum sola approbatione Urbis vicarii excipere confessiones remigum, et aliorum in triremibus continuo degentium, tam in ipsis triremibus, quam in portu, et receptaculo vulgo* Darsena, *et in hospitio in Darsena existente, sed non posse eosdem Patres Capuccinos excipere eorumdem confessiones in civitate Centum Cellarum sine approbatione Ordinarii Viterbien.*

62. JANUEN. *Jurisdictionis*, in qua ad sequens dub.

An, et de cujus bono jure constet procedendi in criminalibus contra canonicos et capitulares metropolitanæ Januen. una cum, vel sine adjunctis, etiam ad effectum manutentionis, in casu, etc.

Sacra congr. Concil. die 4. Julii 1722, respondit: *Constare de bono jure eminentiss. archiepiscopi procedendi in criminalibus contra canonicos sine adjunctis, etiam ad effectum manutentionis.*

63 MELPHITEN. in qua ad sequent. dub.

I. An edictum reverendissimi episcopi sustineatur, *et quatenus* affirmative.

II. An sit toleranda gestatio perucchæ in casu, de quo agitur, etc. *Vide ibi, ubi afferuntur plura decreta prohibentia gestare perucchas in celebratione Missæ.*

Sacr. congr. Concil die 8 Augusti 1722, respondit: *Ad* I, affirmative, *ad* II, negative *in casu de quo agitur.*

64. ULIXBONEN. *Occidentalis* in quo ad sequent. dub.

I. An liceat confessariis regularibus Monialium iisdem subjectarum habitare in mansionibus sitis in atriis monasteriorum muro circumvallatis, et quæ sunt contigua monasteriis, et habent portam, quæ clauditur, in casu, etc.

II. An famuli et famulæ Monialium sæculares in iisdem mansionibus degentes teneantur recipere sacramentum Eucharistiæ tempore paschali a parochis in quorum parochiis monasterium et mansiones sitæ sunt, in casu, etc.

III. An ad dictos parochos spectet sacramenta dictis famulis, et famulabus ministrare in casu ultimæ infirmitatis, in casu, etc.

Sac. cong. Concil. die 17 Septembris 1722, respondit: *Ad* I, negative, *ad* II, affirmative, *ad* III, affirmative *et amplius in omnibus.*

65. SPOLETANA, in qua ad sequent. dub.



Digitized by Google

I. An canonici collegiatæ ecclesiæ S. Petri civitatis Spoleti, teneantur quotidie Missam conventualem celebrare, *et quatenus* affirmative.

II. An teneantur quotidie dictam Missam conventualem applicare pro benefactoribus, *et quatenus* affirmative.

III. An, et quæ exemptio, sive a celebratione, sive ab applicatione Missæ conventualis, iisdem attenta præbendarum tenuitate, sit indulgenda, in casu, etc.

Sac. congr. Concil. die 17 Decemb. 1722, respondit : *Ad* I et II affirmative; *ad* III, *pro gratia quoad applicationem tantum, ut in Veliterna* 14 *Martii* 1722.

66. MONTIS MARANI *servitii ecclesiæ*, in qua ad sequent. dub.

I. An presbyteri ecclesiæ Vulturariæ teneantur canere Missas, anniversaria defunctorum, et alia divina Officia, in ecclesia, et choro cum cotta, veste talari et birreto clericali, in casu.

II. An in Missis anniversariis canendis pro defunctis, teneantur canere sequentiam *Dies iræ*, in casu, etc.

III. An in Missis prædictis canenda sit epistola in choro, vel potius ante altare in cornu epistolæ ab uno de clero, in casu, etc.

IV. An Missa canenda sit cum assistentia saltem clerici cotta induti, vel potius sine cotta, et licitum sit laico inservire celebranti, in casu, etc.

Sacr. cong. Concil. die 30 Januarii 1723, respondit : *Ad* I, affirmative, *ad* II, affirmative, *ad* III *quoad primam partem* negative, *ad secundam* affirmative ; *ad* IV, *Missam esse canendam cum assistentia saltem clerici cotta induti.*

67. JANUEN. *Jurisdictionis*, in qua ad seq. dub.

I. An conservator venerabilis collegii Patrum Societatis Jesu civitatis Januæ, tam in casibus, quem extra casus manifestæ violentiæ, vel injuriæ, possit procedere, sive Patres Societatis sint auctores, sive rei.

II. An pendente aliqua lite coram Ordinario metropolitano semel introducta cum Patribus Societatis Jesu, post eorum consensum in jurisdictionem, liceat iisdem convolare ad judicem conservatorem.

III. An in supradicto casu litis jam introductæ, ut supra, inhibitio conservatoris, si quæ fiat Ordinario, et parti, illiusque successiva decreta annullativa actorum ab Ordinario post dictam inhibitionem factorum, sint attendenda.

Sac. cong. Concil. die 20 Februarii 1723 respondit : *Ad* I et II, affirmative, *in casibus tamen manifestæ violentiæ et injuriæ, et quando Patres sunt rei ; ad* III, negative.

68. SORONA *Funerum*, in qua ad seq. dub.

I. An constet de electione sepulturæ facta per Flaminium Marini in ecclesia Patrum Carmelitarum, et *quatenus* affirmative.

II. An sit locus exhumationi et restitutioni cadaveris, et emolumenta ad ecclesiam tumulantem spectantia sint restituenda, in casu, etc.

Sac. cong. Concil. die 24 April. 1723 respondit : *Ad* I et II, affirmative, *in casu et amplius.*

69. CREMONEN. In qua ad sequent. dub.

I. An præposito S. Leonardi invitato, et renuente, aut impedito intervenire processioni occasione festi Nativitatis B. M. V. adhuc confratres Mortis oppidi Casalis Majoris illam facere possint absque licentia dicti præpositi, in casu, etc.

II. An dicti confratres facere possint eamdem processionem cum interventu capellani, aut alterius sacerdotis per ipsos, non autem per præpositum destinandi, in casu, etc.

III. An præposito S. Leonardi et simul confratri dictæ confraternitatis competant duo suffragia, vel unum duntaxat in congregationibus ejusdem confraternitatis, in casu, etc.

Sac. cong. Conc. die 5 Junii 1725 respondit : *Ad* I, affirmative *intra ambitum proprii oratorii, extra vero ambitum negative, nisi episcopi licentia accedat ; ad* II, affirmative ; *ad* III, negative *quoad primam partem, et* affirmative *quoad secundam.*

70. AQUILANA *Jurisdictionis*, in qua ad seq. dub.

I. An episcopo accedenti ad visitandum monasteria Monialium PP. Cœlestinis subjectarum, debeantur in ingressu ecclesiæ solitæ honorificentiæ, et præeminentiæ, omnesque actus reverentiales, ac associari, tam in ingressu, quam in egressu ecclesiæ a prædictis PP. Cœlestinis.

II. An Moniales prædictæ teneantur tradere episcopo visitanti librum Regularum et teneantur similiter subire ad solitas crates onus personalis visitationis quoad clausuram spectantis.

III. An episcopus possit solus cum suis convisitatoribus ingredi, et visitare clausuram prædict. monalium absque interventu P. abbatis Cœlestinorum.

IV. An episcopus possit visitare nedum crates, et mœnia exteriora prædictorum monasteriorum, sed etiam chorum interiorem, dormitoria, cellas, aliaque loca pro clausuræ custodia.

V. An possit episcopus occasione S. Visitationis habere sermonem spiritualem prædict. Monialibus tam intra, quam extra septa monasterii.

VI. An possit episcopus nedum visitare altaria et capellas ecclesiarum prædictorum monasteriorum, in quibus beneficia aliaque onera Missarum insint, verum etiam et tabernaculum cum altari majori.

Sacra congregat. Conc. die 31 Julii 1723 respondit : *Ad* I, affirmative *quoad ministros officiales monasterii, et quoad confessarium ejusdem tantum : ad* II, negative *quoad primam partem*, affirmative *quoad secundam ; ad* III, IV et V, affirmative ; *ad* VI, negative.

71-72. ORDINIS S. FRANCISCI, in qua ad seq. dub.

An decretum hujus sacræ congregationis editum die 17 Julii 1700, quo dictum fuit *servandum esse solitum*, ita sit intelligendum, ut indulgentia Portiunculæ acquiri possit a Christifidelibus a Vesperis Kalendarum Augusti ad Vesperas diei sequentis non semel, licet pluries debitis intercedentibus requisitis, ecclesias ordinum S. Francisci pluries visitaverint, sed toties, quoties easdem ecclesias dicta die debitis intercedentibus requisitis visitaverint.

S. C. C. die 4 Dec. 1723 respondit : *Servetur solitum.*

73. URBIS, in qua ad seq. dub.

Quomodo se gerere debeat parochus S. Spiritus in Saxia in collatione baptismatis infantibus, qui ad archihospitale deferuntur, sive iidem habeant schedulam de baptismo testantem, sive non habeant, et etiamsi ex colore et cæteris corporis qualitatibus deprehendatur, eosdem esse constitutos in ætate sex, aut decem mensium, vel unius anni cum dimidio.

Sacr. cong. Conc. die 15 Januarii 1724 respondit: *Esse baptizandos sub conditione in omnibus casibus expositis juxta instructionem, et instructio est, quod excipiatur a baptismo sub conditione casus schedulæ; quæ haberet certitudinem.*

74. NOVARIEN. in qua ad seq. dub.

I. An denuntiationes matrimoniorum, et ordinandorum, aliæque similes functiones parochiales faciendæ sint in celebratione Missæ parochialis, quæ celebratur in parochiali et collegiata Burgi Manerii, seu potius liceat præposito, et parocho ejusdem collegiatæ illas facere in celebratione Missæ conventualis contradicente capitulo, in casu, etc.

II. An liceat eidem præposito et parocho habere conciones ad populum in diebus Dominicis et festivis inter celebrationem dictæ missæ conventualis absque consensu capituli, in casu, etc.

Sac. cong. Conc. die 8 Julii 1724 respondit : *Ad* I, *arbitrio parochi ; ad* II, affirmative, *dummodo fiant ex suggestu, et non excedant medietatem horæ.*

Digitized by Google

75. BONONIEN. in qua ad sequentia dubia.

I. An constet de validitate Translationis ven. confraternitatis Salutis ab ecclesia Villæ Fontanæ ad ecclesiam hospitalis Peregrinorum S. Antonii abbatis terræ Medicinæ, in casu, etc.

II. An sustineatur Breve apostolicum concessionis perpetuæ ecclesiæ modo dicti hospitalis pro exercitio functionum ecclesiasticarum confraternitatis, in casu, etc.

III. An valeat eadem confraternitas ab ecclesia hospitalis prædicti imaginem B. Mariæ Virginis Conceptionis singulis annis in festo S. Pii V. seu Dominica eidem festivitati sequenti ad dictam ecclesiam Villæ Fontanæ processionaliter transferre. Subinde die Sabbati immediata post festivitatem S. Augustini ad dictam ecclesiam S. Antonii terræ Medicinæ restituere; nec non successive die Dominico Missa solemni, ac Vesperis cum cantu celebratis, processionem generalem facere per dictam terram Medicinæ, in casu, etc.

IV. An hujusmodi processione expleta possit capellanus confraternitatis superpelliceo et stola indutus, absente, vel etiam renuente parocho, populum benedicere, in casu, etc.

V. An liceat eidem confraternitati facere aliam processionem pœnitentiæ nuncupatam in una ex diebus hebdomadæ sanctæ, in casu, etc.

VI. An sustineatur aggregatio confraternitatis facta archiconfraternitati Cincturatorum Bononiæ, in casu, etc.

VII. An ratione privilegiorum ejusdem archiconfraternitatis liceat ipsi confraternitati facere processiones in quartis Dominicis cujuslibet mensis, et alias, tam intra, quam extra ambitum ecclesiæ, in casu, etc.

VIII. An liceat eidem confraternitati celebrare per annum Missas privatas solemnes, tam pro vivis, quam pro defunctis in casu, etc.

IX. An liceat confraternitati Salutis sepelire in propria ecclesia cadavera confratrum et consororum, qui ibidem elegerint sepulturam, et an ejusdem capellanus, absente parocho, valeat Officium aliasque functiones super iisdem cadaveribus explere, in casu, etc.

X. An eidem confraternitati liceat associare SS. Eucharistiæ sacramentum, et cadavera defunctorum cum aliis confraternitatibus, atque cum ipsis interesse processionibus, in casu, etc.

XI. An liceat dictæ confraternitati facere novenas ante solemniores suæ ecclesiæ festivitates cum expositione Sanctissimi, necnon tempore infirmitatis alicujus confratris velatam pixidem exponere; et ipsius capellano in prædictis functionibus populum benedicere, in casu, etc.

XII. An liceat eisdem confratribus recitare in dicta ecclesia hospitalis Peregrinorum S. Antonii horas canonicas cum cantu, vel absque cantu, in casu, etc.

XIII. An in sæpedicta ecclesia confraternitatis haberi possint publicæ functiones de tempore dictarum novenarum, et publicationis indulgentiarum, aliarumque ecclesiasticarum functionum, in casu, etc.

XIV. An eidem confraternitati liceat quæstuare tam intra, quam extra territorium Castri Medicinæ, in casu, etc.

XV. An liceat confratribus S. Mariæ Salutis saccis indutis processionaliter ad ecclesiam archipresbyteralem accedere ad effectum sacram Eucharistiam sumendi, tum in solemnitate paschali pro satisfaciendo præcepto Ecclesiæ, tum in aliis diebus infra annum; et an archipresbyter eisdem dicto modo accedentibus teneatur sacram Eucharistiam subministrare, in casu, etc.

S. C. C. die 28 Julii 1724 respondit: *Ad* I et II, affirmative, *ad* III, affirmative, *de licentia tamen Ordinarii* · *ad* IV. affirmative *in propria ecclesia*, negative *extra propriam; ad* V, affirmative, *de licentia tamen Ordinarii; ad* VI, affirmative; *ad* VII, affirmative *intra ambitum*, negative *extra ambitum; ad* VIII, affirmative *quoad Missas privatas tam pro vivis, quam pro defunctis, quo vero ad solemnes pro vivis* affirmative, *et quoad solemnes pro defunctis serventur constitutiones synodales; ad* IX, affirmative, *ad primam partem, et quoad secundam* negative; *nisi parochus vocatus renuat; vel alium sacerdotem non substituat; ad* X, affirmative, *dummodo sit invitata; ad* XI, *serventur constitutiones synodales; ad* XII, affirmative; *ad* XIII, affirmative *in omnibus de licentia Ordinarii; ad* XIV et XV, *arbitrio Ordinarii, et amplius in omnibus.*

76. SAVONEN. in qua ad sequent. dub.

I. An ædes sacra S. Mariæ de Areneto sit ecclesia publica, vel oratorium privatum, in casu, etc.

II. An constet de nullitate, et injustitia interdicti, et respective suspensionis a divinis, in casu, etc. *quibus die 28 Julii 1724 responsum fuit: Dilata, et fiat Plancta judicialis*, etc. *At impetrata nova audientia proponitur dubium.*

An sit standum, vel recedendum a decisis, in casu, etc.

Sacra congregat. Concil. die 9 Septembris 1724 respondit: *Prævio recessu a decisis, ecclesiam esse publicam, facta tamen per senatorem imperialem in publico instrumento declaratione, se nullum jus habere in area sita ante ecclesiam, necnon quod claves, tam ecclesiæ, quam areæ prædictæ retineantur a capellano, et ad D. secretarium cum Sanctissimo pro declaratione, quod area non gaudeat immunitate; et quoad* II affirmative, *et amplius.*

77. MONTIS FALISCI, in qua ad sequent. dub.

I. An onus anniversarii, et Missarum annualium sit perpetuum, vel potius temporale ad vitam hæredum testamentariorum.

II. Quæ quantitas Missarum intelligatur sub nomine anniversarii et Missarum annualium.

III. An sub nomine anniversarii, et Missarum annualium, intelligatur unum, et idem onus, seu, potius sint onera diversa et distincta.

IV. An pœna injuncta in casu contraventionis sit temporalis, restricta ad primos hæredes, vel potius perpetua, repetita in aliis successive hæredibus.

V. An orator teneatur in solidum, vel pro sua virili tantum, et quid super aliis bonis per ipsum possessis, et emptis ab aliis cohæredibus.

Sacr. congr. Concil. die 16 Decembris 1724 respondit: *Ad* I, negative *ad primam partem*, et affirmative *ad secundam, et in reliquis satis provisum in primo.*

78. TURRITANA, in qua ad sequentia dubia.

I. An vicario capitulari Turritano liceat procedere causis canonicorum ecclesiæ metropolitanæ, tam in communi, quam in particulari, non obstante illius suspicione, seu recusatione per eosdem canonicos, seu capitulum allegata, in casu, etc.

II. An competat capitulo metropolitano Turritano facultas recipiendi recusationes vicarii capitularis per diœcesanos Turritanos propositas, seu proponendas, et respective deputandi arbitros pro admittendis, seu rejiciendis causis earumdem recusationum, in casu, etc.

III. An præfato capitulo ecclesiæ metropolitanæ licitum fuerit recipere suspiciones, seu recusationem ejusdem vicarii coram ipso propositas per R. D. Antonium Murgiam rectorem ecclesiæ parochialis de Ossi, et R. P. Antonium Franciscum Serram plebanum ecclesiæ parochialis de Osilo, in casu, etc.

IV. An Censuræ relaxatæ per eumdem D. vicarium capitularem adversus archipresbyterum, decanum, et canonicum antiquiorem prædictæ ecclesiæ, sustineantur, in casu, etc.

Sacr. congreg. Concil. die 16 Decembris 1724 respondit: *Ad* I, affirmative; *ad* II et III, affirmative; *ad* IV, negative.

Digitized by Google

79. **TURRITANA**, in qua ad sequens dubium.

An, et in qua parte sit standum, vel recedendum a decisis die 16 Decembris 1724.

Sacr. congreg. Concil. die 13 Januarii 1725 respondit: *Ad* I et II, *in decisis; ad* III, *recedendum a decisis; ad* IV, *in decisis.*

80. ASCULANA, in qua ad sequent. dub.

I. An liceat confratribus confraternitatis sanctissimi Suffragii Terræ Offidæ convocare congregationes tam generales, quam particulares, ac devenire ad electionem officialium, aliaque negotia confraternitatis proponere ac determinare absque licentia, et assistentia reverendissimi episcopi, seu vicarii foranei, aut alterius personæ per reverendissimum episcopum deputandæ, *et quatenus* affirmative.

II. An saltem reverendissimus episcopus in aliquo casu per se, vel per alium ab ipso deputandum possit intervenire dictis congregationibus generalibus, *et quatenus* affirmative.

III. An episcopus, seu persona per eum deputanda possit suffragium ferre.

IV. An liceat reverendissimo episcopo removere officiales, et ministros a confratribus electos, quatenus non sint idonei, et graves exceptiones patiantur.

V. An officiales teneantur reddere rationem eorum administrationis Ordinario, sive in actu visitationis, sive alio tempore, et in quo loco.

VI. An officiales, sive confratres, possint accep'are legata, et pecunias relictas a testatoribus investire, vel in usus a testatoribus destinatos, sive in alios erogare absque licentia Ordinarii.

S. cong. Concil. die 24 Martii 1725, respondit: *Ad* I, II, IV, affirmative; *ad* III, negative; *ad* V, affirmative, *tam in actu visitationis, quam extra, et in loco ab episcopo designando, in terra tamen Offidæ; ad* VI, negative, *et quoad legata pure lucrativa, et erogationem in usus a testatoribus designatos affirmative, sed cum participatione episcopi.*

81. JANUEN. in qua ad sequentia dubia.

I. An, et de cujus licentia sacram Eucharistiam recipere debeant moniales, quæ eam recipere volunt ultra dies statutos a constitutionibus vel a consuetudine monasterii, ut in illis omnes Moniales communicent.

II. Quomodo se gerere debeat superiorissa monasterii circa retentionem clavis parvæ fenestræ per quam sumitur a monialibus Eucharistia, in casu, etc.

Sac. congreg. Concil. die 14 Aprilis 1724 respondit: *Ad* I, *de licentia confessarii ordinarii, et non directorum, prævia participatione prælati Ordinarii; ad* II. *servandum esse decretum S. congreg. Episcopor. et Regular. die* 5 *Septembris* 1617.

82. DERTONEN. *Jurium parochialium;* in qua ad seq. dub.

I. An occasione processionum, seu funerum faciend. cum interessentia capituli, teneantur parochi incedere sub cruce capituli, seu potius an, et sub qua cruce sit incedendum.

II. Starium frumenti occasione funerum patris, vel matris familias, aliæque oblationes funebres, an, et pro qua rata dividi debeant inter ecclesiam collegiatam et parochos.

III. An canonicus ecclesiæ collegiatæ habitans in domo sita intra fines alterius parochiæ, ex quo dicta ecclesia collegiata careat ædibus canonicalibus, teneatur in ultima infirmitate recipere sacramenta ab ecclesia collegiata, vel potius a parocho domicilii, in casu, etc.

Sac. congreg. Concil. die 14 Aprilis 1725 respondit: *Ad* I, affirmative *quoad primam partem, et quoad secundam satis provisum in prima, ad* II, *in decisis; ad* III *Dilata, et exhibeatur Breve Gregorii* XV.

83. NEAPOLITANA *Capellaniarum*, in qua ad sequen. dub.

I. An Capellani de quibus agitur, possint obtinere beneficia curata, vel œconomias ecclesiarum parochialium, aut incumbentias expediendi confessiones monialium, vel alia onera cum celebratione Missarum incompatibilia acceptare, satisfaciendo per substitutos oneri prædictarum Missarum.

II. An capellani pro aliqua die cujuslibet hebdomadæ legitime impediti, qui Missarum celebrationem per alium sacerdotem satisfaciunt, debeant huic sacerdoti persolvere stipendium pro capellanis statutum vel solam eleemosynam manualem.

III. An ad capellanos uti supra impeditos, vel potius ad officiales, vel gubernatores domus pertineat substituere sacerdotes Missam celebrare debentes.

IV. An capellani durante infirmitate teneantur oneri Missarum satisfacere per substitutum, in casu, etc.

Sacr. congreg. Concil. die 14 Aprilis 1725 respondit: *Ad* I, negative *hoc est quoad incompatibilia cum celebratione Missarum per se ipsos; ad* II, negative, *quoad primam partem*, affirmative, *quoad secundam; ad* III, affirmative *ad primam*, negative *ad secundam partem; ad* IV, affirmative, *quoad capellanos institutos a Clemente VIII, et quoad institutos a Clemente XI, exhibeatur Breve et amplius.*

84. BRUGNATEN. *Collegialitatis*, in qua ad seq. dub.

An constet de collegialitate ecclesiæ S. Stephani Pontis Sigestri, in casu, etc.

Sacr. congr. Concil. die 14 Aprilis 1725 respondit: *Negative et amplius.*

85. GNESNEN. in qua ad sequentia dubia.

I. An archiepiscopus Gnesnen. potuerit procedere ad exigendam redditionem rationis absque adjunctis, in casu, etc.

II. An censuræ relaxatæ per eumdem archiepiscopum sustineantur, in casu, etc.

Sac. congr. Concil. die 14. Apr. 1725, respondit: *Ad* I, affirmative; *ad* II, negative.

86. LUNEN. SARZANEN. *Præeminentiarum*, in qua ad sequentia dubia.

I. An post erectam ecclesiam S. Mariæ de Populo in collegiatam competat archipresbytero sanctorum Hippolyti et Cassiani de Saliceto jus canendi Missam in dicta ecclesia collegiata die festo sanctissimi Corporis Christi.

II. An processio dicta die facienda cum Venerabili competat dicto archipresbytero illam inchoando a dicta ecclesia collegiata, vel ab alia ecclesia intus oppidum Pontremoli privative ad dictum præpositum, et capitulum dictæ collegiatæ, sive potius jus faciendi dictam processionem prælative pertineat ad dictum præpositum, et capitulum respectu dicti archipresbyteri, et aliorum et parochorum dicti oppidi.

III. An idem præpositus collegiatæ teneantur recipere olea sacra e manibus dicti archipresbyteri sanctorum Hippolyti, et Cassiani, seu potius iste teneatur illa recipere per manus dicti præpositi.

IV. An præpositus prædictus, et capitulum teneantur processionaliter quotannis in vigilia Ascensionis Domini nostri adire, et visitare dictam ecclesiam SS. Hippolyti et Cassiani, in casu, etc.

Sacr. congr. Concil. die 9 Junii 1725 respondit: *Ad* I, negative; *ad* II, negative *quoad primam partem, et* affirmative, *quoad secundam; ad* III, negative *quoad utramque partem; ad* IV, affirmative, *ratione piæ consuetudinis tantum.*

87. ATRIEN. in quo ad seq. dub.

An cessio bonorum obstet Michaeli quia ad sacros ordines promoveri possit, in casu, etc.

Sacr. cong. Conc. die 25 Junii respondit: *Non esse promovendum.*

88. VIENNEN. *Jurium parochialium*, in qua ad seq. dub.

Digitized by Google

I. An, et cui competat jus administrandi sacramenta, et alia jura parochialia exercendi in domo, et intra septa commendæ sacri ordinis Teutonici civitatis Viennen. tam quoad familiam commendatarii, quam quoad subditos, vassallos et colonos commendæ, et alios inquilinos ejusdem domus in casu, etc., et quatenus affirmative respectu parochi quoad mere inquilinos.

II. An parochus teneatur petere licentiam a commendatario, pro tempore ad effectum ingrediendi dictam domum, et septa commendæ, ibique administrandi eisdem inquilinis sacramenta, ac alia jura parochialia exercendi, in casu, etc.

S. C. C. die 13 Julii 1725 respondit : *Ad* I, *competere parocho quoad inquilinos, et quoad reliquos scribatur nuntio et archiepiscopo juxta instructionem; ad* II, negat.

89. REATINA, in qua ad sequent. dub.

I. An sit procedendum ad executionem Brevis Datariæ super impedimento affinitatis ex copula illicita, in casu, etc., *et quatenus affirmative.*

II. An consensus a contrahentibus sit renovandus coram parocho, et testibus, in casu, etc.

S. C. C. die 13 Julii 1725, respondit : *Ad* I, affirmative *obtenta dispensatione per secret. a Sanctiss. super falsa imputatione prætensorum impedimentorum, de quibus agitatur; ad* II, affirmative.

90. SAVONEN. in qua ad sequent. dub.

I. An constet de sufficientia fructuum pro erigendis capellanis, in casu, etc., et quatenus affirmative.

II. An debeant esse perpetuæ vel manuales.

III. An, et quibus competere debeat jus nominandi, in casu, etc.

S. C. C. die 4 Augusti 1725 respondit : *Ad* I, affirmative *juxta modum præscribendum ab eminentissimo præfecto, et amplius; ad* II, *debere esse manuales, et amplius; ad* III, *spectare ad officiales confraternitatis.*

91. ROMANA *seu* BONONIEN. in qua ad seq. dub.

I. An distributio dotium fieri debeat puellis Romæ degentibus, vel potius puellis in civitate Bononiæ habitantibus, et quatenus fieri debeat puellis in Urbe degentibus.

II. An ex gratia indulgeri possit hæredi, ut medietatem dotium distribuat puellis in Urbe degentibus, et aliam medietatem puellis in civitate Bononiæ commorantibus.

Sacr. cong. Concil. die 22 Septembris 1725, respondit : *Ad* I, *quoad primam partem* affirmative, *quoad secundam* negative; *ad* II, negative.

92. CATHACEN. in qua ad sequent. dub.

I. An professio fidei sit emittenda tam a canonicis cathedralis, quam collegiatarum.

II. An eadem emitti possit per procuratorem.

III. An sit emittenda coram episcopo, aut ejus vicario, et deinde coram canonicis capitulariter congregatis.

IV. Quibus pœnis subjaceant non emittentes, vel debito modo non emittentes professionem fidei.

Sacr. congr. Concil. die 9 Februarii 1726 respondit : *Ad* I, *esse emittendam a canonicis cathedralis, et non collegiatorum; ad* II, negative; *ad* III, *emittendam esse coram episcopo, aut ejus vicario, et etiam coram canonicis capitulariter congregatis, sufficere tamen si emittatur coram capitulo, cui episcopus, vel vicarius generalis intersit; ad* IV, *non facere fructus suos, sed distributiones lucrari pro Horis quibus intersunt.*

93. LANCIANEN. in qua ad sequent. dub.

I. An ordinatus ad titulum beneficii teneatur in illius resignatione individualiter exprimere, se fuisse ad ejus titulum ordinatum.

II. An hæc individua expressio suppleatur per assertivam, forsan ordinatus.

III. An constare debeat per probationes concludentes, resignantem habere', quo commode vivere possit.

IV. An hæc probatio censeatur adimpleta per solam confessionem juratam resignantis.

V. An resignans teneatur aliud beneficium habitum vel alia bona subrogare beneficio resignato.

VI. An hæc subrogatio facienda sit per episcopi declarationem, in casu, etc.

Sacr. cong. Conc. die 9 Februarii 1726, respondit : *Ad* I, affirmative; *ad* II, negative, *et ad mentem, et mens est quod hæc resolutio habeat locum in futuris resignationibus; ad* III, V et VI, affirmat. ; *ad* IV, negat.

94. AUXIMANA, in qua ad sequens dub.

An rectores beneficiorum, capellani, aliique celebrantes in ecclesia collegiata, singuli teneantur solvere utensilia capitulo dictæ ecclesiæ, et pro qua summa, in casu, etc.

Sacr. congr. Concil. die 25 Februarii 1726 respondit : *Rectores beneficiorum, capellanos perpetuos, canonicos obtinentes ultra canonicatum capellanias perpetuas, et ipsum capitulum pro rata onerum perpetuorum teneri ad solutionem utensilium sacristiæ ad rationem unius oboli pro qualibet Missa, exceptis tantum a solutione utensilium missis adventitiis, et amplius.*

95. VOLATERRANA, in qua ad sequent. dub.

I. An Patres conventuales S. Francisci Montis Ærei invitati, accedentes ad funus convenire debeant in ecclesia parochiali ejusdem loci, inde omnes una cum parocho processuri ad locum, ex quo defunctus est efferendus.

II. An cadavera defunctorum in ecclesia PP. Minorum conventualium sepelienda, antequam ad eorum ecclesiam deferantur, debeant prius asportari ad parochialem, seu potius recto tramite deferri ad ecclesiam patrum; *et quatenus* affirmative *quoad primam partem.*

III. An super cadaveribus primo transportatis ad parochialem possit archipresbyter exsequias, vel alias funebres functiones peragere, et aliquam funeris partem accipere.

IV. An archipresbyter associando cadavera sepelienda in ecclesia Patrum conventualium teneatur incedere sub illorum cruce, seu potius valeat propriam crucem elevare, et quatenus affirmative quoad secundam partem.

V. An archipresbyter dicti loci possit ingredi cum cruce, et stola eorum ecclesiam, et super cadaveribus defunctorum ibidem tumulandorum officium peragere.

VI. An archipresbytero debeatur quarta pro illis defunctis, qui ibidem tumulantur, seu potius eidem obstet exemptio, et quatenus affirmative quoad primam partem.

VII. An archipresbyter dempta prædicta quarta restituere teneatur cadavera Thomæ Fabri, Sebastiani Buttini, et Joannis Mangoni, et emolumenta desuper percepta.

VIII. An archipresbyter teneatur invitare Patres ad Officia, quæ in parochiali peragi solent, seu potius eisdem Patribus quamvis non invitatis liceat antedictis Officiis intervenire.

IX. An liceat Patribus invitare populum ad facienda Officia pro animabus purgatorii in eorum ecclesia.

X. An liceat Patribus conventualibus ducere processiones extra claustra, præter quam in casibus comprehensis in transactione anni 1703.

XI. An liceat Patribus conventualibus exponere in eorum ecclesia Ven. Eucharistiæ sacramentum, et populo benedicere.

Sacr. congr. Concil. die 16 Martii 1726 respondit : *Ad* I, affirmative; *ad* II, negative, *nisi defunctus, vel hæres aliter ordinaverint; ad* III, affirmative, *quoad primam partem; et quoad secundam deberi parocho intortitia tantum, quæ vonuntur circa*

Digitized by Google

*cadavera;* ad IV, affirmative, *quoad primam partem, negative quoad secundam;* ad V, negative: *ad* VI, *servetur constitutio sanctissimi domini nostri a die editionis ejusdem;* ad VII, *quoad Thomam et Sebastianum, teneri etiam quoad quartam, sed non esse cadavera exhumanda, et quoad Joannem parochum non teneri;* ad VIII, negative; *ad* IX, affirmative; *ad* X, negative, *nisi de consensu parochi, vel de licentia episcopi;* ad XI, affirmative, *accedente consensu ordinarii, et amplius.*

96. FLORENTINA, in qua ad sequent. dub.

I. An presbyteri Missionis possint celebrare, et respective canere Missas, ac Vesperas solemnes in festo Dedicationis S. Michaelis archangeli in ecclesia ejusdem sancti nuncupata *delle Romite*, contradicente, seu dissentiente parocho S. Quirici nuncupato *delle Marignole*, in casu, etc.

II. An itidem sacramenta Pœnitentiæ et Eucharistiæ administrare, et doctrinam Christianam docere, contradicente parocho, in casu, etc.

Sacr. congr. Concil. die 30 Martii 1726 respondit: *Ad* I, affirmative; *ad* II, affirmative, *dummodo doctrina Christiana non fiat in hora, in qua fit in parochia.*

97. CREMONEN. in qua ad sequent. dub.

I. An sit standum, vel recedendum a decisis sub die 5 Junii 1723 quoad secundum dubium.

II. An confraternitas Orationis et Mortis oppidi Casalis Majoris aggregata archiconfraternitati Urbis, possit sine licentia episcopi in suo oratorio exponere Eucharistiam infra annum, et præcipue 40 Horarum in Octava Defunctorum, aliasque functiones peragere juxta assertum institutum, in casu, etc. et quatenus negative.

III. An sufficiat semel dictam licentiam petere, tam pro expositione infra annum, quam 40 Horarum, aliisque functionibus juxta dictum assertum institutum, seu potius illa requiratur toties quoties.

IV. An petita, et non obtenta dicta licentia, habeatur pro concessa, in casu, etc.

Sacr. congr. Concil. die 13 Aprilis 1726 respondit: *Ad* I, *in decisis; ad* II, negative *quoad primam partem, et quoad secundam explicentur functiones; ad* III, *servetur solitum; ad* IV, negative, *et amplius in omnibus.*

98. FULGINATEN. in qua ad seq. dub.

An delatio venerabilis in processione, quæ singulis annis fieri solet die ultima Aprilis, sit facienda a capellano confraternitatis, vel potius a parocho, in casu, etc.

Sacr. congr. Concil. die 18 Maii 1726, respondit: *Delationem esse faciendam a capellano confraternitatis de licentia episcopi.*

99. MANTUANA, in qua ad seq. dub.

An sit locus gratiæ pro apertione fenestrarum, et constitutione mansiunculæ ad effectum, audiendi Missam, et assistendi cæteris divinis Officiis celebrandis in ecclesia parochiali S. Cathaldi favore D. comitis Theodosii, et aliorum de Panizzis, in casu, etc.

Sacr. congr. Concil. die 18 Maii 1726, respondit: Negative *et amplius.*

100. CALARITANA, in qua ad seq. dub.

I. An vicarius capitularis recusari possit ex legitima causa et quatenus *affirmative.*

II. An competat capitulo facultas deputandi arbitros, qui de causis recusationis cognoscant et quatenus *affirmative.*

III. An idipsum locum habeat, quando vicarius procedere debeat cum adjunctis, etc.

Sac. cong. Conc. die 6 Julii 1726 respondit: *Ad* I, affirmat.; *ad* II, affirmat. *in casu*, etc.; *ad* III, affirmat.

101. DERTHONEN. in qua ad seq. dub.

I. An, et de quibus constet, attentatis, et quomodo sint purganda.

II. An archipresbyter ecclesiæ collegiatæ oppidi Pontis Curoni fuerit, et sit obligatus subministrare vinum, et hostias capellanis, aliisque presbyteris de clero celebrare volentibus, vel obligatis ad celebrandum Missas in eadem ecclesia, et quatenus *negative.*

III. An et quomodo prædictus archipresbyter sit reintegrandus de expensis pro vino, et hostiis subministratis ab anno 1717, usque ad diem 25 Martii inclusive anni 1722, et in qua summa.

IV. An sint reficiendæ expensæ litis, et in qua summa, in casu, etc.

S. C. C. die 6 Julii 1726 respondit: *Ad* I, *quoad clerum propter recursum ad judices laicos eminentissimus archiepiscopus procedat prout de jure; quo vero ad archipresbyterum circumscribenda esse omnia gesta post intimationem Brevis cum omnibus inde secutis; ad* II, *archipresbyterum non teneri ad subministranda utensilia, de quibus agitur, illis, qui celebrant in sua ecclesia ex obligatione beneficii, sive capellaniæ, exceptis illis, cum quibus habeat conventiones particulares, et quoad Missas adventitias teneri ad dictam administrationem, quatenus permittat eos in sua ecclesia celebrare, nec teneri ad has Missas adventitias admittendas, nisi solutis utensilibus per celebrantes: ad* III, affirmative *juxta resoluta in secundo dubio; ad* IV *non esse reficiendas expensas factas occasione litis in hac S. congregatione, et quoad alias ad eminentiss. metropolitanum prout de jure.*

102. TRIVICANA, *seu* TRICARICEN. in qua ad seq. d.

I. An mobilia, libri, pecuniæ, argenta, aliaque bona (præter sacra paramenta bon. mem. Simonis Viglini prius episcopi Trivicani, et postea Tricaricen.) reperta tempore ejus obitus spectent ad ecclesiam Trivicanam, vel potius ad ecclesiam Tricaricen. in casu, etc.

II. An paramenta, et vasa sacra, aliaque argenta, et supellectilia ad usum capellæ, et cultum divinum destinata, reperta ut supra, debeantur ecclesiæ Trivicanæ, vel potius dictæ ecclesiæ Tricaricen. in casu, etc.

III. An argenta, mobilia, aliaque bona ab ecclesia Trivicana commodata dic. bon. mem. episcopo Viglino, tunc episcopo Trivicano, debeant eidem ecclesiæ Trivicanæ restitui, in casu, etc., et quatenus affirmative.

IV. An, et a quo, et ex quibus bonis, illis non exstantibus, debeat solvi illorum pretium, in casu, etc.

S. C. C. die 6 Julii 1726 respondit: *Ad* I *et* II, *pertinere ad ecclesiam Trivicanam, ad* III, affirmative; *ad* IV, *solvenda esse ex hæreditate episcopi.*

103. COMPSANA *Spolii*, in qua ad sequentia dub.

I. An in obitu parochorum civitatis et diœcesis Compsanæ liceat archiepiscopo pro tempore ab hæreditate parochi defuncti exigere prætensum spolium, et quatenus affirmative.

II. In qua summa, vel rebus sit solvendum, in casu, etc.

S. C. C. die 6 Julii 1726 respondit: *Ad* I, negative; *ad* II, *satis provisum in primo.*

104. FLORENTINA. In qua ad seq. dub.

I. An adhuc subsistat matrimonium in Judaismo contractum inter Riccam et Abraham, et quatenus affirmative.

II. An Abraham post suam et Blanchæ conversionem teneatur ad redeundum cum Ricca, et Blancam relinquendam, et quatenus affirmative.

III. An Ricca cogi possit ad cohabitandum cum Abraham ad fidem converso, et quatenus affirmative.

IV. An Summ. Pontif. dispensare possit, ut Abraham conversus permaneat in matrimonio in infidelitate, ut supra, contracto cum Blanca, et quatenus affirmative.

V. An consilium præstandum sit sanctiss. Domino

Digitized by Google

nostro pro concessione dictæ dispensationis, in casu, etc.

S. C. C. die 27 Julii 1726 respondit : *Ad* I, II, affirmat *in reliquis* dilata *et scribant theolog., canonistæ. et perquirantur exempla, et ad mentem.*

105. PLACENTINA, in qua ad seq. dub.

I. An episcopo Placentino liceat visitare ecclesiam campestrem S. Mariæ de Albiano Pontis Nurii, et quatenus affirmative.

II. An liceat Patribus Carmelitis in eadem ecclesia celebrare consuetas festivitates sine licentia, et assistentia parochi, et in ea sedes confessionales retinere, in casu, etc.

III. An celebratio festi S. Firmi et aliarum festivitatum expleta in oratorio S. Mariæ de Albiano post comminatum interdictum sit attentata, ita ut omnes actus supradicti sint circumscribendi, in casu, etc.

S. C. C. die 17 Augusti 1726 respondit : *Ad* I, affirmative, *jure tamen delegato; ad* II, affirmative; *ad* III, negative.

106. POLICASTREN. in qua ad seq. dub.

I. An sustineatur novum assignamentum subrogationis capitalium in locum bonorum stabilium, in casu, etc., et quatenus negative.

II. An sit locus novo assignamento, et quatenus affirmative.

III. Super quibus bonis, et quomodo sit faciendum.

S. C. C. die 17 Augusti 1726 respondit : *Ad* I, negative; *ad* II, negative, *et esse manutenendam assignationem factam ab episcopo de Rosa, reservato jure capellano agendi super bonis hæreditariis in casu deficientiæ assignatorum, prout de jure; ad* III, *provisum in præcedentibus, et amplius.*

107. URITANA, in qua ad seq. dub.

An officiales patentati commendæ SS. Mauritii et Lazari sint exempti a jurisdictione Ordinarii, in casu, etc.

S. C. C. die 7 Sept. 1726, respondit : *negat.*

108. DERTHONEN. in qua ad seq. dub.

An, et in qua parte sit standum, vel recedendum a decisis die 6 Julii 1726.

S. C. C. die 28 Septembris 1726 respondit : *Quoad* I *et* II, *in decisis, et quoad* III *non esse molestandos, quoad præteritum illos, qui celebrarunt missas adventitias, quatenus acquiescant resolutioni, et ad* IV *in decisis, sed teneri pro virili, et amplius.*

109. URGELLEN. in qua ad seq. dub.

I. An erectio canonicatus in lectoralem, et ejusdem collatio sustineatur, in casu, et quatenus affirmative.

II. An canonicus theologalis concionari possit per alium, et quatenus id facere possit, petita licentia a capitulo, sufficiat, quod eam petat, vel ulterius necessarium sit, quod obtineat.

III. An constet de recursibus ad judices laicos, in casu, etc.

IV. Quomodo sit providendum in casu, etc.

S. C. C. die 28 Septembris 1726 respondit : *Quoad* II, *teneri petere, et obtinere licentiam a capitulo salvo recursu ad episcopum. In reliquis ad judicem executorum in litteris datum.*

110. BAMBERGEN. *Canonicatus*, in qua ad seq.

I. An, et ad quem spectet jus conferendi canonicatum collegiatæ ecclesiæ S. Stephani Bambergen. in casu, etc., et quatenus spectet ad eminentissimum Ordinarium.

II. An collatio dicti canonicatus per ipsum facta favore Joan. Josephi Lobenhoffer sit valida, et quatenus negat.

III. An provisio apostolica dicti canonicatus favore ejusdem Joan. Josephi sustineatur, in casu, etc.

S. C. C. die 28 Sept. 1726 respondit : *Ad* I, *spectare ad Turnarium; ad* II, *satis provisum in primo; ad* III, negative, *et amplius.*

111. PORTUGALLEN. in qua ad seq. dub.

I. An interdictum ecclesiarum per vicarium capitularem Portucallen. appositum in ecclesia, seu capella publica patronat. beat. Joannæ sustineatur, in casu, etc.

II. An oblationes factæ et faciendæ ven. imagini dictæ beatæ in dicta capella spectent ad parochum S. Faustini de Regoa, vel potius sint applicandæ usui, commodo, et decori dictæ imaginis, dictæque ædiculæ, in casu, etc.

III. An ad dictum parochum, vel potius ad fundatricem capellæ prædictæ, seu personam ecclesiasticam ab ipsa deputandam, et ab Ordinario approbandam spectet administratio dictarum oblationum, in casu, etc.

IV. An in capella prædicta possint celebrari Missæ votivæ tam solemnes, quam privatæ, aliæque ex particulari devotione, etiam per sacerdotes dictam capellam visitantes absque licentia dicti parochi, in casu, etc.

V. An sacerdotes, sive sæculares, sive regulares, ad celebrandas Missas votivas eligi possint a patrona fundatrice et successoribus in patronatum independenter a sæpedicto parocho, in casu, etc.

VI. An sit concedendum fundatrici habere, et retinere sepulcrum in dicta capella patronali pro se, et suis successoribus, in casu, etc.

VII. An sit concedenda exemptio dictæ capellæ patronalis Portucallen, sede episcopali vacante, a jurisdictione capituli Portucallen. cum subjectione immediata Sedi Apostolicæ, ejusque nuntio pro tempore in regno Lusitaniæ degenti, in casu, etc.

S. C. C. die 11 Januarii 1727 respondit, *Ad* I, negative; *ad* II, negative *quoad primam partem, et* affirmative *quoad secundam; ad* III, *spectare ad parochum una cum œconomo ecclesiastico ab ipsomet episcopo deputando, et in casu vacationis episcopatus a metropolitano; ad* IV *et* V, *affirmative quoad privatas tantum : ad* VI, affirmative, *salvis juribus; ad* VII, negative.

112. VIENNEN. *Jurium parochialium*, in qua ad seq. d.

I. An, et cui competat jus administrandi sacramenta, et alias jure parochialia exercendi in domo, et intra septa commendæ S. ordinis Theutonici, civitatis Viennen. tam quoad familiares commendatarii, quam quoad subditos, vassallos, et colonos commendæ.

II. An, et qua pompa parochus ingredi debeat domum, et septa commendæ occasione administrandi sacramenta inquilinis ejusdem domus, in casu, etc.

S. C. C. die 8 Febr. 1727, respondit : *Ad* I, *competere capellano commendæ per Ordinarium approbando jus administrandi sacramenta familiaribus tantum actu inservientibus intra septa domus commendæ, et sub obedientia commendatarii viventibus juxta bullam Gregorii XIII, et quoad reliquos negative, et scribatur Nuntio juxta instructionem; ad* II, *ingredi debere cum pompa majori, quæ fieri solet in Urbe Viennen. et scribatur eidem nuntio juxta instructionem.*

113. MANTUANA, in qua ad seq. dub.

Quomodo, et in qua summa liceat parochis sæcularibus exigere quartam funeralem ab ecclesiis Regularium, in casu, etc.

S. C. C. die 8 Febr. 1727 respondit : *Solvendum esse a Regularibus medietatem, tam cereorum, qui deferuntur per viam, quam aliorum, qui accenduntur in ecclesia circa cadavera, et castrum doloris; et altaria.*

114 AUXIMANA *Procurationis*, in qua ad seq. dub.

I. An procuratio sit præstanda per tributum ab omnibus parochis, beneficiatis ecclesiis, monasteriis, et confraternitatibus Montis Philoptrani, *et quatenus* affirmative.

II. An parochi, qui sustinuerunt totum pondus procurationis in retroactis visitationibus sint proportionaliter reintegrandi, et a quo fieri debeat repartitio, et exactio, in casu, etc.

Digitized by Google

S. C. C. die 15 Martii 1727 respondit : *Ad* I, affirmative ; *ad* II, affirmative *pro ultimis procurationibus, et amplius.*

115. TIBURTINA, in qua ad seq. dub.

I. An in electionibus abbatissarum in monasteriis sub disciplina Regularium Minor. de Observantia possit episcopus secum conducere cancellarium; et quatenus affirmat.

II. An liceat eidem cancellario interesse, ac assistere scrutiniis, ac electionibus abbatissarum, quæ fiunt in monasteriis Monialium Ordinis Minorum de observantia Tiburis : et *quatenus* negative.

III. An saltem dictus cancellarius, durante scrutinio permanere possit intra ecclesiam, in casu, etc.

S. C. C. die 26 Aprilis 1727 respondit : *Ad* I, affirmative ; *ad* II, negative ; *ad* III, *nec cancellarium, nec fratres, exceptis superiore et scrutatoribus, permanere posse intra ecclesiam.*

116. ROMANA, in qua ad seq. dub.

An, et a quo sint solvenda utensilia pro celebratione Missæ quotidianæ, et ad quam rationem, in casu, etc., ita ut sit standum, vel recedendum a decisis die 24 Augusti 1720.

S. C. C. die 10 Maii 1727 respondit : *Prævio recessu a decisis, utensilia esse solvenda a capellano ad rationem scutorum quatuor quolibet anno, et ad eminentissimum præfectum.*

117. MACERATEN. in qua ad seq. dub.

An episcopus Maceraten. possit jure ordinario visitare confraternitatem sub invocatione S. Mariæ Misericordiæ erectam in ecclesia ejusdem tituli, sita in castro Urbisagliæ, quamvis in solo Basilicæ Lateranensis ædificata sit, in casu, etc.

S. C. C. die 10 Maii 1727 respondit : *Affirmative.*

118. MAZARIEN. in qua ad seq. dub.

I. An episcopus habens facultatem dandi benedictionem apostolicam constitutis in articulo mortis, teneatur quoad Moniales eam committere earum confessario ordinario, vel potius sit in ejus facultate aliquando ingredi monasterium, ut eis det benedictionem, et *quatenus* affirmative, *quoad secundam partem.*

II. An, et quibus sociis comitatus monasterium ingredi debeat.

III. An episcopus, et confessarii, sive ordinarius, sive extraordinarius ingredi possint monasterium absque ulla limitatione, quando vocentur ab aliqua moniali infirma, quæ pro sua devotione vult confessionem explere.

IV. Quænam sint conditiones requisitæ, ut Regulares habentes facultatem dandi habitum suæ religionis mulieribus non collegialiter viventibus, dictum habitum dare possint, et an examen dictarum facultatum pertineat ad episcopum.

S. C. C. die 10 Maii 1727 respondit : *Ad* I, negative *quoad primam partem, et ad secundam* affirmative, *et ad dominum secretarium cum eminentissimo secretario Brevium; ad* II, *debere ingredi in casu, de quo agitur cum confessario Monialium, et uno probo sacerdote per eum eligendo; ad* III, *uniantur decreta; ad* IV, *examen facultatum concedendi habitum pertinere ad Sedem Apostolicam; examen conditionum quoad mulieres vestiendas, et licentiam vestiendi pertinere ad Ordinarium; et conditiones vestiendarum esse expressas in decretis generalibus alias editis, et hæc decreta esse omnino servanda.*

119. VALVEN. *seu* SULMONEN. in qua ad seq. dub.

I. An ecclesia noviter constructa in terra Scanni sub invocatione S. Mariæ Liberatricis sit subjecta jurisdictioni episcopi Valven. et Sulmonen. et respective parocho ecclesiæ matricis ejusdem terræ, ita ut liceat parocho, et clero ecclesiæ matricis exercere actus jurisdictionales, et gerere functiones sacras absque dependentia a laicis.

II. An liceat in eadem ecclesia habere sepulcra, et respective possint cadavera tumulari absque licentia, et in præjudicium jurium parochialium.

III. An patres conventuales terræ Scanni vocati a prioribus, et officialibus laicis ecclesiæ constructæ in dicta terra sub invocatione S. Mariæ Liberatricis ad celebrandum Missas, easque canendum in dicta ecclesia, atque alia similia peragendum, possint impediri, et prohiberi; et quatenus, etc., pro quibus actibus, et a quo, in casu, etc.

S. C. Concil. 10 Maii 1727 respondit : *Ad* I, *ecclesiam esse subjectam episcopo quoad jura episcopalia, et parocho quoad jura parochialia : cæterasque sacras functiones posse in ea fieri a parocho et clero, volente episcopo absque ulla dependentia a laicis; ad* II, *licere habere sepulcra, accedente licentia episcopi, et posse in eis cadavera tumulari, si eligatur sepultura absque licentia parochi, sed salvis juribus parochialibus; ad* III, affirmative *et doceatur de legitima erectione confraternitatis.*

120. FLORENTINA, in qua ad seq. dub.

I. An archiepiscopus visitans ecclesias, et vicarias subjectas monasterio Casinensium, possit exigere procurationem in casu, etc., et *quatenus* negative.

II. An teneatur archiepiscopus restituere procurationes exactas, in casu, etc.

S. C. C. die 7 Junii 1727 respondit : *Ad* I, negative ; *ad* II, *esse restituendas pecunias depositas.*

121. NOVARIEN. in qua ad seq. dub.

I. An occasione delationis cadaverum sive parochiæ S. Crucis, sive alienæ ad ecclesiam exteriorem monialium Capuccinarum parocho S. Crucis pertineat jus funerum cum cruce, et stola privative ad confessarium dictarum monialium, seu potius ipsi confessario, et an in supposito debeatur ipsi parocho quarta funeris ceræ etiamsi positæ super altare, esto, quod cadaver sit alienæ parochiæ.

II. An possit parochus in eadem ecclesia, et in suffragium defunctorum inibi tumulatorum explere anniversaria cum Officio, et Missa in cantu, sive ex devotione hæredum, sive ex dispositione testatorum.

III. An liceat ipsi parocho in Sabbato Sancto benedicere collocutoriis, aut januæ monasterii, vel hospitio Tertiariorum connexo, tum etiam Tertiariis ipsis administrare sacramenta, sive in vita, sive in morte, vel eorum exsequias peragere pro tumulo intra ipsam ecclesiam.

IV. An valeat parochus in dicta ecclesia assistere matrimoniis, vel eorum denuntiationes facere, aut benedictiones mulierum post partum, vel similes impertiri, in casu, etc.

S. C. C. die 23 Augusti 1727 respondit : *Ad* I, *quoad primam dubii partem* affirmative, *ad secundam* negative, *ad tertiam servetur solitum; ad* II, affirmative *quoad anniversarium relictum a Pedrellio, et quoad alia coadjuventur probationes; ad* III, negative *quoad primam partem, et ad secundam, ad mentem; ad* IV, negative, *et amplius in omnibus.*

122. ACERRARUM, in qua ad seq. dub.

I. An canonici ecclesiæ cathedralis Acerrarum teneantur certiorare reverendissimum episcopum de capitulo per eos explendo circa materias concernentes interesse ejusdem capituli, et *quatenus* affirmative.

II. An, et quomodo sit certiorandus.

III. An prædictis canonicis liceat ab eorum diœcesi abesse absque licentia episcopi, et *quatenus* negative.

IV. An sustineatur edictum reverendissimi episcopi, etiam quoad absentiam paucorum dierum, et respective trium mensium a S. Concil. Trident. concessorum.

V. An pœna ducatorum 12 imposita per episcopum adversus canonicos non intervenientes congregationi Casuum moralium, et sacrorum Rituum sustineatur, sive potius sit moderanda.

Digitized by Google

VI. An canonici, qui respondere debent casibus moralibus in dicta congregatione proponendis teneantur pati extractionem, ut dicitur a sorte, sive potius sit servanda consuetudo respondendi.

VII. An, et quanto tempore se expedire debeat episcopus a sua visitatione.

VIII. An pœna ducatorum centum ab episcopo imposita contra canonicos absentes de tempore visitationis absque ejus licentia, sustineatur.

IX. An sustineatur edictum episcopi præscribens modum accedendi ad chorum ad effectum recitandi Horas canonicas, sitque observandum, sive potius sit servanda consuetudo, et idem edictum moderandum.

X. An dicti canonici ultra Missam conventualem teneantur quoque celebrare Missam de feria, et an dictam Missam conventualem teneantur applicare pro benefactoribus, sive potius sit servanda consuetudo.

XI. An dicti canonici teneantur quolibet mense celebrare anniversarium pro benefactoribus, sive potius sit servanda consuetudo.

XII. An dicti canonici ultra Horas canonicas teneantur quoque in choro recitare Officium Defunctorum, B. M. Virginis, et psalmos pœnitentiales, et graduales, sive potius sit servanda consuetudo, et *quatenus* affirmative.

XIII. An in casu deficientiæ sit exsequenda pœna ab episcopo imposita.

XIV. An canonici infirmi pro lucrandis distributionibus quotidianis, teneantur servare edictum episcopi, sive potius sit servanda consuetudo.

XV. An præfati canonici teneantur inservire eorum ecclesiæ alternative, et per hebdomadam, sive potius quotidie, et *quatenus* affirmative quoad secundam partem.

XVI. An suspensio imposita per eumdem episcopum in casu absentiæ sustineatur, et *quatenus* affirmative.

XVII. An, et quomodo incurrant eamdem pœnam suspensionis.

XVIII. An suspensio relaxata per episcopum contra nonnullos canonicos sustineatur, in casu, etc.

XIX. An sustineatur edictum episcopi, quo sub pœna suspensionis ipso facto præcipitur, quod canonici non possint frui absentia trium mensium a sac. concilio Trid. concessorum tempore Adventus, et Quadragesimæ.

XX. An sustineatur idem edictum episcopi, quo sub eadem pœna præcipitur, ut ultra tertiam partem non possit simul frui dicta absentia trium mensium, et *quatenus* negative.

XXI. An, et in quo numero liceat eis abesse.

XXII. An sustineatur aliud edictum episcopi, quo sub eadem pœna suspensionis præcipitur, ut epistola in Missa conventuali canatur ab uno ex canonicis choro inservientibus, sive potius sit servanda consuetudo canendi dictam epistolam per clericum inservientem celebranti.

XXIII. An procurator capituli possit abesse a servitio chori ex causa sui officii per quinque menses, juxta præscripta in statutis ipsius ecclesiæ cathedralis.

S. C. C. die 23 Augusti 1727 respondit : *Ad* I, affirmative, *si episcopus fruitur præbenda canonicali; ad* II, *esse certiorandum per canonicum secretarium, vel alium canonicum sub pœna tamen nullitatis actus in casu contraventionis; ad* III, negative *sub pœna ducatorum quinque tantum in casu contraventionis, et in subsidium suspensionis; ad* IV, *provisum in tertio; ad* V, *pœnam esse reducendam ad solutionem unius ducati pro qualibet vice; ad* VI, affirmative *quoad primam partem, et* negative *quoad secundam; ad* VII, *episcopum curare debere, ut quanto citius se expediat a S. visitatione ad formam concilii; ad* VIII, *pœnam esse reducendam ad ducata quinque; ad* IX, *edictum esse observandum in diebus tantum solemnibus; ad* X, affirmative *quoad primam et secundam partem*, et negative *quoad tertiam; ad* XI, *servandam esse consuetudinem; ad* XII, *ut ad proximum; ad* XIII, negative; *ad* XIV, *hortandos esse, sed non cogendos; ad* XV, negative *ad primam partem*, affirmative *quoad secundam; ad* XVI, *non sustineri nisi in subsidium; ad* XVII, *satis provisum in præcedenti; ad* XVIII, negative; *ad* XIX, affirmative, *deletis verbis*, Ipso facto; *ad* XX, *ut ad proximum; ad* XXI, *satis provisum in præcedenti; ad* XXII, *Missam conventualem esse canendam cum diacono, et subdiacono, deleta pœna suspensionis; ad* XXIII, negative, *sed tantum abesse posse pro tempore necessario pro suo Officio explendo.*

123. ALEXANDRINA, in qua ad seq. dub

I. An confraternitas S. Mariæ Misericordiæ, et S. Rochi civitatis Alexandriæ, aggregata archiconfraternitati S. Rochi Urbis, possit sine licentia et interventu parochi exponere in suo oratorio lignum S. crucis.

II. An eadem confraternitas possit pariter sine licentia, et interventu parochi exponere in suo oratorio sanctissimam Eucharistiam, in casu, etc.

Sac. C. C. die 11 Februarii 1728 respondit : *Ad utrumque* affirmative *accedente licentia episcopi, et amplius.*

124. BONONIEN. in qua ad sequentia dubia.

I. An parochus pro tempore ecclesiæ S. Mamantis debeat esse pater spiritualis confraternitatis Sanctæ Mariæ de Libertate, vel potius, jus eligendi sibi patrem spiritualem amovibilem pertineat ad eamdem confraternitatem.

II. An parochus invitari debeat, ut præsideat congregationibus faciendis pro dispensatione dotis relictæ ab Angelo Michaele de Vabotis, seu, etc., et cujuscunque imposterum relinquendæ, nec non in his quæ concernant temporalia, ac rerum œconomiam.

III. An parochus invitari debeat, ut præsideat congregationibus faciendis tam in imbussulationibus et extractione priorum, et officialium, quam in redditione rationum.

IV. An parochus invitari debeat quibuscunque congregationibus versantibus circa spiritualia, et ritum.

V. An parochus interesse possit, si velit, in præmissis congregationibus, in quibus decisum erit, invitandum non esse.

VI. An confraternitas independenter a parocho explere possit quascunque functiones in propria ecclesia.

VII. An pro solitis exercitii spiritualibus peragendis a confraternitate a die Dominicæ Ascensionis, ad diem festum S. Michaelis archangeli Septembris ultra licentiam Ordinarii, requiratur etiam consensus parochi, in casu, etc.

VIII. An præstanda sit eleemosyna parocho, vel alteri per eum deputando celebranti Missam, tam pro consecratione quam pro consummatione sanctiss. Sacramenti exponendi in hujusmodi exercitiis, in casu, etc.

IX. An parochus dando benedictionem cum venerabili Eucharistiæ sacramento, quidquam prætendere possit, ut tradatur ecclesiæ parochiali, seu potius id gratias agere debeat.

X. An parochus, vel interveniens ad canendam Missam, vel ad dandam benedictionem, habeat jus sibi eligendi diaconum, subdiaconum, cæterosque ministros.

XI. An confraternitas occasione dictorum exercitiorum quæstuare possit per ecclesiam pro animabus purgatorii, et quatenus affirmative, cui cedere debeant eleemosynæ.

XII. An Missæ cum prædictis eleemosynis celebrari debeant in ecclesia confraternitatis, vel potius in ecclesia parochiali.

XIII. An festis diebus SS. Jacobi et Annæ, in

Digitized by Google

quibus exponitur in ecclesia confraternitatis imago S. Mariæ de Libertate, cum indulgentia plenaria, parochus impedire possit, ne ibidem administrentur sacramenta Pœnitentiæ et Eucharistiæ.

**XIV.** An confraternitas ultima Dominica Septembris ducere possit processionem cum prædicta imagine ad plateam magnam civitatis, cum assistentia parochi, vel eo deficiente, proprii capellani, ac populo benedicere tam in dicta platea quam sub stillicidio propriæ ecclesiæ, et intus eamdem.

S. C. Concil. die 15 Maii 1728 respondit : *Ad* I, negative *quoad primam partem*, affirmative *quoad secundam cum approbatione tamen Ordinarii; ad* II, negative; *ad* III, affirmative; *ad* IV, *recurrant in casibus particularibus; ad* V, *provisum in superiori; ad* VI, affirmative *dummodo non sint prohibitæ a decretis generalibus synodalibus; ad* VII, negative; *ad* VIII, negative, *et Missas esse celebrandas absque eleemosyna; ad* IX, negative *ad primam partem, et* affirmative *quoad secundam; ad* X, negative ; *ad* XI, *quoad primam partem* affirmative *de licentia Ordinarii, et eleemosynas esse erogandas in suffragium animarum purgantium; ad* XII, affirmative *quoad primam partem, negative quoad secundam; ad* XIII, negative, *et serventur constitutiones synodales; ad* XIV, affirmative, *accedente tamen licentia Ordinarii, et comitante parocho, vel alio sacerdote de ejus licentia.*

**125. FOROSEMPRONIEN** in qua ad seq dub.

An collegio et ecclesiæ S. Caroli PP. clericorum regularium S. Pauli Barnabitarum Forosempronii competat jus tumulandi, in casu, etc.

S. C. Concil. die 19 Junii 1728 respondit : *Affirmat.*

**126. THEANEN.** in qua ad seq. dub.

**I.** An jus nominandi concionatorem quadragesimalem ex ordine S. Dominici spectet universitati Conchæ, seu potius episcopo Theanen., *et quatenus* affirmative *quoad primam partem.*

**II.** An dicta universitas teneatur per duos menses ante initium Quadragesimæ exhibere episcopo nominationem dicti prædicatoris, in casu, etc.

**III.** An prædicator, ut supra nominatus ex ordine S. Dominici, et a suis superioribus Regularibus approbatus teneatur reportare ab episcopo licentiam, et litteras patentales, seu potius petere solam benedictionem, in casu, etc.

**IV.** An idem prædicator teneatur prædicare in ecclesia collegiata parochiali, seu potius in ecclesia SS. Annuntiationis sui ordinis, in casu, etc.

**V.** An idem prædicator teneatur saltem in aliquibus diebus Quadragesimæ prædicare etiam in aliis ecclesiis ejusdem loci, in casu, etc.

**VI.** An episcopus Theanen. potuerit prohibere concionatori, ut supra electo, et nominato ab universitate, ne prædicationem haberet in ecclesia SS. Annuntiationis sui ordinis, in casu, etc.

S. C. Conc. die 19 Junii 1727 respondit : *Ad* I, affirmative *quoad primam*, negative *quoad secundam partem; ad* II *et* III, affirmative; *ad* IV, *teneri in utraque juxta solitum; ad* V, *ut in quarto; ad* VI, *provisum in superioribus.*

**127. LUCANA,** *Legati Pii*, in qua ad seq. dub.

**I.** An legatum unius ferculi singulis hebdomadis factum PP. Capuccinis, sit perpetuum, in casu, etc., *et quatenus* affirmative.

**II.** An sustineatur, in casu, etc., *et quatenus* affirmative.

**III.** An onus præstationis dicti legati qualibet hebdomada sit transferendum in capellaniam erigendam.

S. C. Concil. die 31 Julii 1728 respondit : *Ad* I, affirmative; *ad* II, *servetur decretum R. Fabricæ anni* 1633; *ad* III, affirmative *juxta votum episcopi, et firma remanente obligatione bonorum hæreditariorum in casu diminutionis.*

**128. ORITANA** *Funerum*, in qua ad seq. dub.

**I.** An intortitia, quæ deferuntur accensa per viam circa cadaver, spectent ad reverendissimum capitulum collegiatæ, an vero ad PP. Capuccinos.

**II.** An dicti PP. Capuccini teneantur solvere dicto rever. capitulo uti parocho habituali quartam funeralem de omnibus cereis ad tenorem bullæ SS. domini nostri, quæ incipit : *Romanus Pontifex.*

Sac. C. Concil. die 12 Februarii 1729 respondit : *Omnia spectare ad PP. Capuccinos, dempta quarta, et amplius.*

**129. BURGI S. DOMNINI,** in qua ad seq. dub.

**I.** An pro dote beneficiorum, vel capellaniarum cum perpetuo onere Missarum erigendarum sint assignandi fructus terrarum fructiferarum, vel potius annui census.

**II.** An dato præcepto testatoris erigendi beneficia cum perpetuo onere Missarum erigendarum, sint assignandi fructus terrarum, vel cum dote pecuniæ numeratæ detur pro assignanda dicta dote delectio terrarum, vel *quatenus* negative.

**III.** An tanta danda sit ab hærede summa pecuniarum, ut in terris investita constituantur fructus congrui pro sustentatione onerum Missæ quotidianæ in perpetuum.

**IV.** An, et in qua summa constituendi sint fructus pro sustentatione oneris Missæ quotidianæ in perpetuum.

**V.** An, et cujus expensis, hæredis scilicet, vel legatarii, facienda sit erectio beneficiorum.

S. C. C. die 30 Aprilis 1729 respondit : *Assignanda esse tot bona stabilia hæreditaria, quæ æstimata juxta morem regionis quotannis redderent in fructu annua scuta 70 monetæ, tam pro eleemosyna Missarum, quam pro expensis necessariis pro illarum celebratione, et erectionem esse faciendam expensis hæredis.*

**130. MACERATEN.** *Utensilium*, in qua ad seq. dub.

**I.** An ad tenorem resolutionis captæ die 14 Aprilis 1685, sacerdotes sæculares celebrantes recepta eleemosyna in ecclesia PP. Minorum conventualium Montis Milonis teneantur solvere ceram, et consumptionem indumentorum sacrorum, *et quatenus* affirmative.

**II.** An dicti sacerdotes sæculares scribere teneantur in libro in sacristia asservato ipsos celebrasse, vel pro eleemosyna, vel pro mera eorum devotione.

Sac. C. Concil. die 14 Maii 1729 respondit : *Ad* I, affirmative; ad II, affirmative, *et servetur constitutio san. mem. Innocentii XII, super celebratione Missarum, et amplius.*

**131. CAPUTAQUEN.** in qua ad sequentia dubia.

**I.** An presbyteri ecclesiarum parochialium S. Nicolai, et S. Andreæ apostoli teneantur quotidie canere Missam, et ad recitationem divini Officii in choro, *et quatenus* affirmative.

**II.** An non interessentes subjici possint puncturæ, et quomodo illa sit regulanda.

**III.** An teneantur ad recitationem divini Officii cum habitu talari, birreto clericali, et cotta tam in diebus festivis, quam feriatis.

**IV.** An ad celebrationem Missæ matutinæ in diebus festivis teneantur iidem presbyteri per turnum, vel potius parochus tantum, illamque applicare pro populo *et quatenus* affirmative *ad primam partem.*

**V.** An presbyter celebrans Missam matutinam teneatur fidei rudimenta, et Evangelium populo explanare, vel potius idem parochus.

**VI.** An iidem presbyteri participantes de decimis prædialibus teneantur per turnum assistere cuilibet moribundo, juxta decretum episcopi, vel potius teneantur tantum coadjuvare eumdem parochum, ejusque substitutum in concursu, seu copia ægrotantium.

**VII.** An illi, qui assistere renuunt, sint punctandi super eisdem decimis.

Digitized by Google

Sac. congreg. Concil. die 14 Maii 1729 respondit: *Ad* I, affirmative, *et supplicent pro moderatione servitii; ad* II, dilata; *ad* III, affirmative; *ad* IV, negative *quoad primam, et* affirmative *quoad secundam partem; ad* V, *teneri parochum; ad* VI, *presbyteros hortandos, sed non cogendos nisi in casu necessitatis; ad* VII, affirmative *in casu necessitatis.*

132. BRUGEN. in qua ad seq. dub.

An toleranda sit consuetudo immemorabilis de præstando convivio per capellanum noviter receptum, seu potius improbanda, in casu, etc.

Sac. cong. Concil. die 3 Septembris 1729 respondit: Negative *quoad primam partem et* affirmative *quoad secundam, et ad mentem.*

133. NULLIUS, *seu* MONTIS CASINI, *distributionis subsidiorum*, in quo ad sequentia dubia.

I. An subsidia dotalia præstanda sint consanguineis testatoris recurrentibus privativæ quoad personas extraneas, et *quatenus* affirmative.

II. Quomodo, et a quo imposterum sint distribuenda cæteris consanguineis.

III. An sit locus restitutioni subsidiorum dotalium per Ordinarios Casinenses distributorum personis extraneis contra expressam mentem testatoris.

S. C. Concil. die 24 Septembris 1729 respondit: *Ad* I, affirmative *comprehensis etiam affinibus ad formam testamenti; ad* II, *distribuenda esse ab Officialibus confraternitatis SS. Sacramenti hæredis prævio edicto consanguineis, et affinibus servata gradus prærogativa, et in casu æqualitatis gradus per extractionem, iis vero deficientibus distribuenda modo, quo supra aliis extraneis, servata forma testamenti; ad* III, dilata, *et coadjuventur probationes.*

134. NUSCANA *Funeris*, in qua ad sequens dubium:

An licitum fuerit P. angelico ordinis Reformatorum deferre cadaver, non obstante inhibitione episcopi, et proinde an censuræ sustineantur, in casu, etc.

S. C. C. die 14 Januarii 1730 respondit: *Suspensis censuris P. imposterum se abstineat a similibus.*

135. NULLIUS, *seu* MONTIS CASINI, *Distributionis subsidiorum dotalium*, in qua ad seq. dub.

I. An, et quomodo sit standum, vel recedendum a decisis quoad secundum dubium.

II. An sit locus restitutioni subsidiorum dotalium per Ordinarios Casinenses distributorum personis extraneis contra expressam mentem testatoris, in casu, etc.

S. C. C. die 28 Januarii 1730 respondit: *Ad* I, *in decisis, ut Ordinarius, seu ab eo deputatus assistat, et omnia faciat loco P. Guardiani Capuccinorum, servata forma testamenti, et fiant gratis; ad* II, *ad eminentissimum præfectum juxta mentem.*

136. ROMANA *Distributionum*, in qua ad seq. dub.

I. An distributiones debeantur canonico coadjuto extra Urbem commoranti, suo pariter coadjutore extra Urbem causa infirmitatis degente.

II. An lucra provenientia ex punctaturis, et absentiis canonicorum, quæ præsentibus accrescunt, debeantur canonicis coadjutoribus, sive potius coadjutis, in casu, etc.

S. C. C. die 19 Augusti 1730 respondit: *Ad* I, affirmative *quatenus uterque habeat indultum abessendi; ad* II, *deberi canonicis coadjutis.*

137. FIRMANA *Subsidiorum dotalium*, in qua ad seq. dub.

An, et usque ad quem gradum competat prælatio consanguineis, et affinibus testatoris ad subsidia dotalia de quibus agitur.

S. C. C. die 9 Septembris 1730 respondit: *Competere consanguineis, et affinibus testatoris in quocunque gradu conjunctis.*

138. MEDIOLANEN. *Quartæ funerariæ*, in qua ad seq. dub.

I. An, et quomodo sit facienda divisio intortitiorum, et candelarum ardentium in die funeris, et officii præsente cadavere, in altaribus, columnis, et aliis locis ecclesiæ regularis tumulantis.

II. An, et quomodo sit facienda divisio earumdem candelarum, et intortitiorum quæ in ecclesiis tumulantibus accenduntur occasione officiorum, seu exsequiarum faciendarum in diebus sequentibus post tumulationem cadaveris.

III. An, et quomodo inter parochos, et Regulares, qui cadaver per viam non comitantur, dividenda sint intortitia manualiter gesta accensa in itinere a sacerdotibus sæcularibus occasione delationis cadaveris ad ecclesiam regularem tumulantem.

IV. An, et quomodo dividendæ sint candelæ, quæ manualiter gestantur accensæ a Regularibus intra propriam ecclesiam tempore funeris, vel exsequiarum, et Officiorum.

V. An, et quomodo sit facienda divisio cenotaphii, culcitræ, et aliorum ornamentorum in eo existentium.

VI. An, et quomodo sint dividendæ pecuniæ in casu, quo illæ tradantur ab hæredibus defuncti in locum ceræ.

VII. An Regulares occasione funerum, et Officiorum teneantur accendere omnes candelas, quas recipiunt ab hæredibus defuncti in altaribus ecclesiæ, in casu, etc.

S. C. C. die 9 Septembris 1730 respondit: *Ad* I, II, III, V et VI, *divisionem esse faciendam pro medietate; ad* IV, dilata; *ad* VII, affirmative.

139. CALAGURITANA *Juris visitandi*, in qua ad seq. dub.

I. An intret arbitrium pro aperitione oris, in casu, etc., *et quatenus* negative.

II. An capitulo cathedralis ecclesiæ Calagurritanæ, sede vacante, ejusque vicario capitulari competat jus visitandi ecclesiam S. Mariæ della Redonda, ejusque dignitates, canonicos et presbyteros, in casu, etc.

S. C. C. die 30 Septembris 1730 respondit: *Ad* I, negative; *ad* II, affirmative, *et amplius.*

140. SPOLETANA *Juris visitandi*, in qua ad seq. dub.

I. An decreta, seu provisiones episcopi Spoletani sustineantur, in casu, etc.

II. An episcopo competat jurisdictio visitandi capellam, de qua agitur, in casu, etc.

III. An constet de attentatis, et quomodo sint purganda, in casu, etc.

S. C. C. die 30 Septembris 1730 respondit: *Ad* I, affirmative; *ad* II, affirmative *ad formum decreti in Nucerina Paganorum* 25 *Julii* 1629; *ad* III, negative, *et amplius.*

141. CAPRITANA, in qua ad seq. dub.

I. An suspensio a celebratione missæ sacerdotum Francisci Vassalli, et Sabbati de Stephano per episcopum Capitranum lata ex informata conscientia, sustineatur, in casu, etc., *et quatenus* affirmative, etc.

II. An, et quomodo sint absolvendi, in casu, etc.

III. An licuerit curiæ metropolitanæ Amalphis concedere inhibitionem vigore appellationis ab eadem suspensione contra curiam Capritanam suffraganeam, et absolutionem cum reincidentia committere parocho Arcuccio, in casu, etc.

IV. An carceratio eorumdem sacerdotum demandata per curiam Capritanam suffraganeam fuerit attentata.

V. An licuerit eidem curiæ metropolitanæ Amalphis eosdem sacerdotes excarcerare, vel potius illorum excarceratio fuerit attentata, et quomodo sint purganda, in casu, etc.

S. C. C. die 16 Decembris 1730 respondit: *Ad* I, affirmative; *ad* II, *arbitrio episcopi; ad* III *et* IV,

Digitized by Google

negative; *ad* V, *quoad primam partem* negative, *quoad secundam* affirmative, *et vicarius generalis Amalphitanus accedat ad Urbem.*

142. PIENTINA, in qua ad seq. dub.

I. An canonici collegiatæ ecclesiæ S. Quirini teneantur diebus Dominicis, et festis de præcepto ad applicationem Missæ conventualis pro benefactoribus juxta decretum hujus S. congregationis, in casu, etc., et *quatenus* affirmative.

II. An dignitates, et canonici ejusdem collegiatæ, quibus incumbit cura animarum, teneantur ad eamdem applicationem dictis diebus festivis, quibus debent applicare pro populo, vel possint applicare simul pro populo, et benefactoribus, in casu, etc.

S. C. C. die 17 Februarii 1731 respondit : *Ad* I, affirmative; *ad* II, affirmative *ad primam partem, et negative ad secundam, et amplius.*

143. PIENTINA *Remissionis onerum*, in qua ad seq. dubia.

I. An capitulares secundæ erectionis collegiatæ sanctissimæ Trinitatis terræ Senalongæ teneantur diebus Dominicis, et festis de præcepto ad applicationem Missæ conventualis pro benefactoribus juxta decretum hujus sac. congregationis, in casu, etc.

II. An dignitates, et canonici dictæ collegiatæ, quibus incumbit cura animarum, teneantur ad eamdem applicationem dd. diebus festivis, quibus debent applicare simul pro populo, et benefactoribus, in casu, etc.

Sac. C. C. die 17 Februarii 1731 respondit : *Ad* I, affirmative; *ad* II, affirmative *ad primam partem, et* negative *quoad secundam, et amplius.*

144. RAVENNATEN. *Visitationis*, in qua ad seq. dub.

I. An capella, et altare Sancti Antonii sita in ecclesia PP. Minorum de Observantia Ravennæ, subsint visitationi reverendissimi archiepiscopi.

II. An ornamenta, et supellectilia ejusdem altaris, et capellæ, spectantia ad eosdem Patres possint ab eo visitari.

III. An ea spectantia ad societatem Sancti Antonii, quæ in actu visitationis servantur in arca, aut in alio loco, visitari debeant in locis, in quibus asservantur; seu potius asportanda sint intra capellam præfatam, ibique visitari.

S. C. C. die 7 Aprilis 1731 respondit : *Ad* I, affirmative, *ad formam Nucerinæ; ad* II, negative; *ad* III, *posse visitari ubicunque servantur.*

145. PAPIEN. *Subsidii dotalis*, in qua ad seq. dub.

I. An electio puellæ oratricis ad subsidium dotale, de quo agitur, sit exsequenda, et *quatenus* negative.

II. An P. Guardianus Capuccinorum Papiæ possit devenire ad novam electionem puellæ alterius; seu potius an dictum subsidium sine alia nominatione ejusdem P. Guardiani sit applicandum favore unius ex puellis orphanis Conservatorii Papiæ, in casu, etc.

Sac. congreg. Concil. die 21 Aprilis 1731 respondit : *Ad* I, negative; *ad* II, *subsidium applicandum esse favore Conservatorii, et ad mentem.*

146. MEDIOLANEN. *Quartæ funerariæ*, in qua ad seq. dub.

I. An sit standum vel recedendum a decisis die 9 Septembris 1730.

II. An, et quomodo dividendæ sint candelæ, quæ in manibus gestantur accensæ a Regularibus intra propriam ecclesiam tempore funeris, vel exsequiarum, et officiorum.

Sac. C. C. die 2 Junii 1731 respondit : *Ad* I, *in decisis quoad primum, secundum, et tertium, sextum, et septimum. Quantum ad quintum, in decisis, servata forma constitutionum synodalium; ad* II, *divisionem esse faciendam pro medietate, et amplius.*

147. LEODIEN. in qua ad sequens dubium.

An, et quæ alia onera sustineantur, in casu, etc.

S. C. C. die 1 Septembris 1731 respondit : *Quoad duo annua convivia, negative; quo vero ad cappam, dilata, et scribatur Ordinario juxta instructionem.*

148. ROMANA *Oneris Missarum*, in qua ad seq. dub.

I. An religiosi ecclesiæ Sancti Francisci ad Ripam præferri debeant in celebratione Missarum; vel potius sit in libero arbitrio hæredis deputare quoscunque alios sacerdotes.

II. An, et a quo sint solvenda utensilia.

III. An quatenus possit hæres deputare exteros sacerdotes, et Religiosi non permittant eis celebrationem in propria ecclesia absque utensilium solutione, concedenda sit translatio celebrationis Missæ quotidianæ ad aliam ecclesiam.

Sac. congreg. Concil. die 12 Januarii 1732 respondit : *Ad* I, affirmative *ad primam partem, et* negative *ad secundam, in casu tamen, de quo agitur; ad* II, *solvenda esse ab hæreditate; ad* III, *provisum in primo.*

149. AQUEN. *Præeminentiarum, et jurium parochialium*, in qua ad seq. dub.

I. An constet de matricitate, vel majori antiquitate ecclesiæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ Montis Barutti, et respective de filiatione vel subordinatione ecclesiarum parochialium Sancti Antonii, et Sancti Martiani ejusdem loci.

II. An benedictio fontis baptismalis, ignis, aquæ, etc., in Sabbato Sancto, et Sabbato Pentecostes privative spectet ad archipresbyterum pro tempore ecclesiæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ, vel potius ad unumquemque ex tribus parochis, et quatenus affirmative ad primam partem.

III. An alii duo teneantur dictis functionibus interesse, et an, et quibus pœnis sint plectendi si non intersint.

IV. An jus indicendi, et convocandi processiones generales, quæ fiunt juxta ritum Ecclesiæ, et consuetudinem loci privative spectet ad dictum archipresbyterum Sanctæ Mariæ Magdalenæ, et in ea incipiendæ, et terminandæ sint.

V. An dictæ processiones generales fieri debeant in ecclesia Sanctæ Mariæ Magdalenæ cum coactivo accessu parochorum Sancti Antonii et Sancti Martiani, ita ut iis non liceat facere eas in eorum ecclesiis parochialibus; sive potius alternative fieri debeant singulis annis in altera ex dictis ecclesiis, et quatenus affirmative ad secundam partem.

VI. An dictis processionibus alternative faciendis interesse debeant alii parochi.

VII. An liceat parocho Sancti Antonii in processione deferre, tam intra, quam extra ecclesiam venerabile lignum S. crucis die festo ejusdem Inventionis.

VIII. An die festo Sanctiss. Corporis Christi liceat eidem parocho Sancti Antonii, ac etiam parochis Sanctæ Mariæ Magdalenæ, ac Sancti Martiani processionem peragere, tam intra, quam extra suas respective ecclesias cum augustissimo Sacramento, illudque publicæ adorationi in ea exponere.

IX. An, et cui ex dictis ecclesiis privative competat prior pulsatio campanarum in Sabbato Sancto.

X. An constet de attentatis commissis a parocho Sanctæ Mariæ Magdalenæ, et quomodo purganda sint.

Sacr. congreg. Concil. die 8 Martii 1732 respondit : *Ad* I, *constare de majoritate ecclesiæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ; ad* II, affirmative *ad primam partem, et* negative *ad secundam; ad* III, affirmative *ad primam partem, et quoad secundam arbitrio episcopi*; *ad* IV, affirmative; *ad* V, affirmative *ad primam partem, et* negative *ad secundam; ad* VI, *provisum in superioribus; ad* VII, affirmative; *ad* VIII, *servetur decretum episcopi; ad* IX, *ecclesiæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ; ad* X, affirmative : *et esse purgandam per viam circumscriptionis : et amplius in omnibus.*

150. BAJONEN. *Jurium parochialium, et præeminentiarum*, in qua ad seq. dub.

Digitized by Google

I. An constet de parochialitate ecclesiarum rectoralium Sancti Georgii, et Sancti Bartholomæi et Sanctorum Angeli et Mercurii terræ Campobassi, et quatenus affirmative.

II. An constet de matricitate ecclesiæ archipresbyteralis Sanctæ Mariæ, et respective filiatione dictarum ecclesiarum rectoralium.

III. An liceat unicuique rectori dictarum ecclesiarum Sancti Georgii, Sancti Bartholomæi, et Sanctorum Angeli et Mercurii erigere propriis sumptibus in suis respective ecclesiis particulares fontes baptismales, et quatenus negative.

IV. An, et quomodo providendum sit in defectum fontis baptismalis ecclesiæ collegialis Sancti Leonardi recenter dirutæ.

V. An liceat unicuique ex dictis rectoribus proprios particulares conficere, et retinere libros baptizatorum, atque ex iis fides baptismatum respective extrahere; vel potius unicus liber fieri debeat asservandus ab archipresbytero, dictaque extractio ab ipso solum archipresbytero privative facienda sit.

VI. An benedictio fontis baptismalis ecclesiæ archipresbyteralis fieri possit ab ipso archipresbytero, ita ut impediri nequeat; vel potius fieri debeat a rectoribus per turnum privative quoad ipsum archipresbyterum.

VII. An idem archipresbyter possit aliquando, et ad ejus libitum ministrare per se ipsum sacramentum baptismi infantibus de familiis dictarum ecclesiarum rectoralium, vel potius id semper privative spectet ad proprium cujuscunque familiæ rectorem, aut alium ab eo substituendum.

VIII. An exteri uxorem ducentes de familiis ecclesiarum rectoralium possint eligere ecclesiam rectoralem familiæ uxoris pro futura administratione sacramentorum in exclusionem ecclesiæ archipresbyteralis.

IX. An advenæ famulatum præstantes oppidanis de familiis ecclesiarum rectoralium censeri debeant de iisdem familiis, ita ut subjaceant pro administratione sacramentorum ecclesiæ rectorali familiæ, cui inserviunt, privative quoad archipresbyterum.

X. An in processionibus funeralibus pro defunctis de familia alicujus ecclesiæ rectoralis præcedentia, et usus stolæ respective debeatur rectori personæ defunctæ, aut illius substituto; privative etiam quoad archipresbyterum, vel potius præcedentia et usus stolæ competat archipresbytero privative etiam quoad rectorem dictæ personæ defunctæ.

XI. An in iisdem processionibus funeralibus pro defunctis de familiis ecclesiarum rectoralium, quæ fiunt capitulariter cum toto collegio, liceat archipresbytero exigere duplicatam portionem ex emolumentis associationis.

XII. An in associatione pauperum defunctorum, qui suberant ecclesiæ archipresbyterali, vel rectoralibus, quæ fiant gratis, intervenire debeat totum corpus collegii, seu capituli, vel potius solus rector, vel respective archipresbyter ecclesiæ, cui defunctus subjectus erat.

XIII. An ex fructibus, qui distribuuntur in collegio Sancti Leonardi, et ex eleemosynis Missarum, quas collegium seu capitulum accepit a gubernatoribus confraternitatis Sanctiss. Sacramenti, debeatur archipresbytero portio duplex, vel sola portio æqualis, ac aliis de collegio.

XIV. An in aliis processionibus non funeralibus, ad quas accedit totum corpus capituli, seu collegii, usus stolæ privative competat soli archipresbytero, vel potius cumulative etiam rectoribus.

XV. An, et qui teneantur assistere in officio diaconi, et subdiaconi archipresbytero celebranti in processionibus, et Missis solemnibus Pentecostes, Ascensionis, et Corporis Christi; et quatenus teneantur rectores.

XVI. An iis diebus eadem assistentia præstanda sit etiam œconomo archipresbyteri impediti celebranti.

XVII. An in processionibus feriæ secundæ, tertiæ, et quartæ Rogationum, et in processione votiva, quæ fit prima die Maii, possit archipresbyter ad suum libitum functiones explere per se ipsum cum pluviali; vel potius id privative spectet ad rectores juxta regulas Capitulationum anni 1715.

XVIII. An, a quibus, et quibus diebus facienda sit benedictio crucium distribuendarum juxta solitum per portas oppidi, et ad pii populi devotionem.

XIX. An pulsatio campanarum, quæ diebus festis pro Missa solemni fieri solet ab ecclesia rectorali Sancti Georgii, ante alias rectorales, et archipresbyteralem, pendere debeat ab arbitrio archipresbyteri, vel potius privative a solo arbitrio rectoris, et quatenus negative ad primam partem.

XX. An dictis diebus festis pro Missa solemni liceat ecclesiæ archipresbyterali pulsare suas campanas, antequam pulsentur campanæ dictæ rectoralis Sancti Georgii.

XXI. An procurator collegii, ad quem spectat demandare primam pulsationem campanarum ecclesiæ rectoralis Sancti Georgii, in omnibus processionibus funeralibus totius oppidi demandare debeat dictam pulsationem sine licentia archipresbyteri; vel potius de ejus licentia, in casu, etc.

Sac. cong. Concil. die 24 Maii 1732 respondit: *Ad* I, affirmative; *ad* II, *constare de majoritate, non autem de matricitate; ad* III, *nihil innovandum; ad* IV, *reponendum esse in ecclesia S. Leonardi, quatenus fuerit reædificata, alias provideat episcopus pro suo arbitrio; ad* V, *servetur solitum; ad* VI, *benedictionem faciendam esse per turnum juxta statuta anni* 1715; *ad* VII, negative *ad primam partem, et* affirmative *ad secundam; ad* VIII, affirmative; *ad* IX, affirmative; *ad* X, affirmative *ad primam partem, et* negative *ad secundam; ad* XI, affirmative, *absque tamen participatione obventionum Stolæ; ad* XII, *posse, sed non teneri; ad* XIII, affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam, exceptis eleemosynis Missarum; ad* XIV, negative *ad primam partem, et* affirmative *ad secundam; ad* XV, *serventur Statuta anni* 1715; *ad* XVI, *archipresbytero impedito, celebrare debere, non œconomum, sed canonicum antiquiorem cum assistentia aliorum canonicorum; ad* XVII *et* XVIII, *serventur Statuta anni* 1715; *ad* XIX, *pulsationem campanarum libere fieri posse ab omnibus ecclesiis, excepto Sabbato Sancto, quo die spectat prima pulsatio ad ecclesiam archipresbyteralem; ad* XX, *provisum in superiori; ad* XXI, *servetur solitum, et amplius in omnibus.*

151. FABRIANEN. *fontis baptismalis, et juris baptizandi*, in qua ad seq. dub.

I. An erectio fontis baptismalis, facta in ecclesia parochiali S. Blasii sustineatur.

II. An liceat parocho ecclesiæ cathedralis S. Venantii in ea baptizare natos in alienis parochiis, etiam fontem baptismalem habentibus; seu potius spectet privative ad unumquemque parochum habentem in sua ecclesia, baptismum conferre propriis parochianis, in casu, etc.

Sac. C. Conc. die 21 Junii 1732 respondit: *Ad* I, negative; *ad* II, *servetur solitum : et amplius in omnibus.*

152. PERUSINA *Ordinationis*, in qua ad seq. dub.

I. An Fr. Antonius Nicolaus Ligi valide susceperit ordinem ostiariatus.

II. An ordinatio sit iteranda sub conditione.

III. An, et in quam pœnam d. Fr. Antonius Nicolaus inciderit, ita ut indigeat absolutione, vel dispensatione *et quatenus* affirmative.

IV. An sit concedenda, in casu, etc.

Sac. C. Conc. die 19 Julii 1732 respondit: *Ad* I, affirmative; *ad* II, negative; *ad* III, *pro absolu-*

Digitized by Google

*tione, et dispensatione ad cautelam; ad* IV, *provisum in superiori.*

153. LARINEN. *Decretorum synodalium*, in qua ad seq. d

I. An juxta decretum synodi celebratæ ab episcopo Larinen. anno 1728, indiscriminatim omnes ecclesiastici teneantur interesse congregationi de quæstionibus ad forum conscientiæ spectantibus, et quatenus affirmat.

II. An contra eos, qui non intersint, sustineantur pœnæ in eodem decreto synodali, id est quod sacerdotes debeant abstinere die sequenti a celebratione Missæ, et quod clerici non sacerdotes debeant solvere unum carolenum qualibet vice applicandum seminario.

III. An juxta decretum ejusdem synodi prohiberi possit cuicunque ecclesiastico, etiam in minoribus constituto discessus a diœcesi absque licentia episcopi, sub pœna ducatorum sex.

IV. An juxta decretum ejusdem synodi portionariis, seu participantibus prohiberi possit discessus a diœcesi, inconsulta curia episcopali, sub pœna ducatorum 12, et quatenus affirmative.

V. An in casu contumaciæ post sex menses intelligantur ipsi participantes, seu portionarii privati ipso facto ecclesiastica portione, alteri conferenda per concursum ab episcopo.

VI. An juxta decretum ejusdem synodi contra portionarios, seu participantes, qui sine legitima causa recusent acceptare officium, ad quod fuerint assumpti, sustineatur mulcta decem carolenorum pro qualibet die contumaciæ, applicata ad commodum capituli.

VII. An juxta decretum ejusdem synodi episcopus pro directione chori ecclesiarum matricium habeat facultatem erigendi officium cantoratus, et quatenus affirmative.

VIII. An collatio dicti officii cantoratus, quoties vacet, fieri debeat in unum de portionariis, qui sit magis peritus cantus Gregoriani, arbitrio episcopi.

IX. An juxta decretum ejusdem synodi portionarii ecclesiarum matricium, participantes Missam communem, teneantur adjuvare parochos in cura animarum, et quatenus affirmative.

X. An prædicti portionarii teneantur hoc munus coadjutoris obire absque alio emolumento.

XI. An admissio presbyterorum ad portionem sit facienda jure solum antiquioritatis, an vero potius juxta decretum synodi sit facienda per concursum prævio examine, et cum probatione de peritia cantus Gregoriani, servitio ecclesiæ præstito per triennium, et continuo accessu per triennium ad collationes de quæstionibus moralibus

XII. An sustineatur pœna, ipso facto incurrenda, hoc est suspensionis a celebratione Missæ quoad sacerdotes, et excommunicationis quoad clericos, et constitutos in sacris, sub qua demandata fuit emptio codicis constitutionum synodalium, soluto pretio carolenorum quinque, *et quatenus* negative.

XIII. An sit restituenda pecunia cuicunque ecclesiastico, qui metu dictarum pœnarum eam solvit.

XIV. An in curia episcopali Larinen. servanda sit taxa metropolitanæ curiæ Beneventanæ, vel potius taxa Innocentiana, in casu, etc.

Sacr. cong. Concil. die 30 Augusti 1732, respondit: *Ad* I, affirmative, *præterquam quoad clericos non constitutos in sacris qui non sunt cogendi: ad* II, *sublata pœna suspensionis, pœnam quoad habentes curam animarum, et confessarios esse statuendam in duobus carolenis, quantum ad reliquos in uno; ad* III, affirmative; *ad* IV, *pœnam esse reducendam ad ducatos sex; ad* V, affirmative, *citato tamen possessore in actu declarationis, et quoad collationem habebitur ratio in decimum: primum ad* VI, affirmative; *ad* VII, affirmative, *quoad institutionem simplicis Officii; ad* VIII, *deputationem faciendam esse prævio concursu super peritia cantus Gregoriani; ad* IX, affirmative *cum approbatione, et juxta assignationem episcopi; ad* X, affirmative; *ad* XI, negative *ad primam partem, et* affirmative *ad secundam; ad* XII, negative; *ad* XIII *ad mentem; ad* XIV, *audiatur eminentissimus archiepiscopus Beneventanus, et interim servetur taxa Innocentiana et amplius in omnibus.*

154. SALERNITANA. *Edictorum* in qua ad seq. dub.

I. An dignitates, et canonici ecclesiæ cathedralis cogi valeant sub pœna quinque carolenorum pro qualibet vice, ut intersint congregationibus de casibus conscientiæ habendis.

II. An dignitates, et canonici prædicti cogi possint ad incedendum in habitu talari usque ad occasum solis, excepta tamen occasione eundi ad loca ruralia; et quatenus affirmative.

III. An adversus dignitates, et canonicos prædictos, in casu inobedientiæ sit procedendum etiam per inquisitionem.

IV. An prohibitio facta de non incedendo noctis tempore sine lumine sustineatur.

V. An dictæ dignitates, et canonici debeant quibuslibet diebus exire e sacristia bini bini, quando accedunt ad chorum.

VI. An pœna indicta dignitatibus et canonicis accedentibus ad chorum post Invitatorium sustineatur; seu potius aliqua alia pœna sint multandi, si tardius accedant.

VII. An præcentor, et primicerius sint cogendi, ut accedant ad chorum per mediam horam ante inchoationem divini Officii sub pœna unius tareni.

VIII. An archiepiscopo solemniter celebrante, omnes dignitates et canonici esse debeant per mediam horam ante ejus accessum ad ecclesiam dispositi, et parati in sacristia.

IX. An pœna tarenorum trium adversus dignitates, et canonicos celebrantes missas lectas tempore Missæ solemnis, sustineatur; seu potius liceat eisdem dignitatibus, et canonicis missas prædictas eo tempore celebrare.

X. An pœna trium carolenorum pro quolibet die, præter ordinariam punctaturam, sustineatur adversus dignitates, et canonicos sine legitimo impedimento absentes a choro in solemnioribus festis ac quoties archiepiscopus solemniter interfuerit officiis, nec non Dominicis Adventus, et tota Quadragesima.

XI. An prohibitio exeundi a choro, nisi terminato divino Officio, præterquam ex causa urgenti cum venia præfecti chori, sub pœna duplicis, aut triplicis punctaturæ pro modo culpæ sustineatur.

XII. An præsidentia in choro spectet privative ad primicerium, seu potius cumulative ad præcentorem una cum primicerio.

XIII. An omnes Horæ canonicæ sint persolvendæ cum cantu.

XIV. An singulis diebus celebranda sit Missa conventualis cum omnibus solemnitatibus.

XV. An celebratio Missarum explenda sit juxta formam præscriptam in edicto die 27 Februar. 1732, cap. 13 et 14, vel potius juxta assertum morem ecclesiæ.

XVI. An electio punctatoris facta per archiepiscopum præter alium a capitulo electum sustineatur.

Sac. cong. Conc. die 27 Septembris 1732 respondit: *Ad* I, affirmative; *ad* II, affirmative; *ad* III *ad mentem; ad* IV, affirmative *post secundam horam noctis; ad* V, affirmative, *in omnibus diebus festis tantum; ad* VI, affirmative *quoad punctaturam tantum; ad* VII, *cogendos esse, ut accedant antequam inchoetur chorus; ad* VIII, *dispositos, et paratos esse debere ante accessum archiepiscopi; ad* IX, *dentur decreta in Orioleñ. et Ortonen.; ad* X, affirmative, *subrogata tamen pœna in duplici punctatura; ad* XI, affirmative, *sub pœna unius pun-*

Digitized by Google

*ctaturæ; ad* XII, *dilata : et audiantur primicerius, et præcentor atque interim servetur solitum; ad* XIII, affirmative; *ad formam S. concilii; ad* XIV, affirmative; *ad* XV, dilata, *et ad mentem; ad* XVI, affirmative, *et scribatur archiepiscopo, ut omnes punctaturas reddat uniformes dispositioni S. concil. Tridentini.*

155. FABRIANEN. *Fontis baptismalis, et juris baptizandi*, in qua ad sequens dub.

An sit standum, vel recedendum a decisis die 21 Junii proxime præteriti, in casu, etc.

Sac. cong. Conc. die 12 Novembris 1732 respondit : *Recedendum a decisis.*

156. ROMANA *Capellaniæ*, in qua ad sequens dub.

An electio capellani facta per Patres Sanctæ Mariæ in Porticu in personam P. Puccetti sustineatur, vel potius teneantur eligere alium sacerdotem sæcularem, in casu, etc.

Sac. C. C. die 6 Decembris 1732 respondit, negative *ad primam partem, et* affirm. *ad secundam.*

157. SENOGALLIEN. *Missarum*, in qua ad seq. dub.

I. An rector capellaniæ, fundatæ ex dispositione Petri Francisci Malpici, teneatur applicare sacrificium pro ejus anima, vel potius tantummodo celebrare in ecclesia dicti monasterii.

II. An sit locus reductioni earumdem missarum, vel potius supplemento, in qua quantitate, et quomodo.

III. An monasterium possit, aut debeat assignare rectori census, aut pecuniam pro fundo dotali dictæ capellaniæ, et quomodo, in casu, etc.

Sac. cong. Conc. die 20 Decembris 1732 respondit : *Ad* I, affirmative *ad primam partem, et* negative *ad secundam; ad* II, *esse locum reductioni ad rationem manualis; et capellanus, diebus præsertim festis omnibus, celebret ex ecclesia Monialium; ad* III, *posse, et reinvestimentum pecuniæ fiat cum scientia, et approbatione episcopi, et amplius in omnibus.*

158. CAVEN. *Funerum*, in qua ad sequent. dub.

I. An jus tumulandi cadavera decedentium repentina, aut violenta morte intra districtum parochiarum civitatis Cavæ spectet ad proprios parochos, vel potius ad capitulum ecclesiæ cathedralis, et quatenus ad capitulum.

II. An eorum tumulatio spectet etiam ad capitulum, si ante obitum illi receperint sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ, vel Extremæ Unctionis a proprio parocho.

III. An tumulatio oriundorum Cavensium, ac exterorum, qui incolatum per decennium non fecerint, nec bona possideant in eadem civitate, nec non aliorum per transitum decedentium intra districtum alicujus parochiæ spectet ad proprium parochum, vel potius ad capitulum, et *quatenus* affirmative.

IV. An præfatis exteris, et oriundis licitum sit eligere sepulturam extra ecclesiam cathedralem absque capituli consensu, et *quatenus affirmative.*

V. An solvendum sit capitulo, et mensæ episcopali jus funeris, et in qua summa.

VI. An licuerit Josepho Catone parocho S. Michaelis archangeli tumulare cadaver Xaverii Gasaburii in sua ecclesia parochiali, ita ut sit standum, vel recedendum a decisis die 13 Aug. 1729.

VII. An, et ad quid prædictus parochus teneatur in commodum capituli, et mensæ episcopalis in casu, etc.

S. C. C. die 7 Februarii 1733 respondit : *Ad* I, *quoad viatores, peregrinos, et advenas tantum spectare ad capitulum; ad* II *et* III, *provisum in primo; ad* IV, affirmative; *ad* V, negative; *ad* VI, *in decisis; ad* VII, negative, *et amplius in omnibus.*

159. ASCULANA, *sive* MONTIS ALTI, *Ordinationis*, in qua ad seq. dub.

I. An sacerdos Petrus Xaverius de Antoninis licite susceperit ordines sine dimissoriis episcopi Montis Alti, et *quatenus* affirmative.

II. An licite eosdem ordines susceperit etiam sine litteris testimonialibus prædicti episcopi, in casu, etc.

S. C. C. die 7 Februarii 1733 respondit : *Ad* I, affirmative, *et amplius, ad* II, negative, *et in casu, de quo agitur, et quoad suspensionem arbitrio episcopi Montis Alti, juxta mentem, et amplius.*

160. ROMANA, *Reductionis oneris Missarum*, in qua ad seq. dub.

An PP. Minoribus conventualibus suffragetur indultum pro reducendis oneribus perpetuis Missarum, etiam quando pro illis relictæ fuerunt annuæ præstationes, quæ tamen non attingant annuam summam scutorum 60 monetæ Romanæ pro qualibet Missa quotidie celebranda, in casu, etc.

S. C. C. die 28 Februarii 1733 respondit, negative *et amplius.*

161. ORDINIS MINIMORUM, *Quartæ funeralis*, in qua ad seq. dub.

I. An exemptio PP. Minimorum a præstatione quartæ funeralis sit revocata per constitutionem S. M. Benedicti XIII, et *qualenus* affirmative.

II. An sit consulendum Sanctissimo pro nova ejusdem exemptionis confirmatione.

S. C. C. die 14 Martii 1733 respondit : *Ad* I, negativ *quoad diœcesin Consentinam; ad* II, *provisum in primo.*

162. FABRIEN. *Fontis baptismalis, et juris baptizandi*, in qua ad sequent. dub.

I. An quoad primum dubium sit standum in primo vel secundo loco decisis.

II. An ad secundum dubium sit standnm vel recedendum a decisis die 21 Junii 1723.

S. C. C. die 2 Maii 1733 respondit : *Ad* I, *standum esse in secundo loco decisis, et amplius; ad* II, *præfigatur ab episcopo terminus aliis ecclesiis parochialibus ad deducendum jura sua in S. C.*

163. PIENTINA, *seu* ILCINEN. *Ordinationis*, in qua ad seq. dub.

I. An clericus Laurentius Medicheschius fuerit licite ordinatus ad titulum beneficii, de quo agitur.

II. An prædictus Laurentius licite fuerit ad sacros ordines promotus ab episc. Ilcinen. in cujus diœcesi beneficium illud exsistit, sine litteris dimiss. episc. Pientini.

III. An litteræ testimoniales, quas idem Laurentius impetravit ab episcopo Pientino, fuerint sufficientes ad licitam ordinationem.

IV. An, et qui ordines contulit, et qui eos suscepit inciderit, in pœnas statutas a S. concilio Tridentino, et a bulla *Speculatores*, in casu, etc.

S. C. C. die 18 Julii 1733 respondit, *Ad* I *et* II, affirmative; *ad* III, affirmative *in casu, de quo agitur; ad* IV, negative.

164. LEODIEN. in qua ad seq. dub.

I. An quoad duo annua convivia sit standum, vel recedendum a decisis die 1 Sept. 1731.

II. An, et quæ alia onera sustineantur, in casu, etc.

Sac. congr. Conc. die 18 Julii 1733 respondit : *Ad* I, *esse permittenda, sed decanum non esse cogendum; ad* II, dilata, *et coadjuventur probationes super consuetudine quoad cappam.*

165. ASCULANA, *Jurium, et functionum parochialium*, in qua ad seq. dub.

I. An liceat parocho ecclesiæ S. Laurentii terræ Accumuli exercere omnia, et quæcunque jura parochialia in publico oratorio Beatiss. Annuntiationis villæ Tini, sito intra limites dictæ parochiæ, privative quoad capellanum, seu rectorem beneficii erecti in dicto oratorio.

II. An rectori dicti beneficii liceat celebrare festum Beatiss. Annuntiatæ, eademque die canere Missam solemnem, sedes confessionales erigere, nec non sacramentum Pœnitentiæ administrare, seu administrari facere, et indulgentias publicare,

Digitized by Google

absque licentia, interventu, et consensu dicti parochi.

III. An eidem rectori competat, seu debeatur, ulla portio, tam ceræ, quam aliorum emolumentorum occasione funeris subditorum dictæ parochiæ, quos tumulari contingat in dicto oratorio, quacunque consuetudine non obstante.

IV. An eidem rectori debeantur oblationes, seu eleemosynæ colligi solitæ in dicta villa Tini, seu in oratorio prædicto, et an valeat in illorum administratione se ingerere absque licentia, et consensu dicti parochi.

V. An idem rector teneatur permittere, ut parochus doceat in dicto oratorio doctrinam Christianam, vel possit hoc impedire.

VI. An constet de attentatis, et quomodo sint purganda, in casu, etc.

Sac. congr. Concil. die 29 Augusti 1733 respondit : *Ad* I, affirmative; *ad* II, affirmative *quoad celebrationem festi, et Missam solemnem eadem die; in reliquis vero* negative; *ad* III, *quartam funeralem duntaxat competere parocho, reliqua vero emolumenta funeris spectare ad ecclesiam sanctissimæ Annuntiatæ tumulantem quoad eos defunctos, qui vel ibi elegerint sepulturam, vel ibi sint tumulandi in sepulcro majorum; ad* IV, affirmative *quoad oblationes et eleemosynas in oratorio, ita tamen, ut ratio reddatur episcopo, et dictæ eleemosynæ, vel oblationes convertantur in usum, et cultum ipsius ecclesiæ cum approbatione ejusdem episcopi; ad* V, *arbitrio Ordinarii; ad* VI, *arbitrio eminentissimi præfecti, amplius, et scribatur episcopo juxta mentem.*

166. TROJANA, *Funerum* in qua ad sequens dub.

An capitulum ecclesiæ cathedralis possit exigere carolenos decem pro delatione culcitræ, seu panni occasione tumulationis confratrum defunctorum, quatenus eadem culcitra, seu pannus adhibeatur.

Sacr. congr. Concil. die 29 Augusti 1733 respondit : negative *et amplius.*

167. PHARAONEN. *Jurisdictionis*, in qua ad seq. dub.

I. An eminentissimus episcopus interesse possit, tam per se, quam per alium, electionibus abbatissarum, vel priorissarum monasteriorum Monialium Regularibus ordinis Cisterciensis subjectarum.

II. An liceat eidem petere rationes administrationis bonorum ipsorum monasteriorum.

III. An idem eminentissimus Ordinarius possit inhibere Regularibus, ne sine prævia ejus approbatione excipiant confessiones Monialium etiam subjectarum regimini ipsorum Regularium, nonobstante asserto brevi Urbani VIII atque prætensa consuetudine, in casu, etc.

Sacr. congr. Conc. die 14 Novembris 1733 respondit : Affirmative *in omnibus.*

168. GUARDIEN. In qua ad sequens dub.

I. An episcopus Guardien. possit exigere subsidium charitativum ab ecclesia Sancti Joannis oppidi Aquævivæ.

II. An idem episcopus possit exigere cathedraticum seu synodaticum a dicta ecclesia, ejusque parocho.

III. An idem episcopus in actu visitationis faciendæ possit exigere procurationem.

IV. An dictus episcopus in eadem visitatione possit recognoscere libros administrationis bonorum ejusdem ecclesiæ, ejusque rationem petere, in casu, etc.

Sacr. cong. Conc. die 14 Novembris 1733 respondit : *Ad* I, II *et* III, negative; *ad* IV, affirmative *jure delegato.*

169. FABRIANEN. *Fontis baptismalis*, in qua ad seq. dub.

An ad secundum dubium sit standum, vel recedendum a decisis die 21 Junii 1732.

S. C. C. die 14 Novembris 1733 respondit : *Prævio recessu a decisis* negative *ad primam partem*, et affirmative *ad secundam.*

170. PAPIEN. *Oneris Missarum*, in qua ad sequentia dubia.

I. An Missa quotidiana fundata a Balthassare de Magistris in altari SS. Trium Regum erecto in ecclesia S. Crucis PP. Reformatorum Sancti Francisci privative celebranda sit a dictis Patribus, sive potius celebrari possit a capellano ab hæredibus deputando, *et quatenus* negative *ad primam*, et affirmative *ad secundam partem.*

II. An dicti PP. teneantur præstare patientiam pro celebratione dictæ Missæ, soluta ejusdem subventione pro utensilibus, sive potius sit locus translationi dictæ Missæ ad aliam ecclesiam arbitrio hæredis, in casu, etc.

Sacr. congr. Concil. die 12 Decembris 1733 respondit : *Ad* I, negative *ad primam partem*, et affirmative *ad secundam, ad* II, negative *ad primam partem; quo vero ad secundam* affirmative *ad aliam ecclesiam designandam ab episcopo.*

171. BRIXIEN. In qua ad seq. dub.

I. An liceat abbati monasterii Stambsensis ordinis Cisterciensis dispensare super ætate cum religiosis sui monasterii sibi subditis pro suscipiendis sacris ordinibus, *et quatenus* affirmative.

II. An monachi ejusdem monasterii ad ordines promovendi, præter litteras obedientiales, teneantur exhibere Ordinario Brixinensi fidem sui baptismatis ad docendum de legitima ætate.

III. An liceat dicto abbati dimittere suos monachos ad alium episcopum pro suscipiendis ordinibus sine litteris dimissoriis dicti Ordinarii, *et quatenus* negative.

IV. An Monachi sic ordinati cum dispensatione abbatis in ætate, vel ab alio episcopo cum solis litteris obedientialibus, et sine dimissoriis episcopi Brixinen. sint licite ordinati, *et quatenus* negative.

V. An, et in quas pœnas tam dictus abbas, quam ipsi Monachi taliter ordinati inciderit.

VI. An liceat dicto abbati tonsuram, et minores ordines conferre, non solum Monachis sibi subditis, sed etiam aliis Regularibus sibi non subditis.

VII. An liceat eidem abbati tonsuram, et minores ordines conferre sæcularibus aliarum diœcesum cum dimissoriis sui Ordinarii, et sine licentia episcopi Brixinensis, *et quatenus* negative.

VIII. An taliter ordinati valide susceperint ordines.

IX. An liceat dicto abbati non solum sacram supellectilem benedicere, in qua sacra unctio non adhibetur, sed etiam altaria consecrare, et alia vasa sacra, in quibus adhibetur sacrum chrisma, idque non tantum ad usum ecclesiæ proprii monasterii, sed etiam ad usum aliarum, in casu, etc.

Sacr. cong. Conc. die 12 Decembris 1733 respondit : *Ad* I, negative; *ad* II, negative, *dummodo in litteris obedientialibus exprimatur ætas; ad* III, *servetur decretum Clementis VIII, anni* 1596; *ad* IV, negative; *ad* V, *in pœnas canonicas; ad* VI, negative *quoad non subditos; ad* VII, negative; *ad* VIII, affirmative; *ad* IX, *ad sacram congregationem Rituum, et amplius in omnibus.*

172. CREMONEN. *Quartæ funerariæ*, in qua ad seq. dub.

An parochis civitatis Cremonen. præter emolumenta in associatione, et susceptione cadaveris, debeatur quarta, etiam de intortitiis, et candelis, quæ circa cadaver, et in altaribus accenduntur die funeris, et in aliis subsequentibus officiis, quando cadavera tumulantur in ecclesiis Regularium, in casu, etc.

S. C. C. die 9 Januarii 1734 respondit : *Præfigatur ab episcopo terminus duorum mensium parochis ad declarandum, an velint stare taxæ, et consuetudini, vel potius facta collatione, consequi quartam*

Digitized by Google

*partem quorumcunque emolumentorum funeris.*

173. CIVITATIS CASTELLANÆ, *Procurationis*, in qua ad dub.

I. An omnes beneficiati, confraternitates, et loca pia Gallesii teneantur ad procurationem solvendam episcopo visitandi juxta repartitionem ab eo approbatam, *et quatenus* affirmative.

II. An obstet contraria consuetudo, in casu, etc.

Sac. C. C. die 9 Januarii 1734, respondit : *Ad* I, affirmative; *ad* II, negative, *et amplius.*

174. SYPONTINA, *Servitii ecclesiæ*, in qua ad seq. dub.

An decretum capituli concedens dignitatibus, et canonicis vacationem per tres menses cum conditionibus in eo præscriptis sustineatur, in casu, etc.

Sacr. C. C. die 6 Februarii 1734, respondit : Negative, *et amplius.*

175. FABRIANEN. *Fontis baptismalis*, in qua ad seq. dub.

An sit standum in decisis die 21 Junii 1732, vel potius in decisis die 14 Novembris 1733, in casu, etc.

S. C. C. die 20 Martii 1734, respondit : *In secundo loco decisis, et amplius.*

176. ASCULANA, *Cathedratici*, in qua ad seq. dub.

I. An sint detrahenda, onus Missarum, cæteraque onera a beneficiis in solutione cathedratici, in casu, etc.

II. An ab ecclesiis habentibus reditus per confraternitates administratos debeatur cathedraticum, in casu, etc.

III. An cathedraticum sit solvendum ab ecclesiis confraternitatum laicalium non habentibus beneficia ecclesiastica, in casu, etc.

IV. An debeatur cathedraticum ab ecclesia Sancti Petri in Castello, in casu, etc.

S. C. C. die 12 Maii 1734 respondit : *Ad* I, negative; *ad* II, III et IV, affirmative.

177. TUSCULANA, *Funerum*, in qua ad seq. dub.

I. An PP. Reformati, in quorum ecclesia defunctus elegerit sepulturam, possint ducere funus, et cadaver asportare sine consensu, et præsentia, vel archipresbyteri, vel canonici coadjutoris actualem curam exercentium, eorumque interventu, et *quatenus* negative.

II. An postquam dicti Patres per aliquod temporis spatium exspectaverint archipresbyterum, vel illius coadjutorem, possint absque iisdem asportare cadaver ad eorum ecclesiam.

III. An in associatione cadaverum ad ecclesiam Patrum Reformatorum sint ab hæredibus defuncti, præter archipresbyterum, sive ejus coadjutorem, invitandi tot sacerdotes sæculares, quot religiosi.

IV. An parochus possit ratione itineris faciendi extra mœnia civitatis ad ecclesiam dictorum Patrum exigere ultra quartam, duplum illius eleemosynæ, quæ daretur, si cadaver esset sepeliendum intra civitatem, et *quatenus* negative.

V. An idem servandum sit in tumulatione tam civium, quam exterorum, in casu, etc.

S. C. C. die 24 Julii 1734, respondit : *Ad* I, negative; *ad* II, affirmative *intimato tamen prius, et exspectato per horam archipresbytero vel canonico coadjutore ; quo vero ad* III, IV *et* V, *ad eminentissimum episcopum juxta mentem.*

178. FUNDANA, *Participationis*, in qua ad seq. dub.

An, et quæ ratio distributionum, et redditum canonicalium competat canonico Gaspari Golfredo, donec in minoribus fuerit, et quousque respective ad ordinem sacerdotalem ascenderit, in casu, etc.

S. C. C. die 25 Septembris 1734 respondit : *Deberi integram portionem ad instar aliorum canonicorum, et amplius.*

179. RUBEN. *Expensarum*, in qua ad seq. dub.

An pecuniæ pro expensis faciendis in causis pendentibus discutiendis in sacra congregatione, vel in aliqua earum, sumi possint ex massa communi capitulari ecclesiæ cathedralis Rubensis, in casu, etc.

S. C. Concil. die 25 Septembris 1734 respondit : Negative, *et episcopus mandet reintegrari Missam capitularem de pecunii extractis.*

180. MEDIOLANEN. *Censurarum*, in qua ad seq. dub.

An censuræ sustineantur in casu, etc.

S. C. C. die 4 Decembris 1734 respondit : *Consignato deposito esse absolvendos ad cautelam.*

181. SABINEN. *Funerum*, in qua ad seq. dub.

I. An cadaver Mariæ Laurentiæ Valentini, exhumandum, et restituendum sit per archipresbyterum parochiæ Terræ Cantalupi una cum cera, et aliis emolumentis ab eo perceptis PP. Carmelitis ejusdem Terræ, in casu, etc.

II. An cadavera defunctorum sepelienda in ecclesia eorumdem Patrum Carmelitarum debeant ad illam recto tramite deferri, vel potius, attenta asserta consuetudine prius asportari, et exponi in ecclesia parochiali, in casu, etc.

III. An in associatione cadaverum ad eamdem ecclesiam PP. Carmelitarum dictus archipresbyter debeat sub sola cruce dictæ ecclesiæ tumulantis incedere, vel possit propriam elevare, et sub utroque incedere, in casu, etc.

S. C. C. die 29 Januarii 1735 respondit : *Ad* I, *quoad restitutionem ceræ aliorumque emolumentorum* affirmative, *reservata quarta favore parochi : quo vero ad exhumationem et restitutionem cadaveris, ad eminentissimum episcopum juxta mentem ; ad* II et III, affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam.*

182. CASSANEN. *Cathedratici*, in qua ad seq. dub.

I. An sit locus solutioni cathedratici, *et quatenus* affirmative.

II. In qua quantitate sit solvendum a capitulo cathedralis, canonicis, et beneficiatis civitatis Cassani, in casu, etc.

S. C. Conc. die 21 Maii 1735 respondit : *Ad* I, affirmative; *ad* II, *solvendum esse juxta taxam, præscriptam in concilio Romano, et amplius.*

183. FIRMANA. *Capellaniæ*, in qua ad seq. dub.

I. An sacerdos deputandus pro celebratione Missarum, de quibus agitur, sit amovibilis ad nutum patronorum, *et quatenus* affirmative.

II. An sit locus remotioni Alberti de Marcantoniis capellani deputati a Barbara, et Magdalena de Marcantoniis, in casu, etc.

Sacr. C. C. die 18 Junii 1735 respondit : *Ad utrumque* affirmative.

184. FABENTINA, *Quartæ funeralis*, in qua ad seq. dub.

I. An, et a quibus, quæ portio ceræ debeatur archipresbytero Terræ Bagnacaballi pro eorum quarta funerali, quando cadavera tumulantur extra parochiam in ecclesiis Regularium, in casu, etc.

II. An, et quot candelæ tradi debeant archipresbytero, et parochis in associatione cadaverum, etc.

S. C. C. die 18 Junii 1735, respondit : *Ad* I, *deberi quartam tantum ex ea portione ceræ, quæ retinetur ab ecclesiis Regularium ; ad* II, *deberi binas candelas archipresbytero, et eo absente, totidem ejusdem substituto tantum, et amplius.*

185. VERCELLEN. *Jurisdictionis*, in qua ad seq. dub.

I. An abbatia SS. Nazarii et Celsi sit exempta a jurisdictione ordinaria episcopi Vercellensis, *et quatenus* negative.

II. An vicarius pro exercitio curæ approbari, et institui debeat ab episcopo Vercellensi, quatenus non adsit provisio apostolica.

III. An episcopus Vercellensis visitare possit jure ordinario ecclesiam abbatiæ in omnibus iis, quæ concernunt curam animarum, et administrationem sacramentorum necnon quoad ea jus habeat in universum clerum, et populum laicum ipsius abbatiæ.



Digitized by Google

IV. An liceat Ordinario Vercellensi post institutionem ab executore reportatam in vim litterarum Apostolicarum in forma gratiosa novo examini subjicere vicarium perpetuum, et novam institutionem eidem concedere, in casu, etc.

V. An abbati Sanctorum Nazarii et Celsi jus competat concedendi licentias induendi habitum clericalem, in casu, etc.

Sac. C. C. die 9 Julii 1735 respondit : *Ad* I, negative; *ad* II, affirmative; *ad* III, *provisum in primo*; *ad* IV, negative; *ad* V, negative *et amplius*.

186. VERULANA, *Oratorii*, in qua ad seq. dub.

I. An liceat Patribus Carthusianis retinere oratorium ad celebrandum, seu celebrare faciendum Missæ sacrificium in Grancia Turricis, in casu, etc.

II. An exteri audientes Missam in eodem oratorio celebratam diebus festis satisfaciant præcepto, in casu, etc.

S. C. C. die 30 Julii 1735 respondit : *Ad* I, affirmative, *prævia tamen visitatione episcopi ad formam indulti*; *ad* II, affirmative, *quoad existentes tantum intra oratorium, et ad mentem*.

187. ORDINIS MINIMORUM, *Quartæ funeralis*, in qua ad seq. dub.

An sit standum, vel recedendum a decisis sub die 14 Martii 1735, in casu, etc.

S. C. C. die 30 Julii 1735 respondit : *Prævio recessu a decisis teneri ad solutionem quartæ funeralis.*

188. TUDERTINA, *Procurationis*, in qua ad seq. dub.

I. An communitas Missæ teneatur subministrare scuta decem archipresbytero pro tempore ecclesiæ Sancti Felicis dictæ Terræ Massæ pro expensis victualium factis, et respective faciendis per dictum archipresbyterum occasione visitationis pastoralis episcopi, in casu, etc.

II. An iisdem expensis victualium teneantur contribuere confraternitates laicorum, et alia loca pia, et obtinentes capellanias in dicta Terra Massæ, ejusque territorio, in casu, etc.

S. C. C. die 30 Julii 1735, respondit : *Ad* I, affirmative ; *ad* II, *negative, in casu de quo agitur*.

189. ORDINIS MINIMORUM, *Quartæ funeralis*, in qua ad seq. dub.

An sit standum in primo, vel secundo loco decisis, in casu, etc

S. C. C. die 10 Septembris 1735, respondit : *In secundo loco decisis, et amplius.*

190. CAMERINEN. *Capellaniæ*, in qua ad seq. dub.

An Missa quotidiana relicta a Petro Francisco Pellegrino in ecclesia collegiata celebrari debeat per sacerdotem sæcularem, vel potius, celebrari possit etiam per Regulares arbitrio PP. Carmelitarum Excalceatorum mittendos, in casu, etc.

S. C. C. die 19 Nov. 1735, respondit : Negative *quoad primam partem*, et affirmative *quoad secundam*.

191. PERUSINA, *Cathedratici*, in qua ad seq. dub.

I. An cathedraticum debeatur episcopo ab ecclesiis existentibus in asserta quasi possessione centenaria, vel immemorabili illud non solvendi, *et quatenus* affirmative.

II. An debeatur juxta concilium Romanum, et taxam in eo præfinitam, sive potius juxta asserta decreta synodalia cardinalis Torres anni 1632, et episcopi de Bobus anni 1726, *et quatenus* affirmative *quoad primam partem*.

III. An debeatur ab illis ecclesiis, quæ episcopo annuatim persolvunt canones, in aliqua re.

IV. An ex beneficiis unitis debeatur unum, vel plura cathedratica.

V. An cathedraticum sit solvendum a rectoribus ecclesiarum parochialium civitatis et suburbiorum Perusiæ, uti asserto unico corpore, seu potius ab unoquoque ex eis.

VI. An, et a quo debeatur cathedraticum pro ecclesia Sanctæ Luciæ civitatis Perusiæ.

VII. An a solutione cathedratici sint detrahenda onera Missarum, cæteraque onera beneficiis annexa, in casu, etc.

S. C. C. die 19 Novembris 1735, respondit : *Ad* I, affirmative; *ad* II, affirmative *quoad primam partem; ad* III, affirmative; *ad* IV, *providebitur in casibus particularibus; ad* V, negative *quoad primam partem, et* affirmative *quoad secundam; ad* VI, *deberi ab œconomo ex bonis ejusdem ecclesiæ; ad* VII, negat.

192. CREMONEN. *Quartæ funerariæ*, in qua ad seq. dub.

An stante resolutione per sac. congregationem edita die 9 Januarii 1734, conferri debeant a parochis duntaxat, intortitia, quæ accenduntur pro associatione cadaveris ad ecclesiam tumulantem, ac in eadem ecclesia accensa remanent circa cadaver juxta declarationem ab ipsis emissam; vel potius conferendæ etiam sint tam candelæ, quæ a parochis gestantur, quam eleemosyna, aliæque candelæ, quæ pro Missa parochiali eis traduntur in casu, etc.

S. cong. Conc. die 3 Decembris 1735, respondit: Affirmat. *quoad primam partem*; negat. *quoad secundam.*

SUESSANA, *Servitii*, in qua ad sequentia dub.

193. I. An simplices clerici quamvis beneficiati, sed nullum ab ecclesia cathedrali recipientes emolumentum teneantur eidem ecclesiæ inservire in divinis, publicis processionibus adesse, et assistere episcopo pontificaliter celebranti, *et quatenus* negative.

II. An constet de attentatis, in casu, etc.

III. An supradicti clerici teneantur in feria v Cœnæ Domini adimplere præceptum paschale, recipiendo SS. Eucharistiæ sacramentum per manus episcopi pontificaliter celebrantis juxta edictum publicatum ab episcopo die 3 Aprilis 1735, sive potius supradicti clerici dictum præceptum paschale adimplere in propriis parochiis, in casu, etc.

Sac. cong. Concil. die 14 Januarii 1736, respondit : *Ad* I, affirmative, *moderata pœna ; ad* II, negative ; *ad* III, affirmative, *quoad primam partem.*

194. SUESSANA, *Jurium parochialium*, in qua ad seq. dub.

I. An licuerit PP. S. Augustini civitatis Suessanæ in die Dominico Resurrectionis Domini nostri devotionis causa administrare SS. Eucharistiæ sacramentum clerico Antonio de Paulo, *et quatenus* negative.

II. An sustineatur comminatio interdicti ecclesiæ supradictorum Patrum facta ab episcopo, in casu, etc.

S. C. C. die 14 Januarii 1736, respondit : *Ad* I, negative ; *ad* II, *ad mentem, et amplius.*

195. NUSCANA, *Sepulturæ*, in qua ad seq. dub.

I. An pro constructione novæ sepulturæ per confratres societatis SS. Rosarii oppidi Muntellæ factæ in parochiali ecclesia S. Nicolai satis fuerit licentia episcopi, vel potius requireretur licentia expressa capituli ecclesiæ collegiatæ S. Mariæ ejusdem Terræ.

II. An electio sepulturæ a dictis confratribus societatis SS. Rosarii fieri possit in prædicta nova sepultura specialiter constructa in dicta parochiali ecclesia S. Nicolai pro confratribus ejusdem confraternitatis.

III. An cadaver Salvatoris de Nenna loco depositi conditum in sepultura veteri ejusdem parochiali ecclesiæ S. Nicolai sit exhumandum et sepeliendum in dicta sepultura ab eodem Salvatore electa, vel potius sit alio ferendum, in casu, etc.

Sac. cong. Concil. die 28 Januarii 1736, respondit : *Ad* I, affirmative, *quoad primam partem, et* negative *quoad secundam; ad* II, affirmative; *ad* III, affirmative *quoad primam partem, et* negative *quoad secundam.*

196. ROMANA, *Utensilium*, in qua ad sequens dub.

Digitized by Google

An pro capellaniis erectis anno 1709, in ecclesia S. Agnetis debeantur ab eorum possessoribus eidem ecclesiæ utensilia pro celebratione Missarum, in casu, etc.

Sac. cong. Concil. die 24 Martii 1736, respondit : Affirmative. *et amplius.*

197. CASSANEN. in qua ad sequentia dubia.

I. An dispositio Pomponii Jordani facta sub die 17 Junii 1722, prævio decreto hujus sac. congregationis quoad Missam hebdomadalem, et festivitatem S. Mariæ de Monte Carmelo celebrandam a fratribus S. Francisci de Observantia sit servanda per illius hæredes.

II. An eisdem religiosis, sive illorum syndico apostolico aliqua competat actio instandi pro celebratione Missarum, ac pro earum eleemosyna.

III. An constet de jure patronatus capellæ Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo favore hæredum Pomponii.

IV. An per præfatos Religiosos in dicta capella impediri valeat dictis hæredibus celebratio festivitatis S. Mariæ de Monte Carmelo, ac aliorum festorum B. M. Virginis.

V. An teneantur iidem hæredes solvere prælatis religiosis ducatos quatuor pro celebrando eodem festo.

VI. An dicti Religiosi potuerint denegare tumulationem cadaveris Nicolai Rossi in sepulcro sito prope dictam capellam.

VII. An idem cadaver tumulari debeat in præfato sepulcro.

VIII. An prædicta capella visitari debeat per Ordinarium, seu per regulares.

IX. An, et de quibus recursibus ad judices laicos constet etiam ad effectum refectionis damnorum et expensarum, in casu, etc.

S. C. C. die 28 Aprilis 1736, respondit : *Ad* I, affirmative; *ad* II, *serventur decreta generalia; ad* III, affirmative *quoad jus honorificum; ad* IV, negat. ; *ad* V, negat. *et ad mentem; ad* VI, negat. ; *ad* VII, affirmat. ; *ad* VIII, *serventur decreta; ad* IX, *ad eminentissimum præfectum juxta mentem.*

198. MEDIOLANEN. *Celebrationis Missarum*, in qua ad sequentia dubia.

I. An pro celebratione Missarum in ecclesia Sanctæ Mariæ Paradisi debeant eligi Religiosi ejusdem ecclesiæ; vel potius sit in arbitrio hæredis deputare alios sacerdotes.

II. An sit locus reductioni Missarum, vel potius hæres teneatur supplere eleemosynam, in casu, etc.

S. C. C. die 12 Maii 1736, respondit : *Ad* I, affirmative *quoad primam partem, et* negat. *quoad secundam; ad* II, negat. *quoad utramque partem.*

199. FIRMANA, *Jurium parochialium*, in qua ad seq. dub.

I. An sacerdotes deputandi ab asserta societate suffragii possint solemniter canere Missas in ecclesia, seu oratorio sub titulo suffragii absque licentia parochi S. Mariæ, vel potius Missæ solemnes, quatenus in dicta ecclesia, seu oratorio canendæ sint, celebrari debeant ab eodem parocho, etiam invitis confratribus.

II. An in dicta ecclesia, seu oratorio exponi possit SS. Eucharistiæ sacramentum publicæ adorationi cum sola licentia Ordinarii sine interventu parochi prædicti, *et quatenus* affirm.

III. An eidem parocho Sanctæ Mariæ competat saltem jus benedicendi populum cum Sanctissimo Sacramento in dicta ecclesia, seu oratorio, etiam invitis confratribus.

IV. An parochus SS. Joannis et Pauli de consensu parochi sanctæ Mariæ possit dictas functiones explere in dicta ecclesia, seu oratorio etiam invitis fratribus.

V. An cadavera defunctorum tumulari possint in dicta ecclesia, seu oratorio, invitis parochis, et quatenus aliquis elegerit in eodem oratorio tumulari, in casu, etc.

S. C. C. die 2 Julii 1736, respondit : *Ad* I, affirmat. *quoad primam partem de licentia episcopi, et* negat. *quoad secundam; ad* II, affirmat. ; *ad* III *et* IV, negat. ; *ad* V, affirmat. *salvis juribus parochialibus.*

200. JUVENACEN. *Administrationis*, in qua ad seq. dub.

An administratio proventuum spectantium ad confraternitates et loca pia Terlitii pertineat ad confratres et officiales cum omnimoda independentia ab episcopo, vel potius erogatio dictorum proventuum facienda sit a dictis confratribus et officialibus cum scientia et approbatione episcopi, in casu, etc.

S. C. C. die 7 Julii 1736, respondit : Negative *quoad primam partem, et* affirmative *quoad secundum ad formam decret. bon. mem. episcopi Chiurlia.*

201. CREMONEN. *Quartæ funerariæ*, in qua ad seq. dub.

An sit standum, vel recedendum a decisis, in casu, etc.

S. C. C. die 7 Julii 1736, respondit : *In decisis et amplius.*

202. CASSANEN. in qua ad sequens dub.

An, et in quibus sit standum, vel recedendum a decisis, in casu, etc.

S. C. C. die 1 Septembris 1736, respondit : *In decisis in omnibus, et quoad quartum dubium juxta modum, et amplius.*

203. JUVENACEN. in qua ad sequentia dub.

I. An edictum episcopi demandatis sub pœna censurarum distributionem candelarum propriis sumptibus faciendam a capitulo Terlitii die Purificationis beatis. V., clero et populo, sustineatur, *et quatenus* affirmative.

II. An teneatur dictum capitulum dare cereum tam archipresbytero, quam episcopo, sive alteri tantum ex eis, sive præsenti, sive absenti.

III. An censuræ latæ per episcopum post interpositam, et admissam appellationem a metropolitano, sustineantur, in casu, etc.

S. C. C. die 22 Septembris 1736, respondit : *Ad* I, affirmative; *ad* II, affirmative *dummodo sit præsens; ad* III, affirmative, *et ad mentem.*

204. JUVENACEN. *Administrationis*, in qua ad seq. dub.

I. An sit standum, vel recedendum a dec. in casu, etc.

II. An redditio rationis proventuum administratorum, eorumque erogatio facienda sit a confratribus, seu officialibus episcopo in visitatione, seu potius extra ad arbitrium dicti episcopi, in casu, etc.

S. C. C. die 17 Novembris 1736, respondit : *Ad* I, *in decisis; ad* II, affirmative *quoad utramque partem in loco Terlitii, et amplius.*

205. ELVEN. *Jurisdictionis*, in qua ad sequent. dub.

I. An possit capitulum, sede vacante, post electum vicarium in spiritualibus et temporalibus deputare alium toties quoties sibi placuerit ad aliquod faciendum in exercitio jurisdictionis translatæ, ipsam reassumendo jurisdictionem.

II. An possit capitulum per se ipsum dare subditis chartas testimoniales, vel *reverendas* ad ordines suscipiendos, vel debeant dari per vicar. gener. capitular.

III. An capitulum possit in deputatione vicarii capitularis dare jurisdictionem limitatam, et possit in hoc casu attendi consuetudo regni Lusitaniæ, *et quatenus* affirmative.

IV. An possit reservatam jurisdictionem alicui alteri committere, vel illam debeat per se ipsum exercere.

V. An possit capitulum dare subditis attestationes de *vita* et *moribus* per se ipsum, vel debeant dari a vicario capitulari.

VI. An possit capitulum jubere vicario capitulari,

Digitized by Google

ut det tales attestationes, vel debeat pendere ab arbitrio vicarii capitularis.

VII. An in concursu parochialium debeat intervenire arbitrium vicarii capitularis, vel debeat pendere ab arbitrio capituli, facto concursu, in præsentia capituli, vel in absentia, et an debeat attendi consuetudo regni, in casu, etc.

S. C. C. die 1 Decembris 1736, respondit : *Ad* I, negative; *ad* II, negative *quoad primam partem*, *et* affirmative *quoad secundam*; *ad* III, negative; *ad* IV, *provisum in tertio*; *ad* V, negative *quoad primam partem et* affirmative *quoad secundam*; *ad* VI, negative; *ad* VII, affirmative *quoad primam partem ad formam juris*. *In reliquis* negative.

206. URBEVETANA, in qua ad seq. dub.

I. An camerarius, aliique officiales rev. fabricæ S. Mariæ de Stella cathedralis ecclesiæ urbis veteris teneantur subministrare episcopo ejusdem civitatis supellectilia, et paramenta sacra necessaria pro celebratione Missæ tantum in suis domesticis capellis, seu etiam pro aliis ecclesiasticis functionibus ibidem peragendis, in casu, etc.

II. An eidem episcopo sint subministranda supellectilia, et paramenta sacra extra civitatem Urbis veteris occasione sacræ visitationis, aliarumque ecclesiasticarum functionum explendarum pro sua diœcesi, *et quatenus* affirmative.

III. Cujus qualitatis debeant esse dicta supellectilia et paramenta sacra, in casu, etc.

S. C. C. die 19 Januarii 1737, respondit : *Ad* I, affirmative; *ad* II, negative; *ad* III, *esse debere qualitatis decentis gradui episcopali*.

207. CASTRI MARIS, *Servitii chori*, in qua ad seq. dub.

I. Ad edictum episcopi promulgatum die 4 Januar. 1736, prohibitivum discessus absque sua licentia in scriptis quoad dignitates, et canonicos sustineatur, in casu, etc.

II. An saltem canonici gaudentes vacatione, ejus tempore durante possint impune discedere, et abesse, in casu, etc.

Sacr. cong. Conc. die 4 Martii 1737, respondit : *Ad* I, affirmative, *pro discessu pernoctandi extra diœcesim, moderata tamen pœna in ducatis duobus*; *ad* II, affirmative *juxta decretum in Jadren.* 9 *Maii* 1626, *et D. secretarium juxta mentem.*

208. RAVENNATEN. *Applicationis Missarum*, in qua ad seq. dub.

I. An pro legato juliorum decem, et solitæ ceræ relict. per Michaelem angelum porcharium ven. capellæ SS. Conceptionis in eccl. RR. PP. S. Francisci Terræ Argentæ in die illius festivitatis teneantur iidem FF. celebrare, et simul applicare Missas, juxta intentionem patroni, et in quo numero, in casu, etc.

II. An fratres prædicti teneantur celebrare, et respective applicare Missas in anteactis non applicatas in die præfatæ festivitatis, in casu, etc.

III. An subministratio candelarum occasione supradictæ festivitatis sit facienda a patrono in certa quantitate, seu potius illa resideat in ejus arbitrio ac devotione, in casu, etc.

IV. An fratres præfati teneantur reponere in antiquo loco dictæ capellæ stema familiæ de Martiis illius antiquæ patronæ, nec non antiquam lampadem, aliaque supellectilia olim facta ab illius patronis, in casu, etc.

V. An dicti fratres possint ad eorum libitum amovere ab altari, ejusque proprio loco statuam beatissimæ Virginis, itemque crucem, et candelabra insimul allegata dissolvere aliaque sacra supellectilia a patrono pro usu dictu altaris, alio asportare invitis iisdem patronis, in casu, etc.

VI. An constet de attentatis, in casu, etc.

Sac. congreg. Concil. die 17 Augusti 1737 respondit : *Ad* I, negative; *ad* II, *provisum in primo*; *ad* III, *servandum esse solitum*; *ad* IV, *negat. in omnibus, sed licere hæredibus reponere propriis sumptibus*; *ad* V, *quoad crucem, et aliis supellectilia sacra* negative : *Quo vero ad statuam B. Virginis* affirmative, *petita prius, licet non obtenta licentia a patrono*; *ad* VI, *negative in casu, de quo agitur, et amplius.*

209. CASERTANA, *Capellanarium*, in qua ad seq. dub.

I. An quatuor capellanis quondam Jacobi Landulphi ecclesiæ receptitiæ SS. Corporis Christi civitatis Magdaluni ad instar antiquorum capellanorum competat beneficium vacandi a celebratione unius Missæ in singulis hebdomadis.

II. An iidem quatuor capellani impediti ex causa adversæ valetudinis teneantur supplere per alium in Missis adimplendis, ac in canendis Horis canon., in casu, etc.

Sac. congreg. Conc. die 14 Decembris 1737 respondit : *Ad* I, negative, *quoad celebrationem juxta mentem fundatoris videatur particulariter*; *ad* II, negative.

210. TUSCULANA *Reparat. ecclesiæ*, in qua ad seq. dub.

I. An reparatio ecclesiæ S. Mariæ de Vivario sive S. Rocchi civitatis Tusculi ad formam decreti Sac. Visitationis factæ ab eminentissimo episcopo spectet ad communitatem, sive potius ad capitulum cathedralis ejusdem civitatis; et *quaten.* negative, *quoad utramque partem.*

II. An pro dicta reparatione sit locus impositioni taxæ solvendæ a parochianis et populo civitatis, in casu, etc.

III. An reparatio et expurgatio respective quatuor sepulturarum exsistentium in dicta ven. ecclesia, ac inservien. pro laicis adultis fieri debeat sumptibus dictæ communitatis, sive potius dicti capituli, in casu, etc.

IV. An reparatio et expurgatio aliarum duarum sepulturarum pariter in dicta eccles. exsistent. et inserv. pro pueris et sacerdotibus fieri debeat sumptibus capituli vel archipresbyteri, sive potius communitatis, in casu, etc.

V. An refectio et manutentio sacrarum supellectilium et utensilium in sacristia dictæ ven. Ecclesiæ spectet ad capitulum, et archipresbyterum, sive potius ad communitatem, in casu, etc.

Sac. cong. Concil. die 11 Januarii 1738 respondit : *Ad* I, affirmative *quoad primam partem, et* negative *ad secundam*; *ad* II, *provisum in prima*; *ad* III, IV, *et* V affirmat. *quoad primam partem, et* negat. *ad secundam.*

211. CASSANEN. *Cathedratici*, in qua ad seq. dub.

I. An episcopo Cassanen. debeatur cathedraticum per parochos et beneficiatos Italo-Græcos, et beneficiatos atque clericos de communibus Græcarum Ecclesiarum massis participantes, *et quatenus* affirmative.

II. A quo tempore idem cathedraticum debeatur, in casu, etc.

Sac. cong. Conc. die 8 Februar. 1738 respondit : *Ad* I, affirmative; *ad* II, *deberi a tempore novi edicti per episcopum promulgati.*

212. FULGINATEN. *Jurisdictionis*, in qua ad seq. dub.

I. An laudum, de quo agitur, sit exsequendum, *et quatenus* negat.

II. An jus indicendi concursum, et præeligendi digniorem in vacationibus ecclesiarum parochialium diœcesis Fulginaten. de quibus agitur, spectet privative ad episcopum.

III. An jus conferendi dictas ecclesias parochiales simpliciter spectet ad eminentissimum abbatem, in casu, etc.

IV. An jus cognoscendi causas criminales, civiles, et mistas competat privative episcopo, seu potius eminentissimo abbati, in casu, etc.

Digitized by Google

S. C. C. die 1 Martii 1738 respondit : *Ad* I, negative; *ad* II, affirmative; *ad* III, *collationem spectare ad eminentiss. abbatem, salva institutione auctorizabili episcopi; ad* IV, *spectare cumulative cum episcopo ad eminent. abbatem, præter quam quoad causas criminales, et matrimoniales, aliasque concernentes curam animarum.*

213. TUSCULANA, *Reparationis eccl.* in qua ad seq. dub.

An, et in quibus sit standum, vel recedendum a decisis, in casu, etc.

Sac. cong. Conc. die 1 Martii 1738 respondit : *Quoad* I, II, *et* III *in decisis; ad* IV, *in decisis quo ad sepulturam sacerdotum, quo vero ad sepulturam puerorum spectare ad communitatem; ad* V, *prævio recessu a decisis, spectare ad communitatem.*

214. BISACIARUM, in qua ad seq. dub.

I. An capitulum cathedralis ecclesiæ Bisacien. teneatur singulis annis in festivitate Nativitatis SS. Domini nostri tradere episcopo strenam in summa ducatorum decem.

II. An eidem episc. debeatur cathedraticum ab ecclesia cathed. sive capit. Bisacien.

III. An idem capit. teneatur solvere cursori curiæ episcopalis accedenti ad civitatem, et loca diœcesis Bisacien. pro negotiis ejusdem curiæ expensas, seu ut vulgo dicitur, *il Pedatico.*

IV. An capitulum dictæ cathedralis episcopo eamdem ecclesiam visitanti teneatur solvere procurationem, et an teneatur tam pro illo, quam pro convisitatoribus, aliisque ministris, ac famulis parare habitationem.

V. An episcopus teneatur ad restitutionem tam victualium, quam pecuniarum exactarum in visitatione anni 1736.

VI. An censuræ latæ per episcopum occasione ejus accessus ad civitatem Bisacien. mense Aprilis anni 1737 sustineantur.

VII. An episcopus pro multis teneatur deputare depositarium in civit. Bisacien.

VIII. An decimæ debeantur episcopo a capitulo d. cathedralis Bisacien. pro medietate, vel potius in quarta parte.

IX. An idem capitulum teneatur dare in festivitate Purificationis B. M. Virginis cereum episcopo absenti.

X. An et quomodo sit servandum edictum promulgatum ab episcopo super declaratione habitus talaris, in casu, etc.

S. C. C. die 15 Martii 1738 respondit : *Ad* I, negative; *ad* II, affirmative; *ad* III, negative; *ad* IV *et* V, *dilata, et reproponatur in una cum dubio : An episcopus teneatur aliqua parte anni residere in civit. Bisaciarum; ad* VI, negative; *ad* VII, affirm.; *ad* VIII, affirm. *quoad primam partem juxta solitum, et* negative *quoad secundam; ad* IX, affirmative; *ad* X, affirmative *moderata pœna in uno ducato tantum circa approbationem limitationis, et amp.*

215. CÆSENATEN. *Onerum Missarum*, in qua ad seq. dub.

I. An celebratio Missæ injunctæ ex præcepto Joseph Verzaglia testatoris in die sui Anniversarii, fieri debeat duntaxat in aliquo altari privilegiato exsistente in ecclesia conventus ordinis Servorum B. M. civitatis Cæsenæ, seu potius in singulis altaribus privilegiatis omnium aliarum ecclesiarum dictæ civitatis *et quatenus* affirmative *quoad secundam partem.*

II. An dictarum Missarum numero, qui celebrari deberet in omnibus altaribus privilegiatis dictæ civitatis, satisfieri valeat in solis geminis altaribus ecclesiæ dicti conventus.

III. An celebratio aliarum duarum Missarum similiter ordinata ab eodem testatore in qualibet die solemnitatum festivitatis B. M. V. ac ipsius sanctiss. Filii Jesu fieri debeat duntaxat in duobus festis solemnibus B. V. Septem Dolorum, nempe in tertia Dominica Septembris, et in feria sexta post Dominicam Passionis, seu potius in omnibus solemnitatibus dictæ SS. Virginis, et Domini nostri Jesu infra annum occurrentibus.

IV. An omnium dictarum Missarum onus adimpleri debeat per solum decennium, sive potius in perpetuum, in casu, etc.

S. C. C. die 14 Jun. 1738 respondit : *Ad* I, negative *quoad primam partem, et* affirmat. *quoad secundam; ad* II, negat.; *ad* III *et* IV, negat. *quoad primam partem, et* affirm. *quoad secund. et ampl.*

216. NULLIUS, *seu* MESSANEN. *Juris convocandi synodum*, in qua ad sequens dub.

An archimandritæ Messanensi competat jus convocandi synodum, in casu, etc.

Sac. cong. Conc. die 5 Jun. 1738 respondit : Negat.

217. HORTANA, *Jurium parochialium*, in qua ad seq. dub.

I. An in ecclesiis confraternit. laicalium Terræ Suriani expleri possint functiones non parochiales et signanter celebrationis Missarum cum assistentia diaconi et subdiaconi independenter a parochis in solemnioribus earumdem ecclesiarum festivitatibus.

II. An in dictis ecclesiis possint parochi peragere functiones tam parochiales, quam non parochiales, irrequisitis officialibus et capellanis dictarum ecclesiarum.

III.... (*Deest in edit. Matri.*)

IV. An occasione tumulationis defunctorum in dictis ecclesiis debeantur parochis omnia intortitia, et ceræ, seu potius debeatur sola quarta funeralis, in casu, etc.

Sac. congr. Conc. die 5 Junii 1738 respondit : *Ad* I, affirmative; *ad* II, negative; *ad* III, affirmative *quoad primam partem, et* negative *quoad secundam; ad* IV, *servetur solitum ad formam constitutionis sanctæ mem. Benedicti XIII.*

218. EUGUBINA, *Servitii chori*, in qua ad seq. dub.

An constet de legitimo impedimento canonici Guiducci non accendendi ad cathedralem Horis vespertinis, ita ut eidem sit indulgenda exemptio a choro, in casu, etc.

Sacr. congr. Conc. die 23 Augusti 1738 respondit : Affirmative *durante causa infirmitatis.*

219. FULGINATEN. *Jurisdictionis*, in qua ad seq. dub.

An, et in quibus sit standum, vel recedendum a decisis, in casu, etc.

Sacr. congr. Conc. die 28 Septembris 1738 respondit : *in decisis, et amplius.*

220. BONONIEN. *Præcedentiæ*, in qua ad seq. dub.

I. An duodecim antiqui mansionarii constituant corpus, sive collegium distinctum a quatuor capellanis mansionariis nuncupatis de Boncompagni in casu, etc.

II. An dicti duodecim antiqui mansionarii eorumque successores ac coadjutores præcedere debeant dictis quatuor novis capellanis mansionariis nuncupatis de Boncompagni, tametsi anterioribus in receptione seu admissione, in casu, etc.

Sacr. congr. Concil. die 22 Novembris 1738 respondit : Affirmative *ad utrumque, et amplius.*

221. SANCTI SEVERINI, *Cathedratici* in qua ad seq. dub.

An cathedraticum debeatur, in qua summa, et a quo tempore, in casu, etc.

Sacr. congreg. Concil. die 22 Novembr. 1738 respondit : *Deberi in summa præscripta a Concilio Romano a die promulgatæ synodi an.* 1733.

222. NULLIUS FARFEN. *Distributionum quotidianarum*, in qua ad seq. dub.

I. An canonicus absens ex causa studiorum teneatur ad pœnam punctaturarum indictam in statuto ecclesiæ contra non interessentes divinis Officiis, *et quatenus* affirmative.

Digitized by Google

II. An eadem pœna sit solvenda ex tertia parte fructuum ex indulto relinquenda, et reparticnda interessentibus, *et quatenus* affirmative.

III. An onera adnexa canonicatui sint solvenda per canonicum absentem ex fructibus canonicalibus reliquarum duarum partium, sive potius ex dicta tertia parte in casu, etc.

Sac. congr. Concil. die 20 Decembris 1738 respondit : *Ad* I *et* II, affirmative ; *ad* III, *dilata, et scribatur eminentissimo abbati pro meliori informatione juxta instructionem.*

223. AQUILANA, *Concionatoris*, in qua ad seq. dub.

I. An communitas Terræ Pizzuli in suis litteris patentibus nominationis concionatoris uti debeat verbis *N. N. nominamus, proponimus, vel præsentamus*, non obstante prætensa quasi possessione, et consuetudine etiam immemorabili apponendi verba *eligimus, et deputamus, et quatenus* affirmative.

II. An dictæ litteræ patentes ab eadem communitate concionatori tradendæ remanere debeant in cancellaria episcopali Aquilæ pro documento ipsius nominationis.

III. An iisdem concionatoribus per dictam communitatem nominatis, et præsentatis episcopus debeat tradere suas litteras patentes approbationis, et electionis, in eisdem exprimendo, quod ipsi concionatores fuerint ab eadem communitate nominati.

IV. An dictæ litteræ patentes nominationis debeant exhiberi in cancellaria episcopali per totum mensem Novembris, et quatenus concionator non sit habilis, debeat eadem communitas alium nominare per totum mensem Decembris; alias, quod pro illa vice jus deputandi concionatorem libere devolvatur ad episcopum, in casu, etc.

Sacr. congr. Concil. die 20 Decembris 1738 respondit : *In omnibus* affirmative.

224. SENOGALLIEN. *Juris sepeliendi*, in qua ad seq. dub.

I. An liceat ven. societati Sanctiss. Assumptionis et Rosarii civitatis Senogaliæ sepelire sine licentia reverendissimi capituli curati cathedralis ejusdem civitatis cadavera confratrum sibi eligentium sepulturam in ecclesia, seu oratio ejusdem Societatis.

II. An capitulum curatum dictæ civitatis teneatur concedere licentiam sepeliendi cadavera etiam aliorum, licet non confratrum, qui sibi sepulturam elegerint in ecclesia societatis.

III. An in quocunque casu sepeliantur in ecclesia dictæ societatis cadavera tam confratrum, quam aliorum non confratrum, emolumenta ceræ, associationis, funeris, ac etiam depositi integre spectent ad capitulum curatum, vel potius in qua rata, in casu, etc.

Sac. congr. Concil. die 24 Januarii 1739 respondit : *Ad* I, affirmative; *ad* II, *licentiam petendam esse ab episcopo; ad* III, *pro cadaveribus confratrum, et habentium sepulcrum gentilitium spectare quartam funeralem tantum, pro aliis vero integre omnia emolumenta.*

225. AMALPHITANA, *Cathedratici, et procurationis*, in qua ad seq. dub.

I. An ab abbate ecclesiæ S. Mariæ Terræ Positani debeatur cathedraticum archiepiscopo Amalphitano, in casu, etc.

II. An eidem archiepiscopo competat jus visitandi prædictam ecclesiam S. Mariæ, et *quatenus* affirmative.

III. An dicto archiepiscopo debeatur procuratio, in casu, etc.

Sac. C. C. die 14 Martii 1739 respondit : Affirmative *in omnibus, et amplius.*

226. TOLENTINA, *Cathedratici*, in qua ad seq. dub.

An, in qua summa canonicus theologus solvere teneatur cathedraticum mensæ episcopali etiam pro beneficiis unitis præbendæ theologali, in casu, etc.

S. C. C. die 14 Martii 1739 respondit : Affirmative *in summa præscripta a concilio Romano, et amplius.*

227. ROMANA, *Utensilium*, in qua ad seq. dub.

An augmentum usque ad scuta quatuor pro qualibet capellania debeatur ab hærede; seu potius a capellanis, in casu, etc.

Sacr. C. C. die 11 Aprilis 1739 respondit : Affirmative *quoad primam partem, et* negative *quoad secundam.*

228. ACERNEN. *Distributionum quotidianarum, et Jubilationis*, in qua ad sequent. dub.

I. An canonico Philippo Ragone, attenta ejus infirmitate, debeantur distributiones quotidianæ, et alia emolumenta, de quibus agitur, in casu, etc.

II. An sit locus jubilationi, et exemptioni a choro, et ad quem effectum, in casu, etc.

S. C C. die 11 Aprilis 1739 respondit : *Ad* I, affirmative *exceptis distributionibus et emolumentis, quæ juxta testatorum voluntatem debentur tantum actu interessentibus; ad* II, affirmative *ad effectum obtinendi indultum juxta formam consuetam.*

229. TOLENTINA, *Servitii chori, et Missæ conventualis*, in qua ad sequent. dub.

I. An, quomodo, et quibus diebus in ecclesia collegiata S. Jacobi Tolentini celebrari debeat Missa cantata.

II. An in celebranda eadem Missa servari debeat turnus, et *quatenus* affirmative.

III. An idem turnus incipere debeat a priore, sive potius a canonico decano, et inde prosequi per alios canonicos.

IV. An præter canonicum hebdomadarium in dicta Missa cantata, et aliis Officiis debeant intervenire alii canonici, et *quatenus* affirmative.

V. An deficientibus ab hujusmodi interventu eisdem canonicis, sint ipsi multandi, et in qua summa.

VI. An prioratus dictæ collegiatæ ecclesiæ sit dignitas cujus qualitatis, et ad quos effectus.

VII. An convocatio capituli spectet ad priorem juxta constitutionem synodalem anni 1728.

VIII. An canonici antiquiores pro tempore collegiatæ ecclesiæ in ordinibus sacris non constituti teneantur illos assumere.

IX. An iidem duo canonici antiquiores teneantur excipere fidelium confessiones, nec non priorem coadjuvare in administratione aliorum sacramentorum.

X. An teneantur etiam instruere pueros in doctrina Christiana, et *quatenus* affirmative, ad IX et X.

XI. An, ipsis deficientibus ab hujusmodi munere, teneatur prior eis contribuere annuam præstantiam quatuor rubrorum frumenti, et scutorum sex pro quolibet.

XII. An canonicus Rilli unus ex dictis duobus canonicis antiquioribus, et canonicus Joseph Pompilii possint retinere capellaniam in ecclesia rurali S. Joseph cum onere ibi Missam celebrandi diebus festis, et respective munus organistæ exercere in ecclesia Sancti Nicolai.

XIII. An canonicus Joannes Bezzi alter ex canonicis antiquioribus valeat exercere munus confessarii monialium in monasterio Sanctæ Agnetis, in casu, etc.

S. C. C. die 16 Maii 1739 respondit : *Ad* I, *celebrandum esse juxta decretum Visitationis anni* 1717; *ad* II, affirmative; *ad* III, negative *quoad primam partem, et* affirmative *quoad secundam; ad* IV, affirmative; *ad* V, affirmative *quoad quantitatem arbitrio episcopi; ad* VI, *esse dignitatem ex comprehensis sub regula quarta cancellaria ad effectus præeminentiales juxta ipsius collegiatæ consuetudinem; ad* VII,

Digitized by Google

VIII, IX, affirmative; *ad* X, *teneri ad coadjuvandum priorem in casu indigentiæ arbitrio episcopi*; *ad* XI, affirmative, *et in casu deficientiæ multandos esse judicio episcopi*; *ad* XII, affirmative, *dummodo satisfaciant servitio chori, et oneribus canonicatus*; *ad* XIII, affirmative *ut ad proximum.*

230. OVETEN. *Coadjutoriæ et Distributionum*, in qua ad sequent. dub.

I. An durante tempore pœnalis servitii, et consequenter absentiæ canonici Francisci Sierra coadjutoris, residere valeat Joannes Joseph Florez canonicus coadjutus; et *quatenus* affirmative.

II. An residendo gaudere debeat diebus vacationis, seu recreationis nuncupatis *los dias de garcias.*

III. An eodem tempore durante, si ægrotaverit dictus Joannes canonicus coadjutus, habendus sit pro præsente tempore infirmitatis, et possit lucrari distributiones, in casu, etc.

S. C. C. die 6 Junii 1739 respondit: *Ad* I *et* II, affirmative; *ad* III, negative *salvo jure agendi contra coadjutorem pro revelatione.*

231. RAVENNATEN. *Distributionum quotidianarum*, in qua ad seq. dub.

I. An Clemens Grattarola cæremoniarum magister archiepiscopi Ravennaten. quando ratione sui officii assistit eidem archiepiscopo pontificalia exercenti tam in ecclesia cathedrali, quam in aliis quibuscunque civitatis locis, ejusdem suburbiis, nec non extra civitatem in locis suæ diœcesis in actu visitationis, gaudere debeat distributionibus quotidianis, et *quatenus* negative.

II. An ex gratia indulgendum sit, ut dictas distributiones lucretur, in casu, etc.

S. C. C. die 1 Julii 1739 respondit: Negative, *ad ut umque in casu, de quo agitur, præter quam quando assistit archiepiscopo in cathedrali.*

232. GERUNDEN. *Exemptionis*, in qua ad seq. dub.

I. An episcopus procedere teneatur contra capitulares extra visitationem cum duobus adjunctis ad formam cap. 6, sess. 25, *De Refor.* et in visitatione cathedralis, dictorumque capitularium per seipsum duntaxat ad formam cap. 4, sess. 6, *De Ref*, in casu, etc.

II. An dictus episcopus in atrocibus procedere possit etiam sine adjunctis contra dictos capitulares, seu potius contra eosdem procedere debeat episcopus Vicensis, in casu, etc.

III. An occasione visitationis capituli, et cathedralis episcopus eam terminare teneatur quam citius, nisi fuerit legitime impeditus, seu potius, postquam fuit incœpta, procedendo ad extraneos actus, eamdem ad libitum differre valeat, in casu, etc.

IV. An dictum capitulum subjiciatur constitutionibus synodalibus, sive aliis legibus etiam per edicta banditis ab episcopis, absque illius consilio, et assensu, vel potius editis cum illius consilio tantum, in casu, etc.

S. C. C. die 19 Decembris 1739 respondit: *Ad* I, negative; *ad* II, affirmative *quoad primam partem, et* negative *quoad secundam, ad* III, affirmative *quoad utramque partem, servatis tamen finibus moderati, et prudentis arbitrii, et amplius, ad* IV affirmative, *ad primam partem, et* negative *ad secundam et amplius.*

233. GERUNDEN. *Jurisdictionis*, in qua ad seq. dub.

An quoad III et IV, dubium sit standum, vel recedendum a decisis die 12 Februarii 1729, in casu, etc.

S. C. C. die 19 Decembris 1739 respondit: *Ad* III, *prævio recessu a decisis quoad ecclesiam cathedralem, et capitulum affirmative in omnibus; ad* IV, *prævio pariter recessu a decisis* affirmative.

234. CALAGURITANA, et CALCEATEN. *Residentiæ*, in qua ad seq. dub.

I. An episcopus teneatur saltem diebus præscriptis a S. concilio Trident. sess. 23 *De Refor.*, cap. 1, residere in alterutra ex cathedralibus, ibique sacras functiones explere, et *quatenus*, affirmative.

II. An, et quibus pœnis subjiciendus sit in casu non residentiæ.

III. An, et quomodo sit concedendum novum indultum saltem ad cautelam in casu, etc.

S. C. C. die 3 Septembris 1740 respondit: *Teneri, et concedendum esse indultum ad biennium juxta mentem.*

235. Parochus ruralis non est proprius, et verus parochus, quando rus itur causa recreationis, vel pro rusticanis negotiis, ideoque matrimonium valide coram hujusmodi parocho celebrari non potest, sacr. congreg. Concil. 1 *Decembr.* 1740.

236. MARSICEN. *Oratorii*, in qua ad seq. dub.

I. An in privato oratorio, de quo agitur, celebrari possit Missæ sacrificium in absentia domini, ac præsente sola familia.

II. An sustineatur sententia suspensionis oratorii lata ab episcopo Marsicen., in casu, etc.

S. C. C. 3 Decembris 1740 respondit: *Ad* I, negative; *ad* II, affirmative, *et ad mentem.*

237. LARINEN. in qua ad seq. dub.

I. An erectio ecclesiæ Sanctæ Agathæ in vicariam, et parochialem perpetuam facta sub die 5 Julii in exsecutionem resolutionis S. Congr. sustineatur in casu, etc., et *quatenus* negative.

II. An, et quomodo ad illam sit deveniendum, in casu, etc.

III. An P. abbas S. Mariæ Tremitarum teneatur subministrare vicario curato deputando supellectilia, et alia necessaria pro exercitio curæ.

IV. An, a quo, et in qua summa sit subministranda congrua eidem vicario, in casu, etc.

V. An cedulones suspensionis a divinis relaxati per provicarium generalem Larinen. sub die 22 Augusti, et publice affixi contra rev. P. vice-abbatem Tremitarum sustineatur, in casu, etc.

S. C. C. die 15 Aprilis 1741 respondit: *Ad* I, negative; *ad* II, *deveniendum esse ad erectionem juxta modum explicandum ab eminentissimo præfecto; ad* III, affirmative; *ad* IV, *subministrandam esse a monasterio in annua summa ducatorum sexaginta, ad* V, negative.

238. PAMPILONEN. *Juris quæstuandi*, in qua ad sequent. dub.

I. An syndico ven. conventus S. Francisci Min. Observantiæ civitatis Estellæ liceat quæstuare eleemosynas, et oblationes etiam pecuniarias pro defunctis cum retentione disci in ecclesia parochiali Sancti Joannis dictæ civitatis, et *quatenus* affirmative.

II. An id competat privative etiam quoad administratores sæculares dictæ parochialis ecclesiæ, in casu, etc.

S. C. C. die 6 Maii 1741, respondit: *Ad* I, negative; *ad* II, *provisum in primo, et amplius.*

239. TARRACONEN. *Ordinationis*, in qua ad seq. dub.

An coadjutores alicujus dignitatis, vel canonicatus cum futura successione, tam in casu, quo ipsis congrua portio, aut pensio per coadjutum assignetur ex fructibus præbendæ ejusdem dignitatis, vel canonicatus, quam in casu, quo congruam portionem sibi assignatam habeant ex propriis, vel alterius patrimonialibus bonis, donec per obitum coadjuti fiat locus eorum successioni ad dictam dignitatem, seu canonicatum, licite possint ab episcopo, in cujus diœcesi sunt tituli ejusmodi beneficiorum residentialium, sine litteris demissorialibus episcopi suæ originis, vel præcedentis domicilii, ad ordines promoveri.

S. C. C. die 1 Julii 1741 respondit: *Coadjutorium canonicatus, vel dignitatis sufficere, ut coadjutor dicatur habere domicilium requisitum in*

Digitized by Google

*constitutione Innocentii XII* incip. *Speculatores.*

240. FULGINATEN. *Jurisdictionis*, in qua ad seq. dub.

I. An facultas data canonico Goga tanquam judici conservatori procedendi per unam diætam ultra confinia diœcesis Perusinæ sustineatur in casu, etc., et *quatenus* negative.

II. An Breve confirmatorium deputationis comprehendat hujusmodi facultatem, et *quatenus* negative.

III. An sit locus relaxationi censurarum, in casu, etc.

S. C. C. die 1 Julii 1741 respondit : *Ad I et II*, negative ; *ad* III, *ad mentem et amplius*

241. ROMANA, *Fructuum canonicatus*, in qua ad seq. dub.

I. An, et a quo tempore fructus canonicatus debeantur, in casu, etc.

II. An rata dictorum fructuum percepta in primo anno sit restituenda, in casu, etc.

S. C. C. die 22 Julii 1641 respondit : *Ad* I, *deberi a die captæ possessionis ; ad* II, *provisum in primo et amplius.*

242. CELSONEN. in qua ad seq. dub.

I. An communitas presbyterorum, et sodalitas defunctorum erectæ in ecclesia Sanctæ Eulaliæ Villæ Bergæ valeant absque licentia Ordinarii acceptare legata, aliaque pia relicta sub perpetuo onere Missarum, anniversariorum, et similium.

II. An prædicta loca pia possint pariter absque licentia Ordinarii facere investimenta pecuniarum provenientium ex retrovenditione censuum in illis similibus censibus, et investimentis, et *quatenus* negative ad utrumque.

III. An idem Ordinarius teneatur dictam licentiam gratis, et absque ullo emolumento assertæ Scripturæ, et asserti laboris notarii, seu cancellarii concedere, et sit statuendus terminus ad illam concedendam, in casu, etc.

S. C. C. die 22 Julii 1741 respondit : *Ad I et* II, negative ; *ad* III, affirmative *ad primam partem, et quoad secundam statuendum esse terminum* 20 *dierum, et amplius.*

243. CAMERINEN. *Utensilium*, in qua ad seq. dub.

I. An capellani, et alii sacerdotes etiam canonici celebrantes in ecclesia collegiata S. Mariæ Terræ Matelicæ pro adimplendis oneribus Missarum propriis capellaniis, vel sibi ipsis alio titulo, quam ratione canonicatus incumbentibus teneantur contribuere sacristiæ dictæ ecclesiæ pro sacris supellectilibus, et *quatenus* affirmative.

II. Quænam taxa sit servanda, in casu, etc.

S. C. C. die 9 Septembris 1741, respondit : *Ad* I, affirmative ; *ad* II, *servandam esse taxam juxta morem regionis.*

244. SPOLETANA, *Juris quæstuandi*, in qua ad seq. dub.

I. An liceat PP. S. Antonii Viennensis, eorumque præsentatis, commissariis, quæstoribus, affictuariis, patentatis, aliisque ipsorum ministris, seu officialibus quæstuare in terra, et territorio Hispelli, cæterisque locis diœcesis Spoletanæ, et *quatenus* affirmative.

II. An id fieri possit absque licentia ordinarii civitatis Spoleti.

III. An sit locus restitutioni eleemosynarum, aliarumque oblationum perceptarum post præceptum reverendissimi episcopi, in casu, etc.

S. C. C. die 25 Septembris 1741, respondit : *Ad* I, negative ; *ad* II, *provisum in primo ; ad* III, affirmative.

245. VITERBIEN. in qua ad seq. dub.

I. An confratres Orationis, et Mortis civitatis Vetulæ quomodolibet intimati interesse teneantur processionibus Sanctiss. Rosarii tam in prima Dominica cujuslibet mensis, quam in prima Dominica Octobris.

II. An liceat dictæ confraternitati Orationis et Mortis levare cadavera quomodol. mortuorum, sive in civitate, sive in navibus, sive in campestribus irrequisito parocho.

III. An confratres ejusdem confraternitatis requisiti a parocho, ut eum associent ad levandum, et deferendum aliquod ex supradictis cadaveribus, ipsi accedere, et associare teneantur, etc., et in casu renuentiæ.

IV. An parochus possit invitare unam ex aliis confraternitatibus.

V. An liceat eisdem confratribus, ipsorum vexillum apponere in capite feretri præsente cruce parochi, seu potius illud dimittere in ingressu, et in angulo ecclesiæ.

VI. An liceat capellanis confraternitatum dictæ civitatis tam in processionibus per eam peragendis, quam in associatione cadaverum tumulandorum in eorum ecclesiis, quam in parochiali, seu aliis, deferre stolam præsentibus parocho, vel vice-parocho.

VII. An parochus possit subrogare vice-parochum in associatione cadaverum tumulandorum sive infra, sive extra parochialem ; et *quatenus* affirmative.

VIII. An ipso quomodolibet impedito faciendum sit funus supra dictis cadaveribus a vice-parocho cum solita participatione emolumentorum.

IX. An sit observanda transactio approbata a clar. mem. card. S. Cruce, *et quatenus* affirmative.

X. An in casu etiam alterius impedimenti parochi præter expressa in primo capitulo dictæ transactionis servanda sit eadem dispositio, et debeat parochus rationem reddere confraternitati Orationis et Mortis de suo impedimento.

XI. An liceat eidem confraternitati dirigere, et peragere processionem B. Virginis Septem Dolorum extra ambitum suæ ecclesiæ, et liceat ejus capellano benedicere populum irrequisito parocho, num ipse intervenire et benedicere velit, et quatenus parochus intervenire nolit.

XII. An saltem requiratur ejus licentia.

XIII. An benedictio populo impertienda cum augustissimo Sacramento occasione illius expositionum faciendarum in ecclesia dictæ confraternitatis, in casu, etc.

S. C. C. die 16 Decembris 1741, respondit : *Ad* I, affirmative, *quatenus invitentur per schedulam ; ad* II, negative, *ad formam sententiæ Ordinarii ; ad* III, affirmative *ad formam dictæ sententiæ ; ad* IV, affirmative ; *ad* V, negative *ad primam partem ; ad* VI, affirmative ; *ad* VII, VIII, IX *et* X, *servandam esse concordiam, et in casu interventus parochi, deberi solita emolumenta ; ad* XI, affirmative *de licentia episcopi ; ad* XII, *satis provisum ; ad* XIII, affirmative *ad formam concordiæ.*

246. GADICEN. *seu* HISPALEN. *Ordinationis*, in qua ad seq. dub.

I. An sacerdos Joseph Franciscus Zuniga potuerit a quocunque antistite licite ordinari cum dimissoriis magni prioris religionis Hierosolymitanæ regni Castellæ, seu Commendatoris de Acre, aut alterius superioris Ordinarii dictæ Commendæ, vel potius illicite, ita ut incurrerit suspensionem, et *quatenus* affirmative quoad secundam partem.

II. An sit locus dispensationi ad cautelam, seu, an, et quomodo sit providendum, in casu, etc.

S. C. C. die 20 Januarii 1742, respondit : *Sacerdotem Zuniga fuisse illicite ordinatum, et incurrisse suspensionem, ob non servatam formam Bullæ* Speculatores *ac proinde indigere absolutione, et ad episcopum Gadicensem pro facultate absolvendi ejus arbitrio.*

247. SABINEN. *Jurium parochialium*, in qua ad seq. dub.

I. An, et per quantum tempus, junctis interpolatis absentiæ vicibus, liceat parocho quolibet anno abesse a parochia.

Digitized by Google

II. An pro tempore absentiæ teneatur relinquere substitutum.

III. An, et per quantum tempus, junctis interpolatis absentiæ vicibus, liceat canonicis quolibet anno abesse a residentia.

IV. An pro tempore absentiæ teneantur relinquere substitutos.

V. An parochus præsens, et non impeditus nec in aliis exercitiis parochialibus occupatus, debeat per seipsum exercere munia parochialia.

VI. An concurrente necessitate assistendi infirmo de tempore exercitiorum parochialium in ecclesia spectet ad parochum assistentia præstanda infirmo, seu potius ad canonicos.

VII. An in solemnitatibus incidentibus in die, quo spectat ad canonicos jus canendi missam etiam solemnem, competat parocho jus dictam Missam canendi, et *quatenus* affirmative.

VIII. An sit præstanda parocho eleemosyna, quæ competit canonicis.

IX. An idem jus canendi Missam etiam solemnem in aliis festis minus solemnibus, tam de præcepto, quam ex devotione cujuscunque in diebus spectantibus ad canonicos spectet ad parochum, et *quatenus* affirmative.

X. An eidem parocho sit præstanda eleemosyna.

XI. An parochus singulis diebus festis teneatur sacrificium applicare pro populo.

XII. An canonicis subrogantibus alium presbyterum in eorum locum jus competat parocho celebrandi seu officiandi in exclusionem dicti substituti, et *quatenus* affirmative.

XIII. An idem parocho competat eleemosyna, seu emolumentum.

XIV. An sit facienda repartitio Officiorum, seu Anniversariorum, quæ celebrantur per confraternitates, vel confratres, vel ex quæstuationibus, ita ut distribuantur æqualiter in diebus, quibus spectant ad parochum, et canonicus cantus Missæ, seu potius competat parocho ita ut celebrentur in suis diebus.

XV. An quando canenda est Missa solemnis, vel minus solemnis pro defuncto præsente cadavere in die festo etiam solemni occurrente in diebus, quibus spectat ad canonicos jus canendi Missam, spectet ad parochum canere dictam missam de *Requiem* pro defuncto, et aliam solemnem, vel minus solemnem ad canonicos, et *quatenus* affirmative.

XVI. An eidem parocho, seu potius canonico danda sit eleemosyna supradictæ Missæ de *Requiem*, quando nulla adsit eleemosyna pro alia Missa de Sancto in casu, etc.

S. C. C. die 10 Martii 1742, respondit: *Ad* I, *licere tantum juxta dispositionem sacr. Concilii Tridentini; ad* II, affirmative *arbitrio eminentissimi episcopi; ad* III, *servandum esse etiam quoad canonicos dictum dispositionem Tridentini; ad* IV, *arbitrio eminentissimi episcopi; ad* V, affirmative; *ad* VI *et reliqua ad eminentissimum episcopum cum facultatibus necessariis et opportunis etiam concordandi.*

248. FIRMANA, *Concionatoris*, in qua ad seq. dub.

I. An concionatores ordinis Eremitarum S. Augustini, qui per turnum eliguntur a communitate in castro Sancti Angeli in Pontano, ultra benedictionem, teneantur etiam petere approbationem a reverendissimo archiepiscopo, et *quatenus* affirmative.

II. An dicti concionatores teneantur se præsentare coram vicario foraneo locali, et docere tam de dicta approbatione, quam de benedictione.

III. An, et de quibus eleemosynis, quæ recipiuntur occasione concionum Adventus, et Quadragesimæ idem vicarius foraneus valeat exigere rationem, in casu, etc.

S. C. C. die 21 Aprilis 1742, respondit: *Ad* I affirmative *in casu, de quo agitur; ad* II, affirmative; *ad* III, *vicarium foraneum certiorem fieri debere de eleemosynis, quæ colliguntur pro subsidio Terræ Sanctæ, Redemptionis Captivorum, hospitali, et suffragio animarum purgantium tantum.*

249. FERETRANA, *Juris sepeliendi*, in qua ad seq. dub.

I. An vener. monasterio Monialium S. Claræ Terræ Maceratæ Feltriæ liceat sepelire in ejus ecclesia cadavera puellarum educationis causa ibidem commorantium, et in eodem monasterio decedentium; et quatenus negative.

II. An sit restituendum parocho ejusdem Terræ cadaver Annæ Bartoli educationis causa in dicto monasterio degentis, ibique defunctæ, et sepultæ, sive saltem facienda sit declaratio de ea retinenda nomine parochiæ.

III. An eidem parocho restituenda sint una cum cera integra emolumenta funeris ejusdem Annæ Bartoli, in casu, etc.

S. C. C. die 21 Aprilis 1742, respondit: *Ad* I, affirmative, *constituto de electione sepulturæ; ad* II, negat.; *ad* III, *deberi quartam funeralem tantum.*

250. SPOLETANA in qua ad sequens dub.

I. An cadaver baronis Francisci Mariæ de Pretis tumulatum in ecclesia Patrum congregationis Oratorii civitatis Spoleti sit restituendum, in casu, etc.

II. An omnia emolumenta funeris dicti baronis de Pretis sit restituenda, in casu, etc.

S. C. C. die 21 Julii 1742 respondit: Negative *ad utrumque, et amplius.*

251. FIRMANA, *Concionatoris*, in qua ad seq. dub.

An quoad primum, et secundum dubium sit standum, vel recedendum a decisis, in casu, etc.

S. C. C. die 11 Augusti 1742 respondit: *In decisis, et amplius.*

252. ALEXANEN. in qua ad seq. dub.

I. An episcopus Alexani participare possit de massa communi capituli ecclesiæ cathedralis, et *quatenus* affirmative.

II. An, et quæ onera ejusdem massæ idem episcopus subire teneatur.

III. An sumptus litium, quæ prævia conclusione capitulari introducuntur, detrahi possint ex massa communi ante illius divisionem inter capitulares; et *quatenus* affirmative.

IV. An portio episcopi immunis esse debeat a sumptibus litium, quæ contra ipsum intentatæ fuerint, et *quatenus* affirmative.

V. An cogendum sit capitulum ad reintegrandam partem episcopi de expensis dictarum litium usque adhuc detractis ab eadem massa, in casu, etc.

VI. An eleemosynæ pro Missis cantatis defunctorum præsente cadavere, et pro anniversariis adventitiis distribuendæ sint inter solos præsentes, vel potius ad instar distributionum quotidianarum, in casu, etc.

VII. An, et quæ portio debeatur episcopo de eisdem eleemosynis, etsi non intersit choro.

VIII. An episcopus possit participare de emolumentis anniversariorum perpetuorum de præcepto testatorum canonicis præsentibus distribuendis, in casu, etc.

IX. An edictum ab episcopo latum, quo sub variis pœnis fuit interdicta anticipata Missarum satisfactio, sustineatur, in casu, etc.

X. An idem episcopus possit sibimetipsi applicare multas, et *quatenus* negative.

XI. An episcopus possit applicare easdem multas fabricæ ecclesiæ, in casu, etc.

XII. An constet de inobservantia taxæ Innocentianæ in curia episcopali Alexani quoad collationem beneficiorum, et ordinum, et exsecutionem dispensationum matrimonialium, et *quatenus* affirmative

Digitized by Google

XIII. An, et in quas pœnas incurrerint episcopus, ejusque officiales, in casu, etc.

S. C. C. die 1 Septembris 1742, respondit: *Ad* I, affirmative; *ad* II, affirmative *juxta solitum*; *ad* III, negative *quoad massam communem destinatam pro distributionibus*; *ad* IV, *videatur in casibus particularibus*; *ad* V, *ut ad quartum*; *ad* VI, affirmative *ad primam partem*, *et* negative *ad secundam*; *ad* VII *et* VIII, negative; *ad* IX, affirmative; *ad* X, negative; *ad* XI, *episcopus supplicet in casu indigentiæ*; *ad* XII, *et* XIII, *episcopus sedulo invigilet, ut taxa Innocentiana omnino servetur; et quoad præteritum consulat conscientiæ suæ.*

253 TUDERTINA, *Jurisdictionis*. in qua ad seq. dub.

I. An episcopus habeat jus visitandi ecclesiam Consolationis, tam in iis quæ concernunt cultum divinum quam in iis quæ respiciunt gubernium œconomicum, ita ut rectores, aliique administratores dictæ ecclesiæ teneantur eidem rationem reddere.

II. An idem episcopus habeat jus visitandi hospitale dictæ ecclesiæ, et respective exigendi redditionem rationis ab illius administratoribus.

III. An prædicti rectores, et administratores subjaceant Extravag. *Ambitiosæ*, *de Rebus eccles. non alien.* quoad alienationes bonorum, tam non subjectorum, quam subjectorum oneribus Missarum ex testatorum voluntate, non obstante asserto privilegio, et *quatenus* affirmative.

IV. An alienationes hucusque factæ sine beneplacito Apostolico teneantur, in casu, etc.

S. C. C. die 22 Septembris 1742 respondit: *Ad* I, affirmat. *quoad ea quæ concernunt cultum divinum; in reliquis* negative; *ad* II, *ut in primo*, *reservato jure episcopo incumbendi exsecutioni piarum dispositionum*; *ad* III, affirmative *quoad bona subjecta oneribus Missarum tantum*; *ad* IV, *provisum in tertio.*

254. LYCIEN. *Clausuræ*, in qua ad seq. dub.

I. An episcopus visitans clausuram Monialium regularibus subjectarum ingredi possit cum pluviali et stola.

II. An episcopo visitare volenti clausuram dictorum monasteriorum, Moniales teneantur erigere in ecclesia exteriori, vel interiori, sedem cum baldachino, vel solummodo sufficiat illi stratum præparare in utraque ecclesia.

III. An episcopum dictorum monasteriorum clausuram visitare volentem teneantur Moniales omnes excipere processionaliter cum cruce, et cantico *Benedictus*.

IV. An prior provincialis possit ad formam constitutionis Alexandri VII clausuram interiorem visitare, septa monasteriorum Monialium suæ curæ subjectarum ingrediendo absque ulla licentia episcopi, et *quatenus* affirmative.

V. An episcopus saltem debeat certiorari de die et hora talis visitationis, et a quo.

VI. An prior provincialis pro visitatione clausuræ interioris possit in convisitatorem assumere Patrem vicarium earumdem Monialium, vel quemlibet alium fratrem sui ordinis maturæ ætatis absque licentia episcopi, vel ejus certioratione.

VII. An idem provincialis visitationem personalem Monialium monasteriorum exemptorum sui ordinis valeat facere ad crates tantum.

VIII. An idem prior provincialis ab episcopo impeditus, ne talem visitationem ad crates faciat, eamdem facere possit ad confessionale, vel ad fenestrellam sanctissimæ communionis.

IX. An eamdem visitationem alibi faciens, veluti ad confessionale, vel ad fenestrellam sanctiss. communionis, incidat in pœnas constit. Alex. VII.

X. An episcopus directe, vel indirecte impediens talem visitationem incidat in pœnas constit. Clementinæ *De stat. monachorum.*

XI. An prior conventus S. Joannis de Aymo ordinis Prædicatorum civitatis Lycien, et vicarius ordinarius dictorum monasteriorum absque licentia episcopi locutorium ingredi possit, ibique cum suis Monialibus alloqui, an vero solummodo, quando sic exigat exacta administratio sui officii.

XII. An idem Pater vicarius absque licentia episcopi ingredi possit ad visitandas crates ne Moniales, absque debita licentia clandestine Sæculares et Regulares alloquantur.

XIII. An prior provincialis, vel ejus Pater vicarius dictorum monasteriorum, aut alius quicunque religiosus absque licentia episcopi possit in confessionario extraordinario sedere, ibique Monialium confessiones excipere.

XIV. An in confessionario ordinario, vel extraordinario possit easdem Moniales exhortari, et audire.

XV. An superior regularis vestibus sacris indutus associando puellam habitu ordinis initiandam, absque licentia episcopi possit in atrio clausuræ (quoad omnibus patet) ingredi, ibique puellæ benedictionem dare, an vero sistere debeat in via publica ante januam clausuræ exterioris, *et quatenus* affirmative *ad primam partem*.

XVI. An hoc idem in habitu ordinis agere possit in ingressu, et egressu puellæ tam educandæ, quam ancillæ.

XVII. An salvo jure episcopi una simul cum superiore regulari revidendi computa dictorum monasteriorum possit superior regularis absque licentia episcopi locutorio interesse tempore, quo a factore (qui procurator nuncupatur), coram Monialibus deputatis mensatim recitantur computa in libro majori reportanda.

XVIII. An in quibuscunque contractibus tam activis, quam passivis per notarium in locutorio rogandis (salvo jure episcopi tribuendi licentiam pro rogatione eorumdem) possit superior regularis interesse eisdem contractibus absque licentia episcopi.

XIX. An in absentia superioris regularis confessarius remaneat vicarius dictorum monasteriorum.

S. C. C. die 22 Septembris 1742 respondit: *Ad* I, negative *quoad pluviale*, *et* affirmative *quoad stolam*; *ad* II, *sufficere præparationem strati*; *ad* III, *teneri Moniales excipere episcopum sine processione, cruce, et cantu*; *ad* IV, affirmative *semel tantum in anno ad formam ejusdem constitutionis*; *ad* V, *episcopum certiorandum esse per custodem clausuræ*; *ad* VI, affirmative *servata forma prædictæ constitutionis*; *ad* VII, affirmative, *et ab episcopo non esse impediendum*; *ad* VIII, *provisum in septimo*; *ad* IX, affirmative; *ad* X, *recurrant in casibus particularibus*; *ad* XI, affirmative *in casu tantum, quo ita postulet exacta administratio officii*; *ad* XII, affirmative; *ad* XIII *et* XIV, negative; *ad* XV affirmative *ad primam partem*, *et* negative *ad secundam*; *ad* XVI, *ut ad quintum decimum*; *ad* XVII, XVIII *et* XIX, affirmative, *et amplius in omnibus.*

255. VITERBIEN. in qua ad seq. dub.

I. An canonici secundæ, tertiæ, et quartæ erectionis veniant sub nomine capituli; ita ut una cum archipresbytero, et canonicis primæ erectionis unicum corpus constituant.

II. An canonici secundæ, tertiæ, et quartæ erectionis debeant admitti ad participationem omnium emolumentorum, et distributionum provenientium ab exercitio curæ animarum, et a legatis piis tam Missarum quam anniversariorum relictorum a testatoribus ante erectionem dictorum novorum canonicorum, seu potius participare debeant de relictis tantum post novas erectiones, *et quatenus* negative *ad primam partem*.

III. An iidem canonici novi teneantur interesse choro dum adimplentur onera perpetua spectantia ad antiquos tantum canonicos.

Digitized by Google

IV. An iidem canonici novi participare debeant de legato annuo relicto capitulo ab Olympia Padovani, *et quatenus* negative.

V. An teneantur interesse celebrationi Missæ solemnis, et aliarum functionum, quæ ab eadem testatrice demandantur.

VI. An, et ad quæ onera, et expensas capituli concurrere debeant novi canonici, in casu, etc.

VII. An ab archipresbytero, et a quibusvis canonicis debeatur media annata, in casu, etc.

S. C. C. die 23 Decembris 1742 respondit: *Ad* I, affirmative; *ad* II, negative *ad primam partem, et* affirmative *ad secundam*; *ad* III, affirmative; *ad* IV *et* V, affirmative *exceptis tantum oneribus, et expensis concernentibus exercitium curæ animarum, et legata: de quorum emolumentis non participant; ad* VI, VII, dilata.

256. ALEXANEN. *Celebrationis Missarum*, in qua ad seq. dub.

An celebratio Missarum adimplenda per Alexandrum Arcella, et Ignatium Seraphinum in ecclesia parochiali Tiliani, sacerdotibus exteris eisdem benevisis committi valeat, in casu, etc.

S. C. C. die 26 Januarii 1743, respondit: Affirmative, *soluta tamen eleemosyna, juxta decretum episcopi et amplius.*

256 *bis*. PAPIEN. in qua ad seq. dub.

I. An liceat abbatibus Sanctissimi Salvatoris, et Sanctorum Spiritus, et Galli ordinis Casinensis admitti facere puellas in capitulo Monialium monasteriorum SS. Mariæ, et Aureliani, et S. Mariæ Theodatæ pro acceptatione ad habitum, antequam exploretur ab episcopo illarum voluntas, in casu, etc.

II. An abbates prædicti admittere possint easdem puellas in præfatis monasteriis ad finem vestitionis, et ut in eis morentur in habitu sæculari per mensem, vel ad aliud tempus, etiam pro probanda illarum vera vocatione, vel pro quacunque alia causa absque licentia Sedis Apostolicæ, in casu, etc.

III. An abbatibus prædictis liceat absque particulari licentia episcopi in scriptis concedere licentias ingrediendi clausuram dictorum monasteriorum cuivis personæ etiam necessario admittendæ, in casu, etc.

IV. Quot, et quas personas iidem abbates secum assumere debeant occasione eorum ingressus intra septa dictorum monasteriorum pro explenda locali visitatione.

V. An dicti abbates extra casum dictæ localis Visitationis possint ingredi septa monasteriorum, et *quatenus* affirmative.

VI. Quot, et quas personas assumere teneantur in socios.

VII. A quo, vel quibus personis associatus esse debeat confessarius dictarum Monialium in casibus administrandi sacramenta Monialibus infirmis, et commendandi animas, in casu, etc.

VIII. An exceptis dictis casibus administrationis sacramentorum, et commendationis animarum possit dictus confessarius ingredi intra septa dictorum monasteriorum, in casu, etc.

IX. An episcopus possit a Monialibus prædictis exquirere redditiones rationum, in casu, etc.

X. An eisdem Monialibus liceat absque licentia episcopi exponere solemniter in eorum ecclesiis SS. Sacramentum, in casu, etc.

XI. An abbatissæ utriusque monasterii recipere teneantur a ministris curiæ episcopalis edicta, sive mandata, quorum exsecutio a S. Sede specialiter delegatur episcopo, in casu, etc.

XII. An abbates prædicti, inconsulto episcopo, possint concedere licentias tam Sæcularibus, quam Regularibus ipsis benevisis, etiam sint propriæ congregationis, accedendi ad locutoria Monialium dictorum monasteriorum, et *quatenus* affirmative.

XIII. In quibus tantum casibus concedere possint dictas licentias.

XIV. An episcopus valeat supradictas licentias in casu transgressionis, vel abusus revocare, et transgressores quoscunque coercere, et quibus pœnis, in casu, etc.

S. C. C. die 16 Martii 1743 respondit: *Ad* I, negative; *ad* II, *quoad admissionem causa educationis non posse absque licentia Sedis Apostolicæ, quoad reliquos vero casus non posse absque licentia episcopi; ad* III, negative; *ad* IV, V, VI, VII *et* VIII, *servandam esse omnino in omnibus constitutionem Alexandri VII, incipiens* Felici; *ad* IX, affirmative; *ad* X, negative; *ad* XI, affirmative; *ad* XII, negative; *ad* XIII, *provisum in præcedenti; ad* XIV, affirmative *juxta constitutiones Gregorii XV et Alexandri VII, et amplius in omnibus.*

257. TARENTINA, *Beneplaciti Apostolici*, in qua ad seq. dub.

I. An locationes, seu concessiones bonorum, de quibus agitur, valide, et licite fieri possint absque beneplacito apostolico ad vitam canonicorum et portionariorum, et *quatenus* negative.

II. An consulendum sit Sanctissimo pro concessione Brevis, seu Indulti locandi, vel concedendi dicta bona absque beneplacito apostolico, et auctoritate reverendissimi, archiepiscopi, in casu, etc., et *quatenus* negative *ad utrumque.*

III. An locus sit sanctioni locationum, seu concessionum jam factarum absque beneplacito apostolico in casu, etc.

IV. An canonici et portionarii collegiatæ ecclesiæ Terræ Cryptalearum, ob locationes, seu concessiones dictorum bonorum hactenus factas absque beneplacito apostolico incurrerint pœnas Extrav. *Ambitiosæ, De rebus ecclesiæ non alien.*, et *quatenus* affirmative.

V. An, et quomodo sint absolvendi a dictis pœnis, in casu, etc.

S. C. C. die 4 Maii 1743 respondit: *Prævia absolutione ad cautelam pro gratia sanationis quoad concessiones hactenus factas: quo vero ad concessiones imposterum faciendas recurrant in casibus particularibus.*

258. VIGLEVANEN. *Funerum*, in qua ad seq. dub.

I. An constet de electione sepulturæ, ita ut sit locus exhumationis cadaveris, et transportationis ejusdem ad ecclesiam S. Bernardini, in casu, etc.

II. Quæ emolumenta debeantur præposito accedenti tam cum clero, quam sine clero pro associatione cadaverum ad dictam ecclesiam S. Bernardini occasione electionis sepulturæ in eadem ecclesia.

III. An occasione associationis dictorum cadaverum ad dictam ecclesiam S. Bernardini, liceat præposito accedenti tam cum clero, quam sine clero ingredi ejusdem januam cum stola, pluviali, et cruce elevata, in casu, etc.

S. C. C. die 18 Maii 1743 respondit: *Ad* I, negative; *ad* II, dilata, *et proponatur auditis parochianis; ad* III, dilata, *et coadjuventur probationes super consuetudine.*

259. FERETRANA, *Concionatoris*, in qua ad seq. dub.

I. An concionatores etiam nominati per communitatem, tam tempore Adventus, quam Quadragesimæ, teneantur accipere approbationem et litteras ab episcopo pro concionibus habendis, et *quatenus* affirmative.

II. An in hujusmodi litteris patentalibus fieri debeat mentio nominationis.

III. An episcopus legitime instituerit processum ob omissas conciones tempore Adventus præteriti, illumque valeat prosequi usque ad terminationem,

Digitized by Google

utendo censuris, aliisque juris remediis, in casu, etc.

IV. An licite potuerit appellari ad metropolitanum Urbini, et substineantur acta ab eo facta, in casu, etc.

V. An sustineantur censuræ latæ contra Ubaldum Paulini, in casu, etc.

S. C. C. die 3 Augusti 1743 respondit : *Ad* I *et* II, affirmative; *ad* III *et* IV, *ad mentem; ad* V, negative, *et amplius.*

260. ALEXANEN. *Funerum*, in qua ad seq. dub.

I An electio sepulturæ facta a fratribus Pisano pro eorum familia in ecclesia Fratrum Prædicatorum Terræ Tricasii sustineatur, ita ut omnia cadavera ejusdem familiæ, nulla alia facta electione sepulturæ, tumulanda sint in dicta ecclesia, soluta parocho portione canonica de jure debita, in casu, etc.

II. An constet de electione sepulturæ Leonardi Pisano in ecclesia parochiali dictæ Terræ, in casu, etc., et *quatenus* negative.

III. An illius cadaver cum emolumentis funerum, soluta parocho dicta portione canonica, restituendum sit ecclesiæ Fratrum Prædicatorum, in casu, etc.

IV. An electio sepulturæ in dicta ecclesia Prædicatorum facta a Jacobo Minerva pro filio impubere sustineatur, ita ut cadavera dictorum impuberum sepulta in relata ecclesia cum emolumentis funerum restituenda sint ecclesiæ parochiali.

V. An electio sepulturæ facta ab Angelo Lezzi pro filia impubere in eadem ecclesia Prædicatorum sustineatur; ita ut illius cadaver sepultum in ecclesia parochiali sit restituendum dictæ ecclesiæ Prædicatorum.

VI. An electio sepulturæ per actum publicum expleta die 23 Octobris 1729, in ecclesia Fratrum Prædicatorum per sodales oratorii SS. Rosarii in eodem actu contentos, illa ante obitum non revocata, sustineatur.

VII. An electio sep. facta in eadem ecclesia per publicum instrumentum, seu alium actum ab aliis sodalibus dicti oratorii in ipsorum respective receptione, et ante obitum non revocata sustineatur, in casu, etc.

S. C. C. die 3 Augusti 1743 respondit : *Ad* I, negative; *ad* II, affirmative; *ad* III, *Satis provisum in antecedentibus; ad* IV, negative *citra tamen exhumationem cadaverum; ad* V, negative; *ad* VI, negative; *ad* VII, negative, *et amplius in omnibus præterquam quoad* 6.

261. UGENTINA, *Ordinum*, in qua ad seq. dub.

An ordines exorcistatus, et acolythatus, modo, quo supra, suscepti a fratre Bonaventura a Ruffano sint reiterandi, in casu, etc.

S. C. C. die 3 Augusti 1743 respondit : *Prævia pœnitentia salutari imponenda per superiores Ordinis reiterandos esse sub conditione.*

262. FANEN. *Procurationis*, in qua ad seq. dub.

I. An omnes visitationi subjecti, et signanter confraternitates, nec non beneficia simplicia, ac capellas perpetuas possidentes in castro Carticeto teneantur per contributum ad procurationem, in casu, etc.

II. An plebanus, qui sustinuit totum pondus procurationis in retroactis visitationibus, sit proportionaliter reintegrandus ab aliis visitatis, in casu, etc.

S. C. C. die 24 Augusti 1743 respondit : *Ad* I, affirmative; *ad* II, affirmative *pro procurationibus præstitis ab anno* 1735, *citra.*

263. VITERBIEN. *Capellaniæ*, in qua ad seq. dub.

I. An attenta notabili diminutione hæreditatis fundatricis deveniri debeat ad erectionem capellaniæ cum reductione oneris missarum, et in qua quantitate, et quomodo, in casu, etc.

II. An pro expensis hujus litis, sint erogandi fructus interim decursi capitalis capellaniæ adhuc non erectæ, in casu, etc.

S. C. C. die 11 Januarii 1743 respondit : *Ad* I, affirmative *ad rationem perpetuæ; ad* II, affirmative, *et ad D. secretarium pro taxatione.*

264. NULLIUS, *seu* NONANTULANA, *jurium parochialium*, in qua ad seq. dub.

I. An oratorium B. M. V. *della Bevilacqua* existens intra limites ecclesiæ parochialis S. Jacobi, dicendum sit oratorium publicum, vel privatum; et *quatenus* affirmative quoad primam partem.

II. An et quibus diebus in dicto oratorio liceat celebrare sacrum per ejus capellanum, vel alios sacerdotes.

III. An, in solemnioribus festivitatibus B. M. V. et aliis diebus festis Missa parochialis celebrari debeat hora competenti, ut post eam possint celebrari Missæ in dicto oratorio.

IV. An capellano et rectori dicti oratorii liceat conciones, seu exhortationes habere ad populum de licentia eminentissimi abbatis, etiam invito parocho.

V. An benedictiones candelarum, cinerum, palmarum et ovorum explere, nec non mulieres ad purificationem post partum recipere.

VI. An in dicto oratorio liceat retinere sedes confessionales pro confessionibus audiendis.

VII. An liceat capellano prædicto Sanctissimæ Eucharistiæ sacramentum ministrare tam inter Missarum celebrationes, quam intervallo Missarum.

VIII. An retinere valeat tabernaculum in altari pro asservando Sanctissimæ Eucharistiæ sacramento duntaxat de mane, et post Missarum celebrationes tabernaculum apertum et vacuum retinere.

IX. An dicto capellano, seu rectori liceat capsulas habere in parietibus oratorii pro eleemosynis recipiendis, vel quæstus peragere per seipsum, et per alios.

X. An oblationes et eleemosynæ, quæ fiunt in dicto oratorio, erogandæ sint in beneficium ejusdem oratorii, vel potius debeantur parocho S. Jacobi.

XI. An administratio earumdem spectet ad capellanum dicti oratorii, seu potius ad parochum.

XII. An de oblationibus prædictis sive per capellanum, sive per parochum reddenda sit ratio Ordinario.

XIII. An in dicto oratorio retineri valeat campanile cum campanis eo modo, quo ad præsens reperitur.

S. C. C. die 28 Junii 1744 respondit : *Ad* I, affirmative *quoad primam partem*, negative *quoad secundam, et amplius; ad* II, affirmative, *exceptis tantum tribus diebus majoris hebdomadæ, et amplius; ad* III, affirmative *hora determinata ab eminentissimo abbate, et amplius; ad* IV, affirmative, *et amplius; ad* V, negative *in casu, de quo agitur; ad* VI, negative, *nisi de licentia eminentissimi abbatis; ad* VII, affirmative *inter Missarum celebrationem, excepta die Paschatis, et amplius; ad* VIII, negative, *et amplius; ad* IX, affirmative *de licentia Ordinarii; ad* X, affirmative *quoad primam partem*, *et* negative *quoad secundam, et amplius; ad* XI, affirmative *quoad primam partem*, negative *quoad secundam; ad* XII, affirmative, *et amplius; ad* XIII, affirmative, *et amplius.*

265. VIGLEVANEN. *Funerum*, in qua ad seq. dub.

I. An sit standum, vel recedendum a decisis quoad electionem sepulturæ, et exhumationem cadaveris, in casu, etc.

II. Quæ emolumenta debeantur præposito accedenti tam cum clero, quam sine clero pro associatione cadaverum ad ecclesiam S. Bernardini, occasione electionis sepulturæ in eadem ecclesia.

III. An occasione associationis dictorum cadave-

Digitized by Google

rum ad dictam ecclesiam S. Bernardini liceat præposito accedenti tam cum clero, quam sine clero ingredi ejusdem januam cum stola, pluviali, et cruce elevata, in casu, etc.

S. C. C. die 28 Junii 1744 respondit : *Ad* I, *In decisis, et amplius* ; *ad* II, *deberi juxta solitum excepto emolumento pluvialis* ; *ad* III, affirmative.

266. FIRMANA, *Funerum*, in qua ad seq. dub.

An liceat parochis civitatis Firmi occasione tumulationis cadaverum in ecclesia Patrum de Observantia exigere cereum, seu intortitium, tam in die Funeris, quam in diebus sequentibus, et in die Anniversarii, in casu, etc.

S. C. C. die 8 Julii 1744 respondit : Affirmative *quoad diem funeris, et duos sequentes. Quo vero ad Anniversarium coadjuventur probationes*,

267. HORTANA, in qua ad seq. dub.

I. An canonicus parochus ecclesiæ cathedralis Hortanæ teneatur applicare Missam pro populo omnibus diebus festis, vel potius sufficiat Missa conventualis, quæ a capitulo per turnum quotidie applicata fuit, et applicatur pro populo, et *quatenus* affirmative quoad primam partem, et negative quoad secundam.

II. An capitulum ultra Missam conventualem teneatur per turnum omnibus diebus festis applicare aliam Missam pro populo, et *quatenus* negative.

III. An capitulum teneatur præstare canonico parocho eleemosynam pro applicatione Missæ pro populo.

IV. An canonicus parochus teneatur singulis diebus festis sermonem habere ad populum post lectum in Missa evangelium, vel potius servanda sit consuetudo explicandi evangelium post doctrinam Christianam haberi solitam a parocho in ecclesia cathedrali.

V. An servanda sit consuetudo intermittendi doctrinam Christianam mense Octobris, et mense Decembris usque ad diem 13 Januarii, aliisque diebus impeditis, in casu, etc.

S. C. C. die 8 Augusti 1774 respondit : *Ad* I, affirmative *ad primam partem, et* negative *ad secundam : ad* II, *provisum in primo : ad* III, dilata : *ad* IV, affirmative *ad primam partem, et* negative *ad secundam : ad* V, negative.

268. HORTANA, in qua ad seq. dub.

III. An capitulum teneatur præstare canonico parocho eleemosynam pro applicatione Missæ pro populo.

Et an sit standum, vel recedendum a decisis quoad 1, 2, 4 et 5.

S. C. C, die 29 Augusti 1744 respondit : *Ad* III, affirmative, *in reliquis in decisis.*

269. CASTRI MARIS, *Primiceriatus*, in qua ad seq. d.

An liceat moderno canonico theologo ecclesiæ cathedralis castri Maris assequi, et simul retinere dignitatem primiceriatus cum asserta præbenda de jurepatronatu ejusdem capituli, in casu, etc.

S. C. C. die 19 Septembris 1774 respondit negative.

270. LUCANA, in qua ad seq. dub.

I. An satisfecerit orator oneribus beneficii ; de quo agitur celebrando duas Missas qualibet hebdomada, et peragendo festum SS. Fabiani, et Sebastiani quolibet anno, prout anniversarium die sequenti, in casu, etc., et *quatenus* negative.

II. An excusari promereatur orator attenta ejus bona fide, in casu, etc.

III. An, et ad quæ onera teneatur in futurum, in casu, etc.

S. C. C. die 21 Novembris 1744 respondit : *Ad* I, affirmative ; *ad* II, *Provisum in primo* ; *ad* III, *Servari solitum.*

271. HORTANA, in qua ad sequens dub.

An sit standum, vel recedendum a decisis quoad 3 dubium in casu, etc.

S. C. C. die 19 Decembris 1744 respondit : *Prævio recessu a decisis* negative.

272. SALAMANTINA, *Erectionis*, in qua ad seq. d.

I. An Patres Minores de Observantia ordinis S. Francisci habeant facultatem erigendi Tertium Ordinem nuncupatum de *Pœnitentia* ejusdem ordinis S. Francisci primative quoad Patres Minores Exalceatos dicti cordinis S. Francisci, in casu, etc.

II. An sit supprimendus Tertius Ordo nuncupatus de *Pœnitentia* S. Francisci erectus a Patribus Minoribus excalceatis ordinis S. Francisci in Villa de Penaranda, in casu, etc.

III. An Tertius Ordo in eadem villa erectus a Patribus Minoribus de Observantia ordinis S. Francisci sit supprimendus, in casu, etc.

S. C. C. die 20 Martii 1745, respondit : *Ad* I, negative, *et amplius* ; *ad* II, negative, *et amplius* ; *ad* III, negative.

273. CIVITATEN. *Indulti*, in qua ad sequens dub.

An coadjutores ecclesiæ cathedralis Civitaten. gaudere valeant indulto vacationis quinquaginta dierum recreationis causa, eo non utentibus coadjutis, in casu, etc.

S. C. C. die 3 Aprilis 1745 respondit : Affirmative.

274. RAVENNATEN. *Altaris*, in qua ad seq. dub.

I. An cessio dominii, et proprietatis altaris sustineatur, in casu, etc.

II. An, et quomodo dictum altare visitari possit ab Ordinario, in casu, etc.

S. C. C. die 29 Maii 1745 respondit : *Ad* I, affirmative *quoad usum et possessionem per modum reintegrationis, et amplius ; ad* II, affirmative, *juxta solitum, et amplius.*

275, 276. ALEXANDRINA, *Funerum*, in qua ad seq. dub.

I. An liceat priori vocare ad funera sacerdotes sibi benevisos, seu potius sit servanda conventio inita sub die 25 Septembris 1740, in casu, etc. Et *quatenus* affirmative ad secundam partem.

II. An cerea gestatoria libere pertineat ad capellanos, seu potius liceat priori modum sibi benevisum statuere, concordando cum capellanis, in casu, etc.

III. An decretum vicarii generalis Alexandriæ sit servandum, in casu, etc.

S. C. C. die 28 Augusti 1745 respondit : *Ad* I, negative *quoad primam partem*, affirmative *quoad secundam ; ad* II, *partes deveniant ad conventionem juxta concordiam, et interim servetur solitum ; ad* III, *provisum in præcedentibus.*

277. AMERINA, *Missæ conventualis*, in qua ad seq. d.

An capitulum, et canonici collegiatæ Luniani teneantur celebrare, et respective applicare Missam conventualem ; et quibus diebus, in casu, etc.

S. C. C. die 12 Martii 1746 respondit : *Teneri quotidie, sed attentis peculiaribus facti circumstantiis indulgendum esse pro applicatione omnibus diebus festis de præcepto tantum.*

278, 279, 280. FRISINGEN. in qua ad seq. dub.

I. An abbates monasterii Sanctorum Petri et Pauli Vejaren. primam tonsuram, et minores ordines suis subditis regularibus conferre valeant ; *et quatenus* affirmative.

II. An hujusmodi facultas competat antedictis abbatibus absque benedictione episcopali, in casu, etc.

S. C. C. die 17 Septembris 1744, respondit : *Ad* I, negative, *et amplius*, *ad* II, *provisum in primo.*

281. UXENTINA, *Celebrationis Missarum*, in qua tria dubia in disputationem veniunt.

I. An celebratio Missarum relictarum a Josepho Russo, archidiacono Gaballo, et Joanne Dattilo in altari Sanctissimæ Trinitatis, et Beatissimæ

Digitized by Google

Virginis erecto in ecclesia PP. de Observantia Sancti Francisci civitatis Uxenti privative spectet ad dictos Patres: Vel potius sit in arbitrio Annæ Mariæ Gaballo alios deputare sacerdotes, *et quatenus* negative *quoad primam partem*, *et* affirmative *quoad secundam*.

II. An dicti regulares teneantur patientiam præstare, ut in eorum ecclesia sacerdotes sæculares Missas relictas celebrent, *et quatenus* negative.

III. An onera earumdem Missarum sint transferenda ad aliam ecclesiam.

S. C. C. die 13 Januarii 1748 respondit: *Ad* I, affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam in actu de quo agitur*, *excepto legato archidiaconi Gaballo; ad* II, *teneri quoad legatum archidiaconi Gaballo solutis utensilibus*, *et non attenta reductione*, *in reliquis provisum in primo; ad* III, negative.

282. UXENTINA, *Legati*, cujus dubia sunt.

I. An Maria Gaballo teneatur celebrare facere Missas, de quibus agitur, pro anima Victoriæ de Montibus, *et quatenus* affirmative.

II. An sit in arbitrio dictæ Annæ Mariæ committere illarum celebrationem sacerdoti sæculari sibi beneviso, in casu, etc.

S. C. C. die 13 Januarii 1748 respondit: *Ad* I, affirmative; *ad* II, negative.

283. ARIMINEN. Cujus XIV sunt dubia.

I. An episcopo Ariminen. non obstante asserto Brevi san. memor. Innocentii VIII competat jus visitandi monasterium, et Moniales S. Sebastiani quoad clausuram, et explendi alia, de quibus in constitutione *Inscrutabili*, san. mem. Gregor. XV, in casu, etc., *et quatenus* affirmative.

II. An episcopus Ariminen. visitaturus clausuram RR. Monialium monasterii S. Sebastiani civitatis Arimini canonicis regul. subjecti, possit ipsas cogere ad subeundum onus visitationis personalis ad crates collocutorii circa ea, quæ pertinent ad clausuram, in casu, etc.

III. An episcopus in concernentibus clausuræ custodiam possit visitare nedum cratres, et mœnia exteriora monasterii prædictarum Monialium, sed etiam chorum interiorem, dormitorium, cellas omnes inferiores, et superiores, aliaque loca, in casu, etc.

IV. An, et quando puniendæ sint Moniales, vel alii resistentes dictæ visitationi, aut eam impedientes, in casu, etc.

V. An episcopus ejusdem monasterii clausuram visitaturus possit ingredi stola indutus.

VI. An teneantur episcopo ut supra visitandi stratum cum pulvinari parare in ecclesia interiori et exteriori, in casu, etc.

VII. An, et a quibus episcopo accedenti pro eadem visitatione debeantur in ingressu, et egressu ab ecclesia honorificentiæ, et præeminentiæ, actus reverentiales et associatio, in casu, etc.

VIII. An episcopus possit solus cum suis convisitatoribus ingredi, et visitare clausuram dictarum Monialium absque interventu P. abbatis, et confessarii earumdem, sive aliarum regularium ejusdem ordinis, et in casu, etc.

IX. An idem episcopus possit exigere rationem administrationis bonorum prædictarum Monialium ad formam bullæ san. mem. Gregorii XV, incip. *Inscrutabili*, non obstante prætenso ejus non usu; et, an pro hujusmodi effectu debeant asportari libri administrationis, aliæque scripturæ pro rationum revisione necessariæ ad ejus palatium episcopale, vel potius computa revideri debeant ad crates monasterii, in casu, etc., *et quatenus* affirmative.

X. An in eadem redditione rationis intervenire debeant abbas dicti monasterii, aliique Regulares ejus ordinis, in casu, etc.

XI. An prædictis canonicis regularibus in illorum comitiis aut capitulis liceat ultra confessarium Ordinarium deputare alium vice-confessarium ad annum, vel ad aliud certum tempus pro administrando Pœnitentiæ sacramento eisdem Monialibus, quoties ob absentiam, vel infirmitatem confessarii Ordinarii, vel aliam justam causam ita expedire videatur, in casu, etc.

XII. An hujusmodi vice-confessarius debeat pro qualibet vice intra tempus suæ deputationis occurrente approbari ab episcopo, vel potius sufficiat eum semel ab initio approbari, in casu, etc.

XIII. An idem vice-confessarius possit etiam ab abbate, aut ab eorumdem canonicorum regularium capitulis deputari in confessarium extraordinarium prædictarum Monialium ad formam sac. concil. Tridentin. sess. 25, cap. 10, *De Regular.*

XIV. An pro exercendo munere confessarii extraordinarii sufficiat pariter quempiam idoneum a superioribus regularibus deputari, et ab episcopo approbari semel per annum, vel potius requiratur approbatio episcopi pro qualibet vice infra annum occurrente, in casu, etc.

*Sac. cong. Conc.* die 27. Januarii 1748, respondit: *Ad* I *et* II, affirmative, *et amplius; ad* III, affirmative; *ad* IV, affirmative *congruis Juris remediis; ad* V *et* VI, affirmative; *ad* VII, affirmative *quoad confessarium*, *officiales*, *aliosque ministros monasterii; ad* VIII, affirmative; *ad* IX, affirmative *ad primam et secundam partem*, negative *ad tertiam; ad* X, affirmative, *et quatenus abbas opportune monitus non comparuerit*, *sive per se*, *sive per alium Regularem*, *revisionem fieri posse a solo episcopo; ad* XI *et* XII, affirmative, *cum approbatione episcopi*, *ac certiorato episcopo in casu impedimenti*, *et cum ejusdem licentia; ad* XIII, negative; *ad* XIV, negative *ad primam partem*, *et* affirmative *ad secundam*, *et amplius in omnibus*.

284. BURGI SANCTI SEPULCRI, *Reductionis Onerum Missarum*.

Cosmus Rigius capellam fundavit in eccl. PP. Observantium burgi Sancti Sepulchri, eamque dotavit scutis 105, injuncto hæredibus onere solvendi scuta 12, 60 singulis annis pro sacris nonnullis a PP. peragendis. Auctum fuit onus ab Alexandro, et Antonio Rigiis Cosmi hæredibus, illudque impositum FF. quibus cesserunt hortum cum ædicula pro sacrario construendo, solveruntque certam pecuniæ quantitatem, qua organum fuit constructum. PP. publico instrumento sese variis oneribus contra Franciscani instituti præscriptum obstruxerunt, data etiam fide de nunquam procuranda reductione. Conventis stetere FF. ad annum usque 1724, quo Benedicti XIII Indulto, et ministri Generalis præcepto factæ fuerunt in universo ordine reductiones, præsertim onerum illorum, quæ altissimæ paupertati Franciscanæ adversabantur; atque omnes Missas ad rationem manualis, quam dicunt eleemosynæ redactæ fuerunt. Qua de causa Dominicus Rigius hæres Cosmi, Alexandri, et Antonii recursum habuit ad Sac. C. C. proposito dubio: *An reductio, de qua agitur, sustineatur in casu*, Ead. S. C. C. die X Februarii 1748 respondit: dilata *ad sequentem*. Et reproposita causa die 16 Martii 1748, sub eodem dubio, non fuit resoluta. At tandem reproposita 30 Martii ejusdem anni 1748, sub eodem dubio: *An reductio, de qua agitur, sustineatur in casu*, ead. sac. congreg. respondit: Affirmative.

285. COMEN. *Functionem*, in qua ad sequentia dubia.

I. An in festo Titulari ecclesiæ, de qua agitur, aliisque festis Missæ decantari valeant independenter a parocho.

II. An Ven. Sacramentum exponi possit in dicta ecclesia, sola impetrata licentia episcopi, independenter ab eodem parocho.

III. An in supradicta eccles. per sacerdotes ab Ordinario approbatos excipi valeant quocunque tem-

Digitized by Google

pore sacramentales fidelium confessiones independenter a dicto parocho.

IV. An independenter a parocho extra tempus paschale administrari possit in eadem ecclesia Ven. Eucharistiæ Sacramentum.

V. An ibidem de licentia episcopi, et independenter a parocho haberi possint panegyricæ conciones.

VI. An anniversaria, et officia pro def. ad libitum celebrari valeant independenter a parocho in eadem ecclesia.

VII. An, et cui competat jus peragendi exsequias, et officium funebre semper cadaveribus, quæ tumulantur in sepulcro dictæ ecclesiæ.

Sacra cong. Conc. die 16, Maii 1749 respondit: *Ad* I, negative; *ad* II, affirmative; *ad* III, negative; *ad* IV, negative *præterquam in actu celebrationis Missarum: ad* V, *et* VI, affirmative: *ad* VII, *competere parocho.*

286. URBANEN. *Clausuræ*, in qua ad dubium.

An atrium, de quo agitur, sit extra clausuram conventus S. Francisci (Conventualium) civitatis Urbaniæ, ita ut servanda sit prætensa consuetudo immemorabilis super illius libertate, in casu, etc.

Sac. cong. Conc. die 18 Aprilis 1750 respondit: Negative *et amplius.*

287. ALBINGAN. *Processionis, et nullitatis interdicti*, in qua ad seq. dub.

I. An Patres Dominicani, et Patres Capuccini Tabiæ teneantur intervenire ad processionem fieri solitam occasione primi ingressus episcopi, *et quatenus* affirmative.

II. An interdictum sustineatur, in casu, etc.

Sac. cong. Conc. die 10 Julii 1750 respondit: *Ad* I. affirmative *prævia intimatione facienda nomine episcopi: ad* II. *negative, et amplius in omnibus.*

288. TRANEN. *Juris funerandi, et processionis*, in qua ad sequent. dub.

I. An Patres Carmelitæ civitatis Trani occasione associationis cadaverum defunctorum sepeliendorum in eorum ecclesia, teneantur ire ad levandum archipresbyterum curatum ab ecclesia cathedrali unicæ parochiali, in casu, etc. *et quatenus* affirmative.

II. An liceat nonnullis ex iisdem Patribus non intervenientibus, una cum aliis in ecclesia cathedrali, se immiscere per viam, aut in domo defuncti una cum aliis Regularibus jam processionaliter incedentibus.

III. An post indictam ab archipresbytero horam pro levandis cadaveribus ab eorum respective domibus, elapsa hora exspectationis in dicta ecclesia cathedrali, liceat PP. levare cadavera, illaque deferre ad eorum ecclesiam tumulantem absque interventu archipresbyteri, in casu, etc,

IV. An archipresbyter associando cadavera defunctorum in ecclesia Patrum, iisque intervenientibus, teneatur incedere sub eorum cruce, seu potius dicti Regulares teneantur incedere sub cruce ecclesiæ cathedralis unicæ parochialis, in casu, etc., *et quatenus* affirmative *quoad secundam partem.*

V. An archipresbyter ingredi possit ecclesiam Patrum cum cruce, et stola, et super cadaveribus ibidem tumulandis officium peragere, in casu, etc.

VI. An dum dicitur processio funeris per viam una cum cadavere ad ecclesiam tumulantem dictorum Regularium, præter præintonationem antiphonæ, fieri etiam debeat præintonatio psalmorum ab archipresbytero curato, seu potius a dictis Regularibus, in casu, etc.

VII. An capitulum dictæ ecclesiæ cathedralis unicæ parochialis invitatum ad associationem cadaverum sepeliendorum in ecclesia dictorum Regularium possint illam ingredi cum cruce propria, et stola, ibique officia, aliasque funebres functiones super cadaveribus absolvere, in casu, etc.

VIII. An, et de quibus intortitiis, et candelis, aliisque juribus, et oblationibus funeralibus debeatur ecclesiæ cathedrali unicæ parochiali, vel archipresbytero quarta funeralis occasione tumulationis cadaverum in dicta ecclesia Regularium, in casu, etc.

IX. An iisdem Patribus liceat extra proprium claustrum, et districtum per loca consueta civitatis facere solemnem processionem B. M. V. de Monte Carmelo cum ejusdem simulacro in die ejus festivitatis petita licentia ab archiepiscopo, aut archipresbytero curato, etiam non obtenta, in casu, etc., *et quatenus* affirmative.

X. An sit servandum edictum reverendissimi archiepiscopi die 10 Julii 1749, seu potius liceat dictis Patribus invitare ad eamdem processionem confraternitates laicales degentes extra septa monasterii legitime institutas, nec non devotos sæculares processionaliter incedentes cum cereis accensis sub cruce eorumdem Patrum, in casu, etc.

XI. An Patres Carmelitæ contravenerint eidem edicto emanato, de anno 1749, *et quatenus* affirmative, quibus pœnis sint puniendi, in casu, etc.

Sac. cong. Conc. die 21 Novembris 1750, respondit: *Ad* I, affirmative, *et amplius; ad* II, negative, *et amplius*; *ad* III, affirmative. *et amplius*; *ad* IV, *et* V, *videatur particulariter: ad* VI, affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam. et amplius*; *ad* VII, affirmative, *et amplius*; *ad* VIII, *deberi de omnibus cereis pertinentibus ad ecclesiam tumulantem, et amplius*; *ad* IX, *licentiam esse petendam ab archiepiscopo, cui scribatur juxta mentem, et amplius*; *ad* X, *ad mentem, et scribatur archiepiscopo juxta Instructionem*; *ad* XI, *Patres Paganum, et Penullum teneri ad petendam veniam ab archiepiscopo.*

289. COMEN. *Funerum, et functionum conventualium*, in qua ad seq. dub.

I. An archipresbyter, et omnes presbyteri capituli cleri sæculari Dungi associando cadavera ad ecclesiam PP. Reformatorum teneantur incedere sub illorum cruce, seu potius iidem Reformati sub cruce dicti cleri, vel ambo valeant propriam crucem elevare.

II. An in eadem associatione liceat dictis archipresbytero, et presbyteris cleri sæcularis ingredi dictam ecclesiam PP. Reformatorum cum stola, et cruce elevata, seu potius teneantur ad ejusdem ecclesiæ fores sistere, ubique ultimum vale defuncto dare.

III. An eidem associationi debeant invitari tot presbyteri sæculares, quot vocantur Regulares, vel potius invitato tantum parocho actuali, debeat in reliquis ipsorum funerum pompa ab hæredum arbitrio pendere.

IV. An quotiescunque promiscue invitantur presbyteri sæculares, et regulares, candela, quæ manualiter gestatur, danda presbyteris sæcularibus debeat esse major illa, quæ datur regularibus, vel potius æqualis ponderis, et arbitrio hæredum.

V. An Patres Reformati eidem associationi invitati teneantur accedere ad levandum parochum ab ecclesia parochiali; seu potius debeat dictus parochus pro hujusmodi effectu se conferre privatim ad domum defuncti juxta prætensam consuetudinem.

VI. An cadavera eligentium sepeliri cum habitu S. Francisci Patrum Reformatorum debeant patenter discooperta, ad ecclesiam, et locum sepulturæ deferri, vel potius super iisdem cadaveribus imponendum sit solitum pallium, et tegumentum mortuorum.

VII. An sit solvenda quarta funeralis sepeliendorum in ecclesia Patrum Reformatorum, et de quibus candelis.

VIII. An archipresbyt. et presbyteri cleri sæcularis Dungi prohibere possint Patribus Reformatis celebrare Missas, aliasque conventuales functiones etiam cum præventivo campanarum sonitu peragere ante, vel in actu celebrationis Missæ parochialis, in casu, etc.

*Sac. cong. Conc.* die 19 Decemb. 1750 respondit:

Digitized by Google

*Ad.* I, negative *ad primam. et tertiam partem*, affirmative *ad secundam interveniente Capitulo*; *ad* II, affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam, et amplius*; *ad* III, *et* IV, *arbitrio hæredum, et amplius*; *ad* V, affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam*; *ad* VI, affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam*; *ad* VII, affirmative *ad formam constitutionis Benedictinæ, et amplius*; *ad* VIII, negative.

290,291. NICIEN. *Matrimonii*, in qua cum episcopus die 5 Junii 1750, pronuntiasset, et definitive sententiasset; *Non constare de validitate matrimonii inter D. baronem Cajetanum Tondutum, et D. Rosaliam Ardisonam*, habito recursu a dicta Rosalia ad sac. cong. Concilii, et proposito sequenti dubio.

*An constet de validitate matrimonii, in casu*, etc. Sac. congregatio die 1 Februarii 1751, respondit: Affirmative, *et amplius*. Deinde ad instantiam D. baronis proposito dubio: *An sit standum, vel recedendum a decisis, in casu*, etc. Eadem sac. congreg. die 24 Aprilis 1751, respondit: dilata *ad primam omnino*. Iterum instante D. barone, et proposito eodem dubio: *An sit standum, vel recedendum a decisis in casu*, etc. Sub die 8 Maii 1751, Non fuit talis causa dicta die proposita. Noviter adhuc reproposito eodem dubio; *An sit standum, vel recedendum a decisis in casu*, etc. Eadem sac. congreg. sub die 22 Maii 1751 respondit: *Dilata ad primam*. Reproposito tandem eodem dubio: *An sit standum, vel recedendum a decisis in casu*, etc. Ead. sac. cong. sub die 19 Junii 1751 respondit: *In decisis, et amplius*.

292. NOVARIEN. *Juris visitandi*, in qua ad seq. dub.

I. An actus visitationis exerciti per reverendissimum episcopum Novariensem in ecclesiis, et capellis Sacri Montis Varalli sustineantur, vel potius sint annullandi, in casu, etc., *et quatenus* negative *ad primam partem, et* affirmative *ad secundam*.

II. An, et quomodo imposterum sit providendum, in casu, etc.

Sac. cong. Conc. die 8 Maii 1751 respondit: *Actus visitationis non sustineri; et in reliquis ad eminentissimum præfectum cum sanctissimo juxta mentem*. Sic apud Thesaurum Resolutionum dicti anni, ubi plura videnda ad rem.

293. VASIONEN, in qua ad seq. dub.

I. An reverendissimo Ordinario Vasionen. visitare liceat V. Hospitale pauperum infirmorum dictæ civitatis, et pro recto illius regimine, et circa bonorum administrationem decreta condere, in casu, etc.

II. An dignitatibus, et canonicis ecclesiæ cathedralis Vasionen. duobus ex rectoribus dicti V. hospitalis competat præcedentia respectu rectorum laicorum tam in congregationibus, aliisque functionibus dicti hospitalis, quam in subscriptione resolutionum, et mandatorum administrationem bonorum respicientium, in casu, etc.

III. An singulis rectoribus, sive ecclesiasticis, sive laicis absque aliorum consensu liceat privative munera hospitalis exercere, in casu, etc.

S. C. C. die 19 Junii 1751 respondit: *Ad* I *et* II, affirmative; *ad* III negative.

294. CIVITATIS CASTELANÆ, *Juris concionandi*, in qua ad seq. dub.

An jus deputandi concionatorem in ecclesia collegiata S. Michaelis archangeli Terræ Caprarolæ libere spectet ad communitatem ejusdem Terræ, seu potius ipsa teneatur alternative per turnum eligere Patres Minores Observantes, Carmelitas Excalceatos, et Capuccinos, in casu, etc.

S. C. C. die 19 Junii 1751 respondit: Negative *ad primam partem*; affirmative *ad secundam, et amplius*. Sic apud Thesaurum resolutionum dict. anni, ubi plura ad rem.

295. BONONIEN. *Funerum*, in qua ad seq. dub.

An in associando cadavera sepelienda in ecclesia S. Petri Minorum de Observantia Terræ Centi liceat parocho ingredi cum stola, et cruce elevata; seu potius teneatur ad ejusdem ecclesiæ fores sistere, ibique ultimum vale defuncto dare, in casu, etc.

S. C. C. die 18 Septemb. 1751 respondit: Negative *ad primam partem*, affirmative *ad secundam*.

296. TAURINEN. *Celebrationis Missæ quotidianæ*, in qua ad seq. dub.

I. An celebratio Missæ quotidianæ relictæ a quo Laurentio Galiero spectet privative ad Patres Prædicatores civitatis Cleri, seu potius sit in arbitrio hospitalis majoris dictæ civitatis ejus hæredis testamentarii ad eligendum capellanum ad nutum amovibilem, qui celebret dictam Missam quotidianam ad altare S. Vincentii, solutis tamen utensilibus Patribus Prædicatoribus, *et quatenus* negative *ad primam partem, et* affirmative *ad secundam*.

II. An sit consulendum Sanctissimo pro gratia translationis dictæ Missæ quotidianæ in altare exsisten. in supradicto hospitali majori civitatis Cherii juxta conditiones, *et quatenus* negative.

III. An casu, quo hospitale nolit imposterum eligere capellanum, qui celebret Missam quotidianam in ecclesia PP. Prædicatorum civitatis Cherii pro satisfactione legati relicti a præfato Laurentio Galliero, teneantur PP. Prædicatores dictam Missam quotidianam celebrare ad rationem eleemosynæ manualis; seu potius teneatur dictum hospitale præstare ipsis eleemosynam ad ratam perpetuæ, *et quatenus* affirmative *ad primam partem, et* negative *ad secundam*.

IV. An iidem PP. Prædicatores, attenta eleemosyna ad ratam manualis pro celebratione Missæ quotidianæ sibi ipsis exsoluta usque ab anno 1681, per hospitale, teneantur ad celebrationem Missarum hactenus non celebratarum, ita ut non sustineatur reductio per ipsos facta, in casu, etc.

Sac. cong. Conc. die 20 Maii 1752 respondit: *Ad* I negative *ad primam partem*, affirmative *quoad secundam, et ad mentem, et mens est, quod præferantur Oratores Dominicani in casu, de quo agitur; ad* II, negative; *ad* III, *provisum in primo, et eleemosynam præstandam esse ad formam manualis; ad* IV, affirmative, *et amplius in omnibus*.

297. CASALEN. in qua ad seq. dub.

An sit annuendum petitæ facultati erogandi ex reditibus hæreditatis patriæ juxta indigentias aliam majorem quantitatem usque ad summam sc. 500 ultra sc. 400, jam assignata pro manutentione chori musicalis; in casu, etc.

S. C. C. die 11 Martii 1752 respondit: Affirmative *pro scutis tercentum durante indigentia arbitrio episcopi*. Sic apud Thesaurum Resolutionum dicti anni ubi plura ad rem merito videnda.

298. FULGINATEN. in qua ad seq. dub.

I. An parochus ecclesiæ parochialis S. Mariæ in cœlum Assumptæ collis Campi Rasci teneatur residere diu noctuque in ædibus parochialibus ejusdem ecclesiæ.

II. An possit alternative in Dominicis celebrare Missam aliasque parochiales functiones exercere in ecclesia S. Sebastiani exist. intra limites parochiæ, vel potius teneatur eadem omnia peragere singulis Dominicis, aliisque diebus festivis in ecclesia parochiali.

III. An retinere debeat Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in ecclesia parochiali.

IV. An possit sepelire parochianos in ecclesia S. Sebastiani, vel potius eosdem sepelire teneatur in ecclesia parochiali.

S. C. C. die 19 Augusti 1752 respondit: *Ad* I, affirmative; *ad* II, negative *ad primam partem*, affirmative; *ad secundam*; *ad* III, affirmative; *ad* IV, affirmative *ad primam partem, quoad eligentes tantum*.

Digitized by Google

**299. ALBINGANEN.** *Curæ animarum, et functionum*, in qua ad seq. dub.

I. An, et quomodo ecclesiæ S. Bernardi loci Delii concedenda sit facultas sepeliendi cadavera, et administrandi sacramenta Baptismi, Matrimonii, Pœnitentiæ, Eucharistiæ, etiam tempore paschali, et Extremæ Unctionis.

II. An populo Delii indulgendum sit audire Missam in dicta ecclesia Sancti Bernardi die Paschatis, et sancti Laurentii.

III. An liceat in dictą ecclesia Sancti Bernardi peragere functiones funerales, et alias non parochiales in casu, etc.

S. C. C. die 9 Sept. 1752 respondit : *Ad* I, negative *quoad matrimonia, et implementum præcepti Paschalis, in reliquis* affirmative *salvis juribus parochialibus*; *ad* II, *satis provisum in decreto episcopi*; *ad* III, affirmative *salvis emolum. parochialibus*. Ita apud Thesaurum resolutionum dicti anni, ubi adducitur decretum episcopi statuentis inter alia in oratorio, seu ecclesia Sancti Bernardi posse quotidie sacrum fieri exceptis diebus festis Paschatis, et sancti Laurentii titularis parochiæ.

**300. NAULEN.** *Visitationis*, in qua ad seq. dub.

An episcopus visitare possit ecclesiam Sanctæ Mariæ de Ripa, vulgo Sancti Benedicti, in casu, etc.

S. C. C. die 2 Decemb. 1752 respondit : Negative.

**301. CÆSENATEN.** *Capellaniæ*, in qua ad seq. dub.

Clericus capellaniam sibi concessam sub lege donec provisus fuerit de beneficio, tenetur dimittere, si beneficium ecclesiasticum obtinuit; etenim S. C. C. *die* 13 *Januar.* 1753, ad dubium : An sit locus dimissioni capellaniæ in casu, respondit affirmative, *et amplius*.

**302. ASCULANA,** *Processionum*, in qua ad seq. dub.

I. An parochi rurales villæ Aspeluncæ, et villæ Collis valeant processiones peragere in propria cujusque parochia tam die festivitatis SS. Corporis Christi, quam diebus Sancti Marci, et Rogationum, in casu.

II. An iidem parochi teneantur, et cogi possint ad interveniendum iisdem processionibus, quæ in dictis diebus celebrantur in Terra Arquatæ, in casu.

III. An simplices clerici, et sacerdotes villarum Aspeluncæ et Collis teneantur ipsi quoque intervenire dictis processionibus Terræ Arquatæ in casu. S. C. C. die 3 Februarii 1753, respondit : *Ad primum* affirmative; *ad secundum et tertium*, negative.

**303. AUXIMANA,** seu Lauretana, *Funerum* in qua ad seq. dub.

I. An parochi sæculares, vel prætextu funeralis, vel ratione associationis, prætendere possint ab hæredibus defunctorum majus emolumentum, quando cadavera sepeliuntur in ecclesia S. Francisci PP. Reformatorum Terræ Forani, quam accipiant, quando tumulantur in ecclesiis sæcularibus.

II. An parochianis ecclesiæ parochialis Terræ Montis Cassiani diœcesis Lauretanæ liceat sibi eligere sepulturam in eadem ecclesia PP. Reformatorum Forani Territorii Terræ Appiniani Auximanæ diœcesis; et *quatenus* affirmative.

III. An parocho dictæ Terræ Montis Cassiani, ejusque sacristæ præter quartam funeralem ratione prætensi majoris laboris debeatur majus emolumentum, et in qua summa pro associatione cadaveris ad dictorum PP. Reformatorum ecclesiam extra territorium et diœcesim degentium; et *quatenus* negative,

IV. An idem parochus Montis Cassiani teneatur restituere hæredibus quon. Jo. Baptistæ Cherubini portionem in istius funere majorem æquo exactam.

V. An pro translatione cadaveris de uno ad alium locum occasione tumulationis in eadem PP. Reformatorum ecclesia debeatur aliquod emolumentum gabellariis, in casu.

S. C. C. die 24 Martii 1753, respondit : *Ad primum dabitur resolutio in casibus particularibus; ad secundum* affirmative, *et amplius; ad tertium* affirmative *juxta taxam episcopi; ad quartum, satis provisum per episcopum, et amplius; ad quintum* negative

**304. TOLENTINA,** *Juris sepeliendi*, in qua ad seq. dub.

I. An cadaver sacerdotis Valentini Forconi spectet ad ecclesiam parochialem Sancti Catervi civitatis Tolentini, seu potius ad ecclesiam cathedralem dictæ civitatis; *et quatenus* affirmative ad primam partem, et *negative* ad secundam,

II. An sit locus restitutioni ejusdem cadaveris, nec non omnium emolumentorum occasione funeris a dicta ecclesia cathedrali perceptorum, in casu.

S. C. C. die 11 Augusti 1753, respondit : *Ad* I, affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam; ad* II, affirmative, *et amplius in omnibus*.

**305. CARTHAGINEN.** *Matrimonii*, in qua ad seq. dub.

An validum sit matrimonium contractum coram parocho, qui alterutrum ex contrahentibus identitice et in individuo non cognovit, nec cognoscere potuit, vel propter noctem et obscuritatem loci, vel propter tegumentum quo operiebatur, licet adhibuerit omnem diligentiam ut cognosceret. etiam cum aliquali violentia coram testibus, et quamvis iidem testes ad matrimonium perducti scirent, quis ille esset, et parochus non simultanee, sed successive, et post factam Ordinario relationem ejusdem matrimonii certior, factus fuerit de illius identitate ex subsecuta inquisitione.

S. congr. C. die 22 Sept. 1753 respondit : Affirmative *pro validitate matrimonii, attentis facti circumstantiis in casu, de quo agitur.*

Hinc quoad jam tradita in tomo IV, verb. Impedimenta matrimonii, *art.* 3, *n.* 69 *ad* 80, et *n.* 103, de parocho affectante non audire verba, vel non videre nutus attentantium clandestine contrahere matrimonium, advertendum est, quod illa exceptio, *Nisi affectasset non intelligere*, apposita in decretis ibi allatis intelligenda est de eo casu, ubi parochus qui, si nec vidit, nec intellexit, ipse sibi in causa fuit, ut non videret, nec intelligeret, propterea quod, vel aures sibi obstruxerit, vel faciem velaverit, ne audire, et aspicere cogeretur, sicut colligitur ex Fagnano in *c.* Quoniam, *num.* 25 *De constitut. et in cap.* Quæsitum, *n.* 7 *et* 8 *De pœn. et remiss.* Neque porro æquum est ut ab arbitrio, factoque parochi pendeat, libertatem matrimonii impedire, ut recte docet Benedictus XIV *De synodo diœcesana, lib.* XIII, *c.* 23, *n.* 10 *et* 11, ubi ad litteram subjungit, ut sequitur :

*Ex hactenus dictis recte colligitur prædicta verba,* Nisi affectasset non intelligere, *de eo casu accipienda esse, quo parochus invitus ad matrimonii contractum adhibitus, ideo nec videt, nec percipit, quia data opera neque videre voluit, neque percipere, cum tamen et videre et percipere naturaliter potuisset, eadem ratione, qua testes ad eum ipsum actum adhibiti et vidisse et percipisse ſatentur. Celebris ſuit anno præterito* 1753, *causa* Carthaginen. matrimonii *in Concilii congregatione agitata, et judicata, in qua agebatur de quodam matrimonio contracto coram parocho domi suæ inopinate deprehenso, qui virum quidem aspexerat, ejusque verba perceperat, ſeminam vero nec viderat, nec audiverat. Porro, cum ex iis, qui controversiæ judices sedebant, totidem ex una parte pro matrimonii validitate, totidem vero ex alia pro illius nullitate opinati ſuerint, opportunum nobis visum est congregationem ipsam coram nobis indicere; jussis prius theologis aliquot, aliisque juris canonici proſessoribus sententias suas hac de re scriptis*



Digitized by Google

*exponere, qui sane, maxima diligentia ac labore collatis inter se tum theologorum et canonistarum placitis, tum decretis ejusdem congregationis, et actis similium causarum, quæ alias coram ipsa agitatæ fuerunt, et ab ea definitæ, in hoc facile convenerunt, ut ad matrimonii validitatem, necessarium omnino esset, contrahentes a parocho videri, eorumque verba mutuum consensum exprimentia ab eodem audiri: eo scilicet principio præ oculis habito, quod si parochus matrimonio interest, tanquam testis ecclesiæ auctorisabilis, nullo modo poterit de matrimonio contracto fidem facere, ubi nec utrumque viderit conjugem, nec utriusque consensum audierit. Sed cum factum ipsum, de quo agebatur, accurate perpensum fuerit, ejusque circumstantiæ omnes diligenter excussæ, manifesto compertum est, quod si parochus mulierem non vidit, ejusque verba non intellexit, hoc ideo evenit, quia ipse obfirmato animo eamdem videre et audire noluit, cum eam facile videre, et audire potuisset, quemadmodum bene viderant, recteque audierant testes ad eum actum adhibiti. Itaque pronuntiatum fuit, nobisque annuentibus sententia prodiit pro matrimonii validitate.* Hæc ille.

306. FERRARIEN. *Jurisdictionis*, in qua ad seq. dub. I. An superioribus regularibus competat ordinaria jurisdictio in spiritualibus et temporalibus super monasteriis SS. Catharinæ martyris, et Senensis; necnon SS. Monicæ, et Rochi, et signanter in procuranda recta administratione bonorum, et redditum dictorum monasteriorum sibi subjectorum, seu potius servanda sit in casibus particularibus prætensa consuetudo, in casu, etc.

II. An vicarii monasteriorum præfatorum instituti per provincialem Lombardiæ, et respective per vicarium generalem congregationis S. Sabinæ, vel illis impeditis, seu absentibus, confessarii eorumdem monasteriorum possint intervenire quibuscunque contractibus ineundis nomine eorum monasteriorum.

III. An iidem vicarii, vel illis absentibus, aut impeditis, confessarii possint ac debeant assistere redditioni rationum, seu revisioni computorum, ut prætenditur facien. de trimestri in trimestre.

IV. An provincialis utriusque Lombardiæ, et P. vicarius generalis Sanctæ Sabinæ, possint et debeant visitare dicta monasteria circa administrationem bonorum et redituum, et sic revidere libros introitus et exitus, ac exigere rationum redditionem a ministris aliisque officialibus eorum monasteriorum.

V. An eminentissimus archiepiscopus possit, irrequisito superiori regulari, exigere et recipere rationum redditionem a dictis monasteriis et officialibus.

VI. An electio cujuscunque novi ministri et syndici in casu obitus, dimissionis officii, vel amotionis, spectet ad priorissam et Moniales, vel potius ad archiepiscopum.

VII. An dimissio officiorum facienda sit in manibus priorissæ, vel potius in manibus eminentissimi archiepiscopi.

VIII. An facultas removendi dictos officiales et ministros spectet ad priorissam et Moniales, seu potius ad eminentissimum archiepiscopum; et *quatenus* affirmative ad secundam partem 5, 6 et 7 dubii,

IX. An novus minister vel syndicus possint vigore litterarum patentium archiepiscopi contractus inire, aliosque administrationis actus gerere sine mandato procuræ priorissæ, et Monialium; et *quatenus* negative,

X. An priorissa et Moniales possint novo syndico tribuere in mandato procuræ facultates sibi benevisas, ac etiam alios procuratores constituere ad certa negotia.

XI. An quæcunque instrumenta stipulari debeant coram priorissa et Monialibus capitulariter congregatis cum interventu superioris regularis.

XII. An in quibuslibet instrumentis et scripturis, quibus interveniant superior regularis et syndicus, debeat prænominari et prius subscribere ipse superior regularis, seu potius syndicus.

XIII. An archivium cujusque ex dictis monasteriis retineri debeat intra clausira, seu potius extra, id est in collocutorio monialium.

XIV. An omnes libri nuncupati magistrales retineri debeant in archivio, et de trimestri in trimestre tradi ministris pro reportandis partitis introitus et exitus, in casu, etc.

S. C. C. die 28 Sept. 1754, respondit: *Ad* I, affirmative, *quoad primam partem*, negative *ad secundam*; *ad* II, III *et* IV, affirmative; *ad* V, negative; *ad* VI, *erectionem spectare ad priorissam et moniales, cum interventione superioris regularis; ad archiepiscopum vero spectare expeditionem litterarum patentium juxta solitum; ad* VII, affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam; ad* VIII, affirmative *quoad primam partem, quoad secundam servetur Bulla* Inscrutabilis; *ad* IX, negative; *ad* X, affirmative; *ad* XI *et* XIV, affirmative; *ad* XII *et* XIII, affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam*.

307. MONTIS ALTI, in qua ad dubium.

An canonici ecclesiæ cathedralis Montis Alti ultra Horas canonicas teneantur quoque in choro recitare Officium Defunctorum, B. M. Virginis, Psalmos pœnitentiales et graduales diebus in Breviario designatis, sive potius sit servanda consuetudo, in casu, etc.

Sac. cong. Conc. die 28 Septembris 1754, respondit: *Servandam esse consuetudinem. Sic apud Thesaurum resolutionum sacræ congreg. Concil. ejusdem anni. Vide* ibi, *ubi referuntur alia decreta, et multa ad rem.*

REGIEN. *Visitationis*, in qua ad seq. dubia.

308. I. An liceat reverendissimo episcopo Regiensi visitare ecclesiam PP. Minorum Sancti Francisci conventualium Terræ Saxoli; et *quatenus* negative.

II. An actus visitationis novissime per dictum reverendissimum episcopum expleti in eadem ecclesia sint annullandi, et circumscribendi.

III. An dictus reverendissimus episcopus potuerit suspendere ab excipiendis sacramentalibus confessionibus P. Magistrum Fantini tunc conventus Sancti Francisci guardianum alias ab eodem episcopo approbatum.

IV. An et quomodo sit providendum quoad peculium anno 1655 ordinatum a Julio Costa, in casu, etc.

Sac. cong. Conc. die 14 Decemb. 1754, respondit: *Ad* I, negative; *ad* II, affirmative; *ad* III, affirmative, *et ad mentem; ad* IV, *episcopus procedat prout de jure, servatis servandis.*

309. MONTIS ALTI, in qua ad seq. dubia.

I. An loca pia Montis Elpari, hospitale scilicet, mons pietatis, et mons frumentarius subsint jurisdictioni, visitationi, correctioni, et reformationi episcopi Montis Alti.

II. An administratio œconomica eorumdem locorum piorum exercenda sit libere a communitate laicali, vel potius dependenter a directione et auctoritate episcopi.

III. An eidem episcopo jus competat tam faciendi ordinationes pro recta prædictorum locorum administratione, quam approbandi officiales administratores et revisores computorum a communitate electos.

IV. An ad præfatum episcopum pertineat approbare resolutiones, vel ab eadem communitate, vel a suis officialibus captas, tam circa contractus nomine locorum piorum ineundos, quam circa erogationem proventuum in eleemosynas, et usus pios, ac tandem quoad distributionem frumenti personis indigentibus.

Digitized by Google

V. An episcopus possit removere administratores dictorum locorum piorum electos a communitate non idoneos, vel male gerentes administrationem, atque alios per ipsum eligendos eorum loco substituere.

VI. An episcopus possit exigere redditionem rationis a dictis administratoribus independenter a syndicatoribus a communitate electis.

VII. An episcopo privative competat executio sententiæ syndicatoriæ adversus administratores, et inquisitio contra debitores dictorum locorum piorum.

VIII. An sustineantur electiones officialium factæ a communitate ab anno 1751.

IX. An constet de attentatis, et quomodo sint purganda, in casu, etc.

Sac. cong. Concil. die 25 Januarii 1755 respondit: *Ad* I, affirmative; *ad* II, negative *ad primam partem*, affirmative *ad secundam; ad* III, affirmative; *ad* IV, affirmative *ad primam partem*, *in reliquis* negative; *ad* V, affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam; ad* VI, affirmative *una cum syndicatoribus; ad* VII, affirmative; *ad* VIII, affirmative *accedente approbatione episcopi; ad* IX, negative.

Cum autem non placuisset episcopo definito secundæ partis quarti dubii, et petiisset contra eam audiri; reproposita causa sub dubio.

An sit standum, vel recedendum a decisis quoad secundam partem quarti dubii.

Ead. sac. congreg. die 10 Maii respondit: *In decisis salva auctoritate episcopi juxta resolutiones* II *et* III *Dubii*.

310. TUSCULANA, *Juris tumulandi*, in qua ad seq. dubium.

An cadaver Gertrudis de Mattia sepeliendum esset in ecclesia parochiali Sancti Petri, seu potius in altera Sancti Bonaventuræ PP. Minorum Reformatorum, ita ut illis restituendum sit cum emolumentis funerariis, in casu, etc.

Sac. cong. Conc. die 10 Maii 1755 respondit: Negative *ad primam partem*, affirmative *ad secundam*, *et amplius*.

311, 312 et 313. ROMANA, Reductionis legatorum, in qua ad sequentia dubia.

I. An sit locus diminutioni legatorum ratione concordiæ, et expensarum litis; et *quatenus* affirmative,

II. An, et in qua summa legata debeantur in casu, etc,

S. C. C. die 13 Septembr. 1755 respondit: *Ad* I, negative; *ad* II, *provisum in primo*.

Et eadem causa reproposita sub dubio, an sit standum vel recedendum a decisis, in casu, etc. eadem S. C. C. die 6 Decembr. 1755, respondit: *In decisis, et amplius*.

Abbas curatus nequit habitare domum, etiam paternam, quæ sita sit extra fines suæ parochiæ. S. C. C. die 20 Decembr. 1755, in qua ad dubium, an abbati curato Lucernarii liceat habitare in domo paterna sita in regione Civita, in casu. Respondit *negative*. Et eadem causa in pontis Curri Residentiæ reproposita die 7 Februar. 1756, sub dubio, an sit standum, vel recedendum a decisis, in casu. Ead. S. congr. respondit: *In decisis, et amplius, et ad mentem*.

314. BRUGNATEN. *Coadjutoriæ*, in qua ad sequentia dubia.

I. An sit indulgendum coadjuto pro gratia dispensationis a residentia locali, quia in bulla non adest decretum residendi; et *quatenus* negative,

II. An usus domus canonicalis de se indivisibilis debeatur tantum dicto coadjuto residere nunc volenti, et nolenti, quam domum idem coadjutus nec animo nec scripto unquam cessit coadjutori.

III. An coadjuto competat facultative administrare Ecclesiam suam in spiritualibus, ita ut coadjutor nihil agere valeat, nisi eo requisito, et potestate tantum vicaria donec officium coadjutoris duraverit.

IV. An, et quomodo sit providendum in puncto administrationis, etiam in temporalibus, ne bona ecclesiæ ulterioribus detrimentis subjiciantur.

V. An, et quomodo sit providendum coadjuto, ne litigare continuo cogatur alimenta sua in summa 56 ducatorum auri de camera sibi in bulla reservata, addita obligatione camerali, ac fidejussione benevisa pro assecurandis eisdem alimentis, in casu.

S. C. C. die 17 Januar. 1756 respondit: *Ad* I, *non indigere; ad* II, *provisum in primo; ad* III, negative *in casu, de quo agitur; ad* IV *et* V, *pariter utantur jure suo coram suis judicibus, et amplius in omnibus*.

315. NUSCANA, in qua ad seq. dub.

An canonici collegiatæ ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Piano oppidi Montellæ Nuscanæ diœcesis teneantur unam tantum Missam pro populo diebus festis celebrare, seu potius tot Missas, quot sunt parochiales ecclesiæ illi unitæ, in casu.

S. C. C. die 17 Januar. 1756 respondit: Affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam*.

316. ALERIEN. *Sepulturæ*, in qua ad seq. dub.

I. An sepulcrum erectum in asserta ecclesia S. Aloysii Gonzagæ oppidi Curtis substineatur in casu, etc.; et *quatenus* affirmative,

II. An dicta concessio sepulcri facta *Andreæ Arrighi pro se, e per li suoi parenti ed eredi*, solos agnatos de familia Arrighi comprehendat, vel potius ad cognatos etiam extendi debeat.

III. An eadem concessio facta etiam pro hæredibus dicti Arrighi solos hæredes habentes juspatronatus dictæ ass. ecclesiæ obtineat, vel potius etiam aliorum consanguineorum, qui non habent juspatronatus dictæ ecclesiæ.

IV. An non facta electione sepulturæ ab iis, quibus dictum jus sepulturæ competere potest, cadavera eorum tumulanda sint in dicta asserta ecclesia, seu potius in ecclesia PP. Minor. Observantium.

V. An, et cui competat jus celebrandi exsequias, aliasque functiones funebres in dicta asserta ecclesia S. Aloysii.

VI. An, et cui et pro rata competant emolumenta funeralia.

VII. An locus sit exhumationi cadaverum in dicta ecclesia Sancti Aloysii sepultorum, ac restitutioni emolumentorum, in casu, etc.

S. C. C. die 17 Januar. 1756 respondit: *Ad* I, affirmative, *et amplius; ad* II, *comprehendi etiam cognatos in casu electionis, et amplius; ad* III, affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam, et amplius; ad* IV, *provisum in secundo, et amplius; ad* V, *competere parocho, et amplius*; *ad* VI, *competere omnia parocho*; *ad* VII, negative *ad primam partem, et quoad secundam* affirmative *pro quarta funerali*.

317. AUXIMANA, *applicationis Missæ*, in qua ad seq. dubium.

An Patres conventuales S. Francisci terræ Montis Philoptrani teneantur saltem imposterum ad applicationem Missæ celebrandæ juxta dispositionem q. Joannis Sancti, in casu, etc. S. congr. C. die 7 Februar. 1756, respondit: Negative. Agebatur enim ibi de solo onere celebrandi Missam de mane ad horam auroræ pro mercenariis, et operariis.

318. CÆSENATEN. *Beneplaciti*, in qua ad seq. dub.

I. An licentia episcopi ad effectum incidendi arbores, de quibus agitur, substineatur absque consensu capituli, in casu, etc; et *quatenus* negative,

II. An sit concedendum beneplacitum apostolicum in casu, etc. S. C. C. die 20 Mart. 1756 respondit: *Ad* I, affirmative; *ad* II, *provisum in primo*.

Digitized by Google

XIII. An, et in quas pœnas incurrerint episcopus, ejusque officiales, in casu, etc.

S. C. C. die 1 Septembris 1742, respondit: *Ad* I, affirmative; *ad* II, affirmative *juxta solitum*; *ad* III, negative *quoad massam communem destinatam pro distributionibus*; *ad* IV, *videatur in casibus particularibus*; *ad* V, *ut ad quartum*; *ad* VI, affirmative *ad primam partem*, *et* negative *ad secundam*; *ad* VII *et* VIII, negative; *ad* IX, affirmative; *ad* X, negative; *ad* XI, *episcopus supplicet in casu indigentiæ*; *ad* XII, *et* XIII, *episcopus sedulo invigilet, ut taxa Innocentiana omnino servetur; et quoad præteritum consulat conscientiæ suæ.*

253 TUDERTINA, *Jurisdictionis*. in qua ad seq. dub.

I. An episcopus habeat jus visitandi ecclesiam Consolationis, tam in iis quæ concernunt cultum divinum quam in iis quæ respiciunt gubernium œconomicum, ita ut rectores, aliique administratores dictæ ecclesiæ teneantur eidem rationem reddere.

II. An idem episcopus habeat jus visitandi hospitale dictæ ecclesiæ, et respective exigendi redditionem rationis ab illius administratoribus.

III. An prædicti rectores, et administratores subjaceant Extravag. *Ambitiosæ*, *de Rebus eccles. non alien.* quoad alienationes bonorum, tam non subjectorum, quam subjectorum oneribus Missarum ex testatorum voluntate, non obstante asserto privilegio, et *quatenus* affirmative.

IV. An alienationes hucusque factæ sine beneplacito Apostolico teneantur, in casu, etc.

S. C. C. die 22 Septembris 1742 respondit: *Ad* I, affirmat. *quoad ea quæ concernunt cultum divinum; in reliquis* negative; *ad* II, *ut in primo*, *reservato jure episcopo incumbendi exsecutioni piarum dispositionum*; *ad* III, affirmative *quoad bona subjecta oneribus Missarum tantum*; *ad* IV, *provisum in tertio*.

254. LYCIEN. *Clausuræ*, in qua ad seq. dub.

I. An episcopus visitans clausuram Monialium regularibus subjectarum ingredi possit cum pluviali et stola.

II. An episcopo visitare volenti clausuram dictorum monasteriorum, Moniales teneantur erigere in ecclesia exteriori, vel interiori, sedem cum baldachino, vel solummodo sufficiat illi stratum præparare in utraque ecclesia.

III. An episcopum dictorum monasteriorum clausuram visitare volentem teneantur Moniales omnes excipere processionaliter cum cruce, et cantico *Benedictus*.

IV. An prior provincialis possit ad formam constitutionis Alexandri VII clausuram interiorem visitare, septa monasteriorum Monialium suæ curæ subjectarum ingrediendo absque ulla licentia episcopi, et *quatenus* affirmative.

V. An episcopus saltem debeat certiorari de die et hora talis visitationis, et a quo.

VI. An prior provincialis pro visitatione clausuræ interioris possit in convisitatorem assumere Patrem vicarium earumdem Monialium, vel quemlibet alium fratrem sui ordinis maturæ ætatis absque licentia episcopi, vel ejus certioratione.

VII. An idem provincialis visitationem personalem Monialium monasteriorum exemptorum sui ordinis valeat facere ad crates tantum.

VIII. An idem prior provincialis ab episcopo impeditus, ne talem visitationem ad crates faciat, eamdem facere possit ad confessionale, vel ad fenestrellam sanctissimæ communionis.

IX. An eamdem visitationem alibi faciens, veluti ad confessionale, vel ad fenestrellam sanctiss. communionis, incidat in pœnas constit. Alex. VII.

X. An episcopus directe, vel indirecte impediens talem visitationem incidat in pœnas constit. Clementinæ *De stat. monachorum*.

XI. An prior conventus S. Joannis de Aymo ordinis Prædicatorum civitatis Lycien, et vicarius ordinarius dictorum monasteriorum absque licentia episcopi locutorium ingredi possit, ibique cum suis Monialibus alloqui, an vero solummodo, quando sic exigat exacta administratio sui officii.

XII. An idem Pater vicarius absque licentia episcopi ingredi possit ad visitandas crates ne Moniales, absque debita licentia clandestine Sæculares et Regulares alloquantur.

XIII. An prior provincialis, vel ejus Pater vicarius dictorum monasteriorum, aut alius quicunque religiosus absque licentia episcopi possit in confessionario extraordinario sedere, ibique Monialium confessiones excipere.

XIV. An in confessionario ordinario, vel extraordinario possit easdem Moniales exhortari, et audire.

XV. An superior regularis vestibus sacris indutus associando puellam habitu ordinis initiandam, absque licentia episcopi possit in atrio clausuræ (quoad omnibus patet) ingredi, ibique puellæ benedictionem dare, an vero sistere debeat in via publica ante januam clausuræ exterioris, *et quatenus* affirmative *ad primam partem*.

XVI. An hoc idem in habitu ordinis agere possit in ingressu, et egressu puellæ tam educandæ, quam ancillæ.

XVII. An salvo jure episcopi una simul cum superiore regulari revidendi computa dictorum monasteriorum possit superior regularis absque licentia episcopi locutorio interesse tempore, quo a factore (qui procurator nuncupatur), coram Monialibus deputatis mensatim recitantur computa in libro majori reportanda.

XVIII. An in quibuscunque contractibus tam activis, quam passivis per notarium in locutorio rogandis (salvo jure episcopi tribuendi licentiam pro rogatione eorumdem) possit superior regularis interesse eisdem contractibus absque licentia episcopi.

XIX. An in absentia superioris regularis confessarius remaneat vicarius dictorum monasteriorum.

S. C. C. die 22 Septembris 1742 respondit: *Ad* I, negative *quoad pluviale*, *et* affirmative *quoad stolam*; *ad* II, *sufficere præparationem strati*; *ad* III, *teneri Moniales excipere episcopum sine processione, cruce, et cantu*; *ad* IV, affirmative *semel tantum in anno ad formam ejusdem constitutionis*; *ad* V, *episcopum certiorandum esse per custodem clausuræ*; *ad* VI, affirmative *servata forma prædictæ constitutionis*; *ad* VII, affirmative, *et ab episcopo non esse impediendum*; *ad* VIII, *provisum in septimo*; *ad* IX, affirmative; *ad* X, *recurrant in casibus particularibus*; *ad* XI, affirmative *in casu tantum, quo ita postulet exacta administratio officii*; *ad* XII, affirmative; *ad* XIII *et* XIV, negative; *ad* XV affirmative *ad primam partem*, *et* negative *ad secundam*; *ad* XVI, *ut ad quintum decimum*; *ad* XVII, XVIII *et* XIX, affirmative, *et amplius in omnibus*.

255. VITERBIEN. in qua ad seq. dub.

I. An canonici secundæ, tertiæ, et quartæ erectionis veniant sub nomine capituli; ita ut una cum archipresbytero, et canonicis primæ erectionis unicum corpus constituant.

II. An canonici secundæ, tertiæ, et quartæ erectionis debeant admitti ad participationem omnium emolumentorum, et distributionum provenientium ab exercitio curæ animarum, et a legatis piis tam Missarum quam anniversariorum relictorum a testatoribus ante erectionem dictorum novorum canonicorum, seu potius participare debeant de relictis tantum post novas erectiones, *et quatenus* negative *ad primam partem*.

III. An iidem canonici novi teneantur interesse choro dum adimplentur onera perpetua spectantia ad antiquos tantum canonicos.

Digitized by Google

IV. An fidem canonici novi participare debeant de legato annuo relicto capitulo ab Olympia Padovani, *et quatenus* negative.

V. An teneantur interesse celebrationi Missæ solemnis, et aliarum functionum, quæ ab eadem testatrice demandantur.

VI. An, et ad quæ onera, et expensas capituli concurrere debeant novi canonici, in casu, etc.

VII. An ab archipresbytero, et a quibusvis canonicis debeatur media annata, in casu, etc.

S. C. C. die 23 Decembris 1742 respondit: *Ad* I. affirmative; *ad* II, negative *ad primam partem, et* affirmative *ad secundam ;*'*ad* III, affirmative; *ad* IV *et* V, affirmative *exceptis tantum oneribus, et expensis concernentibus exercitium curæ animarum, et legata : de quorum emolumentis non participant; ad* VI. VII, dilata.

256. ALEXANEN. *Celebrationis Missarum*, in qua ad seq. dub.

An celebratio Missarum adimplenda per Alexandrum Arcella, et Ignatium Seraphinum in ecclesia parochiali Tiliani, sacerdotibus exteris eisdem benevisis committi valeat, in casu, etc.

S. C. C. die 26 Januarii 1743, respondit : Affirmative, *soluta tamen eleemosyna, juxta decretum episcopi et amplius*.

256 *bis*. PAPIEN. in qua ad seq. dub.

I. An liceat abbatibus Sanctissimi Salvatoris, et Sanctorum Spiritus, et Galli ordinis Casinensis admitti facere puellas in capitulo Monialium monasteriorum SS. Mariæ, et Aureliani, et S. Mariæ Theodatæ pro acceptatione ad habitum, antequam exploretur ab episcopo illarum voluntas, in casu, etc.

II. An abbates prædicti admittere possint easdem puellas in præfatis monasteriis ad finem vestitionis, et ut in eis morentur in habitu sæculari per mensem, vel ad aliud tempus, etiam pro probanda illarum vera vocatione, vel pro quacunque alia causa absque licentia Sedis Apostolicæ, in casu, etc.

III. An abbatibus prædictis liceat absque particulari licentia episcopi in scriptis concedere licentias ingrediendi clausuram dictorum monasteriorum cuivis personæ etiam necessario admittendæ, in casu, etc.

IV. Quot, et quas personas iidem abbates secum assumere debeant occasione eorum ingressus intra septa dictorum monasteriorum pro explenda locali visitatione.

V. An dicti abbates extra casum dictæ localis Visitationis possint ingredi septa monasteriorum, et *quatenus* affirmative.

VI. Quot, et quas personas assumere teneantur in socios.

VII. A quo, vel quibus personis associatus esse debeat confessarius dictarum Monialium in casibus administrandi sacramenta Monialibus infirmis, et commendandi animas, in casu, etc.

VIII. An exceptis dictis casibus administrationis sacramentorum, et commendationis animarum possit dictus confessarius ingredi intra septa dictorum monasteriorum, in casu, etc.

IX. An episcopus possit a Monialibus prædictis exquirere redditiones rationum, in casu, etc.

X. An eisdem Monialibus liceat absque licentia episcopi exponere solemniter in eorum ecclesiis SS. Sacramentum, in casu, etc.

XI. An abbatissæ utriusque monasterii recipere teneantur a ministris curiæ episcopalis edicta, sive mandata, quorum executio a S. Sede specialiter delegatur episcopo, in casu, etc.

XII. An abbates prædicti, inconsulto episcopo, possint concedere licentias tam Sæcularibus, quam Regularibus ipsis benevisis, etiam sint propriæ congregationis, accedendi ad locutoria Monialium dictorum monasteriorum, et *quatenus* affirmative.

XIII. In quibus tantum casibus concedere possint dictas licentias.

XIV. An episcopus valeat supradictas licentias in casu transgressionis, vel abusus revocare, et transgressores quoscunque coercere, et quibus pœnis, in casu, etc.

S. C. C. die 16 Martii 1743 respondit : *Ad* I, negative; *ad* II, *quoad admissionem causa educationis non posse absque licentia Sedis Apostolicæ, quoad reliquos vero casus non posse absque licentia episcopi; ad* III, negative; *ad* IV, V, VI, VII *et* VIII, *servandam esse omnino in omnibus constitutionem Alexandri VII, incipiens* Felici; *ad* IX, affirmative; *ad* X, negative; *ad* XI, affirmative; *ad* XII, negative; *ad* XIII, *provisum in præcedenti; ad* XIV, affirmative *juxta constitutiones Gregorii XV et Alexandri VII, et amplius in omnibus*.

257. TARENTINA, *Beneplaciti Apostolici*, in qua ad seq. dub.

I. An locationes, seu concessiones bonorum, de quibus agitur, valide, et licite fieri possint absque beneplacito apostolico ad vitam canonicorum et portionariorum, et *quatenus* negative.

II. An consulendum sit Sanctissimo pro concessione Brevis, seu Indulti locandi, vel concedendi dicta bona absque beneplacito apostolico, et auctoritate reverendissimi, archiepiscopi, in casu, etc., et *quatenus* negative *ad utrumque*.

III. An locus sit sanctioni locationum, seu concessionum jam factarum absque beneplacito apostolico in casu, etc.

IV. An canonici et portionarii collegiatæ ecclesiæ Terræ Cryptalearum, ob locationes, seu concessiones dictorum bonorum hactenus factas absque beneplacito apostolico incurrerint pœnas Extrav *Ambitiosæ, De rebus ecclesiæ non alien., et quatenus* affirmative.

V. An, et quomodo sint absolvendi a dictis pœnis, in casu, etc.

S. C. C. die 4 Maii 1743 respondit : *Prævia absolutione ad cautelam pro gratia sanationis quoad concessiones hactenus factas : quo vero ad concessiones imposterum faciendas recurrant in casibus particularibus*.

258. VIGLEVANEN. *Funerum*, in qua ad seq. dub.

I. An constet de electione sepulturæ, ita ut sit locus exhumationis cadaveris, et transportationis ejusdem ad ecclesiam S. Bernardini, in casu, etc.

II. Quæ emolumenta debeantur præposito accedenti tam cum clero, quam sine clero pro associatione cadaverum ad dictam ecclesiam S. Bernardini occasione electionis sepulturæ in eadem ecclesia.

III. An occasione associationis dictorum cadaverum ad dictam ecclesiam S. Bernardini, liceat præposito accedenti tam cum clero, quam sine clero ingredi ejusdem januam cum stola, pluviali, et cruce elevata, in casu, etc.

S. C. C. die 18 Maii 1743 respondit : *Ad* I, negative; *ad* II, dilata, *et proponatur auditis parochianis ; ad* III, dilata, *et coadjuventur probationes super consuetudine*.

259. FERETRANA, *Concionatoris*, in qua ad seq. dub.

I. An concionatores etiam nominati per communitatem, tam tempore Adventus, quam Quadragesimæ, teneantur accipere approbationem et litteras ab episcopo pro concionibus habendis, et *quatenus* affirmative.

II. An in hujusmodi litteris patentalibus fieri debeat mentio nominationis.

III. An episcopus legitime instituerit processum ob omissas conciones tempore Adventus præteriti, illumque valeat prosequi usque ad terminationem,

Digitized by Google

utendo censuris, aliisque juris remediis, in casu, etc.

IV. An licite potuerit appellari ad metropolitanum Urbini, et substineantur acta ab eo facta, in casu, etc.

V. An sustineantur censuræ latæ contra Ubaldum Paulini, in casu, etc.

S. C. C. die 3 Augusti 1743 respondit : *Ad* I *et* II, affirmative ; *ad* III *et* IV, *ad mentem ; ad* V, negative, *et amplius*.

260. ALEXANEN. *Funerum*, in qua ad seq. dub.

I An electio sepulturæ facta a fratribus Pisano pro eorum familia in ecclesia Fratrum Prædicatorum Terræ Tricasii sustineatur, ita ut omnia cadavera ejusdem familiæ, nulla alia facta electione sepulturæ, tumulanda sint in dicta ecclesia, soluta parocho portione canonica de jure debita, in casu, etc.

II. An constet de electione sepulturæ Leonardi Pisano in ecclesia parochiali dictæ Terræ, in casu, etc., et *quatenus* negative.

III. An illius cadaver cum emolumentis funerum, soluta parocho dicta portione canonica, restituendum sit ecclesiæ Fratrum Prædicatorum, in casu, etc.

IV. An electio sepulturæ in dicta ecclesia Prædicatorum facta a Jacobo Minerva pro filio impubere sustineatur, ita ut cadavera dictorum impuberum sepulta in relata ecclesia cum emolumentis funerum restituenda sint ecclesiæ parochiali.

V. An electio sepulturæ facta ab Angelo Lezzi pro filia impubere in eadem ecclesia Prædicatorum sustineatur ; ita ut illius cadaver sepultum in ecclesia parochiali sit restituendum dictæ ecclesiæ Prædicatorum.

VI. An electio sepulturæ per actum publicum expleta die 23 Octobris 1729, in ecclesia Fratrum Prædicatorum per sodales oratorii SS. Rosarii in eodem actu contentos, illa ante obitum non revocata, sustineatur.

VII. An electio sep. facta in eadem ecclesia per publicum instrumentum, seu alium actum ab aliis sodalibus dicti oratorii in ipsorum respective receptione, et ante obitum non revocata sustineatur, in casu, etc.

S. C. C. die 3 Augusti 1743 respondit : *Ad* I, negative ; *ad* II, affirmative ; *ad* III, *Satis provisum in antecedentibus ; ad* IV, negative *citra tamen exhumationem cadaverum ; ad* V, negative ; *ad* VI, negative ; *ad* VII, negative, *et amplius in omnibus præterquam quoad* 6.

261. UGENTINA, *Ordinum*, in qua ad seq. dub.

An ordines exorcistatus, et acolythatus, modo, quo supra, suscepti a fratre Bonaventura a Ruffano sint reiterandi, in casu, etc.

S. C. C. die 3 Augusti 1743 respondit : *Prævia pœnitentia salutari imponenda per superiores Ordinis reiterandos esse sub conditione*.

262. FANEN. *Procurationis*, in qua ad seq. dub.

I. An omnes visitationi subjecti, et signanter confraternitates, nec non beneficia simplicia, ac capellas perpetuas possidentes in castro Carticeto teneantur per contributum ad procurationem, in casu, etc.

II. An plebanus, qui sustinuit totum pondus procurationis in retroactis visitationibus , sit proportionaliter reintegrandus ab aliis visitatis, in casu, etc.

S. C. C. die 24 Augusti 1743 respondit : *Ad* I, affirmative ; *ad* II, affirmative *pro procurationibus præstitis ab anno* 1735, *citra*.

263. VITERBIEN. *Capellaniæ*, in qua ad seq. dub.

I. An attenta notabili diminutione hæreditatis fundatricis deveniri debeat ad erectionem capellaniæ cum reductione oneris missarum, et in qua quantitate, et quomodo, in casu, etc.

II. An pro expensis hujus litis, sint erogandi fructus interim decursi capitalis capellaniæ adhuc non erectæ, in casu, etc.

S. C. C. die 11 Januarii 1743 respondit : *Ad* I, affirmative *ad rationem perpetuæ ; ad* II, affirmative, *et ad D. secretarium pro taxatione*.

264. NULLIUS, *seu* NONANTULANA, *jurium parochialium*, in qua ad seq. dub.

I. An oratorium B. M. V. *della Bevilacqua* exsistens intra limites ecclesiæ parochialis S. Jacobi, dicendum sit oratorium publicum, vel privatum ; et *quatenus* affirmative quoad primam partem.

II. An et quibus diebus in dicto oratorio liceat celebrare sacrum per ejus capellanum, vel alios sacerdotes.

III. An, in solemnioribus festivitatibus B. M. V. et aliis diebus festis Missa parochialis celebrari debeat hora competenti, ut post eam possint celebrari Missæ in dicto oratorio.

IV. An capellano et rectori dicti oratorii liceat conciones, seu exhortationes habere ad populum de licentia eminentissimi abbatis, etiam invito parocho.

V. An benedictiones candelarum, cinerum, palmarum et ovorum explere, nec non mulieres ad purificationem post partum recipere.

VI. An in dicto oratorio liceat retinere sedes confessionales pro confessionibus audiendis.

VII. An liceat capellano prædicto Sanctissimæ Eucharistiæ sacramentum ministrare tam inter Missarum celebrationes, quam intervallo Missarum.

VIII. An retinere valeat tabernaculum in altari pro asservando Sanctissimæ Eucharistiæ sacramento duntaxat de mane, et post Missarum celebrationes tabernaculum apertum et vacuum retinere.

IX. An dicto capellano, seu rectori liceat capsulas habere in parietibus oratorii pro eleemosynis recipiendis, vel quæstus peragere per seipsum, et per alios.

X. An oblationes et eleemosynæ, quæ fiunt in dicto oratorio, erogandæ sint in beneficium ejusdem oratorii, vel potius debeantur parocho S. Jacobi.

XI. An administratio earumdem spectet ad capellanum dicti oratorii, seu potius ad parochum.

XII. An de oblationibus prædictis sive per capellanum, sive per parochum reddenda sit ratio Ordinario.

XIII. An in dicto oratorio retineri valeat campanile cum campanis eo modo, quo ad præsens reperitur.

S. C. C. die 28 Junii 1744 respondit : *Ad* I, affirmative *quoad primam partem*, negative *quoad secundam, et amplius ; ad* II, affirmative, *exceptis tantum tribus diebus majoris hebdomadæ, et amplius ; ad* III, affirmative *hora determinata ab eminentissimo abbate, et amplius ; ad* IV, affirmative, *et amplius ; ad* V, negative *in casu, de quo agitur ; ad* VI, negative, *nisi de licentia eminentissimi abbatis ; ad* VII, affirmative *inter Missarum celebrationem, excepta die Paschalis, et amplius ; ad* VIII, negative, *et amplius ; ad* IX, affirmative *de licentia Ordinarii ; ad* X, affirmative *quoad primam partem*, *et* negative *quoad secundam, et amplius ; ad* XI, affirmative *quoad primam partem*, negative *quoad secundam ; ad* XII, affirmative, *et amplius ; ad* XIII, affirmative, *et amplius*.

265. VIGLEVANEN. *Funerum*, in qua ad seq. dub.

I. An sit standum, vel recedendum a decisis quoad electionem sepulturæ, et exhumationem cadaveris, in casu, etc.

II. Quæ emolumenta debeantur præposito accedenti tam cum clero, quam sine clero pro associatione cadaverum ad ecclesiam S. Bernardini, occasione electionis sepulturæ in eadem ecclesia.

III. An occasione associationis dictorum cadave-

rum ad dictam ecclesiam S. Bernardini liceat præposito accedenti tam cum clero, quam sine clero ingredi ejusdem januam cum stola, pluviali, et cruce elevata, in casu, etc.

S. C. C. die 28 Junii 1744 respondit : *Ad* I, *In decisis, et amplius* ; *ad* II, *deberi juxta solitum excepto emolumento pluvialis* ; *ad* III, affirmative.

266. FIRMANA, *Funerum*, in qua ad seq. dub.

An liceat parochis civitatis Firmi occasione tumulationis cadaverum in ecclesia Patrum de Observantia exigere cereum, seu intortitium, tam in die Funeris, quam in diebus sequentibus, et in die Anniversarii, in casu, etc.

S. C. C. die 8 Julii 1744 respondit : Affirmative *quoad diem funeris, et duos sequentes. Quo vero ad Anniversarium coadjuventur probationes*.

267. HORTANA, in qua ad seq. dub.

I. An canonicus parochus ecclesiæ cathedralis Hortanæ teneatur applicare Missam pro populo omnibus diebus festis, vel potius sufficiat Missa conventualis, quæ a capitulo per turnum quotidie applicata fuit, et applicatur pro populo, et *quatenus* affirmative quoad primam partem, et negative quoad secundam.

II. An capitulum ultra Missam conventualem teneatur per turnum omnibus diebus festis applicare aliam Missam pro populo, et *quatenus* negative.

III. An capitulum teneatur præstare canonico parocho eleemosynam pro applicatione Missæ pro populo.

IV. An canonicus parochus teneatur singulis diebus festis sermonem habere ad populum post lectum in Missa evangelium, vel potius servanda sit consuetudo explicandi evangelium post doctrinam Christianam haberi solitam a parocho in ecclesia cathedrali.

V. An servanda sit consuetudo intermittendi doctrinam Christianam mense Octobris, et mense Decembris usque ad diem 13 Januarii, aliisque diebus impeditis, in casu, etc.

S. C. C. die 8 Augusti 1774 respondit : *Ad* I, affirmative *ad primam partem, et* negative *ad secundam* : *ad* II, *provisum in primo* : *ad* III, dilata : *ad* IV, affirmative *ad primam partem, et* negative *ad secundam* : *ad* V, negative.

268. HORTANA, in qua ad seq. dub.

III. An capitulum teneatur præstare canonico parocho eleemosynam pro applicatione Missæ pro populo.

Et an sit standum, vel recedendum a decisis quoad 1, 2, 4 et 5.

S. C. C, die 29 Augusti 1744 respondit : *Ad* III, affirmative, *in reliquis in decisis*.

269. CASTRI MARIS, *Primiceriatus*, in qua ad seq. d.

An liceat moderno canonico theologo ecclesiæ cathedralis castri Maris assequi, et simul retinere dignitatem primiceriatus cum asserta præbenda de jurepatronatu ejusdem capituli, in casu, etc.

S. C. C. die 19 Septembris 1774 respondit negative.

270. LUCANA, in qua ad seq. dub.

I. An satisfecerit orator oneribus beneficii ; de quo agitur celebrando duas Missas qualibet hebdomada, et peragendo festum SS. Fabiani, et Sebastiani quolibet anno, prout anniversarium die sequenti, in casu, etc., et *quatenus* negative.

II. An excusari promereatur orator attenta ejus bona fide, in casu, etc.

III. An, et ad quæ onera teneatur in futurum, in casu, etc.

S. C. C. die 21 Novembris 1744 respondit : *Ad* I, affirmative; *ad* II, *Provisum in primo* ; *ad* III, *Servari solitum*.

271. HORTANA, in qua ad sequens dub.

An sit standum, vel recedendum a decisis quoad 3 dubium in casu, etc.

S. C. C. die 19 Decembris 1744 respondit : *Prævio recessu a decisis* negative.

272. SALAMANTINA, *Erectionis*, in qua ad seq. d.

I. An Patres Minores de Observantia ordinis S. Francisci habeant facultatem erigendi Tertium Ordinem nuncupatum de *Pœnitentia* ejusdem ordinis S. Francisci primative quoad Patres Minores Exalceatos dicti cordinis S. Francisci, in casu, etc.

II. An sit supprimendus Tertius Ordo nuncupatus de *Pœnitentia* S. Francisci erectus a Patribus Minoribus excalceatis ordinis S. Francisci in Villa de Penaranda, in casu, etc.

III. An Tertius Ordo in eadem villa crectus a Patribus Minoribus de Observantia ordinis S. Francisci sit supprimendus, in casu, etc.

S. C. C. die 20 Martii 1745, respondit : *Ad* I, negative, *et amplius* ; *ad* II, negative, *et amplius* ; *ad* III, negative.

273. CIVITATEN. *Indulti*, in qua ad sequens dub.

An coadjutores ecclesiæ cathedralis Civitaten. gaudere valeant indulto vacationis quinquaginta dierum recreationis causa, eo non utentibus coadjutis, in casu, etc.

S. C. C. die 3 Aprilis 1745 respondit : Affirmative.

274. RAVENNATEN. *Altaris*, in qua ad seq. dub.

I. An cessio dominii, et proprietatis altaris sustineatur, in casu, etc.

II. An, et quomodo dictum altare visitari possit ab Ordinario, in casu, etc.

S. C. C. die 29 Maii 1745 respondit : *Ad* I, affirmative *quoad usum et possessionem per modum reintegrationis, et amplius* ; *ad* II, affirmative, *juxta solitum, et amplius*.

275, 276. ALEXANDRINA, *Funerum*, in qua ad seq. dub.

I. An liceat priori vocare ad funera sacerdotes sibi benevisos, seu potius sit servanda conventio inita sub die 25 Septembris 1740, in casu, etc. Et *quatenus* affirmative ad secundam partem.

II. An cerea gestatoria libere pertineat ad capellanos, seu potius liceat priori modum sibi benevisum statuere, concordando cum capellanis, in casu, etc.

III. An decretum vicarii generalis Alexandriæ sit servandum, in casu, etc.

S. C. C. die 28 Augusti 1745 respondit : *Ad* I, negative *quoad primam partem*, affirmative *quoad secundam* ; *ad* II, *partes deveniant ad conventionem juxta concordiam, et interim servetur solitum* ; *ad* III, *provisum in præcedentibus*.

277. AMERINA, *Missæ conventualis*, in qua ad seq. d.

An capitulum, et canonici collegiatæ Luniani teneantur celebrare, et respective applicare Missam conventualem; et quibus diebus, in casu, etc.

S. C. C. die 12 Martii 1746 respondit : *Teneri quotidie, sed attentis peculiaribus facti circumstantiis indulgendum esse pro applicatione omnibus diebus festis de præcepto tantum*.

278, 279, 280. FRISINGEN. in qua ad seq. dub.

I. An abbates monasterii Sanctorum Petri et Pauli Vejaren. primam tonsuram, et minores ordines suis subditis regularibus conferre valeant; *et quatenus* affirmative.

II. An hujusmodi facultas competat antedictis abbatibus absque benedictione episcopali, in casu, etc.

S. C. C. die 17 Septembris 1744, respondit : *Ad* I, negative, *et amplius*, *ad* II, *provisum in primo*.

281. UXENTINA, *Celebrationis Missarum*, in qua tria dubia in disputationem veniunt.

I. An celebratio Missarum relictarum a Josepho Russo, archidiacono Gaballo, et Joanne Dattilo in altari Sanctissimæ Trinitatis, et Beatissimæ

Digitized by Google

Virginis erecto in ecclesia PP. de Observantia Sancti Francisci civitatis Uxenti privative spectet ad dictos Patres: Vel potius sit in arbitrio Annæ Mariæ Gaballo alios deputare sacerdotes, *et quatenus* negative *quoad primam partem*, *et* affirmative *quoad secundam*.

II. An dicti regulares teneantur patientiam præstare, ut in eorum ecclesia sacerdotes sæculares Missas relictas celebrent, *et quatenus* negative.

III. An onera earumdem Missarum sint transferenda ad aliam ecclesiam.

S. C. C. die 13 Januarii 1748 respondit: *Ad* I, affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam in actu de quo agitur, excepto legato archidiaconi Gaballo; ad* II, *teneri quoad legatum archidiaconi Gaballo solutis utensilibus, et non attenta reductione, in reliquis provisum in primo; ad* III, negative.

282. UXENTINA, *Legati*, cujus dubia sunt.

I. An Maria Gaballo teneatur celebrare facere Missas, de quibus agitur, pro anima Victoriæ de Montibus, *et quatenus* affirmative.

II. An sit in arbitrio dictæ Annæ Mariæ committere illarum celebrationem sacerdoti sæculari sibi beneviso, in casu, etc.

S. C. C. die 13 Januarii 1748 respondit: *Ad* I, affirmative; *ad* II, negative.

283. ARIMINEN. Cujus XIV sunt dubia.

I. An episcopo Ariminen. non obstante asserto Brevi san. memor. Innocentii VIII competat jus visitandi monasterium, et Moniales S. Sebastiani quoad clausuram, et explendi alia, de quibus in constitutione *Inscrutabili*, san. mem. Gregor. XV, in casu, etc., *et quatenus* affirmative.

II. An episcopus Ariminen. visitaturus clausuram RR. Monialium monasterii S. Sebastiani civitatis Arimini canonicis regul. subjecti, possit ipsas cogere ad subeundum onus visitationis personalis ad crates collocutorii circa ea, quæ pertinent ad clausuram, in casu, etc.

III. An episcopus in concernentibus clausuræ custodiam possit visitare nedum cratres, et mœnia exteriora monasterii prædictarum Monialium, sed etiam chorum interiorem, dormitorium, cellas omnes inferiores, et superiores, aliaque loca, in casu, etc.

IV. An, et quando puniendæ sint Moniales, vel alii resistentes dictæ visitationi, aut eam impedientes, in casu, etc.

V. An episcopus ejusdem monasterii clausuram visitaturus possit ingredi stola indutus.

VI. An teneantur episcopo ut supra visitandi stratum cum pulvinari parare in ecclesia interiori et exteriori, in casu, etc.

VII. An, et a quibus episcopo accedenti pro eadem visitatione debeantur in ingressu, et egressu ab ecclesia honorificentiæ, et præeminentiæ, actus reverentiales et associatio, in casu, etc.

VIII. An episcopus possit solus cum suis convisitatoribus ingredi, et visitare clausuram dictarum Monialium absque interventu P. abbatis, et confessarii earumdem, sive aliarum regularium ejusdem ordinis, et in casu, etc.

IX. An idem episcopus possit exigere rationem administrationis bonorum prædictarum Monialium ad formam bullæ san. mem. Gregorii XV, incip. *Inscrutabili*, non obstante prætenso ejus non usu; et, an pro hujusmodi effectu debeant asportari libri administrationis, aliæque scripturæ pro rationum revisione necessariæ ad ejus palatium episcopale, vel potius computa revideri debeant ad crates monasterii, in casu, etc., *et quatenus* affirmative.

X. An in eadem redditione rationis intervenire debeant abbas dicti monasterii, aliique Regulares ejus ordinis, in casu, etc.

XI. An prædictis canonicis regularibus in illorum comitiis aut capitulis liceat ultra confessarium Ordinarium deputare alium vice-confessarium ad annum, vel ad aliud certum tempus pro administrando Pœnitentiæ sacramento eisdem Monialibus, quoties ob absentiam, vel infirmitatem confessarii Ordinarii, vel aliam justam causam ita expedire videatur, in casu, etc.

XII. An hujusmodi vice-confessarius debeat pro qualibet vice intra tempus suæ deputationis occurrente approbari ab episcopo, vel potius sufficiat eum semel ab initio approbari, in casu, etc.

XIII. An idem vice-confessarius possit etiam ab abbate, aut ab eorumdem canonicorum regularium capitulis deputari in confessarium extraordinarium prædictarum Monialium ad formam sac. concil. Tridentin. sess. 25, cap. 10, *De Regular.*

XIV. An pro exercendo munere confessarii extraordinarii sufficiat pariter quempiam idoneum a superioribus regularibus deputari, et ab episcopo approbari semel per annum, vel potius requiratur approbatio episcopi pro qualibet vice infra annum occurrente, in casu, etc.

*Sac. cong. Conc.* die 27. Januarii 1748, respondit: *Ad* I *et* II, affirmative, *et amplius; ad* III, affirmative; *ad* IV, affirmative *congruis Juris remediis; ad* V *et* VI, affirmative; *ad* VII, affirmative *quoad confessarium, officiales, aliosque ministros monasterii; ad* VIII, affirmative; *ad* IX, affirmative *ad primam et secundam partem*, negative *ad tertiam; ad* X, affirmative, *et quatenus abbas opportune monitus non comparuerit, sive per se, sive per alium Regularem, revisionem fieri posse a solo episcopo; ad* XI *et* XII, affirmative, *cum approbatione episcopi, ac certiorato episcopo in casu impedimenti, et cum ejusdem licentia; ad* XIII, negative; *ad* XIV, negative *ad primam partem, et* affirmative *ad secundam, et amplius in omnibus*.

284. BURGI SANCTI SEPULCRI, *Reductionis Onerum Missarum*.

Cosmus Rigius capellam fundavit in eccl. PP. Observantium burgi Sancti Sepulchri, eamque dotavit scutis 105, injuncto hæredibus onere solvendi scuta 12, 60 singulis annis pro sacris nonnullis a PP. peragendis. Auctum fuit onus ab Alexandro, et Antonio Rigiis Cosmi hæredibus, illudque impositum FF. quibus cesserunt hortum cum ædicula pro sacrario construendo, solveruntque certam pecuniæ quantitatem, qua organum fuit constructum. PP. publico instrumento sese variis oneribus contra Franciscani instituti præscriptum obstruxerunt, data etiam fide de nunquam procuranda reductione. Conventis stetere FF. ad annum usque 1724, quo Benedicti XIII Indulto, et ministri Generalis præcepto factæ fuerunt in universo ordine reductiones, præsertim onerum illorum, quæ altissimæ paupertati Franciscanæ adversabantur; atque omnes Missas ad rationem manualis, quam dicunt eleemosynæ redactæ fuerunt. Qua de causa Dominicus Rigius hæres Cosmi, Alexandri, et Antonii recursum habuit ad Sac. C. C. proposito dubio: *An reductio, de qua agitur, sustineatur in casu*, Ead. S. C. C. die X Februarii 1748 respondit: dilata *ad sequentem*. Et reproposita causa die 16 Martii 1748, sub eodem dubio, non fuit resoluta. At tandem reproposita 30 Martii ejusdem anni 1748, sub eodem dubio: *An reductio, de qua agitur, sustineatur in casu*, ead. sac. congreg. respondit: Affirmative.

285. COMEN. *Functionem*, in qua ad sequentia dubia.

I. An in festo Titulari ecclesiæ, de qua agitur, aliisque festis Missæ decantari valeant independenter a parocho.

II. An Ven. Sacramentum exponi possit in dicta ecclesia, sola impetrata licentia episcopi, independenter ab eodem parocho.

III. An in supradicta eccles. per sacerdotes ab Ordinario approbatos excipi valeant quocunque tem-

Digitized by Google

pore sacramentales fidelium confessiones independenter a dicto parocho.

IV. An independenter a parocho extra tempus paschale administrari possit in eadem ecclesia Ven. Eucharistiæ Sacramentum.

V. An ibidem de licentia episcopi, et independenter a parocho haberi possint panegyricæ conciones.

VI. An anniversaria, et officia pro def. ad libitum celebrari valeant independenter a parocho in eadem ecclesia.

VII. An, et cui competat jus peragendi exsequias, et officium funebre semper cadaveribus, quæ tumulantur in sepulcro dictæ ecclesiæ.

Sacra cong. Conc. die 16, Maii 1749 respondit: *Ad* I, negative; *ad* II, affirmative; *ad* III, negative; *ad* IV, negative *præterquam in actu celebrationis Missarum: ad* V, *et* VI, affirmative: *ad* VII, *competere parocho.*

286. URBANEN. *Clausuræ*, in qua ad dubium.

An atrium, de quo agitur, sit extra clausuram conventus S. Francisci (Conventualium) civitatis Urbaniæ, ita ut servanda sit prætensa consuetudo immemorabilis super illius libertate, in casu, etc.

Sac. cong. Conc. die 18 Aprilis 1750 respondit: Negative *et amplius.*

287. ALBINGAN. *Processionis, et nullitatis interdicti*, in qua ad seq. dub.

I. An Patres Dominicani, et Patres Capuccini Tabiæ teneantur intervenire ad processionem fieri solitam occasione primi ingressus episcopi, *et quatenus* affirmative.

II. An interdictum sustineatur, in casu, etc.

Sac. cong. Conc. die 10 Julii 1750 respondit: *Ad* I. affirmative *prævia intimatione facienda nomine episcopi: ad* II. *negative, et amplius in omnibus.*

288. TRANEN. *Juris funerandi, et processionis*, in qua ad sequent. dub.

I. An Patres Carmelitæ civitatis Trani occasione associationis cadaverum defunctorum sepeliendorum in eorum ecclesia, teneantur ire ad levandum archipresbyterum curatum ab ecclesia cathedrali unica parochiali, in casu, etc. *et quatenus* affirmative.

II. An liceat nonnullis ex iisdem Patribus non intervenientibus, una cum aliis in ecclesia cathedrali, se immiscere per viam, aut in domo defuncti una cum aliis Regularibus jam processionaliter incedentibus.

III. An post indictam ab archipresbytero horam pro levandis cadaveribus ab eorum respective domibus, elapsa hora exspectationis in dicta ecclesia cathedrali, liceat PP. levare cadavera, illaque deferre ad eorum ecclesiam tumulantem absque interventu archipresbyteri, in casu, etc.

IV. An archipresbyter associando cadavera defunctorum in ecclesia Patrum, iisque intervenientibus, teneatur incedere sub eorum cruce, seu potius dicti Regulares teneantur incedere sub cruce ecclesiæ cathedralis unicæ parochialis, in casu, etc., *et quatenus* affirmative *quoad secundam partem.*

V. An archipresbyter ingredi possit ecclesiam Patrum cum cruce, et stola, et super cadaveribus ibidem tumulandis officium peragere, in casu, etc.

VI. An dum dicitur processio funeris per viam una cum cadavere ad ecclesiam tumulantem dictorum Regularium, præter præintonationem antiphonæ, fieri etiam debeat præintonatio psalmorum ab archipresbytero curato, seu potius a dictis Regularibus, in casu, etc.

VII. An capitulum dictæ ecclesiæ cathedralis unicæ parochialis invitatum ad associationem cadaverum sepeliendorum in ecclesia dictorum Regularium possint illam ingredi cum cruce propria, et stola, ibique officia, aliasque funebres functiones super cadaveribus absolvere, in casu, etc.

VIII. An, et de quibus intortitiis, et candelis, aliisque juribus, et oblationibus funeralibus debeatur ecclesiæ cathedrali unicæ parochiali, vel archipresbytero quarta funeralis occasione tumulationis cadaverum in dicta ecclesia Regularium, in casu, etc.

IX. An iisdem Patribus liceat extra proprium claustrum, et districtum per loca consueta civitatis facere solemnem processionem B. M. V. de Monte Carmelo cum ejusdem simulacro in die ejus festivitatis petita licentia ab archiepiscopo, aut archipresbytero curato, etiam non obtenta, in casu, etc., *et quatenus* affirmative.

X. An sit servandum edictum reverendissimi archiepiscopi die 10 Julii 1749, seu potius liceat dictis Patribus invitare ad eamdem processionem confraternitates laicales degentes extra septa monasterii legitime institutas, nec non devotos sæculares processionaliter incedentes cum cereis accensis sub cruce eorumdem Patrum, in casu, etc.

XI. An Patres Carmelitæ contravenerint eidem edicto emanato, de anno 1749, *et quatenus* affirmative, quibus pœnis sint puniendi, in casu, etc.

Sac. cong. Conc. die 21 Novembris 1750, respondit: *Ad* I, affirmative, *et amplius: ad* II, negative, *et amplius*; *ad* III, affirmative. *et amplius*; *ad* IV, *et* V, *videatur particulariter: ad* VI, affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam, et amplius*; *ad* VII, affirmative, *et amplius*; *ad* VIII, *deberi de omnibus cereis pertinentibus ad ecclesiam tumulantem, et amplius*; *ad* IX, *licentiam esse petendam ab archiepiscopo, cui scribatur juxta mentem, et amplius*; *ad* X, *ad mentem, et scribatur archiepiscopo juxta Instructionem*; *ad* XI, *Patres Paganum, et Penullum teneri ad petendam veniam ab archiepiscopo.*

289. COMEN. *Funerum, et functionum conventualium*, in qua ad seq. dub.

I. An archipresbyter, et omnes presbyteri capituli cleri sæculari Dungi associando cadavera ad ecclesiam PP. Reformatorum teneantur incedere sub illorum cruce, seu potius iidem Reformati sub cruce dicti cleri, vel ambo valeant propriam crucem elevare.

II. An in eadem associatione liceat dictis archipresbytero, et presbyteris cleri sæcularis ingredi dictam ecclesiam PP. Reformatorum cum stola, et cruce elevata, seu potius teneantur ad ejusdem ecclesiæ fores sistere, ubique ultimum vale defuncto dare.

III. An eidem associationi debeant invitari tot presbyteri sæculares, quot vocantur Regulares, vel potius invitato tantum parocho actuali, debeat in reliquis ipsorum funerum pompa ab hæredum arbitrio pendere.

IV. An quotiescunque promiscue invitantur presbyteri sæculares, et regulares, candela, quæ manualiter gestatur, danda presbyteris sæcularibus debeat esse major illa, quæ datur regularibus, vel potius æqualis ponderis, et arbitrio hæredum.

V. An Patres Reformati eidem associationi invitati teneantur accedere ad levandum parochum ab ecclesia parochiali; seu potius debeat dictus parochus pro hujusmodi effectu se conferre privatim ad domum defuncti juxta prætensam consuetudinem.

VI. An cadavera eligentium sepeliri cum habitu S. Francisci Patrum Reformatorum debeant patenter discooperta, ad ecclesiam, et locum sepulturæ deferri, vel potius super iisdem cadaveribus imponendum sit solitum pallium, et tegumentum mortuorum.

VII. An sit solvenda quarta funeralis sepeliendorum in ecclesia Patrum Reformatorum, et de quibus candelis.

VIII. An archipresbyt. et presbyteri cleri sæcularis Dungi prohibere possint Patribus Reformatis celebrare Missas, aliasque conventuales functiones etiam cum præventivo campanarum sonitu peragere ante, vel in actu celebrationis Missæ parochialis, in casu, etc.

*Sac. cong. Conc.* die 19 Decemb. 1750 respondit:

Digitized by Google

*Ad.* I, negative *ad primam. et tertiam partem*, affirmative *ad secundam interveniente Capitulo*; *ad* II, affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam, et amplius*; *ad* III, *et* IV, *arbitrio hæredum, et amplius*; *ad* V, affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam*; *ad* VI, affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam*; *ad* VII, affirmative *ad formam constitutionis Benedictinæ, et amplius*; *ad* VIII, negative.

290,291. NICIEN. *Matrimonii*, in qua cum episcopus die 5 Junii 1750, pronuntiasset, et definitive sententiasset; *Non constare de validitate matrimonii inter D. baronem Cajetanum Tondutum, et D. Rosaliam Ardisonam*, habito recursu a dicta Rosalia ad sac. cong. Concilii, et proposito sequenti dubio.

*An constet de validitate matrimonii, in casu*, etc. Sac. congregatio die 1 Februarii 1751, respondit: Affirmative, *et amplius*. Deinde ad instantiam D. baronis proposito dubio: *An sit standum, vel recedendum a decisis, in casu*, etc. Eadem sac. congreg. die 24 Aprilis 1751, respondit: dilata *ad primam omnino*. Iterum instante D. barone, et proposito eodem dubio: *An sit standum, vel recedendum a decisis in casu*, etc. Sub die 8 Maii 1751, Non fuit talis causa dicta die proposita. Noviter adhuc reproposito eodem dubio; *An sit standum, vel recedendum a decisis in casu*, etc. Eadem sac. congreg. sub die 22 Maii 1751 respondit: *Dilata ad primam*. Reproposito tandem eodem dubio: *An sit standum, vel recedendum a decisis in casu*, etc. Ead. sac. cong. sub die 19 Junii 1751 respondit: *In decisis, et amplius*.

292. NOVARIEN. *Juris visitandi*, in qua ad seq. dub.

I. An actus visitationis exerciti per reverendissimum episcopum Novariensem in ecclesiis, et capellis Sacri Montis Varalli sustineantur, vel potius sint annullandi, in casu, etc., *et quatenus* negative *ad primam partem, et* affirmative *ad secundam*.

II. An, et quomodo imposterum sit providendum, in casu, etc.

Sac. cong. Conc. die 8 Maii 1751 respondit: *Actus visitationis non sustineri; et in reliquis ad eminentissimum præfectum cum sanctissimo juxta mentem*. Sic apud Thesaurum Resolutionum dicti anni, ubi plura videnda ad rem.

293. VASIONEN, in qua ad seq. dub.

I. An reverendissimo Ordinario Vasionen. visitare liceat V. Hospitale pauperum infirmorum dictæ civitatis, et pro recto illius regimine, et circa bonorum administrationem decreta condere, in casu, etc.

II. An dignitatibus, et canonicis ecclesiæ cathedralis Vasionen. duobus ex rectoribus dicti V. hospitalis competat præcedentia respectu rectorum laicorum tam in congregationibus, aliisque functionibus dicti hospitalis, quam in subscriptione resolutionum, et mandatorum administrationem bonorum respicientium, in casu, etc.

III. An singulis rectoribus, sive ecclesiasticis, sive laicis absque aliorum consensu liceat privative munera hospitalis exercere, in casu, etc.

S. C. C. die 19 Junii 1751 respondit: *Ad* I *et* II, affirmative; *ad* III negative.

294. CIVITATIS CASTELANÆ, *Juris concionandi*, in qua ad seq. dub.

An jus deputandi concionatorem in ecclesia collegiata S. Michaelis archangeli Terræ Caprarolæ libere spectet ad communitatem ejusdem Terræ, seu potius ipsa teneatur alternative per turnum eligere Patres Minores Observantes, Carmelitas Excalceatos, et Capuccinos, in casu, etc.

S. C. C. die 19 Junii 1751 respondit: Negative *ad primam partem*; affirmative *ad secundam, et amplius*. Sic apud Thesaurum resolutionum dict. anni, ubi plura ad rem.

295. BONONIEN. *Funerum*, in qua ad seq. dub.

An in associando cadavera sepelienda in ecclesia S. Petri Minorum de Observantia Terræ Centi liceat parocho ingredi cum stola, et cruce elevata; seu potius teneatur ad ejusdem ecclesiæ fores sistere, ibique ultimum vale defuncto dare, in casu, etc.

S. C. C. die 18 Septemb. 1751 respondit: Negative *ad primam partem*, affirmative *ad secundam*.

296. TAURINEN. *Celebrationis Missæ quotidianæ*, in qua ad seq. dub.

I. An celebratio Missæ quotidianæ relictæ a quo Laurentio Galiero spectet privative ad Patres Prædicatores civitatis Cleri, seu potius sit in arbitrio hospitalis majoris dictæ civitatis ejus hæredis testamentarii ad eligendum capellanum ad nutum amovibilem, qui celebret dictam Missam quotidianam ad altare S. Vincentii, solutis tamen utensilibus Patribus Prædicatoribus, *et quatenus* negative *ad primam partem, et* affirmative *ad secundam*.

II. An sit consulendum Sanctissimo pro gratia translationis dictæ Missæ quotidianæ in altare exsisten. in supradicto hospitali majori civitatis Cherii juxta conditiones, *et quatenus* negative.

III. An casu, quo hospitale nolit imposterum eligere capellanum, qui celebret Missam quotidianam in ecclesia PP. Prædicatorum civitatis Cherii pro satisfactione legati relicti a præfato Laurentio Galliero, teneantur PP. Prædicatores dictam Missam quotidianam celebrare ad rationem eleemosynæ manualis; seu potius teneatur dictum hospitale præstare ipsis eleemosynam ad ratam perpetuæ, *et quatenus* affirmative *ad primam partem, et* negative *ad secundam*.

IV. An iidem PP. Prædicatores, attenta eleemosyna ad ratam manualis pro celebratione Missæ quotidianæ sibi ipsis exsoluta usque ab anno 1681, per hospitale, teneantur ad celebrationem Missarum hactenus non celebratarum, ita ut non sustineatur reductio per ipsos facta, in casu, etc.

Sac. cong. Conc. die 20 Maii 1752 respondit: *Ad* I negative *ad primam partem*, affirmative *quoad secundam, et ad mentem, et mens est, quod præferantur Oratores Dominicani in casu, de quo agitur; ad* II, negative; *ad* III, *provisum in primo, et eleemosynam præstandam esse ad formam manualis; ad* IV, affirmative, *et amplius in omnibus*.

297. CASALEN. in qua ad seq. dub.

An sit annuendum petitæ facultati erogandi ex reditibus hæreditatis patriæ juxta indigentias aliam majorem quantitatem usque ad summam sc. 500 ultra sc. 400, jam assignata pro manutentione chori musicalis; in casu, etc.

S. C. C. die 11 Martii 1752 respondit: Affirmative *pro scutis tercentum durante indigentia arbitrio episcopi*. Sic apud Thesaurum Resolutionum dicti anni ubi plura ad rem merito videnda.

298. FULGINATEN. in qua ad seq. dub.

I. An parochus ecclesiæ parochialis S. Mariæ in cœlum Assumptæ collis Campi Rasci teneatur residere diu noctuque in ædibus parochialibus ejusdem ecclesiæ.

II. An possit alternative in Dominicis celebrare Missam aliasque parochiales functiones exercere in ecclesia S. Sebastiani exist. intra limites parochiæ, vel potius teneatur eadem omnia peragere singulis Dominicis, aliisque diebus festivis in ecclesia parochiali.

III. An retinere debeat Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in ecclesia parochiali.

IV. An possit sepelire parochianos in ecclesia S. Sebastiani, vel potius eosdem sepelire teneatur in ecclesia parochiali.

S. C. C. die 19 Augusti 1752 respondit: *Ad* I, affirmative; *ad* II, negative *ad primam partem*, affirmative; *ad secundam*; *ad* III, affirmative; *ad* IV, affirmative *ad primam partem, quoad eligentes tantum*.

Digitized by Google

**299. ALBINGANEN.** *Curæ animarum, et functionum*, in qua ad seq. dub.

I. An, et quomodo ecclesiæ S. Bernardi loci Delii concedenda sit facultas sepeliendi cadavera, et administrandi sacramenta Baptismi, Matrimonii, Pœnitentiæ, Eucharistiæ, etiam tempore paschali, et Extremæ Unctionis.

II. An populo Delii indulgendum sit audire Missam in dicta ecclesia Sancti Bernardi die Paschatis, et sancti Laurentii.

III. An liceat in dicta ecclesia Sancti Bernardi peragere functiones funerales, et alias non parochiales in casu, etc.

S. C. C. die 9 Sept. 1752 respondit : *Ad* I, negative *quoad matrimonia, et implementum præcepti Paschalis, in reliquis* affirmative *salvis juribus parochialibus; ad* II, *satis provisum in decreto episcopi; ad* III, affirmative *salvis emolum. parochialibus.* Ita apud Thesaurum resolutionum dicti anni, ubi adducitur decretum episcopi statuentis inter alia in oratorio, seu ecclesia Sancti Bernardi posse quotidie sacrum fieri exceptis diebus festis Paschatis, et sancti Laurentii titularis parochiæ.

**300. NAULEN.** *Visitationis*, in qua ad seq. dub.

An episcopus visitare possit ecclesiam Sanctæ Mariæ de Ripa, vulgo Sancti Benedicti, in casu, etc.

S. C. C. die 2 Decemb. 1752 respondit: Negative.

**301. CÆSENATEN.** *Capellaniæ*, in qua ad seq. dub.

Clericus capellaniam sibi concessam sub lege donec provisus fuerit de beneficio, tenetur dimittere, si beneficium ecclesiasticum obtinuit; etenim S. C. C. *die* 13 *Januar.* 1753, ad dubium : An sit locus dimissioni capellaniæ in casu, respondit affirmative, *et amplius.*

**302. ASCULANA,** *Processionum*, in qua ad seq. dub.

I. An parochi rurales villæ Aspeluncæ, et villæ Collis valeant processiones peragere in propria cujusque parochia tam die festivitatis SS. Corporis Christi, quam diebus Sancti Marci, et Rogationum, in casu.

II. An iidem parochi teneantur, et cogi possint ad interveniendum iisdem processionibus, quæ in dictis diebus celebrantur in Terra Arquatæ, in casu.

III. An simplices clerici, et sacerdotes villarum Aspeluncæ et Collis teneantur ipsi quoque intervenire dictis processionibus Terræ Arquatæ in casu. S. C. C. die 3 Februarii 1753, respondit : *Ad primum* affirmative; *ad secundum et tertium*, negative.

**303. AUXIMANA,** seu Lauretana, *Funerum* in qua ad seq. dub.

I. An parochi sæculares, vel prætextu funeralis, vel ratione associationis, prætendere possint ab hæredibus defunctorum majus emolumentum, quando cadavera sepeliuntur in ecclesia S. Francisci PP. Reformatorum Terræ Forani, quam accipiant, quando tumulantur in ecclesiis sæcularibus.

II. An parochianis ecclesiæ parochialis Terræ Montis Cassiani diœcesis Lauretanæ liceat sibi eligere sepulturam in eadem ecclesia PP. Reformatorum Forani Territorii Terræ Appiniani Auximanæ diœcesis; et *quatenus* affirmative.

III. An parocho dictæ Terræ Montis Cassiani, ejusque sacristæ præter quartam funeralem ratione prætensi majoris laboris debeatur majus emolumentum, et in qua summa pro associatione cadaveris ad dictorum PP. Reformatorum ecclesiam extra territorium et diœcesim degentium; et *quatenus* negative,

IV. An idem parochus Montis Cassiani teneatur restituere hæredibus quon. Jo. Baptistæ Cherubini portionem in istius funere majorem æquo exactam.

V. An pro translatione cadaveris de uno ad alium locum occasione tumulationis in eadem PP. Reformatorum ecclesia debeatur aliquod emolumentum gabellariis, in casu.

S. C. C. die 24 Martii 1753, respondit : *Ad primum dabitur resolutio in casibus particularibus; ad secundum* affirmative, *et amplius; ad tertium* affirmative *juxta taxam episcopi; ad quartum, satis provisum per episcopum, et amplius; ad quintum* negative.

**304. TOLENTINA,** *Juris sepeliendi*, in qua ad seq. dub.

I. An cadaver sacerdotis Valentini Forconi spectet ad ecclesiam parochialem Sancti Catervi civitatis Tolentini, seu potius ad ecclesiam cathedralem dictæ civitatis; *et quatenus* affirmative ad primam partem, et *negative* ad secundam,

II. An sit locus restitutioni ejusdem cadaveris, nec non omnium emolumentorum occasione funeris a dicta ecclesia cathedrali perceptorum, in casu.

S. C. C. die 11 Augusti 1753, respondit : *Ad* I, affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam; ad* II, affirmative, *et amplius in omnibus.*

**305. CARTHAGINEN.** *Matrimonii*, in qua ad seq. dub.

An validum sit matrimonium contractum coram parocho, qui alterutrum ex contrahentibus identifice et in individuo non cognovit, nec cognoscere potuit, vel propter noctem et obscuritatem loci, vel propter tegumentum quo operiebatur, licet adhibuerit omnem diligentiam ut cognosceret, etiam cum aliquali violentia coram testibus, et quamvis iidem testes ad matrimonium perducti scirent, quis ille esset, et parochus non simultanee, sed successive, et post factam Ordinario relationem ejusdem matrimonii certior, factus fuerit de illius identitate ex subsecuta inquisitione.

S. congr. C. die 22 Sept. 1753 respondit : Affirmative *pro validitate matrimonii, attentis facti circumstantiis in casu, de quo agitur.*

Hinc quoad jam tradita in tomo IV, verb. Impedimenta matrimonii, *art.* 3, *n.* 69 *ad* 80, et *n.* 103, de parocho affectante non audire verba, vel non videre nutus attentantium clandestine contrahere matrimonium, advertendum est, quod illa exceptio, *Nisi affectasset non intelligere*, apposita in decretis ibi allatis intelligenda est de eo casu, ubi parochus qui, si nec vidit, nec intellexit, ipse sibi in causa fuit, ut non videret, nec intelligeret, propterea quod, vel aures sibi obstruxerit, vel faciem velaverit, ne audire, et aspicere cogeretur, sicut colligitur ex Fagnano in *c.* Quoniam, *num.* 25 *De constitut. et in cap.* Quæsitum, *n.* 7 *et* 8 *De pœn. et remiss.* Neque porro æquum est ut ab arbitrio, factoque parochi pendeat, libertatem matrimonii impedire, ut recte docet Benedictus XIV *De synodo diœcesana, lib.* XIII, *c.* 23, *n.* 10 *et* 11, ubi ad litteram subjungit, ut sequitur :

*Ex hactenus dictis recte colligitur prædicta verba,* Nisi affectasset non intelligere, *de eo casu accipienda esse, quo parochus invitus ad matrimonii contractum adhibitus, ideo nec videt, nec percipit, quia data opera neque videre voluit, neque percipere, cum tamen et videre et percipere naturaliter potuisset, eadem ratione, qua testes ad eum ipsum actum adhibiti et vidisse et percipisse fatentur. Celebris fuit anno præterito* 1755, *causa* Carthaginen. matrimonii *in Concilii congregatione agitata, et judicata, in qua agebatur de quodam matrimonio contracto coram parocho domi suæ inopinate deprehenso, qui virum quidem aspexerat, ejusque verba perceperat, feminam vero nec viderat, nec audiverat. Porro, cum ex iis, qui controversiæ judices sedebant, totidem ex una parte pro matrimonii validitate, totidem vero ex alia pro illius nullitate opinati fuerint, opportunum nobis visum est congregationem ipsam coram nobis indicere; jussis prius theologis aliquot, aliisque juris canonici professoribus sententias suas hac de re scriptis*

*exponere, qui sane, maxima diligentia ac labore collatis inter se tum theologorum et canonistarum placitis, tum decretis ejusdem congregationis, et actis similium causarum, quæ alias coram ipsa agitatæ fuerunt, et ab ea definitæ, in hoc facile convenerunt, ut ad matrimonii validitatem, necessarium omnino esset, contrahentes a parocho videri, eorumque verba mutuum consensum exprimentia ab eodem audiri: eo scilicet principio præ oculis habito, quod si parochus matrimonio interest, tanquam testis ecclesiæ auctorisabilis, nullo modo poterit de matrimonio contracto fidem facere, ubi nec utrumque viderit conjugem, nec utriusque consensum audierit. Sed cum factum ipsum, de quo agebatur, accurate perpensum fuerit, ejusque circumstantiæ omnes diligenter excussæ, manifesto compertum est, quod si parochus mulierem non vidit, ejusque verba non intellexit, hoc ideo evenit, quia ipse obfirmato animo eamdem videre et audire noluit, cum eam facile videre, et audire potuisset, quemadmodum bene viderant, recteque audierant testes ad eum actum adhibiti. Itaque pronuntiatum fuit, nobisque annuentibus sententia prodiit pro matrimonii validitate.* Hæc ille.

306. FERRARIEN. *Jurisdictionis*, in qua ad seq. dub. I. An superioribus regularibus competat ordinaria jurisdictio in spiritualibus et temporalibus super monasteriis SS. Catharinæ martyris, et Senensis; necnon SS. Monicæ, et Rochi, et signanter in procuranda recta administratione bonorum, et redditum dictorum monasteriorum sibi subjectorum, seu potius servanda sit in casibus particularibus prætensa consuetudo, in casu, etc.

II. An vicarii monasteriorum præfatorum instituti per provincialem Lombardiæ, et respective per vicarium generalem congregationis S. Sabinæ, vel illis impeditis, seu absentibus, confessarii eorumdem monasteriorum possint intervenire quibuscunque contractibus ineundis nomine eorum monasteriorum.

III. An iidem vicarii, vel illis absentibus, aut impeditis, confessarii possint ac debeant assistere redditioni rationum, seu revisioni computorum, ut prætenditur facien. de trimestri in trimestre.

IV. An provincialis utriusque Lombardiæ, et P. vicarius generalis Sanctæ Sabinæ, possint et debeant visitare dicta monasteria circa administrationem bonorum et redituum, et sic revidere libros introitus et exitus, ac exigere rationum redditionem a ministris aliisque officialibus eorum monasteriorum.

V. An eminentissimus archiepiscopus possit, irrequisito superiori regulari, exigere et recipere rationum redditionem a dictis monasteriis et officialibus.

VI. An electio cujuscunque novi ministri et syndici in casu obitus, dimissionis officii, vel amotionis, spectet ad priorissam et Moniales, vel potius ad archiepiscopum.

VII. An dimissio officiorum facienda sit in manibus priorissæ, vel potius in manibus eminentissimi archiepiscopi.

VIII. An facultas removendi dictos officiales et ministros spectet ad priorissam et Moniales, seu potius ad eminentissimum archiepiscopum; et *quatenus* affirmative ad secundam partem 5, 6 et 7 dubii,

IX. An novus minister vel syndicus possint vigore litterarum patentium archiepiscopi contractus inire, aliosque administrationis actus gerere sine mandato procuræ priorissæ, et Monialium; et *quatenus* negative,

X. An priorissa et Moniales possint novo syndico tribuere in mandato procuræ facultates sibi benevisas, ac etiam alios procuratores constituere ad certa negotia.

XI. An quæcunque instrumenta stipulari debeant coram priorissa et Monialibus capitulariter congregatis cum interventu superioris regularis.

XII. An in quibuslibet instrumentis et scripturis, quibus interveniant superior regularis et syndicus, debeat prænominari et prius subscribere ipse superior regularis, seu potius syndicus.

XIII. An archivium cujusque ex dictis monasteriis retineri debeat intra claustra, seu potius extra, id est in collocutorio monialium.

XIV. An omnes libri nuncupati magistrales retineri debeant in archivio, et de trimestri in trimestre tradi ministris pro reportandis partitis introitus et exitus, in casu, etc.

S. C. C. die 28 Sept. 1754, respondit: *Ad* I, affirmative, *quoad primam partem*, negative *ad secundam*; *ad* II, III *et* IV, affirmative; *ad* V, negative; *ad* VI, *erectionem spectare ad priorissam et moniales, cum interventione superioris regularis; ad archiepiscopum vero spectare expeditionem litterarum patentium juxta solitum; ad* VII, affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam; ad* VIII, affirmative *quoad primam partem, quoad secundam servetur Bulla* Inscrutabilis; *ad* IX, negative; *ad* X, affirmative; *ad* XI *et* XIV, affirmative; *ad* XII *et* XIII, affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam.*

307. MONTIS ALTI, in qua ad dubium.

An canonici ecclesiæ cathedralis Montis Alti ultra Horas canonicas teneantur quoque in choro recitare Officium Defunctorum, B. M. Virginis, Psalmos pœnitentiales et graduales diebus in Breviario designatis, sive potius sit servanda consuetudo, in casu, etc.

Sac. cong. Conc. die 28 Septembris 1754, respondit: *Servandam esse consuetudinem. Sic apud Thesaurum resolutionum sacræ congreg. Concil. ejusdem anni. Vide* ibi, *ubi referuntur alia decreta, et multa ad rem.*

REGIEN. *Visitationis*, in qua ad seq. dubia.

308. I. An liceat reverendissimo episcopo Regiensi visitare ecclesiam PP. Minorum Sancti Francisci conventualium Terræ Saxoli; et *quatenus* negative.

II. An actus visitationis novissime per dictum reverendissimum episcopum expleti in eadem ecclesia sint annullandi, et circumscribendi.

III. An dictus reverendissimus episcopus potuerit suspendere ab excipiendis sacramentalibus confessionibus P. Magistrum Fantini tunc conventus Sancti Francisci guardianum alias ab eodem episcopo approbatum.

IV. An et quomodo sit providendum quoad peculium anno 1635 ordinatum a Julio Costa, in casu, etc.

Sac. cong. Conc. die 14 Decemb. 1754, respondit: *Ad* I, negative; *ad* II, affirmative; *ad* III, affirmative, *et ad mentem; ad* IV, *episcopus procedat prout de jure, servatis servandis.*

309. MONTIS ALTI, in qua ad seq. dubia.

I. An loca pia Montis Elpari, hospitale scilicet, mons pietatis, et mons frumentarius subsint jurisdictioni, visitationi, correctioni, et reformationi episcopi Montis Alti.

II. An administratio œconomica eorumdem locorum piorum exercenda sit libere a communitate laicali, vel potius dependenter a directione et auctoritate episcopi.

III. An eidem episcopo jus competat tam faciendi ordinationes pro recta prædictorum locorum administratione, quam approbandi officiales administratores et revisores computorum a communitate electos.

IV. An ad præfatum episcopum pertineat approbare resolutiones, vel ab eadem communitate, vel a suis officialibus captas, tam circa contractus nomine locorum piorum ineundos, quam circa erogationem proventuum in eleemosynas, et usus pios, ac tandem quoad distributionem frumenti personis indigentibus.

Digitized by Google

V. An episcopus possit removere administratores dictorum locorum piorum electos a communitate non idoneos, vel male gerentes administrationem, atque alios per ipsum eligendos eorum loco substituere.

VI. An episcopus possit exigere redditionem rationis a dictis administratoribus independenter a syndicatoribus a communitate electis.

VII. An episcopo privative competat executio sententiæ syndicatoriæ adversus administratores, et inquisitio contra debitores dictorum locorum piorum.

VIII. An sustineantur electiones officialium factæ a communitate ab anno 1751.

IX. An constet de attentatis, et quomodo sint purganda, in casu, etc.

Sac. cong. Concil. die 25 Januarii 1755 respondit : *Ad* I, affirmative; *ad* II, negative *ad primam partem*, affirmative *ad secundam; ad* III, affirmative; *ad* IV, affirmative *ad primam partem*, *in reliquis* negative; *ad* V, affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam; ad* VI, affirmative *una cum syndicatoribus; ad* VII, affirmative; *ad* VIII, affirmative *accedente approbatione episcopi; ad* IX, negative.

Cum autem non placuisset episcopo definito secundæ partis quarti dubii, et petiisset contra eam audiri; reproposita causa sub dubio.

An sit standum, vel recedendum a decisis quoad secundam partem quarti dubii.

Ead. sac. congreg. die 10 Maii respondit : *In decisis salva auctoritate episcopi juxta resolutiones* II *et* III *Dubii.*

310. TUSCULANA, *Juris tumulandi*, in qua ad seq. dubium.

An cadaver Gertrudis de Mattia sepeliendum esset in ecclesia parochiali Sancti Petri, seu potius in altera Sancti Bonaventuræ PP. Minorum Reformatorum, ita ut illis restituendum sit cum emolumentis funerariis, in casu, etc.

Sac. cong. Conc. die 10 Maii 1755 respondit : Negative *ad primam partem*, affirmative *ad secundam*, *et amplius.*

311, 312 et 313. ROMANA, Reductionis legatorum, in qua ad sequentia dubia.

I. An sit locus diminutioni legatorum ratione concordiæ, et expensarum litis; et *quatenus* affirmative,

II. An, et in qua summa legata debeantur in casu, etc,

S. C. C. die 13 Septembr. 1755 respondit : *Ad* I, negative; *ad* II, *provisum in primo.*

Et eadem causa reproposita sub dubio, an sit standum vel recedendum a decisis, in casu, etc. eadem S. C. C. die 6 Decembr. 1755, respondit : *In decisis, et amplius.*

Abbas curatus nequit habitare domum, etiam paternam, quæ sita sit extra fines suæ parochiæ. S. C. C. die 20 Decembr. 1755, in qua ad dubium, an abbati curato Lucernarii liceat habitare in domo paterna sita in regione Civita, in casu. Respondit *negative.* Et eadem causa in pontis Curri Residentiæ reproposita die 7 Februar. 1756, sub dubio, an sit standum, vel recedendum a decisis, in casu. Ead. S. congr. respondit : *In decisis, et amplius, et ad mentem.*

314. BRUGNATEN. *Coadjutoriæ*, in qua ad sequentia dubia.

I. An sit indulgendum coadjuto pro gratia dispensationis a residentia locali, quia in bulla non adest decretum residendi; et *quatenus* negative,

II. An usus domus canonicalis de se indivisibilis debeatur tantum dicto coadjuto residere nunc volenti, et nolenti, quam domum idem coadjutus nec animo nec scripto unquam cessit coadjutori.

III. An coadjuto competat facultative administrare Ecclesiam suam in spiritualibus, ita ut coadjutor nihil agere valeat, nisi eo requisito, et potestate tantum vicaria donec officium coadjutoris duraverit.

IV. An, et quomodo sit providendum in puncto administrationis, etiam in temporalibus, ne bona ecclesiæ ulterioribus detrimentis subjiciantur.

V. An, et quomodo sit providendum coadjuto, ne litigare continuo cogatur alimenta sua in summa 36 ducatorum auri de camera sibi in bulla reservata, addita obligatione camerali, ac fidejussione benevisa pro assecurandis eisdem alimentis, in casu.

S. C. C. die 17 Januar. 1756 respondit : *Ad* I, *non indigere ; ad* II, *provisum in primo; ad* III, negative *in casu, de quo agitur; ad* IV *et* V, *pariter utantur jure suo coram suis judicibus, et amplius in omnibus.*

315. NUSCANA, in qua ad seq. dub.

An canonici collegiatæ ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Piano oppidi Montellæ Nuscanæ diœcesis teneantur unam tantum Missam pro populo diebus festis celebrare, seu potius tot Missas, quot sunt parochiales ecclesiæ illi unitæ, in casu.

S. C. C. die 17 Januar. 1756 respondit : Affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam.*

316. ALERIEN. *Sepulturæ*, in qua ad seq. dub.

I. An sepulcrum erectum in asserta ecclesia S. Aloysii Gonzagæ oppidi Curtis substineatur in casu, etc.; et *quatenus* affirmative,

II. An dicta concessio sepulcri facta *Andreæ Arrighi pro se, e per li suoi parenti ed eredi*, solos agnatos de familia Arrighi comprehendat, vel potius ad cognatos etiam extendi debeat.

III. An eadem concessio facta etiam pro hæredibus dicti Arrighi solos hæredes habentes juspatronatus dictæ ass. ecclesiæ obtineat, vel potius etiam aliorum consanguineorum, qui non habent juspatronatus dictæ ecclesiæ.

IV. An non facta electione sepulturæ ab iis, quibus dictum jus sepulturæ competere potest, cadavera eorum tumulanda sint in dicta asserta ecclesia, seu potius in ecclesia PP. Minor. Observantium.

V. An, et cui competat jus celebrandi exsequias, aliasque functiones funebres in dicta asserta ecclesia S. Aloysii.

VI. An, et cui et pro rata competant emolumenta funeralia.

VII. An locus sit exhumationi cadaverum in dicta ecclesia Sancti Aloysii sepultorum, ac restitutioni emolumentorum, in casu, etc.

S. C. C. die 17 Januar. 1756 respondit : *Ad* I, affirmative, *et amplius ; ad* II, *comprehendi etiam cognatos in casu electionis, et amplius ; ad* III, affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam, et amplius; ad* IV, *provisum in secundo, et amplius; ad* V, *competere parocho, et amplius*; *ad* VI, *competere omnia parocho*; *ad* VII, negative *ad primam partem, et quoad secundam* affirmative *pro quarta funerali.*

317. AUXIMANA, *applicationis Missæ*, in qua ad seq. dubium.

An Patres conventuales S. Francisci terræ Montis Philoptrani teneantur saltem imposterum ad applicationem Missæ celebrandæ juxta dispositionem q. Joannis Sancti, in casu, etc. S. congr. C. die 7 Februar. 1756, respondit : Negative. Agebatur enim ibi de solo onere celebrandi Missam de mane ad horam auroræ pro mercenariis, et operariis.

318. CÆSENATEN. *Beneplaciti*, in qua ad seq. dub.

I. An licentia episcopi ad effectum incidendi arbores, de quibus agitur, substineatur absque consensu capituli, in casu, etc; et *quatenus* negative,

II. An sit concedendum beneplacitum apostolicum in casu, etc. S. C. C. die 20 Mart. 1756 respondit : *Ad* I, affirmative; *ad* II, *provisum in primo.*

Digitized by Google

Et eadem causa proposita sub dubio : an sit standum, vel recedendum a decisis in casu, etc. Eadem S. congreg. Conc. die 8 Maii 1756 respondit : *In decisis, et amplius.* Agebatur enim ibi de prætenso consensu capituli patroni beneficii pro concedenda licentia incidendi arbores pro reparatione prædiorum dicti beneficii, quæ incisio non excedebat dispositionem canonis *Terrulas* 12, *q.* 2.

319. CASSANEN. *Matricitatis, et præeminentiarum,* in qua ad sequentia dubia.

I. An constet de matricitate ecclesiæ S. Nicolai Terræ Castelucci inferioris supra ecclesiam Sanctæ Margaritæ terræ Castelucci superioris, in casu, etc.

II. An ecclesiæ Sancti Nicolai competat antepulsatio campanarum in die Sabbati Sancti, seu potius sit locus cumulativæ, vel alternativæ.

III. An, et cui ex duobus cleris et rectoribus competat præcedentia in processionibus, aliisque functionibus ecclesiasticis, quæ forte unitim fieri contingant.

IV. An in processione peragenda in die Dominico infra Octavam Corporis Christi in ecclesia Sanctæ Margaritæ delatio Sanctissimi Sacramenti privative spectet ad archipresbyterum Sancti Nicolai, in casu, etc.

V. An substineatur mutatio tituli rectoris, seu cappellani curati Sanctæ Margaritæ in titulum archipresbyteri ejusdem ecclesiæ.

VI. An clero ecclesiæ Sanctæ Margaritæ liceat habere suum proprium cantorem, seu præfectum chori, seu potius cantor Sancti Nicolai debeat regere utrumque chorum, in casu, etc. S. C. C. die 3 Aprilis 1756 respondit : *Ad* I, negative, *et amplius; ad* II, negative *ad primam partem, et esse locum alternativæ, et amplius; ad* III, *competere unicuique rectori præcedentiam in propria parochia, et amplius; ad* IV, negative, *et amplius ; ad* V, affirmative *quoad titulum tantum; ad* VI, affirmative *ad primam partem,* negative *ad secundam.*

320. DERHTONEN. *Irregularitatis,* in qua ad seq. dub.

I. An constet de irregularitate; et *quatenus* affirmative,

II. An sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione, in casu, etc. S. C. C. die 8 Mai 1756 respondit : *Ad* I, affirmative, *et amplius; ad* II, negative.

Agebatur enim ibi de Joanne Baptista Carbono sacerdote homicida Alexandri Repetti, ac prætendente ipsum occidisse pro suæ vitæ tutela, contra relationem episcopi ex processu suo narrantis, ac probantis contrarium.

AMERINA, in qua ad sequentia dub.

321. I. An sacerdos Ignatius Torreti ascriptus servitio parochialis ecclesiæ Alviani, et pro necessitate ejusdem ecclesiæ ad sacros ordines promotus titulo capellaniæ obtentæ in ecclesia Sancti Ignatii Urbis sibi a sacra congregatione perpetuatæ, potuerit contra formam præcepti episcopi ab eadem ecclesia discedere, et valeat hic in Urbe permanere.

II. An, et in pœnas conciliares sibi intimatas inciderit, in casu, etc. S. C. C. die 8 Maii 1756 respondit : *Ad* I, negative *assignata congrua per episcopum; ad* II, *Consulat conscientiæ suæ.*

Et eadem causa reproposita a sacerdote Ignatio sub dubio : An sit standum, vel recedendum a decisis in casu, etc. S. C. C. die 17 Julii 1756 respondit : *In decisis, et amplius.*

322. SALUTIARUM, *Juris visitandi,* in qua ad sequentia dubia.

I. An competat episcopo jus visitandi ecclesiam, seu cappellam Sancti Antonii de Padua Carmagnoliæ, in casu, etc.

II. An substineatur interdictum.

S. C. C. die 7 Augusti 1756 respondit : Negative *ad utrumque.* Agebatur ibi de prætensione episcopi visitandi cappellam sancto Antonio de Padua dedicatam a PP. Minoribus de Observantia, et sitam extra claustra, et districtum conventus; cui visitationi resistentes religiosi ob sua privilegia, episcopus eam capellam publice interdictam declaravit.

323. ARIMINEN. in qua ad sequentia dubia.

I. An episcopus possit privative, seu cumulative, visitare dicta duo oratoria, eorumque altaria, et omnia adnexa.

II. An Pat. Guardianus Minorum conventualium possit assistere, uti præses, congregationi prædictæ Societatis, et duo suffragia habere in scrutiniis; et *quatenus* affirmative,

III. An hoc idem liceat reverendissimo episcopo, ejusque vicario generali, vel alteri eorum nomine.

IV. An liceat PP. Minoribus conventualibus aggregatis dictæ societati interesse congregationibus, ac ibi habere vocem activam et passivam.

V. An dicta societas sancti Josephi subjecta sit episcopi jurisdictioni, ita ut teneatur exsequi ejus mandata et decreta, quæ etiam extra Sacram Visitationem edi contigerit pro bono regimine. S. C. C. die 7 Augusti 1756 respondit : *Ad* I, *Visitare posse cumulative quoad ea tantum quæ spectant ad societatem; ad* II, affirmative, *ut unum tantum habeat suffragium ; ad* III, negative ; *ad* IV, affirmative *cum voce activa tantum; ad* V, affirmative *in iis quæ spectant ad Societatem, et amplius in omnibus.* Advertendum quod hæc causa jam proposita fuerat die 22 Novemb. 1755, sub sex dubiis, quorum primum erat : *An solum, in quo ædificata reperiuntur duo oratoria Sanctæ Mariæ de Paradiso, et S. Josephi spectet quoad utile dominium ad societatem S. Josephi, seu potius ad PP. Minores conventuales.* Cui Sac. C. respondit, *spectare ad societatem quoad usum tantum.* Cum autem utraque pars definitionem primi dubii justam agnoverit, fuerunt deinde reproposita reliqua quinque dicta.

324. DERTHUSEN. *Applicationis Missæ pro populo,* in qua ad sequens dubium.

An curati ecclesiæ cathedralis Derthusen. teneantur applicare, et respective canere in Horis matutinis Missam quotidianam pro populo, in casu.

S. cong. Concil. die 7 Augusti 1756 respondit : Affirmative *sine cantu, attentis peculiaribus circumstantiis.* Advertendum hic quod capitulum cathedralis Derthusensis habens curam habitualem totius urbis, censuit vicarios curatos, qui *commensales* nuncupantur, quique actuale ejusdem curæ exercitium habent teneri singulis diebus Sacrum pro populo applicare, idque cum cantu, atque hac de re quædam lata fuerunt capitularia decreta, contra quæ reclamantes curati *commensales* curiam episcopalem adierunt, et a vicario generali Derthusensi ad hanc applicationem quotidianam damnati, fuerunt sub supposito legum fundationis, et ipsis appellantibus ad sacram congregationem, prodiit resolutio, ut supra.

325. FAVENTINA, *Jurium parochialium et præeminentiarum,* in qua ad sequentia dubia.

I. An archipresbyter Sancti Andreæ, cæterique parochi congregationis debeant relative ad sacerdotes simplices invitari ad festivitates, funeralia et anniversaria, quæ celebrantur in ecclesia parochiali S. Joannis evangelistæ Granaroli, et in aliis ecclesiis parochialibus congregationis, in casu, etc.

II. An sit servanda asserta consuetudo ecclesiæ archipresbyteralis Sancti Andreæ, et Sancti Joannis Granaroli quæ unicum retinet concionatorem in Quadragesima, ut in die festivitatis Sancti Josephi, quæ celebratur in dicta ecclesia archipresbyterali, fiat concio in eadem ecclesia exclusive ad aliam Granaroli, ne tollatur populi concursus, in casu, etc.

III. An in die solemnitatis Corporis Christi parochus Granaroli debeat personaliter intervenire un...

Digitized by Google

cum presbyteris et clericis ejus parochiæ processioni, quæ fit in ecclesia archipresbyterali Sancti Andreæ, in casu, etc.; et *quatenus* affirmative.

IV. An ob non interventum dictæ processioni incidat in pœnas in constitutionibus synodalibus transgressoribus inflictas, in casu, etc. Sacra cong. C. die 18 Sept. 1756 respondit : *Ad* I, affirmative, *et amplius; ad* II, *posse concionem fieri in utraque ecclesia horis ab episcopo designandis; ad* III *et* IV, affirmative.

526. ARIMINEN. *Celebrationis Missarum*, in qua ad seq. dub.

I. An Missæ præscriptæ a q. Jo. Antonio Tagliaferri celebrari possint in quacunque ecclesia Societatis Sacrar. Stigmatum Terræ Montiani hæredi institutæ benevisa, seu potius sint celebrandæ in ecclesia PP. Minor. Observ. dictæ Terræ; et *quatenus* affirmative *ad secundam partem*,

II. An dictæ Missæ celebrari possint a presbyteris sæcularibus per dictam societatem eligendis, seu potius celebrari debeant a dictis PP. Minorib. Observ. in casu, etc. Sacra cong. C. die 12 Martii 1757 respondit : *Ad* I, negative *ad primam partem, et* affirmative *ad secundam, et amplius; ad* II, *scribatur episcopo juxta mentem.*

527. FANEN. *Quartæ funeralis*; in qua ad seq. dub.

An quarta funeralis, quando cadavera aliarum parochiarum in cathedrali tumulantur, debeatur quoque ex candelis, quæ in altaribus occasione funeris acc nduntur, in casu, etc. S. C. C. die 17 Sept. 1757 respondit : Affirmative, *et amplius.*

528. MONTIS ALTI. *Visitationis*, in qua ad sequens dubium.

An capella publicorum carcerum civitatis Montis Alti, posita subtus Palatium Apostolicum, præsidis sit subjecta jurisdictioni, et visitationi episcopi ejusdem civitatis, in casu, etc. S. C. C. die 19 Novemb. 1757, respondit : Affirmative.

329. NERITONEN. In qua ad seq. dub.

I. An sustineatur edictum in ea parte, qua sacerdotibus non habentibus curam animarum imponitur onus docendi doctrinam Christianam sub pœna suspensionis, in casu, etc.

II. An sustineatur pœna interdicti in eodem edicto inflicta adversus ecclesias, in quibus contigerit deficere formularium doctrinæ Christianæ, in casu, etc. S. cong. Conc. die 3 Dec. 1757, respondit : *ad* I, affirmative *juxta modum explicandum episcopo; ad* II, negative.

330. AMERINA. *Functionum*, in qua ad seq. dub.

I. An benedictiones, et distributiones ovorum, cinerum, candelarum, et palmarum, etsi non sint de juribus mere parochialibus, expleri tamen possint a Ricceti capellano, etiam cum pulsatione campanæ, sive potius privative spectent ad parochum.

II. An pœna suspensionis sustineatur, in casu, etc.

III. An liceat eidem capellano celebrare Missam in die festo ante parochialem cum explicatione Evangelii, in casu, etc.

IV. An liceat capellano facere solemnem officiaturam cum Missa et ritu solemni, præsertim in die S. Laurentii titularis ecclesiæ, parocho inscio, atque invito. Sacr. congr. Conc die 3 Decemb. 1757 respondit : *ad* I, affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam; ad* II, negative; *ad* III, affirmative, *et quoad exp'icationem Evangelii prævia licentia episcopi; ad* IV, affirmative.

331. MONTIS ALTI. *Visitationis*, in qua ad seq. dub.

An capella publicorum carcerum civitatis Montis Alti posita subtus Palatium Apostolicum præsidis sit subjecta visitationi, et jurisdictioni episcopi ejusdem civitatis, in casu, etc. Sac. cong. Conc. die 19 Nov. 1757 respondit : Affirmative. Et reproposita hac causa, sub dubio : *An sit standum, vel recedendum a decisis, in casu*, etc., eadem sacr. Congreg. die 28 Januarii 1758 respondit : *In decisis, et amplius.*

332. BAREN. In qua ad seq. dub.

Adest in terra Nojæ diœceseos Barensis ecclesia collegiata, de cujus erectione omnia incerta sunt, quod latent in tenebris vetustatis. Capituli caput et prima dignitas est archipresbyter, qui suæ dignitati annexam habeat curam animarum. Et hæc dignitas a S. Sede confertur. Tentarunt pluries canonici et primicerii parochialia jura invadere, sed resistentibus archipresbyteris, destiterunt ab inceptis. Anno 1756 majori conatu causam excitarunt, contendentes, curam nedum habitualem, sed etiam actualem esse penes capitulum. Unde fuerunt in sacra congregatione Concilii die 26 Junii dicto anno 1756 proposita tredecim decidenda sequentia dubia :

I. An cura animarum parochialis et collegiatæ Terræ Nojæ resideat privative tam habitualiter, quam actualiter penes archipresbyterum, seu potius penes capitulum, in casu, etc.

II. An denuntiationes, et publicationes, quæ fiunt inter Missarum solemnia pro contrahendis matrimoniis, promovendis ad sacros ordines, excommunicationibus et indulgentiis, pertineant privative ad archipresbyterum, seu potius constet de contraria consuetudine, favore canonicorum primiceriorum, sitque servanda, in casu, etc.

III. An delatio stolæ in funeribus, et absolutio super cadavera explendæ sint per archipresbyterum, seu potius constet de contraria consuetudine favore canonici confessarii, eaque sit servanda, in casu, etc.

IV. An jus deferendi sacrum viaticum et oleum sanctum infirmis pertineat privative ad archipresbyterum, seu potius constet de contraria consuetudine favore canonici confessarii, qui peccata eorum audiverit, et sit servanda, in casu, etc.

V. An benedictio domorum in die Sabbati Sancti spectet ad archipresbyterum, seu potius constet de contraria consuetudine, sitque servanda, in casu, etc.

VI. An benedictio mulierum post partum privative spectet ad archipresbyterum, seu potius constet de contraria consuetudine favore capituli, sive canonicorum deputandorum, eaque veniat servanda, in casu, etc.

VII. An liceat confessariis canonicis requisitis privative quoad archipresbyterum ministrare independenter sacramentum baptismatis, in casu, etc.

VIII. An in omnibus supradictis actibus, et functionibus, quatenus expleri possint per canonicos, intelligendum sit exclusive et privative quoad ipsum archipresbyterum præsentem, et per se ipsum ministrare volentem, in casu, etc.

IX. An tam supra enuntiati actus, et functiones, quatenus spectent privative ad archipresbyterum, quam aliæ, quæ fiunt in Sabbato Sancto, in Dominica Palmarum, in feria quarta Cinerum, et quinta Cœnæ Domini ac in Purificatione beatæ Mariæ Virginis, eo absente, vel impedito, expleri valeant ab ejus substituto, etiam non canonico, in casu, etc.

X. An emolumenta pro administratione sacramentorum aliarumque functionum ad curam animarum spectantium percipi debeant ab archipresbytero, seu potius constet de contraria consuetudine, eaque sit servanda, in casu, etc.

XI. An claves baptisterii, sacri tabernaculi, et olei sancti sint retinendæ per archipresbyterum, seu potius per sacristam ejusdem ecclesiæ et capituli, in casu, etc.

XII. An subsacristæ in eadem ecclesia eligi valeant quolibet anno absque intelligentia et approbatione archipresbyteri, in casu, etc.

Digitized by Google

XIII. An constet de attentatis, et per quem, et quomodo sint purganda, in casu, etc.

Et sacra congregatio eadem die respondit : *Dilata ad sequentem.* Et reproposita causa sub iisdem tredecim dubiis die 17 Junii ejusdem anni 1756, sacra congregatio respondit : *Dilata ad primam post proximam.* Et iterum proposita die 28 Augusti ejusdem anni sub iisdem tredecim dubiis : sacra congregatio eadem die respondit : *Ad* I *curam habitualem esse penes capitulum, actualem vero penes archypresbyterum* ; *ad* II, affirmative *ad primam partem*, salvo *jure archiepiscopi*, negative *ad secundam ; ad* III, affirmative *ad primam partem ;* negative *ad secundam ; ad* IV, *ut in tertio ; ad* V, affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam ; ad* VI, *servetur solitum ; ad* VII *et* VIII, negative, *ad* IX, *quoad actus, et functiones supra enuntiatas* affirmative, *in reliquis* negative ; *ad* X, dilata, *et coadjuventur probationes ; ad* XI, *claves baptisterii et olei sancti retinendas esse penes archipresbyterum, claves vero sancti tabernaculi penes utrumque ; ad* XII, affirmative ; *ad* XIII, dilata.

Contra hanc definitionem audiri postulavit capitulum, et dubium proposuit, an sit standum, vel recedendum a decisis, in casu, etc.

Et sacra congregatio die 30 Julii 1757 respondit : *Dilata ad sequentem.* Iterum proposito eodem dubio die 20 Augusti 1757, sacra congregatio respondit : *Dilata ad primam post aquas, facta exhibitione interim librorum in partibus, vel præstita patientia pro extractione partitarum per archipresbyterum.* Denuo reproposito eodem dubio die 19 Novembris ejusdem anni 1757, sacra Congregatio respondit : *Dilata ad sequentem.* Iterumque reproposito dubio eodem die 3 Decembris ejusdem anni 1757. *An sit standum, vel recedendum a decisis, in casu,* etc., sac. C. respondit : *Ad* I, II, III, IV, V, VI, VII, VIII, IX, XI *et* XII. *In decisis, et amplius* in omnibus ; *ad* X, affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam ; ad* XIII, *constare de attentatis, et purganda esse per viam nullitatis, et amplius.*

Et tandem reproposita causa die 28 Januarii 1758, specialiter quoad dubium decimum, quod fuerat exceptum in responsione data ab eadem sacra congregatione die 3 Decembris antecedentis anni 1757, adjecta clausula : *Et amplius ;* et exceptum dubium erat ; *An emolumenta pro administratione sacramentorum, aliarumque functionum ad curam animarum spectantium percipi debeant ab archipresbytero, seu potius constet de consuetudine, eaque sit servanda, in casu*, etc. Cuique responsum fuit *affirmative ad primam partem, et negative ad secundam.* Ad sequens propositum ; *An sit standum, vel recedendum a decisis*, quoad X dubium, in casu, etc. Sacra congregatio die 28 Augusti 1758 respondit : *In decisis quoad emolumenta stolæ tantum, et amplius.*

333. BAREN. *Congruæ, et expensarum*, in qua archipresbyter supradictæ collegiatæ Terræ Nojæ duo sequentia proposuit dubia decidenda.

I. An residente cura habituali penes capitulum Terræ Nojæ, archipresbytero, apud quem exsistit cura actualis, debeatur congrua, in qua summa, et ex quibus reditibus, seu potius duplicata, in casu, etc.

II. An expensæ in toto decursu causæ tam factæ, quam faciendæ sint desumendæ a massa capitulari, seu potius erogandæ a canonicis particularibus, in casu, etc.

Et sacra congreg. Concil. die 1 Septembris 1758 respondit *: Dilata ad primam post aquas, etiam unica.* Repropositis postea iisdem dubiis die 24 Novembris ejusdem anni 1758, sacra congregatio respondit : *Dilata ad primam post Reges.* Iterum repropositis iisdem dubiis die 12 Januarii 1760, et die 26 Januarii ejusdem anni 1760, sacra congregatio respondit : *Non proposita cum reliquis.* Ea demum repropositis iisdem dubiis die 9 Februarii ejusdem anni 1760, sacra congregatio respondit : *Ad* I, negative, *et servetur solitum ; ad* II, affirmative *ad primam partem, et* negative *ad secundam.*

334. NULLIUS FORUMPOPILII, in qua ad seq. dub.

An decretum Sac. Visitationis de claudendo januam et fenestram domus laicorum de *Zanlis*, unde aditus et prospectus patet in contigua ecclesia Sanctæ Mariæ ad Nives, sustineatur, in casu, etc. Quod dubium die 28 Jan. 1758, non fuit propositum, ex quo reformandum esset, postea mutatum, et reformatum, ac propositum sub his verbis : An decretum D. visitatoris sustineatur, in casu, etc. S. C. C. die 18 Februarii ejusdem anni 1758 respondit : *Affirmative, et amplius.*

335. FIRMANA, *beneficii*, in qua ad duo seq. dub.

I. *An licuerit Jacobo Balducci fundatori beneficii jurispatronatus dispensare rectores pro tempore a recitatione Officii divini usque ad ætatem annorum* 25 *jam expletam, eisque loco divini Officii onus injungere recitandi Officium Parvum beatissimæ Virginis, et quatenus* affirmative,

II. *An onus hujusmodi expresse injunctum a dicto fundatore rectoribus de familia Laureti primo loco ad beneficium vocatis, censeatur repetitum in rectores de familia Simonetti secundo loco invitatos.*

S. C. C. die 2 Septembris 1758 respondit : Ad I, *affirmative ;* ad II, *negative.*

336, 337, 338. AQUIPENDII. *Expensarum*, in qua ad seq. dub.

An sint reficiendæ expensæ bullarum, et per quem, in casu, etc. S. C. C. die 22 Julii 1758 respondit : *Iterum proponatur.* Iterum propositum idem dubium die 23 Septembris ejusdem anni 1758, S. C. C. respondit : *Reficiendas esse per hæreditatem.*

Pro capellania cum onere Missæ quotidianæ assignanda sunt bona reddentia annua scuta 60 monetæ Romanæ. Sic. S. C. C. in Nicien. *Capellaniæ* die 15 Aprilis 1758, et 12 Augusti ejusdem anni 1758 respondit : *In decisis et amplius.*

Censuras latas ab episcopali curia contra mulierem, quæ intra præfinitum tempus ad obsequia viri non redierat, sustineri, neque ad reparationem thori ob assertas, sed non probatas sævitias fuit locus ; ut censuit sacra cong. Concil. die 2 Decemb. 1758 *in Pientina, separationis tori*, in qua proposito dubio : *An sustineantur censuræ, seu potius sit locus separationi tori in casu*, etc. sacra congregatio respondit : Affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam, et amplius.*

339. NULLIUS S. BENIGNI, *Nullitatis matrimonii.*

Cum secundas nuptias contraxissent bona fide duo vidui, Joseph Barone, et Joanna Catharina Betasta, et post paucos dies rumor ortus fuisset in oppido Montanarii utriusque conjugis patria, eos affinitate conjunctos esse, propterea conjugibus separatis, et civili judicio instructo, ac inde comperto, conjunctos esse in quarto gradu affinitatis, et Josepho Barone volente dispensatione apostolica convalidari matrimonium, obsistente tamen Joanna Catharina, eminentissimus cardinalis delle Lanze abbas summa, qua pollet, juris utriusque peritia, eruditione, et justitiæ integritate, servato plane in omnibus juris ordine, citato, auditoque *defensore matrimonii*, sententiam tulit nullitatis matrimonii contracti, et libertatis utriusque contrahendi alias nuptias. A qua sententia appellavit *defensor matrimonii*, sed inopia contrahentium obstabat, ne prosequeretur appellatio, ac proinde promotor fiscalis curiæ abbatialis, ut exorta scandala removeret, rem egit sumptibus curiæ, obtulitque preces Summo Pontifici, a quo causæ cognitio demandata fuit sacræ congregationi Concil., in qua examinatis examinandis, et audito eminentissimo abbate, proposito dubio : *An constet de nullitate matrimonii in casu*, etc., sacra congregatio die 14 Januarii 1758 respondit : *Dilata, et coadjuventur probationes, et*

Digitized by Google

*extrahantur fides baptismatum et matrimoniorum.* Tandem omnibus adimpletis, sub die 22 Julii ejusdem anni 1758, reproposito eodem dubio, *an constet de nullitate matrimonii, in casu,* etc., sacra congregatio juxta jam latam rectam sententiam a sapientissimo et eruditissimo eminentissimo abbate respondit : Affirmative, *et amplius.*

340, 341. CELSONEN. in qua ad dub.

An liceat Regularibus civitatis Cerraviæ benedicere puerperas ad eorum ecclesias accedentes post partum, seu potius eadem benedictio competat parocho, in casu, etc. S. C. C. die 31 Martii 1759 respondit : Negative *ad primam partem,* affirmative *ad secundam et amplius.*

Adverte tamen, quod resolutio sacræ congreg. cum clausula *in casu,* etc., non potest allegari pro aliis causis, et locis, in quibus ipsæ circumstantiæ non concurrunt, ut recte tradit eruditissimus Pitonius part. IV, discept. 109, num. 8, sic expresse dicens : *Ut in puncto advertit Monacell. in Formular. fori ecclesiast. part.* II, *in epistola ad lectorem, ibi :* Quoties enim sacra congreg. indicat, suum decretum adaptari non posse, nec debere, nisi casui proposito, solet rescribere : Negative, *seu* affirmative *in casu,* etc. Hæc, inquam, sunt illa decreta, quæ allegari non possunt ad decisionem causarum, nisi concurrant ipsæ circumstantiæ, quæ referebantur in casu particulari proposito, nam decisio casus est circumstantiarum, in quibus emanavit; laud. D. Luca *in annotat.* ad concil. discurs. I, n. 11, Pignatell. *consultat.* I, num. 18, tom. I, et ego scripsi *disceptat.* Eccles. L, n. 19, et dixit Rota *in Romana,* Pensionis. 15 Mart. 1694, § *Non potest;* coram eminentiss. Priolo. Sic expresse doctissimus Franciscus Maria Pitonius dict. *p. 4, disceptat.* 109, *n.* 8.

AUXIM *seu* CINGULANA, *cathedratici,* ad dub.

An, quomodo, et in qua summa solvi debeat cathedraticum, et respective sit locus restitutionis, in casu, etc.

S. C. C. die 31 Martii 1759 respondit : Affirmative *in pecunia numerata, et in summa duorum solidorum tantum, nimirum viginti Juliorum; et in reliquis* negative; et reproposita hac causa die 28 Aprilis ejusdem anni 1759, sub dubio : *An sit standum, vel recedendum a decisis,* in casu, etc., sac. cong. respondit : *In decisis et amplius;* et tandem iterum proposita hac causa sub eodem dubio, sac. cong. die 21 Julii ejusdem anni 1759 respondit : *In decisis et amplius.*

342. SENEN. *Celebrationis et applicationis Missæ conventualis,* in qua ad seq. dub.

I. An canonicus jubilatus teneatur celebrare per se ipsum, vel per alium Missam conventualem per turnum, eamque applicare pro benefactoribus, in casu, etc.; et *quatenus* negative,

II. An canonicus jubilatus teneatur contribuere eleemosynæ Missarum conventualium, in casu, etc.,

S. C. die 12 Maii 1759 respondit : Negative *ad utrumque.* Et reproposita hac causa sub dubio : *An sit standum, vel recedendum a decisis in casu,* etc., sac. congr. die 21 Julii ejusdem anni 1759 respondit : *In decisis, et amplius.*

343. Canonicus coadjutor ob adversam temporariam valetudinem non potest ejici a possessione beneficii post mortem coadjuti, imo admittendus est ad residentiam in choro, et participationem fructuum. Sic sacr. congr. Concil. *in Mediolanen. beneficii, seu coadjutoriæ die* 10 *Februarii* 1759.

344. Descendenti a sanguine fundatoris, et patroni in paritate vocum debetur prælatio ad beneficium priusquam extraneo. Sic S. congr. Concil. *in Faventina capellaniæ* 31 *Martii* 1759.

345. Irregularitas, quæ oritur ex infamia patris seu fratris ratione criminis, non contrahitur a filio, seu fratre innocente, ideoque promoveri potest ad sacros ordines. Sic sacr. congreg. C. *in Amerina, seu Interamnen. Ordinationis* 11 *Augusti* 1759.

346. Sodales, seu confratres in functionibus non parochialibus explendis in propriis ecclesiis, seu oratoriis, non tenentur requirere parochum aliosque sacerdotes parochiæ. Unde neque sustinetur interdictio capellæ, seu oratorii ex eo quod dictas functiones expleverant contra jussum episcopi, propositis enim in sacr. C. C. sequentibus tribus dubiis :

I. An interdictio capellæ seu oratorii confraternitatis pœnitentium, vulgo *Burvas,* sustineatur, in casu, etc.

II. An in celebratione Missarum, tam solemnium quam privatarum, in expositione Sanctissimi Sacramenti, benedictionibus, processionibus, aliisque functionibus non parochialibus teneantur confratres adhibere parochum, sive sacerdotes secundarios parochiæ; seu potius functiones prædictas explere valeant per proprios capellanos, irrequisito parocho, in casu, etc.

III. An liceat confratribus sepulturam sibi eligere in dicta capella, jure parochiæ firmo associandi cadavera, et exigendi quartam funeralem, in casu, etc.

Sacr. cong. Conc. *in Apten.* 23 Septembris 1758 respondit : *Dilata ad primam post aquas.* Et repropositis iisdem dubiis die 2 Decembris ejusdem anni 1758, sac. congreg. respondit : *Ad* I, negat.; *ad* II, negat. *ad primam partem,* affirmative *ad secundam; ad* III, affirmative. Et tandem reproposita hac causa die 11 Augusti 1759, sub dubio : *An sit standum vel recedendum a decisis,* die 2 Decembris 1758, in casu, etc., sac. congreg. dicta die 11 Augusti 1759 respondit : *In decisis, et amplius.*

347. AQUEN. *Erectionis capellaniæ.*

Canonicus Carolus Antonius et Constantius Nicolaus fratres Marenchi in testamento, quod simultanee condiderunt 1740, hæredes in usufructu sese ad invicem instituerunt : et electa sepultura apud ecclesiam PP. S. Francisci civitatis Aquensis, mandarunt, post utriusque obitum distrahi movibilia, pretiumque investiri in capitalibus, quorum reditus cum aliis proventibus ex bonis hæreditariis, pergunt : *Si dovra erogare in far celebrare tante Messe, detratti li carachi, è la parte canonica in suffragio della nostr' anima in perpetuo agli altari privilegiati.* Defunctis testatoribus exsecutores anno 1746 supplicarunt san. mem. Benedict. XIV pro erectione perpetuæ capellaniæ unius Missæ quotidianæ ex bonis hæreditariis facienda de ipsorum jurepatronatus, in publico oratorio confraternitatis Sancti Josephi dictæ civitatis. Et remissis precibus ad sac. congregationem Concilii, ipsa audito prius Ordinario, aliisque attentis, tandem die 2 Augusti 1760 ad infrascripta dubia :

I. An sit locus erectioni capellaniæ in ecclesia Sancti Joseph de jure patronatus exsecutorum testamentariorum pro tempore, cum onere Missæ quotidianæ a capellano celebrandæ per se, vel per alium in casu, etc.; et *quatenus* affirmative,

II. An, et quæ onera sint capellano injungenda ultra dictam Missam quotidianam in casu, etc.; et quatenus non sit locus erectioni dictæ capellaniæ,

III. An, et quale stipendium sit assignandum œconomis ab iisdem exsecutoribus testamentariis deputandis in casu, etc., S. C. C. respondit : *Ad* I, negat. *et amplius; ad* II, *provisum in primo; ad* III, affirmative *arbitrio episcopi.*

348. HIERACEN. *Exemptionis,* in qua præmissa eruditissima expositione totius hujus sæpe agitatæ causæ ab illustrissimo et reverendissimo D. Simonetto Moderno sac. congr. Concilii secretario die 6 Decembris 1760, ad sequentia proposita dubia.

I. An exemptiones, quæ competebant monasterio dirupto Vallis viridis Castriveteris ad formam resolutionum sacræ congreg. 1579, 1581 et 1602,

Digitized by Google

competant eidem monasterio noviter constructo in eadem civitate Castriveteris.

II. An sit locus demolitioni ecclesiæ Sancti Felicis pro perficienda clausura monasterii, et respectivæ translationi ejusdem ecclesiæ in alium locum, in casu, etc.

Sacr. congr. Concil. dicta die 6 Septembris 1760 respondit: *Ad* I, affirmative *et amplius; ad* II, affirmat. *et pro exsecutione, ad eminentissimum præfectum ad mentem.*

Et ad uberiorem hujus causæ notitiam dictus D. præstantissimus et doctissimus secretarius refert resolutiones sacræ congreg. habitæ die 26 Januarii 1692, contentas in folio tunc distributo, et hactenus non impresso, quod est, ut sequitur.

Folium, et resolutiones hujus sacræ congregationis anni 1692 circa jurisdictionem episcopi Hieracensis in monasterium Castriveteris.

348 *bis.* HIERACEN *Visitationis.* Intra diœcesim, et in oppido Castriveteris adest monasterium Monialium B. V. M. Vallisviridis subjectæ jurisdictioni priorissæ Messanen. et pro tali a sacra congreg. reputatum anno 1589 in contradictorio judicio inter dictam priorissam et tunc temporis episcopum Hieracensem. Ad visitationem hujus monasterii curavit accedere anno 1690 modernus episcopus, qui, quoad clausuram acta, volens eam perficere quoad singulas Moniales, fuit impeditus; quare præsupposita asserta exemptione, utraque parte citata, ac informante, super infrascriptis dubiis concordatis dignentur EE. VV. respondere.

I. An episcopus visitare possit D. monasterium S. M. di Valverde in concernentibus clausuram.

II. An possit administratores redituum monasterii exempti ad redditionem rationis compellere, non vocatis superioribus monasterii, eosdemque administratores removere, quatenus iidem superiores interpellati id renuant facere.

III. An possit cuique personæ, etiam in primo et secundo gradu conjunctæ inhibere, ne audeat ad monasterium accedere absque illius licentia.

IV. An possit inhibere famulis et famulabus conjunctarum personarum, ne ad dictum monasterium accedant absque licentia episcopi.

V. An medici, chirurgi, aliique ministri necessarii ingredi possint in clausuram cum sola licentia et approbatione delegati, absque licentia vel consensu episcopi.

VI. An præfata licentia sit ad tempus determinatum vel juxta opportunitatem pro unica tantum vice concedenda, et an possit denegari.

VII. An liceat episcopo inhibere, ne in ecclesia dicti monasterii celebrentur plus quam duæ Missæ, etiamsi monasterium teneatur aliquod onus explere, exceptis tamen diebus exsequiarum, et festivitatis titularis monasterii; et sacerdotes debeant specialiter ab episcopo approbari.

VIII. An possit interesse electioni abbatissæ.

IX. An capellani, et confessarii sint a superiore monasterii deputandi, et approbandi ab episcopo.

X. An occurrente obitu alicujus monialis, vel educandæ, possit episcopus prohibere, ne in ecclesia monasterii celebrentur exsequiæ.

XI. An possit impedire celebrationem solemnem festivitatis BB. Petri et Pauli, titularium monasterii.

XII. An in iis, in quibus episcopus potest procedere jurisdictione delegata, sit locus deputationi episcopi viciniοris.

XIII. An delegatus a superiore monasterii possit accedere absque licentia ad dictum monasterium, et an aliis licentiam concedere possit solus, vel unitim cum episcopo.

Die 26 Januarii 1692, sacra, etc., juribus ab utraque parte deductis mature perpensis, respondit: *Ad* I, affirmative; *ad* II, *quoad primum partem* negative, *quo vero ad secundam* affirmative; *ad* III, *censuit, danda esse decreta a S. C. episc. et regul. hac de re edita,* tenoris sequentis *Trani all' Arcivescovo. Non intende la S. C. che negli editi generali, che si publicano circa l'accesso ai parlatorii di monache si comprendano i parenti in primo e secondo grado delle medesime, onde in conformità della mente dell' istessa S. C. non dovrà V. S. proibire alli Petri della chiesa di Nazaret il poter trattar con le monache loro parenti in primo e secondo grado, purche cio non siegua ne' giorni di feste solenni, e ne' tempi proibiti. Tanto ec. Roma* 23 *Marzo* 1662; *ad* IV, itidem danda esse decreta ejusdem S. congreg. episcop. et regul. videlicet, *Citta della Pieve. Non è solito, che le Donne piglino licenza d' andare a' monasterii à parlare alle monache; è quanto agli uomini potrete proibire, che non vi vadano senza vostra licenza, eccettuandone i padri, e fratelli solamente, e farete, che sia osservato per l' avvenire. Estate sano. Roma* 12 *Gennaro* 1604; *ad* V, danda esse decreta in hac ipsa Hieracen. a sac. congeg. Concil. edita de anno 1581 ad IV dubium tenoris sequentis III. *Item se sotto nome di clausura si contiene, che li Medici, Barbieri, ad altre donne, che servono in caso d' infermita, fantesche ordinarie, Garzoni, quali hanno da portar grano, farina, legna, acqua, ed altre cose necessarie, Sartori, Muratori, Falegnami, e Procuratori, possino, o non possino entrare in d. monasterio,* sacra, etc., respondit: *Licentiam ingrediendi monasterium spectare ad superiorem regularem* ex cap. 5, sess. 25, *de Regular.*: ad VI, *danda pariter decreta d. S. C episcop. et Regul.* tenoris sequentis: *Parma Al Vescovo qui in Roma, ed in ogni altro luogo, dove si tiene buona cura de' monasteri delle monache, si suol fare una lista di persone, che sono necessarie, come Fornaro, Muratore, Falegname, Ferraro, Facchini per certe occasioni, oltre il Medico, Cerusico e Barbiere, a' quali per una volta si da licenza per sempre sino a tanto, che non è rivocata, di poter secondo i bisogni entrar nel monastero, per far cio, che occorre di loro mestiere, avvertendo di pigliar persone approvate d' età e costumi buoni; e cosi dovrà fare anche ne' suoi, con proibire insieme, che non entrino altre persone, che quelle, che sono necessarie, che cosi è stato scritto ed ordinato in molti luoghi,* etc., 20 *Novembre* 1584; *ad* VII respondit negative, *et quoad approbationem sacerdotum sæcularium, episcopum uti debere jure suo; ad* VIII, affirmative *juxta formam declarationis post constitutionem Gregorianam, nempe* 5; *an per eamdem constitutionem in illis verbis possit episcopus una cum superioribus regularibus quarumcunque abbatissarum,* etc., *electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere jus abbatissas confirmandi episcopis attributum censeatur.* Sacra, etc., censuit *jus confirmandi abbatissas minime fuisse episcopis per constitutionem attributum; ad* IX, affirmative *quoad deputationem et approbationem confessarii spectare ad episcopum; ad* X et XI, negative; *ad* XII, *deputandum esse episcopum Squillacen. arbitrio sacræ C.; ad* XIII, ut in liv. XLII, decret. pag 45, affirm. *quoad legatum, et quod alios unitim cum episcopo.*

349. DERTHONEN. *Visitationis* in qua ad sequentia dub. quæ die 12 Maii 1759 non fuerunt proposita, sed proposita fuere postea die 30 Junii ejusdem anni 1759, sacr. congr. Concil. respondit: *Dilata cum absolutione ab interdicto usque ad exitum causæ, et ad d. secretarium pro remissoria ad effectum compulsandi jura.* Et reproposita die 22 Septembris 1759, sac. congreg. respondit: *Dilata ad primam post aquas.* Iterum reproposita die 24 ejusdem anni 1759, sacr. congreg. respondit: *Dilata.* Iterumque reproposita die 12 Januarii 1760, et non resoluta, fuerunt tandem proposita die 26 Januarii ejusdem anni 1760, ut infra.

I. An episcopus Derthonensis possit tanquam

Digitized by Google

delegatus apostolicus visitare hospitale Sancti Rochi oppidi Viqueriæ diœcesis Derthonensis, ac etiam Montem Frumentarium et Sodalitium sub invocatione Sanctissimi Nominis Jesu in eodem oratorio erectum, ac etiam capellam Sanctæ Annæ, et integram ecclesiam, seu potius visitatio facta anno 1754, sit circumscribenda in casu, etc.

II. An, Patres Sanctæ Mariæ Pietatis per consensum ab ipsis præstitum dictæ visitationi, et præsertim interdicto lato contra dictam ecclesiam male se gesserint, et qua pœna sint puniendi, in casu, etc.

III. An dicti Patres anno 1497, obreptitie obtinuerint Breve a S. M. Alexandro VI, pro incorporatione dicti hospitalis eorum conventui, et quid sit providendum, in casu, etc.

IV. An sodales dictæ ecclesiæ Sancti Rochi potuerint appellare ad curiam metropolitanam Mediolanen. et acta in ea facta sint circumscribenda, seu potius quomodo sit providendum, in casu, etc.

V. An tam ecclesia et hospitale Sancti Rochi oppidi Viqueriæ, quam sodalitium in dicta ecclesia erectum, ac Mons frumentarius ibidem pariter existens, nec non bona ac reditus eorumdem sint sub cura, protectione et dominio conventus Sanctæ Mariæ Pietatis dicti oppidi, in casu, etc.

VI. An ministerium, quod confratres habent dictorum ecclesiæ, hospitalis. confraternitatis, ac Montis frumentarii, eorumque bonorum ac redituum sit omnino dependens, subordinatum, ac famulativum Patribus dicti conventus, in casu, etc.

VII. An Patres dicti conventus habeant onus manutenendi confratres in dicta ecclesia, eisque ubi libet favendi, nec non eosdem defendendi a quibuscunque etiam ab episcopo Derthonen. præsertim respectu ad litem nunc vigentem super nullitate visitationis ab eodem episcopo peractæ anno 1754, et in casu renitentiæ seu inobservantiæ dicti oneris quomodo sit providendum, in casu, etc.

VIII. An sodales prædicti ceciderint ab administratione hospitalis peregrinorum, et prætensorum bonorum respective ejusdem hospitalitatis, in casu, etc., et *quatenus* negative.

IX. An iidem sodales teneantur hospitalitatem peregrinorum cum omnibus annexis, et necessariis in viridem observantiam revocare, cæteraque contenta in instrumento die 29 Aprilis 1621, adimplere sub pœna caducitatis ipso facto incurrendæ in casu inobservantiæ pactorum, in casu, etc.

X. An dicti Patres teneantur tradere confratribus reditus dicti hospitalis, vel saltem aliquam eorum partem, et quatenus repugnent, quomodo sit providendum in casu, etc.

XI. An dicti Patres ceciderint a legato librarum 9000, ipsis relicto a quodam canonico Antonio Maria Bonamico, ita ut factus sit locus substitutioni favore dicti hospitalis, et dictorum Confratrum ejus administratorum, in casu, etc.

XII. An administratores Montis frumentarii teneantur subministrare triticum iis tantum pauperibus, de quorum paupertate constat ex attestat. Parochi, in casu, etc.

XIII. An in subministratione frumenti recipi possint sodales in fidejussores, in casu, etc.

XIV. An administratores redituum dictorum hospitalis oratorii, ac Montis frumentarii teneantur reddere rationem de administratis priori dicti conventus Sanctæ Mariæ Pietatis, in casu, etc.

XV. An dicti sodales tenere debeant librum peculiarem, in quo adnotetur adimplementum celebrationis Missarum cujusque legati pii, et in casu, etc.

XVI. An, et quam Missarum quantitatem iidem confratres teneantur celebrari facere ratione legati relicti a quodam Carolo Vincentio Salvi, in casu, etc.

XVII. An SS. Peregrinæ, sive consorores nuncupatæ sint eliminandæ a dicta confraternitate, in casu, etc., et *quatenus* negative.

XVIII. An eædem mulieres possint associare cadavera in casu, etc.

XIX. An eleemosynæ manuales Missarum a piis benefactoribus datæ reponi debeant in capsula, et una clavis ejusdem capsulæ retineri debeat a priore conventus ad formam capituli 7 Instrumenti diei 2 Decembris 1577, in casu, etc.

XX. An in oratorio Sancti Rochi admitti possint ad celebrandum tam Sæculares, quam Regulares, absque licentia prioris conventus contra formam c. VIII dicti Instrumenti, in casu, etc.

XXI. An in casu inobservantiæ dicti cap. 8, confratres cadere debeant ab usu dicti oratorii, seu potius alia pœna multandi sint, in casu, etc.

XXII. An eleemosynæ Missarum provisionaliter celebratarum a religiosis conventus Sanctæ Mariæ Pietatis in eorum ecclesia tempore interdicti oratorii sint satisfaciendæ a confratribus, in casu, etc.

XXIII. An constet de validitate interdicti oratorii Sancti Rochi. Et *quatenus* affirmative.

XXIV. An confratres ceciderint in censuras ob assertum spretum dicti interdicti, in casu, etc.

XXV. An sit dicti oratorium absolvendum, in casu, etc.

S. C. C. dicta die 26 Januarii 1760 respondit. *Ad* I, affirmative ad *primam partem*, et negative ad *secundum*, *et amplius; ad* II, negative, *et amplius; ad* III, *utantur jure suo; ad* IV, dilata, *ad* V, affirmative *ad formam conventionum*, *salvo jure episcopi visitandi*, *et revidendi computa; ad* VI, *provisum in quinto; ad* VII, negative *in casu*, *de quo agitur; ad* VIII, negative; *ad* IX, affirmative *ad formam conventionis*, *et sodales cogendos esse juris remediis tantum; ad* X, negative, *donec vires sodalitii sufficiant; ad* XI, dilata, *et coadjuventur probationes; ad* XII. affirmative *ad formam Decreti visitationis; ad* XIII, affirmative, *dummodo sint idonei*, *nec sint actuales administratores; ad* XIV, affirmative *ad formam conventionis, salvo jure episcopi ; ad* XV, affirmative ; *ad* XVI, *teneri ad ratam fructuum coram episcopo liquidandi; ad* XVII, negative; *ad* XVIII, negative *ad formam decreti ; ad* XIX, affirmative; *ad* XX, negative, *et ad mentem ; ad* XXI, negative *ad primam partem, et sodales cogendos esse aliis juris remediis; ad* XXII, affirmative, et *amplius*, *ad* XXIII, negative; *ad* XXIV, negative ; *ad* XXV, *Provisum* in XXIII.

350. SENEN. *Jubilationis*, in qua ad sequentia dubia non resoluta die 12 et 25 Januarii 1760, et reproposita ut hic die 9 Februarii ejusdem anni 1760.

I. An onera capitularia infixa massæ communi distributionum deducenda sint, antequam fiat earum repartitio inter participes, etiam quoad canonicos jubilatos, in casu, etc.

II. An onus eleemosynæ Missæ conventualis sit infixum massæ communi distributionum, in casu, etc. et *quatenus* affirmative.

III. An idem onus eleemosynæ sit deducendum ab eadem massa communi distributionum, antequam fiat earum repartitio, etiam quoad canonicos jubilatos, in casu, etc.

S. C. C. respondit : *Ad* I et II *providebitur in Tertio; ad* III, negative.

351. FERENTINA, in qua ad sequentia dubia.

I. An canonicus Joannes Baptista Petacci teneatur ad interessendum in choro, seu potius permittenda sit tempore divinorum Officiorum ejus interessentia in organo pro servitio ecclesiæ, in casu, etc. et *quatenus* affirmative *quoad primam partem*.

II. An, et quomodo sit cogendus, in casu, etc.

S. C. C. die 7 Junii 1760 respondit. *ad* I, dubium affirmative ad primam partem, et negative ad

Digitized by Google

secundam, et amplius; *ad* II, *esse cogendum aliis pœnis pecuniariis arbitrio Ordinarii.*

Est hic advertendum, quod dictus canonicus pro munere organistæ recipiebat stipendium scutorum 25, prout refertur in expositione dictæ causæ, in qua afferuntur aliæ consimiles decisiones nempe in una Sancti Severini de quodam canonico musico, et organista, in qua ad dubium: *An prædictus canonicus sit punctandus ob ejus a choro absentiam; vel potius interessentia in organis pro servitio ecclesiæ sit reputanda ad affectum percipiendi distributiones.* S. C. C., die 15 Novembris 1559, *censuit gaudere, si stipendium pro musico non recipiat.* Et in Nullius Putignani 6 Maii 1751, *ad* IV, dubium ita conceptum: *An idem abbas possit expunctare tanquam absentes sacerdotes illos, qui tempore divinorum Officiorum, vel confessionali assistunt, vel pulsant organum.* Respondit: *Ad* IV, *pulsantes organum absque stipendio, et audientes confessiones ex deputatione non amittere distributiones.*

352. *Dicta* FERENTINA, in qua ad sequens dub.

An sit standum, vel recedendum a decisis quoad secundum dubium, in casu, etc., die 12 Julii 1760, non proposita et proposita postea die 2, Augusti. S. C. respondit: *In decisis, et amplius.*

353. FAVENTINA, *Præeminentiarum et funerum* in qua ad sequentia dubia.

I. An, capitulo cathedralis interveniente associationi cadaveris, processio funebris convocari et incipere debeat in ecclesia cathedrali, seu potius in propria parochiali defuncti, in casu, etc.

II. An intonatio antiphonæ: *Exsultabunt Domino* antequam defuncti cadaver e domo efferatur, spectet ad primam dignitatem capituli, seu potius ad parochum, in casu, etc.

III. An parocho associanti cadaver defuncti ad ecclesiam cathedralem liceat illam ingredi cum stola, et cruce erecta, in casu, etc.

IV. An constet de attentis, et quomodo sint illa purganda, in casu, etc.

V. An cadaver Cajetani Navarra una cum assertis emolumentis restitui debeat ecclesiæ cathedrali, in casu, etc.

VI. An taxa funerum impressa in ultima synodo sit observanda, in casu, etc.

VII. An ab ecclesia cathedrali habeatur parocho quarta funeralis pro suis parochianis in ea tumulandis, etiamsi canonicis, in casu, etc.

VIII. An capitulo ejusque primæ dignitati competat jus administrandi episcopo ægrotanti sacramenta SS. Eucharistiæ, et Extremæ Unctionis, seu potius an, et in quibus casibus idem jus competat parocho S. Terentii, in casu, etc.

IX. An capitulo in processionibus, quibus intervenit collegium parochorum competat jus erigendi binas cruces, alteram nempe ante mansionarios, et seminaristas alteram vero ante ipsos canonicos, in casu, etc.

X. An in processionibus, quæ fiunt occasione synodi tam capitulum, quam collegium parochorum incedere debeant sub unica cruce totius cleri, seu potius quibus competat jus elevandi propriam crucem, in casu, etc.

XI. An collegium parochorum teneatur interesse processioni, quæ fit in festo S. Marci cum capitulo, et toto clero, in casu, etc.

S. C. C. die 7 Junii 1760, respondit: *Ad* I: iterum proponatur; *ad* II, negative *ad primam partem*, et affirmative ad *secundam; ad* III, affirmative *juxta solitum; ad* IV, affirmative et *esse purganda per viam nullitatis; ad* V, affirmative, *deductis expensis factis per parochum ratione tumulationis in propria ecclesia; ad* VI, *dilata, et episcopus procedat ad revisionem taxæ, auditis interesse habentibus; ad* VII, affirmative; *ad* VIII, *servetur cæremoniale; ad* IX, affirmative, *et amplius; ad* X. affirmative *ad primam partem*, *et elevandam esse unicam tantum crucem cathedralis, et amplius, ad* XI, affirmative, et *amplius.*

354. PINNEN. *Theologalis*, in qua ad seq. dubium.

An, constet de mala relatione examinatorum, et de irrationabili judicio episcopi, ita ut reprobatio sacerdotis de sanctis non sustineatur, in casu, etc., non propositum in congreg. habita die 30 Augusti 1760, sed die 27 Septembris ejusdem anni 1760, S. C. C. respondit: Negative *in omnibus*, et *amplius*. Videatur ibi, ubi sacerdos de sanctis prætendebat, quod scrutinum fuerit peractum de sola scientia; adeoque nullum. Sed revera examinatores de meritis non minus, quam de scientia judicium protulerunt, ut ibi constat, adeoque, etc. Vide etiam ad rem resolutionem in Suessana parochialis 12 Februarii anni 1757, et in Larinen. Concursus 2 Septembris 1758.

355. TRIDENTINA, in qua ad sequentia dubia.

I. An intret arbitrium per aperitionem oris, et *quatenus* affirmative.

II. An Brevia apostolica sint exsequenda.

III. An canonico decano competat jus duplicis voti in capiendis omnibus et singulis resolutionibus capitularibus.

IV. An, et quibus canonicis competat jus detrahendi expensas hujus litis ex massa capitulari, et *quatenus* et negative *quoad canonicos impugnantes exsecutionem recensitorum brevium.*

V. An iidem teneantur reintegrare massam de pecuniis extractis, in casu, etc.

Sacra congreg. Concilii die 14 Februarii 1761, respondit: *ad* I, negative; *ad* II, affirmative; *ad* III, affirmative; *ad* IV, *competere canonicis instantibus pro exsecutione Brevium; ad* V, *teneri canonicos opponentes.*

356. SQUILLACEN. *Celebrationis Missarum, et funtionum conventualium*, in qua ad seq. dub.

I. An religiosi conventuales Bruncaturi moniti ab episcopo debeant se abstinere a celebrandis Missis, aliisque peragendis functionibus cum sonitu campanarum ante Missam parochialem, vel donec illa absolvatur, et *quatenus* affirmative.

II. An, et quomodo sit providendum, quoties ab episcopo moniti non se abstinuerint, in casu, etc.

Sac. congreg. Concil. die 28 Februarii 1761 respondit: *Ad* I, negative; *ad* II, *Provisum in primo.*

357. VIGLEVAN. *Capellaniæ*, in qua ad seq. dub.

I. An sit locus erectioni capellaniæ manualis fundate a sacerdote quodam Joanne Merula in capellaniam ecclesiasticam, et *quatenus* affirmative.

II. An omnes illius reditus sint percipiendi a capellano; seu potius, quæ summa quolibet anno sit investienda, in casu, etc.

S. C. C. die 25 Aprilis 1761 respondit: *Ad* I, negative, et amplius; *ad* II, negative ad primam partem, et affirmative ad secundam ad formam testamenti.

358. PINNEN. *Canonicatus theologalis*, in qua ad seq. dub.

An electio ad canonicatum theologalem fieri possit a capitulo favore sibi magis benevisi inter plures approbatos in concursu; seu potius præelectio et approbatio in eodem concursu, et collatio privative spectet ad episcopum, in casu, etc.

Sac. congreg. Concil. die 25 Aprilis 1761 respondit: *Prælectionem, et collationem spectare ad episcopum; præsentationem vero spectare ad capitulum et amplius.*

359. NULLIUS, seu SUBLACEN. *funerum*, in qua ad seq. dub.

I. An capitulum ecclesiæ collegiatæ et parochialis Sancti Andreæ etiam non invitatum ab hæredibus defunctorum, possit intervenire associationi cadaverum propriorum parochianorum in ecclesia Sancti Francisci sepeliendorum, seu potius soli præposito et parocho liceat intervenire.

II. An dictum capitulum accedens ad funus, sem-

Digitized by Google

per et quandocunque teneatur associare cadaver usque ad januam ecclesiæ Sancti Francisci, seu potius liceat illud associare usque ad ecclesiam Sancti Mariæ ad Nives sitam extra terram Sublaci, commissa ulteriori associatione alteri, ex beneficiatis dictæ collegiatæ, et *quatenus* affirmative ad *secundam partem*.

III. An dicto beneficiato stola induto, et associanti cadaver una cum religiosis ab ecclesia Sanctæ Mariæ ad Nives usque ad januam ecclesiæ Sancti Francisci, solvi debeat singulis canonicis stipendium juliorum duorum: et præposito ac Hebdomadario stipendium juliorum trium.

IV. An capitulo ex voluntate hæredum associante cadaver usque ad januam Sancti Francisci, solvi debeat singulis canonicis stipendium juliorum duorum, et præposito ac hebdomadario stipendium juliorum trium.

V. An iisdem præposito et canonicis in hisce associationibus cadaverum distribui debeant candelæ æqualis ponderis, ac distribuuntur religiosis.

VI. An occasione tumulationis alicujus cadaveris in ecclesia S. Francisci liceat sacristæ collegiatæ, et parochialis ecclesiæ exigere ab hæredibus defunctorum stipendium julii unius, in casu, etc.

Sacra C. C. die 30 Maii 1761 respondit: *Ad* I, affirmative *ad primam partem; ad* II, affirmative *ad primam partem*, negative *ad secundam; ad* III *et* IV, affirmative *juxta solitum*; *ad* V, *non deberi minoris ponderis canonicis*; *ad* VI, affirmative.

360. SQUILLACEN. *Celebrationis missarum, et functionum conventualium*, in qua ad sequens dub.

An sit standum, vel recedendum a decisis, in casu, etc.

Sacra cong. Concil. die 8 Augusti 1761 respondit: *In decisis, et amplius*, uti supra jam decisum fuerat die 28 Februarii.

361. TOLETANA, *Visitationis oratorii*, in qua ad sequentia dubia.

I. An monachis Montis Sion ordinis S. Bernardi extra muros civitatis Toletanæ liceat habere oratorium in domo rurali existente in prædio posito in territorio villæ de Valdepennas.

II. An iisdem monachis liceat in eodem oratorio audire sacramentales confessiones sæcularium servitio monasterii addictorum, aliarumque personarum ad prædictum oratorium accedentium, eisque alia sacramenta ministrare, et *quatenus* affirmative.

III. An confessarius pro recipiendis confessionibus deputandus debeat examinari ab eminentissimo archiepiscopo.

IV. An idem oratorium valeat visitari per eumdem eminentissimum archiepiscopum.

V. An religiosus degens in dicta rurali domo de Valdepennas teneatur exhibere eminentissimo archiepiscopo licentiam sui superioris regularis permanendi extra claustra.

VI. An decretum a visitatore factum substineatur, ita ut sit exsequendum, in casu.

S. C. C. die 29 Augusti 1761 respondit: *Ad* I et II, negative; *ad* III, *provisum in secundo; ad* IV, *provisum in primo; ad* V, negative; *ad* VI, *provisum in antecedentibus*.

362. FIRMANA, *Officiaturæ*, in qua ad sequentia dub.

I. An Patres Minores conventuales oppidi Faleronis vigore instrumenti anni 1693, teneantur applicare Missas cantatas, et *quatenus*. affirmative.

II. An pro Missis cantatis, et non applicatis, sit locus restitutioni pecuniarum, et in qua summa, in casu, etc.

S. C. C. die 21 Novembris 1761 respondit: *Ad* I, affirmative; *ad* II, *ad D. secretarium cum Sanctissimo pro absolutione quoad præteritum*.

363. CASSANEN. *Parochialis*, in qua ad sequens dub.

An constet de irrationabili judicio episcopi, sive de mala relatione examinatorum, in casu, sacra congreg. Concil. die 21 Novembris respondit Negative.

PISAUREN. *Casuum reservatorum*. in qua ad seq. dub.

364. I. An episcopus cogere possit canonicum Pœnitentiarium ad acceptandam delegationem facultatis absolvendi pœnitentes a casibus reservatis, et *quatenus* affirmative.

II. An teneatur episcopus deputare sumptibus propriis alium sacerdotem dicta facultate præditum.

III. An comminatio suspensionis a divinis ipso facto incurrendæ sustineatur.

IV. An tabellæ casuum reservatorum sint moderandæ, in casu, etc.

S. C. C. die 21 Novembris 1761 respondit: *Ad* I, affirmative, *et amplius*, *ad* II, negative, *et ad mentem*; *ad* III, affirmative; *ad* IV, dilata.

365. PISAUREN. *Camerariatus*, in qua ad sequens dub.

An canonicus pœnitentiarius a capitulo eligi possit ad officium camerarii, in casu sacra congreg. Concil. die 21 Novembris 1761 respondit: Affirmative.

# INDEX ALPHABETICUS

## RESOLUTIONUM SACRÆ RITUUM CONGREGATIONIS.

*Numerus indicat seriem cuicunque Decreto præfixam in hac editione; littera D dubia indicat in eo numero resoluta.*

—

### A

*Abbas* benedictus cum birreto, 48. An possit benedicere populum more episcoporum, 104, 368. Præsente Episcopo ubi sedeat, 157, 946. Extra suam Ecclesiam an uti possit insignibus pontificalibus, 1378. Alia, quoad insignia dignitatis 1445, 1446.

*Abbates* Collegiatæ exemptæ quando incensandi post canonicos 31. An pontificalia exercere possint extra propriam ecclesiam 1459. Abbates Casinenses quoad pontificalia et privilegia 404 *et seqq.* Abbates plures in eodem loco quomodo incedere debeant in processionibus, 135. Abbates, pontificaliter induti 945, *et seqq.* Abbates, an sint associandi cum ad pontificalia accedunt, 140. In processionibus, 948. *seqq.*

*Abbatialis* Missa solemnis quoties in anno canenda, quove apparatu, 1447.

Digitized by Google

*Ablutio* in Missis Nativitatis Domini, 762. Presbyterorum ordinandorum, 1247.
*Absolutio* solemnis in Anniversario episcopi 329, in die obitus, *ibid.* Quomodo concludenda super cadaver, 594. In Commemoratione omnium defunctorum, 687.
*Abusus* contra Cæremoniale, Rituale et Rubricas tollendi ab episcopo, 41. Quomodo in processionibus tollendi, 1368. Quando tollendi in ecclesiis, 1518.
*Acolythus* beneficiatus basilicæ Vaticanæ, 1629.
*Æmiliani* (S. Hieron.) Vide *Officium.*
*Agnetis* (S.) Vide *Festum.*
*Agreda. De Agreda* Mariæ. Opus mysticum Civitatis Dei, 1609.
*Alleluia* in expositione et repositione SS. Sacramenti 688, 1497. In antiphonis per annum, 1065. Quando omittendum, 999. In Officio votivo SS. Corporis Christi, 1085. In Officio votivo sanctorum intra tempus paschale, 1274. In Officio parvo B. M. V. temp. pasch., *ibid.* et 1431.
*Almutia* canonicalis supra paramenta an deferenda, 442.
*Aloysius* Gonzaga (S.). Vide *Festum.*
*Altare* cum pradella, 560. Fixum consecratum quomodo exsecretur, 876. Portatile quomodo permissum, et non, 133, 418, 1366. An episcopus possit illud erigere extra suam habitationem, 620. Sub quo sunt sepulta cadavera, an sit consecrandum, 236, 1343. Et an sit in eo Missa celebranda, 1343. An erigendum in cubiculis privatis Regularium, 620. Quot mappis cooperiendum, 133.
*Altare majus;* quando Missæ privatæ in eo prohibitæ, 177.
*Altaria* Beatorum an permissa, 401. Sanctorum prophetarum Veteris Testamenti, 675. Privilegiata, quoad suspensionem indulgentiarum, 1491.
*Andreæ Avellini* (S.) Elogium pro Martyrologio, 1512.
*Angeli*, et archangeli. Vide *Officium.*
*Annæ* (S.). Vide *Festum.*
*Anniversarium* consecrationis episcopi, 818, 866, 1702; Dedicationis Ecclesiæ qua die celebrandum, 426 et in verb. *Dedicatio.* An in oratoriis subjectis faciendum, 870. In ecclesia Capuccinorum de Vilacco quando celebrandum, 1157. Congregationis S. Philippi Nerii Cortonæ, 1176. Sanctorum quo ritu celebranda, 1274. Petri II, regis Portugalliæ, 1304. In ingressu prælati inferioris episcopo, *ibid.*
*Anniversarium* defunctorum. Vide *Defunctorum Missæ.*
*Annuli* usus in Missa quibus vetitum, 493, 1126, 1453. Qualis canonicis concedatur, 443.
*Antiphona : Ecce sacerdos magnus*, in ingressu episcopi quando dicenda, 1148. Quando illa *Istarum est enim*, 520. Ant. *Alma Redemptoris* an protrahenda post diem 2 Februar, 521, 814, 821. Ant. *Ave regina cœlorum*, ibid. et 651, 821. Ant. beatæ Mariæ in fine Officii quando omittenda, 813.
*Antiphonæ* in choro dandæ primæ dignitati post celebrantem, 330, 1475, et post canonicum episcopum, 494. Cum præintonantur, omnes in choro surgere debent, 1354. Ant. ferial. ad Laudes ante Nativitatem D. nunquam omittendæ, *ibid.* et 636. Antiph. Matutini in festo S. Raphaelis archang., 1004. Quando duplicandæ in Officio defunctorum, 1061.
*Apostoli* et evangelistæ sunt ejusdem qualitatis, 464, 832.
*Ara lapidea.* Vide *Altare portatile.*
*Archidiaconus* prout est prima dignitas, 395. Quando thurificandus, 58. Assistens episcopo an intelligatur præsens in choro, 81. Ejus munera, 153, 395, seqq. 483. Ejus præcedentia 266, 293, 396.
*Archidiaconus* Camerinensis, 1509.
*Archiepiscopus*, quoad crucem, 158. Ejus præcedentia, 333. Ante receptionem pallii, 208. Archiepiscopus Granatensis, 338.
*Archipresbyter*, 111, 457. Non habet regimen chori, 43. Postquam resignavit dignitatem, 346. *Archipresbyter* protonotarius, 445.
*Archipresbytero* et canonicis Soræ rescriptum, 1537.
*Aspersio* die Dominico a quo facienda, 259, 309, 503.
*Aspersorium* a quo ministrandum episcopo, 71, 90, 231, 251, 321, 459, 789, 1697. A quo porrigendum cardinali, 252. Quando a religiosis, 301.
*Assistens* canonico celebranti cum pluviali, 4. Assistens episcopo thurificat episcopum ad sedem, 72. Thurificatur et ipse, 74.
*Assistentes* canonico Officium facienti ad Vesperas 88. Assistentes episcopo, quoad munera et præeminentiam, 6, 18, 58, 108, 129, 180, 235, 260, 272, 294, 304, 349, 940. Quoad tumulum, 865. An debeant deponere birretum de capite episcopi, 38, 175, 444.
*Assistentia* duorum canonicorum episcopo præstanda, 52, 66, 94. Episcopo concionanti, 294. Episcopo procedenti ad crucis adorationem, 1710. Episcopo suffraganeo, 32, 710. *et seqq.* Episcopo extra cathedralem, 129, 163, 324. In ordinationibus, 67. In Missis privatis, 341, 1709. Diaconorum erga episcopum, 6, 38, 66, 341, 1205. Eorum habitus, 1204. Assistentia a coadjutis canonicorum dignitatibus quando et a quibus præstanda, 4, 350. Assistentia in choro, et in receptione cinerum candelarum et palmarum quando non attendatur, 20, 81. Ad Missam et Vesperas cum pluviali 1358.
*Associatio* episcopi, quoad canonicos in genere, 23, 99, 253, 395, 848. Quoad archidiaconum, 395. Quoad cappellanos, 935.
*Ave, Maria*, semper dicenda ante concionem, 604.
*Ave, Regina cœlorum.* Vid. *Antiphona.*
*Avenionensis metropolitana*, 926.
*Aurora* pro Missa, 268.

B

*Baculus* et mitra sunt correlativa, 22, 56.
*Baldachinum* prælatorum inferiorum, 1445. An episcopo concedatur, Sacramento exposito, 1127. Suffraganeo non competit, 826. Neque domino loci, 337. *Baldachini* hastæ quomodo deferendæ et a quibus, 10, 191, 1146. Ejus color pro episcopis et cardinalibus, 157. Qualis locus reputetur dignior in iis deferendis, *ibid.*
*Baro*, dominus loci, ubi et a quo thurificandus, 92, 97. An sit ei deferendus in Missa liber osculandus, 1400. An danda ei pax per diaconum, 1403.
*Beati*, nondum canonizati, an fiat de iis Missa et Officium, 347, 452, 1386. Beatorum imagines et privilegia, 276, 319, *seqq.* 452, 1170, 1429, 1430. An reliquiæ ponendæ sub altari, 1381. An eligendi in Patronos, 1081.
*Beatorum processus.* Vid. *Processus.*
*Benedicens* cineres, candelas aut ramos, debet etiam cantare subsequentem Missam, 1465.
*Benedicti (S. P.).* Vide *Officium, Festum, Commemoratio.*
*Benedictio* abbatum supra populum, 104, 190. Benedictio episcopi, 496. Benedictio aquæ in Sabbato sancto, 673, et vide *Sabbatum sanctum.* In benedictione Sanctissimi Sacramenti ante orationem dici non debet *Dominus vobiscum*, 1626, D. 7. Benedictio cum ligno S. Crucis, 1058. Cum reliquiis sanctorum et imaginibus, 705. Candelarum, cinerum, palmarum ubi agenda, et quomodo, 60, 96, 101, 118, 154, 194, 201, 235, 1465, 1471. An sit de jure parochiali, 60, 770. Post Nonam, non vero post Tertiam facienda, 743, 1143. Benedictio mulieris post partum quo jure, 771. Benedictio in-

Digitized by Google

censi in Missa, quomodo petenda per ministrum ab episcopo, 723, 1147. Benedictio an danda a vicario ante evangelium vel concionem, 57. Benedictio, cum ℣ *Sit nomen Domini benedictum*, cui competat, 190. Benedictio paramentorum, 1397. Benedictio octava in Officio Translationis domus Lauretanæ, et exspectationis partus, 1626, D. 8.

*Benedictiones* faciendæ manu extensa, 436, 565. Quæ non sunt de juribus mere parochialibus, 61, 770.

*Beneficiati*, ubi sedeant quando sunt parati, 114. Quo ritu incensandi. Vide *Thurificatio*.

*Birretum*, quoad episcopum, 38, 175, 444, et vid. *Pileolum*. An deferendum ab omnibus in processionibus, 809.

*Breviarii* Romani usus, 85. Semel acceptus confirmatur, *ibid.*

*Bugia*, seu candela, a quo ministranda episcopis, 341, 864. Illa uti non possunt canonici, 725. Non potest esse materia acolythi, 864.

C

*Cadavera* mortuorum sub altari non collocanda, 236. Ecclesiasticorum, quoad vestes, translationem, et expositionem, 1498.

*Cæremoniæ* neque immutandæ, neque inducendæ, 125.

*Cæremoniale* episcoporum an tollat consuetudines, 41. Cæremoniale in regno Castellæ et Legionis, 8. In Calaritana Ecclesia, 226. An semper servandum, 5, 41, 112.

*Cæremoniarum* magister. Vid. *Magister cæremoniarum*.

*Cæsaries* ficta in Missa an permissa, 318.

*Calaritana* Ecclesia quoad cæremoniale. Vide *Cæremoniale episcop.*

*Calix*, quando cooperiendus, 677. Sed in parte anteriori, 679. Nihil super illo ponendum, 764. Reponendus in capsala fer. v in Cœna Domini, 812.

*Campanarum* pulsatio in Sabbato Sancto, 774. In salutatione angelica, 46. In festis translatis, 1477. Quid, si nondum benedictæ, 1402.

*Campanula* in elevatione SS. Sacramenti, 177, 529.

*Candela* an accendenda in administratione sacramenti Confirmationis, 1200. Accensa in processione SS. Sacramenti, 17. Candelæ accensæ in altari ad recitationem Horarum in choro, 1337. Candelarum distributio. Vide *Benedictio*. Vid. *Bugia*.

*Candelabrum* septimum quando ab episcopo adhibendum, 65. An conveniat abbatibus, *ibid.*

*Canon Missæ*, 307, 1138.

*Canonici* diaconi obtinentes præbendas presbyterales, 127. Assistentes episcopo. Vid. *Assistentes*. *Assistentia*. Debent cantare alta voce, 12, 1356, 1416. An deferant cappam in administratione sacramentorum, 219. An debeant assistere in ministerio diaconi et subdiaconi, 655, 953. Etiam præposito Missam solemnem celebranti, 1617. Quando bini exeant de sacristia, 218. Eorum munera erga episcopum, 6, 22, 163, 341, 953, *seqq.* 1205, 1331, 1462, 1634, 1644. Erga suffraganeum, 32, 709, *seq.* quando incensandi. Vid. *Thurificatio*. Quomodo aspergendi die Dominico, 1353. Quo habitu interveniant ad concionem, 763, et ad assistendum episcopo, 1204. Parati præcedunt vicario generali, et e contra, 16, 109, *seqq.* 442. An genuflectant episcopo et altari, 28 137, 1072. Assistentes in solemnitate Missæ cum cappis, seu pluvialibus genu, flectere debent in elevatione sacræ hostiæ, 1616. Canonici cathedralis in collegiatis ecclesiis, 172, 1543. Cathedralis, et collegiatæ simul, 8, 106. 166, 172. Quando induant sacras vestes, 213. Discere debent cantum Gregorianum mandante episcopo, 1416. In processionibus quando capite detecto vel cooperto incedere debeant, 1462.

*Canonici* protonotarii privilegia, 108, 119, 184.

*Canonici* regulares, 223, Ecclesiæ Crimineusis, 1538; Ecclesiæ Placentinæ, 1541; Ecclesiæ Soranæ, 1537; Ecclesiæ Trivicanæ, 1554, 1562; Ecclesiæ Casalensis, 1598.

*Canonicorum* et dignitatum præcedentia, 94, 102, 137, 265, 1412, 1537. Respectu vicarii, vid. *Vicarius*. Sede vacante, 148. Vide *Dignitates*.

*Canonicus* episcopus. Vid. *Episcopus titularis*. Pœnitentiarius, 179, 490. Officium faciens quando nequeat respuere assistentiam clericorum, 88. Debetur ei locus super omnes dignitates, 1405.

*Cantiones* vulgari sermone an habendæ in processionibus, 100.

*Cantor*, dignitas in cathedrali, 115. In regimine chori, 43.

*Canutus* (S.). Vid. *Officium*.

*Capellani* 7. Eorum munera erga episcopum, 35, 1385. Erga canonicos, 956. Monialium, 758, *seq.* 894, 1454, 1463. In ecclesiis regularium, 468, 758. S. Benedicti, 1172. De Massa nuncupati, 934 *seq.* Terræ Xendæ, 267. An teneantur genuflectere episcopo, 936, 1228.

*Capellanus* curatus in funeribus, 355.

*Capitulum* repræsentatur in prima dignitate, 465.

*Cappa* episcopalis, 228, 711. Canonicalis, 35, 219.

*Capuccini*, et alii regulares, quoad usum rubricarum Breviarii ordinis Minorum, 834. Conventus Leodiensis; vide *Officium S. Servitii*. In processionibus, 102, 1414, 1415, 1420.

*Caput* quando aperiendum a celebrante in Missa solemni, 495. Ab episcopo cum cappa, 175, erga concionatorem, 604.

*Cardinalis*, quoad aspersorium, 252. Quoad erectionem altaris in domo, 620.

*Carolus* (S.), vide *Festum*. *Officium*.

*Casinenses* Abbates. Vide *Abbates*.

*Celebrans* qui benedicit cineres. Vid. *Benedictio*, Celebrans in Parasceve, 1438.

*Celebrantes* Missam in alienis ecclesiis quomodo se debeant conformare, 753, *seq.* 1129. Missam novam, 135.

*Celebratio* Missæ in oratoriis privatis. Vide *Oratorium*.

*Cereus* Paschalis quando accendi debeat, 1390. Quando exstingui, 1695, D. 3.

*Ceroferarii* ad evangelium, 306.

*Chori* directio ad quem spectet, 24, 342, 938, *seq.*

*Cineres* benedicendi. Vid. *Benedictio Cinerum*. Debent esse aridi, 1370. Cinerum impositio episcopo ad quem spectet, 154, 203.

*Circuli* ante episcopum, 244, 921.

*Claræ* (S.) Officium, cum Officio Angeli Custodis. Vid. *Officium S. Claræ*.

*Clausula* in Brevibus indulgentiar. 1481.

*Clausura* regularium, quoad processiones, 210, *seq.* 225, 248. Quoad Missam, 1364.

*Claris* hostiæ repositæ in fer. v maj. hebd. non danda laico, 1398.

*Clerici* assistentes, defectu capellanorum, 88. Addicti alicui ecclesiæ quoad officium, 1359, 1360. Ministrantes thuribulum quando debeant genuflectere, 723. Parati thurificantur, 1.

*Clerici* seminarii, quoad locum in processione, 8, 76, 1541.

*Clerus* cathedralis, quoad locum in processionibus, 8, 37, 106, 166. Stat dum ministratur Eucharistia clericis et laicis, 878.

Digitized by Google

*Coadjutor* episcopi, quoad stallum in choro, 189. Quoad Missam, 206, 1391, 1392. Quoad benedictionem populo impertiendam, 1529.
*Coadjutor* canonicorum, coadjutis præsentibus, 271, absentibus, 272. An possit servire episcopo, *ibid.* An teneatur interesse choro, 198. Habitus, 271. Præcedentia, 478.
*Cœmeterii* reconciliatio ad quem spectet, 80.
*Cognomina* et patria sanctorum an exprimenda in oratione, 192, 976, 1020.
*Collatio* ordinis in Sabbato Sancto a prophetiis inchoanda, 1165. In aliis Sabbatis, 1166.
*Collecta* pro episcopo quoad regulares, 3. Pro consecratione episcopi : vid. *Commemoratio*. Contra Turcas, 615, 1482. In anniversario translato Defunctorum an varianda, 19, 602. Pro sacerdote defuncto, 1265. Pro defunctis in Missa vivorum, 458, 589. Numero impari quando dicendæ, 858, 1103.
*Collectæ* jussu Ordinarii, 593, 1440.
*Collegiata* insignis quoad præcedentiam, 123, 169.
*Color* in Missa qualis, cum sacerdos recitaverit Officium de Confessore, Ecclesia vero egerit de Martyre, 758, 1229. *seq.* In Missa commemorationis omnium Sanctorum, quorum reliquiæ in propriis ecclesiis asservantur, quis color sit adhibendus, 1656. In missis coram Sacramento, 1255. In Missis votivis solemnibus, 1137. In Missis defunctorum, 480. In festo Stygmatum S. P. Francisci, 1427.
*Color* in consecratione episcopi. Vide *Consecratio.*
*Commemoratio* S. Mariæ in ejus ecclesiis titularibus 29, 578, 662. SS. Benedicti et Scholasticæ, 1024. Consecrationis episcopi, 818, 866. S. Joseph in Officio Desponsationis, 880, 978, 1046. Quo loco dicenda, *ibid.* Quid servandum pro aliis, *ibid.* et 714. Comm. Octavæ an omittenda in fer. IV Ciner. 98, 535, 538, 1162, comm. Octavæ in Vesperis Dominicæ privilegiatæ, 188. Comm. festi an facienda in Missis votivis, 350, 1013. Comm. solita de Cruce quando est titulus Ecclesiæ, 806, 1419. Comm. SS. Salvatoris, 806. Eadem in civitate Bahiæ, 1293 *et seq.* SS. Vitalis et Agricolæ, 1002. Comm. SS. Cornel. et Cypriani, ac SS. Euphemiæ et Soc. 873. Comm. S. Dominici in Officio S. Francisci, 715. Comm. S. Petri in Conversione S. Pauli, et S. Pauli in festo S. Petri ad Vinc., 1116. Comm. SS. Sacramenti expositi, 109, 1106, 1223, 1226, 1626, D. 6. In Missa de Dominica, 641. Comm. omnium fidel. defunct. Vide *Officium.*
*Commemorationes* plures uno die de sanctis ejusdem qualitatis occurrentes, 649, 1008. Quando variandæ et quomodo, *ibid.* Commem. S. Crucis in ejus ecclesiis titularibus. Vid. *Suffragia.*
*Communicatio* privilegiorum alicujus religionis an se extendat ad Officium, 470, 506, 515.
*Communio* dum fit ad altare, celebraturus transiens quomodo genuflectat, 278, 314, 703. Populi an facienda in Missis defunctorum, 1104. An ministranda in nocte Nativitatis Domini, 285, 287. Cum ministratur canonicis et clericis fer. V Cœnæ Domini, 292, 639, 890, 1329, 1394. Quomodo ministranda canonicis, 219. Quomodo clericis et laicis, 878. Communio monialium, 1307. Sacerdotum cum stola, 504, 1330.
*Concio* coram sacramento, 242. Quo habitu audienda a canonicis, 324, 763.
*Concionator* quos salutet, et a quibus resalutandus 148, 604, 629, 1550. Concionator episcopus. Vide *Episcopus.*
*Conclusio* orationis pro Rege, 1626, D. 2.
*Concurrentia.* Vide *Occurrentia.*
*Confessiones* quo habitu audiendæ a sacerdotibus, 224. An audiendæ noctu in ecclesia, 598.
*Confessores* sancti an cedant martyribus, 872.
*Confiteor* recitandum a Monialibus prout in Breviario, 1457. An reiterandum in choro, 63.
*Confraternitas* SS. Sacramenti, quoad præcedentiam in processionibus, 95, 151, 332, 641.
*Confraternitates*, quoad Officia divina, processiones et ecclesiasticas functiones, 4, 183, 498, 774 *et seq.*
*Conradus* (S.). Vide *Lectiones.*
*Consecratio* ecclesiæ. Vide *Dedicatio*
*Consecratio* episcopi quo colore ministranda, 431.
*Consuetudines* spectantes ad canonicos, 5, 22, 35, 130, ad magistros cæremoniarum. Vid. *Magister.* Consuetudines circa pulsationem campanæ ad Salutionem Angelicam, 46. Circa pluviale ad Vesperas, vid. *Pluviale.* Circa expositionem hostiæ in feriis V et VI hebdomadæ sanctæ, 812. Circa præintonationem antiphonarum, 61. Pro officii recitatione, 635, 833, 1218. Consuetudines contrariæ cæremoniali an servandæ, 41, 33. Consuetudines omnes an ab episcopo approbandæ, *ibid.*
*Corona* ferrea cum clavis Domini Jesu an reponenda cum reliquiis, et exponenda, 892.
*Corporale* an benedicendum, 313.
*Corpus Christi.* Vide *Festum*, *Officium*, *Processio*, *Occurentia.*
*Cotta*, ejus forma ad regionis morem, 1204.
*Credo.* Vide *Symbolum.*
*Cruces* altarium et processionum an benedicendæ 803. Cooperiendæ quomodo, 434. Super oblata quomodo efformandæ, 436.
*Crucifer* an genuflectat coram Sacramento, 13.
*Crucis* (S.) reliquia quomodo efferenda ab episcopo in processionibus, 637, et a clero vel populo comitanda, 625, 804, 1121, 1277. An populus benedicendus cum ipsa, 1038.
*Crux* in altari pro Missa celebranda 428. Etiam exposito SS. Sacramento ubi abest consuetudo 842, 1064, 1105. Est reverenda a clero, 1040, et a celebrante in fine Missæ, 1440. Ab isto quomodo incensanda, 1039. Quo velamento cooperienda feria V in Cœna Domini, quando Missa solemnis cantatur, 1695, D. 4. Crucis adoratio feria VI in Parasceve, 1681, D. 17.
*Crux* archiepiscopalis an deferenda in locis exemptis. Vide *Archiepiscopus.* Crux parochialis, 152. Crux processionis in exsequiis sacerdotum ubi locanda, 1232.
*Cujus festum colimus*, etc. Octava benedictio, in Officiis SS. infra annum, 462. An genuflectendum ad hunc versum, 1058. An dicendum in Officio SS. Gabrielis et Raphaelis archangeli 638. An in festo Conversionis S. Pauli, 1475.
*Curatus.* Vide parochus.

D

*Decanus*, 110, 146.
*Dedicantibus* ecclesiam quale sit præscriptum jejunium, 1686. *Dub.* 1, 2.
*Dedicatio* basilicæ SS. Petri et Pauli app. occurrens cum Octava aliar. Ecclesiar., 837. Basilicæ Salvatoris extra Urbem, 147. In Urbe, 917. Ecclesiæ cathedralis in civitate, 419, 648, 729, 899. Cathedralis extra civitatem, 729. Cathedralis quoad Regulares et Moniales, 420, 540, 672, 648, 757, 899, 992, 1081, 1236, 1253 *seq.* Dedicatio ecclesiæ occurrens cum festo I clas., 610, 919. Occurrens in festo Nativitatis B. V., 1380. Cum alio festo Dedicationis vel Octava, 837, 1627, D. 2. Occurrens cum festo secundæ classis apud regulares, quibus eadem dedicatio est duplex secundæ classis, 1680, D. 8, *seqq.* 1681, D. 14. Ecclesiæ matricis a quibus celebranda, 1174. Si ecclesia consecretur die feriali, sitne a populo observandum tali die festum de præcepto, 1686, D. 3.
*Dedicationis* Officium, an teneatur recitare etiam episcopus non ordinarius, 1222. Ubi et quomodo celebrandum, 236, 419, 426, 648, 729, 840 *et seq.* Quid si dies dedicationis ignoretur 1627, D. 2, 1682.
*Dedicationis* festum interruptum quomodo continuandum, 142. In actu consecrationis potest ab epi-

Digitized by Google

scopo assignari ad aliam diem pro libitu, 1328. Extra actum consecrationis nequaquam, 1379. Octava dedicationis die, lectiones 1 noct. Vid. *Octava. Lectiones.*

*Defunctorum Officium* pro prima die mensis non impedita, 671. Pro Commemoratione omnium fidelium defunctorum, 21, 1202. In die anniversarii tertii, septimi et tricesimi, 19. Pro adimplenda mente testatoris, 543, 1449. In ecclesiis ruralibus, 736 *et seq.* Cum primum accipitur nuntium de morte alicujus, 601. Quo ritu tunc recitandum, 1680. Quid in locis, ubi sæpe non adsunt dies non impeditæ juxta rubricas, 1641.

*Defunctorum Matutinum* in Commemoratione generali an cantandum pridie vesperi, 21, 583, 699, 742, 1202. Quando private dicendum, *ib. et* 1202. Quid pro monachis Camaldulensibus, 1143. In die Anniversarii, 19.

*Defunctorum Missa solemnis* pro defunctis præsente corpore, 76, 486, 1263, 1281, 1369. In die Commemorationis omnium fidelium defunctor. post Nonam, 741. Quando pro defuncto in particulari possit cantari hac die, 300, 1695, D. 2.

*Defunctorum Missæ* in anniversario 19, 1280 *et seqq.* 1626. Transferrine possint anniversaria, et quomodo, si multa sint, 1671. In Ecclesia Ambrosiana, 1148.

*Defunctorum Missæ solemnes* quando cantandæ, 19, 76, 328, 479, 588, 834, 883, 1031, 1056. Quando prohibitæ, 308, 480, 691, *seq.* 1680, D. 3 *seqq.* An dicendæ coram SS. Sacramento, 1224.

*Defunctorum Missæ privatæ* quando concedantur vel non 308, 351, 422, 588, 643, 836, 862. Utrum quando non prohibentur Missæ de *Requiem* possit celebrari Missa de *Requiem* pro defunctis vage sumptis, 1687, D. 5 et 6. Infra Octavam Corporis Christi solemnes et privatæ, 479, 486, 692, 885, 1056, 1224. Vid. *Exsequiæ.*

*Delatio* SS. Sacramenti. Vide *Processio SS. Sacramenti.*

*Desponsationis Officium.* Vid. *B. Mariæ Virg. Officium.*

*Devotio* ad imagines non est impedienda, 1355.

*Diaconi* et subdiaconi munera quando obeunda a canonicis, 639, 944.

*Diaconus* ministrans thus canonico, 723. An debeat thurificare chorum, 92, et dominum loci, 97, eique dare pacem, 1406. Tenetur semper ministrare incensum, 305.

*Dies* 3 *Februarii* an assignanda pro sanctis, 533. Quid de 28 Jan., 978, 1213.

*Dies octo* ante Nativitatem Domini admittunt Officia etiam semiduplicia, 636. Festivi B. M. V. qui sint, 1278.

*Dignior sacerdos* porrigens candelam, cineres et palmam celebranti 96, 454, 841.

*Dignitas prima* cathedralis quoad præcedentiam, 465. Dat candelam episcopo, 96. Quo habitu utatur in choro si sit protonotarius, *ibid.* Vide *Præpositus. Canonici.*

*Dignitates* distinctæ a canonicis quoad habitum, quomodo in processionibus, 161. Seu canonici assistentes episcopo ad absolutionem ad tumulum debent esse sacerdotes, 865. An teneantur ministrare inferioribus, 30. An paribus, 944. Tenentur associare episcopum, 99, etiam in ecclesiis collegiatis, 163. Quando abesse possint a choro, 942. Quando teneantur accedere ad legile, 1349. Quando eæ incensandæ, 305, 1352. Dignitates in Missis privatis, 952. Urbinatis Ecclesiæ. Vide *Urbinatenses.*

*Directorium* Officii pro diœcesi Januensi, 900.

*Discrepantia* inter rubricas Missalis pari forma sequenda, 1169.

*Distributio* cinerum, candelarum, palmarum a quo fiat stando cum mitra in capite, 1471. Quo ordine episcopo peragenda, 1674, D. 5.

*Doctoratus* qualis præcedentia, 117, 181.

*Doctrina Christiana* an doceri possit in oratoriis, 782.

*Domine, prævenisti,* etc. Vide *Responsorium.*

*Dominica* infra Octavam occurrens cum semiduplici 761, sub nomine festi novem lectionum 1411. Quæ superest post Epiphaniam an poni possit post Pentecosten, 656. Septuagesimæ occurrente festo duplici 2 cl. cum Octava, 1142.

*Dominicæ* anticipandæ, aut omittendæ, si cadant in die impedita novem lectionum, 1016.

*Dominici* (S.) Commemoratio. Vide *Commemoratio.*

*Domino loci* ubi detur baldachinum. Vide *Baldachinum.*

*Domus* Lauretana. Vide *S. Mariæ Officium.*

*Duplex* sine alia expressione concessus, semper intelligitur duplex minus, 569. In die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, *ibid.* Occurrens ante Octavam non privilegiatam si transferendum, quomodo, 505.

*Duplicia,* et semiduplicia translata præferenda officio concesso semel in hebdomada, 718. Quid de religione Servorum B. M. V., 456. Duplicia primæ classis si incidant in Sabbatum duplici minori occupatum, an duplex minus transferendum in Dominicam sequentem, 885.

E

*Ecclesiæ* collegiatæ 1361, 1363, 1365. Ecclesiæ monialium, 758 *seq.* Regularium, 15, 166, 753 *seq.* 1229. Sæcularium sub Regularibus, 152. Ecclesia parochialis simplex, 169, 1394. Ecclesiæ reconciliatio. Vide *Cœmeterium.*

*Elevationi Eucharistiæ* an semper genuflectendum. Vide *Genuflectere.*

*Elias* (*S.*). Quid in ejus Missa servandum, si ejus festum concurrat cum Sabbato Quatuor Temporum post Dominicam primam Quadragesimæ, 1664.

*Episcopi* commemoratio in canone. Vide *Canon Missæ.* Vide *Collecta pro episcopo.*

*Episcopus* in processionibus, 228. Interessens Horis canonicis, 1383. In privata Missæ celebratione, 1401. Eo absente, functiones a quo fiant, 101, 118, 297. Deferens lignum crucis, 637. Prædicans in ambone, 294. Assistens Missæ solemni in Nativitate Domini, 852. In Dominica Palmarum et hebdom. sancta, 846 *seq.* An sit thurificandus assistens cum cappa, 440. Cum cappa sibimet caput aperit, et quid in pontificalibus, 175. In ecclesia quomodo salutet canonicos, 28. An possit celebrare Missam in domo laicorum, 322, 620. An possit habere fenestram respicientem in ecclesia, 36, 1404. Concionaturus nunquam petit benedictionem, 60. Quando deferat vestes violaceas, 862.

*Episcopus* in feria v Cœnæ Domini, 867. In aliena ecclesia et extra diœcesim, 168. In Romana curia, *ibid.* An possit permittere processiones, 498. An possit compellere Regulares, ut accedant ad processiones, 103. In pontificalibus ante Missam an facienda aspersio, 309. Mozzetam quando deponat, 182. Quando ordines possit conferre, 1073. Ubi thurificandus et a quo, 72.

*Episcopus* an possit aliquid addere Kalendariis, aut immutare ritum et rubricas, 216, 1388. Quomodo possit diem fixum assignare sanctis, et quibus, 1114. In Matutinis ubi sedeat, 89. An possit recitare Officium Patroni alicujus oppidi, quando reperitur in sua diœcesi ob aliquam causam, 289. An concedere facultatem legendi Missam in oratoriis privatis 1249, benedicendi paramenta, 1458. An possit aliud nomen addere confirmandis, 1251. An cantare Missam in ecclesiis regularium, ipsis invitis, 1331. An in suo oratorio facere ordinationes in Sabbato Sancto sub Missa lecta, 1248. Quomodo se gerere debeat in ecclesiis abbatialibus, 31, 157.

*Episcopus* administrator alterius ecclesiæ 904. Administrator et possessor, 1138. Canonicus 185,

Digitized by Google

coadjutor quoad locum, 189, 1390. Quoad Missam cantandam, 206, 1394. Regularis, 400, 1384. Suffraganeus, 32, 709 *seq.* Titularis in aliena diœcesi, 334. Consecrator in ordinatione, 1246. Consecrandus, *ibid.* Consecratus 1117. Quam incumbere debeat ad removendos abusus contra præscripta Ritual., 1518.

*Epistola* in Missis solemnibus an cani possit a canonico in minoribus ordinibus constituto, 1699.

*Eucharistia.* In tabernaculo ubi asservatur non sunt retinendæ SS. reliquiæ, 1333. Sumenda de manu celebrantis in fer. II, in Cœna Domini, 1395. An retinenda in ecclesiis confraternitatum, 791. In die Corporis Christi a quo deferenda in processionibus, 101, 854, *seq.* 1414. An deferri possit per vias Hæbreorum 1332.

*Eulalia* (S.). Vide *Officium.*

*Evangelium* S. Joan. in fine Missæ an mutandum ex aliqua causa, 247. In Missa votiva, 348, 1016. In benedictione palmarum, 667. Vigiliæ vel Temp. quando concordat cum Evangelio Missæ, 963, 1025. Proprium alicujus martyris an etiam dicendum temp. Paschal. 1061. S. Petri martyris quando transfertur, 975.

*Expositio* SS. Eucharistiæ, quando permissa, 51, 212, 792, Quadraginta Horarum, 668, 776.

*Exsequiæ* Defunctorum. Vide *Non intres in judicium.*

*Exsequiæ* Parvulorum 499.

## F

*Fabiani* et Sebastiani (SS.) Officium. Vide *Officium* etc.

*Familiares* episcopi ubi stent et quo ritu, 754.

*Felicis* confessor. (S.) Elogium pro Martyrol. 1512.

*Ferentinæ* Cathedralis nova consecratio, 839.

*Feria* IV Cinerum, si incidat aliqua Octava, 535 *seq.* 1162, 1570.

*Feria* II post Domin. Pass. quoad orationes. Vide *Collecta.*

*Feria* III Rogat. quando occurrat cum simplici, 686. Quænam oratio, 836.

*Feria* V in Cœna Domini quoad celebrationem Missæ, 773, 1513 et 1659, D. 2.

*Feria* VI in Parasceve, an et cui ministrari possit Eucharistia, et quo ritu, 1199. Quid de Officio Annuntiationis B. M. V. si occurrat in ea die. Vide *S. Maria Annunt.*

*Feria* VI post Dominicam Passionis. Vide *S. Maria sept. Dolor.*

*Feria* V post Octavam Ascensionis, cum fit Officium de semiduplici translato, 634, 819.

*Festa Domini* præcedunt omnibus aliis, 522. Ex voto communitatis, 1098, 1134 *seq.* 1180. An ea quæ festivantur solemniter, Officium habeant sub ritu majori, 1096, 1098, 1101. Secundaria patronorum minus principalium quo ritu, 1134. Ubi desumant suam solemnitatem, *ibid.* 1180. Translata, si moveri ex necessitate contingat, 1185. Translata quoad novam assignationem et recitationem, 447, 879, 893, 1007, 1017, 1091, 1097, 1187, 1680, D. 7, 12. Translata in genere, 509, 528, 646, 666, 965, 1051, 1096, 1128, *seq.* 1187, 1499. Incidentia in Dominicam infra Octavam 509, 666, 739, 761, 966, 1051, 1097. In aliam diem Octavæ 646, 1084, 1097, 1498. Semel assignata an semper habeant suam sedem ipsa die, 1128, *seq.* 1149, 1156. Quomodo assignanda 524, 1017, 1178, 1185. Perpetuo impedita an possint assignari in diem infra Octavam, 1161, 1197. Duplicia ante Octavam non privilegiatam, vel infra eam occurrentia 505, 508, *seq.* et semiduplicia *ibid.* Duplicia cadentia in festo SS. nominis Jesu, 901, 1011 Semiduplicia occurrentia infra Octavam. Vide *Semiduplex.* Festa noviter a Sede Apostolica instituta pro Ecclesia universali quomodo præponenda festo diœcesano ejusdem ritus, 83, 1017. Festa aliqua incidentia in die 2 Novemb 44, 733. Festa et jejunia indicere, permissum Regularibus. 1417. Festa B. M. V. Vide *S. Mariæ Festa.*

*Festum* Kalendarii particularis occurrens cum festo Kalendarii universalis, 511, 524, 802, 982, 1016. Patroni principalis. Vide *Patronus.* Festum SS. Corporis Christi, vide *Processio Corporis Christi.* Idem festum occurrens in festo S. Joan. Baptistæ, 1009. S. Joannis Baptistæ, cum Dedicatione propriæ ecclesiæ, 610. SS. Petri et Pauli cum Dedicatione, 919. S. Bartholomæi ubi celebratur die 25 Aug. 857. S. Laurentii martyris, 853. S. Marci cum SS. Philippo, et Jacobo, 464, 834. S. Marci quoad Missam. Vide *Missa.* S. Petri Martyris translatum. Vide *Litaniæ majores,* ejusdem evangelium. Vide *Evangelium.* S. Pirminii episcopi, 888. Festum Quadraginta Martyrum mutatum, 394. SS. Nominis Jesu pro FF. MM. S. Francisci, 901. S. Joachim remotum a die 20 Martii 1060 occurrens in die Octava, 1085. De Lancea, indultum in Germania, 1006. S. Annæ de præcepto elevatum ad duplex majus, 1060, 1421. Occurrens cum die alicujus Octavæ, 1194. S. Agnetis secundo, 979. S. Aloyzii Gonzagæ quando celebrandum in Rhegiensi, 1212. S. Jacobi apostoli, quo ritu celebrandum apud Turritanos, 1653. S. Joseph, de præcepto ubique, 639. Patrocinii S. Joseph impeditum, an transferendum 884, 1462, 1237, 1350. An præponendum apostolorum festis 1087, 1150 *seqq.* 1237, 1350. Archiconfraternitatis Septem Dolorum, 1238. Dedicationis Ecclesiæ, vide *Dedicatio.* Festum Immac. Conception. B. M. V. servandum prout de præcepto, 1503. Exspectation. partus, quoad Officium et Missam, 1485 *seqq.* translatum alicujus confessoris, quoad mutationem versiculi in hymno, 1487. S. Antonii, respectu PP. Conventialium, et Observantium, 1473. Et respectu eorumdem PP. Conventualium, et PP. ordinis Prædicatorum, 1647. SS. Victoris et Innocentii quando sit transferendum, 1461. Conversionis S. Pauli, 1476. Translationis ordinationis apparitionis alicubi celebratum, sub quo ritu fieri debeat, 1489.

*Fidelium Animæ* (℣) an omittendus in fine Horarum, quando subsequatur Missa, 1126.

*Fimbriæ* pluvialis episcopi a quo elevandæ. Vid. *Pluviale.*

*Francisci de Paula* (S.). Vid. *Cognomina Sanctorum.*

*Francisci Xaverii* (S.). Officium, pro civitate Valetæ in perpetuum translatum ad diem 10 Decembris, 929.

*Francisci* (S.) fratres ord. Min. quoad præcedentiam. Vid. *Regulares.*

*Functiones* episcopales ad dignitates spectantes, absente episcopo. Vid. *Dignitates.* Prima dignitate impedita, ad quem spectent, 101, 118, 297, 760, 799. Functiones spectantes ad episcopum, *ibid.* Functiones, quæ non sunt de juribus parochialibus, 772 *seqq.*

*Funera*, servanda circa funera, 1633, 1667, 1693.

## G

*Gabrielis archangeli*, qualis octava benedictio. Vid. *Officium.*

*Genuflectere* ante reliquiam S. crucis, 1040, 1127. Ad *Verbum caro* in Missa solemni Nativitatis Domini ab episcopo, 852, a choro intra Missam, 921. In communione populi dum celebrans transit pro Missa celebranda, 278. Ad benedictionem episcopi a canonicis, 137, 260, 496, 1078. Dum episcopus benedicit cum Sacramento, 1279. In Missa feriali quæ substituitur Missæ de Octava, 965. In Missis solemnibus, *ibid.* Ad orationes in Missis solemnibus, 63. Post v. *Panem de cœlo* ante repositionem Sacramenti, 707. In ministratione thuribuli, seu naviculæ a clericis, 723. In Missis Nativitatis Do-

Digitized by Google

mini, 605, 707. Ad Introitum Missæ solemnis, 1015.

*Genuflexio* a celebrante coram Sacramento exposito, 278, 703. In processionibus, 527. Ante Sacramentum expositum, 13, 178, 314. In sola pixide, 1224. Genuflexio a crucifero. Vide *Crucifer*. Semigenuflexio coram episcopo an sufficiat, 1196, 1228.

*Gloria in excelsis* cum *Credo* quando omittatur, 69, 591, 1289, 1489. In Missa votiva Beatæ Mariæ quando dicatur, 68, 618, 1488. An dicendum in Missa Septem Dolorum B. M. V., 476.

*Gloria Patri* quando dicendum in feria vi Parasceve, 1199. Neque omittendum ad Completorium in Dominica Passionis, 1478. Gregorianus cantus conceditur ordini Erem. S. Augustini. Franciæ, 751.

*Gubernator* civitatis quomodo thurificandus, 53. Ubi sedeat in ecclesia, 337, 561.

H

*Hæredes* debent statuere in funeribus numerum religiosorum, 284.

*Hebdomadarius* paratus in choro ubi sedeat, 110, 195, 1403. Quæ intonare debeat, 323. An possit uti stola, 434. Quando celebrare debeat, 1346.

*Homilia*. Vid. *Lectiones tertii noct.*

*Honuphrii* (S.) Officium et Missa permittitur cum distinctione, 254.

*Hora canonica* pro Missis solemnibus an mutari possit, 1069, 1142.

*Horæ canonicæ* an decantandæ unitim a clero sæculari cum regulari, 11, 26. In oratoriis confraternitatum, 779. Quando inchoandæ ante adventum episcopi, 1383.

*Hostia* in feria v Cœnæ Domini an exponenda, 812. Hostiæ pars quomodo scindatur in Missa, 438.

*Hymnus* S. Hermenegildi, 984. S. Martinæ, 1484. S. Theresiæ in festo Transverberationis, 1063. In festo Stigmatum S. Francisci translato, 1112. In festo S. Joachim translato, *ibid.* In festo SS. Angelorum Custodum ad Horas non debet terminari ut in Laudibus, 752. Angelicus in Missis votivis minime dicendus, excepto casu, 1479. hymnus cum ℣ *Meruit beatas*. Vid. *Meruit beatas*. Hymnus *Te Deum* dum pro gratiarum actione exposito SS. Sacram. cantatur, clerus stare debet, 1680, D. 17.

I

*Imagines sacræ* velandæ et detegendæ, 310 *seq.* Beatorum. Vid. *Beati*. Sanctorum ordin. S. Augustini quo habitu pingendæ, 177. Sanctorum an incensandæ, 1168. In locis sordidis pictæ non tolerandæ, 1341. Quomodo in processionibus deferendæ, 228.

*Imagines*, præterquam sanctorum, non tenendæ in choro, neque apponendæ in oratoriis, ecclesiis, etc., 1396, 1429.

*Imago* S. Mariæ an deferenda in fer. v et vi major. hebdom. de nocte, 1170.

*Immaculata* non potest dici pro, Inviolata, in antiph. *Post partum*, 1020. Vid. *Benedictio*.

*Immaculata Conceptio*. Vid. *S. Mariæ Officium*.

*Incensatio*. Vid. *Thurificatio*.

*Incensum* an ministrandum a diacono, 306.

*Indulgentia* an transferatur quando transfertur Officium, 510, 576, 1024.

*Indulgentia perpetua* an liceat apponi altari privilegiato, 467.

*Indulta* Sedis Apostolicæ super beatificationibus, 319.

*Indultum* erigendi oratorium privatum, 418.

*Initium Scripturæ*, si quod festum cadat in Dominica, nec possit legi per hebdomadam, 964, 991, 998.

*Inquisitiones* pro beatificatione et canonizat. sanctor., 501.

*Introitus*, *Gaudeamus* an dicendus temp. paschali, 1061.

*Invent. S. Crucis* festum occurrens in Dominica festi Dedicat. ecclesiæ, 1022. Occurrens infr. Octavam Ascensionis, 1439.

*Invitatorium*, *Hodie si vocem*, quomodo recitandum, 562. Officii defunctorum, quando dicendum, 1068.

J

*Januarii* (S.) Officium. Vid. *Officium*.

*Jejunium*. Vid. *Vigilia*.

*Jerosolymitani* religiosi, 927 *seqq.*, 1501.

*Joachim* (S.) festum. Vide *Festum*.

*Joan. Chrysost.* Lect. 1 noct. quando variandæ. Vid. *Lectiones*.

*Joan. de Matha* lect. variandæ in 1 noct., *ibid.*

*Joan. a Cruce* Offic. Vid. *Officium*.

*Joan. Nepomuc.* homilia III noct., 980.

*Joseph* (S.) festum, occurrens cum SS. apostolis, an præferendum, 185 *seq.*, 1150, 1237, 1346. Ejus nomen additum in Litaniis, 1153, 1529. Ritus celebrandi ejus Officium in Hispania. Vid. *Officium*. Ejus commemoratio in Officio B. M. V. Vid. *Commemoratio*.

*Jus* parochiale in genere, 60, 772 *seq.*

K

*Kalendarium*. Quæ nota in Kalendario appingi debeat Officiis quæ non sunt de præcepto, 1464. Vide *Festa Kalendarii*. Utine regulares possint Kalendario diœcesano, 1652.

L

*Lampas* ante altare SS. Sacramenti, 726. Ante reliquias SS. expositas, 747.

*Lanceæ* festum, Vid. *Festum*.

*Lectio* de simplici continens vitam duorum SS., ubi de uno tantum fit Officium, 500. De simplici infra Octavam Corporis Christi, 472, 487, 654. Lectio ultima ab episcopo celebrante ad eumdem spectat, 176.

*Lectiones* duæ penultimæ quando cantandæ a canonicis ultimis, 158. Primi et secundi nocturni quando a canonicis et quo ritu, 176. Lect. init. S. Jacobi apost. in festo SS. Phil. et Jac. legendæ, 996. De scriptura quando omittendæ, 964, 1001. Martyrii SS. Machabæorum, nunquam omittendæ, 1000. Prophetar. mense Novemb. an plures dicendæ una die, 695. Quando possint omitti, 696. Quando lect. duæ disjungi non possint quid agendum, 500. Lect. 1 noct. in festo S. Theresiæ, 1118. In die VIII Dedicat. ecclesiæ, 987, 1119. Quales in festo duplici majori, 347. In Officio de præcepto, 655. Lect. 1 noct. Dominicæ IV Quadragesimæ, 964. Quando variandæ in festo SS. Joannis Chrysostomi et Joan. de Matha, 1002. Lect. 3 noct. in festo S. Raphaelis archang., 1005.

*Legata* cum onere celebrandi Officium sub altiori ritu, an adimplenda, 295, 1180.

*Legatum* recitationis alicujus orationis a sacerdote post Missam, 477. In Avenionensi civitate circa hymn. *Pange, lingua*, 926.

*Liber* sustinendus a prima dignitate, episcopo solemniter cantante, 340. Quibus dignitatibus non deferatur osculandus, 1400.

*Litaniæ* majores in die Paschæ an transferendæ ad aliam diem, 810, 1444. An Litaniæ majores Rogationum anticipari possint, 1670, D. 16. Nulli sancti in iis addendi, 246. Addendum nomen S. Josephi in illis, pro commendatione animarum, 1529. Quæ alia nomina permittantur, 246.

*Ludovici* (S.) Officium. Vide *Officium*.

M

*Magister* Cæremoniarum quomodo eligendus, 148 *seq.*, 959 *seq.* Ejus vestis et baculus, 160, 1171, 1334, 1541. Debet vocare vicarium, 47; et episcopum, 1467. Ejus locus in processionibus, 8, 159 *seq.* Ejus locus intra vel extra suum exercitium, 160.



Digitized by Google

*Magister* capellæ quoad locum in processionibus, 8, 839.
*Magistratus*, sede vacante episcopi, quoad locum, 148; præsente episcopo, 954, 1333, 1628. Circa horam pro inchoandis Officiis respectu ad canonicos, 1074. Dum interest concionibus, 1550, 1559. Magistratui et capitaneo virgæ rescriptum, 1539. Alia, 1688.
*Major* in choro quæ præstare teneatur, 1408 *et seq.*
*Manipulus* an deponendus in adoratione crucis feria VI in Parasceve, 1004.
*Mansionarii* collegiatæ in processione funerum, 825.
*Manus* super oblata, 437. In efformanda cruce, 436.
*Manutergium* an supra calicem, 764.
*Mappa* pro altari, 133.
*Marci* (S.) *evangelistæ* festum quoad Missam et Officium. Vid. *Festum.*
*Marci et Marcellini* (SS.) *mart.* dupl. ratione insignis reliquiæ, 891.
*Margarita* (S.) Scothorum regina, in ejus officio ultima verba lectionis expungenda, 985.
*Maria. Sancta Maria, succurre miseris*, pro suffragio beatæ Mariæ, in ecclesiis sub quocunque titulo dicatis, 29, 683 *seq.*
*Mariæ Ægyptiacæ* Officium. Vide *Officium.*
*Mariæ Magdalenæ de Pazzis* Officium. Vide *Officium.*
*Mariæ Virginis Angelorum* festum in ecclesiis titularibus quando celebrandum, 623, 844, 1235.
— *Annuntiationis* incidens intra hebdomadam majorem, 336, 1234. In feria V Cœnæ Domini, 396, 641, 890. In feria VI et Sabbato Sancto, 191 *seq.* 620, 642, 1234. In die S. Joseph 548.
— *Purificationis*, 1214, 1234. Occurrens in Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ, et Quinquagesimæ, 521, 815.
— *Conceptionis*, 652, 1422, 1502, 1616, D. 2.
— *Præsentationis*, 653.
— *Visitationis* occurrens in die Octava Dedicationis ecclesiæ, 893.
— *Desponsationis*, 978, 1014, 1213.
— *Exspectationis partus*, 822, 962, 1044, 1050, 1485, 1486, 1508, 1523.
— *De Mercede*, 555, 1487, 1508.
— *De Monte Carmelo* 974, 1027.
— *Rosarii*, 555, 1510, 1524, 1627, D. 1.
— *Septem Dolorum*, 476, 488, 556, 1535, 1546.
— *Patrocinii*, 1044, 1082, 1139, 1508.
— *Translationis Almæ Domus*, 143, 1525.
— *SS. Nominis*, 1029.
— *Festa* Deiparæ in diœcesibus imperatori subjectis quo ritu celebranda, 1048.
— *In Sabbato*. Vid. *Officium parvum B. M. V.*
— *Commemoratio* S. Mariæ. Vide *Commemoratio.*
*Martinæ* (S.) Vide *Hymnus.*
*Martyrologium*, quomodo in eo annuntianda festa translata, 113, 994 *seq.* Quo ritu utendum sacerdoti cantaturo Martyrologium in vigilia Nativitatis D. 1680, D. 11. Separandane elogia sint, ubi agitur de patrono principali loci, 1687, D. 24, 25.
*Martyrum* cum confessore concurrentia, 872.
*Matutinum* in nocte, an albescente die possit recitari, 63. In cathedrali quando recitandum 1339. In sacristia 1466.
*Matutinum Defunctorum*. Vide *Defunctorum Matutinum.*
*Meruit beatas scandere sedes;* quando non immutanda hæc verba, 542, 1111 *seq.* et quando immutanda, 1487.
*Missa* in altari, ubi est expositum SS. Sacramentum, 1639, D. 1. An licita, 481, 489, 1223. An ubi tantummodo asservatur 1255, quæ, cum fit processio cum SS. Sacramento, 326. Ad postulandam gratiam bene moriendi, 830. In die Corporis Christi qua hora cantanda, 420. Et quo ritu infra Octavam Corporis Christi, 473. Vide *Missa solemnis.* Quæ Missa in collatione Ordinum, 1063, 1166, 1637. Et in Sabbato Sancto, 1165. In palatio episcopali, absente episcopo 414, contra Turcas, 615. In ecclesiis ubi fit de semiduplici quæ celebranda sit a faciente de duplici, 758, 1229 *seq.* An celebranda in altari majori inter divina Officia, 177. An Missa occurrens satisfaciat pro alterius voluntate adimplenda, 1107, 1226, D. 14. De Dominica Pentecostes an possit repeti, 299. Missa in vigilia Nativitatis, 1626, D. 5. Missa privata, in nocte Nativitatis Domini an licita, 286, 287, 1689, D. 1, 2. Missa Rogationum, 507, 645, 701, 973. An eam possit episcopus decantare in ecclesiis regularium, 13. De Passione Domini quando toleratur, 413. De SS. Cruce, 471. In Cœna Domini, 1670, D. 17. B. M. V. de Monte Carmelo, 1028, 1231. B. M. Virginis sanctissimi Rosarii, 555, 1424. Immaculatæ Conceptionis, 473, 502, 1670, D. 15, 1681, D. 4. Purificationis, 267, 532, 808, 1032, 1234. Septem Dolorum, 476, 488, 1259. Vid. *Missa votiva*. Beatorum Missa, vide *Beati*. Missa feriæ, 644, 704, 1141, 1439. Qua hora dicenda, 740, 1142. An sit cantanda ultra Missam festi, 122, 197, 270. Ad quos spectet hujus Missæ decantatio, 129. In cathedralibus quo ritu cantanda, 204. Et pro quibus applicanda, 121. Missa Vigiliarum qua hora cantanda, 740, 1142. Conventualis qua hora dicenda, 1357, 1623, 1695, D. 2. Est quotidie canenda in collegiatis, 1365. Quid, ubi duæ Missæ conventuales præscribantur, 1680, D. 15. Missa Patroni minus principalis, an sine *Credo*. Vid. *Symbolum*. Solemnis coram Sacramento, 1290. Et pro expositione 40 Horarum, 1010, 1496. Missa pro Nuptiarum celebratione, 1626, D. 3, 4, 1696. Solemnis alicujus sancti an celebranda in Dominica infra ejus Octavam, 409. Solemnis de Titulari die impedita quando cantanda, 805. Solemnis de S. Joseph infra hebdomadam majorem, 432. Missa solemnis pro quibus applicanda, 121. Solemnis pro defunctis. Vid. *Defunctorum Missæ.* Votiva S. Mariæ in Sabbato, 592, 1705. Votiva solemnis tempore adventus, 1258. Votiva solemnis B. M. V. in novendialibus ante Nativitatem Domini, 348. Votiva B. M. V. per annum quæ sit dicenda, 1283, quando permissa, 264, 316, 343, 424, 430, 561, 592, 1013, 1136, 1258. Votiva de B. M. V. in Octava ejusdem, 1259. Votiva de Titulari ecclesiæ, 345. Votiva de aliquo sancto in Sabbato, 590 *seq.* Votiva de SS. Sacramento, 461, 586 *seq.* Votiva in Adventu, Quadragesima, Quatuor Temporibus, vigilia, feria II Rogat. quoad orationes et evangelium feriæ, 1052. Votiva in Dominica Palmar., 299, 336. Votiva de Passione infr. hebdom. Passionis, quoad psalm. *Judica me, Deus*, et *Gloria Patri*, 1470. Votiva pro re gravi, 466, 563, 836, 850, 1261, 1389, 1680, *Dub.* 20. Votiva quando suffragari possit pro conventuali, 193. Votiva infra Octavam habentem *Præfationem*, et *Communicantes* proprias, 559, 564. Votiva sanctorum quo ritu dicenda, 1284, et in cantu fundata, 1185 *seqq.* Missa abbatialis solemnis quoties in anno canenda, et quo apparatu, 1447. Missa de die, ultra votivam, quod non canatur, consuetudo abrogata, 1450. Missæ celebratio infra clausuram omnino vetita, 1364, et concessa in navibus Sacræ Religionis Hierosolymitanæ quibus conditionibus, 1501.
*Missæ* propriæ alicujus ordinis, quo in casu dici possint et a sacerdotibus sæcularibus, 1480. Duæ quando cantandæ, 697, 712, 868. Duæ ejusdem sancti an cantandæ eodem die, 317. Quæ regularibus concessæ an possint celebrari ab aliis, 758, 1230, 1248, 1425. Cohærentes Officio, semel in mense vel hebdomada concessæ, 537, 1273. Duæ cantandæ in cathedralibus et collegiatis, quo ritu, 1288, 1433, 1450. Extra tempus paschale pro SS. martyribus Stanislao, Petro, Nereo, et Achilleo, 463. Tres in Nativitate Domini, 286, 289. Coram Sacramento an celebrandæ, 1255, 1290. Quarum spectet celebratio ad secundam dignitatem de capitulo, 855.

Digitized by Google

Quæ alicui Ecclesiæ legantur, per quos celebrandæ, 1345, 1387. Missæ S. Gregorii, 1448, 1452. Privatæ canonicorum sine ope alterius ministri 952. Privatæ intra octavam Epiphaniæ, 410. Privatæ pro defunctis. Vide *Defunctorum Missæ.*

*Missalis* et Breviarii Romani usus, 86. Missalis Romani usus semel receptus, an confirmandus, 85. Ejus usus in ecclesiis Monialium, 759, 894.

*Mitra*, 56. Pretiosa quibus concedatur, 36. A quo imponenda episcopo, 801. Mitra canonicorum, 1079.

*Modicæ* Ecclesiæ SS. Georgii et Petri controversiæ, 273 *seq.*

*Monachi* Casinenses an cogendi ad interessendum processionibus, 2.

*Moniales* ad quæ recitanda Officia teneantur, 571, 756. Quoad earum Breviaria et Missalia, 1422, 1480, 1494. Quoad *Confiteor*, 1457. Quoad modum legendi vel cantandi Officium, 1463. An subsint ordinariis locorum quoad Officia particularia diœcesum, *ibid.* An veniant et ipsæ sub nomine regularium, 757. An possint recitare Officia Patroni et Dedicationis, 419, 1174. Et Dedicationis cathedralis cum Octava, 899. Quomodo accedere debeant ad ecclesiam in die earum consecrationis, 916. Completo Officio, quædam alia recitare valent, 1344. Earum cadavera an ad alienam ecclesiam deferri possint, 1078.

*Moniales S. Claræ* in civitate Januensi utuntur Breviario PP. Conventualium, 1182.

*Moniales ord. Cistercien.* qua concessione gaudeant respectu Breviarii et Missalis, 1494.

*Monicæ* (S.) Officium. Vid. *Officium.*

*Mozzetta* episcopi coram cardinalibus, 182.

*Mulieres*, quoad earum ingressum per claustra regularium, 225, 248.

*Musica*, in Officio quadragesimali an deceat, 1348.

N

*Narcissi* (S.) Officium. Vid. *Officium.*

*Natalitii* dies sanctorum qui sint, 554.

*Nativitas* S. Joan. Baptistæ, an præferenda Dedicationi ecclesiæ, 610. Quando cadit in die Corporis Christi, *ibid.*

*Nazarii* et Celsi (SS.) Officium. Vide. *Officium.*

*Nominis Jesu* (SS.) Officium. Vide *Officium.*

*Nominis Mariæ* (SS.) festum. Vide *Mariæ festa.*

*Non intres in judicium*, etc.: his verbis nihil addendum aut immutandum, 677.

*Notarius* debet vocare ordinandos singillatim, 67.

*Novendiales dies* ante Nativitatem Domini, 348.

O

*Oblationes* in adoratione crucis fer. VI in Parasceve, 27.

*Occurrentia* plurimorum Officiorum eumdem ritum habentium, 541. Dedicationis cum Patrono vel cum prima classe, 919. Duplicis 2 class. cum festo SS. Nominis Jesu, 902.

*Octava* Nativitatis Domini, 836. Epiphaniæ, 530, 1442. Corporis Christi, 515, 530, 824. S. Benedicti apud Benedictinos, 1019. S. Scholasticæ, 1018. Octava dedicationis dies impedita per festum altioris ritus, 988. Occurrens in Octava S. Joan. Baptistæ, 610. Occurrens cum festo S. Caroli, 661. S. Elisabeth reginæ in die B. Delphinæ occurrens pro Franciscanis, 530. Octava festorum B. M. occurrens cum duplici minori, vel majori, 523, 632. S. Joannis Baptistæ concurrens cum festo Dedicationis ecclesiæ, vel de patronis, aut cum eorum Octavis, 610. Octava omnium SS. dignior Dedicatione ecclesiæ, 660. Octava an transferatur, 1071, 1092, 1123. Patroni principalis occurrens cum Octava Beatæ Mariæ, 730. Octava defunctorum, an permissa, 467. Octava dies occurrens cum Dominica primæ vel secundæ classis, 188. Octava dies cedit tantum festis 1 et 2 class., 653, 661. Octava dies quæ festa excludat, 530, 731. Octava dies sancti proprii cadens in festo Conceptionis, vel Præsentationis B. M., 524, 652, 652. Octava dies incidens in Dominicam infra Octavam Nativitatis B. M., 596, 731. Et in die Exaltationis S. Crucis, 603. Octava non elevat ritum, 1239. Octavæ duæ simul occurrentes, 730. Octavas celebrandi in Quadragesima privilegium, 98, 535 *seq.* Quando prohibitum, 1018 *et seq.*

*Octavarium* Romanum, 187.

*Officia*, quæ perpetuo sunt impedita, 893, 1091, 1165, quæ sunt assignata, 879, 895, 903, 961, 1007, 1062, 1083, 1088, 1092, 1097, 1123, 1128, 1196. Vide etiam *Festum translatum.* Concessa pro locis et Ecclesiis particularibus affixa certis diebus quando transferri possint, 989, 1090, 1152, 1237. Semel in hebdomada concessa, vel in mense, an celebranda quibusdam temporibus per annum, 525, 823 *seq.*, 1025. De eorum intermissione cum Officio ad libitum, 547, 1084. An celebranda in Sabbato, 672, 720. An sint præferenda translatis, 456, 718, 1084. An infra Octavas, 803, 1054. Officia particularia majoris ritus, an præferenda minoris ritus etiam universalibus, 514, 524, 541, 614, 802, 821, 982, 1117. Ad quæ Officia tenentur Regulares, 547 *seq.*, 550 *seq.*, 1661. Ad quæ Moniales, 571. Officia de SS. martyribus Gorcomiensibus, 1214. Officia SS. quæ de mense Decembri supersunt, an fieri possint anno sequenti, 518, 963, 1125, 1163, 1194. Et quid de S. Silvestro, 1192. Officia semiduplicia occurrentia in Dominica infra Octavam, 965. Occurrentia in die Octavæ, vel infra Octavam præter Dominicam, 509. Officia SS. ad libitum occurrentia in Dominicis et Octavis, aliisque diebus impeditis, 532. Quando omittenda, 492, 546, 557 *seq.*, 568, 1109. An celebranda sub ritu simplici, 538, 582, 633. An assignanda infra Octavas, 537. An perpetuo impeditis erit alia dies assignanda, 1109, 1215. Officia sanctorum ad libitum occurrentia in Officiis Dominicæ, anticipanda, 823. Officia SS. a typographis quomodo imprimenda, 631. Officia diœcesis Venetiarum in diœcesi Brixiensi, quæ sita est extra Statum Venetiarum, an recitanda, 487; *vid. etiam sub. n.* 1502, 1575. Officia translata, vide *Festum translatum.* Officia B. M. V., *vide Mariæ Virg. Officia.* Officii assignatio an possit fieri inconsulta S. congregatione, 1091, 1109, 1215. Recitatio quoad tertiarios sæculares S. Francisci ascriptos alicui ecclesiæ, 662. In officiis de sanctis locorum et de beatis nondum canonizatis nihil propria auctoritate statuendum, 226. In Officiis sanctorum nil addendum vel minuendum, 624.

*Officium* duplex vel semiduplex si habeat Octavam, 646. Alio de semiduplicibus, et duplicibus minoribus, 1670. Feriæ IV Cinerum, 535, 538. Feriæ, quando superest aliqua Dominica post Epiphaniam vel Pentecosten, 656. Particulare, occurrens die 25 Februar. anno bissextili, et 21 Januar., 519. Breviarii pro Officio devotionis, 1376. De pluribus SS. virginibus et martyribus eo die quo cadit, 520. Simplex ejusdem qualitatis, commemoratio simplicis, qualis; vide *Commemoratio.* Plurimorum sanctorum, quorum unus sit semiduplex, alter simplex, 649. De titulis altarium, qui non sunt in Kalendario Romano, an sit recitandum, 1451. Officium solemniter fieri consuevisse, quid, 1455. Cujuscunque festi a Dominica Palmarum ad Dominicam in Albis celebrari prohibitum, 1495, et a Vigilia Pentecostes usque ad Dominic. SS. Trinitatis, 1510. Offic. de festo an faciendum in die Commem. omnium fidel. defunctor., 607 et 1670, d. 13. Officium proprium ordinis, vel diœcesis, 519, 1359, 1360. De Dominica anticipand., 656, 823. Pro sanctis non canonizatis, 217, 227, 1386; pro non descriptis in Martyrologio Romano 630; pro canonizatis, extra propriam ecclesiam, 1456. Officium, ratione ecclesiæ parochialis, vel regularis, vel abbatiæ, vel reliquiæ insignis, etc., 224. 1472, 1489. De Patrono, sub quo ritu, 877. Beatorum, vid. *Beati.* Super cadaveribus in ecclesiis regularium ad quos spectet, 280. De Sindone in do-

Digitized by Google

minio Sardiniæ quo ritu celebrandum, 1093, 1372. Commemorationis S. Augustini, 516. S. Thomæ Cantuariensis occurrens die 29 Decemb., 526. S. Silvestri impeditum an transferendum in annum sequentem, 1194. Officium Patroni regni, 550 *seq.* In diœcesi, 540, 1110 Patroni ecclesiæ, 550, 1122. Dedicationis eccles. Major. ord. Hierosolymitani non extenditur ad omnes Religiosos, 930. Vide *Dedicatio ecclesiæ*. Officium SS. Redemptoris pro ecclesia S. Mariæ Jubenicorum Venetiis, 915. SS. Corporis Christi cum Officio S. Joannis Baptistæ. Vid. *Festum*. SS. Corporis Christi qualibet feria v ex concessione, 448, 456. Vid. *Officium SS. Sacramenti*. Officium S. Hier. Æmiliani pro ordine S. Benedicti 1203. Angelorum Custodum, 479. Occurrens cum duplici minori, 523, 713, 844, 931. Angelorum et archangelorum in concursu alterius duplicis, 520, 931. S. Raphaelis archangeli. Vid. *Antiphonæ*, *Homiliæ*. S. Gabrielis, 1706. In Officio SS. Gabrielis et Raphaelis archangelorum qualis Octava benedictio, 638. Officium Reliquiarum in ecclesia Hispalensi, 1219, 1220. In provincia S. Mariæ de Arrabida, 1707, D. 4. Pro ecclesia S. Laurentii Scurialensis, 1691. Officium ratione reliquiæ insignis, 162, 165, 215, 584, 630, 610, 1133, 1240. Sacrarum reliquiarum totius ordinis Benedictini, dum Vigilia Omnium Sanctorum venit in Dominica, 986, 1027. Officium Gratiarum actionis pro victoria obtenta contra Turcas, 1221. Officium SS. Sacramenti singulis feriis v pro Germania, 1025. Idem pro clero Alexandrino, 1608, et pro clero Aquensi, 1483. Idem concessum pro religione servorum an cedat translato, 456. Vid. *Officium Corporis Christi*. Officium parvum B. M. V. quando concedatur, et quando denegetur, 196, 1113, 1207. Vide etiam 1616, D. 3. Quæ Officia permitti, quæ abrogari in Sardinia, 1653, 1655. Dubia circa Officia variarum Ecclesiarum, 1659, 1660.

*Officium* sanctorum non descriptorum in Martyrologio Romano. Vid. *Sanctorum*, etc. S. Canuti pro ordin. S. Benedict. 898. S. Servatii pro Capuccinis, 831. S. Claræ apud Franciscanos, 843. S. Eulaliæ cum Octava, 98. SS. Ursulæ et sociarum, 1240. SS. Fabiani et Sebastiani, ubi solus S. Sebastianus est Patronus, 717, 927. SS. Victoris et Innocentii, ubi soli S. Nazarius et S. Celsus sunt titulares, 1460. Sanctorum titularium, 1707, D. 1, 2. S. Januarii pro regno Neapolitano, 449, 1071. Pro diœcesi Vulturarien., 1694. S. Joseph Officium translatum, 960, 1237. Idem quo ritu celebrandum in Hispania, *ibid.* S. Ludovici in Galliis quo ritu, 655. Occurrens cum festo S. Bartholomæi, 857. S. Marci Evangelistæ, vid. *Officium translatum*. S. Mariæ Virginis, vid. *Mariæ Officium*. Officium translatum SS. Stigmatum, 111. S. Annæ, 1712. S. Mariæ Ægyptiacæ in civitate Neapolis, 515. S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, 1047. S. Monicæ, 761. Et ad ritum dup., 1555. S. Narcissi pro regno Hispaniæ, 674. SS. Nominis Jesu, 901, 914, 1011 *seq.* Idem pro FF. Minoribus S. Francisci, 914. Quo die transferendum, cum inciderit in Dominica Septuagesimæ, 979, 1213 et 1626, D. 1. Officium S. Joseph, 882. Patrocinii S. Joseph, 1567, 1579, 1582, 1586. Officium Patrocinii S. Josephi pro PP. Franciscanis de Observantia, 1681, D. 10, 11. Pro Carmelitis Excalceatis Hispaniæ, 1687, D. 17, 18. S. Rochi Officium et Missa in suis ecclesiis, 241. S. Vincentii Ferrerii in festo translato Annuntiationis, 816. S. Ubaldi, 1492. S. Liborii, 1493. S. Vincentii Ferrerii, 1499. S. Heduigis, vid., 1500. S. Pii Papæ V, 1504. S. Agathæ V. M., 1505. S. Liberati de Sauro, 1506. S. Joannis de Deo, 1507, 1515. S. Joannis Nepomuceni, 1514, 1581. S. Pauli I, eremitæ ad rit. dup., 1517. B. Salvatoris ab Horta, 1519. S. Brigittæ vid., 1520. S. Andreæ Avellini, 1521. B. Cunegundis virg. 1522. S. Felicis Capucc., 1526. B. Hyacinthæ de Mariscottis, 1527. B. Ludovicæ Alberton., 1528. SS. Jacobi de Marchia, et Francisci Solani, 1531, 1599, 1611 BB. Joannis de Perusio et Petri de Saxoferrato, 1532. S. Rosæ Limanæ, 1533. SS. Sindonis, 1534, 1612. B. Joannis de Prado, 1540, 1564, 1565. S. Eusebii Vercellensis, 1542. B. Bernardini de Feltria, 1544. S. Gregorii PP. VII, 1545. S. Scholasticæ V., 1547. S. Petri Chrysologi, 1548. S. Seraphini de Monte Granario, 1549. S. Joannis a S. Facundo, 1551. S. Fidelis a Sigmaringa, 1552, 1556. S. Antonii Lisbon., 1707, D. 5. S. Margaritæ Cortonensis, 1553. S. Simonis a Lipnica, 1557. S. Andreæ Corsini, 1561. S. Helenæ, 1566 B. Joannis de Dukla, 1567. S. Aloysii Gonzaga, 1573. S. Vincentii a Paulo, 1574, 1585, 1603. S. Julianæ de Falconeriis, 1576, 1630. S. Joannis a Cruce, 1577. S. Felicis a Cantalicio, 1578. S. Gertrudis virg. 1569. S. Zenonis M., 1583. B. Joannæ Valesiæ, 1584. S. Josephi a Leonissa, 1587. B. Jacobi a Bitetto, 1588. B. Ladislai de Gielniow, 1579, 1590, 1595. B. Salomeæ, 1592. S. Francisci Solani, 1594. S. Camilli de Lelis, 1595, 1597, 1631, 1656. B. Rogerii C., 1596. B. Mariæ de Soccos virg., 1600. S. Josephi a Cupertino, 1601. B. Angeli a Clavasio, 1601. B. Gabrielis Ferretti, 1604. B. Helenæ Enselminæ, 1605. B. Seraphinæ Sfortiæ, 1607. B. Michelinæ vid., 1610. S. Joannis a Capistrano, 1613. B. Petri a Moliano, 1615. S. Petri Alcantarensis, 1707, D. 3. S. Laurentii Justiniani, 1619. S. Theresiæ pro Carmelitis Excalceatis Hispaniæ, 1687, d. 16. De Festo Conceptionis B. M. V., 1423.

*Officium*, quod fieri solet in civitate, non potest ab episcopo extendi ad suam diœcesim, 1388. Officia cathedralis etiam sanctorum alienigenarum recitari possunt a cœtu parochorum, et beneficiatorum parochiarum civitatis, 1668. Officium, post candelas accensas, etiam hebdomadario non comparente, non differendum, sed supplendum, 1407. De Sancto canonizato an fieri possit Officium extra propriam ecclesiam, 1456. Unde arguatur an aliquod Officium fieri consueverit solemniter, 1455. Officii recitatio in choro diversimode præscribenda, 1338. Officium cujuscunque festi quando prohibeatur, et sic de Missa votiva et de *Requiem*, 1495, 1511.

*Onus* adeundi ecclesiam matricem in Sabbato Sancto, 1307.

*Ora pro nobis, S. Dei Genitrix*, quando dicenda, 814.

*Oratio* in festo SS. Fabiani et Sebastiani nunquam varianda, 25. *A cunctis* excludit alias istiusmodi orationes, 1482 Quando dicenda, 858, 875. Quo ordine in ea enuntientur nomina sanctorum occurrentium, 418. S. Francisci de Paula quo ritu recitanda, 191, 1020. Quando non concludenda *ejusdem Spiritus sancti Deus*, 1036. In die Dedicationis ecclesiæ quando varianda, 838 Oratio tertia ad libitum an omittenda, indicta oratione pro publica necessitate, 858, 869. Ubi desumenda hæc tertia oratio, 869, 1108. Qualis in Missis votivis, 820. An dicenda a Dominica Passionis usque ad feriam v in Cœna Domini, 393, 644, 859. An infra Octavam Paschalis et Pentecostes, 1041. Oratio quarta in feria 2 Quadragesimæ, 858. Orationes in Missis votivis privatis, 820, 1016. In solemnibus, 348, 1013. Vid. *Collecta*. Vid. *Commemorationes*. Et quando omittendæ, 1440. In Missa Vigiliæ Nativitatis excluduntur orationes a superiore præceptæ, v. g. pro pace, 1626.

*Orationes* publicæ pro novi episcopi electione. Infra Octavas Conceptionis B. M. in Missa feriæ, 1014. Quomodo concludendæ, 1036.

*Oratoria* confraternitatum quoad Missam, 322, 354, 775, 784. Quoad alias functiones et jura parochialia, 766. Oratoria privata et privilegiata quoad Missam, 418, 620, 1377, 1393

*Oratorium* publicum, 415, rurale, 234.

*Ordinandi*, an faciant omnes actiones, quas episcopus, in Missa, 1246. Quo loco Missam cum episcopo legere debeant, 1214, et an genuflexi, 1245.

Digitized by Google

*Ordinationes* sacræ, quoad assistentiam debendam episcopo, 67, 129.
*Ordo Hierosolymitanus.* Quædam decreta sacr. congr. pro clero ejusd. ordinis, 927.
*Organa* in collegiatis, 1169. An pulsanda quando utuntur dalmaticis, 1116, et quando cantatur Symbolum, 665.
*Ostensorium* benedicendum, 313.

P

*Paganorum* nomen an immutandum in collecta, 615.
*Palla* an cooperienda serico, 745.
*Pallium* archiepiscopale. 208. Pallium et pileus an permittantur in choro, 205.
*Palmatoria.* Vid. *Bugia.*
*Paramenta* a quibus benedicenda, 1399. Ab episcopo tantum de ipso altari accipienda, 1401.
*Parasceve.* Vid. *Feria* vi *in Parasceve.*
*Parati* quando incedere debeant nudis capitibus, 849.
*Parochi* jurisdictio circa defunctorum cadavera, 1120, circa mortuorum Officium, 1373.
*Parochi regulares* in funeribus, 262, 280, 285, 1120.
*Parochia* in processionibus et funeralibus, 8, 195, 213.
*Parochia* ruralis, quoad anniversaria, 736.
*Parochiales functiones* quando committi possint capellanis confraternitatis, 457.
*Parochialia jura* quæ non sint, 234, 772 *seq.* et quoad processiones, 211.
*Parochialis ecclesia.* Vid. *Dedicatio.*
*Parochus* duarum ecclesiarum unitarum, quoad Officia titularium, 689.
*Particula* hostiæ in Missa quo loco præcidenda, 438.
*Passio Domini* a quibus cantanda, 130. Quo in latere legenda, 433. Episcopus an debeat assistere capite detecto, 848.
*Patenæ* osculum, 566. Signum quomodo fiat, 1435. Ejus suppositio in communione generali, 416.
*Patriæ*, et cognomina sanctorum. Vid. *Cognomina*, etc.
*Patrini* in sacramento Confirmationis an possint ponere manum super humerum vel pedem, 1249.
*Patroni* civitatis electio quo modo facienda, 243. An fieri possit cum permissione et voto colendi festum tanquam de præcepto, *ibid.* Si plures Patroni, de principali tantum facienda commemoratio in suffragiis. Vid. *Suffragia.* Patroni regni Officium. Vid. *Officium Patroni.*
*Patronus* Ecclesiæ, 877. Patronus loci an habeat diem festum, 243, 684. Patronus principalis loci quoad præcedentiam, 621. Quid intelligi debeat sub nomine Patroni, 595. Et an veniat sub nomine Patroni loci patronus parochiæ, 817.
*Pax* cum osculo in choro quomodo porrigenda, quibus cum instrumento, *ibid.* et 1145. Quomodo accipienda ab episcopo celebrante, 84. Quando non sit danda a diacono, et cui spectet, 1403.
*Philippi et Jacobi* (SS.) festumsi venit in Dominica pro Benedictinis, 1026. Occurrens cum Patrocinio S. Joseph, 1087, 1150. Occurrens infra Octavam Ascensionis, 1439.
*Pileoli* adhibendi in Missa facultas a quo concedatur, 1432. Ejus usus an competat parocho deferenti Eucharistiam infirmis, 261, 658, 664. An sit adhibendus ab episcopo, 38. Ab eo qui assistit in choro Missæ conventuali, 1362.
*Pileus et Pallium,* an deferendi in choro. Vid. *Pallium.* Pileus in processionibus funeralibus, 809.
*Pirminii* (S.) episcopi Melden. festum. Vid. *Festum*, etc.
*Planeta* plicata, 574. A ministris quando deferenda, *ibid.*
*Pluviale* ad Vesperas quando capiendum, 78. An deferendum in processionibus, 744, 1501. Ejus fimbriæ a quibus elevandæ, 66. A primicerio, 58. A dignitatibus, 8. A gestantibus hastas baldachini, 10, 1033.
*Pœnitentiæ* sacramentum quo habitu etiam a canonicis administrandum, 1662.
*Pontificalium moderatio,* 336, 1376, 1445, 1446.
*Portionarii* et beneficiati, quomodo thurificandi, 147.
*Præbendarum* distinctio an prælationem ordinis inducat, et quomodo, 54, 82, 265, 352, 616, 1225, 1536.
*Præcedentia* archiepiscopi, 333. Canonicorum erga regulares, 166. Inter Regulares in publicis functionibus, 1468. In choro inter vicarium generalem et canonicos, 16. Curati, ratione stolæ, 165, 335. Inter canonicos, 16. In processionibus, 8, 37, 68, 76, 95, 114, 135, 159, 228, 230, 353. Inter canonicos et parochos, 1538, 1558. Inter canonicos et sacerdotes sæculares, 1684. Inter canonicos Gnesnæ episcopali dignitate insignitos, et cæteros non episcopos, 1690. Inter presbyteros, 117, 181, 1550. Præcedentia nulla, si resignetur dignitas, 346. Præcedentia in proferendis nominibus servorum Dei in eorum canonizatione, 1572. Alia 1692, 1701, 1703, 1704.
*Præeminentia*, 1536, 1539, 1560, 1713.
*Præfatio* in votivis per annum apud privilegiatos, 851. In Missis votivis infra Octavam Nativitatis Domini, 836. In Missis votivis infra Octavas, 559. In Missis feriæ infra Octavam Nativit. B. M. V., 1434. In festis apostolor. vel crucis infra Octav. Ascensionis, 1439. In Officio Sabbati B. M. ad Missam votivam alicujus sancti, 591. In Præfatione Missarum Exspectationis partus, et Rosarii quid servandum, 1216, D. 9 In Dominicis per annum, 1614. Præfatio SS. Trinitatis, 1327. An in Dominicis etiam quadragesimalibus et paschalibus recitanda, 1681, d. 19.
*Prælati* episcopo inferiores, 65, 357. Decreta quædam moderationis eorum pontificalium, 156.
*Præpositi* foreuses, 573, 597. Præpositus cathedralis, 696 *seq.*
*Præsentia* in choro quando debetur, 942.
*Preces* ad implorandam pluviam, etc., an inter Missam decantandæ, 42. In feria iv Cinerum, 538. Feriales quo tono cantandæ, 1066.
*Predella* altaris, 560.
*Presbyter* assistens quando thurificandus, 74. Presbyteratus ordinis anterioritas, 352. Presbyterium, 337.
*Primicerius* an capiat pluviale in processionibus. Vid. *Pluviale*, ejus munera circa chorum, 938 *seq.*
*Prior* ecclesiæ collegiatæ, 90, 173, 1509. Priores confraternitatis in processione, 151.
*Processio* SS. Sacramenti in die festo, 118, 155, 240, 527, 1672, 1698. Extra diem festum, 641. An possit ab episcopo transferri, 1242. Processio Feriæ v in Cœna Domini, et feriæ vi in Parasceve, 1130, 1340. Processiones in genere, 8, 159, 626, 637, 1130. Processiones duæ de eodem festo an permittendæ, 1474. De process. Rogat. 1347. Processiones ecclesiæ cathedralis cum Sacramento, 8, 326, et sine sacramento, 209. Processiones in oratoriis confraternitatum, 786 *seq.* Regularium, 2, 103. In feriis v et vi majoris hebdomadæ, 139 et sæcularium, *ibid.* cum reliquia S. Crucis, 625, 637. Processionum præcedentiæ 8, 567, 612, 1537, 1538, 1651, 1677. Abusus in processionibus, 1368, 1645, D. 3.
*Processus* in beatificatione et sanctificatione, 501, 1617.
*Protonotarii* participantes quoad præcedentiam, 136, 170. Titulares quoad locum, 170, 221, 353, 355, 482. An benedicere possint paramenta, 1436. Protonotarii canonici quas vestes induant, 119, 184. Quomodo thurificandi, 722.
*Psalmi De profundis*, et *Lauda, anima mea,* quando dicendi in Vesperis et Laudibus, 100, 1021

Digitized by Google

1067, 1054. Psalmi graduales et pœnitentiales, et alia onera an implenda a canonicis extra chorum, 196, 1113. Dicuntur licite pridie Vesperi post Completorium, 1374.

*Pulpitum* an ornatum esse debeat, ubi ex eo sermo recitatur feria v in Cœna Domini in functione lotionis pedum, 1681, D. 24.

*Pulvinar* pro abbatibus, 947, pro præposito accedente ad ecclesiam regularium in habitu, et prævia certioratione, 1618. Sericum, an prohibitum dignitatibus, 124, 483.

*Purificatio* calicis an facienda in prima et secunda Missa Nativitatis Domini, 761.

*Purificationis B. M. V.* festum. Vide *S. Mariæ Virginis festa.*

*Pyxis* benedicenda, 315. An possit vendi vel oppignorari, 1460. An velo cooperienda, dum defertur ad infirmos, 721.

Q

*Quadraginta* Horarum oratio, ubi intermissa sit, restituenda, 1367. Quid, si occurrat festum 1 vel 2 class. inter solemnia 40 Horarum, 1496.

*Quadraginta* SS. Martyrum sedes fixa assignata pro Officio, 394.

R

*Raphaelis* archangeli Offic. Vide *Officium.*

*Receptio* ad habitum religiosum et professionem, 563.

*Recitari posse*, vel *fieri posse* quid importent in indultis et decretis Officiorum, 572, 952, 1043, 1059. *Recitari debere* importat præceptum, 1238.

*Reconciliatio* ecclesiæ et cœmeterii, ad quem spectet, 80.

*Rector* chori, 24, 43, 343. Rectores parochialium in processionibus, 126. Iidem inter divina Officia, 251, 253.

*Redemptoris Officium.* Vide *Officium.*

*Regulares*, quoad recitationem Officii in choro cum canonicis, 11, 115, 1208. Quoad Officium dedicationis, titularis, cathedralis, patroni principalis, 419, 540, 550, 557 *seq.*, 1110, 1122, 1181. An debeant omittere Officium ad libitum concessum, si aliud occurrat in eorum Kalendario. Vid. *Officium ad libitum.* Ad quæ Officia teneantur. Vid. *Officia.* An de Patrono parochiæ, in qua morantur, 833. An sequi possint ordinem proprii Breviarii, 997. Regulares, quoad processiones, 2, 103, 107, 139, 166, 210 *seq.*, 249, 498, 1406, 1468, 1473, 1474, 1490. An nominare possint in canone superiores suos uti antistites, 1404. Regulares S. Augustini, 275. Quoad Missam, 3, 15, 319 *seq.*, 562, 598, 1417. Celebrantes Missam in aliena ecclesia, 753 *seqq.* Quoad Officium 943, 997, 1160. Quoad funera 262, 1120. Regulares prælati. Vid. *Prælati.* Regularium nomine an veniant etiam Moniales, 756. Regularium superiores an veniant sub nomine Ordinarii, 48.

*Reliquia* S. spinæ quo ritu deferenda, 255, 1238, et SS. crucis. Vide *Crucis.* Reliquiæ beatorum; vide *Beati*, etc. quo ritu a celebrante incensandæ, 1168. An collocandæ super altare SS. Sacramenti, 1106. An in tabernaculo in quo est repositum, 1335. Reliquiæ sanctorum in ecclesiis Regularium a quo deferendæ et quo ritu 107, 599, et in consecratione altaris, 1334. Reliquiæ in processionibus a quibus deferendæ, 323, 339. Quoad Officium et Missam de iis celebrandam, 640. Reliquiarum clavis cui assignanda, 34, reliquiarum Officium. Vide *Officium.*

*Remigii* (S.) Officium pro clero Gallicano. Vide *Officium.*

*Responsorium : Domine, prævenisti*, 650.

*Reverentia* in fine Missæ erga Papam, episcopum, etc., 33. Erga crucem in fine Missæ, 1441.

*Rita de Cascia* (B.) an eligenda in Patronam, 1080 *seq.*

*Rocchi* (S.) Officium et Missa. Vid. *Missa.*

*Rogationes*, 15, 70, 612, 645, 1347, 1371.

*Rosa Viterbiens.* (S.) Octava apud Franciscanos, Vid. *Octava.*

*Rubricæ* non sunt violandæ imperitorum causa, 1259.

S

*Sabbatum*, quoad Missas votivas B. M. in ejus ecclesia, 592. Quoad Missas aliorum sanctorum, *ibid.*

*Sabbatum sanctum*, quoad Missas privatas, 591, 1513. Quoad benedictionem aquæ, 673, cerei, etc., 1306 *et seqq.*

*Sacerdos* pergens ad celebrandum possitne ad januam sacristiæ aquam benedictam accipere ac se signare, 1680.

*Sacerdotes* in communione Monialium a qua parte debeant descendere, 1037. Vid. *Celebrantes.*

*Sacrificia* in die Commemorationis defunctorum an applicanda ad libitum, 441.

*Sancti*, de quibus nihil in Kalendario. Vid. *Breviarium Romanum*, eorum corpora quando nequeant sub altari reponi, 1381.

*Sancti*, qui in fine anni supersunt, 1681.

*Sanctissimi Sacramenti* Officium pro Germania. Vid. *Officium.* Congruum ne sit, nocte Nativitatis Domini SS. Sacramentum exponere, 1702. SS. Sacramenti benedictio in ecclesiis Monialium, 1666.

*Scholasticæ* (S.) Commemoratio. Vid. *Commemoratio.*

*Sebastiani et Fabiani* (SS.) quando sint separanda Officia, 717.

*Sedere* quoad celebrantem ad *Gloria* et *Credo*, 115, 143, 201, 460. Quando episcopus distribuit candelas, cineres, etc., 847.

*Sedes* prima in choro cui concedatur, 195. Quæ pro abbate, præsente episcopo, 157. Quæ pro canonico celebrante coram episcopo, 143. Et non præsente episcopo, 115. Episcopi coadjutoris, quæ, 190, et gubernatoris civitatis, 337, 561.

*Sella* gestatoria, 619.

*Semiduplex* occurrens in duplici quomodo transferendum, 646, 666, 739, 1051, 1097. In aliam diem Octavæ, *ibid.* Infra Octavam Ascensionis, 761.

*Sequentia* Nominis Jesu a quibus dicenda, 1012.

*Signum* canonicorum cathedralis an concedatur aliis, 131.

*Simplex* Officium perpetuo impeditum, 1217, 1252, simplicis Officii translatio, 1626, d. 11. Infra Octavam corporis Christi, 472, 487. Occurrens in Dominica in Albis, 998.

*Spinæ* coronæ D. N. J. C. an sint habendæ ut insignes reliquiæ, 255, 831. Quomodo deferendæ in processionibus, *ibid.* et 1119. Quando feria vi, in Parasceve exponendæ, 1685.

*Stigmatum* S. Francisci Officium, Vid. *Officium*, quis color in eorum festo, 1427.

*Stola* in confessione administranda, 224. In sumptione Eucharistiæ, 504, 1330. In depositione SS. Sacram. 1702, d. 1. In processione solemni Corporis Christi, 1702. Quomodo aptanda super alba, 503 *et seq.* In Horis canonicis, 435. Ejus præcedentia, 105, 335, 1538.

*Subdiaconus*, ejus Officium an suppleri possit per alium in minoribus, 702. Vid. *Diaconi et Subdiaconi munera.*

*Substitutus archipresbyteri*, 14, 164.

*Suffraganeus*, Vid. *Episcopus.*

*Suffragia* communia in Vigilia Omnium Sanctorum, 875. Suffragia B. M., 578, 662. Et in ecclesiis eidem dicatis, 662 *seq.* quo ritu dicenda, ubi plures sunt Patroni, 570. In suffragiis communibus, an sint omittendæ Commemorationes SS. Salvatoris, aut S. Crucis, in eorum ecclesiis titularibus, 807.

*Superpelliceum.* Vid. *Cotta.*

*Symbolum* in Missa, quomodo canendum, 665, quando dicendum, 581 *seq.*, 590, 595, 701, 731

Digitized by Google

*seq.* 853, 1022, 1183, 1650, 1681, D. 7. An dicendum in Missis beatorum, 452. In festo S. Joannis Baptistæ ubi est titulare, 1155. In Missis Patroni minus principalis, 1134.

*Symbolum* S. Athanasii an dicendum in die SS. Trinitatis et per Octavam, 860 *seqq.*, 901. Quomodo recitandum, 1428.

## T

*Tabernaculum* SS. Sacramenti, 748, 1333, 1335.

*Taxæ* in beatificatione et canonizatione, 88, 501.

*Tempus* a jure statutum pro collatione ordinis, 1073, præscriptum ad recitandum in choro d. Officium, 1338, 1407.

*Tertiarii* S. Francisci sæculares, quoad Officii recitationem, 11, 659. Quoad processiones, associationem cadaverum, etc., 1673. Tertiarii Carmelitarum et alii, 1208 *seq.* Tertiarii de Oliveira an deferre possint mozzettam, 1201.

*Thomæ a Villanova* (S.) in Officio quid addendum, 678.

*Thomæ Cantuariensis* (S.) Officium occurrens in Dominica. Vid. *Officium.*

*Thuribulorum* duorum usus quando concedatur, 77, 93, 167.

*Thuriferarius* et acolythi ubi sedere debeant in Missa solemni, 1681, D. 18.

*Thurificatio*, quando in Missa solemni omittenda, 83, 315, 480. An adhibenda in Missa conventuali, 1681, D. 21. Quo ritu facienda in Vesperis et Laudibus, 97, 1226. Celebrantis absente episcopo, 150. Et dignitatum in choro, 722, 1352. SS. Sacramenti, dum benedicitur populus, 1157. Crucis, an facienda coram Sacramento, *ibid.* Crucis et oblatorum in feria VI majoris hebdomadæ, 676, 707.

*Titularis* Ecclesiæ, si est dignior, an prævaleat Patrono civitatis, 263, 622.

*Titulus* Ecclesiæ an mutari possit a confraternitate, 1582.

*Tobalea*, vid. *Mappa*

*Translatio* Festorum. Vid. *Festum.* Duplicis. Vid. *Officia.* Translatio Officii in diem immediate sequentem non impeditam quomodo intelligenda, 509, 666. Patroni. Vide *Anniversarium.* Apostolorum ejusdem ritus, 464. Apostolorum et evangelistarum cum S. Joseph, 1149 *seq.* Translatis an assignari possit dies fixa sine decreto. Vid. *Festa translata.*

*Trinitatis* festum ubi fit cum Octava. Vid. *Symbolum S. Athanasii.*

*Typographi*, quoad impressionem Officiorum, 631.

## U

*Urbinatenses dignitates*, et canonici, 1265 *seq.*

*Ursulæ* (S.) Officium, Vid. *Officium.*

## V

*Velare* cruces et imagines, 310 *seq.*

*Velum*, quo crux cooperitur feria V in Cœna Domini, 312

*Verbum caro factum est*, an genuflectat episcopus ad hæc verba. Vid. *Genuflectere.*

*Versus* ad Primam in exspectatione partus beatæ Mariæ, 962.

*Vesperæ* quando dimidiandæ, 575, 577. Defunctorum pro prima die mensis, 1372. Vesperæ primæ, diei Octavæ occurrentes in Dominica privilegiata, 1042. Secundæ, de die Octava non privilegiata concurrentes cum primis Vesperis duplicis, 450, 523. Secundæ, diei Octavæ B. M. V. cum duplici per annum, 523. Secundæ, diei Octavæ Dedicationis ecclesiæ cum duplici per annum, 447. Secundæ, SS. apostolorum Petri et Pauli cum primis Vesperis Dedicationis Ecclesiæ, 1176. Vesperæ integræ de festis cum solemnitate celebrandis, 1180. Vesperæ Octavæ Corporis Christi, ubi cum festo Sacri Cordis Jesu ex apostolica facultate concurrant, quomodo recitandæ, 1656, D. 3. Vesperæ de S. Martina, 1483.

*Viaticum* deferre infirmo feria VI in Parasceve quo ritu, 1199.

*Vicarius* apostolicus, 141, 579. Capitularis, 414, 465. Foraneus, 573, 597. Collegiatæ de Urbe, 33. Generalis episcopi quoad præcedentiam, 16, 109, 113, 185, 222, 230, 583, 608, 617, 627, 1206, 1375. In Missarum solemniis 1336, 1347. In Missa privata, 1437 absente episcopo, 1443. In processionibus 230, 627, præsente præposito cathedralis, 936 *seq.* In recitatione Officii in choro an exspectandus, 49. Quoad thurificationem, 90, 136, 156, 179, 222, 296. Vid. *Præeminentia.* An possit benedicere prædicatorem aut diaconum, 57.

*Vigilia* S. Matthiæ ap. in feria tertia post Quinquagesimam an jejunandum, 658. Nativitatis S. Joannis Baptistæ occurrens in festo Corporis Christi, 279, 835. Omnium SS., 875, 1570. Pentecostes, 516, 1571. Epiphaniæ, 670, 851, 931.

*Vincentii Ferrerii* (S.) Officium in festo translato Annuntiationis. Vide *Officium.*

*Visitationis* B. M. Officium occurrens in die Octava Dedicationis ecclesiæ. Vid. *Mariæ V. Festum.*

*Votum* factum ab universitate an obliget personas et populum, 290. Emissum a civitate Thermitana an valeat, 1164. Emissum a magistratu Guipuscoæ an obliget etiam clerum, 1563. *Wenceslai* (S.) Officium pro regno Poloniæ, 1260.

---

## INDEX CAUSARUM IN SACRA CONGREGATIONE CONCILII RESOLUTARUM

Quæ in *Appendice* summatim collectæ referuntur.

## A

Acernen. *Distributionum quotidianarum, et Jubilationis*, 228.

Acerrarum, 122.

Æsina *Juris nominandi concionatorem*, 4.

Alben. *Sacror. Rituum, ac Regiminis ecclesiæ*, 15.

Albinganen. *Curæ animarum et functionum*, 299.

Albinganen. *Processionis et nullitatis interdicti*, 287.

Alerien. *Sepulturæ*, 316.

Alexandrina, 37.

Alexandrina, 123.

Alexandrina *Funerum*, 275 et 276.

Alexanen., 252.

Alexanen. *Celebrationis Missar.*, 256.

Alexanen. *Funerum*, 260.

Amalphitana *Cathedratici et Procurationis*, 225.

Amerina *Missæ conventualis*, 277.

Amerina, 321.

Amerina *Functionum*, 330.

Amerina seu Interamnensis *Ordinationis*, 345.

Andrinen. *Accessus ad processiones*, 14.

Aquen. *Jurium parochial.*, 10.

Aquen. *Præeminentiar.*, 149.

Aquen. *Erectionis capellaniæ*, 347.

Aquilana *Jurisdictionis*, 70.

Aquilana *Concionatoris*, 225

Aquipendii *Visitation. Sacr. lim.*, 27.

Aquipendii *Indulti*, 40.

Aquipendii *Expensarum*, 336, 337, 338.

Ariminen., 283.

Ariminen., 323.

Ariminen. *Celebrationis Missar.*, 326.

Asculana, 80

Asculana sive Montis Alti *Ordinat.*, 159.

Asculana *Jurium, functionum parochialium*, 165.
Asculana *Cathedratici*, 176.
Asculana *Processionum*, 302.
Asten. *Officii fabricerii*, 57.
Atrien, 87.
Auximana *Restaurationis ecclesiæ*, 44.
Auximana, 94.
Auximana *Procurationis*, 114.
Auximana seu Lauretana *Funer.*, 303.
Auximana *Applicationis. Miss.*, 317.
Auximana seu Cingulana *Cathedratici*, 341.

B

Balneoregien. *Missæ parochialis*, 22.
Bambergen. *Canonicatus*, 110.
Baren., 332.
Baren. *Congruæ* en *et expensarum*, 333.
Bissaciarum, 214.
Bitecten., 58.
Bojanen. *Jurium parochialium*, 150.
Bononien., 75.
Bononien., 124.
Bononien. *Præcedentiæ*, 220.
Bononien. *Funerum*, 295.
Brixien., 171.
Brugen., 132.
Brugnaten. *Collegialitatis*, 84.
Brugnaten. *Coadjutoriæ*, 314.
Brundusina *Adimplemen.*, 41.
Burgi S. Domnini, 129.
Burgi S. Sepulcri *Reductionis oneris Missarum*, 284.

C

Cæsenaten. *Onerum Missarum*, 215.
Cæsenaten. *Capellaniæ*, 301.
Cæsenaten. *Beneplaciti*, 318.
Calaritana, 100.
Calaguritana *Juris visitandi*, 139.
Calaguritana et Calceaten. *Residentiæ*, 234.
Camerinen. *Capellaniæ*, 190.
Camerinen. *Utensilium*, 243.
Caputaquen., 131.
Capritana, 141.
Carthagin. *Matrimonii*, 305.
Casalen. *Montis Pietatis*, 26.
Casalen. *Residentiæ*, 38.
Casalen., 297.
Casertana *Capellaniarum*, 209.
Cassanen. *Cathedratici*, 182.
Cassanen., 197.
Cassanen., 202.
Cassanen. *Cathedratici*, 211.
Cassanen. *Matricitatis*, 319.
Cassanen. *Parochialis*, 363.
Castri Maris *Servitii chori*, 207.
Castri Maris *Primiceriatus*, 269.
Cathacen., 92.
Caven. *Funerum*, 158.
Celsonen., 242.
Celsonen., 340 et 341.
Civitatis Castellanæ *Procurationis*, 173.
Civitatis Castellanæ *Juris concionandi*, 294.
Civitaten. *Indulti*, 273.
Colonien., 51.
Comen. *Missæ parochialis et conventualis*, 49.
Comen. *Functionum*, 285.
Comen. *Funerum*, etc., 289.
Compsana *Spolii*, 103.
Cremonen., 69.
Cremonen., 97.
Cremonen. *Quartæ funerariæ*, 172.
Cremonen. *Quartæ funerariæ*, 192.
Cremonen. *Quartæ funerariæ*, 201.

D

Derthonen. *Jurium parochialium*, 35.
Derthonen. *Jurium parochial.*, 82.
Derthonen., 101.
Derthonen., 108.
Derthonen *Irregularitatis*, 320.
Derthonen. *Visitationis*, 349.
Derthusen. *Applicationis Missæ*, 324.
Dubia *Concursus*, 52.
Dubium *Visitationis*, 56.

E

Elboren. *Dubiorum*, 55.
Elven. *Jurisdictionis*, 205.
Eugubina *Servitii chori*, 218.

F

Fabentina *Quartæ funeralis*, 184.
Fabrianen. *Fontis baptismalis, et Juris baptizandi*, 151.
Fabrianen. *Fontis baptismalis, et Juris baptizandi*, 155.
Fabrianen. *Fontis baptismalis, et Juris baptizandi*, 162.
Fabrianen. *Fontis baptismalis*, 169.
Fabrianen. *Fontis baptismalis*, 175.
Fanen. *Procurationis*, 163.
Fanen. *Procurationis*, 262.
Fanen. *Quartæ funeralis*, 327.
Faventina *Quartæ funeralis* 181.
Faventina *Jurium parochialium*, 325.
Faventina *Capellaniæ*, 344.
Faventina, 353.
Faventina *Præeminentiarum*, 357.
Ferentina, 351
Ferentina, 352.
Feretrana *Juris sepeliendi*, 249.
Feretrana *Concionatoris*, 259.
Ferrarien. *Applicationis Missar.*, 28.
Ferrarien., 39.
Ferrarien. *Applicationis Missar.*, 46.
Ferrarien. *Jurisdictionis*, 306.
Firmana *Subsidiorum dotalium*, 137.
Firmana *Capellaniæ*, 183.
Firmana *Jurium parochialium*, 199.
Firmana *Concionatoris*, 248.
Firmana *Concionatoris*, 251.
Firmana *Funerum*, 266.
Firmana *Beneficii*, 335.
Firmana *Officiaturæ*, 362.
Florentina *Præeminentiarum*, 29.
Florentina, 96.
Florentina, 104.
Florentina, 120.
Forosempronien., 125.
Frisingen., 280.
Fulginaten., 98.
Fulginaten. *Jurisdictionis*, 212.
Fulginaten. *Jurisdictionis*, 219.
Fulginaten. *Jurisdictionis*, 240.
Fulginaten., 298.
Fundana *Participationis*, 178.

G

Gadicen. seu Hispalen. *Ordinationis*, 246.
Gerunden. *Exemptionis*, 232.
Gerunden. *Jurisdictionis*, 233.
Gnesnen., 85.
Guardien., 168.

H

Hieracen. *Exemptionis*, 318.
Hieracen. *Visitationis*, 318.
Hortana *Jurium parochial.*, 217.
Hortana, 267.
Hortana, 268.
Hortana, 271.

J

Januen. *Jurisdictionis*, 62.
Januen. *Jurisdictionis*, 67.
Januen., 81.
Juvenacen. *Administrationis*, 200.
Juvenacen., 203.
Juvenacen. *Administrationis*, 204.

L

Lancianen. *Confraternitatis*, 16.
Lancianen., 93.
Larinen. *Decretor. synodal.*, 153.
Larinen., 237.
Leodien., 147.
Leodien., 164.
Lucana *Juris deferendi crucem*, 24.
Lucana *Funerum*, 59.
Lucana *Legati pii*, 127.
Lucana, 270.
Lunen. Sarzanen. *Præeminent.*, 86.
Lycien. *Clausuræ*, 254.

M

Maceraten. *Jurium parochial.*, 42.
Maceraten., 117.
Maceraten. *Utensilium*, 130.
Mantuana *Applicat. sacrificii*, 34.
Mantuana, 99.
Mantuana, 113.
Marcisen. *Oratorii*, 236.
Mazarien., 118.
Mediolanen. *Reductionis Missar.*, 30.
Mediolanen. *Oneris Missarum*, 41.
Mediolanen. *Quartæ funerariæ*, 138.
Mediolanen. *Quartæ funerariæ*, 146.

Digitized by Google

Mediolanen. *Censurarum*, 180.
Mediolanen. *Celebrationis Missar.*, 198.
Melphiten., 63.
Montis alti, 307.
Montis alti, 309.
Montis alti *Visitationis*, 331.
Montis Falisci, 77.
Montis Marani. *Servitii eccles.*, 66.

N

Naulen. *Visitationis*, 300.
Neapolitana *Capellania*, 83.
Nerithonen., 329.
Nicien. *Matrimonii*, 291.
Nicien. *Capellaniæ*, 337.
Novarien. *Funerum et jurisdict.*, 5.
Novarien. *Aggregationis*, 33.
Novarien. *Aggregationis*, 45.
Novarien. 74.
Novarien. 121.
Novarien. *Juris visitandi*, 292.
Nullius Altamuræ *Conservatorii et exemptionis*, 23.
Nullius seu Farfen. *Reparationis ecclesiæ*, 53.
Nullius seu Montis Casini *Distribution. subsidiorum dotalium*, 133
Nullius seu Montis Casini *Distrib. subsidiorum dotal.*, 135.
Nullius seu Messanen. *Juris convocandi synodum*, 216.
Nullius seu Farfen. *Distributionum quotidianarum*, 222.
Nullius seu Nonantulana *Jurium parochialium*, 264.
Nullius Forumpompilii, 334.
Nullius S. Benigni *Nullitatis matrimonii*, 339.
Nullius seu Sublacen. *Funer.*, 359.
Nuscana *Funeris*, 134.
Nuscana *Sepulturæ*, 195.
Nuscana, 315.

O

Ordinis S. Francisci, 72.
Ordinis Minimor. *Quartæ funer.*, 161.
Ordinis Minimor. *Quartæ funer.*, 187.
Ordinis Minimor. *Quartæ funer.*, 189.
Oritana *Funerum*, 128.
Oveten. *Coadjutor. et distribut.*, 230.

P

Pampilonen. *Juris quæstuan.*, 238.
Papien. *Juris deferen. crucem*, 6.
Papien. *Juris deferendi crucem*, 13.
Papien. 31, 32.
Papien. *Subsidii dotalis*, 145.
Papien. *Oneris Missarum*, 170.
Papien. 256 *bis*.
Perusina *Ordinationis*, 152.
Perusina *Cathedratici*, 191.
Pharaonen. *Jurisdictionis*, 167.
Pientina, 142.
Pientina *Remissionis onerum*, 143.
Pientina seu Ilcinen. *Ordinat.*, 163.
Pinnen. *Theologalis*, 354.
Pinnen. *Canonicatus theologalis*, 360.
Pisauren. *Casuum reservatorum*, 364.
Pisauren. *Cameriatus*, 365.
Placentina, 105.
Policastren., 106.
Portalegren., 48.
Portugallen. *Visitationis*, 2.
Portugallen., 111.
Pragen. *Jurisdictionis*, 8.

R

Ravennaten. *Visitationis*, 144.
Ravennaten. *Applicationis Missarum*, 208.
Ravennaten. *Distributionum quotidianarum*, 231.
Ravennaten. *Altaris*, 274.
Reatina, 89.
Regien. *Visitationis*, 308.
Romana *Capellaniæ*, 36.
Romana *Capellaniæ*, 54.
Romana seu Bononien., 91.
Romana, 116.
Romana *Distributionum*, 136.
Romana *Oneris Missarum*, 148.
Romana *Capellaniæ*, 156.
Romana *Reductionis oneris Missarum*, 160.
Romana *Utensilium*, 196.
Romana *Utensilium*, 227.
Romana *Fructuum canonic.*, 241.
Romana. *Reductionis legator.*, 312 et 313.
Ruben. *Habitus talaris*, 12.
Ruben. *Expensarum*, 179.

S

Sabinen. *Funerum*, 181.
Sabinen. *Jur. parochial.*, 247.
Salamantina *Erectionis*, 272.
Salernitana *Edictorum*, 154.
Salutiarum *Juris visitandi*, 322.
Sancti Marci, 47.
Sancti Severini *Cathedratici*, 221.
Savonen. *Jurium parochialium*, 17.
Savonen. *Jurium parochialium*, 18.
Savonen. *Jurium parochial.*, 19.
Savonen. *Jurium parochial.*, 20.
Savonen. *Jurium parochial.*, 21.
Savonen. 76.
Savonen. 90.
Senen. *Celebrationis et applicationis Missæ conventualis*, 342 *et seq.*
Senen. *Jubilationis*, 350.
Senogallien. *Missarum*, 157.
Senogallien. *Juris sepeliendi*, 224.
Sorana *Funerum*, 68.
Spoletana, 65.
Spoletana *Juris visitandi*, 140.
Spoletana *Juris quæstuandi*, 244.
Spoletana, 250.
Squillacen. *Celebration. Missar.*, 356.
Squillacen. *Celebrat. Missarum et functionum conventualium*, 360.
Suessana *Servitii chori*, 193.
Suessana *Jurium parochial.*, 194.
Sypontina *Servitii ecclesiæ*, 174.

T

Tarentina *Beneplaciti apost.*, 257.
Tarraconen. *Ordinationis*, 239.
Taurinen. *Celebrationis Missæ quotidianæ*, 296.
Theanen., 126.
Tiburtina, 115.
Tolentina *Cathedratici*, 226.
Tolentina *Servitii chori et Missæ conventualis*, 229.
Tolentina *Juris sepeliendi*, 304.
Toletana *Jurisdict.*, 361.
Tranen. *Juris funerandi*, etc., 288.
Tridentina, 355.
Trivicana seu Tricaricen., 102.
Trojana *Funerum*, 3.
Trojana *Funerum*, 166.
Tudertina *Capellaniæ*, 25.
Tudertina *Procurationis*, 188.
Tudertina *Jurisdictionis*, 253.
Turritana seu Bossanen. *Jurisdict.*, 9.
Turritana, 78.
Turritana, 79.
Tusculana *Funerum*, 177.
Tusculana *Reparat. ecclesiæ*, 213.
Tusculana *Juris tumulandi*, 310.

U

Ugentina *Ordinum*, 261.
Ugentina *Celebrat. Missarum*, 281.
Ugentina *Legati*, 282.
Ulixbonen. *Occidentalis*, 64.
Urbanien. *Clausuræ*, 286.
Urbevetana, 206.
Urbis, 73.
Urgellen., 109.
Uritana, 107.
Uxentina *Celebrationis Missarum*, 281.
Uxentina *Legati*, 282.

V

Valven., seu Sulmonen., 119.
Vasionen., 293.
Veliterna, 60.
Veneta, 50.
Vercellen. *Jurisdictionis*, 185.
Verulana *Oratorii*, 186.
Viennen. *Jurium parochial.*, 88.
Viennen. *Jurium parochial.*, 112.
Viglevanen. *Funerum*, 258.
Viglevanen. *Funerum*, 265.
Viglevanen. *Capellaniæ*, 357.
Viterbien. *Visitat. sacr. Liminum*, 61.
Viterbien., 245.
Viterbien., 255.
Viterbien. *Capellaniæ*, 263.
Volaterrana, 95.

# ADDENDA ET CORRIGENDA.

*Ad tom. II, col. 793, ad verb.* Conceptio B. M. V. — *Hic addendæ sunt, quibus ad integrum absolvitur quæstio, Litteræ apostolicæ de dogmatica definitione Immaculatæ Conceptionis Virginis Deiparæ, a Pio IX, Romæ datæ,* VI *Idus Decembris, anno* 1854.

## SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI PII DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ IX LITTERÆ APOSTOLICÆ DE DOGMATICA DEFINITIONE IMMACULATÆ CONCEPTIONIS VIRGINIS DEIPARÆ.

Pius episcopus servus servorum Dei

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Ineffabilis Deus, cujus viæ misericordia et veritas, cujus voluntas omnipotentia, et cujus sapientia attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter, cum ab omni æternitate prævideril luctuosissimam totius humani generis ruinam ex Adami transgressione derivandam, atque in mysterio a sæculis abscondito primum suæ bonitatis opus decreverit per Verbi incarnationem sacramento occultiore complere, ut contra misericors suum propositum homo diabolicæ iniquitatis versutia actus in culpam non periret, et quod in primo Adamo casurum erat, in secundo felicius erigeretur, ab initio et ante sæcula Unigenito Filio suo matrem, ex qua caro factus in beata temporum plenitudine nasceretur, elegit atque ordinavit, tantoque præ creaturis universis est prosecutus amore, ut in illa una sibi propensissima voluntate complacuerit. Quapropter illam longe ante omnes Angelicos Spiritus, cunctosque Sanctos cœlestium omnium charismatum copia de thesauro divinitatis deprompta ita mirifice cumulavit, ut Ipsa ab omni prorsus peccati labe semper libera, ac tota pulchra et perfecta eam innocentiæ et sanctitatis plenitudinem præ se ferret, qua major sub Deo nullatenus intelligitur, et quam præter Deum nemo assequi cogitando potest. Et quidem decebat omnino, ut perfectissimæ sanctitatis splendoribus semper ornata fulgeret, ac vel ab ipsa originalis culpæ labe plane immunis amplissimum de antiquo serpente triumphum referret tam venerabilis mater, cui Deus Pater unicum Filium suum, quem de corde suo æqualem sibi genitum tanquam seipsum diligit, ita dare disposuit, ut naturaliter esset unus idemque communis Dei Patris, et Virginis Filius, et quam ipse Filius substantialiter facere sibi matrem elegit, et de qua Spiritus Sanctus voluit, et operatus est, ut conciperetur et nasceretur ille, de quo ipse procedit.

Quam originalem augustæ Virginis innocentiam cum admirabili ejusdem sanctitate, præcelsaque Dei Matris dignitate omnino cohærentem catholica Ecclesia, quæ a Sancto semper edocta Spiritu columna est ac firmamentum veritatis, tanquam doctrinam possidens divinitus acceptam, et cœlestis revelationis deposito comprehensam multiplici continenter ratione, splendidisque factis magis in dies explicare, proponere, ac fovere nunquam destitit. Hanc enim doctrinam ab antiquissimis temporibus vigentem, ac fidelium animis penitus insitam et sacrorum antistitum curis studiisque per catholicum orbem mirifice propagatam ipsa Ecclesia luculentissime significavit, cum ejusdem Virginis Conceptionem publico fidelium cultui ac venerationi proponere non dubitavit. Quo illustri quidem facto ipsius Virginis Conceptionem veluti singularem, miram, et a reliquorum hominum primordiis longissime secretam, et omnino sanctam colendam exhibuit, cum Ecclesia nonnisi de sanctis dies festos concelebret. Atque idcirco vel ipsissima verba quibus divinæ Scripturæ de increata Sapientia loquuntur, ejusque sempiternas origines repræsentant, consuevit tum in ecclesiasticis Officiis, tum in sacrosancta Liturgia adhibere, et ad illius Virginis primordia transferre, quæ uno eodemque decreto cum Divinæ sapientiæ incarnatione fuerant præstituta.

Quamvis autem hæc omnia penes fideles ubique prope recepta ostendant, quo studio ejusmodi de Immaculata Virginis Conceptione doctrinam ipsa quoque Romana Ecclesia omnium Ecclesiarum mater et magistra fuit prosecuta, tamen illustria hujus Ecclesiæ facta digna plane sunt quæ nominatim recenseantur, cum tanta sit ejusdem Ecclesiæ dignitas, atque auctoritas, quanta illi omnino debetur, quæ est catholicæ veritatis et unitatis centrum, in qua solum inviolabiliter fuit custodita religio, et ex qua traducem fidei reliquæ omnes Ecclesiæ mutuentur oportet. Itaque eadem Romana Ecclesia nihil potius habuit, quam eloquentissimis quibusque modis Immaculatam Virginis Conceptionem, ejusque cultum et doctrinam asserere, tueri, promovere et vindicare. Quod apertissime planissimeque testantur et declarant tot insignia sane acta Romanorum Pontificum decessorum nostrorum quibus in persona apostolorum principis ab ipso Christo Domino divinitus fuit commissa suprema cura atque potestas pascendi agnos et oves, confirmandi fratres, et universam regendi et gubernandi Ecclesiam.

Enimvero prædecessores nostri vehementer gloriati sunt apostolica sua auctoritate festum Conceptionis in Romana Ecclesia instituere, ac proprio officio propriaque missa, quibus prærogativa immuni-

tatis ab hæreditaria labe manifestissime asserebatur, augere, honestare, et cultum jam institutum omni ope promovere, amplificare sive erogatis indulgentiis, sive facultate tributa civitatibus, provinciis, regnisque, ut Deiparam sub titulo Immaculatæ Conceptionis Patronam sibi deligerent, sive comprobatis sodalitatibus, congregationibus, religiosisque familiis ad Immaculatæ Conceptionis honorem institutis, sive laudibus earum pietati delatis, qui monasteria, xenodochia, altaria, templa sub Immaculati Conceptus titulo erexerint, aut sacramenti religione interposita Immaculatam Deiparæ Conceptionem strenue propugnare spoponderint. Insuper summopere lætati sunt decernere Conceptionis festum ab omni Ecclesia esse habendum eodem sensu ac numero, quo festum Nativitatis idemque Conceptionis festum cum octava ab universa Ecclesia celebrandum, et ab omnibus inter ea, quæ præcepta sunt, sancte colendum, ac pontificiam capellam in patriarchali Nostra Liberiana basilica die Virginis Conceptioni sacro quotannis esse peragendam. Atque exoptantes in fidelium animis quotidie magis fovere hanc de Immaculata Deiparæ Conceptione doctrinam, eorumque pietatem excitare ad ipsam Virginem sine labe originali conceptam colendam, et venerandam, gavisi sunt, quam libentissime facultatem tribuere, ut in Lauretanis Litaniis, et in ipsa Missæ Præfatione Immaculatus ejusdem Virginis proclamaretur Conceptus, atque adeo lex credendi ipsa supplicandi lege statueretur. Nos porro tantorum prædecessorum vestigiis inhærentes non solum quæ ab ipsis pientissime sapientissimeque fuerant constituta probavimus, et recepimus, verum etiam memores institutionis Sixti IV proprium de Immaculata Conceptione officium auctoritate Nostra munivimus, illiusque usum universæ Ecclesiæ lætissimo prorsus animo concessimus.

Quoniam vero quæ ad cultum pertinent, intimo plane vinculo cum ejusdem objecto conserta sunt, neque rata et fixa manere possunt, si illud anceps sit, et in ambiguo versetur, idcirco decessores nostri Romani Pontifices omni cura Conceptionis cultum amplificantes, illius etiam objectum ac doctrinam declarare, et inculcare impensissime studuerunt. Etenim clare aperteque docuere, festum agi de Virginis Conceptione, atque uti falsam, et ab Ecclesiæ mente alienissimam proscripserunt illorum opinionem, qui non Conceptionem ipsam, sed sanctificationem ab Ecclesia coli arbitrarentur et affirmarent. Neque mitius cum iis agendum esse existimarunt, qui ab labefactandam de Immaculata Virginis Conceptione doctrinam excogitato inter primum atque alterum Conceptionis instans et momentum discrimine asserebant, celebrari quidem Conceptionem sed non pro primo instanti atque momento. Ipsi namque prædecessores nostri suarum partium esse duxerunt, et beatissimæ Virginis Conceptionis festum, et Conceptionem pro primo instanti tanquam verum cultus objectum omni studio tueri ac propugnare. Hinc decretoria plane verba, quibus Alexander VII decessor noster sinceram Ecclesiæ mentem declaravit, inquiens : « Sane vetus est « Christifidelium erga ejus beatissimam Matrem « Virginem Mariam pietas sentientium, ejus animam « in primo instanti creationis, atque infusionis in « corpus fuisse speciali Dei gratia et privilegio, intuitu meritorum Jesu Christi ejus Filii humani « generis Redemptoris, a macula peccati originalis « præservatam immunem, atque in hoc sensu ejus « Conceptionis festivitatem, solemni ritu colentium, « et celebrantium (1). »

Atque illud in primis solemne quoque fuit iisdem decessoribus nostris doctrinam de Immaculata Dei Matris Conceptione sartam tectamque omni cura, studio et contentione tueri. Etenim non solum nullatenus passi sunt, ipsam doctrinam quovis modo a quopiam notari, atque traduci, verum etiam longe ulterius progressi perspicuis declarationibus, iteratisque vicibus edixerunt, doctrinam, qua Immaculatam Virginis Conceptionem profitemur, esse, suoque merito haberi cum ecclesiastico cultu plane consonam, eamque veterem, ac prope universalem et ejusmodi, quam Romana Ecclesia sibi fovendam, tuendamque susceperit, atque omnino dignam, quæ in sacra ipsa Liturgia, solemnibusque precibus usurparetur. Neque his contenti, ut ipsa de Immaculato Virginis Conceptu doctrina inviolata persisteret, opinionem huic doctrinæ adversam sive publice, sive privatim defendi posse severissime prohibuere, eamque multiplici veluti vulnere confectam esse voluerunt. Quibus repetitis luculentissimisque declarationibus, ne inanes viderentur, adjecere sanctionem : quæ omnia laudatus prædecessor noster Alexander VII his verbis est complexus :

« Nos considerantes, quod Sancta Romana Ecclesia de Intemeratæ semper Virginis Mariæ Conceptione festum solemniter celebrat, et speciale ac « proprium super hoc officium olim ordinavit juxta « piam, devotam, et laudabilem institutionem, quæ « a Sixto IV Prædecessore Nostro tunc emanavit; « volentesque laudabili huic pietati et devotioni et « festo, ac cultui secundum illam exhibito, in Ecclesia Romana post ipsius cultus institutionem « nunquam immutato, Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum exemplo, favere, nec non « tueri pietatem, et devotionem hanc colendi, et « celebrandi beatissimam Virginem, præveniente « scilicet Spiritus Sancti gratia, a peccato originali « præservatam, cupientesque, in Christi grege unitatem spiritus in vinculo pacis, sedatis offensionibus, et jurgiis, amotisque scandalis conservare : « ad præfatorum episcoporum cum Ecclesiarum suarum Capitulis, ac Philippi regis, ejusque regnorum oblatam Nobis instantiam, ac preces; Constitutiones, et Decreta, a Romanis Pontificibus « prædecessoribus nostris, et præcipue a Sixto IV, « Paullo V et Gregorio XV edita in favorem sententiæ asserentis, Animam beatæ Mariæ Virginis « in sui creatione, et in corpus infusione, Spiritus « Sancti gratia donatam, et a peccato originali præservatam fuisse, nec non et in favorem festi, et « cultus Conceptionis ejusdem Virginis Deiparæ, « secundum piam istam sententiam, ut præfertur, « exhibiti, innovamus, et sub censuris, et pœnis in « eisdem Constitutionibus contentis, observari mandamus.

« Et insuper omnes et singulos, qui præfatas Constitutiones, seu Decreta ita pergent interpretari, « ut favorem per illas dictæ sententiæ, et festo seu « cultui secundum illam exhibito, frustrentur, vel « qui eamdem sententiam, festum seu cultum in « disputationem revocare, aut contra ea quoquo « modo directe, vel indirecte aut quovis prætextu, « etiam definibilitatis ejus examinandæ, sive sacram Scripturam, aut sanctos Patres, sive Doctores glossandi vel interpretandi, denique alio quovis prætextu seu occasione, scripto seu voce loqui, concionari, tractare, disputare, contra ea « quidquam determinando, aut asserendo, vel argumenta contra ea afferendo, et insoluta relinquendo, aut alio quovis inexcogitabili modo disserendo ausi fuerint; præter pœnas et censuras in « Constitutionibus Sixti IV contentas, quibus illos « subjacere volumus, et per præsentes subjicimus, « etiam concionandi, publice legendi, seu docendi, « et interpretandi facultate, ac voce activa, et passiva in quibuscunque electionibus, eo ipso absque « alia declaratione privatos esse volumus; nec non « ad concionandum, publice legendum, docendum, « et interpretandum perpetuæ inhabilitatis pœnas « ipso facto incurrere absque alia declaratione, a

(1) Alexander VII, Const. *Sollicitudo omnium Ecclesiarum* 8 Decembris 1661.

Digitized by Google

« quibus pœnis nonnisi a Nobis ipsis, vel a successoribus nostris Romanis Pontificibus absolvi, aut super iis dispensari possint; nec non eosdem aliis pœnis, nostro, et eorumdem Romanorum Pontificum successorum nostrorum arbitrio infligendis, pariter subjacere volumus, prout subjicimus per præsentes, innovantes Pauli V et Gregorii XV superius memoratas Constitutiones sive Decreta.

« Ac libros, in quibus præfata sententia, festum, seu cultus secundum illam in dubium revocatur, aut contra ea quomodocunque, ut supra, aliquid scribitur aut legitur, seu locutiones, conciones, tractatus, et disputationes contra eadem continentur; post Pauli V supra laudatum Decretum edita, aut in posterum quomodolibet edenda, prohibemus sub pœnis et censuris in Indice librorum prohibitorum contentis, et ipso facto absque alia declaratione pro expresse prohibitis haberi volumus et mandamus. »

Omnes autem norunt quanto studio hæc de Immaculata Deiparæ Virginis Conceptione doctrina a spectatissimis religiosis familiis, et celebrioribus theologicis academiis ac præstantissimis rerum divinarum scientia doctoribus fuerit tradita, asserta aç propugnata. Omnes pariter norunt quantopere solliciti fuerint sacrorum antistites vel in ipsis ecclesiasticis conventibus palam publiceque profiteri, sanctissimam Dei Genitricem Virginem Mariam ob prævisa Christi Domini Redemptoris merita nunquam originali subjacuisse peccato, sed præservatam omnino fuisse ab originis labe, et idcirco sublimiori modo redemptam. Quibus illud profecto gravissimum, et omnino maximum accedit, ipsam quoque Tridentinam synodum, cum dogmaticum de peccato originali ederet decretum, quo juxta sacrarum Scripturarum, sanctorumque Patrum, ac probatissimorum conciliorum testimonia statuit, ac definivit, omnes homines nasci originali culpa infectos, tamen solemniter declarasse, non esse suæ intentionis in decreto ipso, tantaque definitionis amplitudine comprehendere beatam, et immaculatam Virginem Dei Genitricem Mariam. Hac enim declaratione Tridentini Patres, ipsam beatissimam Virginem ab originali labe solutam pro rerum, temporumque adjunctis satis innuerunt, atque adeo perspicue significarunt, nihil ex divinis litteris, nihil ex traditione, Patrumque auctoritate rite afferri posse, quod tantæ Virginis prærogativæ quovis modo refragetur.

Et re quidem vera hanc de Immaculata beatissimæ Virginis Conceptione doctrinam quotidie magis gravissimo Ecclesiæ sensu, magisterio, studio, scientia, ac sapientia tam splendide explicatam, declaratam, confirmatam, et apud omnes catholici orbis populos, ac nationes mirandum in modum propagatam, in ipsa Ecclesia semper exstitisse veluti a majoribus acceptam, ac revelatæ doctrinæ charactere insignitam illustria venerandæ antiquitatis Ecclesiæ orientalis et occidentalis monumenta validissime testantur. Christi enim Ecclesia sedula depositorum apud se dogmatum custos, et vindex nihil in his unquam permutat, nihil minuit, nihil addit, sed omni industria vetera fideliter sapienterque tractando si qua antiquitus informata sunt, et Patrum fides sevit, ita limare, expolire studet, ut prisca illa cœlestis doctrinæ dogmata accipiant evidentiam, lucem, distinctionem, sed retineant plenitudinem, integritatem, proprietatem, ac in suo tantum genere crescant, in eodem scilicet dogmate, eodem sensu, eademque sententia.

Equidem Patres, Ecclesiæque Scriptores cœlestibus edocti eloquiis nihil antiquius habuere, quam in libris ad explicandas Scripturas, vindicanda dogmata, erudiendosque fideles elucubratis summam Virginis sanctitatem, dignitatem, atque ab omni peccati labe integritatem, ejusque præclaram de teterrimo humani generis hoste victoriam multis mirisque modis certatim prædicare atque efferre. Quapropter enarrantes verba, quibus Deus præparata renovandis mortalibus suæ pietatis remedia inter ipsa mundi primordia prænuntians et deceptoris serpentis retudit audaciam, et nostri generis spem mirifice erexit inquiens : « Inimicitias ponam inter te et mulierem, semen tuum et semen illius » docuere, divino hoc oraculo clare aperteque præmonstratum fuisse misericordem humani generis Redemptorem, scilicet Unigenitum Dei Filium Christum Jesum, ac designatam beatissimam Ejus matrem Virginem Mariam, ac simul ipsissimas utriusque contra diabolum inimicitias insigniter expressas. Quocirca sicut Christus Dei hominumque mediator humana assumpta natura delens quod adversus nos erat chirographum decreti, illud cruci triumphator affixit, sic sanctissima Virgo arctissimo, et indissolubili vinculo cum Eo conjuncta una cum Illo, et per Illum sempiternas contra venenosum serpentem inimicitias exercens, ac de ipso plenissime triumphans illius caput immaculato pede contrivit.

Hunc eximium, singularemque Virginis triumphum, excellentissimamque innocentiam, puritatem, sanctitatem, ejusque ab omni peccati labe integritatem, atque ineffabilem cœlestium omnium gratiarum, virtutum, ac privilegiorum copiam, et magnitudinem iidem Patres viderunt tum in arca illa Noe, quæ divinitus constituta a communi totius mundi naufragio plane salva et incolumis evasit; tum in scala illa, quam de terra ad cœlum usque pertingere vidit Jacob, cujus gradibus angeli Dei ascendebant, et descendebant, cujusque vertici ipsi innitebatur Dominus; tum in rubo illo, quem in loco sancto Moyses undique ardere, ac inter crepitantes ignis flammas non jam comburi aut jacturam vel minimam pati, sed pulchre virescere ac florescere conspexit; tum in illa inexpugnabili turri a facie inimici, ex qua mille clypei pendent, omnisque armatura fortium; tum in horto illo concluso, qui nescit violari, neque corrumpi ullis insidiarum fraudibus; tum in corusca illa Dei civitate, cujus fundamenta in montibus sanctis; tum in augustissimo illo Dei templo, quod divinis refulgens splendoribus plenum est gloria Domini; tum in aliis ejusdem generis omnino plurimis, quibus excelsam Deiparæ dignitatem, ejusque illibatam innocentiam, et nulli unquam nævo obnoxiam sanctitatem insigniter prænuntiatam fuisse Patres tradiderunt.

Ad hanc eamdem divinorum munerum veluti summam originalemque Virginis, de qua natus est Jesus, integritatem describendam iidem prophetarum adhibentes eloquia non aliter ipsam augustam Virginem concelebrarunt, ac uti columbam mundam, et sanctam Jerusalem, et excelsum Dei thronum, et arcam sanctificationis et domum, quam sibi æterna ædificavit Sapientia, et Reginam illam, quæ deliciis affluens, et innixa super Dilectum suum ex ore Altissimi prodivit omnino perfecta, speciosa ac penitus chara Deo, et nullo unquam labis nævo maculata. Cum vero ipsi Patres, Ecclesiæque Scriptores animo menteque reputarent, beatissimam Virginem ab angelo Gabrielo sublimissimam Dei Matris dignitatem ei nuntiante, ipsius Dei nomine et jussu gratia plenam fuisse nuncupatam, docuerunt hac singulari solemnique salutatione nunquam alias audita ostendi, Deiparam fuisse omnium divinarum gratiarum sedem, omnibusque divini Spiritus charismatibus exornatam, imo eorumdem charismatum infinitum prope thesaurum, abyssumque inexhaustam, adeo ut nunquam maledicto obnoxia, et una cum Filio perpetuæ benedictionis particeps ab Elisabeth divino acta Spiritu audire meruerit *benedicta Tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui.*

Hinc non luculenta minus, quam concors eorumdem sententia, gloriosissimam Virginem, cui fecit magna, qui Potens est, ea cœlestium omnium dono

Digitized by Google

rum vi, ea gratiæ plenitudine, eaque innocentia emicuisse, qua veluti ineffabile Dei miraculum, imo omnium miraculorum apex, ac digna Dei mater exstiterit, et ad Deum ipsum pro ratione creatæ naturæ, quam proxime accedens omnibus, qua humanis, qua angelicis præconiis celsior evaserit. Atque idcirco ad originalem Dei Genitricis innocentiam, justitiamque vindicandam, non Eam modo cum Heva adhuc virgine, adhuc innocente, adhuc incorrupta, et nondum mortiferis fraudulentissimi serpentis insidiis decepta sæpissime contulerunt, verum etiam mira quadam verborum, sententiarumque varietate prætulerunt. Heva enim serpenti misere obsecuta et ab originali excidit innocentia, et illius mancipium evasit, sed beatissima Virgo originale donum jugiter augens, quin serpenti aures unquam præbuerit, illius vim potestatemque virtute divinitus accepta funditus labefactavit.

Qua propter nunquam cessarunt Deiparam appellare vel lilium inter spinas, vel terram omnino intactam, virgineam, illibatam, immaculatam, semper benedictam, et ab omni peccati contagione liberam, ex qua novus formatus est Adam, vel irreprehensibilem, lucidissimum, amœnissimumque innocentiæ, immortalitatis, ac deliciarum paradisum a Deo ipso consitum et ab omnibus venenosi serpentis insidiis defensum, vel lignum immarcescibile, quod peccati vermis nunquam corruperit, vel fontem semper illimem, et Spiritus sancti virtute signatum, vel divinissimum templum, vel immortalitatis thesaurum, vel unam et solam non mortis sed vitæ filiam, non iræ sed gratiæ germen, quod semper virens ex corrupta, infectaque radice singulari Dei providentia præter statas communesque leges effloruerit. Sed quasi hæc, licet splendidissima, satis non forent, propriis definitisque sententiis edixerunt, nullam prorsus, cum de peccatis agitur, habendam esse quæstionem de sancta Virgine Maria, cui plus gratiæ collatum fuit ad vincendum omni ex parte peccatum; tum professi sunt, gloriosissimam Virginem fuisse parentum reparatricem, posterorum vivificatricem, a sæculo electam, ab Altissimo sibi præparatam, a Deo, quando ad serpentem ait, inimicitias ponam inter te et mulierem, prædictam, quæ procul dubio venenatum ejusdem serpentis caput contrivit; ac propterea affirmarunt, eamdem beatissimam Virginem fuisse per gratiam ab omni peccati labe integram, ac liberam ab omni contagione et corporis, et animæ, et intellectus, ac semper cum Deo conversatam, et sempiterno fœdere cum illo conjunctam, nunquam fuisse in tenebris, sed semper in luce, et idcirco idoneum plane exstitisse Christo habitaculum non pro habitu corporis, sed pro gratia originali.

Accedunt nobilissima effata, quibus de Virginis Conceptione loquentes testati sunt, natura gratiæ cessisse ac stetisse tremulam pergere non sustinentem; nam futurum erat, ut Dei Genitrix Virgo non antea ex Anna conciperetur, quam gratia fructum ederet : concipi siquidem primogenitam oportebat, ex qua concipiendus esset omnis creaturæ primogenitus. Testati sunt carnem Virginis ex Adam sumptam maculas Adæ non admisisse, ac propterea beatissimam Virginem tabernaculum esse ab ipso Deo creatum, Spiritu sancto formatum, et purpureæ revera operæ, quod novus ille Beseleel auro intextum variumque effinxit, eamdemque esse meritoque celebrari ut illam, quæ proprium Dei opus primum exstiterit, ignitis maligni telis latuerit, et pulchra natura, ac labis prorsus omnis nescia, tanquam aurora undequaque rutilans in mundum prodiverit in sua Conceptione Immaculata. Non enim decebat, ut illud vas electionis communibus lacesseretur injuriis, quoniam plurimum a cæteris differens, natura communicavit non culpa, imo prorsus decebat, ut sicut Unigenitus in cœlis Patrem habuit, quem seraphim ter sanctum extollunt, ita matrem haberet in terris, quæ nitore sanctitatis nunquam caruerit.

Atque hæc quidem doctrina adeo majorum mentes, animosque occupavit, ut singularis et omnino mirus penes illos invaluerit loquendi usus, quo Deiparam sæpissime compellarunt immaculatam, omnique ex parte immaculatam, innocentem et innocentissimam, illibatam et undequaque illibatam, sanctam et ab omni peccati sorde alienissimam, totam puram, totam intemeratam, ac ipsam prope puritatis et innocentiæ formam, pulchritudine pulchriorem, venustate venustiorem, sanctiorem sanctitate, solamque sanctam, purissimamque anima et corpore, quæ supergressa est omnem integritatem et virginitatem, ac sola tota facta domicilium universarum gratiarum sanctissimi Spiritus, et quæ, solo Deo excepto, exstitit cunctis superior, et ipsis cherubim et seraphim, et omni exercitu angelorum *natura pulchrior, formosior* et *sanctior*, cui prædicandæ cœlestes et terrenæ linguæ minime sufficiunt. Quem usum ad sanctissimæ quoque liturgiæ monumenta atque ecclesiastica officia sua veluti sponte fuisse traductum, et in illis passim recurrere, ampliterque dominari nemo ignorat, cum in illis Deipara invocetur et prædicetur veluti una incorrupta pulchritudinis columba, veluti rosa semper vigens et undequaque purissima, et semper immaculata semperque beata ac celebretur uti innocentia, quæ nunquam fuit læsa, et altera Heva, quæ Emmanuelem peperit.

Nil igitur mirum si de Immaculata Deiparæ Virginis Conceptione doctrinam judicio Patrum divinis litteris consignatam, tot gravissimis eorumdem testimoniis traditam, tot illustribus venerandæ antiquitatis monumentis expressam et celebratam, ac maximo gravissimoque Ecclesiæ judicio propositam et confirmatam tanta pietate, religione et amore ipsius Ecclesiæ Pastores, populique fideles quotidie magis profiteri sint gloriati, ut nihil iisdem dulcius, nihil charius, quam ferventissimo affectu Deiparam Virginem absque labe originali conceptam ubique colere, venerari, invocare et prædicare. Quamobrem ab antiquis temporibus sacrorum antistites, Ecclesiastici viri, regulares ordines, ac vel ipsi Imperatores et reges ab hac Apostolica Sede enixe efflagitarunt, ut Immaculata sanctissimæ Dei Genitricis Conceptio veluti catholicæ fidei dogma definiretur. Quæ postulationes hac nostra quoque ætate iteratæ fuerunt, ac potissimum felicis recordationis Gregorii XVI, prædecessori nostro, ac Nobis ipsis oblatæ sunt tum ab episcopis, tum a clero sæculari, tum a religiosis familiis, ac summis principibus et fidelibus populis.

Nos itaque singulari animi Nostri gaudio hæc omnia probe noscentes, ac serio considerantes, vix dum licet immeriti arcano divinæ Providentiæ consilio ad hanc sublimem Petri Cathedram evecti totius Ecclesiæ gubernacula tractanda suscepimus, nihil certe antiquius habuimus, quam pro summa Nostra vel a teneris annis erga sanctissimam Dei Genitricem Virginem Mariam veneratione, pietate et affectu ea omnia peragere, quæ adhuc in Ecclesiæ votis esse poterant, ut beatissimæ Virginis honor augeretur, ejusque prærogativæ uberiori luce niterent. Omnem autem maturitatem adhibere volentes constituimus peculiarem VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalium religione, consilio, ac divinarum rerum scientia illustrium congregationem, et viros ex clero tum sæculari, tum regulari, theologicis disciplinis apprime excultos selegimus, ut ea omnia, quæ Immaculatam Virginis Conceptionem respiciunt, accuratissime perpenderent, propriamque sententiam ad nos deferrent. Quamvis autem Nobis ex receptis postulationibus de definienda tandem aliquando Immaculata Virginis Conceptione perspectus esset plurimorum sacrorum antistitum sensus, tamen Encyclicas Litteras die 2 Februarii, anno 1849, Cajetæ datas ad omnes venerabiles fratres totius catholici orbis sacrorum antistites misimus,

Digitized by Google

ut, adhibitis ad Deum precibus, Nobis scripto etiam significarent, quæ esset suorum fidelium erga immaculatam Deiparæ Conceptionem pietas, ac devotio, et quid ipsi præsertim antistites de hac ipsa definitione ferenda sentirent, quidve exoptarent, ut, quo fieri solemnius posset, supremum nostrum judicium proferremus.

Non mediocri certe solatio affecti fuimus ubi eorumdem venerabilium fratrum ad nos responsa venerunt. Nam iidem incredibili quadam jucunditate, lætitia ac studio Nobis rescribentes non solum singularem suam, et proprii cujusque cleri, populique fidelis erga Immaculatum beatissimæ Virginis Conceptum pietatem, mentemque denuo confirmarunt, verum etiam communi veluti voto a Nobis expostularunt, ut Immaculata ipsius Virginis Conceptio supremo nostro judicio et auctoritate definiretur. Nec minori certe interim gaudio perfusi sumus, cum VV. FF. NN. S. R. E. cardinales commemoratæ peculiaris Congregationis, et prædicti theologi consultores a Nobis electi pari alacritate et studio post examen diligenter adhibitum hanc de Immaculata Deiparæ Conceptione definitionem a Nobis efflagitaverint.

Post hæc illustribus prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, ac rite recteque procedere optantes indiximus et habuimus consistorium, in quo venerabiles fratres nostros Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales allocuti sumus, eosque summa animi nostri consolatione audivimus a Nobis exposcere, ut dogmaticam de Immaculata Deiparæ Virginis Conceptione definitionem emittere vellemus.

Itaque plurimum in Domino confisi advenisse temporum opportunitatem pro Immaculata sanctissimæ Dei Genitricis Virginis Mariæ Conceptione definienda, quam divina eloquia, veneranda traditio, perpetuus, Ecclesiæ sensus, singularis catholicorum Antistitum, ac fidelium conspiratio et insignia prædecessorum nostrorum acta, constitutiones mirifice illustrant atque declarant; rebus omnibus diligentissime perpensis, et assiduis, fervidisque ad Deum precibus effusis, minime cunctandum Nobis esse censuimus supremo nostro judicio Immaculatam ipsius Virginis Conceptionem sancire, definire, atque ita pientissimis catholici orbis desideriis, nostræque in ipsam sanctissimam Virginem pietati satisfacere, ac simul in Ipsa Unigenitum Filium suum Dominum Nostrum Jesum Christum magis atque magis honorificare, cum in Filium redundet quidquid honoris et laudis in Matrem impenditur.

Quare postquam nunquam intermisimus in humilitate et jejunio privatas nostras et publicas Ecclesiæ preces Deo Patri per Filium ejus offerre, ut Spiritus sancti virtute mentem nostram dirigere, et confirmare dignaretur, implorato universæ cœlestis curiæ præsidio, et advocato cum gemitibus Paraclito Spiritu, eoque sic aspirante, ad honorem Sanctæ et Individuæ Trinitatis, ad decus et ornamentum Virginis Deiparæ, ad exaltationem fidei catholicæ, et Christianæ religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Jesu Christi, beatorum apostolorum Petri, et Pauli, ac nostra declaramus, pronuntiamus et definimus, doctrinam, quæ tenet, beatissimam Virginem Mariam in primo instanti suæ Conceptionis fuisse singulari omnipotentis Dei gratia, et privilegio, intuitu meritorum Christi Jesu Salvatoris humani generis, ab omni orignalis culpæ labe præservatam immunem, esse a Deo revelatam, atque idcirco ab omnibus fidelibus firmiter constanterque credendam. Quapropter si qui secus ac a Nobis definitum est, quod Deus avertat, præsumpserint corde sentire, ii noverint, ac porro sciant, se proprio judicio condemnatos, naufragium circa fidem passos esse, et ab unitate Ecclesiæ defecisse, ac præterea facto ipso suo semet pœnis a jure statutis subjicere si quod corde sentiunt, verbo aut scripto, vel alio quovis externo modo significare ausi fuerint.

Repletum quidem est gaudio os nostrum et lingua nostra exsultatione, atque humillimas maximasque Christo Jesu Domino Nostro agimus et semper agemus gratias, quod singulari suo beneficio Nobis licet immerentibus concesserit hunc honorem atque hanc gloriam et laudem sanctissimæ suæ Matri offerre et decernere. Certissima vero spe et omni prorsus fiducia nitimur fore, ut ipsa beatissima Virgo, quæ tota pulchra et Immaculata venenosum crudelissimi serpentis caput contrivit, et salutem attulit mundo, quæque prophetarum, apostolorumque præconium, et honor martyrum, omniumque sanctorum lætitia et corona, quæque tutissimum cunctorum periclitantium perfugium, et fidissima auxiliatrix, ac totius terrarum orbis potentissima apud Unigenitum Filium suum mediatrix, et conciliatrix, ac præclarissimum Ecclesiæ sanctæ decus et ornamentum, firmissimumque præsidium cunctas semper interemit hæreses, et fideles populos, gentesque a maximis omnis generis calamitatibus eripuit, ac Nos ipsos a tot ingruentibus periculis liberavit; velit validissimo suo patrocinio efficere, ut sancta Mater catholica Ecclesia, cunctis amotis difficultatibus, cunctisque profligatis erroribus, ubicumque gentium, ubicumqne locorum quotidie magis vigeat, floreat, ac regnet a mari usque ad mare et a flumine usque ad terminos orbis terrarum, omnique pace, tranquillitate, ac libertate fruatur, ut rei veniam, ægri medelam, pusilli corde robur, afflicti consolationem, periclitantes adjutorium obtineant, et omnes errantes discussa mentis caligine ad veritatis ac justitiæ semitam redeant, ac fiat unum ovile, et unus pastor.

Audiant hæc nostra verba omnes Nobis carissimi catholicæ Ecclesiæ filii, et ardentiori usque pietatis, religionis, et amoris studio pergant colere, invocare, exorare, beatissimam Dei Genitricem Virginem Mariam sine labe originali conceptam, atque ad hanc dulcissimam misericordiæ et gratiæ Matrem in omnibus periculis, angustiis, necessitatibus, rebusque dubiis ac trepidis cum omni fiducia confugiant. Nihil enim timendum, nihilque desperandum Ipsa duce, Ipsa auspice, Ipsa propitia, Ipsa protegente, quæ maternum sane in nos gerens animum, nostræque salutis negotia tractans, de universo humano genere est sollicita, et cœli, terræque Regina a Domino constituta, ac super omnes angelorum choros sanctorumque ordines exaltata adstans a dextris Unigeniti Filii sui Domini Nostri Jesu Christi maternis suis precibus validissime impetrat, et quod quærit invenit, ac frustrari non potest.

Denique ut ad universalis Ecclesiæ notitiam hæc nostra de Immaculata Conceptione beatissimæ Virginis Mariæ definitio deducatur, has Apostolicas nostras Litteras, ad perpetuam rei memoriam exstare voluimus; mandantes ut harum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides ab omnibus adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo hominum liceat paginam hanc nostræ declarationis, pronuntiationis, ac definitionis infringere, vel ei ausu temerario adversari et contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quinquagesimo quarto VI Idus Decembris anno MDCCCLIV, pontificatus nostri anno nono.

PIUS PP. IX.

Digitized by Google

***Ad verb.* Festa, *tom. III, addendum est Indultum cardinalis Caprara de reductione et translatione plurimorum festorum et jejuniorum, Galliæ concessum.***

Nos Joannes Baptista, tituli Sancti Honuphrii, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis Caprara, Archiepiscopus, Episcopus Aesinus, Sanctissimi Domini nostri Pii Papæ VII, et Sanctæ Sedis Apostolicæ ad primum Galliarum Reipublicæ Consulem a latere Legatus.

Apostolicæ Sedis, cui Ecclesiarum omnium sollicitudo a Domino Nostro Jesu Christo imposita fuit, officium est, servandæ ecclesiasticæ disciplinæ rationem ita moderari ut locorum ac temporum circumstantiis opportune ac suaviter provideatur. Id præ oculis habens Sanctissimus Dominus Noster, illius divina providentia Papa VII, ad cæteras animi sui curas, quas pro Gallicanis Ecclesiis suscepit, eam quoque adjecit, ut quid in novo hoc rerum ordine, quod ad festos dies constituere oporteret, deliberandum sibi proponeret. Notum siquidem Sanctitati suæ in primis erat, in tanta regionum latitudine quæ Gallicanæ reipublicæ territorium constituunt, non unam hac in re, eamdemque consuetudinem viguisse, sed alios in aliis diœcesibus festos dies custoditos fuisse. Animadvertebat præterea, populis qui ejusdem reipublicæ gubernio subjacent, magnam esse post tantos bellorum eventus, earum rerum reparandarum necessitatem, quæ ad commercium pertinent, ac vitæ usus; quibus quidem reparandis, propter interdictum diebus festis manuum laborem, eorumdemque dierum numerum, non ita facilis via pateret. Denique et illud non sine magno animi dolore expendebat, non eadem ubique pietate hisce in regionibus festos huc usque dies observatos fuisse; ut propterea ob neglectam pluribus in locis festorum dierum religionem, non parvum in bonos piosque fides scandalum dimanaret.

His ergo omnibus propensis et mature libratis, factum est ut e re tum christiana, tum publica futurum judicaverit, si status quidam festorum dierum numerus (isque contractior fieri posset) in toto reipublicæ territorio retinendus constitueretur, ut et omnes qui iisdem legibus continentur, æqualitate firmata, eamdem disciplinam tenerent, et eorum dierum imminutione cum levari multorum necessitas, tum facilior eorum qui reliqui fierent, observatio redderetur. Quare cum ad hæc primi etiam reipublicæ consulis desideria, et postulata accesserent, nobis ejusdem Sanctitatis Suæ a latere legato injunxit, ut de apostolicæ potestatis plenitudine, festorum dierum, qui iidem Dominici non sint, numerum ad eos tantum in universo Galliarum reipublicæ territorio contractos esse declararemus, quos ad calcem Indulti hujus enumerabimus, ita ut posthac in reliquis festis diebus omnes ejusdem incolæ non solum præcepto audiendi Missam vacandique ab operibus servilibus, sed a jejunii etiam obligatione in diebus qui festa hujusmodi proxime præcedunt, prorsus absoluti censeantur et sint. Eam tamen legem adjectam esse voluit, ut in festis diebus vigiliisque eos præcedentibus, quæ suppressæ decernuntur, in omnibus Ecclesiis nihil de consueto divinorum Officiorum sacrarumque cæremoniarum ordine ac ritu innovetur; sed omnia ea prorsus ratione peragantur, qua hactenus consueverunt, exceptis tamen festis Epiphaniæ Domini, Sanctissimi Corporis Christi, SS. apostolorum Petri et Pauli, et sanctorum Patronorum cujuslibet diœcesis et parœciæ, quæ in Dominica proxime occurrente in omnibus ecclesiis celebrabuntur.

Ad honorem autem SS. apostolorum et martyrum, Sanctitas Sua præcipit, ut tum in publica, tum in privata Horarum canonicarum recitatione omnes qui ad illas tenentur in solemnitate SS. apostolorum Petri et Pauli, et sanctorum omnium apostolorum; in festivitate vero S. Stephani protomartyris, omnium sanctorum martyrum commemorationem faciant, quod idem in Missis omnibus iisdem diebus celebrandis agendum erit. Eadem pariter Sanctitas Sua mandat, ut anniversarium Dedicationis templorum quæ in ejusdem Gallicanæ reipublicæ territorio erecta sunt, in Dominica quæ Octavam festivitatis Omnium Sanctorum proxime sequetur, in cunctis Gallicanis ecclesiis celebretur.

Quamvis vero æqnum esset, ut in diebus festis sic abrogatis præceptum saltem audiendi Missam retineretur, ut tamen Galliarum populi vere paternam Sanctitatis Suæ in omnes charitatem magis agnoscant; hortatur solum, atque eos præsertim qui victum parare sibi labore manuum minime coguntur, ut iis diebus sacrosancto Missæ sacrificio haud negligant interesse.

Illud denique Sanctitas Sua a religione ac pietate Gallorum sibi pollicetur, ut quod minor in posterum futurus erit tum dierum festorum, tum jejuniorum numerus, eo majori studio, fervore ac diligentia paucos illos qui supererunt observaturi sint, illud sedulo animo reputantes, Christiano nomine indignum esse quisquis Christi et Ecclesiæ ejus mandata, qua par est cura, non custodit. Ut enim præclare scriptum est ab apostolo Joanne : *Qui dicit se nosse eum, et mandata ejus non custodit, mendax est, et in hoc veritas non est.*

*Dies festi præter Dominicos in Galliis observandi :*

Nativitas D. N. J. C.,
Ascensio,
Assumptio B. M. V.,
Festum Sanctorum Omnium

Datum Parisiis, ex ædibus nostræ residentiæ, hac die 9 Aprilis 1802.

J. B. Card. CAPRARA, Legatus.

J. A. Sala, Apostolicæ legationis secretarius.

---

III. *Ad tom.* III, *col.* 1327, *post n.* 17 : *Sciendum præfatum decretum, quoad secundum dubium, rescissum fuisse a S. R. C. contrario decreto,* 12 *Novemb.* 1831, in Rhedonen. et Cenomanen., *a Gregorio XVI confirmato,* 29 *hujus ; sicque solam solemnitatem, non autem Officium festorum in Gallia translatorum, esse transferendam in Dominicam proxime sequentem, suisque propriis diebus hæc festa nihilominus deberi celebrari cum Missa cantata et Vesperis sicut in Dominicis et festis, etiam in omnibus parœciis. — Sequitur decretum :*

## RHEDONEN. ET CENOMANEN.

**Providentissimum consilium sanctæ memoriæ Pii Papæ VII, quo per suum a latere legatum in Galliis quinto Idus Aprilis 1804 adhibuit modum, et ordinem recolendi Reparationis nostræ divina my-**

Digitized by Google

steria, sanctorum festa celebrandi in ipsorum festorum contractione sequenti Dominica, indulti ejusdem finem assecutum esse facile quis sperare poterat, præsertim per subsequens decretum sexto decimo Kalendas Augusti anni 1830 a sacrorum Rituum congregatione datum, quo nonnullis dubiis ab reverendissimo Rhedonensi archiepiscopo propositis eadem super re omnia explanata fuere. Sed præter spem quamplurimis novis dubiis locum hoc dedit, quæ dum de mandato ejusdem sacræ congregationis ab alterutro ex apostolicarum cæremoniarum magistris judicio expendebatur, ut novæ propositioni sterneretur via, alter supplex libellus reverendissimi Cenomanensis episcopi superadditus est, qui licet fateatur ad normam recensiti decreti, quamvis inibi ignoti, eadem in diœcesi festivitates fuisse celebratas in Dominicam proxime sequentem quoad omnia simul, nimirum quoad officium sive publicum, sive privatum, et quoad feriationem cum earum integris Octavis, attamen cum certo sciat ipsum a latere legatum sua in responsione data ad vicarium generalem archiepiscopi Mechliniensis undecimo Kalendas Julii ejusdem anni 1804, qui super hoc ipso indulti explanationem efflagitaverat, decrevisse quod Officia prædictarum festivitatum recitanda sint a clero tam privatim quam publice in ecclesiis, et Missa de iisdem festis dicenda in proprio suo die, et quod sola solemnitas præfatorum festorum amandanda sit in Dominicam sequentem, in qua officia quidem a clero tam publice, quam privatim recitantur, ac missa celebratur juxta consuetum ordinem servatum ante prædictam festorum contractionem, et cantetur tamen una Missa solemnis de festo illo translato more votivo cum unica oratione, merito sibi timendum exposuit ne præcedentes episcopi Cenomanensis genuinum indulti sensum pro reductione festorum sint assecuti. Proptereaque pro suæ conscientiæ tranquillitate sacrorum Rituum congregationi sequentia dubia enodanda proposuit.

I. Utrum sit in votis sanctæ Sedis Apostolicæ, et indulto diei 9 Aprilis 1804 sit consentaneum, ut solemnitates Epiphaniæ, Sanctissimi Corporis Christi, et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, et sanctorum Patronorum cujuslibet diœcesis, et parœciæ in Dominicam proxime sequentem in Gallia transferantur quoad omnia, id est quoad feriationem, et Octavam simul, et officium insuper sive publicum, sive privatum, sicut in sua diœcesi Cenomanensi ordinatum esse jam dixit. An vero ipsa officia prædictarum festivitatum cum earum Octavis seu publice, seu privatim propriis occurrentiæ suæ diebus juxta antiquum et universalem cæterarum Ecclesiarum morem celebranda sint, solæ vero solemnitates in proximiorem Dominicam differendæ sint, sicut pro diœcesi Mechliniensi statutum esse ex responsione die 21 Junii 1804, concludere est.

II. Utrum in hypothesi quod sola solemnitas sit differenda, propriis occurrentia diebus solemnitates celebrari debeant, licet nullatenus interesse teneatur populus fidelis, Missa major ac Vesperæ sicut in Dominicis, et festis in omnibus diœcesis parœciis.

Et eadem sacra congregatio ad Vaticanum in ordinario cœtu sub infrascripta die coadunata, ad relationem eminentissimi et reverendissimi domini cardinalis Ludovici de Rohan-Chabot, exquisito prius voto alterius ex apostolicarum cæremoniarum magistris scriptis pandito, preloque cuso, dubiis omnibus tum reverendissimi archiepiscopi Rhedonensis, tum reverendissimi episcopi Cenomanensis, mature perpensis, et discussis sanctissimi domini Papæ oraculum expetendum rata est per rescriptum. *Ad eminentissimum præfectum cum Sanctissimo ad mentem.* Et ita rescribendum censuit. *Die* 12 *Novembris* 1831.

Facta autem de præmissis omnibus sanctissimo domino nostro Gregorio XVI, Pontifici Maximo, per eminentissimum et reverendissimum dominum cardinalem Carolum Mariam Pedicini, episcopum Prænestinum, sacrorum Rituum congregationi præfectum fideli relatione, Sanctitas Sua, attentis peculiaribus facti circumstantiis ad dubia omnia præcidenda, stabiliendamque uniformitatem, benigne annuit in omnibus juxta votum magistri cæremoniarum], nimirum recedendum esse a decisis sexto decimo Kalendas Augusti anno 1830, ad Dubium secundum, atque ad proposita Dubia respondendum.

Ad 1. *Negative ad primam partem, affirmative ad secundam juxta mentem cardinalis legati et ejus instructionem, et juxta praxim sacrorum Rituum congregationis.*

Ad 2. *Affirmative, et juxta Rubricarum leges.*

Atque ita servari Sanctitas Sua mandavit omnibus in locis, et diœcesibus, queis indultum anni 1804 super reductione festorum per eminentissimum dominum cardinalem Caprara, legatum a latere, extenditur. *Die* 29 *recensiti mensis et anni.*

*N. B.* Responsiones a sacra Rituum congregatione in Rhedonen. simul et Cenomanen. datæ hac in re sunt attendendæ, nam hæ innituntur validioribus rationibus et argumentis, tum quia res maturius potuit perpendi, tum quia sacræ congregationi per supplicem libellum a reverendissimo Cenomanensi episcopo missum innotuerunt, quæ prius in facti narratione quibusdam scitu necessariis, ignorabantur, et clare hinc potuit æque dignosci quæstionis status dubiorum causa, et dignosci pariter potuit ex ipsa explanatione indulti, quam vicarius generalis archiepiscopi Mechliniensis expostulaverat, quæ fuerit eminentissimi legati a latere mens, quæ dispositio, cum facultate sibi a Summo Pontifice Pio VII fel. rec. concessa usus fuerit, ad omne religionis detrimentum vitandum, et externum cultum exercendum, et festivitates celebrandas eoque fieri posset modo ad ordinem revocandas, quorum intuitu facta eidem fuit memorata facultas ne sacra liturgia, quæ non levem infelicissimis Galliarum regni temporibus perturbationem erat perpessa, penitus deperiret. Nil itaque mirum, si, re perfectius cognita, sacra Rituum congregatio novo edito decreto a decisis sexto decimo Kalendas Augusti anni 1830, censuit esse recedendum, et aliter putavit die 12 Novemb. 1831 esse decernendum. Non itaque, ut quisque videt, hoc decreto sibi contradicit, sed Summi Pontificis fini, et eminentissimi legati jam datis explanationibus sese conformavit. Ex hoc facile quisque potest sibi suadere sacram congregationem, si forte aliter in una eademque re decernat, non repugnantia edere decreta, sed novis accedentibus rationum momentis, mutati consilio, novam sibi offerri aliter decernendi causam, et rem ipsam ex documentis, quæ afferuntur, diversum a primo decretum postulare.

---

V. *Ad tom.* IV, *col.* 469-474. — *S. C. Indulgentiarum, approbante Pio VI, die* 9 *Julii* 1777, *revocatas declaravit antiquas indulgentias stationibus Urbis concessas, ac novum Elenchum Indulgentiarum publicavit, quemque ex RACCOLTA authentica extractum hic subjicimus :*

Dominica prima, secunda et quarta Adventus, indulgentia decem annorum et totidem quadragenarum.

Dominica tertia Adventus, indulgentia quindecim annorum et totidem quadragenarum.

Feria quarta, feria sexta et Sabbato Quatuor Tem-

Digitized by Google

porum Adventus, indulgentia decem annorum et totidem quadragenarum.

In Vigilia Nativitatis Domini, in Nativitate Domini ad primam Missam in nocte, ad secundam Missam in aurora, indulgentia quindecim annorum et totidem quadragenarum.

Ad tertiam Missam in die Nativitatis Domini, indulgentia plenaria.

In festo S. Stephani protomartyris, in festo S. Joannis apost. et evangelistæ, in festo SS. Innocentium, in Circumcisione Domini, in Epiphania Domini, Dominica Septuagesimæ, Sexagesimæ et Quinquagesimæ, indulgentia triginta annorum et totidem quadragenarum.

Feria quarta Cinerum et Dominica quarta Quadragesimæ, indulgentia quindecim annorum et totidem quadragenarum.

Dominica Palmarum, indulgentia viginti et quinque annorum et totidem quadragenarum.

In Cœna Domini, indulgentia plenaria.

In Parasceve et Sabbato sancto, indulgentia triginta annorum et totidem quadragenarum.

In omnibus Quadragesimæ diebus, indulgentia decem annorum et totidem quadragenarum.

Dominica Resurrectionis, indulgentia plenaria.

Feria 2, 3, 4, 5, 6, Sabbato in Albis et Dominica in Albis, indulgentia triginta annorum et totidem quadragenarum.

In festo S. Marci evangelistæ, feria II, III et IV Rogationum, indulgentia triginta annorum et totidem quadragenarum.

In Ascensione Domini, indulgentia plenaria.

Feria quarta et sexta, Sabbato in vigilia Pentecostes, indulgentia decem annorum et totidem quadragenarum.

Dominica Pentecostes, feria II, III, IV, V, VI et Sabbato ante festum SS. Trinitatis, indulgentia triginta annorum et totidem quadragenarum.

Feria quarta et sexta et Sabbato Quatuor Temporum Septembris, indulgentia decem annorum et totidem quadragenarum.

# ORDO RERUM

## QUÆ IN TOTA LUCII FERRARIS BIBLIOTHECA, OCTO VOLUMINIBUS CONSTANTE, CONTINENTUR.

—

### TOMUS PRIMUS.

Epistola nuncupatoria. 9
Præfatio monachorum Casinensium. 11
Monitum editorum Casinensium. 23
Præfatio auctoris. 25


### BIBLIOTHECA LUCII FERRARIS.

### A

Abbas. 32
Abbatissa. 67
Abbreviatores. 84
Abigeatus. 87
Abjurantes. 89
Ablutio. 91
Abortus. 98
Absens. 113
Absida. 130
Absolvere. 132
Abstinentia. 167
Abusus. 173
Acceptio personarum. 175
Accessio sive Adjunctio. 179
Accessorium. 180
Accessus. 182
Accusare. 184
Accusari. 189
Accusator. 193
Accusatus. 197
Acedia. 213
Acolythatus. 215
Acolythus. 216
Actor. 221
Actus. 225
Adjuncti. 227
Adjuratio. 235
Administratio. 236
Adoptatio. 245
Adoratio. 245
Adulterium. 246
Advena. 273
Adventus. 276
Advocatus. 281
Advocati consistoriales. 295
Advocati ecclesiarum. 297
Æra. 310
Ætas. 313
Affectio beneficii. 325
Affiliatio religiosorum. 326
Affinitas. 329
Agape. 343
Agnus Dei. 345
Alba. 354
Alchimia. 357
Alienatio. 361
Alimenta. 391
Alleluia. 424
Alluvio. 427
Alma Redemptoris. 427
Almutium. 428
Altare. 429
Altare privilegiatum. 445
Alternativa. 460
Ambo. 475
Amen. 478
Amictus. 479
Amortizatio. 480
Amphibologia. 481
Angelica salutatio. 481
Anima. 482
Annatæ. 489
Anniversarium. 493
Annalus. 501
Annuntiatio B. Mariæ Virginis. 506
Annus. 508
Annus probationis, seu Novitiatus. 515
Annus sanctus. 525
Antiphona. 529
Antiquata propositio. 537
Apocrypha propositio. 537
Apocryphæ indulgentiæ 538
Athea propositio. 538
Apostasia. 538
Apostolus. 554
Apostoli, id est litteræ missoriæ. 573
Appellatio. 578
Applicatio Missæ. 657
Approbatio pro confessionibus excipiendis. 658
Aqua benedicta. 700
Arbiter, Arbitrator. 710
Arbor consanguinitatis et affinitatis. 733
Arcani disciplina. 754
Archidiaconus. 756
Archiepiscopus. 747
Archimandrita. 778
Archipresbyter. 783
Archivium. 794
Arma. 797
Arma, seu Insignia. 808
Aromataria, Aromatarii. 815
Arrha. 816
Aspersorium. 825
Assassinium. 828
Assecuratio. 840
Assistentia. 851
Astrologia. 858
Asylum. 865
Athei. 866
Attentio. 870
Attritio. 875
Auditor. 876
Augurium. 901
Augustana confessio. 902
Aurora. 907
Auspicium. 907
Autonomia. 908
Avaritia. 910
Ave regina. 913


### B

Bacchanalia 914
Baculus. 917
Baldachinum 924
Bannitus. 927
Baptismus. 938
Baptisterium. 1004
Barbitonsores 1007
Beatificatio. 1007
Bellum. 1008



Digitized by Google

Benedictio. 1035
Beneficium. 1062
Beneficiatus. 1241
Beneplacitum apostolicum. 1275
Bestialitas. 1277
Biblia sacra. 1277
Bigamia. 1278
Birretum. 1305
Blasphemia. 1310
Bona. 1322
Breve, Bulla. 1378
Bulla aurea. 1385
Bulla in Cœna Domini. 1387
Bulla Cruciatæ. 1389
*Decreta sacrarum congregationum juxta vocum quæ hoc primo volumine complectuntur seriem digesta.*
Abbas. 1445
Abbatissa. 1453
Absens. 1454
Abusus. 1457
Acolythus. 1459
Administratio. 1460
Adoptio. 1470
Alienatio. 1471
Alimenta. 1482
Altare. 1483
Alternativa. 1490
Amen. 1491
Annata. 1492
Anniversarium. 1493
Annuntiatio B. Mariæ Virginis. 1497
Antiphona. 1498
Appellatio. 1499
Applicatio Missæ. 1503
Aqua benedicta. 1505
Archidiaconus. 1506
Archipresbyter. 1507
Archivum seu Archivium. 1514
Aspersorium. 1525
Assistentia. 1526
Aurora. 1535
Baldachinum. 1536
Baptismus. 1538
Benedictio. 1545
Beneficium. 1554
Beneficiatus. 1566
Beneplacitum apostolicum. 1575
Birretum. 1575
Bona. 1576
Breve. 1579
Bulla Cruciatæ. 1580

—

## TOMUS SECUNDUS.

### C

Cadaver. 9
Caducitas. 27
Cæcus. 27
Cælibatus. 28
Calix. 34
Calvarius. 43
Cambium. 44
Campana. 63
Cancellaria. 71
Candela. 82
Candelabrum. 91
Canis. 92
Canon Missæ. 93
Canones. 100
Canonicatus. 105
Canonici regulares. 243
Canonizatio sanctorum. 243
Cantiones. 244
Cantor. 245
Cantus. 245
Capella. 251
Capellania. 265
Capellanus. 283
Capellanus monialium. 293
Capellanus militum. 295
Capillitium fictitium. 325
Capitulum. 326
Cappa. 363
Capuccini. 364
Cardinales. 367
Caro. 451
Castitas. 451
Casus fortuitus. 451
Casus reservati. 452
Catechumeni. 452
Cathedraticum. 453
Caupo. 461
Causæ. 462
Censura. 467
Census. 483
Cessiones. 495
Character sacramentalis. 499
Charitas. 499
Charitativum subsidium. 499
Chiromantia. 500
Choreæ. 500
Chorepiscopi. 500
Chrisma. 501
Christus. 503
Circumcisio. 504
Circumstantiæ peccatorum. 513
Cives. 513
Clausulæ. 537
Clausura. 559
Clavi crucifixionis Christi. 562
Clericus. 564
Clerus. 681
Coadjutor. 684
Codicillus. 697
Cœmeterium. 698
Cognatio legalis. 702
Cognatio naturalis. 703
Cognatio spiritualis. 704
Collatiuncula. 705
Collegium. 706
Color paramentorum. 719
Coma fictitia. 720
Comessationes. 727
Commemoratio. 728
Commodatum. 729
Communio. 742
Commutatio legatorum piorum. 743
Comœdiæ. 744
Compensatio. 750
Competentia pastoralis. 758
Complex peccati. 762
Conceptio B. Mariæ Virginis. 770
Concilium. 794
Concionator. 855
Conclavista. 856
Concordata. 861
Concordatum Gallicum. 872
Concordata quoad beneficia. 877
Concubinarius, Concubinatus. 877
Concursus. 878
Concussio. 913
Conditio, prout est impedimentum matrimonii. 913
Conductio, Conductor. 913
Confessarius. 914
Confessio. 1015
Confirmatio. 1017
Confirmatio electionis. 1045
Confraternitas. 1052
Confusio pro acquirendo rerum dominio. 1111
Congregationes ecclesiasticæ Romanæ. 1112
Congregationes cleri. 1175
Congrua. 1187
Conjuges, Conjugium. 1204
Consanguinitas. 1221
Conscientia. 1222
Consecrare, Consecratio. 1259
Conservatores. 1262
Constitutio *Unigenitus*. 1287
Consuetudo. 1295
Contractus in genere. 1310
Contractus donationis. 1326
Contractus emphyteusis. 1359
Contractus emptionis et venditionis. 1389
Contributio. 1457
Contritio. 1461
Contumelia. 1461
Conventus. 1462
Crapula. 1513
Crimen, prout est impedimentum matrimonii. 1514
Crux. 1514
Culpa. 1530
Cultus disparitas. 1535
Cultus sanctorum. 1535
Cultu (de) sacratissimi cordis Jesu. 1575
Cura, Curator. 1575
Custodes conducti ad impedienda damna. 1575
*Decreta sacrarum congregationum juxta vocum quæ hoc secundo volumine recensentur seriem digesta.*
Cadaver. 1579
Canonicatus, Canonicus. 1581
Canonici regulares. 1631
Canon Missæ. 1632
Cantor, Cantus. 1635
Capella. 1636
Capellania. 1638
Capellanus. 1675
Capitulum. 1679
Cardinales. 1689
Caro. 1695
Causæ. 1698
Censura. 1699
Census. 1700
Clausura. 1705
Clericus. 1711
Coadjutor. 1715
Cœmeterium. 1719
Cognatio spiritualis. 1719
Collegium, Collegiata. 1720
Commemoratio. 1725
Communio. 1730
Conceptio B. Virginis Mariæ. 1731
Concilium. 1732
Concursus. 1734
Confessio. 1737
Confirmatio. 1737
Confraternitas. 1738
Congrua. 1759
Conscientia. 1761
Consuetudo. 1762
Contractus in genere. 1765
Contractus emphyteusis. 1767
Crux. 1778
Cultus sanctorum. 1785

—

## TOMUS TERTIUS.

### D

Damnificatio, Damnum. 9
Debitor, Debitum. 15
Debitum conjugale. 15
Decanatus sacri collegii. 15
Decanus. 16
Decimæ. 19
Declarationes et decreta Sacrarum Congregationum. 67
Decoctio, Decoctor. 71
Dedication stum. 71
Defensor. 72
Definitiva sententia. 73
Defloratio, Deflorare. 73
Defunctorum officium. 74
Degradatio. 74
Delectatio morosa. 83
Delegare, Delegatus. 98
Denuntiatio quoad delicta spectantia ad S. Officium. 119
Denuntiationes matrimonii. 135
Depositum, Depositarius. 136
Deservitores. 145
Desperatio. 147
Detractio. 148
Diaconatus. 169
Diaconus. 170
Diaconissæ. 172
Dieta. 175
Dilapidatio. 175
Dimissoriæ. 175
Diœcesis. 176
Dismembratio. 177
Dispensatio. 183
Dispensatio in bigamia. 197
Dispensatio in festorum observantia. 197
Dispensatio in jejunio. 197
Dispensatio in impedimentis matrimonii. 197
Dispensatio ab irregularitate. 197
Dispensatio in juramentis et votis. 197

Digitized by Google

Dispensatio in pœnis simoniæ. 197
Distributiones quotidianæ. 198
Divinatio. 225
Divortium. 226
Doctrina Christiana. 255
Dolor. 261
Dolus. 261
Domicilium pro contrahendo matrimonio. 261
Domicilium pro ordinibus suscipiendis. 261
Dominium. 262
Donatio. 311
Dos, Dotare. 312
Dubitatio temeraria. 339
Dubium. 339
Duellum. 340
Diptycha. 362

E

Ebrietas. 363
Ecclesia. 364
Edicta laicalia. 463
Educandæ. 465
Ejicere, Ejecti a religione. 466
Electio. 495
Eleemosyna. 567
Emphyteusis. 587
Emptio et venditio. 587
Episcopatus. 588
Episcopus. 594
Epistolæ ecclesiasticæ. 714
Eremita. 722
Error. 735
Eucharistia. 736
Eunuchus, Eunuchi. 813
Evictio. 814
Examen, Examinare, Examinari, Examinatores synodales. 823
Exarchi et Primates. 841
Excommunicatio. 846
Executor litterarum apostolicarum. 905
Executor testamentarius. 913
Exemptio regularium. 915
Exercitia spiritualia. 915
Exhæredatio. 919
Exorcistatus. 927
Exorcizare, Exorcista. 928
Expositi filii. 931
Expositio SS. Sacramenti. 933
Extrema unctio. 934

F

Falcidia. 949
Falsum, Falsarius. 960
Fama. 979
Familia. 987
Familiaris. 1002
Famuli, Famulæ. 1010
Femina. 1015
Fenestræ. 1025
Ferragosto. 1029
Festa, Festivitates. 1030
Feudum. 1067
Fideicommissum. 1093
Fidejussio, Fidejussor. 1103
Fides. 1121
Fidei professio. 1143
Filius, Filii. 1150
Fiscus. 1177
Fornicatio. 1177
Fortitudo. 1177
Forum, seu Forus. 1178
Franchitiæ. 1191
Franciscani. 1197
Fraus. 1198
Fructus ecclesiasticorum. 1200
Frumentum. 1202
Fugitivus a religione. 1203
Fundator beneficii. 1205
Funeralia, Funera. 1205
Furnus. 1206
Fur, Furtum. 1210
*Decreta sacrarum congregationum juxta vocum quæ hoc tertio volumine recensetur seriem digesta.*
Damnum. 1229
Decimæ. 1230
Depositum, Depositarius. 1231
Diaconus. 1232
Dismembratio. 1235
Dispensatio. 1237
Distributiones quotidianæ. 1239
Dominium. 1247
Dos, Dotare. 1248
Ecclesia. 1266
Electio. 1287
Eleemosyna. 1291
Episcopus. 1294
Eucharistia. 1300
Examinatores. 1303
Excommunicatio. 1303
Executor. 1304
Exequiæ. 1305
Expensæ. 1307
Expositio SS. Sacramenti. 1308
Extrema unctio. 1309
Fenestræ. 1310
Festa, Festivitates. 1312
Fidei professio. 1333
Fructus ecclesiasticorum. 1335
Funeralia. 1336

—

TOMUS QUARTUS.

G

Gabella, Gabellarius. 9
Geomantia. 23
Gradus affinitatis et consanguinitatis. 23
Græci. 24
Grassator, Grassatio. 26
Gratia, ut est donum Dei. 28
Gratia, ut est gratiosum rescriptum. 31
Gubernator. 63
Guidacium, seu Pedacium. 71
Gula. 72

H

Habitus. 80
Hæreditas. 102
Hæres. 114
Hæresis. 130
Hæretica propositio. 137
Hæreticus. 138
Hebdomada, Hebdomadarius. 155
Hebræus. 159
Hemorrhoissa a Christo sanata. 195
Hermaphroditus. 199
Hierarchia ecclesiastica. 207
Hierosolymitani milites, seu equites S. Joannis Hierosolymitani. 212
Historia, Historicus. 227
Homicida, Homicidium. 240
Honestas publica. 263
Honor. 263
Horæ canonicæ. 264
Hortatoriæ. 264
Hospitale, Hospitalarius. 266
Hospitatio militum. 275
Hospitia regularium. 275
Hydromantia. 279
Hypotheca, pignus. 280

I

Idololatria. 291
Ignorantia. 292
Illegitimus. 299
Imagines. 300
Immunditia. 317
Immunitas ecclesiastica et ecclesiarum. 318
Impediens. 403
Impedimenta matrimonii. 413
Impotentia. 413
Impudicitia. 414
Incendiarii. 415
Incensatio. 417
Incestus. 417
Incorrigibilis. 418
India, Indi. 419
Indignus pro prælaturis. 419
Indulgentia. 420
Infamia, Infamis. 623
Infantes. 631
Infernus 632
Infidelitas. 663
Infirmitas, Infirmus. 664
Ingressus. 669
Inimicus. 669
Injuria. 670
Inquisitionis S. Officium, inquisitores. 670
Insignia. 681
Insignis, Insignitas. 687
Insordescens, Insordescentia. 695
Institutio seu Instituere in beneficiis. 702
Instructio parochorum, et aliorum confessariorum. 711
Instructio pro examine illorum testium qui inducuntur pro contrahendis matrimoniis. 723
Instrumenta. 725
Intentio. 726
Interdicta. 745
Interdictum. 760
Interlocutaria sententia. 779
Interpretatio legis. 780
Interstitia. 787
Intrusus in beneficium. 791
Invidia. 794
Ira. 795
Irregularitas. 799

J

Jejunium. 867
Jesu Societas. 931
Job propheta. 955
Jubilæum. 961
Judæus. 1057
Judaica propositio. 1057
Judas Iscariotes. 1057
Judex. 1058
Judicium. 1073
Judicium temerarium, suspicio et dubitatio. 1083
Juramentum. 1089
Jurisdictio. 1179
Jurisprudentia. 1193
Jus, Justitia. 1199
Juspatronatus. 1227

K

Kalendarium. 1295
Kyrie eleison. 1313

L

Læsio. 1317
Laicus. 1318
Largitio munerum. 1325
Latrones cruci cum Christo affixi. 1326
Laudemium. 1329
Laxa propositio. 1329
Lectoratus. 1329
Legatarius, Legatum. 1330
Legatus. 1399
Legislator. 1411
Legitima. 1411
Legitimatio. 1422
*Decreta sacrarum congregationum nec non S. pœnitentiariæ responsa, S. congregationis de propaganda fide responsum.*
Hæreticus. 1439
Jejunium. 1443
Indulgentia. 1447
Infernus. 1469
Insignis. 1469
Interdictum. 1470
Irregularitas. 1471
Jurisdictio. 1490

L

Legatum pium. 1502

—

TOMUS QUINTUS.

Legitimus 9
Lex. 9
Lex commissoria. 93
Libellus famosus. 94
Liberalitas. 101
Libri. 102

Digitized by Google

Libri prohibiti. 107
Ligamen. 155
Limina apostolorum Romæ. 156
Lineæ affinitatis, et consanguinitatis. 173
Litaniæ. 174
Litteræ apostolicæ. 179
Litteræ. 180
Liturgia. 183
Liturgicum jus. 186
Livellum. 189
Locatio. 190
Lot patriarcha. 206
Ludus, Sponsio. 209
Lunaticus et furiosus. 237
Luxuria. 238

M

Macellum. 255
Magi qui Christum adoraverunt in cunabulis. 257
Magia. 261
Magister. 262
Magister cæremoniarum. 274
Magistratus. 275
Malchus. 279
Maledicus. 281
Maleficium. 281
Malesonans propositio. 281
Maritus. 282
Martyrium. 285
Martyrologium. 306
Mater. 310
Matrimonium. 319
Mandatum. 582
Matutinum. 591
Medicus. 602
Melchisedech rex et sacerdos. 614
Melioramenta. 615
Mendacium. 619
Mendicantes religiosi. 627
Mercator. 627
Mercatus. 629
Merces. 630
Meretrix. 631
Metoposcopia. 635
Metropolitanus 636
Metus. 637
Miles. 643
Militia. 647
Minister sacramentorum. 650
Minor, Minorennis. 671
Minoritæ. 672
Miraculum. 675
Missa prout est sacrificium. 683
Missiones, Missionarii. 927
Molendinum, Molitor. 931
Mollities. 933
Monachus. 934
Monasterium. 941
Moneta, Monetarius. 943
Moniales. 955
Monitorium. 1125
Monopolium. 1143
Montes pietatis. 1147
Morganegiba et Morgengaba, sive matrimonium ad Morganaticam. 1165
Moribundus. 1166
Mortis articulus. 1183
Multæ. 1183
Mulier. 1183
Mundus. 1184
Munera seu Dona. 1265
Musica, Musicus. 1260
Mutuum. 1265

N

Natalis, Natale. 1286
Naufragium, Naufragantes. 1290
Nauticum fenus. 1295
Necessitas. 1325
Necromantia. 1329
Negotiatio, prout est clericis interdicta. 1330
Neophyti. 1331
Nomina affinitatis et consanguinitatis. 1347
Notarius. 1348
Notorius. 1357
Novitiatus, Novitius. 1363
Nummus. 1399
Nuntius. 1400
Nundinæ. 1401
Nuptiæ. 1402

O

Obedientia. 1411
Oblati monasteriorum. 1412
Oblationes. 1412
Obreptio. 1423
Observantia vana. 1423
Obstetrices. 1424
Occasio peccandi. 1425
Occisio. 1429
Occultatio. 1429
Occultum. 1429
Occupatio pro acquirendo rerum dominio. 1430
Octavæ. 1430
Oculus. 1437
Odium. 1438
Œconomi ecclesiarum. 1441
Officiales bellici. 1445
Officium divinum. 1446
Officium defunctorum. 1521
Omen. 1525
Onyromantia. 1525
Opinio. 1526
Opinio probabilis. 1526
Oracula vivæ vocis. 1545
Oraculum superstitiosum. 1563
Oratio. 1564
Oratorium. 1578
Ordo, Ordinare. 1625
Ordo, prout est impedimentum matrimonii. 1753
Organa. 1753
Ostiarius. 1753

P

Pabulatio. 1754
Pactum. 1755
Pactorum (de) interpretatione. 1779
Pagana propositio. 1783
Palatium. 1783
Pallium. 1784
Pantheismus. 1785
Papa. 1791
*Decreta sacrarum congregationum necnon S. Pœnitentiariæ responsa juxta seriem vocum hujus quinti tomi digesta.*
Matrimonium. 1865
Missionarii, Missiones. 1867
Mutuum. 1879
Oleum infirmorum. 1903
Ordo. 1905

TOMUS SEXTUS.

P

Papalis benedictio. 9
Paramenta sacra. 9
Parentes. 19
Parochia, Parochialis, Parochianus. 30
Parochus. 43
Parochi præsentia quoad matrimonia. 121
Parricidium. 122
Parvuli. 123
Pascha, Paschalis communio. 124
Pascua. 130
Pater. 135
Patres. (SS.) 142
Patria potestas 151
Patriarcha. 163
Patricius. 165
Patrimonium. 169
Patrinus. 181
Patronatus, Patronus. 182
Patroni beneficiorum. 182
Patroni sancti. 182
Paupertas. 187
Pax. 187
Pax religiosa. 188
Pax Westphalica. 191
Peccatum. 195
Peccatum contra naturam. 227
Peccata capitalia. 227
Peculatus. 228
Pecunia. 231
Pedagium, seu Guidagium. 231
Pedomantia. 231
Pensio, Pensionarius. 232
Percussio. 279
Peregrini. 279
Permutatio beneficiorum. 279
Perquisitio. 280
Personatus. 281
Pestis. 282
Physiognomia. 285
Pileolus. 286
Placitum regium. 287
Plagium. 299
Pœna. 301
Pœnitentiæ sacramentum 359
Pœnitentia publica. 387
Pœnitentiaria apostolica. 495
Pœnitentiarius. 495
Pollutio. 495
Polygamia. 495
Pontificalia. 507
Pontius Pilatus. 509
Porta. 509
Portio, Portionarii cathedralium. 511
Portio congrua. 515
Portorium. 515
Possessio. 515
Possessor bonæ et malæ fidei. 517
Postliminium. 539
Postulatio prælatorum. 541
Præbenda. 555
Præbenda theologalis et pœnitentialis. 557
Præcedentia. 559
Præceptum. 591
Prædicare, Prædicator. 591
Prædicatorum ordo. 617
Prædicationes determinati temporis futurorum. 619
Præfatio. 619
Prælatus regularis. 621
Præscriptio. 621
Præsentatio, Præsentatus ad beneficium. 622
Præstimonium. 623
Præsumptio. 625
Præventio jurisdictionis. 631
Pragmatica sanctio Gallorum. 633
Precarium, Precariæ. 637
Preces publicæ. 641
Presbyteratus. 642
Presbyterium. 642
Prelaticum. 643
Primæ preces imperatoris. 643
Primates. 644
Primicerius. 645
Primitiæ. 647
Privatio vocis activæ et passivæ, et officii vel beneficii. 651
Privilegium. 651
Probatio. 705
Processiones. 720
Processus curiæ laicæ. 741
Processus curiæ ecclesiasticæ. 745
Procuratio. 747
Procurator. 758
Prodigalitas. 769
Professio fidei. 769
Professio regularis. 769
Propositiones damnatæ. 769
Prospectus. 838
Protonotarii de numero participantium. 839
Protonotarius titularis, seu extra numerum. 845
Prudentia. 847
Psalmus, Psalterium. 847
Pubertas. 857
Publica honestas. 857
Punctator, Punctatura. 858
Purgatorium. 899
Pyromantia. 869
Pythnia. [illegible]

Digitized by Google

Q.

Quadragesima. 870
Quarta funeralis. 877
Quatuor Tempora. 895
Quæstuare, Quæstuarii seu Quæstores. 897
Quinquagesima. 902

R

Rapina. 903
Raptor, Raptus. 903
Rationis usus. 905
Recognitio corporis delicti. 905
Recursus. 907
Referendarii curiæ Romanæ. 911
Refractarii. 913
Regalia ejusque jus. 913
Regimen. 914
Regularis prælatus. 921
Regularis professio. 943
Regulares. 1007
Regularis delinquens, et quoad immunitatem. 1107
Regulæ cancellariæ. 1117
Regulæ juris canonici. 1117
Regulæ juris civilis. 1121
Religio naturalis et revelata. 1135
Religiones regulares et militares. 1201
Reliquiæ. 1283
Remex. 1284
Repræsentationes, an et quæ fieri possint in ecclesiis. 1287
Repudium. 1287
Rescissio ac nullitas matrimonii. 1288
Rescriptum. 1297
Reservatio casuum. 1318
Residentia, Residere. 1343
Resignatio, seu Renuntiatio beneficiorum, et permutatio eorum. 1365
Resolutiones sacrarum congregationum. 1403
Restitutio in integrum. 1404
Restitutio. 1415
*Decreta sacrarum congregationum pro rebus notatu dignis juxta seriem vocum hujus sexti tomi digesta.*
Parochus domicilii vel quasi domicilii pro contrahendo matrimonio. 1525
Præbenda theologalis et pœnitentialis. 1527
Præcedentia. 1529
Prædicare, Prædicator. 1533
Processio. 1533
Protonotarius. 1534
Regulares quoad admissionem novitiorum. 1537
Regulares quoad visitationem paramentorum altarium. 1553
Regulares quoad electionem superiorum. 1555

TOMUS SEPTIMUS.

R

Restrictio mentalis. 9
Retractus gentilitius. 11
Reus. 12
Ritus. 23
Rixa. 29
Rogationes. 30
Romani pontifices. 32
Rubricæ. 41
Rumor. 53

S

Sabbatum. 54
Sacerdotium, Sacerdos. 61
Sacramentalia. 85
Sacramentum. 86
Sacra Scriptura. 107
Sacrificium. 109
Sacrilegium. 121
Sacrista, Sacristia. 123
Salutatio Angelica. 127
Samaritana a Christo conversa. 127
Sanctitas, Sancti. 128
Sapiens errorem propositio. 129
Sapiens hæresim propositio. 130
Sapientia. 130
Satisfactio, sive pœnitentia sacramentalis. 131
Scandalum 131
Scandalosa propositio. 137
Schisma, Schismatici. 137
Schismatica propositio. 143
Scholasticus. 143
Scientia confessarii. 145
Scientia in beneficiariis. 146
Scriptura sacra. 151
Scripturæ, seu instrumenta. 183
Scrupulus. 209
Secretarius, Secretum. 211
Secularizatio bonorum ecclesiasticorum. 215
Sedes vacans. 221
Sedes scamna. 227
Seditio. 233
Seditiosa propositio. 233
Seminarium. 236
Sententia. 287
Sepultura. 313
Sequestratio, seu Sequestrum. 387
Servitus. 395
Sigillum. 406
Sigillum sacramentalis confessionis. 413
Simonia. 427
Societas, seu societatis contractus. 485
Societas inter fratres. 506
Sodomia. 519
Solemnitates pro alienandis rebus ecclesiasticis. 519
Solemnitates contractuum. 519
Solidus. 519
Sollicitatio ad turpia. 520
Solutio. 537
Somnium. 553
Somnus. 561
Sors. 563
Sortilegium. 571
Spadones. 571
Spatulomantia. 571
Spectacula. 571
Spes. 571
Spicæ. 572
Spiritus sanctus. 573
Spoliator, Spoliatus. 574
Spolium. 579
Sponsalia. 593
Sponsi. 651
Sportulæ. 653
Statio. 654
Stellionatus. 657
Stipes. 657
Stola. 658
Stuprator, Stuprum. 662
Subcollector apostolicus. 665
Subdiaconus. 673
Subornatio. 673
Subreptio. 673
Subsidium charitativum. 674
Successio ab intestato. 685
Successor in beneficio ecclesiastico. 699
Suffragia. 700
Superbia. 707
Superior. 709
Superiores. 711
Superstitio. 712
Surripientes. 733
Suspecta de hæresi propositio. 733
Suspensio. 734
Suspicio. 745
Susurratio. 745
Symbolum. 746
Syndicus. 757
Synodus diœcesana. 775

T

Tabaccum. 775
Tabernaculum. 781
Taberna, Tabernarii, seu Caupones. 783
Tactus impudici. 786
Talionis pœna. 787
Tarraconense concilium. 788
Taxa. 790
Te Deum laudamus. 805
Temeraria propositio. 813
Temperantia. 813
Templa gentilium. 813
Territorium separatum. 813
Tertiarii, Tertiariæ. 814
Testamentum. 835
Testimoniales et commendatitiæ literæ, ubi etiam de transitu de una ad aliam diœcesim. 909
Testis. 915
Testium præsentia quoad matrimonium. 971
Thalmud Hebræorum. 971
Theologia, Theologus. 977
Thesaurus S. M. Ecclesiæ. 979
Thesaurus. 979
Thurificatio. 980
Titulus. 993
Tolerantia diversarum religionum. 999
Tonsura. 1003
Traditiones. 1004
Transactio. 1005
Transitus. 1015
Transitus sententiæ in rem judicatam, ubi etiam de condemnatione in expensis. 1021
Translatio. 1025
Trebellianica. 1029
Tregua. 1030
Tributum. 1031
Tridentini concilii decreta. 1031
Trisagium. 1032
Tutela, Tutor, Cura, Curator. 1033

U V

Vacans sedes. 1057
Vacatio, Vacare. 1058
Vagus, Vagabundus. 1059
Vana gloria. 1061
Vana observatio. 1061
Vasa sacra. 1062
Vaticana basilica. 1063
Vectigal. 1065
Venatio, Venator. 1066
Venditio. 1071
Venenum. 1073
Venerabile sanctorum. 1073
Veneratio sacramentorum. 1073
Vestis. 1073
Viaticum. 1083
Vicarius apostolicus. 1091
Vicarius capitularis. 1099
Vicarius foraneus. 1123
Vicarius generalis episcopi. 1127
Vicarius parochialis. 1165
Vicarius urbis. 1177
Vicinus. 1181
Vidua, Viduus. 1183
Vigilia. 1183
Vinum. 1191
Violentia. 1193
Vir. 1196
Virga pœnitentiariorum. 1197
Virtus. 1198
Vis. 1227
Visitare, Visitatio, Visitator. 1231
Vita communis. 1275
Vitium. 1287
Vitricus. 1287
Vivæ vocis oracula. 1287
Unctio extrema. 1288
Unio beneficiorum seu Ecclesiarum. 1288
Votum. 1312
Usucapio, seu præscriptio. 1411
Usura. 1480
Ususfructus, Usus. 1514
Utensilia. 1533
Uxor. 1538

X

Xenia. 1553

Z

Zelotypia. 1557


Digitized by Google

Zingari, Zingaræ. 1558
Zizania. 1560
*Decreta sacrarum congregationum pro rebus notatu dignis juxta seriem vocum hujus septimi tomi digesta.*
Sacramentum. 1565
Sedes. 1565
Suspensio. 1565
Tabernaculum. 1566
Tertiarii, Tertiariæ. 1568
Vicarius generalis. 1573
Usus magnetismi. 1575
Utensilia, seu paramenta. 1576

—

TOMUS OCTAVUS.

Index generalis rerum. 9
Index biographicus et bibliographicus auctorum. 563
Index biographicus summorum pontificum quorum bullæ referuntur. 705
Index conciliorum et synodorum. 735
Decreta sacræ congregationis Rituum. 744
Decreta sacræ congregationis Concilii. 1011
Index decretorum sacræ congregationis Rituum. 1117
Index decretorum sacræ congregationis Concilii. 1141
Addenda et corrigenda varia. 1147

FINIS TOMI OCTAVI ET ULTIMI.

*Ex. J. M.*

Ex typis L. Migne au Petit-Montrouge.

Digitized by Google